1979

Pol. XXXI-2-13

590/11

TOTIUS LATINITATIS

LEXICON

CONSILIO ET CURA


JACOBI FACCIOLATI,

OPERA ET STUDIO

ÆGIDII FORCELLINI,

ALUMNI SEMINARII PATAVINI, LUCUBRATUM.

TOMUS TERTIUS.



BIBLIOTECA NAZIONALE

PATAVII, Typis Seminarii, MDCCLXXI.

Apud Joannem Manfrè.

SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.

Digitized by Google

M.



Littera una eſt ex illis, quas Græci Grammatici ἡμίφωνα ἄφωνα, καὶ ἀσυνήθεια, hoc eſt ſemivocales ſimplices, & immutabiles, Latini liquidas appellant. Hanc, quod moleſtum in hoc dictionis ſonum habeat, & quendam quaſi mugitum, non niſi ægre compreſſo labris erumpentem, Latini Poetæ (nam Græcis nulla dictio in *μ* deſinit, ut monet *Quinctil. l.* 11. *c.* 10.) vocali ſubſequenteni, per Ecthliſin elidunt. Veteres tamen retinebant, & corripiebant. Idem *Quinctil. l.* 9. *c.* 4. *ante med.* docet, quoties claudit verbum, & vocalis ſequitur, ita efferri debere, ut parum exprimatur, adeo ut pæne cujuſdem noctæ litteræ ſonum reddat. Ferri vero non poteſt illorum vitium, qui ita proferunt, tanquam *o* ſit, & cum vocali ſequente conjungunt, ita ut *cum eum*, quaſi *cunnum* ſit, dicant. *Priſcian. l.* 8. *pag.* 555. *Putſch.* M obſcurum in extremitate dictionum ſonat, ut *templum*: apertum in principio, ut *magnus*: mediocre in mediis, ut *umbra*. ¶ In notis M ſignificat prænomen *Marcus*: addita vero virgula M'. vel Mſ. *Manius*. *Diomed. l.* 1. *pag.* 419. ¶ In numeris mille valet: non quod ſit prima ejus vocis littera, ſed quia cum olim CIↃ ſcriberetur, paulatim in M tranſiit.

M A

MA DIA, per Jovem, μὰ Δία, Græca jurandi formula, tum affirmando, tum negando. *Perron. in fragm. Tragor. cap.* 52. *Burm.* Syrum hiſtrionem exhibebat, concinente tota familia ma dia perite, ma dia. Hinc eſt noſtrum *modo*, *modii*, *modò no*.

MACAREIS, idis, f. Μακαρὶς, filia Macarei. *Ovid. 6. Metam. v.* 124. *de Phœbo.* ut peſtor Macareida laſerit Iſſen.

MACAREUS, Μακαρεύς, trisyllab. filius Æoli, qui Canacem ſororem ſuam vitiavit, ſuſcepitque ex ea filium. *Ovid. ep.* 11. *Heroid.* Sic in *Ibin*, *v.* 364. Utque ſua Macareus, ſic potiare tua.

MACCUS, a, um, *ſtruppo*, *balorda*, fatuus, ſtupidus, ſtolidus. Ducunt a μακκοῦν, deſipere, καὶ τὸ μὴ ἀκούειν: alii a quadam muliere ſtupida, quæ *Macca* appellabatur. *Apul. in Apolog.* Si cum hac una Rufini fallacia contendantur, macci prorſus, & buccones videbuntur. *Diomed. l.* 3. *pag.* 488. *Putſch.* In Atellana Oſcæ perſonæ inducuntur, ut Maccus. V. *Bucco*.

MACEDO, & Macedon, ŏnis, *Macedone*, Μακεδὼν, qui eſt e Macedonia. *Cic.* 5. *Phil. c.* 17. Quid Macedo Alexander? cum res maximas gerere cœpiſſet, &c. *Horat. l.* 3. *od.* 16. *v.* 13. diffidit urbium Portas vir Macedo. *Nepot in Eumen. c.* 3. Macedones milites. *& ibid.* Cum magno exercitu Macedonum. *Lucan. l.* 8. *v.* 694. Cum tibi ſacrato Macedon ſervetur in antro. *b. c.* Alexander M. ſepultus. ¶ Secundam produxit *Arator l.* 2. *in Act. Apoſt. v.* 313. vir quippe Macedo in ſomnis hæc viſus ait. Græci quoque interdum Μακεδὼν ſcribunt. ¶ *Macedum* pro *Macedonum* quidam leg. apud *Sil. l.* 14. *v.* 5. & *lib.* 17. *v.* 633. & alibi, item apud *Senec. Troad. Lucan. Manil.* & alios: ſed plerique al. ubique reponunt *Macrum*. V. *Macetæ*.

MACEDONIA, æ, f. *Macedonie*, Μακεδονὶς, regio ampla Europæ. Habet ab Occ. mare Ionium, ab Or. mare Ægæum, a Mer. Epirum, Achajam, & Theſſaliam, a Septen. Myſiam ſuperiorem, Scardo Orbeloque montibus interfiſis, cum Thraciæ particula. Dicta eſt a Macedone quodam Oſiridis, ſive ut *Stephanus*, & *Solinus c.* 9. (*al.* 14.) ſcribunt, Jovis filio ex Thya filia Deucalionis. *Plin. l.* 4. *c.* 10.

MACEDONIANUS, a, um. *Senatuſconſultum Macedonianum*, de quo eſt titulus *ff. lib.* 14. *Digeſtor.* originem habuit a quodam Macedone (ſic enim vocabatur) qui fuit improbus fenerator filiumfamilias, & ut ab iis uſuras exigeret, ad quidlibet audendum impellebat: adeo ut quidam etiam mortem patris moliretur, ut ſe a moleſto creditore liberarent. Cautum eſt itaque eo Senatuſconſulto, ut cui, qui filiofamilias mutuam pecuniam dediſſet, etiam poſt mortem parentis ejus, actio petitioque daretur. Cujus ſanctionis auctorem fuiſſe Senatui Veſpaſianum caret *Suetan. in ejus vita*, *c.* 11.

MACEDONICUS, a, um, ad Macedoniam pertinens. *Plin. l.* 4. *c.* 10. *ſub fin.* Macedonicum mare. *Id. l.* 35. *c.* 25. Macedonica ceraſa. *Id. l.* 5. *c.* 10. Macedonica chlamys. *Plaut. Pſeud.* 1. 1. 49. Macedonicus miles. *Liv. l.* 45. *c.* 23. Macedonica præda. ¶ *Macedonicus* cognominatus eſt Q. Cæcilius Metellus, devicto Pſeudophilippo, & Macedonia recuperata, & in provinciam redacta. *Velleii. l.* 1. *c.* 11. *Plin. l.* 7. *c.* 44. *Val. Max. l.* 4. *c.* 1. *n.* 10. & *lib.* 7. *c.* 1. *n.* 1.

MACEDONIENSIS, e, ad Macedoniam pertinens. Differt quidem a *Macedonius* ea ratione, qua *Hiſpanienſis* ab *Hiſpanus*. Adhibetur tamen promiſcue a *Plaut. Pſeud.* 4. 4. 4. Te ad illum duco dentatum virum Macedonienſem. *ſupra* 1. 3. 112. Illum eundem *Macedonium* dixerat.

MACEDONIUS, a, um, adject. Μακεδόνιος, qui ex Macedonia eſt. *Ovid.* 12. *Metam. v.* 466. Qui clypeo, gladioque, Macedoniaque ſariſſa Conſpicuus. Ubi ſecundam produxit exemplo Græcorum, qui interdum Μακεδώνιος ſcribunt.

MACELLARIUS, ii, m. *venditore di companatico*, ὀψωνάτης, qui obſonia omne genus eendit, agninam, bubulam, ſuillam, aves, piſces, & hujuſmodi: in quo differt a lanio, qui carnes pecudum tantummodo vendit. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 2. *a med.* Num plures nunc ta e cilla illic natos verres lanio vendis, quam hic apros macellario Sejus? *& cap.* 4. Ornithonem fructus cauſa habent macellarii. *Suetan. in Cæſ. c.* 26. Ea quæ ad epulum pertinebant quæveis macellariis oblocata, etiam domeſticatim apparabat. *Id. in Veſpaſ. c.* 19. Coevivabatur aſſidue, ac ſæpius recta ac dapſili, ut macellarios adjuvaret. ¶ Adjectivum *Veter. Max. l.* 3. *c.* 4. *n.* 4. Miro gradu Varro ad conſulatum ex macellaria patris taberna conſcendit. *Inſcript. apud Gruter. pag.* 647. *n.* 5. Negotiator artis macellariæ.

MACELLINUS dictus a ſervis ſuis Opillius Macrinus Imp. quod macelli ſpecie domus ejus cruentaretur ſanguine vernularum. *Capitolin. in Macrin. c.* 13.

MACELLUM, i, n. *piazza*, *dove ſi vende ogni ſorta di companatico*, ὀψωνάτιον, locus, in quo obſonia vendebantur. Varia Romæ fuere loca, in quibus ſeparatim earii generis obſonia vendebantur; forum boarium, piſcarium, cupediniis, olitorium, &c. Hæc omnia, inquit *Varr. l.* 4. *de L. L. c.* 32. poſtquam cnetracta in unum locum, quæ ad victum pertinebant, & ædificatus locus, appellatum macellum, ut quidam ſcribunt, quod ibi fuerit hortus (Nam μάκελλον ſeptmentum, vel *locum ſeptum* ſignificat: & Iones oſtia hortorum & caſtelli vocant μακέλλας) alii, quod ibi domus fuerit, cui cognomen fuit Macellus, quæ ibi publice diruta. Hæc *Varro*. Sic *Feſtus*: Macellum dictum a Macello quodam, qui exercebat in Urbe latrocinia: quo damnato Cenſores Æmilius & Fulvius ſtatuerunt, ut in domo ejus obſonia venderentur. Hoc idem confirmat *Varr.* apud *Donat. in Eun. c.* 2. 25. & Romanum Macellum dictum fuiſſe eum latronem, tradit. Alii docunt a maclandis pecoribus. *Plaut. Aulul.* 2. 8. 3. Venio ad macellum, rogito piſces, indicant caros, agninam caram, caram bubulam, vitulinam, cetum, porcinam, caram omnia. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 17. Macellum cetariorum. *Horat. l.* 1. *ep.* 15. *v.* 31. Pernicies, & tempeſtas, barethrumque macelli, Quidquid quæſierat, ventri donabat avaro. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 2. Collegiorum cœnæ excandefaciebant annonam macelli. *Martial. l.* 10. *epigr.* 59. Dives, & ex omni poſita eſt inſtructe macello Cœne tibi. ¶ Antiquis Romanis, & frugi hortus pro macella fuit. Oleribus enim fere victitabant. *Plin. l.* 19. *c.* 4. Ex horto plebi macellum, quondam innocentiore victu! *Varr. l.* 4. *de L. L. c.* 32. Forum olitorium: hoc erat antiquum macellum, ubi olerum copia. *Cic.* Catonem loquentem indocens, *de Senect. c.* 16. *a med.* Jam hortum ipſi agricolæ ſuccidiem alteram appellant. ¶ Quod in macello etiam olera venderentur, colligitur tum ex *ait. Varron. loc.* ubi contracta fuiſſe ait in unum macelli locum fore piſcaria, olitoria, &c. tum ex *Plin.* qui *l.* 19. *c.* 4. *a med.* ſcribit, in qua domo indiligens horrus ſit, e carnario, aut macella vivendum eſſe. *b. c.* emendam carnem, & olera, quæ in horto domeſtico per indiligentiam non colantur. ¶ Per ſynecdochen eſt ipſa macelli annona, ſeu cibi, qui in macello vendebantur. *Manil. l.* 5. *v.* 370. Numidarum paſcimur oris, Phaſidoc & damnis: arceſſitur inde macellum, Unde

surata novo convecta eſt æquore pellis. ¶ Maſculino gen. *Martial. epigr. 96. l. 10.* Hic pretioſus fames, contubatorque macellus. ¶ In macello proſtabant etiam coqui, conducendis parati. *Plin. l. 18. c. 11.*

MACELLUS, a, um, *magretto*, μαιαρικος, dimin. a *macer*, ut *Feſtus* docet in *Abellar. Lucil.* apud *Non. c. 2. n. 524.* Si noſti, non magnus homo eſt, naſuta, macellus.

MACĒO, es, n. 2. idem quod macren, a macer. *Plaut. Aulul. 3. 6. 18.* Qui oſſa atque pellis totus eſt: ita cura macet.

MACER, cri. V. *Æmilius Macer.*

MACER, cra, crum, *magro, macilento*, λεπτός, *sottile, ſmilzato*, exilis, gracilis, tenuis: cui oppoſitur *pinguis, plenus*. Dicitur de animalibus, quæ tenui carne operiuntur: & de terra humore carente, aut ſexis abundante. *Virg. Ecl. 3. v. 100.* Eheu, quam pingui macer eſt mihi taurus in herba! *Horat. l. 1. ep. 7. v. 33.* Macra cavum repetes arcſtum, quem macra ſubiſti. *Senec. epiſt. 78. ante med.* Maximi dolores conſiſtunt in macerrimis corporis partibus. *Gell. l. 20. c. 8.* Oſſibus inhærens, & macie. *Colum. l. 11. c. 2.* Macerrimi agri. *Varr. l. 1. R. R. c. 24.* Ager macior. *Colum. l. 2. c. 18.* Macriora loca ſimo juvanda ſunt. *Cic. c. Agror. cap. 25. ad fin.* Quod ſolum tam exile & macrum eſt, quod aratro perſtringi non poſſit? *Colum. l. 3. c. 10.* Macerrimæ ſtirpes. *b. c.* quæ humore, & alimento deſtituuntur. *Id. l. 8. c. 1.* Macerrimis vineis uvium ſtercora mederi. ¶ Fuit cognomen, ductum ab habitu corporis, in gente Licinia Romana, ut C. Licinius Macer, *in num. Fonſul. Rom. Patini, pag. 65 c.* & apud *Veler. Max. l. 9. c. 12. n. 7.* & Licinius Mecer, ſeu Macer Licinius apud *Liv. l. 4. c. 7. c. 23.* & alibi. ¶ Tranſlate *Martial. l. 2. epigr. 6.* Quid prodeſt mihi tam macer libellus, Nullo craſſior ut ſit umbilico? *b. e.* exiguus, brevis. *Horat. l. 2. ep. 1. v. 180.* valtat res ludicra, ſi me Palma negata macrum, donata reducit opimum. *b. e.* mœſtum, triſtem, & veluti exectum. ¶ *Spiritus jejunio macer*, apud *Petron. in Satyr. c. 128.* eſt graveolens. Sed al. leg. *marcet*: alii aliter.

MACERATIO, onis, f. *macerazione*, τῆξις, ῥύψις, actus macerandi, & ſubigendi. *Vitruv. l. 7. c. 2.* Calx in maceratione diuturna liquora deferuere coacta. ¶ Item corruptio, labefactio. *Arnob. l. 4. pag. 152.* In ultimam tabem diſſluentium viſcerum maceratione conſumi.

MACERATUS, a, um, *inzuppo, meſſa in molle, macerato, ammollita*, μαραίς, ſubactus, mollitus. *Vitruv. l. 7. c. 1.* Calx cum non penitus macerata, ſed recens fumitur, cum fuerit inducta, puſtulas emittit. *Plin. l. 29. c. 3.* Ova macerate in aceto. *Id. l. 18. c. 10. a med.* Seſama macerata in calida. *Id. l. 14. c. 10.* Macerotis aqua vinaceis. *Id. l. 31. c. 7. extr.* Inteſtina piſcium ſale macerata. *Id. l. 10. c. 22.* Adepu oſcerie cum cinnamo multa nive obrutus, ac rigore gelido maceratus. ¶ Translate eſt exercitus, vexatus, afflictus. *Plaut. Pœn. 5. 4. 76.* Ei prædicabo, quo modo hujuſce filias apud vos habeatis ſervas, &c. ſetis ſunt maceratæ. ¶ Item enervatus, fractus. *Velleſ. l. 2. c. 112.* Para exercitus macerata, perductaque ad exitiabilem famem.

MACERESCO, is, n. 3. *macerarſi, mollificarſi*, τήκομαι, maceror, mollia fio. *Cato R. R. c. 90.* Lutum de amurca facito, palearum paulum addito, finito macereſcaat bene.

MACERIA, æ, f. *muro, muraccio, macia*, φράγμα, ἕρυμνα, paries ſub dio poſitus, ad ſepiendos hortos, villas, ſilvas, vineta, & hujuſmodi: ſive ex calce fiat, ſive ſicco lapide conſtruatur. Ejus ſpecies enumerat *Varr. l. 1. R. R. c. 14.* quatuor: e lapide, ut in agro Tuſculano; e latericiis coctilibus, ut in Gallico; e crudis, ut in Sabino; ex terra & lapidibus compoſitis, ut in Hiſpania. *Cato R. R. c. 15.* Maceriam ex calce, cæmentis, lutice, uti domious omnia ad opus præbeat: altam pedes quinque facito. *Varr. l. 3. R. R. c. 1.* Septa e maceriis ita eſſe oportere in leporario, ut tectorio tecta ſint. *Apul. in Florid. ſub fin.* Velut in maceria lapides temerario interjectu poni neceſſe eſt. *Plin. l. 5. ep. 6. ante med.* Maceria locum munire. *Siſenn.* apud *Non. c. 2. n. 560.* Poſt villarum macerias ac parietinas quinque cohortes in inſidiis reliquit. *Varr. l. 3. R. R. c. 5. a med.* Silva tota ſepta maceriis altis. *Papinian. Dig. lib. 18. tit. 1. leg. 73.* Maceria ſepulcrorum. *Terent. Adelph. 3. 4. 10.* Hanc in horto maceriam jubet dirui. *Plin. l. 25. c. 5.* Herba in maceriis naſcens. ¶ In veteri Inſcript. optimæ notæ apud *Gruter. pag. 611. n. 13.* bis habetur *macerres, ei*. Sic *Prudent. in Hamartig. v. 227.* Quamvis maceries florentes ambiat hortos.

MACERIATUS, a, um, macerie ſeptus. Inſcript. apud *Muratur. pag. 1644. n. 14.*

MACERIES, ei, f. *ſtemperazione, affliggione*, macies, maceratio, labefactio. *Afran.* apud *Non. c. 2. n. 536.* Quanta illius mors ſit macries tibi. ¶ Pro *materia*, V. *Materia* in fine.

MACERIOLA, æ, f. diminut. parva maceria. In quadam *Inſcript.* apud *Spon. in Miſcellan. pag. 293.* legitur *macereola*. In alia apud *Muratur. pag. 492. n. 2.* maceriola.

MACĔRO, as, avi, atum, *a. 1. mettere in molle, intridere, ammollire, macerare*, τήκω, ἀναβρέχω, *bagno*, affuſo humore tenerum & molle reddo, ſubigo, emollio. *Terent. Adelph. 3. 4. 17.* Saltamenta hæc fac macerentur probe. *Cato R. R. c. 156.* Braſſicem in aquam macerare oportet: ubi macerata erit, conjicito, &c. *Colum. l. 1. c. 6. a med.* In piſcine macerare lupinum, vimina, & virgas. *& mox.* Fimum aſſidue macerari liquore. *Vitruv. l. 7. c. 2.* Macerare glebas calcis. *Plin. l. 18. c. 11. panem. Id. l. 24. c. 9.* ramos genitæ aquæ marinæ. *& lib. 25. c. 11.* grana cacaliæ in oleo. *Id. l. 31. c. 7. extr.* inteſtina piſcium ſale. *Id. l. 33. c. 5.* pulverem herbæ ex aceto, ut omnis duritia ſolvatur. *Id. l. 26. c. 15.* aliquid fumo. *Al. leg.* limo. *& lib. 26. c. 10. ad fin.* pedes in aqua, in qua verbenaca decocta ſit. *mollificare. & lib. 11. c. 41.* totum corpus lacte. *bagnare, lavare*, ad molliendam cutem. *Vitruv. l. 8. c. 3. ante med.* Flumen, in quo podagrici crura macerantes levantur dolore. *Colum. de arborib. c. 19.* Ante annum ſcrobes fodito: ita ſole pluviaque maceraburntur. ¶ Pro tabeſcere, corrumpere, *Plin. l. 11. c. 37. ſect. 69. Hard.* Cor ſolum viſcerum vitium non maceratur. *Plaut. Capt. 3. 4. 21.* Multos iſte morbus hominee macerat. *Colum. l. 4. c. 24. ante med.* Muſcus, qui crura vitium ſitu & veterno macerat, eradendus eſt. ¶ Translate eſt virea adimere, fatigare, frangere, enervare, infirmare, *ſuffocchire, indebolire, levar le forze, e la feroccia*: quia quæ macerantur, rigorem duritiamque amittunt. *Flor. l. 1. c. 6. circa med.* Fabius per Felernos, Gauranoſque ſaltus ſic maceravit Annibalem, *ut* qui frangi virtute non poterat, *mora* comminueretur. *Liv. l. 26. c. 13.* Alterum annum circumvallatos incluſoſque nos fame macerent. ¶ Elegantor refertur ad animum, & ſignificat dolore conſumere, tabefacere, cruciare, *affliggere, crucciare, conſumare. Terent. Andr. 5. 3. 13.* Sed quid ego? cui me excrucio? cui me macero? *Plaut. Trin. 2. 1. 2.* Egomet me concoquo, & macero, & defatigo. *Id. Mil. 3. 1. 21.* At hoc me facinus miſerum macerat, meumque cor corpuſque cruciet. *Id. Capt. 5. 1. 8.* Sat jam dolui ex animo, & cura me fat, & lacrymis macerevi. *Lucret. l. 3. v. 838.* Advenit id, quod eam (*mortem*) de rebus ſæpe futuris Macerat, inque metu male habet, curiſque fatiget. *& verſ. 75.* Macerat invidia, ante oculos illum eſſe potentem, Illum adſpectari, &c. *Ovid. Heroid. ep. 2. v. 105.* Maceror interdum, quod ſim tibi cauſa dolendi. C. *Cæſar* apud *auctor. vete Terent. ſub fin.* Maceror, hoc unum, & doleo, tibi deeſſe Terenti. *Horat. l. 1. od. 13. v. 6.* humor & in genas Furtim labitur, arguens, Quam lentis penitus macerer ignibus. *b. e.* conſumat lento amore. Adde *epod. 14. in fin.* & *Calpurn. Ecl. 6. v. 9.* ¶ *Macerare eſpectationem*, in longum ducendo cruciare. *Senec. in præfat. l. 4. exceptor. controverſ.* Non tamen eſpectationem veſtram macerabo, ſingulos producendo: liberaliter hodie, & plena manu faciam. ¶ Qui putant primam hujus vocis ſyllabam etiam corripi, invertunt illud *Ovidii* allatum: *Interdum macerer, quod*, &c. tum afferunt illud *Perſianum ex Pœnig. v. 1067. de adamante*. Frangitur hircino maceratus ſanguine tantum.

MACES. V. in *Macetes*.

MACESCO, is, n. 3. *fmagrire*, λεπτύνομαι, macer fio: a macco. *Colum. l. 2. c. 9. a med.* Conſtat, urva ſegetibus ejus (*bedei*) macereſcere. *Varr. l. 3. R. R. c. 16. a med. de apib.* Propter laborem aſperantur, & macereſcunt. *Id. l. 2. c. 1.* Macereſcentes boves. *Plaut. Capt. 1. 2. 30.* Ego tuo mœrore maceror, macreſco, confeneſco, & tabeſco miſer.

MACĔTÆ, arum, & *per ſyncop.* tum, m. *Macedoni*, iidem qui Macedonea, apud Poetas, *di Macedonia*. *Stat. l. 4. ſilv. 6. v. 106.* regnatur Macetum. *Auſon. de clar. urbib. n. 3. de Alexandria*. Macetumque attollite nomen. *Gell. l. 9. c. 3.* Macetæ locupletiſſimo imperio auĉti. Al. leg. *Macedones*. Adde *Lucan. l. c. v. 647. Sil. l. 14. v. 5. Val. Flacc. l. 1. v. 96.* & *Claudian. l. c. in Ruf. n. 279.* quibus locis qui *Macedum* (quod neque Græcum eſt, nec Latinum) pro *Macetum* leguut, paſſim reprehenduntur a Criticis.

MACĔTES, tum, populi Africæ circa Syrtes, forteſſe iidem cum illis, quos *Plin. l. 5. c. 5.* Macas vocat, & Ptolemæus Μασσύλους. *Sil. l. 7. v. 633.* Et Macetum primi, atque incolæ corpora Mauri. ¶ In linguiari eſt *Macer, etis*. *Id. l. 9. v. 222.* Marmaridesque, tum *Mauris* atrox, Garamaſque, Macetque.

MACĔTA, æ, f. Μακεδία, Macedonia, ut eſt apud *Heſych.* Legit hanc vocem *Scalig. l. 1. Iollian. Auſon. c. 69.* apud *Gell. l. 9. c. 3.* ubi alii aliter.

MACHÆRA, æ, f. *coltello, coltellaccio, ſpada, ſtocco*, μάχαιρα, gladius, cultri, enſis. Græca vox a μάχομαι, pugno. *Serv. ad Æn. 9. v. 505.* tradit eſſe inventum Pelei. *Iſid. l. 18. Orig. c. 6.* definit, gladium longum, ab una parte acutum. *Enn.* apud *Serv. ad lib. 9. Æn. v. 38.* Eia, machæras. *mano alle ſpade*. *Plaut. Curcul. a. 3. v. 54.* Clypeatus elephantum machære difficit. *Id. Mil. 1. 1. 53.* Ubi tu quingentos ſimul, ni hebes machæra foret, uno ictu occiderea. *& 2. 5. 52.* Machæra obtruncare aliquem. *Senec. l. 5. de Benef. c. 24. ſub fin.* Nec galeam illam, ſi videres, agnoſceres. machæra enim Hiſpana diviſa eſt. *Sueton. in Claud. c. 15.* Proclamante quodam, præcidendas eſſe falſeſto manus, carnificem ſtatim acciri cum machæra, menſaque lanionia, flagitevit. ¶ Obſcenum ſenſum habet apud *Plaut. Pſeud. 4. 7. 85.*

MACHÆRIUM, rii, n. *coltello*, μαχαίριον, μαχαιρίδιον, parve machæra. *Plaut. Aulul. 2. 9. 1.* Tu machærio congrum, murænam exdorſua, quantum potes. *Id. Rud. 2. 2. 9.* Qui tres duceret chlamydatos *cum* machæriis. Sed in primo exemplo videtur eſſe nomen ſervi.

MACHÆROPHORUS, i, m. *ſpadaccino*, μαχαιροφόρος, gladium ferens, ſicarius. *Cic. ad Q. Fr. l. 2. ep. 10.* Machæropharia centum ſequentibus. *b. e.* militibus Græco more armatis.

MACHAON, onis, m. Μαχάων, ονος, Æſculapii filius, ex Arſinoe, al. ex Coronide, al. ex Hellone filia Meropis, al. ex Xanthione, Podalirii frater, medicus inſignis, (chirurgus, ut eſt apud *Cell. ſub init. profeſſion.*) qui cum reliquis Græciæ principibus ad bellum Trojanum profectus, ab Eurypylo occiſus eſt. *Propert. l. 2. el. 1. v. 61.* Tarda Philoctetæ ſanavit crura Machaon. *Martial. l. 2. epigr. 16.* Quid tibi cum medicis? dimitte Machaonas omnes.

MACHAONICUS, &

MACHAONIUS, a, um, adject. a Machaone. *Ovid. de remed. amor. v. 546.* Ille Machaonia vix ope ſanus erit. *Stat. l. 1. ſilv. 4. v. 114.* Seva Machaonio coierunt vulnera fuſco. *Sidon. l. 2. ep. 12. in fin.* Machaonia ars.

MA-

MACHINA, æ, f. *machina*, *ordigna*, *μηχανή*, opus, inſtrumentum, inventum, in quo, ut ait *Aſcon. in Verr.* 3. *c.* 56. non tam meteriæ ratio ducitur, quam manus, atque artis. *Plin.* de verſatili Cæſionis amphitheatro, *l.* 36. *c.* 15. *a med.* Hic eſt ille terrarum victor, in moulina pendeas, ad periculum ſuum plaudens. *Cæſ. mea.* Periturus momento aliquo luſtris machinis. *Lucret. l.* 5. *v.* 96. multoque per annos Sublevata, ruet moles & machina mundi. ¶ Specialim dicitur inſtrumentum ad magna pondera movenda, & transferenda, ad extollendam aquam, ad molendum, &c. de quibus *Vitruv. c.* 1. & *ſequentibus l.* 10. fuſe agit: & initio ſtatim definit: Machinæ eſt contineus ex materia conjunctio, maximas ad onerum motus habens virtutes. Dividit etiam in tria genera, ſcamlorium, ſpiritale, & tractorium. *Cic. Verr.* 3. *c.* 55. Omnes illæ columnæ, machina appoſite dejectæ, & repoſitæ ſunt. *Hirt. l.* 2. *ep. c. v.* 73. Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum. *Id. l. c. ad.* 4. *v.* 2. Trahuntque ſiccas machinæ carinas. *Ulpian. Dig. lib.* 33. *tit.* 7. *leg.* 18. *ante med.* Machina frumentaria. ¶ Inter machinas, & organa diſtinguit *Vitruv. ait. c.* 1. V. *Organum.* ¶ Item catella, in qua venales ſervi proſtabant. *Q. Cic. de petit. conſul. c.* 2. Amicam, quam palam domi haberat, de machinis emit. ¶ Item pegma, in qua artifices opus faciunt, *palco*, *ornaduro*. *Plin. l.* 35. *c.* 10. *ſub fin.* Pingebat ſemper togatus, quamquam in machinis. *Ulpian. Dig. lib.* 13. *tit.* 6. *leg.* 5. *circa med.* Si ſervum tibi tectorem commodavero, & de machina ceciderit. *Ego mea.* Si, ut de plano opus faceret; tu eum impoſuiſti machinæ: aut ſi machinæ culpa factum eſt, minus diligenter ligatæ, vel factum, perticarumque vetuſtate. ¶ In re militari machinæ ſunt omnia inſtrumenta, quorum eſt uſus in obſidionibus, in pugnis, &c. turres, balliſtæ, vineæ, arietes, ſcorpiones, catapultæ, &c. de quibus *Vitruv. loc. citat. c.* 15. & ſequentib. *machinæ militares*, *artificioſo*. *Virg. l. Æn. v.* 46. Aut hinc in noſtros fabricata eſt machina muros. *Salluſt. in Jug. c.* 24. Vineis, turribus, & machinis omnium generum expugnare oppidum. *Plin. l.* 7. *c.* 56. *a med.* Muralem machinæ. *Vitruv. l.* 10. *c.* 19. Arietaria machina. *Flor. l. c. g.* Machinis urbem quatere. ¶ Hinc translate *Cic. Agrar. n. c.* 18. *ſub fin.* Hanc legem ad evertendas illius opes, tanquam machinam comparari. *Id. pro Dom. c.* 12. Iiſdem machinis ſperant me poſſe labefactari, quibus antea ſtantem perculerunt. ¶ Sæpe ſunt conatus, conſilia, dicta, quibus quippiam perficere, aut decipere aliquem aggrediuntur, *machinamone*, *allugio*, *ingenio*. *Plaut. Bacch. c.* 2. 54. Aliquam machinabor machinam, unde aurum efficiam herili filio. *Accius* apud *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 29. Nec quem dolum ad eum, aut machinam commoliar, ſcio. *Cic. ad Brut. ep. ult.* Ut omnem adhibeam machinam ad tenendum adoleſcentem. *Plaut. Mil.* 3. 2. *c.* Quantas res turbo! quantas moveo machinas! Eripiam ego hodie, &c.

MACHINALIS, le, *μηχανικός*, ad machines ſpectans. *Plin. l.* 7. *c.* 37. Grande & Archimedi geometricæ & machinalis ſcientiæ teſtimonium M. Marcelli contigit. *Auſon. ep.* 22. *v.* 34. Qui machinali ſaxa volvunt pondera.

MACHINAMENTUM, ti, n. idem ac machina. *Liv. l.* 24. *c.* 34. Machinamentaque alia quetiſandis muris portabant. *Tacit.* 4. *Hiſt. cap.* 30. Præcipuum pavorem ſtatuli ſuſpenſum, & nutans machinamentum, quo repente demiſſo, ſinguli, plureſve ſublime rapti, verſo pondere intra caſtra effundebantur. *Senec. ep.* 24. *circa med.* Singulis articulis ſingula machinamenta, quibus, retorqueantur, aptata. ¶ Translate *Impp. Gratian. Valentinian. & Theodoſ. lib.* 8. *Cod. Theodoſ. tit.* 18. *leg.* 6. Callida machinamenta commeantium. *Apul. de dogmat. Platon. l.* 1. *ad fin.* Machinamenta, quibus ad ſtrationes dijudicandaſque quentitates, & quelitates ſenſus inſtructi ſunt. *Gli organi de' ſenſi.*

MACHINARIUS, a, um, ad machinam pertinens. *Machinaria mola*, quæ per machinam ab jumento verſatur. *Apul. lib.* 7. *Metam.* ¶ *Machinarius menſor*, qui per machinam agros metitur. *Ulpian. Dig. lib.* 22. *tit.* 6. *leg.* 7. ¶ *Machinarius aſinus*, qui molam machinariam verſat. *Id. lib.* 33. *tit.* 7. *leg.* 12. *ante med.* & *African. lib.* 30. *leg.* 58. *vers.* quemquam alii non jumentum, ſed ipſum molam intelligunt, quæ *μυλη* Græce appellatur. Docet enim *Sutd.* in *Ἀνδρ.* *ὅτου* dici molæ lapidem ſuperiorem, qui movetur. ¶ *Machinarius commentator*, apud *Solin. c.* 5. (*al. cap.* 11.) *circa med. inventore de machinæ*, *ingegnere*. ¶ *Machinarius* abſolute, qui in machina opus facit, vel qui eſt machinarum artifex. *Paul. Dig. lib.* 9. *tit.* 2. *leg.* 30.

MACHINATIO, onis, f. *machinazione*, *ingegno*, *μηχάνημα*, actus & vis machinandi, artificium, ſolertia. *Cic.* 2. *de nat. Deor. cap.* 38. Cum machinatione quadam moveri aliquid videmus, ut ſphæram, ut horas, non dubitamus, quin illa opera fiat rationis. *& cap.* 48. Data eſt quibuſdam beſtiis etiam machinatio quædam atque ſolertia: ut in aranæolis aliæ quaſi rete texant, ut ſi quid inhæſerit, conficiant, &c. ¶ Item machinamentum, machina, *macchina*, *ordigno*. *Vitruv. l.* 10. *c.* 2. *a med.* Portationes fructuum non eſſent, niſi plauſtrorum, aut farracorum per terram, navicularum per aquam inventæ eſſent machinationes. *Cæſ. l.* 2. *B. Gall. c.* 31. Qui tantæ altitudinis machinationes tanta celeritate promovere poſſent. *& lib.* 4. *cap.* 17. Tigna machinationibus demiſſa in flumen defigere. *Hirt. de B. Alex. cap.* 6. Aquæ magnam vim ex mari rotis, ac machinationibus exprimere. ¶ Translate *Cicer.* 2. *de Orat. cap.* 27. Judex, tanquam machinatione aliqua, tum ad ſeveritatem, tum ad remiſſionem animi, tum ad triſtitiam, tum ad lætitiam eſt conторquendus. *Ulpian. Dig. lib.* 4. *tit.* 3. *leg.* 1. Dolus malus eſt omnis calliditas, fallacia, machinatio, ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita. *Paul. ibid. leg.* 14. Quæ non magnam machinationem exigunt. *ſtraſſicio*, *furtorio*. *Ulpian. lib.* 45. *tit.* 1. *leg.* 36. Per machinationem obligatus. 4. *c.* per dolum.

MACHINATOR, oris, m. *ingegnere*, *architetto*, *μηχανοποιός*, *μηχανοποιός*, machinarum inventor & opifex, mechanicus. *Liv. lib.* 24. *c.* 34. *de Archimede.* Miraculi inventor, ac machinator bellicorum tormentorum, aperumque. *Senec. ep.* 88. *circa med.* Ludicris artibus annumeres licet machinatores, qui peſtimata per ſe fugentia excogitant, & tabulata tacite in ſublime crelcentia, &c. *Lactan. l. c. c.* 12. Deus rerum omnium machinator fecit hominem. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 642. *n.* 4. C. Babio Maſæo machinatori. ¶ Translate dicitur de inventora, & auctore cujuſcumque rei: & ſere in malam partem, *machinatore*, *ordituro*. *Cic.* 1. *Agrar. cap.* 5. *ad fin.* Tibi nos, Rulle, & iſtis tuis harum omnium rarum machinaturibus totam Italiam inermem tradituros ceſſiſſe miſiti. *Id.* 3. *Catil cap.* 3. Omnium ſcelerum improbiſſimus machinator. *Tacit.* 1. *Ann. c.* 60. Machinator doli. *Apul. in Apol.* Auctor & machinator accuſationis. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 45. *in fin.* Architectus & machinator. *Senec. in Troadib. verſ.* 750. Machinator fraudis, & ſcelerum artifex.

MACHINATRIX, icis, f. *macchinatrice*, inventrix. *Senec. in Med. v.* 166. Tu malorum machinatrix facinorum.

MACHINATUS, us, m. idem ac machinatio. *Apul. in Apol.* Gloriatur me ſuc machinata reum poſtulatum. Adde *Sidon. lib.* 5. *epiſt.* 6.

MACHINATUS, a, um, particip. ſignificationis paſſivæ, per machinas effectus. *Vitruv. l.* 10. *c.* 1. *circa med.* Alpicliamus ſolis, lunæ, quinque ſtellarum naturam, quæ ni machinata verſarentur, non haberemus in terra lucem. *Salluſt.* apud *Macrob. l.* 2. *Saturn. cap.* 9. & *Non. c. c. n.* 859. Demiſſum victoriæ ſimulacrum cum machinato ſtrepitu tonitruum corooam capiti imponebat. *Id.* apud *Priſcian. l.* 7. *pag.* 702. *Pmſcb.* At Luculium regis cura machinata fames brevi fatigabat. *Id. in Catil. c.* 49. Indicium a P. Autronio machinatum. *cromato*, *ordito*.

MACHINOR, aris, atus ſum, dep. 1. *inventare ingegnoſamente*, *fabbricare*, *μηχανάομαι*, ingeniole excogito, & fabricor, molior, ſtruo, *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 59. *a med.* Ad uſum autem orationis, incredibile eſt, quanta opera machinate natura ſit. *Id. de univerſ. c.* 3. Qui hæc machinatus eſt, ut molitionem novam quæreret. *Id.* 3. *de Orat. c.* 44. Hæc duo muſici machinati ad voluptatem ſunt, verſum, atque cantum. *Vitruv. l.* 2. *c.* 6. *ante med.* Tritonem æreum collocavit, & ita eſt machinatus, ut vento circumageretur. ¶ Sæpe in malam partem ſumitur, *macchinare*, *tramare*. *Plaut. Caſ.* 2. 4. 22. Mihi illa nubet: machinara quod lubet. *Id. Capt.* 3. 3. 16. Niſi ſi meo aliquam cordi machinor ablutiam. *& Bacch. c.* 2. 54. Aliquam machinabor machinam, unde aurum ſimulem. *Cic. pro Dom. c.* 22. Cum arma in ædem Caſtoris comportabas, nihil aliud, niſi uti ne quid per vim agi poſſet, machinabare. *ὑφαίνω*. *Id.* 3. *de nat. Deor. c.* 26. Sibi ipſi neforiam peſtem machinari. *Liv. l.* 2. *c.* 51. necem alicui. *Salluſt. in Catil. c.* 18. pemiciem cuipiam. *Cicer. c. Catil. c.* 2. peſtem in aliquem. *Juſtin. l.* 39. *c.* 4. *ſub fin.* exitium occultis inſidiis. *& mox.* ſeitimm per inſidias. *Ulpian. Dig. lib.* 4. *tit.* 3. *leg.* 1. adverſus hoſtem, vel latronem.

MACHINOSUS, a, um, *μηχανήεις*, machinis conſectus. *Sueton. in Ner. c.* 34. Repetentique Baulos in locum corrupti navigii machinoſum illud obtulit.

MACHINULA, æ, f. *macchinetta*, parva machina. Legitur apud *Feſt.* in voce *Muſcicule*, *Tucinga*, *Gromo*, & apud *Paulin. Nolan. in Nat.* XI. 5. *Fol. edit. Muratorii*, *v.* 458.

MACHLIS. V. *Achlis*.

MACIES, ei, f. *magrezza*, *macilenza*, *λεπτότης*, corporis extenuatio, a macco. *Col. l.* 6. *c.* 14. Inde tullis, & macies. *Ouid. l.* 13. *Metam. v.* 397. Adducitque cutem maciis. *Cic. Phil.* 7. *c.* 4. Profectus eſt ad bellum Hirtius conſul: at quo imbecillitate! qua macie! *quante ſtemuto!* & *Agrar.* 2. *c.* 34. Homo vegrandi macie horridus. *macilemo*, *e vicotta*. *Verm poeta* apud *eund.* 3. *Tuſcul. c.* 12. Refugere oculi: corpus macie retabuit. *Virg.* 4. *Georg. v.* 255. horrida vultum Deformat macies. *Id.* 3. *Æn. v.* 590. macie confecta ſuprema Ignoti nova forma viri. *Caſ. lib.* 3. *B. Civ. cap.* 58. *in fin.* Equi macie corrupti. *Horat. l.* 3. *od.* 27. *v.* 53. turpis macies decentes Deformat males. *Tibull. l.* 4. *el.* 4. *v.* 5. maciet tabentes occupat artus. *Prop. l.* 4. *el.* 3. *v.* 27. Dicerie & macie vultum tenuaſſe. *Lucan. lib.* 6. *verſ.* 515. tenet ora profundæ ſmda ſitu macies. *Plin. lib.* 30. *cap.* 7. Hoc macie ſcit. *effemo*, *ſmagrire*. & *lib.* 24. *cap.* 8. Reducere ad macism. ¶ Dicitur & de agris ſterilibus, & de triſti ſegetum proventu. *Colum. lib.* 2. *cap.* 4. In exili terra cultoris diligentia macies ſoli vincere poſſit. (Adde *Juſtin. lib.* 42. *cap.* 3.) *Ovid. l. Faſt. verſ.* 689. ſegete macie deficit. *Pallad. in Mart. tit.* 10. *a med.* Cortices macies jejuna nihil nutriet, *ſecchezza*: quo ſenſu & *Plin.* utitur *lib.* 17. *c.* 27. ¶ Apud *Solin. c.* 23. (*al.* 36.) *corr.* macies aquarum eſt, *ſcarſezza d' acque*. ¶ Translatur ad orationis tenuitatem, & inopiam. *Aull. dial. de Oratoribus. c.* 22. Quique alii in eodem valetudinaria hanc oſſa, & hanc maciem probant.

MACILENTUS, a, um, *macilemo*, *ἰνδαλμός*, macie extenuatus, plenus macie. *Plaut. Capt.* 3. 4. 114. Macilento ore, naſo acuto, corpore albo, & oculis nigris. *Id. Amn. c.* 3. 20. Macilentis malis, rufulus, aliquantum ventriofus. *Pallad. in Mart. tit.* 10. Macilentum ſolum.

MACIO, as, a. 1. *ſtemare*, *ἀναρρῶ*, macrum facin. *Solin. c.* 25. (*al.* 25. *a med.*) Caſpii maris fauces mirum in modum maciantur imbribus, crefcunt æſtibus.

MACIR ex India advehitur, cortex rubens radicis magnæ, nomine arboris ſuæ: qualis ſit ea, incompertum habeo. Corticis mella de-

coƈti uſus in medicina ad dyſentericos præcipuus habetur. Hæc *Plin. l.* 12. c. 8.

MACIS, idis, ficti aromatis nomen apud *Plaut. Pſeud.* 3. 2. 43. Quidam ajunt eſſe corticem aromaticum cujuſdam nucis Indicæ, qui Ital. *mace* dicitur.

MACOR, oris, m. *μαγρότης*, macies, a *macco*. Pacuv. apud *Non.* c. 2. n. 525. Corpus meum tabe, mœrore, macore ſenet. Al. leg. *mærore*.

MACRESCO, is, n. 3. *divenir magro*, λεπτύνομαι, macie fio. *Colum. l.* 6. c. 3. Ne penuria cibi macreſcat pecus. *Varr. l.* 2. *R. R.* c. 5. *a med.* Fames macreſcere cogit. *Feſtus* in *Curionum*: Curionem a gnum Plautus pro macro dixit, quaſi cura macruiſſet.

MACRITAS, atis, ſ. *μαγρότης*, macies, tenuitas, λεπτότης. *Vitruv. l.* 2. c. 4. Macritas arenæ. *Pallad. l.* 11. c. 1. Propter macritatem agræ ſemen aliud ferre non valet.

MACRITŪDO, inis, ſ. idem ac macies. *Plaut. Capt.* 1. 2. 35. Oſſa atque pellis ſum, miſera, macritudius.

MACROBII, orum, m. pop. Æthiopiæ, in Meroe inf. ad Or. ſic dicti a *μακρὸς*, longus, & *βίος*, vita, quia vita dimidio, quam nos protenſiore fruuntur. Forma ſunt pulcherrimi, plurimum valent robore, juſtitiam colunt, amant æquitatem. Apud eos lacus eſt adeo liquidus, ut ne folia quidem ſuſtineat, quo perſuſa corpora quaſi unƈta nitefcunt. Ultra illos defertæ inhumanæque ſolitudines ſunt. *Pompon. l.* 3. c. 9. *Plin. l.* 7. c. 2. & *Val. Max. l.* 8. c. 13. n. 5. *extern.*

MACROBIUS, ii. Aurelius Macrobius Ambroſius Theodoſius (vel Macrobius Ambroſius Aurelius Theodoſius) vir conſularis, & illuſtris, ſacrique cubiculi præfectus, qua fuerit patria, non conſtat, Romanus certe non fuit. Vixit autem Onorii & Theodoſii junioris temporibus, hoc ætate excunte ſæc. Chriſti IV. ſcripſitque commentaria in Ciceronem de Somnio Scipionis, & Saturnaliorum libros VII, in quibus ab A. Gellio multa deſcripſit, adeo ut ejus ſit & ſimia dictus ſit. Quamquam ultro ipſe fatetur, ſe ees ipſis verbis, quibus ab ipſis auƈtoribus enarratæ ſunt, explicaſſe, *in præfat. lib.* 1. *Saturn.*

MACROCHĒRA, *μακρόχειρα* a *μακρὸς*, longus, & *χὲιρ*, manus. *Tunicæ macrocheræ* apud *Lamprid. in Alex. Sev.* c. 33. accipimus manicatas. V. *Chirodotæ.*

MACHROCHIR. V. *Longimanus.*

MACROCOLUM, i, n. *carta regia*, *μακρόκολλον*, charta regia, quæ magnitudine Auguſtam, Liviannam, Fanniarum, cæteraſque cartæ ſpecies æquiperabat: a *μακρὸς*, longus, & *κόλλα*, membrum, membrana. *Cic. lib.* 16. *Attic. ep.* 3. *Λόγχαρτον* translatum in macrocolum lega convivis tuis. *Id. ibid. lib.* 13. *epiſt.* 25. Impenſam fecimus in macrocola. *Plin. lib.* 13. *cap.* 12. Pedalis, & cubitalis menſura erat macrocolis. *Hardouin.* ex MSS. legit *macrocollis* duplici *l*, a *κόλλα*, glutinum, ut *macrocollia* fuerint chartæ intec ſe junƈtæ, & glutino compactæ. Utcumque ſe res habeat, hujuſmodi chartis utebantur deſcribendis ſyntagmatis ex chirographo auƈtoris (qui ea in minoribus chartis conſcripſerat) ut in vulgus ederentur: quod ex allatis *Cicerone* locis ſatis apparet.

MACROLOGIA, ſ. *μακρολογία*, eſt vitium orationis, quo ſermo longior quam oporteat, uſurpatur. Græca vox eſt, & Græcis litteris ſcribitur a *Quintil. l.* 8. c. 3. *Charſ. l.* 4. *pag.* 242. & *Diomed. lib.* 2. *pag.* 444. *Pulſch.* qui omnes in exemplum aſſerunt illud *Livii*: Legati non impetrata pace, cetre domum, unde venerant, abiecrunt.

MACROR. V. *Maceo.*

MACTABILIS, le, qui mactari, vel mactare poteſt. *Lucret. l.* 6. v. 805. Tum ſit odor vitæ ſimilis mactabilis inſtar. Ita legit *Lambinus*, alii aliter.

MACTATOR, oris, m. occiſor. *Senec. in Troad. verſ.* 1002. Pecge mactatos ſenum.

MACTATUS, us, m. occiſio. *Lucret. lib.* 1. v. 98. Huſtia concideral mactatu mœſta parentis.

MACTATUS, a, um, *ſeparatur in ſacrificio, immolato, ſacrificato, occiſo*, occiſus in ſacrificio. *Horat. in fin. od.* 19. *lib.* 2. Mactata veniet lenior hoſtia. *Ovid.* 23. *Metam.* v. 448. Placet Achilleos mactata Polyxena manes. *Id.* 4. *Triſt. el.* 2. v. 35. corpora mactata deo. *Sueton. in Aug.* c. 15. Trecenti ex dedititiis ad aram divo Julio exſtructam hoſtiarum more mactati. ¶ Itere cumulatus, auƈtus, tum in bonam partem, tum in malam. *Ennius* apud *Serv. ad Æn.* 9. v. 641. Livius inde redit magno mactatu' triumpho. *Terent. Phorm.* 5. 8. 39. Mactatus infortunio. V. *Mactus.*

MACTE, & Macti. V. *Mactus.*

MACTĒA. V. *Mactya.*

MACTO, as, avi, atum, a. 1. *accreſcere, fidicitare*, propria eſt magis augere, quaſi *magis auƈte*. Mactare autem dicebantur, cum tuſo, vino, aliove ſuper hoſtiam poſito diceretur, *Macte hoſtia*. Ita *Varr. l.* 4. *de L. L.* c. 23. ea lectione *Scalig.* & *Serv. in* 4. *Æn.* v. 57. Indeque apud *Caton. de R. R. cap.* 134. *Macte hocce vino tuſerin eſto: Macte hocce ſerto eſto: Macte hocce dape pulcendo eſto.* Ubi Deo, cui ſacrificatus, dicitur *Macte eſto* pro *mactus*, h. e. cumulatus, auƈtuſque. Deum autem mactum eſſe jubebant, quia putabant, ſacrificiis augeri deorum felicitatem. *Varr.* apud *Non.* c. 4. *n.* 291. Pulrem dis mactare. *Cic. in Verr. c.* 6. Cum puerorum extis deos Manes mactare ſoleas. *Liv. l.* 9. c. 40. Eos ſe Orco mactare Junius dictitans. V. *Mactus.* ¶ Metaleptice ſumitur pro *cædere* in ſacrificiis, ſeu immolare, *καθ' ὑποστολὴν*, quod *cædis* voce in ſacrificiis, ut mali ominis, abſtinendum ſit. *Virg.* 4. *Æn.* v. 57. mactant lectas de more bidentes. Ubi *Servius* Mactari, verbum ſacrorum, *καθ' ὑποστολὴν* dictum. ¶ Per tranſlationem uſurpatur pro augere quocumque modo. *Cic. de Repub.* apud *Non.* c. 4. *n.* 291. Ferjot laudibus, mactant honoribus. *Arnob. l.* 2. *pag.* 84. Liberum patrem lanorum conſecratione mactatis. ¶ Transfertur etiam ad res malas, pro occidere, interficere. *Cic. de Harusp. reſp. cap.* 10. Clodius diviſores Tribunis domi ſuæ crudeliſſima morte mactavit. *Id.* 1. *Catil.* c. 11. Nec ad mortem rapi, non ſummo ſupplicio mactari impecabis? *Martial. l.* 1. *epigr.* 50. v. 23. Ibi illigatas mollibus damno plagis Mactabis, & vemas apros. ¶ Item pro violare, vel delere, e medio tollere. *Cic. 6 Verr. c.* 22. *extr.* Cum videant, jus civitatis illo ſupplicio eſſe mactatum. ¶ Item pro afficere. *Plaut. Pœn.* 3. 2. 14. Divitem audaƈter ſolemus mactare infortunio. *Id. Aulul.* 3. 5. 62. Dotatæ mactant & malo, & damno viros. *Enn.* apud *Non. ibid.* Qui illum dii deaque magno mactaſſint malo. *ἀγαθοποιῶ* pro *malevolens*, vel *malens*. ¶ Item pro fatigare, aut moleſtiam creare. *Plaut. Rud.* 1. 2. 8. Hoc, quod me mactat, concinnem lutum. ¶ Item pro præcipitare. *Accius* apud *Non. loc. cit.* Aut illorum opes fundam in campo, aut naves uram, aut caſtra mactabo in mare. Ita *Nonius.*

MACTRA, æ, ſ. *modius*, *μάκτρα*, vas, in quo farina ſubigitur. Vox Græca. *Perron. in ſragm. Trogus.* c. 74. *Burm.* De mactra illam ſubtili. Al. leg. da *mactrilla*. h. e. parva mactra. Alii vero aliter. Eſt enim is locus variis conjecturis agitatus.

MACTRILLA. V. vocem præced.

MACTUS, a, um, *accreſcitus*, cumulatus, auƈtus: *ex magis auƈtus*, ut *Feſtus* docet. Habet locum in ſacrificiis, in quibus, ut ait *Servius ad* 9. *Æn.* v. 641. quoties aut tus, aut vinum ſuper victimam fundebatur, dicebant, *mactus eſt taurus* vel *vino*, vel *ture*, hoc eſt cumulata eſt hoſtia, & magis auƈta. Sic quipiam deo offerentes dicebant deo: *macte hoc vino inferio eſto: macte hoc dape pulcendo eſto: macte hoc porco eſto*, ut eſt apud *Serv. ibid.* & *Caton. R. R.* c. 130. 134. & 139. quaſi deus ipſe ea oblatione major fieret, & honoratior, ejuſque beatitas augeretur. In his autem *macte eſto* politum eſt pro *mactus eſto*, vocativus pro nominativo (quamquam & *mactus* antiqui diserunt, teſte *Priſcian. l.* 5. *pag.* 668. *Putſch.*) & ſæpe *to eſto* omittitur. ¶ In eleganti uſu eſt *macte*, & *macti*, quoties gratulamur alicui, plaudimus, felicem, ac beatum eſſe, jubemus, & cohortamur, ut in virtute excolenda, quam recte factis adhuc ostendit, creſcat quotidie magis. *Cic. Attic. l.* 12. *ep.* 6. *a med.* & 1. *Tuſcul. c.* 17. Macte virtute. ego enim ipſe cum eodem ipſo non invitus certaverim. *Virg.* 9. *Æn.* v. 640. atque his victorem affatur Iulum: Macta nova virtute puer: ſic itur ad aſtra. *Senec. ep.* 66. *ad fin.* Macte virtute eſto, ſanguinolentis, & ex acie redeuntibus dicitur. *Bravo! valeroſo!* *Liv. l.* 7. c. 36. Macti virtute milites Romani eſte: veltrum iter ac reditum omnia ſecula laudibus ferent. *Valer. Flacc. l.* 6. v. 547. Macte, ait, o noſtrum genus. *Lucil.* apud *Serv. loc. cit.* Macte, inquem, virtute, ſimulque his verſibus eſto. *Ov.* honoratus, laudatus, auƈtus tum virtute tua, tum verſibus meis. *Plin. l.* 2. c. 12. Macti ingenio eſte, cæli interpretes. *Liv. l.* 10. c. 40. Macte virtute diligentiaque auƈtoris. *Stat. ſ. Theb.* v. 280. Macta animo juvenis. *& lib.* 2. *Silv.* 2. v. 102. Macte curis, Latios iatee placidiſſime vates. *h. e.* felix conubii. *& Silv.* 3. v. 106. Macte bonis animi. *Martial. l.* 4. *epigr.* 13. Claudia, Rufe, meo nubit peregrina Pudenti: Macte eſto tedis, o Hymenæe, tuis. *Plin. in Panag. cap.* 46. Macte hac gravitatis gloria, Cæſar. *& cap.* 89. Macte uterque ingenti in rempubl. merito. ¶ Animadvertenda eſt ita loquendi ratio apud *Liv. l.* 2. c. 12. *ad fin.* juberem, macte virtute eſſe, ſi pro mea patrem ius virtus ſtaret. Ubi al. leg. *juberem, te macte, &c. Sic Flor. l.* 2. c. 18. Macte fortiſſimam, & meo judicio beatiſſimam in ipſis malis civitatem! afferuit cum fide ſocios, &c. Al. leg. *macte eſſe fortiſſimam*, &c. *offerunt: cum fide*, &c. Quibus locis *macte* tanquam indeclinabile, vel adverbium ponitur. ¶ Cum genitivo *Martial. l.* 12. *epigr.* 6. Macte animi, quem carus habes, & moramque tuorum, Quos Numa, quos hilaris potuit habere Cato. *Adde Stat. ſ. Theb.* v. 405. ¶ Abſolute & ſine caſu, *Cic. in fin. l.* 15. *ad Attic.* Servuli dicunt, eum, & agripetas ejectus a Buchetius. Macte! *bella! multa bene!*

MACULA, æ, ſ. *macchia*, *σπίλος*, ſordes, labes, quidquid alicujus rei proprium colorem inficit & corrumpit. *Cic. 2. de nat. Deor. cap.* 38. Eſt corporis macula, nævus: illi tamen hoc lumen videbatur. *Ovid.* 3. *Faſt.* v. 822. Maculas auferra da vellibus. *Plin. lib.* 30. *c.* 23. extrahere. *Id. l.* 32. c. 25. *a med.* in velle fecere. *Id. l.* 28. c. 7. *ad fin.* e velle abluere. *Id. l.* 30. c. 2. Lentigines ac maculas e facia tollit elaterium. *Io ſacche. & cap.* 23. *ad fin.* Ruta illitā lentrices & maculas toto corpore emendat. *Id. l.* 36. *c.* 29. Melilites medetur maculis corporis. *Perron. in Satyr.* c. 102. Aquæ aſperpo corpori maculam imponit. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 455. Combibit os maculas. *Plaut. Capt.* 3. 4. 63. Maculatur corpus maculis turidis. *Cic. in Janum. Scip. c.* 8. Vides habitari ra terra ratis & paludibus in locis: & in ipſis quoſi maculis, ubi habitatur, vaſtas ſolitudines interjectas. *maculas* vocat, quia loca terræ habitabilia rara ſunt, & intervallis diſſita ſicut in velle maculæ. ¶ Tranſitate ad res turpis honeſtatem deformans, nota, infamia, dedecus, *mota, ſarcio, diluvio, infamia. Lucil.* apud *Non. c.* 4. *n.* 311. Quem ſcis ſcire tuas omnes maculaſque noſtiques. *Cic. pro Leg. Manil. cap.* 3. Delenda vobis eſt illa macula, Mithridatico bello ſuſcepta, quæ penitus jam infedit atque inveteravit in populi R. nomine. *Id. pro Dom. c.* 9. *a med.* Homo omnium ſcelerum libidinumque maculis notatiſſimus. *Id.* 7. *Verr. c.* 46. Errabus, Verres, cum ta maculas furorum & flagitiorum tuorum, ſociorum innocentium ſanguine cluere arbitrabare. *Id. pro Planc. cap.* 12. Hunc tu vitæ ſplendorem maculis aſpergo iſtis? *Id. pro Roſc. Amer. c.* 30. Legationis cæremoniam perfidia polluere, maculaque afficere. *Senec. in Herc. Oet. v.* 1454.

Impri-

ſmprimere maculem laudibus. *Cic. Verr.* 5. *c.* 4 Ut ejus adoleſcentiæ maculas ignominiaſque præteream. *Id. pro Cluent. cap.* 5. Illam non pudor, non pietas, non macule familiæ a cupiditate revocavit. *Id. pro Balb. c.* 6. Eſt huius ſæculi labes quædam & macula, virtuti invidere. *Terent. Adelph.* 5. 8. 31. Effugere maculam avaritiæ. *Plaut. Pan.* 1. 1. 70. Ineſt amoris macula hunc homini in pectore, quæ eam neutiquam poteſt. *Id. Capt.* 4. 2. 61. Jam ego ex corpore exigam omnes maculas mœrorum tibi. *Horat. in ar. Poet.* v. 351. ubi plura nitenz in carmine, non ego paucis Offendar maculis, quas aut incuria fudit, Aut humana parum cavit natura. ¶ Eſt etiam nota, ſignum differens colore a reliquo corpore, *ſegno*, *macchia*. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Genuina purpura nigris interpellantibus maculis. *Virg.* 3. *Georg.* v. 56. bos maculis inſignis & albo. *b. e.* albis maculis. V. *Endiadys*. & *lib.* 4. v. 91. *de rege apum*. maculis auro ſquallentibus ardens. & 9. *Æn.* v. 40. Equus ubis maculis. *ſegnato a rotelle*. ¶ Item foramen retis, plaga, *maglia*. *Ovid. Heroid. ep.* 5. v. 19. Retia ſæpe comes maculis diſtincta tetendi. *Colum. l.* 8. *c.* 15. Locus clatris, vel grandi macule intribus contegitur. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 11. Septum totum rete grandibus maculis integitur. *Cic. Verr.* 7. *c.* 31. Reticulum id narea ſibi admovebat, teniſſimo lino, minutis maculis, plenum roſæ. ¶ In loco *Varronis* allato quidam omittunt *vi rete*, & maculas pro ipſo rete poni putant. Eſt qui affert & locum *Claudiani l.* 3. *de rapt. Proſ.* v. 266. ſed ibi non de rati, ſed de tigris maculis ſerma eſt. Licebit tamen, ſi uſus veniat, *maculas* pro reti uſurpare per ſynecdochen.

MACULATIO, onis, ſ. *il macchiare*, actus maculandi. *Apul. in Apolog.* Ea tabes primorem cutem vitiligine inſignit, & omnimodis maculationibus coovariat. ¶ Translate *Jul. Firmic. l.* 3. *c.* 15. *n.* 3. Aliqua inſamiæ maculatione pollutus.

MACULATUS, a, um, *macchiato*, macula fœdatus, inquinatus. *Ovid. de nuce*, v. 157. dextra maculata cruore. ¶ Translate *Sil. lib.* 11. v. 200. maculatæ crimine mantes. ¶ Item notis, & ſignis varii coloris diſtinctus. *Val. Flacc. l.* 6. v. 704. & multo maculatam murice tigrim.

MACULO, as, avi, atum, a. t. *macchiare*, *ſporcare*, *ſvernire*, maculo efficio, inquino, polluo, fœdo. *Virg.* 3. *Æn.* v. 28. etro liquuntur ſanguine guttæ, Et terram tabo maculant. *Plaut. Capt.* 3. 4. 63. Maculatur corpus maculis luridis. ¶ Translatum eſt cnataonare, pollurre. *Cic de Haruſp. reſp. cap.* 13. Caſtiſſimos ludos omni flagitio, dedecore maculare. *Id. pro Mil. c.* 31. Maculare omni neſario ſtupro & ſcelere ſacra loca. *Id. pro Sext. c.* 28. Eo negotio M. Catonis ſplendorem maculare voluiſtnot. *Liv. l.* 1. *c.* 13. Maculare partus ſuos parricidio. *Nep. in Pauſan. ſub fin.* Belli gloriam turpi morte maculavit. *Virg. Æn.* 10. *n.* 851. Idem ego, nate, tuum maculavi crimine nomen. *Auſon. Vict. de Cæſarib. c.* 15. Hunc nulla vitiorum labes maculavit. *Lucret. l.* 5. v. 1150. natus maculat pomarum præmia vitæ. *b. e.* corrumpit. ¶ *Maculantia verba*, quæ orationem maculant. *Gell. l.* 16. *c.* 7. Obſoleta quoque, & maculantia ex ſordidiore vulgi uſu ponit. ¶ Eſt etiam per intervalla ſingere, & quaſi maculas ornatus gratia aſpergere. *Valer. Flacc. l.* 4. v. 368. *de Argo*. Lumina non eliter toto cui vertice, quam ſi Lydi nums ſparſo telas maculaverit oſtro.

MACULOSUS, e, um, *macchioſo*, *macchioſa*, *imbrattata*, *chiazzata*, *ſvernita*, maculis aſperſus, maculis abundans, immundus. *Cic.* 2. *Phil. c.* 29. Auctionis vero miſerabilis aſpectus: veſtis Pompeji non multa, eaque maculoſa, argentea vaſa colliſa, &c. *Plin. l.* 2. *c.* 9. Maculoſa luna. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 395. maculoſæ ſanguine arenæ. *Id. l.* 3. *Triſt. el.* 1. v. 15. Littera ſuffuſus quod habet maculoſa liturus, &c. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 29. Si unam peccaviſſes ſyllabam, fieret eorium tam maculoſum, quem eſt nutricis pallium. *pieno di piaghe*, *e lividure*. ¶ Item notis, quaſi maculis, diſtinctus. *Virg.* 1. *Æn.* v. 327. maculoſæ tegmine lyncis. *Plin. l.* 36. *c.* 6. Maculoſum marmor. *Colum. l.* 6. *c.* 37. Equus coloris nigri, vel maculoſi. ¶ Translate eſt contaminatus, impurus, ſceleſtus. *Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 16. *ante med.* Maculoſi Senatores, nudi equites. *Horat. l.* 4. *od.* 5. v. 20. Maculoſum noſas. *Tacit.* 3. *Hiſt. c.* 38. Vir omni dedecore maculoſus. *Auſon. Vict. de Cæſarib. c.* 11. Maculoſa adoleſcentia.

MADAURENSIS, ſe, ad Madaurum pertinens, quæ eſt urbs Africæ in finibus Numidiæ, & Getuliæ, patria Apuleji. Unde *Apuleius Madaurenſis* apud *Auguſtin. epiſt.* 49. *quæſt. ult.*

MADEFACTO, is, eci, actum, a. 3. *bagnare*, *βρέχω*, *βύω*, *δεύω*, madidum facio, humore aſpergo, tingo. *Cic.* 1. *de Divin. cap.* 32. Vaticinatus eſt, madefactum iri minus triginta diebus Græciam ſanguine. *Virg.* 5. *Æn.* v. 330. Sanguis fuſus virides madefeceret herbas. *Plin. l.* 32. *c.* 7. *circa med.* Lanam aceto & nitro madefacere. *Ovid.* 4. *Metam.* v. 251. imbutum cæleſti nectare corpus Delevit, terræmque ſuo madefecit odore. *b. e.* imbuit, perfudit. Joculariter *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 30. Vino modo cupidæ eſtis: eo vos, veſtros panticeſque adeo madefacitis, cum ego ſim hic ſiccus. ¶ Pro macerare, *mettere in molle*. *Plin. l.* 25. *c.* 6. *a med.* Caules conciſos madefaciunt diebus quindecim, atque ita ſuccum exprimunt.

MADEFACTO, as, a. t. *bagnare ſpeſſo*, frequentativum a madefacio. *Venant. Fortun. l.* 1. *carm.* 21. v. 26. Si tamen eſt fluvius, qui madefactat humum.

MADEFACTUS, a, um, *bagnato*, *molle*, madidus factus, aſperſus, maceratus. Minus eſt, quam *imbutus*: ut in illo *Cuer. Phil.* 14. *c.* 3. Imbuti ſanguine gladii, vel madefacti potius. *Plin. l.* 21. *c.* 8. Amaranthus madefactus aqua mviveſcit. *Id. l.* 26. *c.* 6. Radix in vino madefacta. *Tibull. l.* 1. *el.* 7. v. 14. Et madefacta meis ſerta feram lacrymis. & *lib.* 3. *el.* 6. *in fin.* Syrio madefactus tempora nardo. ¶ Item tinctus, coloratus, *vino*. *Id. l.* 4. *el.* 2. v. 15. cui mollia caris Vellera det ſucis bis madefacta Tyros. ¶ Item perfuſus, ebundens, plenus, madens. *Sil. l.* 12. v. 18. molli luxu madefacta, meroque illecebris ſomni torpentia membra fluabant, *Heruſ.* mallet *labefacta*. *Colum. lib.* 10. *verſ.* 309. multo madefactus lucco. *Ammian. l.* 25. *c.* 3. *a med.* (*al.* 1. 5.) Poculis amplioribus madefacti.

MADEFIO, is, anom. paſſiv. *eſſer bagnato*, *bruciato*, madens fio, humore aſpergor. *Plin. l.* 28. *c.* 7. Ferventes oculorum angoli ſubinde madefiunt. *Catull. carm.* 63. *de nupt. Pel. & Thet. verſ.* 364. Alta Polyxenia madefient cæde ſepulcra. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 32. Madefactum iri Græciam ſanguine.

MADENS, antis, *bagnante*, *molle*, *grondante*, *διάβροχος*, *ὑγρὸς*, humore plenus, madidus, perfuſus. *Plin. l.* 9. *c.* 45. Madentes ſpongiæ. *Id. l.* 31. *c.* 9. Linteolum vino madens. *Quintil. l.* 6. *c.* 2. *a med.* Veſtis madens ſanguine. *Petron. in Satyr. c.* 6. Madens foliere. *Stat. l.* 5. *ſilv.* 3. v. 58. Madens oculis. *b. e.* fletu. *Ovid.* 3. *Triſt. el.* 5. v. 12. Os fletu madens. *Id. Heroid. ep.* 13. v. 52. More nivis lacrymæ ſole madentis emot. *che ſi ſtrugge al ſole*. *Stat.* 3. *Theb. verſ.* 230. Enſe madens. *b. e.* enſem habens madentem ſanguine. ¶ *Cede madens* eſt madens ſanguine ob cædem factam: & metonymice cædis auctor, aut reus. *Juvenal. ſat.* 4. *in fin.* hoc nocuit Lamiorum cæde madenti. *Senec. in Herc. Oet.* v. 1870. populiſque madens ferrum. *b. e.* ſanguine cæſorum populorum. *Id. in Herc. Fur.* v. 1195. puerili madens crudo leto. ¶ Abſolute *Cic. poſt redit. in Sen. c.* 6. & *Virg.* 4. *Æn.* v. 216. Madens coma. *b. e.* delibuta unguentis. *Lucret. lib.* 6. v. 1180. fudor madens per collum. *b. e.* manans, fluens. Sic per catachreſim *Sever. in Ætna*, v. 520. madentes flammæ. *b. e.* fluentes. *Senec. in Herc. Oet. verſ.* 72. madens Auſter. *b. e.* pluvius. Sic *Martial. l.* 10. *epigr.* 5. Madens bruma. *ſovvente piovoſa*. *Tacit.* 5. *Hiſt. c.* 17. Madentes campi. *acquoſi*. Et *Sven. l.* 4. *fin.* 8. v. 8. madens deus. *b. e.* Neptunus. ¶ *Vino madens*, eſt vini plenus, bene potus, ebrius, *pieno di vino*, *ubbriaco*. *Senec. ep.* 83. *circa med.* Vir moderatus & gravis, ſed interſus vino & madens. ¶ Abſolute *Sueton. in Claud. c.* 33. Nec temere unquam triclinio abſceſſit, niſi diſtentus ac madens. ¶ Hinc translate *Martial. l.* 7. *epigr.* 50. Jure madens, varioque togæ, limetus in uſu. *b. e.* plenus juris ſcientiæ. *Gell. in fin. cap.* 8. *lib.* 13. Vitia facundiſſime accuſant, intercutibus ipſi vitiis madentes. *Auſon. in Profeſſorib. num.* 25. Cui ſelle nullo, melle multo mens madeos.

MADĒO, es, dui, n. 2. *eſſer umido*, *bagnato*, *molle*, *grondante*, *madare*, *ſvenire*, humidus, madidus ſum, humore madefio: a priore Græca voce allata. *Cic.* 2. *Phil. c.* 41. Netabant pavimenta vino, madebant parietes. *Virg.* 12. *Æn.* v. 690. pluriana fuſo Sanguine terra madet. *Id.* 3. *Georg.* v. 419. Vere madent udo terræ, ne pluvialibus auſtris. *Martial. l.* 9. *epigr.* 36. Scis, quoties Phario madeat Jove fuſca Syene, *b. e.* pluvia perfundatur. *Id. l.* 11. *epigr.* 57. Contiouis vexata madet vindemiu nimbis. *b. e.* tempus violemiæ pluvium eſt. *Id. de Spect. epigr.* 3. Et Cilices nimbis hic maduere ſuis; *b. e.* perfuſi ſunt croco. *Id. l.* 10. *epigr.* 19. madent capilli. *ſeil.* unguento. *Plin. l.* 13. *c.* 1. Perſæ unguento madent. *Id. l.* 12. *c.* 12. Radix ſucco madet. *Id. l.* 24. *c.* 11. Capræ ſi aquam biberint, ſi in qua folia ea maduerint, mori dicuntur. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 378. Lacrymis madent genæ. *Val. Flacc. l.* 3. v. 391. quibus invito maduerunt ſanguine dextræ. *b. e.* qui inviti cædem patrarunt. *Lucan. l.* 2. v. 149. nati maduere peterno ſanguine. *b. e.* acciderunt patres ſuos. metonymice. ¶ *Madere vino*, & *madere* abſolute eſt bene potum eſſe, etque ebrium, *eſſer pieno di vino*, *ubbriaco*. *Tibull. l.* 2. *el.* 2. v. 8. Atque latur libo ſit, madeatque mero. *Plaut. Tuncul.* 4. 4. 8. Si alia membra vino madeant, cor ſit ſaltem ſobrium. *Id. Moſtell.* 1. 4. 7. Ecquid tibi videor madere? *Id. Pſeud.* 5. 2. 7. Non vides ma, ut madide madeam? *Tibull. l.* 2. *el.* 1. v. 29. non feſta luce madere. Eſt rubor. ¶ Pro abundare, plenum eſſe: ductum eb iis, qui vino madent. *Tibull. l.* 3. *el.* 6. v. 5. madent generoſi pocula Baccho. *Plin. l.* 17. *c.* 4. *ſub fin.* Cæcubæ vites in Pomptiis paludibus madent. *Propert. l.* 3. *el.* 4. v. 74. Cum pagana madant fercula delicijs. *Plaut. Moſtell.* 2. 1. 48. Illæc blande dicta quo eveniant, madeo metu. *Lucret. l.* 4. v. 703. arte madent ſimulacre. *b. e.* arte imbuta & prædita ſunt. Eſt tamen qui *volem* legat. *Horat. l.* 3. *od.* 21. v. 9. Socraticis madet ſermonibus. *b. e.* imbutus eſt, & abundat præceptis graviorta philoſophiæ. *Martial. l.* 7. *epigr.* 68. Cujus Cecropia pectora voce madent. *b. e.* peritiſſima ſunt Græcæ linguæ. ¶ In illo *Virg.* 1. *Georg.* v. 196. Et quamvis igni exiguo properata maderent: *Serv.* & alii exponunt *feſtinata coquerentur*: quo ſenſu *Plaut. Men.* 2. 2. 51. Jam ego hæc madebuet, ſano: nihil morabitur. *b. e.* coquentur. Sic *Perſ.* 1. 3. 12. Collyræ facitn ut madeant, & colliphia: ne mihi incoctu detis. Non tamen hæc ita intelligas, quaſi *madere* coctum eſſe ſignificet, ſed quia quæ cocta ſunt, teneriora ſiunt, & jure facilius perfunduntur ne imbuuntur.

MADESCO, is, n. *bagnarſi*, *eſſer molle*, *bruciare*, madidus fio. *Virg.* 5. *Æn.* v. 697. ſemuſle madeſcunt robora. *Ovid.* 1. *Metam. verſ.* 66. tellus Nubibus affiduis, pluvioque madeſcit ab auſtro. *Id. 6. Faſt.* v. 198. multa terra madeſcit aqua. *Claudian. l.* 3. *de rapt. Proſ.* v. 311. largis tunc imbribus ora madeſcunt. *Colſi l.* 3. *c.* 6. *circa med.* Spectare oportet, num tempora, partesve corporis aliæ paulum madeſcant. *b. e.* ſudore perfundantur. ¶ Per metonymiam eſt mollefcere, tenerum fieri, macerari, *intenerirſi*. *Colum. l.* 6. *c.* 30. *de equis*. Ut ſtabulentur ficco loco, ne humore madeſcant neguæ. *Id. l.* 12. *c.* 3. *ante med.* Braſſica in coctura celerius madeſcit. *Id. lib.* 10. *verſ.* 398. *de cucumere*. . ſiguoque madeſcit luteus ervo. *Plin. lib.*

lib. 18. *cap.* 7. ad *fin.* Triticum madefcit dulci aqua ligneis vaſis.

MADYDANS. V. in *Madido.*

MADIDATUS, a, um, *bagnato, molle*, madidus factus, madens. *Apul. l.* 8. *Metam.* Madidete ſpongiæ. ¶ Item vino madens. *Arnob. l.* 5. *ſub init.* Injeciſſe madidatis vincula.

MADIDE, adverb. *Madide madere* apud *Plaut. Pſeud.* 5. 2. 7. 18 probe ebrium eſſe.

MADIDO, us, avi, atum, a. 1. *bagnare*, madidum reddo, madefacio. *Arnob. l.* 2. *pag.* 70. Proluvia linerent & madidarent ſe ſus. *Id. l.* 5. *pag.* 163. Mero multo madidari. ¶ Particip. *madidens* pro madidus, madens. *Claudien. l.* 2. *de rapt. Proſ. verſ.* 88. ille (*Zephyrus*) novo madidantem noctare pennas Concutit, & glebas fecundo rore maritat.

MADIDUS, a, um, *bagnato, molle, ὑγρὸς, διάβροχος*, madens, madefactus, humidus. *Cic. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 12. *e med.* Fafciculum illum epiſtolarum totum ſibi aqua madidum redditum eſſe. *Plin. lib.* 25. *c.* 6. Radix ſucco madida. *Id. l.* 31. *c.* 7. Madidus ſpiritus. *grie umide. Ovid.* 2. *Metam. v.* 264. madidis Notus evolat alis. *& lib.* 5. *v.* 53. Capilli madidi myrrha. *Id.* 2. *de ar. am. verſ.* 660. Madidæ genæ. *b. e.* madentes lacrymis. *Id. Heroid. ep.* 14. *v.* 30. & *l.* 2. *Amor. el.* 6. *verſ.* 38. madidæ comæ. *h. e.* madentes unguento. ¶ Item humore abundans, aquoſus. *Ovid. l.* 2. *de ar. am. v.* 554. Ut levis in madida cauma pelude tremit. *Id. l.* 5. *Triſt. el.* 6. *verſ.* 37. multa madidæ celebrantur arundine foſſæ. *Martial. l.* 4. *epigr.* 44. Preſſerat hic madidos nobilis uva lacus. *Id. lib.* 7. *epigr.* 35. Madidus Jupiter. *h. e.* pluvius. ¶ Trabeæ *Cæcil.* apud *Priſcian. l.* 6. *pag.* 699. *Putſch.* Itan' eſt madida memoria? *h. e.* quæ nihil retinet, velut ſi in eque ſcribas. ¶ Item mollis, tener, *tenero. Plin. l.* 17. *c.* 5. *ad fin.* Semina in ſiliquis nigriora, & madidiora lenticula. ¶ Hinc dicitur de cibis coctis, coctilis, maceratis. *Plaut. Men.* 2. 3. 29. Madida quæ mihi appolita in menſam, &c. *Id. Perſ.* 2. 3. 14. Niſi quas madidas glutias. *Martial. l.* 3. *epigr.* 42. Madidum cicer. *Id. l.* 10. *epigr.* 48. Eſt madidum thynni de ſale fumen erit. *Lucan. l.* 2. *verſ.* 621. tabe jecur madidum. *h. e.* corruptum, & fœtidum. ¶ *Madidus vino*, & *madidus* ebrioſus, eſt vini plenus, ebrius. *Plaut. Aulul.* 2. 6. 36. Ego te hodie reddam madidum, ſed vino, probe. *Id. Amph.* 3. 4. 18. Faciam, ut ſit madidus ſobrius. Adde *Martial. l.* 6. *epigr.* 89. & *lib.* 9. *epigr.* 23. Sic *dies madidi* apud *eund. l.* 14. *epigr.* 2. ſunt Saturnalitii, in quibus vino largius indulgebatur. ¶ Eſt etiam imbutus, tinctus, *tinto. Martial. l.* 5. *epigr.* 24. Veſtis cocco madida, vel murice tincta. ¶ Translate *Id. l.* 2. *epigr.* 40. Cecropiæ madidus, Latiæque Minervæ artibus. *Id. l.* 4. *epigr.* 14. Nec torva lege fronte, ſed remiſſa Lafciviæ madidos jocis libellos. Eundem habeat uſum *madere*, & *madeo.*

MADIFICO, us, a. 1. madefacio. Quidam tribuunt *Plinio l.* 28. *c.* 7. *circa med.* Ferventes anguli oculorum madificentur. Sed legendum omnino *madefiant.*

MADOR, oris, m. *umidità, umore, ὑγρότης*, humor: a *madeo. Salluſt. in fragm.* apud *Non. c.* 2. *n.* 534. Ingens terræ uter, ne ea lapere nova munimenta madore infirmarentur. *Arnob. l.* 5. *pag.* 185. Mador terræ. *Ammian. l.* 22. *c.* 6. (*al.* 14.) Lapides recens ſtructi, & madore infirmi.

MADULSA, æ, m. ebrius: a *madeo*, quia vino madet. *Feſtus. Plaut. Pſeud.* 5. 2. 7. Ego nunc probe abeo madulſa. Apud *Feſt.* legitur & *madulſe*: ſed *madulſe* eſt rectius.

MÆANDER. V. *Mæandrus.*

MÆANDRATUS, a, um, flexus, tortuoſus inſtar Mæandri. *Varro* apud *Non. c.* 2. *n.* 550. Mihi facies Mæandrata, & vermiculeta, atque etiam adeo cingens orbem terræ.

MÆANDRICUS, &

MÆANDRIUS, a, um, *Mæandrius*, ad Mæandrum pertinens. *Tertull. de Poll. c.* 4. *n med.* Si quis Mæandrico fluxu delicatem veſtem humi protrahat. V. vocem ſequent. ſub fin. *Ovid. 9. Metam. v.* 573. Attonitus ſubita juvenis Mæandrius ira. *h. e.* Caunus Mæandri nepos. *Claudian. de* VI. *conſul. Honor. verſ.* 635. Mæandria Bumina. *Propert. lib.* 2. *el.* 25. *v.* 35. Phrygio fallax Mæandria campo Errat, & ipſa ſuas decipit unda vias. *Avien. in perieg. verſ.* 1010. Mæandria gleba. *h. e.* arva, quæ Mæandro alluuntur.

MÆANDROS, & Mæandrus, & Mæander, dri, m. *Maiandjos*, fluvius ingens Aliæ in Phrygia magna, qui e lacu in Aulocrene monte oritur, plurimiſque effuſus oppidis, & repletus flumineibus ereberis, ita ſinuoſus flexibus, ut ſæpe credatur reverti, Apamenam regionem, & Eumeneticam, & Bargyliticos campos, demum Cariam placidius pervagatur, omneſque eos agros fertiliſſimo riparum limo prope Miletum mari illabitur: quæ eſt deſcriptio *Plinii lib.* 5. *cap.* 29. In fabulis hagitur Oceani & Terræ filius, pater Cygnes Nymphæ ſe qua Miletus Solis filius Caunum & Byblidem ſuſcepit. Cauſa cur tam oblique ferenus, eſt, quia multum limi defert, & modo huic, modo illi ripæ adjicit. *Ovid. Heroid. ep.* 9. *verſ.* 55. Mæandros, totiesque qui terris errat in ſidem: Qui laſſas in ſe ſæpe retorquet aquas. *Id. lib.* 8. *Metam. verſ.* 162. Non ſecus ac liquidus Phrygiis Mæandrus in arvis Ludit, & ambiguo lapſu refluitque, fluitque: Occurrenſque ſibi venturas reſpicit undas: Et nunc ad fontes, nunc in mare verſus aperta, incertas exercet aquas. (Hæc præclare vertit *Torquat. Taſſ. Hieruſ. liber.* 16. 8.) *Senec. in Herc. Fur. verſ.* 683. qualis incerta vagus Mæander unda ludit, & cedit ſibi, Inflatque dubius, linus, an fontem petat. *Lucan. l.* 3. *v.* 208. Errantem Mæandron adit. ¶ Hinc *more Mæandri*, flexuoſe, tortuoſe. *Colum. l.* 8. *c. ult. a med.* Operiebit nonnullis locis moles interedi, more Mæandri. ¶ Hinc omnes obliquitates, quibus poſt varios ſexus redditur, unde diſceſſum aree: item omnes ambages, & obliqua, obſcura, & vaſra conſilia *Mæandri* dicuntur, *rigiri, andirivieni. Cic. in Piſon. c.* 22. *ad fin.* Quos tum Mæandrus, dum omnes ſolitudines perſequeris, quas diverticula, flexionelque quaſiſti? *Gell. in fr. cap.* 8. *l.* 16. Ne tu quoque in illis diſſectæ gyris, atque mæandris, tanquam apud Sirenios ſcopulos, conſeneſcas. *Ammian. l.* 30. *c.* 2. (*al.* 3.) Hi locorum gnaritate conſiſi, quod ille, ut peregrinos & infuetos, maandros faciebat, & gyros, &c. Adda *Prudent. Cathemer.* 6. *verſ.* 142. ¶ Item opus penicillo, aut acu factum, ad ſimilitudinem curſus Mæandri, flexuoſi & in ſe reuneabili gyro deſcriptum: qualia in vetis veſtium multiebrium ſæpe videmus. *Feſtus, Non. c.* 2. *n.* 550. & *Serv.* ad illud *Virg. Æn.* 5. *v.* 250. Victori chlamydem auratam e quam plurima circum Purpura mæandro duplici Meliboea cucurrit. Simile eſt Græcorum littera ξ. *Auſon. Edyll.* 22. *de litter. monoſyllab. v.* 22. Mæandrum ſexuſque vagos imitata vagor ξ. Gallice *en zec*: & habet locum etiam in aggeribus obſidionum. ¶ *Mæander* in recto ſingulari legitur etiam apud *Claudian. l.* 2. *in Eutrop. v.* 266. & *Avien. in Perieg. v.* 999. & *Senec. ep.* 104.

MÆCENAS, atis, m. *Μαικήνας*. C. Cilnius Mæcenas, eques R. origine Tuſcus, & quidem regii ſanguinis, clariſſimus fuit tum amicitia Auguſti, tum amore in ſtudia præſertim & doctos viros, quo Horatium, Varium, & Virgilium præcipue fovit, & complexus eſt. Hinc ſtudiorum patroni hodieque per antonomaſiam *Mæcenates* appellantur. *Martial. l.* 8. *epigr.* 56. Sint Mæcenates, non deerunt, Flacce, Maroues. ¶ Narrant, delicatum fuiſſe non ſolum cultu ac moribus (unde *Juvenal. ſat.* 12. *v.* 39. veſtere Purpuream teneris quoque Mæcenatibus optam.) ſed etiam labiis, fracta, & mollis fuit ejus oratio: cujus ſpecimina aliquot habes apud *Quintil. l.* 10. *c.* 4. *ante med.* & *Senec. epiſt.* 29. 101. & 114. Jocularem eutem appellationes, quibus in eum in quadam epiſtola uſus eſt *Auguſtus*, referuntur a *Macrob. l.* 2. *Saturn. c.* 4. V. etiam *Sueton.* in *Aug. c.* 86. & *Velleſ. l.* 2. *c.* 88. ¶ Lis eſt non aut de ſcriptione, aliis *Mecenas*, aliis *Mœcenas*, aut *Mecenas*, aliis *Mœcenas* ſcribentibus. Ab his non cum *Manutio, Dauſq.* & *Cellar.* ſtamus, lapidibus tribus apud *Mamm.* ſeptem apud *Fabretti*, & Græce conſuetudine confirmente. V. *Broukuſ. ad Propert. l.* 3. *el.* 7. *v.* 1.

MÆCENATIANUS, a, um, ad Mæcenetem pertinens. *Suetan. in Ner. c.* 38. Mæcenatiena tutrix. *Id. in Tyber. c.* 15. Mæcenatiani horti. *Plin. l.* 14. *c.* 6. Mæcenatiana vina.

MÆCIA, tribus Romane ruſtica, in Latio conſtituta una cum Sceptia circa A. U. CCCCXXV. hic dicta a quodam oppido, quod prope Lanuvium fuit. *Feſtus*, & *Liv. l.* 8. *c.* 17. & *lib.* 29. *c.* 37.

MÆCES. V. *Meles.*

MÆLIANUS, a, um, ad Mælium pertinens, quod eſt nomen propr. civis R. *Liv. l.* 4. *c.* 16. Seditio mota ex Mæliana cæde.

MÆLIUM, ii, n. collare canum ex corio cum clavulis capitatis, ne vulnerentur a feris. *Varr. lib.* 2. *R. R. cap.* 9. *ad fin.* V. *Millus.*

MÆNA, æ, f. *μαινὶς*, genus piſcis marini (ut aſt apud *Plin. l.* 32. *c. ult.*) exigui pretii, ex quo faſſamenta fieri ſolebant. Fortaſſe eſt quod Venati *enchion* vocant. *Ovid. in Halieut. v.* 120. Fecundumque genus, mænæ. *Martial. l.* 11. *epigr.* 32. Mænæ breves. *& lib.* 12. *ep.* 32. inutiles. *Perſ. ſat.* 3. *v.* 76. Mænaque quod prima nondum defecerit orca. *Cic. a. de Fin. cap.* 28. Qui voluptatem ipſam contemnunt, iis licet dicere, ſe accipenferem mænæ non anteponere.

MÆNADES, um, f. *Βακχαὶ, Μαινάδες*, Bacchæ, mulieres, quæ inſamentium ritu Bacchi orgie celebrabant: a *μαίνομαι*, inſanio. V. *Bacchæ. Catull. carm.* 62. *de Att, v.* 23. Ubi capita Mænades vi jactant hederigeræ. ¶ *Mænades Priapi* ſunt ejus ſacrificulæ: & translata impudicitiis indulgentem. *Juvenal. ſat.* 6. *v.* 315. vinoque furuntur Attonitæ, etnemque rotant, ululaeque Priapi Mænades. ¶ In ſingulari num. eſt *Manor, adit. Senec. in Troadib. v.* 674. qualis deo Perculſa Mænas, enubeo ſilvas gradu Armata thyrſo ſecret, atque expers ſui Velnus dedit, nec ſenſit. *Id. in Agam.* de Caſſandra, *verſ.* 708. verba nunc cluſo male Cuſtodit ore Mænas impetiens dei. *Perſ. ſat.* 2. *v.* 105. Hoc metat in labris, & in udo eſt Mænas, & Attys. *Senec. in Phœniſſ. v.* 365. Mænas cruenta. *Id. in Oedip. v.* 436. impia. Adde *Sil. l.* 3. *verſ.* 102. ¶ *Deglupto Mænas* apud *Plaut. Pœn.* 5. 5. 33. eſt convicium in hominem effeminatum. Al. leg. *mena*, ut ad pilcem reſpiciatur: & dicatur in ſordidum, & fœtidum hominem.

MÆNALA, orum, V. *Mænalus.*

MÆNALIDES, æ, m. *Μαινάλιος. Anſem. in Trebonpaga. de deie.* Nec cultor nemorum reticebere Mænalide Pan. *h. e.* cui ſacer Mænalus mons.

MÆNALIS, idis, adject. fem. *Μαινάλις*, quæ eſt ex Mænalo Arcadiæ monte. *Ovid. 3. Triſt. el.* 11. *v.* 8. Cumque ſuo Borea Mænalis urſa videt. V. *Arctos. Id.* 3. *Faſt. v.* 84. colis Pinigerum Fauni Mænalia ora caput. *h. e.* ipſa Arcadia.

MÆNALIUS, a, um, ac Mænalo, Arcadicus, *Μαινάλιος. Virg. 8. Ecl.* Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus. *h. e.* bucolicos, paſtorales, quales in eo monte ab Arcadicis paſtoribus canebantur. *Stat. 9. Theb. v.* 719 Mænalium nemus. *Ovid. 4. Faſt. v.* 650. Mænalius deus. *h. e.* Pan. *Id.* 2. *Amor. el.* 7. *v.* 14. Mænalius ferax. *h. e.* in Mænalo monte verſantes. *& lib.* 3. *de ar. am. verſ.* 322. Mænalius canis. *h. e.* qui in eo monte venatur. *Id.* 2. *Faſtor. v.* 192. Mænalia Arctus. V. *Arctos. Colum. l.* 10. *v.* 264. Mænalia Dryades. *& verſ.* 429. Mænalius puer. *h. e.* Bacchus, cujus orgia in Mænalo monte fiebant. *Propert. l.* 4. *el.* 9. *v.* 55. Mænalius ramus. *h. e.* clava Herculis, nimirum ſtipes ab eo exciſus in Mænalo, cum cervam

Digitized by Google

vare aripedem captam vellat perimere. *Stat. 7. Theb. v. 65.* Mænalias nies. *ib. e.* Mercurius, qui *alegov Arcas* dicitur ab *eod. l. 3. silv. 3. v. 80.* natus in Cyllene Arcadiæ monte.

MÆNALOS, & Mænalus, i, m. & Manala, orum, n. *Menalo, Maivaλος*, mons Arcadiæ, apud Tegeam urbem, ubi etiam oppid. Mænalus, vel Mænala, n. plur. a Mænalo Lycaonis filio. *Servius* scribit sine diphthongo, & deducit a *μάω*, pecus, ovis, quod ovibus pienus esset. *Virg. Ecl. 8. v. 22.* Mænalus argutumque nemus, pinofque loquentes Semper habet. *Id. 1. Georg. vers. 17.* tua ſi tibi Manala curæ. *Ovid. Metam. 2. v. 442.* Dictynna per altum Mænalon ingrediens, & cæda ſuperba ferarum.

MÆNAS, adis, f. V. *Menades.*

MÆNIA COLUMNA Romæ fuit in foro, ad quam triumviri rerum capitalium habebeat judicia furum, & unquam fervorum, eoſque ſupplicia afficiebant, ut colligitur ex *Cicer. in Divin. Verr. cap. 16.* & adnotavit *Aſcon.* Dicta eſt a quodam Mænio, qui eam ſo loco domus ſuam venderet Cenſoribus Catoni & Flacco, ut ibi baſilica ædificaretur, excepit ſibi jos unius columnæ, ſuper quam tabulatum projiceret, unde ipſe, & poſteri ejus gladiatorim munera ſpectarent, quæ atiam tum in foro dabantur. *Aſcon. ibid.* ¶ Nihil hoc, opinor, pertinet columna illa, quam ſcribit *Plin. lib. 34. c. 5.* ſtatuam fuiſſe publica C. Mænio, qui conſul fuit eam Furio Camillo circa A.U. CCCCXVI. ob devictos peiſcos Latinos: quamquam *Livius l. 8. c. 13.* non columnam, ſed equeſtrem ſtatuam illi poſitam vefert. ¶ Sunt qui ſcribunt *Menio*; ſed *Mænia* in antiquis lapidib. & libris ſemper diphthongum *æ* ſervat, teſte *Manut. in Orthogr.*

MÆNIANUM, i, n. *poggiuolo, ringhiera, ballatoio, ὑπόστεγα*, tabulatum, vel lapis extra parietem projectus, & ad pniſpiciendam aptus: dictum a quodam Mænio, qui primus altia columnas, ut ait *Feſtus*, extendit tigna, quo ampliarentur ſuperiora. Adde *Non. cap. 1. n. 333.* & V. vocem præced. *Jabolen. Dig. lib. ult. tit. pomple. leg. 242.* Inter projectum, & immiſſum hoc intereſſe ait Labeo, quod projectum effet, id, quod ita proveheretur, ut nuſquam requieſceret, qualia mæniana, & fubgrundæ eſſent: immiſſum autem, quod ita fieret, ut aliquo loco requieſceret, veluti ſigna & tabes, quæ immitterentur. *Cic. 4. Acad. c. 22.* Mæntanorum umbram ſequi. *Vitruv. l. 5. c. 1.* Circum ſpectacula ſpatioſiora intercolumnia diſtribuantur, circaque in porticibus argentariæ taberæ mæntanaque ſuperioribus coaxationibus collocentur. *Valer. Max. l. 9. c. 12. n. 7.* In mæntanum conſcendere. ¶ In amphitheatro mæntanum eſt locus eum projectura od ſpectandum, ad ſimilitudinem mæntanorum in ædibus, quæ nos dicimus *palchetti, palchi*. Erant autem plures, ut videre eſt in *Tabulis Fratrum Arvalium*, apud *Philipp. a Turre de monum. Aut. pag. 102.* in quibus legitur *maeniannm primum*, quod videtur idem fuiſſe eam podio: nos diceremus *palchi di primo ordine*, & *mænianum ſummum*, apud nos *palchi in ſeſſitta*. De his verba facit atiam *Scipio Maffeius in Verona illuſtr. par. 4. l. 2. c. 13.* ¶ Ceterum totam mæniani ratiouem paulo aliter exponit *Salmaſ. ad Spartian. c. 22.* Primo anim nugas eſſe ſibi videri ait, quæ de Mænio invantore traduntur a Grammaticis: deinde videtur mœniana ſcribere per *o*: tertio eſſe ait tecta ædium plana (ut in orientalibus provinciis in uſu fuerunt, & *ſolaria* atiam dicuntur) projecta aliquantulum extra parietes, & *καπάδηκα*, ſeu podio in circuitu munita, ne facilia in præcepe lapſus eſſet: adducitque in eam rem teſtimonium *Hieronymi*, quod nos in *Domo* attulimus. Hæc nos partim non probamus. pluris enim *Aſconii*, & *Feſti* auctoritatem facimus. Partim facila conciliari poſſe dicimus: eum nihil obſtet, quio & tabulata projecta, & ipſa plana tecta domorum podio inſtructa, eodem vocabula ſignificentur, quæ eundem ſpectandi uſum præbere poſſunt. ¶ *Mæniana*, & *Mæniani ſtboles* appellat *Eumen. in orat. pro reſtaur. ſchol. c. 2.* ædes publicas Æduenſes, in quibus ludi litterarii habebantur: fortaſſe quia projecturis inſtructæ erant. ¶ Ad ſcriptionem quod attinet o diphthongum omnino retinaemus cum *Manut.* & *Douſa.* ex *Pandect. Florentin.* apud *Torrentin.* quamquam & ſine diphthongo in aliis antiquis lib. non contemnendis legatur. Diphthongum vero *æ* omnino rejicimus.

MÆNOMÊNON MÊL, n. *μανόμενον μῆλον*, genus mellis venenati: a *μαίνομαι*, inſanio, quia inſaniam gignit. *Plin. l. 21. c. 13.*

MÆON, onis, m. *Μαίων, ονος*, pater Homeri. V. *Mæonides.* Item vir Thebanus, ſacerdos Apollinis, de quo *Stat. 4. Theb. v. 598.* & noſtra præſiguem Mæona lauro. V. *lib. 2. v. 690.* ¶ Item qui eſt ex Mæonia, ſeu Lydia, a Mæone rege. *Claudian. l. 2. in Eutrop. v. 246.* dicti poſt Mæona regem Mæones. ¶ Secundam recti caſus corripit *Stat. l. 5. ſilv. 3. v. 129.*

MÆONIA, æ, f. *Μαιονία*, regio Aſiæ minoris, quæ & Lydia: a Mæone rege, vel amna appellata. *Plin. lib. 5. c. 29.* ¶ Item Etruria, quia Etrufci a Lydis oriundi, ut in *Lydius* dictum eſt. *Virg. 8. Æn. v. 499.* a Mæoniæ delecta juventus.

MÆONIDES, æ, m. Mæonius, ſeu Lydus: a Mæone rege. Item Etruſcus, ut in voce præc. dictum eſt. *Virg. 10. Æn. v. 737.* prædam Tiburtum ex agmine Tarchon Portat ovans: ducis exemplum, eventumque ſecuti Mæonidæ. *Sil. l. 6. v. 607.* Mæonidam tellus. pro *Mæonidarum*. h. e. Etruria. ¶ Item Mæonis filius, h. e. Homerus. Alii dicunt, Mæonem Lyderum regem fuiſſe ajus educatorem: alii ipſum natum eſſe in Mæonia. *Ovid. 3. Amor. el. 9. extr.* Adjice Mæoniden, a quo, ceu fonte perenni, Vatum Pieriis ora rigantur aquis. Adde *Martial. l. 5. epigr. 12.*

MÆONIS, idis, f. quæ eſt ex Mæonia, *Μαιονίς*. *Ovid. Metam. 6. v. 103.* Mæonis elufam deſignat imagine tuari Europen. *h. e.* Arachne Mæonia. *Id. 2. Faſt. v. 370.* & 352. Mæonis aurato conſpicienda ſinu. *h. e.* Omphale Lydiæ, ſeu Mæoniæ regina. ¶ *Mæonidas* vocat *Idem* Muſas *l. 5. Metam. verſ. 268.* fortaſſe ab Homero (qui *Mæonides* dictus eſt) per proſopiſm. Al. leg. *Mœonumdas*. V. *Mœonoſyne.*

MÆONIUS, a, um, *Μαίονιος*, ad Mæoniam pertinens, Lydius. *Virg. 9. Æn. v. 546.* Mæonius rex. *& lib. 10. v. 141.* Mæonia domus, *& lib. 4. v. 216.* Mæonia mitra. V. *Lydius. & lib. 4. Georg. verſ. 280.* Mæonii earchefia Bacchi. *h. e.* vini Lydi. *Ovid. 2. Metam. v. 252.* Mæoniæ ripæ. *h. e.* Mæandri Lydiæ fluvii. *Claudian. l. 1. in Rufin. v. 165.* Mæonius rex. *h. e.* Midas. ¶ Hinc *Mæonii, orum*, Lydi. *Plin. l. 5. c. 29.* ¶ Item ad Etruſcam pertinens Tuſcus: quia a Lydia Tuſci profecti. *Ovid Metam. 4. v 423.* Mæonii nautæ. *h. e.* Tyrrheni, quos Bacchus in delphinas vertit, ut *id. 3. Metam. fab. ult.* narrat. *Sil. l. 8. v. 48.* Mæoniæque decus quondam Vatulonia gentis. *& l. 15. v. 35.* Mæonius lacus. *h. e.* Tuſymenus, cujus aquas *Id.* vocat l. 12. v. 17. Mæonios fluctus. *Id. l. 10. v. 40.* Mæonia terra. *h. e.* Etruria. *Id. l. 5. v. 329.* Mæonium æquor. *h. e.* arva circa Trafymenum. ¶ Item ad Homeram pertinens. V. *Mœonides. Ovid. 2. de ar. am. verſ 4.* Præferar Aſcræo, Mæonioque ſeni. *Id. 4. ex Pont. ep. 32. v. 27.* Mæoniæ chartæ. *& lib. 3. ep. 3. v. 31.* Mæonium carmen. *Id. de remed amor. v 373.* Fartia Mæonin gaudent pede bella referre. *Sil. l. 4. v. 527.* Non, mihi Mæonia redeat ſi gloria linguæ, &c. *Colum. 10 prooem l. 1. ad fin.* Parens eloquentiæ, deus ille Mæonius.

MÆOTÆ, arum, populi Scythiæ Europeæ, qui Mæoticæ paludi, circa quam incolunt, nomen dedere. *Plin. l. 4. c. 12. a med.*

MÆOTICUS, & Mæotius, a, um, ad Mæotas, vel Mæotin paludem pertinens. *Virg. 6 Æn. v. 800.* Mæotia tellus. *Id. 3. Georg. v. 349.* Scythiæ gentes, Mæotiaque unda. *Plin. l. 4. c. 12. a med.* Mæotius lacus. *Id. l. 2. c. 67.* Mæotica palus. V *Mœotis. Id. l. 32. c. ult.* Mæotici piſces. *Juvenal. ſat. 4. v. 42.* Mæotica glacies. ¶ *Mæotæi, arum*, populi, qui eam paludem accolunt. *Pompon. Mela in l. cap. 2. l. c. & cap. ult. ed fin. & Plin. l. 6. c. 7.*

MÆOTIDÆ, arum, m. Mæotici popali. *Vopiſc. in Tacit. c. ult.* Ipſi autem Mæotidæ ita congregabantur, quaſi, &c. Adde *in Aureliano, c. 16. in fin.*

MÆOTIS, idis, & otis, adject. f. *Μαιῶτις*, ad Mæotas popalos pertinens. *Ovid. 3. ex Pont. ep. 2. v. 59.* Regna Thoas habuit, Mæotida clarus in ora. *Id. 3. Triſt. el. 12. v. 2.* Longior antiquis viſa Mæotis hiems. *h. e.* Scythica. Diphthongum corripuit Græcorum more ob ſequentem vocalem. Plerique tamen mendum hic latere contendant. *Juvenal. ſat. 15. v. 115.* Mæotida ſævior ara Ægyptus. *h. e.* ara Taurica, in qua homines immolabantur. ¶ *Mæotis paſtus* ſinus maris ſupra pontum Euxinum, ad oſtia Tanais fluvii, nomen habens a popalis, qui circa ſunt, qui *Mœoto* appellantur, *mar della Tana*, vel *dello Zabacche*. Dicitur *palus*, & *lacus*, & *ſtagnum*, quia præ Euxino Ponto anguſtum ſpatium occupat, & quia plurimus in locis vadoſa eſt, & non niſi minoribus navigiis navigabilis. *Plin. l. 4. c. 12. a med.* Quartus Europæ ſinus, ab Helleſponto incipiens, Mæotidis oſtio finitur. *Id. l. 5. c. 9.* Ab ore Ponti ad os Mæotis. *Id. l. 12. c. 8.* Ad Mæotin paludem. *Mamil. l. 4. v. 614.* faucesque Propontidos arctæ Euxino junxit Ponto, Mæotin & undis. *Colum. l. 8. c. 8. a med.* Scythica ſtagna Mæotidis. *Vopiſc. in Tacit. c. ult.* A Mæotide multi barberi erupemat. ¶ *Mœotides peltiferæ* ſunt Amazones, quæ propa Tanaim habitarunt. *Sabin. ep. 2. v. 9. de Thrſes.* Qui modo peltiferas fudit Mœotidas armis. *Propert. l. 3. el. 9. v. 14.* Mæotis Penthefilea.

MÆOTTUS. V. *Mœoticus.*

MÆREO, MÆSTUS, &c. V. *Mœreo.*

MÆSTICUS. V. *Maſtius.*

MÆSTUS, lingua Oſca, maſis Majus. *Feſtus.*

MÆVIANUS, a, um, ad Mævium pertinens: quod eſt nomen propr. R. hominis. *Papinian. Dig. lib. 34. tit. 5. leg. 1.* Mævianus fundus. *Id. lib. 31. leg. 78.* Mæviana hereditas.

MÆVIUS, li, m. nomen Romani civis. Apud *Virg. Ecl. 3. v. 90.* & *Nœvt. epod. 10. v. 2.* eſt malus quidam poeta, qui inimicus utriusque fuiſſe dicitur. *Servior.* V. *Bavius.*

MAGA, æ. V. *Mœga, æ, um.*

MAGALIA, ium, n. *capanne, καλύβια, καλύβαι*, caſæ, ſive ædificia rustica Pœnorum, & Numidarum, quæ atiam plauſtris circumferebant: a *magar*, ſea *magor*, quod apud Punicos villam notat, ut docet *Servius* ad illud *Virg. 1. Æn. v. 425.* Miratur molem Æneas, magalia quondam. *& ad illud 4. Æn. v. 259.* Ut primum alatis tetigit magalia plantis. *Coro in Originib.* apud *Serv. ibid.* Magalia, ædificia, quaſi cohortes totundas dicnat. ¶ Quod *Magaria* legitur apud *Plaut. in Prol. Pœn. v. 86.* eſt nomen propriam loci in urbe Carthagine, cujus interior pare *Byrſa*, exterior *Magalia*, vel *Magaria* dicebatur, ut ex *Coro. Nep.* docet *Serv. ad l. Æn. v. 372.*

MAGDALIDES, um, f. & Magdalia, orum, n. apud medicos ſunt maſſa rotundæ, & oblongæ in modum cylindri. *Scribon. Larg. compoſ. 201.* Emplaſtrum manibus ſubigetur, & redactum in rotundas ampliores, quas magdalidas dicunt, reponetur. Apud *Plin. Valerian.* l. 1. *c. 6. ſub fin. & lib. 2. c. 37.* legitur *mandalis*. Sed utcumque res ſe habeat, vox eſt vel Græca, vel ſemibarbere.

MAGE, piè, idem quod *magis* apud Poetas. *Enn.* apud *Gell. l. 20. c. 10.* Non ex jure mauum conſertum, ſed mage ferro Rem repotunt. *Lucret. l. 4. v. 79.* Et quanto circum mage ſunt imiuſa theatri Mœnia, tam magis hæc intus perfuſa lepore, &c. *Plaut. Men. 2. 3. 14.* Jam ſcibo, utrum hæc me mage amet, an marſupium. *Virg. 12. Æn. v. 481.* Aſpice, mum mage ſit noſtrum penetrabila telum. Ubi *Servius* adro in uſum veniſſe ait, ut atiam in proſa inveniantur. Cicero in Frumentaria: (h. 2. *Verr. 5.* ſeu *lib. 3.* in *Verr.*)

Ver.) *Magos condemnatum hominem in judicium adducere. non fasse.* Hæc *Servius*, quem penes sit adhuc fides. Habet quidem & *Salin.* si ulla est ejus hac in re auctoritas, *in fin. cap.* 22. (*al.* 35.) Nec quicquam mage patientiæ loco nationes feræ ducunt.

MAGIA, æ, f. μαγεία, μαγεῖον, vox Persica, quam illi fere accipiunt pro sapientia, & perfecta rerum naturalium cognitione. Duplex tamen traditur magiæ species, quarum altera est ea, quam jam divinus, naturalis Philosophiæ perfecta cognitio, quam Pythagoras, Plato, & Empedocles, cæterique inter philosophos præstantissimi velut sanctiorem quandam disciplinam indefatigabili studio, longinquisque peregrinationibus conquisiverunt: altera, quam γοητείαν, vel θεουργίαν vocant, Dæmonum invocatione, infandisque incantationibus constat, quam & leges omnes asciscantur, & *Plin. l.* 30. *c.* 2. artem ineffabilem vocat, irritam, & inanem. *Apul. l.* 3. *Miriam.* Meis hic auribus audivi, ni cælerius sol cælo ruisset, nefariæ, & exercendæ illecebras magiæ, matæiæ cessisset, ipsi soli nubilam caliginem, & perpetuas tenebras comminantem. *Prudent. hæ.* 1. *adversf. Symmach. versf.* 89. Nec non Thessalicæ doctissimus ille magiæ. V. *Plin. hi. cit. c.* 2. & 3.

MAGICE, es, f. ars *magica*, *magia*, μαγικὴ, ars magica, magia. *Plin.* 1. 2. *l.* 30. *a med.* Pariter utrasque artes effutuisse, medicinam dico, magicenque, eadem ætate illam Hippocrata, hanc Democrito illustrantibus.

MAGICUS, a, um, *magica*, *di magia*, μαγικὸς, ad magos, & magiam pertinens: & præcipue ad veneficia & incantationes. *Virg. Ecl.* 8. *v.* 66. Conjugis ut magicis sanos avertere sacris Experiar fensus. *Id. Æn.* 4. *v.* 493. Magicæ artes. *Tacit.* 11. *Ann. c.* 59. superstitiones. *Plin. initia l.* 30. vanitates. *Id. l.* 24. *cap.* 17. herbæ. *h. e.* quibus utuntur magi, & miras virtutes tribuunt. Sic *Propert. l.* 4. *el.* 1. *v.* 102. aquæ. *Colum. l.* 10. *v.* 367. magicis fopitus cantibus anguis. *Tibull. l.* 1. *el.* 2. *v.* 62. & *Lucan. l.* 6. *v.* 577. sunt, qui magicis sacris invocantur, & evocantur, Pluto, Hecate, Proserpina, &c. de quibus *Virg.* 4. *Æn. v.* 510. Tercentum tonat ore deos, Erebumque, Chaosque, Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ. Plures enumerat *Ovid.* 7. *Metam. v.* 192. ¶ *Magicæ linguæ* sunt *Lucano* Phœnicum & Ægyptiorum litteræ per signa res varias significantes, *lib.* 3. *v.* 224. V. *Hieroglyphicus*.

MAGIDA, æ, f. genus vasis escarii, a magnitudine sic dicti. *Vosf. l.* 4. *de L. L. c.* 25. *sub fin.* Magidam, aut Lanculam, alterum a magnitudine, alterum ab latitudine finxerunt.

MAGINIUM, ii, n. morbus boum, cum eorum pellis ita dorso adhæret, ut apprehensa manibus deduci non possit a costis. *Veget. l.* 3. *de re Veterin. c.* 4. *a med.* Sed monstrum verbi recte appellat *Morgagnius epist.* 3. *in Veget. sect.* 18. & ea *Colum. l.* 6. *c.* 13. *contagiones* reponit.

MAGIRISCIUM, ii, n. parvus coquus: diminut. a μάγειρος. *Plin. l.* 33. *c.* 12. 2 *med. de Pyrrhe celatore.* Fecit idem & cocos, magiriscia appellatos, parvulis potorus: sed e quibus ne exempla quidem liceret exprimere: tam opportuna injuriæ subtilitas erat.

MAGIS, idis, f. μαγὶς, penus laucis, *bacino*, *piatta*. *Plin. l.* 33. *c.* 11. Cornelius Nepos tradit tympana, se juvene, appellata flataras, & lances, quas antiqui magidas appellaverunt. *Paul. Dig. lib.* 12. *tit.* 6. *leg.* 36. Servus infitiente domino magidem *commodavit*. ¶ Videtur esse eadem cum *magida* Varronis, de qua paulo supra dictum est. Alii tamen interpretantur ves, in quo pinsitur, subigiturque farina ad panem faciendum, *madia*, quæ & mactra dicitur. *Marcell. Empir. cap.* 1. *a med.* Rafamen pastæ, quod in magide adhæret.

MAGIS, *più*, μᾶλλον, plus: adverbium comparativum, quod quidam ab obsoleto *magior* pro *magnior* ducunt. *Festus* a μάλλον tralit: quod primis longe petitum videtur. *Cic. pro Rosc. Amer. c.* 14. Annos natus magis quadraginta. *h. e.* magis quam quadraginta. *Id. pro Cluent. c.* 32. *sub fin.* Magis ut consuetudinem servem, quam quod, &c. *Cels. l.* 2. *c.* 30. Panis ea siligine adstringit, magis si sine fermento est, magis etiam si tostus. *Cic. pro Mil. c.* 7. Nisi forte magis erit parricida, si quis consularem patrem, quam si quis humilem necaverit. ¶ Cum verbis, *Cic. de Amic. c.* 7. *ad fin.* Tum magis id diceres, Fanni, si nupsei io hortis Scipionis essusses. *Terent. Heaut.* 5. 2. 16. Magis, si magis noris, putes ita rem esse. *Cic.* 2. *Fam. ep.* 9. Cum Pompejus ita contendisset, ut nihil unquam magis. ¶ Cum ablativo. *Plaut. Cas.* 2. 3. 9. Postquam anno Casinam, magis iuttin mundi iis mundiram antideo. *h. e.* magis quam antea. *Horat. l.* 2. *ser.* 8. *v.* 16. Albanum, Mæcenas, sive Falernum Ta magis appositis delectat. *Id. in fr. ser.* 3. *l.* 1. Privatusque magis vivam te rege beatus. *Liv. l.* 5. *cap.* 44. *ad fin.* Magis solito. *più del solito.* ¶ Junctum adjectivis positivis, vicem comparativorum implet, non solum in iis, quæ gradu comparationis carent, sed etiam in iis, quæ habent, ut *magis apius* pro *aptior*. *Horat. l.* 1. *epist.* 7. *v.* 43. magis apta tibi tua dona relinquam. *Cic.* 5. *Verr. c.* 1. Ut quadam magis necessaria ratione recte sit vivendum. *Ovid.* 1. *Metam. versf.* 182. Non ego pro mundi regno magis anxius illa Tempestate fui. *Terent. Eun.* 5. 4. 11. Nihil videtur mundius, nec magis compositum quidquam, nec magis elegans. *Id. ibid.* 2. 1. 21. Nemo fuit magis severus, nec magis continens. *Ovid. Metam.* 2. *v.* 856 parva cornua, poraqua magis perlucida gemma. *Plaut. Amph.* 1. 2. 1. 54. Neque hæc lacti magis est simile, quam ille ego similis est mel. *Virg.* 4. *Æn. v.* 31. o luce magis dilecta sorori. *Terent. Andr.* 4. 2. 15. Magis verum. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. *post init.* Oratio magis deformis. *Id. l.* 10. *c.* 1. *circa med.* Orator plenior, & magis fusus. ¶ Et eadem ratione cum adverbiis. *Lucret. l.* 3. *v.* 275. Nec magis hæc infra quidquam est in corpore nostro. *h. e.* inferius. *Terent. Adelph.* 5. 9. 36. Magis impense. & 4. 5. 30. Magis aperte. *Varr. l.* 8. *de L. L. c.* 44. Magis mane significat primum mane: magis vespere novissimum vesper. ¶ Reperitur & cum ipsis comparativis. *Virg. in Culice*, *v.* 78. Quis magis optato queat esse beatior ævo, Quam qui, &c.? (μᾶλλον εὐδαιμονέστερος, Demosth. μᾶλλον εὐδαιμονέστατος, Aristoph.) Sic *Plaut. Men. prol. v.* 55. & *Pœn. prol. v.* 82. Magis majores nugas egerit. *Id. Capt.* 3. 4. 112. Nihil invenies magis hoc certo certius. *Id. Stich.* 5. 4. 22. Hic magis est dulcius. *Valer. Max. in f. n.* 1. *c.* 7. *l.* 3. Magis invidia, quam pecunia locupletior. *Justin. l.* 22. *c.* 22. Nec a debitoribus magis, quam a creditoribus gratius accepta. *Arnob. l.* 4. *pag.* 147. Magis ignominiosum. ¶ Sæpe repetitur. *Cic. Attic. l.* 14. *ep.* 18. *sub fin.* De Græcia quotidie magis & magis cogito. *ogni dì più*. & 1. *Phil.* 1. 2. Quotidie magis magisque perditi homines tectis urbis minabantur. *Cic. fil. ad Tyron.* 16. *Fam. ep.* 21. Ut in dies magis magisque hæc nascens de me duplicetur opinio. *Cæcili. comm.* 63. *de nupt. Phil. & Thet. v.* 174. Post vento crescente, magis magis increbrescunt. *Id. comm.* 72. *in ingrat.* Satque magisque magis. ¶ Aliquando deest, & subintelligitur. *Plaut. Rud.* 4. 4. 70. Tacita bona est mulier semper, quam loquena. *Tacit. 4. Ann. cap.* 61. Afinius Agrippa claris majoribus, quam vetustis. *Plaut. Men.* 5. 1. 26. Quin vidua vivam, quam tuos mores perferam. Familiarem *Livio* hanc locutionem esse apud *Lipf. Dukor. Gronov. Drakenborch.* & alii. ¶ Jungitur particulis *eo*, *quo*, *tanto*, *quanto*, quæ amant compacstiva. *Cic.* 5. *Verr. c.* 1. Legem sibi ipsi dicunt innocentiæ: atque eo magis, si id, &c. *a ciò tanto più*. & *de Amic. c.* 2. Eoque magis, quod non affuisti. *Nep. in Eumen. c.* 4. Ab hoc aliquot plagis Eumenes vulneratur: neque eo magis ex prælio excessit, sed acerius hostibus institit. *h. e.* & tamen non: qua ratione & *in Pelopid. c.* 1. & *in Pomp. c.* 3. *a med.* locutus est. *Id. in Thrasyb. c.* 2. Quo magis præceptum illud omnium in animis asta debat. *e per ciò tanto più*. & *Cic.* 2. *Agrar. cap.* 35. *ad fin.* Immo vero etiam hoc magis, quam illi veteres, quod, &c. *Id. pro Mil. cap.* 9. *a med.* Quanto illa plura miscebat, tanto hic magis in dies convalescabat. *Id. 2. de Divin. c.* 50. Ea fumitis, quibus concessis, nihilo magis efficiatur quod velitis. *Id. 16. Fam. ep.* 19. Faciesto tuas litteras, te ipsum multo magis. ¶ *Quo magis* interdum opponitur τῷ *quo minus*, & est affirmativum, non comparativum. In vet. Tab. Heracleensi apud *Manoch. pag.* 423. *n.* 43. Neque dolo malo fecerit, quo magis reipubl. causa abesset. *Ulpian. Dig. lib.* 37. *tit.* 4. *leg.* 3. *ante med.* Cum rescissio quo magis, non quo minus, adhibeatur. ¶ Cum *eam* & *quam*. *Virg.* 7. *Æn. vers.* 787. Tam magis illa fremens, & tribibus effera Bamonis, Quam magis effusis erudescunt sanguine pugnæ. *Plaut. Asin.* 1. 3. 6. Quam magis te in altum capellis, tam æstus ta in portum refert. Adde *Men.* 1. 1. 19. & *Bacch.* 5. 1. 5. & *Lucret. l.* 6. *v.* 454. ¶ *Magis quam*, quo magis, est *Plaut. Bacch.* 5. 1. 5. Magis quam id sepum, tam magis uror. Adde 4. 9. 1. Sed non est facile imitandus. ¶ *Magis est*, *quod*, vel *ut*, val sequente infinito, majoe ratio est, justior causa est, verius est, *è più motivo*, *è più da dovere*. *Cic. Attic. l.* 16. *ep.* 5. Magis est, quod gratuler tibi, quam quod te rogem. *Id. pro Cal. c.* 6. *extr. Magis est*, ut ipsi moleste ferat, erraste se, quam ut, &c. *Ulpian. Dig. lib.* 26. *tit.* 4. *leg.* 5. *a med.* Magis est posse dici, admittendam procurationem. *Id. l.* 38. *tit.* 7. *leg.* 1. *a med.* Magis est, ne peti possit bonorum possessio. *Marcell. lib.* 46. *tit.* 3. *leg.* 72. *a med.* Magis est, deficere stipulationem. *Marcian. lib.* 7. *tit.* 1. *leg.* 41. Statuæ & imagines usumfructum posse relinqui, magis est: quia & ipsæ habent utilitatem. ¶ *Magis*, potius, *più tosto*. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 45. Perfectam artem juris habebitis, magis magnam atque uberem, quam difficilem & obscuram. *Virg. Ecl.* 1. *v.* 11. Non equidem invideo: miror magis. *Stat. l.* 1. *Achill. versf.* 140. sed longum cuncta enumerare, vetorque. Trade magis. ¶ Plus, & *magis* usu differunt, tum quia *plus* nomen est, & declinatur, non *magis*: tum quia *magis* refertur sæpe ad comparationem, *plus* fere ad magnitudinem: tum quia alterum pro altero non semper ponitur. Nasque enim dicimus *magis verisimile*, *sapientissimus*: vix etiam *magis possit*, *efficere*: neque unquam *magis æqua*, sed *plus*: raro etiam cum adjectivis numerabilibus *magis* conjungimus.

MAGISTER, tri, m. *præfata*, *præsidium*, *capo*, *proposta*, προεστὼς, ἐπιστάτης, præfectus, præses: a *magis*, vel a μάγειρος, maximus. *Festus*: Magistratus, moderati. Unde magistri non solum doctores artium, sed etiam pagorum, sodalitatum, vicorum, collegiorum, equitum dicuntur: quia omnes hi magis cæteris possunt: unde & magistratus, qui per imperia potentiores sunt, quam privati. *Paul. Dig. lib.* 50. *tit.* 16. *leg.* 57. Quibus præcipua cura rerum incumbit, & qui magis, quam ceteri, diligentiam & sollicitudinem rebus, quibus præsunt, debent, hi magistri appellantur. Quin etiam & ipsi magistratus per derivationem a magistris cognominantur. ¶ Hinc *magister populi* est dictator, teste *Cicer.* 3. *de Fin. c. ult.* & 1. 3. *de Legib. c.* 3. *Senec. ep.* 108. *post med.* & *Fest.* in *Optima lex*. cujus erat in populum summa potestas, ut *Varro* docet *l.* 4. *de L. L. c.* 14. Idem dictus etiam *magister consulum* apud *Liv.* ubi ait *lib.* 2. *c.* 18. T. Larcium moderatorem & magistrum consulibus appositum. ¶ Post hunc fuit *magister equitum*, qui ab ipso dictatore creabatur, eique soli parebat, summumque potestatem habebat in equites & accensos, ut *Varr. loc. cit.* dicit, *generale della cavalleria*. *Liv. lib.* 3.

c. 27. Dictator magiſtrum equitum dicit L. Tarquitium. ¶ Ab hujus ſimilitudine *magiſter pedibus* dictus eſt *Ammianus l.* 21. *cap.* 12. (*al.* 23.) *generale della fanteria*. V. *infra*. ¶ Sic & pro duce; *caprarum*, uſurpatur a *Verg. 9. Æn. v.* 370. Tercentum, ſcatuti omnes, Vulſcente magiſtro. ¶ *Magiſtri militum*, poſterioribus R. Imperatorum temporibus, ſucceſſere in locum præfectorum prætorio, & legatorum tempore Reipublicæ liberæ. erant enim ſecundo ab ipſis Imperatoribus gradu dignitatis, & auctoritatis, præerantque pluribus legionibus, & cauſas militum omnes diſceptabant. Aliquando duo creati fuot, quorum alter *peditum*, alter *equitum magiſter* dicebator, nunc *generale*: aliquando unus tanem tott exercitui præfuit, & *magiſter utriuſque militia* dictus eſt, *generaliſſimo*. V. *Cruter. Inſcript. pag.* 1164. *n.* 5. & *pag.* 1079. *n.* 14. ¶ *Magiſter morum* eſt cenſor, *cenſore*. *Cic. in ſin. l.* 3. *Famil.* Cum hæc ſcribebam, cenſorem jam te eſſe ſperabam: eo brevior eſt hæc epiſtola, &, ut adverſus magiſtrum morum, modeſtior. ¶ *Magiſter curiæ* apud *Plaut. Aulul.* 2. 1. 29. & 2. 2. 3. eſt *capo di contrada*: ſimilis ei, qui *magiſter vici* dicitur ab *Sueton. in Aug. c.* 30. & *in Tiber. c. ult.* & *vicomagiſter* in vet. Inſcript. apud *Gruter. pag.* 481. *n.* 9. & *vicomagiſter* a *P. Victl. de regionib. Urb. R.* Porro vicorum magiſtri, quaterni ſingulis vicis præpoſiti, *borgomaſtri*, inſtituti ſunt ab Auguſto, qui juſſit eos a plebe cujuſque vicinæ eligi, & vicorum curam agere, ſubjectos annuis magiſtratibus, quos idem regionibus tuendis præfecerat, ut *loc. cit. Sueton.* tradit. Addit *Aſcon. in Piſonian. c.* 4. ab his ludos Compitalitios, præterea indutis celebrestos fuiſſe. Sunt qui putant, fuiſſa Auguſti tempore multo antiquiores, cum eorum meminerit *Liv. l.* 34. *c.* 7. inducens L. Valerium trib. pleb. loquentem de lege Oppia abroganda. Sed eo loco quæ verba ad vicorum magiſtros pertinent, in veteri editione non una omittuntur. ¶ *Magiſter Saltorum*, inter Salios princepo. *Inſcript.* apud *Cruter. pag.* 489. *n.* 10. ¶ *Officiorum*, & *operarum* a *Colum. l.* 1. *c.* 8. diſtinguitur a villico, & huic ſubjicitur, ut ſingulis ruſticæ rei officiis, & operis in agro laborantibus præſit. ¶ *ebori cauentium*, apud *eund. l.* 12. *c.* 2. *magiſter di capella*. ¶ *ſcripturæ*, & *in ſcriptura* apud *Cicer. Attic. l.* 5. *ep.* 15. *extr. Verr.* 4. *c.* 70. & *Verr.* 5. *c.* 72. eſt qui præeſt iis, qui ſcriptum faciunt, præſertim vero qui rationibus vectigalium, & portorii conſcribendis a publicanis præbitur. *Cic. Attic. l.* 11. *ep.* 10. P. Terentius operas in portu, & ſcriptura Aſiæ pro magiſtro dedit. *b. c.* vicem magiſtri gerens. ¶ *ſocietatis* idem eſt, qui ſcripturæ, ejusdem curam ſocietatis publicanorum. *Cic. Verr.* 4. *c.* 74. & 75. Sic *lib.* 13. *Fam. ep.* 9. P. Rupilius, qui eſt magiſter in ea ſocietate. *& pro Plant. c.* 13. Cn. Plaucius eques R. maximarum ſocietatum auctor, plurimarum magiſter. ¶ *pecoris*, qui paſtoribus præeſt gregem cuſtodientibus, *capo de' paſtori*: item quivis paſtor, vel etiam agaſo, *paſtore*, *condottiere*. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 10. Qui paſcunt, oportet in paſtione diem totum eſſe: eſſe omnes ſub uno magiſtro pecoris: eum eſſe majorem natu, & peritiorem, quam reliquos. *Virg. 3. Georg. v.* 445. Dulcibus idcirco fluviis pecus omne magiſtri Perſuaduot. *& verſ.* 185. *de equo*. blandis gaudere magiſtri Laudibus, & plauſæ ſonitum cervicis amare. *Apul. ſub fin. l.* 11. *Metam.* magiſter aſini. *b. c.* dominus, & agaſo. *Sil. l.* 4. *v.* 616. *de elephanto*. Ipſo dat terga magiſtro. *b. c.* rectore. ¶ *auctionis*, qui præeſt bonis ſub haſta vendendis. Nam ſi quando debitor citatus non paruiſſet, ſolebant creditores a Prætore bonorum ejus poſſeſſionem impetrare, atque unum e ſuo numero deligebant, qui bona ſub haſta venderet, & ex ea pecunia ipſis ſatisfaceret: unde is *magiſter* dictus eſt. A JCtis dicitur *curator*, in *tit.* 8. *lib.* 42. *Dig.* qui *de curatore bonis dando* inſcribitur. *Cic. pro Quinct. c.* 15. Cui magiſtri fiunt, & domui conſtituuntur, qui, qua lege, & qua conditione pereat, pronuntient. Adde *lib.* 1. *Attic. ep.* 1. & *lib. 6. ep.* 1. *a med.* Hinc dictum ejuſdem *Cicer.* de Pletorii matre apud *Quintil. l. 6. cap.* 3. *extra med.* eam, dum vixit, ludum; poſtquam mortua eſt, magiſtros habuiſſe. Dicebantur enim, dum vixit, infames feminæ ad eam convenire ſolitæ: poſt mortem ejus bona venibant. Ludit itaque *Cic.* in ambiguo, ad magiſtrum auctionis reſpiciens, & ad magiſtrum ludi: de quo V. in *Ludi magiſter*. ¶ *convivii*, modimperator, rex, arbiter bibendi: quod munus *magiſterium* a *Cicer.* dicitur. *Verr. l.* 4. *de L. L. c.* 26. & *Apul. in Apol.* ¶ *navis*, nauternum præfectus: & plus eſt, quam gubernator. Eſt enim magiſter navis, inquit *Ulpian. Dig. lib.* 14. *tit. & leg.* 1. cui totius navis cura mandata eſt; *padrone*, *o capitano*, *o ſopracomite*. *Liv. l.* 29. *c.* 25. Ut gubernatores, & magiſtri navium convenirent ad imperia accipienda. *Id. lib.* 45. *c.* 42. Dedit ſociis navalibus denarios ſeptuagenos, gubernatoribus duplex, magiſtris navium quadruplex. ¶ Nonnunquam tamen pro gubernatore ponitur, *pilota*. *Verg.* 5. *Æn. v.* 176. Ipſe gubernaclo rectior ſubit, ipſe magiſter. *& lib.* 1. *v.* 119. acutitur, pronuſque magiſter Volvitur in caput. *Val. Flacc. l.* 1. *v.* 18. Grajis Helice ſervando magiſtrix. ¶ *ludo*, qui ludo, ſeu ſchola præeſt, *maeſtro*, qui & *ludimagiſter* dicitur. V. in 22 voce. ¶ *gladiatorum*, h. e. lanifta. *Cic.* 3. *de Orat.* 1. 53. ¶ In antiquis inſcriptionib. & alibi leguntur *magiſter pagi*, *ſacrorum*, *ſodalitii*, *horreorum*, *collegii*, *memoriæ*, *munerum*, *Auguſtalis*, *admiſſionum*, *epiſtolarum*, *libellorum*, &c. quæ omnia, & his ſimilia pari ratione, ac ſuperiora, ſunt exponenda. V. *Gruter.* indices, & *Inſcript. Auguſt. Scripo.* ¶ Præterea apud eund. *Gruter.* non uno in loco habetur *magiſter a bibliotheca*, *ab marmoribus*, h. e. earum rerum curator, & cuſtos. ¶ Sæpe ponitur pro eo, qui docet quippiam, præcipue artes liberales. *Cic.* 2. *Phil. c.* 4. Invideo magiſtro tuo, qui te, tanta mercede, nihil ſapere docuit. *Id.* 1. *de Orat. c.* 57. Pueri apud magiſtros exercentur. *Id.* 1. *de Invent. c.* 25. Artium liberalium magiſtri, vivendi præceptores. *Id. pro Mur. c.* 31. Veſtri præceptores, & virtutis magiſtri. *Id. pro Dom. c.* 39. Auctor & magiſter publicæ religionis. *Id. pro Cæcin. c.* 11. *ad fin.* Te uti in hac re magiſtro volo. ¶ Translate *Id.* 1. *de Orat. cap.* 33. Scilue, optimus dicendi effector ac magiſter. *Perſ. in prol. v.* 10. Magiſter artis, ingeniique largitor venter. *Cic.* 1. *Phil. c.* 36. Timor, non diuturnus magiſter officii. ¶ Pro pædagogo, *pædagogo*, *ajo*. *Terent. Phorm.* 1. 2. 21. Senes me filiis relinquunt quaſi magiſtrum. Ubi *Donatus*: Sic Latini: quem Græci παιδαγωγὸν appellant. ¶ Pro ſuaſore, impulſore, auctore, *Terent. Andr.* 1. 2. 22. Si quis magiſtrum cepit ad eam rem improbum, &c. *Cic. Verr.* 5. *c.* 21. Qui dua iſti quondam & magiſter ad deſpoliandum Dianæ templum fuit. *Senec. in Thyeſt. v.* 311. Sæpe in magiſtrum ſcelera ſedierunt ſua. ¶ Adjective, V. in *Magiſtra*.

MAGISTERIUM, rii, n. *magiſtero*, *profeſſura*, *preſidenza*, *προστασία*, *προστασία*, magiſtri dignitas, ſeu officium. *Cic. de Senect.* 1. 14. Me vero & magiſteria delectant a majoribus inſtituta, & is ſermo, qui more majorum a ſummo magiſtro adhibetur in poculis. *b. c.* munus ejus, qui convivii eſt caput; quod regnum vini *Horat. l.* 1. *ad.* 4. *v.* 18. appellat. *Suetan. in Tiber. c.* 3. Dictatura, ac magiſterium equitum honorata familia. *Colum. in præfm. a med.* Rem ruſticam ſordidum eſſe negotium, quod nullius egeat magiſterio præceptoris. *Plaut. Moſtell.* 1. 1. 31. Virtute id factum, & magiſterio tuo. *b. c.* conſilio, monitu. *Cic. de Provinc. conſul. c.* 19. *a med.* Magiſterium morum. *b. c.* Cenſura. *Suetan. in Aug. c.* 2. Municipalibus magiſteriis contentus. *b. c.* magiſtratibus municipiorum. *Id. in Domit. c.* 4. Magiſterium collegii. *Id. in Calig. c.* 35. ſacerdotii. *Aurel. Vict. de Cæſarib. c. ult.* pedeſtre. *b. c.* præfectura peditum in reliquia. *Tibull. in ſ. el.* 4. *l.* 1. Cum mea ridebunt vana magiſteria. *b. c.* amatorias inſtitutiones & præcepta. *Plaut. Becch.* 1. 1. 40. Jam acceſſit mihi ætas ea magiſterio tuo. *b. c.* non amplius tibi ſubeſt tenquam magiſtro & cuſtodi. *Plin. l.* 8. *c.* 40. *circa med. de canib.* Nemque inter ſe exercent otium magiſteria. *b. c.* ut unus aliis præſit, & ductorem ſe præbeat in venatu, &c. *Celſ. l.* 5. *c.* 27. *fed.* 1. Poſt quæ nullo novo magiſterio, ſed jam ſupre poſito vulnus orit implendum, & ad ſanitatem perducendum. *b. c.* nulla nova curandi retione, quæ a medendi magiſtris tradita ſit.

MAGISTERIUS, a, um, *magiſtrale* ; ad magiſtrum pertinens. *Impp. Honor. & Theodoſ. lib.* 3. *Cod. tit.* 13. *leg.* 6. Magiſteria poteſtati inter militares viros audiendi concedimus facultatem. *Imp. Zeno ibid. tit.* 24. *leg.* 3. Qui magiſteriæ poteſtatis fudoribus clarus factus eſt. Adde *lib.* 6. *tit.* 8. *leg.* 1.

MAGISTRO, *& per ſyncop.* Magiſtro, as, avi, atum, a. t. impero, præſum, magiſtrum, ſeu præfectum ago, *Feſtus*: Magiſterare, regere, temperare, moderari. *Sporſtan.* oc *Adrian. c.* 10. Inter manipulares vitam militarem magiſtrans.

MAGISTRA, æ, f. *maeſtro*, præceptrix. *Terent. Hecyr.* 2. 2. 7. Ei ludo, ſi nullus eſt, magiſtrum hanc eſſe, fatio certo ſcin. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 27. *extr.* Vita ruſtica parſimoniæ, diligentiæ, juſtitiæ magiſtra eſt. *Id. Tuſcul.* 5. *c.* 2. Philoſophia magiſtra vitæ. *Id.* 1. *de nat. Deor. c.* 15. *a med.* Lex quaſi dux vitæ, & magiſtra officiorum. ¶ Adjective *Virg.* 8. *Æn. v.* 442. zunc viribus uſus, Nunc manibus cupidis, omni nunc arte magiſtra. *ſquiſita*, *ſua*, cujuſmodi eſt magiſtrorum alios docentium. *Ovid. Heroid. ep.* 15. *v.* 81. abeunt ſtudia in mores, artesque magiſtræ. *Sil. l.* 3. *v.* 387: Aſper frena pati, aut juſſis parere magiſtris. *Claudian. in præſet. de* III. *conſul. Honor. v.* 7. *de aquila*. Conſulit ardentes radius, & luce magiſtra Natorum vires, ingeniumque probat. *Sedul. l.* 1. *v.* 5. rituque magiſtro, Plurima Niliacis tradant mendacia bublis. Apud *Ovid. & Sil.* alii aliter leg.

MAGISTRALIS, le, *de maeſtro*, ad magiſtrum pertinens. *Vopiſc. in Saturn. ſub fin.* Frequentaverat pergulas magiſtrales. V. *Pergula*. *Id. in Tmit. c.* 6. Manuum magiſtralium ictibus, terrorique ſubjacent.

MAGISTRATIO, onis, f. magiſterium, præceptio, inſtitutio. *Apul. l.* 1. *de dog. Plat.* Quæ ſolis diſciplinis traduntur, & magiſtratione diſcuntur. Al. leg. *magiſtra ratione*. ¶ In *Cod. Theodoſ. lib.* 14. *tit.* 9. *leg.* 3. publicæ magiſtrationes ſunt ſcholæ publicæ.

MAGISTRATUS, us, m. *magiſtrato*, *maeſtranze*, *carico*, dignitas, & poteſtas alicujus, vel aliquorum, qui publica auctoritate curant ea, quæ ad rempubl. pertinent: a *magiſter*. *Varr. l.* 4. *de L. L. c.* 14. Magiſter equitum, quod ſumma poteſtas hujus in equites & accenſos, ut eſt ſumma populi R. *dictator*: a quo ie quoque magiſter populi appellstus. Reliqui, quod minores, quam hi, magiſtri, dicti magiſtratus, ut ab albo albatus. *Cic. de Amic. c.* 17. Honores, magiſtratus, imperia, poteſtates amicitiæ anteponere. *Id. pro Mur. c.* 35. Magiſtratus mandare. *Id.* 2. *Agrar. c.* 10. dare. *Id. pro Planc. c.* 25. committere. *Id. 6. Verr. c.* 61. *ad fin.* Magiſtratum habere. *Cæſ. l.* 7. *B. Gall. c.* 33. obtinere. *Liv. l.* 5. *c.* 9. occipere. *Salluſt. in Jug. c.* 47. ingredi. *Cic. Phil.* 5. *c.* 19. petere, capere, gerere. *Id. Verr.* 2. 1. 10. inire. *& 3. de Legib. c. ult.* Magiſtratu abire. *Pompon. Dig. lib.* 1. *tit.* 2. *leg.* 2. *ante med.* ſe abdicare. V. *Abdico*. & *ibid.* Magiſtratum ſibi prorogare. *Cic.* 4. *Verr. c.* 57. abrogare alicui. *Cæſ. l.* 7. *B. Gall. c.* 33. deponere. *Liv. l.* 5. *c.* 11. In magiſtratu manere. *& cap.* 18. eſſe. *Cic.* 3. *de Legib. c. ult.* gerere aliquid. *Aſcon. in Verr.* 3. *c.* 33. Magiſtratum imminuere. V. *Imminuo*. ¶ Magiſtratuum genera duo Romæ fuere, extraordinarii, & ordinarii: in illis dictaurus, & magiſterium equitum præcipue numerantur: præterea duumviri perduellionis, quæſtores rerum capitalium, triumviri menſarii, decemviri legibus conſtituendis, &c. In his duæ claſſes, majorum ſcilicet, ut conſulum, prætorum, cenſorum: minorum, ut ædilium, quæſtorum, tribunorum plebis, triumvirum, quatuorvirum, &c. curatorum alvei Tiberis, &c. præ-

ſpectorum ærarii, &c. V. *Meſſal.* apud *Gell. c.* 15. *l.* 13. Præterea *patricii* magiſtratus dicti ſunt, qui primum e patriciis familiis ſumebantur: *plebeii*, qui a plebe: *curules*, qui curuli ſella vtebantur, h. e. conſules, cenſores, prætores, ædilesque curules. Reliqui curulis ſellæ jus non habebant. In provinciis quoque magiſtratus ſuos, proconſulum, propræturum, proquæſtorum, qui ordinarii erant: item triumvirum, quinquevirum, &c. colooniis deducendis, curatorum viarum extra Urbem, &c. ¶ *Magiſtratus* nomen proprie iis tribuitur, qui urbanam ac civilem adminiſtrationem habent. nam qui militarem, horum *imperia* ſunt appellata: tametſi hoc non ſemper. V. *Imperium*. *Salluſt. in Jug. cap.* 3. Magiſtratus, & imperia minime mihi cupiuuda videntur. *Suetou. in Cæſ. c.* 54. Abſtinentiam neque *in* imperiis, neque *in* magiſtratibus præſtitit. Adde *in Aug. c.* 61. ¶ Interdum urbani magiſtratus ita diſtinguuntur appellatione a provincialibus, ut illi quidem *magiſtratus*, hi *poteſtates* dicantur. *Suetou. in Claudium. c.* 23. Juriſdictionem in urbe delegari magiſtratibus ſolitam, atque etiam per provincias poteſtatibus, &c. *In edicto Prætoris*, apud *Ulpian. Dig. lib. & tit.* 2. *leg.* 1. Qui magiſtratum, poteſtatemve habebit. Adde ipſum *Ulpian. ibid. tit.* 1. *leg.* 13. ¶ Sæpiſſime *magiſtratus* ipſum hominem ſignificat, qui in magiſtratu eſt. *Cic.* 1. *Offic. c.* 34. *a med.* Eſt propetum unus magiſtratus intelligere, ſe gerere perſonam civitatis. *Salluſt. in Jug. c.* 22. Oppida per magiſtratus adminiſtram. *Liv. l.* 5. *c.* 17. Ceſſim magiſtratus. *Nep. in Epamin. cap.* 4. Magiſtratui quempiam tradem. *ſcil.* puniendum, *Id. in Annibal. c.* 7. His enim magiſtratibus legati Romam venerunt. *b. c.* his conſulibus. *Gell. l.* 1. *c.* 6. Tum inter filium magiſtratum & patrem privatum publicos honores ceſſare, genuinos ac naturales exoriri.

MAGISTRO. V. *Magiſtro*.

MAGMA, atis, n. μάγμα, ſæx unguenti, ut *Plin. l.* 13. *c.* 2. interpretatur, *Scribon. Larg. compoſ.* 157. Ceræ libram & trientem, magmatis *P.* beſſem. Hinc *ceromagma*: quod V.

MAGMENTARIA VASA, quibus magmenta, & exta ſacra impoſita inferebantur præ. *Varr. l.* 4. *de L. L. c.* 21. *extr.* ut legit *Turnob. l.* 21. *Adverſar. c.* 6. Nam alii aliter omnino.

MAGMENTUM, ti, n. quaſi *magnus augmentum*, ut eſt apud *Feſt.* vox eſt ſacrorum, & dapem ſignificat, quæ *a* rubicis, inquit *Scalig. in coniect. ad Varron.* Jano, Silvano, Marti, Jovi dapali offerebatur. Alii, aptius ad mm fortaſſe, exponunt, exta aucta & pinguia. *Varr. l.* 4. *de L. L. c.* 21. *pag.* 28. & *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 23. *n.* 10. de qua V. *Pignor. ſymbolicar. epiſt.* n. 30. Inſcriptionis verba ſunt: Si quis hic hoſtia ſacrum faxit, quod magmentum nec protollat, iteirco tamen probe factum eſto. *b. c.* ſi ita ſacrum fecerit, ut exta pinguia & aucta non proferat, nihil tamen teſte portendat. Ita *Sigon. l.* 1. *de antiq. jur. provinc. c.* 6. *a med.* Eadem verba leguntur etiam in alia tabula marmorea apud eundem *Gruter. pag.* 259. *col.* 2.

MAGNA GRÆCIA. V. *Græcia*.

MAGNALIA, um, n. *grandi cuperſe*, τὰ μεγαλεῖα, res præclaræ, & miranda. Utitur hac voce *Tertull. l.* 2. *ad Uxor. c.* 7. & *in carm. l.* 1. *adverſ. Marcion. c.* 2. ¶ *Magnalia arma* habes in vet. Inſcripti apud *Murator. Tc. t. pag.* 472. *n.* 5. *h. e.* magnifica. Loquitur enim de Ancilibus.

MAGNANIMITAS, atis, f. *magnanimità*, *grandezza d'animo*, μεγαλοψυχία, magnitudo animi, præſtantia, magnificentia: virtus animi magna ſpectantis, præſertim circa honores. *Cic. l.* 1. *Offic. c.* 43. Omnis honeſtas manat a partibus quatuor, quarum una eſt cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis.

MAGNANIMUS, a, um, *magnanimo*, μεγαλόψυχος, qui magni eſt animi, & magna conantis. *Cic.* 1. *Offic. c.* 19. Itaque viros fortes, magnanimos, eoſdem bonos & ſimplices eſſe volumus. *Virg. 6. Æn. v.* 649. magnanimi heroes. *Id.* 3. *Æn. v.* 704. magnanimum generator equorum. *Gell. l.* 7. *c.* 19. Liberala atqua magnanimum factum. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 379. Hæc, ait, illa dies, Libycis qua Cæſar in oris Perfida magnanimi contudit arma Jubæ.

MAGNARIUS, m. *che ha gran maneggio*, μεγαλέμπορος, magnus negotiator: e negotiorum magnitudine. *Apul. l.* 1. *Metam. poſt init.* Lupus negotiator magnarius omnia coemerat. Adde *Inſcriptiom.* apud *Gruter. pag.* 283. *n.* 1. ex qua videntur *magnarii* mercatores certæ cujuſpiam mercis fuiſſe: ſed nihil certi ſtatui poteſt.

MAGNATES, tum, & tium, optimates. Legitur in quadam *Inſcript.* apud *Dempſterum in paralipom. ad Roſin. antiquit. R. l.* e. *c.* 16. *extr.* non tamen optime notæ.

MAGNE, *grandemente*, valde, μάλα. *Tacit. Ann.* 12. *c.* 36. Sponſi, an coactus tam magne peccaviſſet. Al. leg. *magno*, quod eſt multo rectius. Agnoſcem videtur etiam *Cledon. in arte pag.* 1980. *Putſch.*

MAGNES, atis, m. *calamita*, μαγνῆτις, lapis, qui ferrum trahit, el. lapis Heraclius, & fideritia; a Magneſia urbe Lydiæ, quia circa eam provenit. *Lucret. l.* 6. *v.* 909. 1044. & 1062. Sed *Plinius l.* 36. *c.* 16. ſcribit ex Nicandri ſententia, impertum fuiſſe in Ida, & appellatum eſſe ab inventore, qui cum pecus paſcene pedum forte haberet ferrutum, & crepidæ ferreis clavis compactas, animadvertit lapidem hunc ferro adhærcſcere. Ceterum ab Antiquis bifariam magnes accipitur, interdum pro ſo, qui ferrum trahit, interdum pro lapide argentei nitoris. Hinc quidam Veterum dicunt, olium eſſe magnetem a lapide Heraclio. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 39. Ut ſi magnetem lapidem eſſe dicam, qui ferrum ad ſe alliciat, & trahat, ut rationem cur ita ſit, afferre nequeam. ¶ Vox eſt adjectiva, & cum abſolute ponitur, *lapis* ſubintelligitur. *Sil. l.* 3. *v.* 265. Venere Æthiopes, genus hmud incognita Nilo, Qui Magneta ſecant. *Lucret. l.* 6. *v.* 908. Quem Magneta vocant. V. *Magnetes*. In ſimina *Magnetis*, *idit*, ut Magnetis Argo, apud *Ovid.* V. *Magnoſit*, & *Magnetes*.

MAGNESIA, æ, f. Μαγνησία, provincia Macedoniæ, Theſſaliæ adnexa, in ora maris Ægæi. *Plin. l.* 4. *c.* 9. ¶ Item urbs Aſiæ minoris in Ionia, vel Caria, Mzandri cognomine, ut eſt apud *Plin. l.* 5. *c.* 29. *circa med.* colonia ex Magneſia Græciæ deducta, una ac tribus, quas Themiſtocli exſuli apud ſe Artaxerſes dono dederat, quæ paſcem præberet: ſicut Myuntem, quæ obſonium, Lampſacum, quæ vinum ſuppeditaret, uti narrat *Nepos in Themiſt. c. ult.*

MAGNESIS, idis, f. quæ eſt ex Magneſia. *Ovid. Heroid. ep.* 9. *v.* 9. Cur unquam Colchi Magneſida vidimus Argo? *Magneſida* vocat, quia ex nemore ſacta eſt Pelii montis, qui ad Theſſaliam pertinet, cujus pars Magneſia eſt. Al. lag. *Magneſiaca*: quod eſt fortaſſe rectius; a *Magnetes*, *etis*, ndject.

MAGNESIUS, a, um, Μαγνήσιος, ad Magneſiam pertinens. *Lucret. l.* 6. *v.* 1065. Magneſi flumine ſaxi. *b. c.* magnetis.

MAGNESSA, æ, adject. femin. quæ eſt ex Magneſia. *Horat. l.* 3. *od.* 7. *v.* 18. Magneſſam Hippolyten dum fugit abſtinens.

MAGNETARCHES, æ, m. Μαγνητάρχης, principa Magnetum, ſummue magiſtratus apud Magnetas. *Liv. l.* 35. *c.* 31.

MAGNETES, um, m. Magneſii, Μάγνητες, pop. Magneſiæ. *Lucret. l.* 6. *v.* 909. Magnetum quia ſit patriie in finibus ortus. *Ovid. 11. Metam. v.* 408. Magnetas adit vagus exſul. *Luran. l.* 6. *v.* 385. Et Magnetes equi, Minyæ gens cognita remis. Adde *Liv. l.* 33. *c.* 31. & 34. & *lib.* 35. *c.* 31. ¶ In ſingulari num. *Cic. de clar. Orat. c.* 91. Affiduiſſime mecum fuit Dionyſius Magnes. *Val. Flacc. l.* 2. *v.* 9. Magnes campus.

MAGNETICUS, a, um, magnetem ſpectans. *Claudian. carm. de magnete*, *v.* 26. Venemm magnetica gemma figumt.

MAGNETIS. V. *Magneſis*.

MAGNICIES, ei, f. nomen eſt avis in Arabia, da qua nihil adhuc compertum eſt. *Auſt. carm. de Phœnice*, *quod cum Lactantio edi ſolet*, *v.* 145.

MAGNIDICUS, a, um, adject. qui magna dicit, *millantatore*, μεγαλαζών. *Plaut. Rud.* 2. *d.* 31. Dum tuis auſculto magnidicis mendaciis. *Id. Mil.* 3. 3. 48. Quin noverim magnedicum, cincinnatum, mœchum unguentatum.

MAGNIFACIO, is, a. 3. *ſtimare grandemente*, περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι, *Suidæ*, magni æſtimo. *Terent. Hecyr.* 2. 2. 18. Quem intellexi illam haud minm, quam ſe ipſum magnificasse. *Al. leg.* magnificare. *Plaut. Aſin.* 2. 4. 1. Quid hoc eſt negotii? neminem meum dictum magnificacem. *Id. Pſeud.* 2. *t.* 4. Omnes res perinde ſunt, ut agas, ut ese magnificias. Sic cum ſuperlat. maximiſcem fidem, *Plaut. Caſ. prol. v.* 2. ¶ Ceterum ſæpius divifum legitur *magni ferre*.

MAGNIFICATIO, onis, f. actus magnificandi. *Macrob. l.* 5. *Sat. c.* 13. *ſub fin.* Perſonarum varia magnificatio.

MAGNIFICE, *magnificamente*, *con magnificenza*, *grandiſſimamente*, *con ſplendidezza*, μεγαλειοπρεπῶς, magnificenter, laute, ſplendide. *Cic. in Bruto*, *c.* 73. Amice & magnifice laudare. *Id. pro Quinct. c.* 30. Ornare magnifice ſplendideque convivium. *Id.* 3. *Verr. c.* 26. Magnifica & ornate convivium compatare. *& Verr. 6. c.* 27. Exornam ample magnificeque triclinium. *Id. pro Dom. c.* 44. Habitare laxe & magnifice. *Id.* 1. *Offic. c.* 26. *extr.* Magnifice, graviter, aoimoſeque vivere. *Nep. in Datam. c.* 3. Magnifice donare aliquem. *Plaut. in fragm.* apud *Chariſ. l.* 2. *pag.* 187. *Putſch.* Spectavi ludos magnifice atque opulenter. *Cic.* 2. *Catil. c.* 1. Perdidimus hominem, *magnificeque* vicimus. *gloriaſamente*, *con ſomma vanto*. *Liv. l. c. c.* 6. Magnifice incedere. *pompoſamente*, *tronfo*. Sic *Plaut. Pſeud.* 4. 1. 7. Magnifice inferm ſe. *Id. Caſ.* 3. 6. 4. Magnifice patricoque amicisi. *Auſt. ad Heremn. l.* 4. *c.* 11. Magnifice ſe jactare, atque oſtentare. *con millanteria*. Sic *Terent. Heaut.* 4. 3. 31. Magnifice afferre ſe. *Plaut. Perſ.* 2. 5. 7. Magnifice conſcreabor. *b. c.* clam, & ut ſolent affectato graves. ¶ Refertur interdum ad magniloquentiam. *Tibull. l.* 2, *eleg.* 6. *v.* 11. Magna loquor. ſed magnifica mihi magna locuto Excutiunt clauſa fortia dicta fores. *Plaut. Pſeud.* 2. 4. 11. Magnifice compellare. *b. c.* ſplendidi & magnifici verbis. ¶ Pro magnopere, velde. *Plin. l.* 24. *c.* 11. *a med.* Radicula ex mella prodeſt magnifice ad tuſſim. *b. c.* magnopere, valde. Sic *lib.* 30. *c.* 14. Magnifice juvat nvie eersbrum gingivis illisum. ¶ Comparativum *magnificius* eſt *Caronic*, teſte *Feſto*. Superlat. *magnificiſſime* eſt *Arcis* apud *Priſcian. l.* 3. *pag.* 603. *Putſch.*

MAGNIFICENTER, adverb. magnifica. *Vitruv. l.* 1. *c.* 6. Oppidum magnificentes ædificatum, & eleganter. *Cic.* in *Orat. c.* 34. Omnia excelſius, magnificentiuſque & dicet, & ſentiet. *Id.* 4. *Fam. ep.* 7. Cum conſulatum magnificentiſſime, atque optime geſſeris. *Id.* 14. *Attic. ep.* 4. Glorioſiſſime & magnificentiſſime quippiam conficere.

MAGNIFICENTIA, æ, f. *magnificenza*, μεγαλοπρέπεια, eſt (ut inquit *Cic. l. c. de Inv. c.* 54.) rerum magnarum & excelſarum, cum animi ampla quadam & ſplendida propoſitione, agitatio, atque adminiſtratio. Adde 1. *Offic. c.* 21. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus. *Id.* in *Orat. c.* 25. Magnificentia opularum. *ſplendidezza*. & *lib. c. Offic. c.* 39. villarum. *Id.* 2. *de Legib. c. penult.* funerum & ſepulcrorum. *Id. pro Roſc. Com. c.* 8. liberalitatie. *Id.* 1. *Offic. c.* 39. Cavendum eſt ſi ædifices, ne extra modum ſumptu & magnificentia prodeas. ¶ In malam partem, *Id. in fragm.* apud *Non. c.* 5. *n.* 35. Phœnices primi mercaturis & mercibus ſuis ovaritiam, & magnificentiam, & inexplebilem cupiditates omnium rerum ſupperavetunt in Græciam. ¶ Trauslate *Id. de Amic. c.* 6. Jam virtutem ex conſuetudine vitæ, ſermonſque noſtri interpretemur: nec eam, ut quidam docte, verborum magnificentia metiamur. *non parole grandioſe*, *e pompoſe*. ¶ Pro magnanimitate, *Id. Agrar.* 2. *c.* 8.

c. 8. extr. Nam hoc quidem vix aſſ liberi populi, vix veſtrorum animorum ac magnificentiæ. ¶ *Pro arte mira & magna faciendi, Plin. l. 36. c. 5. ante med. de Phidia.* Hæc ſuus obiter dicta de artifice nunquam ſatis laudato: ſimul ut noſcatur, illam magnificentiam æqualem fuiſſe & in parvis.

MAGNIFICO, as, avi, atum, a. r. *ſummore aſſai, tenere in conto, magni facio, magni æſtimo, Σεμνύζω. Terent. Heaut. 2. 2. 18.* Quem ego intellexi illam haud minus, quam ſe ipſum, magnificare. *Al. leg.* magnificere. *Plaut. Stich. 2. 2. 44.* Pudicitia eſt, pater, eos magnificare, qui nos ſocias ſumpſerunt ſibi. *Id. Men. 2. 3. 29.* Te unum ex omnibus Venus voluit me magnificare. ¶ Metonymice aſt laudare, extollere, præferre: quod ſane faciunt, qui magni æſtimant: *magnificare, efaltare, μεγαλύνειν. Plin. l. 35. c. 12. & lib. 36. c. 5. ad fin.* Arceſilaum quoque magnificat Varro, cujus ſe marmoream habuiſſe lexnam tradit. *& cap. 12. ad fin.* Magnificatus & alia turris, a rege facta in inſula Pharo. *Id. l. 17. c. 9.* Vtero principatum dat turdorum ſimo ex aviariis: quod etiam pabulo boum ſuumque magnificat.

MAGNIFICUS, a, um, *magnifico, ſplendido, μεγαλοπρεπής*, magna faciens, qui in magnis cum dignitate ſumptum facit, qui circa publicam adminiſtrationem impenſas facit honorificas, veluti in ludis, in templis, in ædificiis, in epulo publico, & hujuſmodi. *Nep. in Attic. c. 13.* Elegans, non magnificus; ſplendidus, non ſumptuoſus; omni diligentia munditiam non aſſumentem affectabat. *Salluſt. in Catil. c. 50.* Rhodiorum civitas magna, atque magnifica. *Id. ibid. c. 9.* Cives in ſupplicis deorum magnifici, domi parci. *Liv. l. 1. c. 20.* Vir ſactis magnificus. ¶ Item qui eurbis ſe jactat, & oſtentat, glorioſus, *millantatore. Plaut. Bacch. 4. 9. 42.* Cum magnifico mitite, urbes verbis qui inermus capit. *Id. Aſin. 2. 2. 84.* Extemplo facio facetum me atque magnificum virum: dico, me atrienſem eſſe. ¶ *Res magnificæ* fuere lautæ, ſplendidæ, copioſæ, magno ſumptu factæ, & cum dignitate, *ſontuoſe, magnifiche, ricche. Cic. 1. Offic. 8.* Delectant etiam magnifici apparatus, vitæque cultus cum elegantia & copia. *Id. 9. Fam. ep. 16. ad fin.* Nec tamen eas cœnas quæro, ut magnæ reliquiæ fiant: quod erit, magnificum ſit, & lautum. *Id. 3. Verr. c. 22.* Forum adornatum magnifice ornatu. *Cæſ. l. 6. B. Gall. c. 18.* Funera magnifica & ſumptuoſa. *Salluſt. in Catil. c. 21.* Belli ſpolia magnifica. *Id. in Jug. c. 4.* Clari & magnifici honores. *Juſtin. l. 2. c. 1.* Res geſtæ ſatis amplæ, magnificæque. *Cic. 5. Tuſcul. c. 21.* Stragulum magnificis operibus pictum. *Id. Fam. 7. ep. 1.* Venationes binæ per dies quinque magnificæ. *Id. 2. de Legib. cap. 2.* Magnificæ villæ. *Plin. l. 6. c. 29.* Magnificum oppidum. ¶ Nonnunquam refertur ad ſermonem ſplendidum, grandem, ſublimem. *Cic. 2. de Orat. c. 21.* Genus dicendi magnificum atque præclarum. *Id. de opt. gen. Orat. c. 4.* Neque eos quidquam excelſum magnificumque delectat. *Plin. l. 35. c. 4. a med.* Magnifica oratio. *Terent. Eun. 4. 6. 3.* Uſque adeo ego illius ferre poſſum ineptias & magnifica verba. *millanterie.* ¶ Eſt etiam magni æſtimabilis, dignus qui plurimi fiat, admirabilis. *Plin. l. 19. c. 3.* Laſer magnificum in uſu, medicamentiſque. *Id. l. 24. c. 16. a med.* Myriophyllon magnifici uſus ad vulnera. ¶ *Magnificior*, & *magnificiſſimus* olim dicta ſunt antiqui, ut eſt apud *Feſtum.* Sed hæc obſolata: in uſu autem ſunt *magnificentior, magnificentiſſimus*, a *magnificens* orta, itidem obſoleto. *Cic. in Bruto, c. 32.* Magnificentius dicendi genus, & ornatius. *Id. in Piſon. c. 2.* Magnificentius aſt dicere, quemadmodum geſſerimus conſulatum, quam quemadmodum ceperimus. *Id. 2. Offic. c. 16.* Craſſus magnificentiſſima æditate functus. *Id. pro Dom. c. 56.* Italiæ magnificentiſſimus illa motus. *b. e.* perhonorificus. *Nep. in Thraſyb. c. 1.* Magnificentiſſimum factum.

MAGNILOQUENTIA, æ, f. *ſtile ſollevato, μεγαλογνωμία*, grooditas verborum, ſtili ſublimitas. *Cic. in Orat. c. 57.* Dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ aſt accommodatior. *Id. 13. Fam. ep. 15.* Homeri magniloquentia. ¶ Accipitur & in malam partem pro jactatione & oſtentatione loquentiæ, *millanteria.* atque ita uſurpat *Gell. l. 1. c. 2.*

MAGNILOQUUS, a, um, *chi parla ſollevato, μεγαλόφθογγος* qui grandibus verbis utitur, magnidicus. *Sext. l. 5. ſriv. 3. v. 62.* Fore & magniloque non poſthabuiſſet Homero. ¶ Item qui ſe jactat, *millantatore. Tacit. in Agric. c. 17.* Atque illi modo cauti ac ſapientes, prompti poſt eventum ac magniloqui erant. *Ovid. 8. Metam. v. 306.* Talia magniloque tumidus memoraverat ore.

MAGNIPENDO, is, a. 3. *ſtimare aſſai, far gran conto, τοῦ πολλοῦ ποιοῦμαι*, magnificio, magnifico, magni æſtimo. *Plaut. Stich. 1. 2. 78.* Vos ne mendicos homines magnipenditis? *Terent. Adelph. 5. 4. 25.* Ego quoque a meis me amari & magnipendi poſtulo. *Plaut. Aſin. 2. 4. 54.* Non magnipendo, ne duit. *non ſo gran coſa.* Scribitur & diviſim *magni pendo.*

MAGNISONANS, antis, magna ſonans, ut Saxa magniſonantia, *Accius* apud *Non. l. 6. n. 86.* Al. aliter leg.

MAGNITAS, atis, f. magnitudo, apud vet. *Accius* apud *Non. c. 2. n. 523.* Namque ſat fingi, neque dici poteſt pro magnitate.

MAGNITŪDO, inis, f. *grandezza, ampiezza, μέγεθος*, amplitudo, moles rerum corporearum. *Cic. 1. Offic. cap. 43. ad fin.* Mundi magnitudinem metiri. *Vart. l. 3. R. R. c. 16. ante med.* Silveſtres apes minores ſunt magnitudine. *ſcil.* quam cicures. *Plin. l. 37. c. 10.* Lapillus in parva magnitudine multicolor. *Id. l. 5. c. 9.* Inſula magnitudinis vaſtæ. *Cic. Phil. 13. c. 3.* Magnitudines regionum. *Id. 3. de Fin. c. 24.* Magnitudo maris Ægæi. *Cæſ. l. 1. B. Gall. c. 30.* Ingens magnitudo corporum. *& lib. 3. c. 13.* Ductuum & tempeſtatum. *& lib. 6. c. 9.* Silva magnitudinis infinitæ. *& lib. 1. B. Civ. c. 49.* Magnitudo fluminis. *Cæſ. l. 5. c. 25. n. 4.* Catapultæ ſunt ad fabæ magnitudinem. *della grandezza.* Sic *Plin. l. 21. c. 13. a med.* Utinam ciet laſer, ciceris magnitudine dilutum. ¶ Refertur interdum ad copiam & numerum. *Nep. in Datam. c. 1.* Magnitudo copiarum. *Cic. 2. Agrar. c. 35.* Bonitas agrorum & magnitudo fructuum. *Id. pro Roſc. Amer. c. 7.* pecuniæ. *Id. 7. Verr. c. 9.* quæſtus. ¶ Item ad qualitatem, & intenſionem. *Cic. 2. Fam. ep. 7.* Magnitudo & vis amoris. *Id. pro Dejot. c. 12.* acerbitatis, & odii. *Id. 1. de Orat. c. 4.* & varietas, multitudoque cauſarum. *gravità, importanza. Nep. in Iphicr. cap. 1.* rerum geſtarum. *Cic. Fam. 2. ep. 7.* beneficii. *Id. pro Quinct. c. 2.* periculi. *Id. Verr. 7. c. 20.* frigoris. *Nep. in Epamin. cap. 2.* virium. *robuſtezza. Plin. l. 25. c. 3. a med.* doloris. *& cap. 2.* ingenii. ¶ *Magnitudo animi* eſt magnanimitas, excelſus animus magna ſpectans, villa deſpiciens, & qui nullo periculo aut difficultate deterretur. De ea *Cic. in Parad. c. 22. ad fin.* Cujus eſt liberalitas in uſu pecuniæ, ſimulque altitudo animi in capiendis incommodis, & maxime injuriis. *Cæſ. l. 2. B. Gall. c. 27. extr.* Quæ facilia ex difficillimis animi magnitudo redegerat. *Hirt. de B. Alex. c. 32.* Dignum fructum virtutis & animi magnitudinis tulit. *Cic. in Partit. c. 23.* Magnitudinem animi ſuperbia in animis extollendis, & deſpicientia in contemnendis honoribus imitatur. *Id. 2. Fam. ep. 7. a med.* Magnitudinem animi tui ne unquam inflectas cujuſquam injuria. ¶ Abſoluta *Plin. l. 28. c. 6.* Non fraudando magnitudine hac quoque ſua Cn. Pompeji, qui nunquem agrum mercatus eſt conterminum. ¶ Ad tempus etiam referri poteſt. *Plin. l. 36. c. 20.* Ad deprehendendas ſolis umbras, dierumque ac noctium magnitudines. ¶ Pro dignitate, excellentia, *Tacit. 16. Ann. c. 23.* Imperatoria magnitudo. *Id. 14. Ann. c. 54.* Invidia infra tuam magnitudinem jacet.

MAGNOPĔRE, *ſommamente, molto, aſſai, μάλα, πάνυ*, valde, vehementer: adverb. ex *magno opere* conflatum: & fere cum verbis jungitur. *Cic. 15. Fam. ep. 14. circa med.* Ego tibi Romam properandum, magnopere conſeo. *& lib. 2. ep. 6.* Magnopem volo. *Id. de Senect. c. 23.* deſidero. *Plaut. Perſ. 2. 2. 59.* Editum eſt magnopere mihi, ut cuiquam crederem. *mi è ſtata ſtrettamente comandato. Cic. 2. de Legib. cap. 20.* L. Gellius philoſophis magnopere auctor fuit, ut, &c. *Id. 7. Verr. c. 41.* Quid, inquam, magnopere Cleomenes facere potuit? *che gran coſa poté egli mai fare? Id. 2. de Orat. c. 86.* Juvenes ſtare ad januam duos, qui eum magnopere evocarent. *con grande iſtanza e premura. Cnl. ad Cicer. 8. Fam. ep. 1.* Ut nunc eſt, nulla magnopere exſpectatio eſt. *b. e.* nulla magna exſpectatio. Sic *Liv. l. 3. c. 26.* Nulla magnopere clade accepta. *b. e.* nulla magna clade. *Cic. pro Roſc. Com. c. 25.* Quorſum recidat reſponſum tuum, non magnopere laboro. *non ci penſa troppo: poco mi curo. Plin. l. 20. c. 2.* Phœnix non viſus magnopere. *poco, di rado. & lib. 35. c. 10. extr.* Ideo non eſſunt exempla alia magnopere. *b. e.* multa exempla. ¶ Etiam diviſim uſurpatur. *Cic. Fam. 13. ep. 34.* Magnoque opere abs te peto, cures, ut, &c. *Id. 2. de Invent. c. 1.* Cum puerorum formas magno hic opere mirarentur. *Id. Attic. l. 13. ep. 28. extr.* Dolabella magno opere arceſſitus. ¶ Et inverſo ordine. *Accius* apud *Non. c. 4. n. 330.* Ite actutum, atque opere magno edicite, ut, &c. ¶ Superlativum aſt *maximopere*, quod & ipſum interdum dividitur. *Cic. Fam. 3. ep. 2.* A te maximopere, etiam atque etiam quæſo, & peto, ut, &c. *Terent. Eun. 3. 3. 26.* Thais maximo te orabat opere, ut, &c. *Id. Phorm. 5. 1. 33.* Nos ambo opere maximo dabamus operam, ut, &c. *Liv. l. 42. c. 57.* Maximopere indigne ferens. *Plaut. Stich. 2. 3. 94.* Rogare juſſit te opere maximo, ut, &c. *Terent. Heaut. 4. 1. 13.* Meminiſtin' mihi te maximopere dicere, &c.? ¶ Comparatim *Cato* apud *Gell. l. 7. c. 3.* Quo majore opere dico, ſuadeoque, uti, &c.

MAGNUS, a, um, *grande, μέγας*, grandis, amplus: cui *parvus* oppositur: videturque eſſe a voce Græca allata, *a* inſerto. Comparativum habet *major, jus*, ſuperlativum *maximus*, & antiquo more *maximus*. Primo dicitur de iis, quæ corpoream magnitudinem habent. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 6.* Magna & pulcra domus. *Catull. carm. 63. de nupt. Pel. & Thet. v. 280.* Magni montes. *Cæſ. l. 1. B. Gall. c. 4.* Magnæ partis harum regionum imperium obtinent. *& lib. 4. c. 29.* Maximi æſtus maritimi. *& lib. 1. c. 23.* Oppidum Æduorum longe maximum. *Ovid. 4. ex Pont. ep. 10. v. 57.* quos inter maximus omnes Cedere Danubius ſe tibi, Nile, neget. *Liv. l. 24. c. 9.* Aquæ magnæ bis eo anno fuerunt. ¶ Item de iis, quæ ponderе, & numero conſtant, pro *multus. Cic. 4. Verr. c. 72.* Maximum pondus auri, magnum numerum frumenti, vim mallis maximam exportaſſe. *Id. Attic. l. 11. ep. 3. ad fin.* Cui magnam dedimus pecuniam mutuam. *Cæſ. l. 1. B. Gall. c. 16.* Pabuli magna copia. *& lib. 4. c. 34.* Magna multitudo peditatus. *Nepos in Dion. c. 1.* Magnæ divitiæ. *Virg. 1. Æn. v. 12a.* Magnus populus. *Nep. in Datam. c. 3.* Magnus concurſus. ¶ Item de iis, quæ virtute, non mole, ampla ſunt. *Cic. pro Cæcin. cap. 32.* Magna voce confiteri. *ad alta voce. Nep. in Timoth. c. 3.* Magna ſpes. *Cic. 1. Fam. ep. 1.* Magna infamia. *& ibid.* Eloquentia, gravitas, ſtudium, contentio. *Cæſ. l. 1. B. Gall. c. 46.* Multo major alacritas, ſtudiumque pugnandi major. *& lib. 2. c. 15.* Homines feri, & magnæ virtutis. *Nep. in Iphicr. cap. 3.* Magno animo eſſe. ¶ Item de iis, quæ ſolemnia ſunt, & multo apparatu fiunt. Hinc *magnus ludi*, de quibus *Aſcon. in 2. Verr. c. 12.* Romani ludi, inquit, ſub regibus inſtituti ſunt, magnique appellati, quod magnis impenſis dati ſunt. tunc enim primum lodis impenſa fuit decenta millia nummum. Alii ideo magnos dictos putant, quod Conſo, conſiliorum ſecretorum deo, ideſt Neptuno laticum regi, & rerum conditarum, & diis magnis, ideſt Laribus urbis Romæ dati ſunt: quibus ajunt raptas Sabinas eſſe: ut videatur propter hoc dicere Virgilius (*8. Æn. v. 636.*)

Mag-

magnis Circenſibus actis. nam magni, & Circenſes iidem ſunt. Hactenus *Aſcon.* Horum mentio ſit apud *Cicer. lat. cit.* (item *Verr.* 7. *c.* 14. ubi Jovi, Junoni, Minervæque dicatos dicit) *Liv. l.* 2. *c.* 36. &c. Iidem dicti ſunt etiam *maximi*, ut eſt apud *Cic. de Harusp. reſp. c.* 6. Horum alii erant ſtati, alii votivi, ut colligitur ex *Liv. ibid.* & *lib.* 7. *c.* 22. & alibi. *Maximus* etiam eſſe voluit Nero ludos, quos pro æternitate Imperii ſuſceperat, ut in ejus vita *cap.* 11. *narrat Sueton.* ¶ *Magnus ovo*, qui magno animo eſt, & magne facit, præſtans ingenio, virtute, doctrina, artibus. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 43. Democritus vir magnus in primis. *Virg.* 1. *Æn. v.* 549. quan juſtior alter Nec pietate fuit, nec bello major & armis. *Nep. in Themiſt. c.* 6. Magnus hoc bello Themiſtocles fuit, nec minor in pace. ¶ *Magnus homo* interdum eſt etiam ſtolidus, *ſtolide*, *ſtiorre*. *Lucil.* apud *Varron. l.* 6. *de L. L. c.* 3. Nequam & magnus homo, laniorum immani canes ut. *Martial.* in ambigan ludit *l.* 9. *epigr.* 51. tu, bis denis graodia libris Qui ſcribis Priami prœlia, magnus homo es. V. *Longus*. ¶ *Magna res* eſt gravis & magni momenti. *Nep. in Pelop. c.* 2. Magnæ ſæpe res non ita magnis copiis ſunt geſtæ. Sic *Cic. pro Dom. cap.* 1. Magna cauſa. *vilevanne*, *importanis*. & *in Orat. c.* 12. Magnum opus & arduum. Et abſolute *Cæcin. ad Cicer. ep.* 7. *l.* 6. *Fam.* Quamquam id magnum, & arduum eſt. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 66. *ed fin.* Magna dii curant, parva negligunt. *Tibull. l.* 2. *el.* 6. *v.* 12. Magna loqui. *h. e.* magnifice: *dire delle Rodomontate*. Hinc *magno lingua* apud *Horat. l.* 4. *od.* 6. *v.* 1. eſt ſuperba, & elatius impieque locuta. Sic *Virg.* 12. *Æn. v.* 547. Diuterat ille aliquid magnum. ¶ Pertinet enim aliquando *magnus* ad ſuperbiam, & jactantiam. *Virg.* 11. *Æn. v.* 381. non tepleada eſt curlu verbis, Quæ fruſtra tibi magna volant. *Val. Flacc. l.* 5. *v.* 600. magna ſuperbo dicta volant. ¶ Nonnunquam ad venerationem, auctoritatem, potentiam refertur. *Virg.* 3. *Æn. v.* 697. numina magna loci. ¶ Item ad divitias, potentiam, nobilitatem. *Juvenal. ſat.* 6. *v.* 322. magnos viſurus amicos. ¶ Item ad tempus. *Petron. in Satyr. c.* 125. Dum hæc magna tempore Cicerone agantur. Adde *Juſtin. l.* 42. *c.* 5. ¶ Hinc *magnus natu*, aut *annis*, qui diu vixit, *avanzato in età*, *vecchio*. *Cic. Tuſcul.* 1. *cap.* 1. *extr.* Qui fuit major natu, quam Plautus. *Id. 1. Offic. c.* 30. Audivi ex majoribus natu, hoc idem fuiſſe in P. Scipione. *Nep. in Reguh. c.* 2. Majorque annis ſexaginta natus deceſſit. *Id. in Paulan. c. ult.* & *Liv. l.* 2. *c.* 8. Mater Paulanix jam magno natu. *Id. in Dorum. c.* 7. Ab hoc Scipmas maximo natu filius deſciit. *Suetan. in Cæſ. c.* 42. Civis major annis viginti. *che ha più di vent' anni*. & *in Aug. cap.* 38. Majores annorum quinque & triginta. ¶ Abſolute *Liv. l.* 23. *c.* 30. Gelo, maximus ſtirpis. *Terent. Phorm.* 2. 2. 23. Senis noſtri frater major. *più vecchio*. ¶ Quoties *major* minori opponitur, & de pupillis ſermo eſt, *major* eum ſignificat, qui viginti quinque annos implevit. *Paul. Dig. lib.* 4. *tit.* 4. *leg.* 24. Si minor negotiis majoris intervenerit. ¶ Præterea ſunt *majores*, qui ætate ſuperiore, & ante nos fuerunt, *maggiori*: ſive noſtri generis fuerint, ut avus, abavus, tritavus, &c. ſive alieni. Docet quidem *Paul. Dig. lib.* 38. *tit.* 10. *leg.* 10. parentes uſque ad tritavum propeie vocabulo nominari: ulteriores, quia non habant ſpeciale nomen, *majores* appellani. Nihilominus etiam qui ſupra patrem, aut avum fuit, cum de iis univerſim ſermo eſt, *majores* dicuntur. *Cic. Phil.* 3. *c.* 10. L. Philippus, vir patre, avo, majoribus ſuis digniſſimus. *Id. in Divin. Verr. c.* 22. Cujus inſtituti patres majoreſque noſtros non pœnitebat. *Id. l. & ep.* 1. *od Attic.* Prenſat Galba ſine fuco, ne fallacius, more majorum. *& 12. Famil. ep.* 22. Spes eſt, populum Romanum majorum ſimilem fore. ¶ Hoc ſenſu additur raro *vir natu*. *Nep. in Iphicr. c.* 2. Fuit enim talis dux, ut non ſolum ætatis ſuæ cum primis compararetur, ſed ne de majoribus quidem natu quiſquam antepomeretur. ¶ Huc pertinent appellationes illæ cognationum, & affinitatum, in quarto gradu *patruus*, *avunculus magnus*, *amita*, *materiera magna*, &c. in quinto *patruus*, *avunculus major*, &c. in ſexto *patruus*, *avunculus maximus*, &c. (de quibus V. ſuis loc.) ut eſt apud *Paul. Dig. lib.* 38. *tit.* & *leg.* 10. ¶ Legitur & *magnus* pro longus, *lungo*. *Spartian. in Ælia Vero*, *c.* 2. Cum magnis crimibus eſt utero parentis effuſus. ¶ *Magnus annus* quis ſit, V. in *Annus*. ¶ *Major morbus*. V. *Morbus*. ¶ *Magnum eſt*, magna res eſt, & difficilis. *Cic.* 1. *Acad. c.* 2. Magnum eſt efficere, ut quæ intelligat, quid ſit illud, &c. Sic *Horat. l.* 1. *ſat. ult. v.* 20. magnum fecit, quod verbis Græca Latinis Miſcuit. *fece una gran coſa*. & *Cic. de Amic. c.* 9. Probitatem eal in eis, quos nunquam vidimus, vel quod majus eſt, in hoſte etiam diligimus. *quel eh' è più*. ¶ *Magnum* adverbii more pro valde. *Plaut. Mil.* 3. 2. 20. Magnum clamat. *h. e.* magna voce. *Id. Moſtell.* 2. 2. 57. Exclamat derepente maximum. Adde *Gell. l.* 5. *c.* 9. *extr.* & *Valer. Flacc. l.* 1. *v.* 262. ¶ *Magni*, & *magno*, ſubaudi *pretii*, & *pretio*, ellipſis eſt uſitata cum verbis æſtimandi. *Cic. 1. de nat. Deor. c.* 4. Magni æſtimanda iactereſſe ad decus, &c. *Anton. ad Cicer. poſt epiſt. E. l.* 10. *ad Attic.* Mihi famam quoque, quamvis ſit falſa, magni eſſe. *Phædr. l.* 2. *fab.* 5. *extr.* Multo majoris alapæ mecum veneunt. *Terent. Andr.* 1. 5. 58. Te hæc ſolum ſemper fecit maxumi. *Cic.* 2. *Agrar. c.* 13. Emere agros poterunt, quam volent magno. *Id.* 5. *Verr. c.* 30. Magno vendere. *Id. Attic. l.* 2. *ep.* 17. *a med.* Conducere aliquid minimum magno. *Liv. l.* 2. *c.* 36. Magno illi ea cunctatio ſtetit. *gli coſtò cara*. ¶ *In majus*, h. e. nugendo, amplificando. *Tacit. 15. Ann. c.* 30. Extollere aliquid in majus. *Id.* 3. *Hiſt. c.* 38. anatiare. *Id.* 13. *Ann. c.* 8. celebrare. *Id.* 1. *Hiſt. c.* 28. credere. *h. e.* plus quam res eſt. Sic *l.* 2. *c.* 7. accipere. *& lib.* 4. *c.* 50. innoteſcere. *Horat. l.* 3. *od* 4. *v.* 66. Vim tempantam dii quoque provehunt in majus. *Claudian. de B. Get. v.* 14. licet omnia vates In majus celebrata ferant. *Senec.* 3. *de benef. c.* 35. *a med.* Nec medico in majus gratia referri poteſt. ¶ Denique *magnus* non raro refertur ad ordinem & dignitatem. Nam *major herus* apud *Plaut. Truculi.* 2. 2. 53. eſt ipſe paterfamilias: ut *minor*, herilis filius. *Majores flamines* apud *Feſt.* ſunt patritii generis: *minores* plebeji. *Major conſul*, qui faſces habat, vel qui prior fuit renuntiatus: ſic *major prætor* urbanus; *minores* ceteri. *Id.* Sic *majores magiſtratus* conſul, cenſor, prætor; *minores* reliqui: & *majora auſpicia* priorum ſunt, poſteriorum *minora*. *Id.* ¶ *Maxima virgo* eſt prima inter Veſtales. *Sueton. in Domit. c.* 8. *od fin.* & *Plin. l.* 4. *ep.* 11. ubi al. aliter leg. ¶ *Magna vina*, optima. *Pallad. in Octobr. tit.* 14. *ante med.* ¶ *Magnæ reipublicæ gratia* pro *magnæ reipubl.* eſt apud *Plaut. Mil.* 2. 2. 25. ¶ *Quamvis maximus*. V. in *Quamvis*.

MAGUDARIS, & Magydaris, is, f. *μαγύδαρις*, aliis eſt laſerpitii radix, aliis caulea, aliis ſuccus. *Plin. Rud.* 3. 2. 26. Si ſperas, tibi hoc anno multum futurum ſirpe, & laſerpitium, *&c.* ſeu tibi conſidis fore multam magudarim. *Plin. l* 19. *c.* 3. *a med.* Incifo tubara, proſtuere ſolitum ſuccum, cui lactis, ſuperenato caulo, quam magydarim vocarunt. Adde *Proſcian. l.* 7. *pag.* 757. *Putſch.* ubi cum *Plinio* facit, & caulem interpretatur.

MAGUS, gi, m. *Mago*, *ſtregone*, *μάγος*, dicto Perſica, quæ apud eos ſignificat ſapientem. Sapientes enim Perſæ Magos vocant, ut Græci Philoſophus. *Cic.* 1. *de Divin. c.* 23. Et Magos dixiſſe, quod genus ſapientum & doctorum habahatur in Perſis. *& infra cap.* 41. Et in Perſis augurantur & divinent Magi, qui congregantur in fano commentandi cauſa, atque inter ſe colloquendi. Nec quiſquam rei Perſarum poteſt eſſe, qui non ante Magorum diſciplinam ſcientiamque perceperit. ¶ Conſuetudine, & ſermone communi pro maleſico, ſeu incantatore accipitur. Nam cum Magi apud Perſas potiſſimum Deorum cultui vacare ſolerent, in tantum poſtea auctu eſt eorum vanitas, ut anu ſolum obſervatione ſiderum futura prædicere, ſed artibus quibuſdam, & maleficiis & ſcire ſe omnia, & facere poſſe profiterentur. V. *Apul. in Apolog.* & *Quintil. declam.* 10. *ſub fin.*

MAGUS, a, um, adject. magicus. *Ovid. 1. Amor. el.* 8. *v.* 5. Illa magas artes, Æaque carmina novit. *Id. de medic. fac. v.* 36. Quas maga terribili ſubſecat arte manus. *Senec. in Herc. Oet. v.* 467. carmine in terras mago Deſcendat aſtris Luna defertis, licet. ¶ *Magus*, *i*, abſolute, *ſtregone*. V. vocem præced. ¶ *Maga*, *æ*, f. *ſtrega*, *maga*. *Ovid.* 7. *Metam. v.* 195. cantuſque artefque magarum. *Senec. in Herc. Oet. v.* 523. Hoc magæ diaere amorem poſſe defigi malo. *Auguſtin. de civit. Dei*, *l.* 18. *c.* 17. Circe maga famoſiſſima.

MAJA, æ, f. *Maia*, Atlantis filia, ex Plejone Nympha, ex qua Jupiter Mercurium ſuſcepit. Huic Romani menſe Majo ſuſcificabant. Sed quidam affirmant, feſto *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 12. quibus *Cornelius Labeo* conſentit, hanc Majam, cui menſe Majo res divina celebahatur, terram eſſe, hoc adeptam nomen a magnitudine, ſicut & Mater Magna in ſuaris vocatur. *Virg.* 8. *Æn. v.* 301. Maja genitum demittit ab alto. ¶ Fuit altero hoc nomine, Fauni filia, cui in mellario vaſe non mal, ſed vinum ſacrificabant. *Macrob. ibid.* ¶ Præterea Maja eſt una ex Plejadibus ſtellis. *Virg.* 2. *Georg. v.* 225. Multi ante occaſum Majæ *cumpere*, &c. ¶ Denique ſic appellatur cancrorum *genus* maximum, *grancevola*, *Plin. l.* 9. *c.* 32.

MAJÁLIS, *in*, *m. porcus caſtratus*, *majale*, *χοῖρος*, *ταῦρος*, ſus caſtratus. *Lex. in Gloſſ.* dictum cenſet, quia Majæ deæ ſacrificabatur, matri Mercurii. *Varr. l.* 2. *de R. R. c.* 4. *od fin.* Caſtrantur verres commodiſſime anniculi, qui facto nomen mutant, atque e verribus dicuntur majales. *Titinn.* apud *Non. c.* 2. *n.* 330. Nunc tecum obſecro, ut mihi ſubvenias, ego ut majalia ſuam. *h. e.* ut caſtratus ſiam. Adde *Cicer. in Piſon. c.* 9. ut quidem legit *Iſidor. l.* 2. *Orig. c. pauulr.* nam alii alites.

MAJESTA, æ, f. uxor Vulcani, ab antiquo poſitivo *majus* pro *magnus*. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 12. *ex Piſone*.

MAJESTAS, atis, f. *majeſtà*, *decora*, *eſtimazione*, magnitudo, amplitudo, decus, dignitas populi dominatoris, vel Senatus, cui Principis, Impemtorive, aut etiam privati magni viri: ob quam honos illi, & reverentia debetur. Fingunt Poetæ, deam eſſe, uatam ex Honore & Reverentia, & quæ nullo unquam tempore parva fuerit, ſed ſtatim atque in lucem edita eſt, magna viſa ſit: quod ſcitur *Ovid. 5. Faſt. v.* 23. *& ſequentib.* perſequitur. Dicta eſt a *magnitudine*, inquit *Feſtus*, h. e. ab antiquo *majus* pro *magnus*. *Phædr. l.* 2. *fab.* 5. *v.* 23. Tum ſic jocata eſt tanti majeſtas doſis. *Nep. in Pelop. c.* 2. Spartanorem imperiuſa majeſtas, ab hoc inſtro perculſa cecidit. *Cæſ. l.* 7. *B. Gall. c.* 17. Nulla tamen vox eſt ab iis audita, populi *R.* majeſtate indigna. *Liv. l.* 8. *c.* 34. Stabat cum eo Senatus majeſtas, favor populi, &c. *Cic. pro Raſc. Amer. c.* 19. Majeſtas judicum. *Id. in Piſon. cap.* 11. conſulia. *Cæſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 106. In hoc omnis multitudo majeſtatem regiam minui prædicabat. *Cic. 1. de Divin. c.* 38. Dii ann cenſent eſſe ſuæ majeſtatis, *præſignificare* hominibus, quæ ſunt futura. ¶ De majeſtate privatorum V. *cap.* 10. *l.* 2. *Valer. Max.* ¶ Apud Romanos erat proprie Populi: Senatus enim *auctoritas* dicebatur. Nam populus ſciſcere ſolebat, & jubere: Senatus cenſere, & auctor eſſe. *Cic.* 3. *Phil. c.* 5. Ut omnes ad auctoritatem hujus Ordinis, majeſtatemque populi R. defendendam conſpiraſſe videantur. *Id.* apud *Quintil. in ſ. cap.* 3. *l.* 7. Majeſtas eſt in imperio, atque in omni populi R. dignitate. *Salluſt. in Jug. c.* 35. Majores veſtri paranti juris, & majeſtatis conſtituendæ gratia, bis per ſeceſſionem armati Aventinum occupavere. *& cap.* 17. *ad fin.* Patres conſcripti, per vos, per libe-

liberos, atque parentes veſtros, per majeſtatem populi R. ſubvenite miſero mihi. ¶ *Crimen majeſtatis* eſt, cum ea violantur, in quibus vel Regia, vel Magiſtratus, vel populi amplitudo & ſumma poteſtas verſatur: & *majeſtatem Ledere*, vel *minuere* eſt aliquid committere contra rerum dignitatem & amplitudinem: & *majeſtatis res* dicuntur, qui de majeſtate læſa, ſeu imminuta accuſantur. V. *Sueton. in Tiber. c.* 1. *a med.* ubi de hac re exemplum. V. etiam *Tacitum 4. hiſt.* 48. *Digeſtor. Cic. in Pontif. c.* 30. Majeſtas eſt magnitudo quædam populi R. in ejus poteſtate ut jura retinendo, &c. quam minuit is, qui per vim multitudinis rem ad ſeditionem vocavit. *Id. a. de Invent. c.* 18. Majeſtatem minuere eſt aliquid de republ. cum poteſtatem non habeas, adminiſtrare. *& cap.* 17. Majeſtatem minuere eſt de dignitata, aut amplitudine, aut poteſtate populi, aut eorum, quibus populus poteſtatem dedit, aliquid derogare. *Id. 6. Verr. c.* 41. Eſt crimen majeſtatis, quod imperii noſtri gloriæ, rerumque geſtarum monumenta evertere, atque asportare auſus eſt. *Id. pro Cluent. c.* 35. Legionem ſollicitare res eſt, quæ lege majeſtatis tenetur. *& ibid.* Condemnatus majeſtatis. *Senec. l. 4. controv.* 25. Populi R. majeſtatem lædere. *& ibid.* Læſæ majeſtatis accuſari. *Quinctil. l.* 5. *c.* 10. *ante med.* Injuriam feciſti: ſed quia magiſtratui, majeſtatis actio eſt. *Ulpian. Dig. lib.* 48. *tit. ult. leg.* 1. Majeſtatis cauſa damnatus. *Calliſtrat. ibid. tit.* 2. *leg.* 20. Majeſtatis judicium. ¶ Formula fuit in fœderibus concipiendis, *imperium majeſtatemque populi R. conſervato ſine dolo malo*, quæ habetur apud *Cic. pro Balb. c.* 16. & *Liv. c.* 11. *l.* 38. quoties illa populus, qui fœdere Romanis jungebatur, eſſet inferior opibus & potentia. ¶ Olim in judicium majeſtatis veniebant facta tantummodo, ut ſi quis proditione cecerit, aut plebem ſeditionibus, denique male geſta republica, usm minuiſſet: dicta impune erant. Primus Auguſtus ea quoque in judicium adduxit, quem ſecuti alii. *Tacit. 1. Ann. c.* 72. ¶ *Majeſtas parva* eſt jus patriæ poteſtatis, & paternæ dignitatis excellentia. *Liv. l.* 8. *c.* 7. Neque imperium conſulare, neque majeſtatem patriam veritus. *Juſtin. l.* 10. *c.* 1. *ſub fin.* Dum patri inſidias parat, deprehenſus cum ſocius, pœnas parricidii dirs paternæ majeſtatie ultoribus dedit. ¶ *Majeſtas tua, veſtra*, titulus R. Imperatorum, legitur apud *Symmach. l.* 10. *ep.* 16. (*al.* 23.) *ad Theodoſ.* & *Eumen. in Paneg. ad Conſtantin. c.* 21. &c. Non eſt tamen eadem ratione dictum illud *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 257. *ad Auguſtum*. ſed neque parvum Carmen majeſtas recipit tua. ¶ Eſt etiam *majeſtas*, quæ ab amplitudine, gravitate, ſpecie honeſta & inſigni cujuſque rei provenit, admirationem creans. *Cic. de Amic. c.* 25. Quanta illi ſunt gravitas! quanta in oratione majeſtas! *Liv. l.* 1. *c.* 53. Majeſtas loci. *Martial. in epiſt. præfat. l.* 8. nominis. *Gell. l.* 18. *c.* 3. ætatis & dignitatie. *Liv. l.* 34. *c.* 2. & pudor matronarum. Sic *Afran.* apud *Non. c.* 2. *n.* 805. Tuam majeſtatem & nomine matronæ ſanctitudinem. *Varr. l.* 2. R. R. *c.* 5. Novi majeſtatem boum, & ab his dici pleraque magna, βέκμορα, βέκμορα, βοῦλυσα, &c. *Plin. l.* 11. *c.* 17. Rex apum nullum habeat aculeum, majeſtate ſola armatus. *Id. l.* 9. *c.* 36. præteetam *majeſtatem puerilem* appellat. *Id. initio l.* 11. Gemmæ ſuperſunt, & in arctum coacta rerum naturæ majeſtas. *Claudian. l.* 1. *de laudib. Stilich. v.* 79. Tyria majeſtas. *h. e.* ſplendor & pulcritudo purpuræ. ¶ Aptiſſime dicitur de divina vi, & præſentia Numinum, qua ſe oſtendunt, & declarant adeſſe rebus humanis. *Cic. pro Mil. c.* 30. *ad fin.* Nec vero quiſquam aliter arbitrari poteſt, niſi qui nullam majeſtatem eſſe ducit, numenve divinum. Al. aliter leg. *Senec. ep.* 95. *a med.* Primus eſt duorum cultus deos credere: deinde reddere illis majeſtatem ſuam, reddere bonitatem, ſine qua nulla majeſtas eſt. *h. e.* credere, eſſe præſentes. *Sueton. in Tiber. cap.* 63. Victim urbi oracula disjicere conatus eſt: ſed majeſtate Præneſtinarum ſortium territus, deſiitit. *Juſtin. l.* 24. *c.* 6. *de templo Apollinis Delphici*. Incertum eſt, utrum munimentum loci, an majeſtas dei plus hic admirationis habeat.

MAJOR. V. *Magnus*.

MAJORINUS, a, um, adject. a *major*. *Majorinæ olivæ* dicuntur, quæ ſunt omnium maximæ, alio nomine *regiæ*. Eædem tamen minimum olei habent: unda & phaulia dicuntur, φαυλίαι a φαῦλος, vilis, viliſſus. *Plin. l.* 15. *c.* 3. *a med.* ¶ *Majorinæ pecuniæ*, quæ & *centenionales communes* dictæ ſunt, parvi quidem pretii, ſed *majores* tamen uſitatis aſſibus fuerunt. *Impp. Conſtantin. & Julian. lib.* 9. *Cod. Theodoſ. tit.* 23. *leg.* 2.

MAJUGĒNA, æ, m. Maja genitus, h. e. Mercurius. *Martian. Capell. l.* 2. *ſub fin. in carm.* Noſtri Majugenam pignoris inalyti.

MAJŪMA, æ, ludi genus. Scribit *Suidas*, dictum eſſe a Majo menſe, quod cives R. cerum ejus menſis die ad Oſtiam ſecundo Tiberi deſcenderent, ibique in mariuia nquis natantes laderent. *Impp. Arcad. & Honor. Cod. Theodoſ. lib.* 15. *tit.* 6. *leg.* 1. Placuit, ut majumæ lætitia provincialibus redderetur, ita tamen, ut ſervetur honeſtas, &c. *& leg.* 2. Majumam, ſædum atque indecorum ſpectaculum, vindicamus. Hunc ludum *Suidas* ita deſcribit: Παίγνιον ἐγένετο ἐν τῇ Ρώμῃ κατὰ τὸν Μάϊον μῆνα. Τὸν παιδικὸν παιζομένοις τόπῳ, τὰς λαχούσας Θεσπίας, αἱ δὲ τῶν τῶν πλοίων πλοίαις, πλυνοῦσι ἐπίκωμον, ὁ τῆς ταλαττίου ἕδρας ἀφέλκει ἐκχέουσι. Hujuſmodi ludus facile paulatim in obſcenam exercitationem degenerare potuit.

MAJUS, ii, m. *Magius*, Μάϊος, menſis tertius a Martio, ita dictus a *majoribus*, quorum conſilia gerebatur reſpubl. ſicut ſequens *Junius* a *junioribus*, qui rempubl. armis gerebant: val a *majeſtate*, ut ſabinatur Ovid. *initio* 5. *Faſt.* vel a Maja matre Mercurii, cui hoc menſe ſacrificabant: vel a Majo deo h. e. Jove. V. vocem ſequent. *Ovid. loc. cit. v.* 185. Incipis Aprili, tranſis in tempora Maii. ¶ Sæpiſſime adjectiva forma effertur, *menſis Majus*, *Idus Maja*, *Calendis Majis*, &c. *Propert. l.* 4. *el.* 5. *v.* 36. Natalem Majis Idibus eſſe tuum. *Ovid. 4. Faſt. v.* 947. Exit & in Majas ſacrum Florale calendas. ¶ Proverbium eſt apud *eund. Faſt. 5. v.* 490. *Mense malas Maja nubere*, quia Lemuribus eo tempore ſolita ſorebantes, & opinio erat vulgo, non diu viveee, quæ his diebus nupſiſſeat: quare paſſim abſtinebant nuptiis celebrandis. Alias hujus rei cauſas congerit, & perpendit *Alexander Taſſonus Cognationum l.* 8. *quæſt.* 2. inter quas illam quoqua affert, quod in menſe Aſinorum conubiis frequane eſſe videatur.

MAJUS, a, um, *grande*, apud Veteres idem fuit, quod *magnus*: unde *Majus deus*, Jupiter, apud Tuſculanos, a magnitudine ſcilicet, & majeſtate: & *dea Maja*, cui menſe Majo res divina celebrabatur: quam eſſe terram (unde & *magna mater* dicta eſt) adeptam nomen itidem a magnitudine, multi affirmant, ut eſt apud *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 12. ¶ Ab hoc Etymologi ducunt *major*, & *majeſtas*.

MAJUSCULUS, a, um, *aliquanto pia grande*, aliquanto major, grandiuſculus: diminutivum comparativi. *Plin. l.* 16. *c.* 6. Folia ſunt majuſcula, quam hederæ. *Terent. Eun.* 3. 3. 20. Ea ſi vivit, annos nata eſt ſedecim, non major: Thais, quam ego ſum, majuſcula eſt. *aliquanto pia antempata. Cic. Fam. 9. ep.* 20. Cum mihi ſit incertum, tranquillo ne ſis animo, an, ut in bello, in aliqua majuſcula cura negotiove verſere.

MĂLA, æ, f. *maſcilla*, *γναθος*, *σιαγὼν*, *γένυς*, vox per ſyncopen facta ex *maxilla*, ſuga litteræ vaſtioris, quemadmodum a *tenello tollo*, *vexillo velum*, *pauillo palus* contracta ſunt, ut *Cic. docet in Orat. c.* 45. Significat autem os faciei ſuperius immobile, inter oculum, ualum, & buccam, in quo dentes infixi ſunt. *Celſ. l.* 8. *c.* 1. *ante med.* Maxilla eſt mobile os, eaque una eſt: cujus eadem & media, & etiam ima pars mentum eſt: a quo utrioque procedit ad tempora: ſolaque ea movetur. Nam malæ cum toto oſſe, quod ſuperiores dentes excipit, immobiles ſunt. *& paulo poſt.* Deatium pars maxillæ, pars ſuperiori oſſi malarum hæret. Ex *Celſo* itaque diſcrimen patet *mala* a *maxilla*, quia illa ſuperior eſt, hæc inferior. Adde *ibid. cap.* 7. *ad fin.* Nihilominus in plurali numero utramque ſignificat. *Pacuv.* vel *Enn.* apud *Cicer.* 3. *de Orat. c.* 58. Ut mene malis miſer manderem natos. Al. leg. *mandem*. Sic *Lucret. l.* 2. *v.* 637. Na Saturnus eum malis mandarez adeptus. Al. leg. *manderet*, ut pro dactylo tribrachyn poſuerit: al. *mandere* pæuult. prod. tanquam a *mandeo*: ſed prior lectio retinenda. *Virg.* 3. *Æn. v.* 257. Ambeſas ſubigat malis abſumere menſas. ¶ Tribuitur & brutis animalibus. *Virg.* 12. *Æn. v.* 755. *de cane*. Increpuit malis, morſuque elulus imni eſt. *Id.* 3. *Georg. v.* 268. *de equis*. Glauci Potnides malis membra abſumpſere quadrigæ. *Id.* 11. *Æn. v.* 680. caput ingene orie hiatus, Et malæ teuare lupi, cum dentibus albis. *Horat. l.* 2. *ad.* 19. *v.* 23. Ieonis Unguibus, horribiliqus mala. ¶ Eſt etiem pars eadem faciei exterior, tum quæ pudoris ſedes, tum ubi barba emittitur, *genarum*, *gena*, *vapor*: & hominum ſolummodo eſt: ferequa in plurali numero adhibetur. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *fell.* 58. Infra oculos malæ homini tantum, quas priſci genas vocabant, XII. tabularum interdicto radi a feminis eas vetante. Pudoris hæc ſedes: ibi maxima offenditur rubor. *Virg. 9. Æn. v.* 751. Impubes malæ. *& lib.* 10. *v.* 314. flavens prima lanugine malas. *Lucret. l.* 5. *v.* 886. pueria ævo florente juventes Occipit, & molli veſtit lanugine malas. *Ovid.* 13. *Metam. v.* 753. octonie iterum natalibus actis, Signarat dubia teneras lanugine malas. *& lib.* 12. *v.* 391. prima tectus lanugine malas. *Plaut. Mil.* 2. 5. 35. Mihi crepabunt manus, malæ tibi.

MALABĀTHRON. V. *Malobathrum*.

MALACHE, es, f. μαλάχη, ſpecies malvæ, ventrem emolliens: a voca Græca allata, quæ a μαλάσσω, mollio. *Plin. l.* 20. *c.* 11. & *Colum. l.* 10. *v.* 247. ubi eſt qui legit *molache*, a μολάχη, eod. ſenſu.

MALACIA, æ, f. *bonaccia*, *calma*, μαλακία, tranquillitas, cum maris fluctus omnino quieſcunt & languent, neque ulla aura commoventur: ita ut navee, quæ velie tantummodo agantur, nullam in partem progredi poſſint: a μαλακὸς, mollis, languidus. *Cæſ. l.* 3. *B. Gall. c.* 15. Tanta ſubito malacia ea tranquillitas exſtitit, ut ſa loco movere non poſſent. ¶ Translate ſumitur pro mollitie animi, & languore. *Senec. ep.* 67. In otio inconcuſſo jacare, non eſt tranquillitas, malacia eſt. ¶ Dicitur etiam de languore ſtomachi cibum faſtidientie, præcipue in mulieribus gravidis. *Plin. l.* 23. *c.* 6. Malicorium expetitur gravidarum malaciæ. *Id. ibid.* Semen citreorum edendum præcipinat in malacia prægnantibus. *Id. lib.* 27. *c.* 7. Abſinthium pellit malaciam ſtomachi.

MALACISSO, as, o. 1. *emmollire*, *domare*, μαλακίζω, mollio, ſubigo: a verbo Græco allata, quod a μαλακὸς, mollis. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 31. Ah nimium ferus es, malaciſſandus es. *Senec. ep.* 66. *extr.* Malaciſſandos articulos alicui porrigere.

MALACTICUS, a, um, *mollificativo*, malliendi vim habens, μαλακτικός. *Theod. Priſcian. de Diæta, c.* 15. Malacticam habet virtutem.

MALĂCUS, a, um, *molle*, *morbida*, *fine*, μαλακὸς, mollis, tener, delicatus, lævis. *Malacum pallium*, ex lana molli & pretioſa. *Plaut. Mil.* 3. 1. 93. Eme, mi vir, lanam, unde tibi pallium malacum & calidum conficiatur, tunicæque hibernæ bonæ, ea algeas hac hieme. *Id. Bacch.* 1. 1. 37. Pro galas ſcaphium, pro inſigni ſit corolla plectilis, pro haſta talus; pro lorica malacum capiam pallium. ¶ *Unctiones molaces* dicit *Id. Stich.* 1. 3. 74. quæ delicatarum cauſa fiunt. *Id. Mil.* 3. 1. 74. Ad ſaltandum non cioædus malacus æqus eſt, atque ego. *h. e.* flexibilis, enervie. V. *Exoſſus*. *Id. Bacch.* 2. 3. 121. Hic noſtra ætas augetur in malacum modum. *h. e.* jucunde, & multis deliciis.

MA-

MALAGMA, atis, n. *empiaſtre*, *molliſtatiue*, μάλαγμα; cataplaſma; quod totegm cuti imponitur, molliendi vim habens. Quomodo ab empiaſtro, & paſtillo differat, docet *Celſ. l. 5. c. 17. fell.* 2. V. Empiaſtrum, & Paſtillus. *Id. ibid.* Malagmata contuſa abunde molleſcunt. nam ſupet integram cutem injiciuntur. *Column. l. 6. c. 17.* Cuminum conteritur, atque adjicitur exiguum picis liquidæ, & ceræ quantum ſatis habeat. *Plin. l. 22. c. 24. ad fin.* Non fecit cerotum, malagmata, emplaſtra, collyria, antidota, parva illa ac divina rerum artifex: officinarum hæc, imo verius avaritiæ commenta ſunt. *Id. l. 25. c. ult. ante med.* Fit ex ſucco cicutæ ad refrigerandum ſtomachum malagma. *Id. l. 31. c. 6. circa med.* Aquam maris emplaſtris & malagmatis miſcent. V. in fin. vocis *Embrema*. ¶ *Malagma*, *a*, f. ſæpe legitur apud *Veget. de re Veterin.* ut *lib. c. 2. 48. ad fin. l. 3. c. 20. & 21. l. 4. c. 20. 61. & 23. &c.*

MALANDRIA, orum, n. puſtulæ elephantiaſi ſimiles; & equorum præcipue cervicem infeſtantes. *Veget. l. 2. de re Veterin. c. 42.* ¶ *Malandria*, *æ*, f. dicitur a *Marcell. Empir. c. 34. a med.*

MALANDRIOSUS, *a*, um, malandriis laborans. *Marcell. Empir. c. 19. ante med.*

MALAXATIO, onis, f. actus emolliendi. *Theod. Priſcian. l. 1. c. 28.* Malaxationes adhibendæ.

MALAXO, as, a. c. *emmollire*, μαλάσσω, malaciſſo, mollem reddo: a μαλακὸς, mollis. *Lobenzel:* Malas malaſavi. *Gell. l. 16. c. 7.* refert hoc inter ea, quæ e *Laberio* præſcienter ficta ſunt.

MALDÁCON, i, n. gummi ex bdellio arbore. *Plin. l. 12. c. 9.*

MALE, *malamente*, *male*, κακῶς, perperam, prave, vitioſe, improbe. *Atticus ad Cicer. ep. 20. l. 9. ad Attic.* Si iſte Italiam eſlinquet, faciet omnino male. & ut ego cauſſimo, ἀλυσιτελῶς. *Plaut. Pœn. 4. 2. 66.* Dubitas, quin lubenter tuo hero meus, quod poſſiet facere, faciat male? *faccia vuero il male, che potrà? Cic. Fam. l. 11. ep. 21.* Dii iſti Segnlio male faciant, homini nequiſſimo. *Id. 15. Attic. ep. 2.* O factum male da Alcione! *Cof. l. 2. B. Civ. c. 25.* Ubi tantos tuos labores male cecidiſſe viderunt. *aver avuto effetto infelice. Plaut. Aſin. 5. 2. 23.* Male velle alicui. *voler male, odiare. Cic. de Senect. c. 6. & Cal. ad Cicer. l. 8. Fam. ep. 12.* Male le cogitare de aliquo. *aver mal animo, macchinare. Cic. pro Roſc. Amer. c. 48.* Male loqui. *dir male*: maledicere. *Terent. Phorm. 2. 3. 25.* Mals loqui alicui. *dir male di qualcuno*. quod & maledicere; & obtrectare dicimus: ſed plerumque unitis vocibus, *maledicere*. nam diviſis ſignificat perperam dicere, contra rationem, & abſurde loqui. *Id. Andr. 4. 4. 14.* Verbum ſi mihi unum, præterquam quod te rogo, faxis, cave. *My.* male dicis. *tu parli male. Cic. pro Mur. c. 30.* Erraſti in aliqua re: male dici putat Cato. *Id. 3. Verr. c. 54.* Male accipere verbis aliquem. *mal trattar da parole. & Cof. l. 1. B. Civ. c. 63.* Equitatu agmen adverſariorum male habere. *h. e.* vexare, infeſtare, *molestare, travagliare*. Sic *Nep. in Eumen. c. 8.* Cum Antigono conflixit, eumque male acceptum in Mediam coegit redire. *Salluſt. in Jug. c. 58. a med.* Prœlium male pugnatum. *con male fortuna*. & *Terent. Andr. c. 6. 5.* Præter ſpem evenit: ſcio: hoc male habet virum. *queſto lo travaglia*. Sic *Enn. 4. 2. 6.* Male ſe habere. *eſſer afflitto*, moleſtiæ plenum eſſe. *Id. Adelph. 4. 5. 21.* Animo male eſt. *uo ſentir male*. & refertur ad corpus, cum ſcil. virium deliquio laborat. Sic *Plaut. Curcul. 2. 3. 33.* Animo male eſt. *Pha.* Vin' aquem? *& Rud. 2. 6. 26.* Animo male ſit: contine quæſo caput. *do on, qui vomita liberet.* Ad hanc *Donatus*: animo male fieri dicitur, cum ictu alicujus mœroris perculſus non ſuſtinet corpus, ſequiturque ruina membrorum. Rurſus *Plaut. Mil. 4. 8. 21.* Poſtquam abs ta abit, animo male factum eſt huic repente miſeræ. *gli è venuto male*. ¶ *Male ſit*, aut *vertat*, imprecandi formulæ. *Cic. Attic. 15. ep. 15. L.* Antonio male ſit, ſiquidem Buthrotiis moleſtus eſt. *venga il malanno. Terent. Adelph. 2. 1. 37.* Minus viginti illam emiſti: quæ res tibi vertat male. *fia la tua rovina*. ¶ *Male eſſe alicui* eſt aliquem laborare inopia, fame, triſtitia, rebus adverſis quibuslibet, duram atque aſperam vitam agere. *Senec. Iuſtro ep. 82.* Male tibi eſſe malo, quam mollitur. Hoc ſic excipe, quemadmodum e populo dici ſolet, dure, aſpere, laborioſe. Sic *Horat. l. 1. ſat. 4. v. 109.* Male vivere. *meſchinamente, ſtentatamente*. ¶ *Male audire*, *mereri*, V. *Audio*, *Mereor*. ¶ *Male rem gerere* eſt improſpere, infeliciter. *Nep. in Milliad. 2. 3.* ¶ *Male credere* apud *Plaut. Pœn. 4. 2.* eſt nulla ratione credere, ſeu peccare tum credendo, cum credendum non eſt: vel periculo ſuo credere: *verſ. 56. & 67.* Male credam, & credam tamen. ¶ *Male emere* eſt nimis multo pretio. *Cic. Attic. l. 2. ep. 4. & Plaut. Amph. 2. 1. 232.* ¶ Interdum *male* vim habet τῦ valde, *molto aſſai*: auget quidem certe. *Cof.* apud *Cicer. ad Attic. l. 14. ep. 1.* Non dubito, quin me male oderit. *Terent. Heaut. 3. 2. 2.* Mals metuo, ne morbus aggravefcat. *Horat. l. 2. ſat. 4. v. 66.* Male tauci. *& ſat. 3. v. 31.* Calceus male laxus. *Perdent. in profat. taubernar. v. 14.* male pertinax Vincendi ſtudium ſubjecit caſibus aſperis. *h. e.* nimium, vel ſe ſuam perniciem pertinax. ¶ Contra vim habet minuendi apud *Liv. l. 35. c. 49. a med.* Videretis vix duarum male plenarum legiuncularum inſtar in caſtris regis. *legioncelle mal tompoſte*. Huc pertinere videotur illa *Horatii in fin. od. 9. l. 1.* Digitus male pertinax. *& Perron. in Satyr. c. 86.* Male dormiens. *& cap. 87.* Male repugnans. Sed *male pertinax* apud *Horat.* eſt ejus, qui ſimulat, ſe ſibi pertinacem, & vinci cupit. Idem dic de *male repugnanti* apud *Perron. c. 87.* Similiter *male dormitans*, qui ſomnum fingit, & expergiſci vult. ¶ Sæpe etiam privativam ſignificationem habet, ut *in. Virg. 2. Æn. v. 23.* ſtatio male fida carinis. *h. v.* infida. *Servius* tamen, minus fidam, exponit, ut non negationem, ſed minationem habeat. *Horat. l. 1. ſat. 8. v. 45.* mele valdus filius. *h. e.* validus, infirmus. *Cic. Attic. l. 9. ep. 15. ad fin.* Ego illum male fanum ſemper putavi. *h. e.* inſanum. *Ovid. Heroid. ep. 7. v. 27.* Male gratus. *h. e.* ingratus. *Suetan. in Aug. c. 21.* Nationes male quietas ad obſequium redegit. *h. e.* inquietas. Eſt tamen in his, & aliis hujuſmodi, aliquid minus, quam ſi *infidus*, *invalidus*, *infirmus*, &c. dictum fuiſſet. ¶ Reperitur ita ſubſtantivo conjunctum, ut in unam quodammodo vocem coaleſcat. *Arnob. l. 4. pag. 142.* Et tolerari forſitan male-tractatio hæc poſſet. *& pag. 149.* Immunes a deorum male-tractatione nec ſic eſtis. V. *Tractatio. Senec. in Thyeſt. v. 3.* Quis male-deorum Tantalo vivas domos Offendit iterum? *h. e.* quis malus deus, κακοδαίμων. Sed τὸ *male* etiam ad *offendit* referri poteſt.

MALÆA, & Maléa, æ, f. *capo Malio*, *e di Sant' Angelo*, Μαλέα, & Μάλεα, promontorium Peloponneſi, in ore auſtrali Laconiæ, cum moore exceſſo, *d*ecem millia paſſuum in mare procurrens, ventoſumque maxime, ac procelloſum. unde ejus undas *ſequutes* dixit *Virg. 5. Æn. v. 193.* quia navigiis infeſtæ effiliunt, atque ea perſequi videntur. Dictum tradunt a quodam Maleo Argivorum rege, qui in eo templum exſtruxerit. Deſcribitur accurate ex *Strab. 2. Theb. v. 30.* & ſequentib. ſimul cum Tænaro. *Virg. loc. cit.* Ioniceque mari, Maleæque ſequacibus undis. *Stat. ibid.* Qua formidatum Maleæ ſpumantis in enras lit caput. *Ovid. e. Amor. el. 16. v. 24.* Nec timeam veſtros, curva Malea, ſinus. *Propert. l. 3. el. 17. v. 7.* Et placidum Syrtes portum, & bono litora nautis Præbeat hoſpitio ſæva Malea ſuo. *de re impoſſibili.*

MALEDÍCAX, ácis, *maledire*, maledicus. *Plaut. Curcul. 4. 2. 26.* Maledicax es. *Macrob. l. 7. Saturn. c. 3. circa med.* Impottuna urbenitas maledicacem luce peivavit. ¶ Rectius diviſim ſcribes *male dicax*.

MALEDICE, adverb. *maledicentemente*, κακηγόρως, contumelioſe. *Cic. 2. Offic. c. 37. a med.* Cum de abſentibus, detrahendi cauſa, maledice, contumelioſeque dicitur. *Liv. l. 45. 2. 39. ad fin.* Maledics ac maligne loqui.

MALEDICENS, tis, adject. *maledico*, maledicus. *Plaut. Merc. 2. 3. 75.* Ut nunc ſunt maledicentes homines. *& 2. 2. 31.* Maledicentiorem, quam te, novi neminem. *Cic. pro Flacc. c. 3.* In maledicentiſſima civitate, in ſuſpicioſiſſimo negotio, maledictum omne, non modo crimen effugit. *Gell. l. 3. c. 17.* Maledicentiſſimum librum conſcribere. *Sueton. in Cof. c. 23.* Carminibus maledicentiſſimis erudimatinem alicujus lacerare.

MALEDICENTIA, æ, f. *maldicenza*, *detrazione*, κακηγορία, obtrectatio, convicium. *Gell. l. 3. c. 3. ſub fin.* Ob aſſiduam maledicentiam, & probra in principes civitatis. *Id. l. 17. c. 14.* Cæſarem Laberii maledicentia & arrogantia offendebat.

MALEDICO, is, ixi, ictum, a. 3. *dir male*, *ſparlare*, κακολογέω, in aliquem maledicta, ideſt convicia, contumelias, probra conjicio, maledictis inceſſo, obtrectu, allatro. *Cic. pro Cael. c. 3.* Aliud eſt maledicere, aliud accuſare. accuſatio crimen deſiderat, rem ut deficiat, hominem at notet, &c. maledictio autem nihil habet propoſiti præter contumeliam. *Id. pro Dejot. c. 10.* Non debebas optimo viro fugitivi ore malsdicere. *Id. 1. de nat. Deor. c. 33.* Epicurus Φαῖδωνοι turpiſſime maledixit. *Id. pro Cael. 2. 3. ad fin.* Petulanter maledicere alicui. *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 140.* maledicit atrique, vocando Hanc Furiam, hunc aliud, juſſit quod ſplendida bilis. *Plaut. Curcul. 4. 2. 27.* Indgais ſi maledicitue, maledictum id eſſe dico. *Terent. Heaut. 4. 2. 14* Qui nobis, *mastro*, maledictum velit. ¶ Scibi poteſt etiam diviſim *male dico*. ¶ Cum accuſativo *Perron. in Satyr. c. 96. Si me amas*, maledic illam verſibus, ut habeat pudorem. *Id. in fragm. Tragur. c. 58. Burm. entr.* Cave majorem maledices. *& cap. 74.* Maledicere Trimalchionem cœpit. Adde *Tertull. adverſ. Prax. c. 29.* Etiam *Priſcian. l. 18. pag. 1189. Putſch.* hanc conſtructionem agnoſcit: & *benedire* eadem ratione effertur.

MALEDICTIO, onis, f. *il dir male*, *lo ſparlare*, κακηγορία, actus maledicendi, obtrectatio. *Cic. pro Cal. c. 3.* Maledictio nihil habet propoſiti præter coetumeliam. Adde *Arnob. l. 4. in fin. pag. 147.*

MALEDICTITO, as, *dir male ſpeſſo*, ſæpe maledico. *Plaut. Trin. 1. 2. 62.* Maledictitatur tibi volgo in ſermonibus. ¶ Poſſis etiam diviſim ſcribere *male dictito*.

MALEDICTORES dicebantur ab antiquis, qui nunc maledici. *Feſt. ex Cat.*

MALEDICTUM, *i*, n. *ingiuria*, *villania*, κακηγορία, convicium, probrum, contumelia. *Cic. ad Q. Fr. l. 2. ep. 3.* Cum omnia maledicta, verſus denique etiam obſcenitſimi in Clodium & Clodium diceretur. *Id. pro Planc. c. 11. extr.* Hæc ſuat conjecta maledicta in eius vitam. *& cap. 13* In homines nobiliſſimos maledicta aſpere, & ferociter dicta commemorem. *Id. 1. de nat. Deor. c. 34.* Zeno non eos ſolum figebet maledictio, &c. *Id. 13. Phil. c. 19.* Quem ego ieuſtum veriſſimis maledictorum notis tradam hominum memoriæ ſempiternæ. *Id. pro Flacc. c. 20. ad fin.* Quæmpiam penbris omnibus, maledictiſque vexare. *Id. 11. Attic. ep. 8.* Multa io aliquem maledicta conferre. *Id. pro Cluent. 2. 23.* Quippiam io crimnis, aut in maledicti locn objcere alicui. ¶ Eſt etiam imprecatio, exſecratio, qua quippiam evertimus, *maledizione*. *Plin. l. 22. c. 10. extr.* Eſſe in maledictis jam antiquis ſtrigem, convenit: ſed quæ ſit avium, conſtare non arbitror. ¶ Latini ruſtici cum maledictis ac probris ferendum ocimum putabant, ut lætius provenoiret, teſte *Plin. l. 19. c. 7.* quod idem de ruta leges apud *Pallad. in Mart. tit. 9. a med.* ¶ De malis dictis, pmvio rationibus, & ſuetionibus, *Salluſt. erat. 2. ad Cof. c. 2.* Maledictis iniquorum occupandæ reipublicæ ia ſpem adducti homines.

MALEDICTUS, *a*, um, *maledetto*, ἀνυπόφορος. *Spartian. in Geta*, *c. 3.* Maledicte parricida, fratrem tuum occidiſti.

MALEDICUS, *a*, um, *maldicente*, *malodico*, βλασφημος, qui proclivis

vie eſt ad maledicendum, obtrectator, mordax. *Cic. pro Flacc. c. 28.* Io tam ſuſpicioſa ac maledica civitate locum ſermoni obtrectatorum non reliquit. *Id. pro Mur. c. 6.* Conviciator maledicus. *Auct. ad Herenn. c. 8. l. 2.* Homines natura malevoli & maledici. *Quinctil. l. 4. c. 2.* Maledicum eſſe in aliquem. *Veler. Max. l. 8. c. 9. n. 2. extern.* Maledica lingua. *& lib. 7. c. 2. n. 6. extern.* Maledicus ſermo.

MALEFÁBER, bra, brum, male fabricatus, doloſus. *Prudent. Hamartig. v. 716. de Eva.* Reſpondit Domino, ſuadelis ſe malefabria illectam ſumſiſſe viro.

MALEFACTO, ere, eci, actum, n. 3. *for male, maccare, κακουργέω*, male ago, nocen. *Terent. Adelph. a. 2. sc.* Nequm tu verbis ſolves unquam, quod mihi re maleſeceris. *Plaut. Mil. a. 2. a. 2.* Neſcio quid maleſactum a noſtra huic familia eſt. ¶ Sæpe uſurpatur disjunctum. V. *Male.*

MALEFACTOR, oris, m. *malfattore. Plaut. Boech. 3. 2. 11.* Maleſactorem emitti fatius, quam relinqui beneficum. *b. e.* melius eſt maleſactorem non ulcifci, quam beneſico gratiam non referre.

MALEFACTUM, i, n. *cattivo azione, ribalderia, κακὸν ἔργον*, mala actio, peccatum. *Cic. Offic. 2. c. 18. ex Ennio.* Beneſacte male locata, maleſecta arbitror. *Id. 2. de Invent. c. 36.* Adverſarius autem maleſacte augebit: nihil imprudentes, ſed omnia ex studelitate & malitia ſactu dicet. ¶ Scribitur & diviſim *male ſactum.*

MALEFICE, maleſaciendo, nocenter, *κακῶς*. *Plaut. Pſeud. 4. 7. 113.* Ego nec ſycophantioſe quidquam ego, nec maleſice.

MALEFICENTIA, æ, ſ. actus maleſaciendi, nova, injuria, damnum. *Plin. l. 8. cap. 9.* Delphinorum ſimilitudinem habent turſiones: diſſant triſtitia eſpectus, abeſt enim illa laſcivia: maxime tamen noſtris cuniculorum maleſicentiæ aſſimulati. *Lactant. initio lib. de ira Dei.* Neque ex beneficentia (*Dei*) quidquam boni perveniat ad nos, neque ex maleſicentia quidquam mali.

MALEFICIUM, ii, n. *cattivo azione, misfatto, ribalderia, ſcelleraggine, κακούργημα*, quidquid male admiſſum eſt, maleſactum, malum facinus. *Cic. Phil. 3. c. 6.* Scelerum magnitudo, conſcientia maleficiorum. *Id. pro Roſc. Amer. c. 22.* Maleficium committere. *& ibid.* admittare. *Id. pro Cæcin. c. 34. a med.* exſilio multare. *Id. pro Roſc. Amer. 1. 3. extr.* Supplicia pro maleficiis metuere. *Plin. l. 22. c. 25.* Adulteratur ſeminis ſucco: vixque maleficium deprehenditur. *le ſorberie.* ¶ Speciatim eſt nova, damnum, *danno, nocumento, torto. Cic. pro Cal. c. 31.* Cui miſero præclari in rempubl. beneficii memoria nihil profuit, nocuit opinio maleficii cogitati. *Cæſ. l. 2. B. Civ. c. 20.* Legim ſe ſe Hiſpalim recepit, atque lo foro & porticibus ſine maleficio conſedit. *Id. l. 2. B. Gall. cap. 28. extr.* Ut ab injuria & maleficio ſe ſuoſque prohiberent. *Plin. l. 18. c. 30. ſub fin.* Urceis acetum habentibus leguminum acervos ſuperingerunt, ita non naſci maleficia credentes. *b. e.* noxias beſtiolas. Simili retione locutus eſt *cap. ult. l. 8. & lib. 20. l. 13. circa med.* ¶ Item veneficium, *ſtregheria, malia. Tacit. 2. Ann. c. 69.* Carmina & devotiones, aliaque maleficia, quæ creditur animas numinibus infernis ſacrari. *Apul. l. 9. Metam.* Devotionibus & maleficiis quidvis efficere poſſe credebatur. Adde *in Apolog.* ſæpe.

MALEFICUS, a, um, *malvagio, cattivo, ribaldo, κακοῦργος*, qui male facit, improbus, ſceleratus. *Plaut. Caſ. 4. 2. 4.* Novi hominum mores maleficos. *Cic. 5. Tuſcul. c. 20.* Homo natura maleficus, & injuſtus. *Id. 7. Verr. l. 55.* In hominum maleſicorum ſceleratorumque, in prædonum hoſtiumque cuſtodias tu tantum numerum civium R. includere auſus es? *Tacit. 4. Ann. c. 21.* Homo ſordidæ originis, maleficæ vitæ. *Suetom. in Galb. c. 15.* Maleficentiſſimos incolumes præſtitit. *Scil. e* maleficens *obſoleto.* ¶ Item noxius, perniciosus, *malefico, nocevole. Suetom. in Ner. c. 16.* Superſtitio nova, ac malefica. *Plin. l. 7. c. 49.* Malefica ſidera. *Id. l. 33. c. 4. ad fin.* Maleſicæ vis. *Id. l. 12. c. 27.* Capræ, maleficum frondibus animal. *Id. l. 9. c. 15.* Beſtia piſcibus malefica. ¶ Item malignus. *Nep. in Ageſil. c. ult.* Ut naturam fautricem habuerat in tribuendis virtutibus, ſic maleficam nactus eſt in corpore: exiguus & claudus altero pede, &c. ¶ Item veneficus, incantator, magus, *malioſo, ſtregone.* Hinc *tirulus 18. lib. 9. Cod.* inſcribitur *de maleſicis, & mathematicis.* & *Imp. Conſtantin. ibid. leg. 5.* Chaldæi, ac magi, & ceteri, quos maleficos vulgus appellat. ¶ Legitur & *maliſicus* ut apud *Plaut. Mil. 2. 2. 39.* in quibuſdam MSS. *& Pſeud. 1. 2. 61.* Sic *malivolus, benivolus.*

MALEFERIATUS,
MALEFIDUS,
MALEFORTIS,
MALELOQUAX,
MALENATUS,
MALEOLENS,
MALESANUS, &
MALESUADUS, a, um, rectius duæ voces habentur, ac diviſim ſcribuntur: quamquam poſtrema ſæpius conjuncta legatur in illo *Virg. Æn. 6. v. 276.* Et metus, & maleſuada fames, & turpis egeſtas. *& Plauti Moſtell. 1. 3. 56.* Maleſuada vitilena. *& Paulini Nol. carm. 6. v. 69. de vino.* evitans maleſuadi pocula ſucci. *& Sidon. l. 7. ep. 5. ſub fin.* Si precibus maleſuadus obſtiterit interpres. quia *ſuadus* adjectiv. parum eſt in uſu.

MALETRACTATIO. V. in fine *vi Male.*

MALEVENTUM. V. *Benevenutum.*

MALEVOLENS, & Malivolens, entis, *malevolo*, malevolus, inimicus. *Plaut. Capt. 3. 4. 51.* Eſt miſerorum, ut malevolentes ſint, & invideant bonis. *Id. Bacch. 4. 3. 4.* Malevolente ingenio natus. *Cic. l. 2. Fam. ep. 7. a med.* Malevolentiſſimæ obtrectationes.

MALEVOLENTIA, & Malivolentia, æ, ſ. *guſto del male altrui, malevolenza, invidia, κακοθυμία*, eſt voluptas ex mala alterius ſim emolumento ſuo, ut *Cic.* definit *4. Tuſcul. c. 9.* item univerſim odium, invidia. *Id. Fam. 1. ep. 9. poſt med.* Animus nulle in ceteros malevolentia ſuffuſus. *Id. 2. Fam. ep. 17. ſub fin.* Puſillus animus, & ipſa malevolentia jejunus utique jnanis. *Id. pro Planc. c. 9.* Vicinitas non infuſcata malevolentia. *Id. Q. Fr. l. 1. ep. 2. c. 15.* Judicium obtrectatione & malevolentia liberatum. *Salluſt. in Catil. c. 3.* Plerique, quæ delicta reprehenderis, malevolentia & invidia dicta putant.

MALEVOLUS, & Malivolus, a, um, *malevole, invidioſo, κακόθυμος*, malevolens, invidus: vox conflata ex integro, & corrupto, ut *Quintil. l. 1. c. 5. (al. 1. 9.)* *ſub fin.* docet. *Cic. pro Balb. c. 25.* Ut omnium malevolorum, iniquorum, invidorum animos frangeremus. *Id. ad Brut. ep. 25. a med.* Cognovi paulo plures in Senatu malevolos eſſe, quam gratos. *Id. 2. Fam. ep. 17. a med.* Ille ſi omnibus eſt malevolus, minus offendor in me. *Plaut. Pan. 1. 2. 181.* Hujus amica, mea inimica & malevola. *Cic. Attic. l. 7. ep. 2. a med.* Cato in me turpiter fuit malevolus. *Id. 3. Fam. ep. 10. a med.* Malevoli ſermones. *Tragur* apud *Plin. l. 21. c. 52.* Quibus ſupercilia in totum demiſſa malevolos & invidos ſignificant. *Gell. l. 4. c. 15.* Malevoli reprehenſores. ¶ *Malevolus Mercurius* dicebatur ejus dei ſignum Romæ poſitum proxime Janum in Turdel is, quod ita ſitum erat, ut nullius tabernam ſpectaret. Mercurius enim mercimoniis præerat, & lucris. Putabant autem deos iis favere, quos aſpiciebant. *Feſtus.*

MALEUS, a, um, Μάλεος, ad Maleam promontoriuro pertinens. *Flor. l. 2. c. 9.* Inter Ceraunios montes, jugumque Maleum.

MALIÁCUS SINUS, *golfo del Volo*, ſinus maris Ægæi inter Theſſaliam, & Achajam. *Plin. l. 4. c. 7. & Liv. l. 27. c. 30.* Sic *Lucan. l. 6. v. 366.* ferit amnis citato Maliacas Sperchios aquas.

MALICORIUM, ii, n. *ſcorza del pomo granato, μάλου*, cortex mali Punici: a *malum*, & *corium*, quia corio ſimilis eſt ob duritiem & craſſitiem. *Plin. l. 23. c. 6.* Hic cortex ex acerbis (*malis Punicis*) in magno uſu: Vulgus corie maxima perſuere illo novit: ob id malicorium appellant medici. *Cæſ. cap. ult. l. 2.* inter ea, quæ reprimunt, malicorium recenſet. Apud *Petron.* vero *in fragm. Tragur. 1. 47. Burm.* narrat Trimalchio, ſibi malicorium profuiſſe, cum multis jam diebus venter non reſpondiſſet.

MALIFER, a, um, *abbondante di mele, e pomi*, malorum ferax, *μηλοφόρος. Virg. 7. Æn. v. 740.* Et quos maliferæ deſpectant mœnia Abellæ.

MALIFICUS. V. *Maleficus.*

MALIGNE, *malignamente, malizioſamente, invidioſamente, κακοηθῶς*, malitioſe, cum invidia. *Plin. l. 2. ep. 5. a med.* Reſpondi, nunc ma ietelligere, maligne dictum, quia ipſe confiteretur: ceterum potuiſſe honorificum exiſtimari. *Liv. l. 45. c. 39. ad fin.* Maledice ac maligne loqui. *Curt. l. 8. c. 2.* Cum ſuſpicaretur, malignius habitum eſſe ſermonem. *Gell. l. 4. c. 15.* Io quibus plura inſcite, aut maligne vellicant. *Plin. l. 9. ep. 38.* Maligne legere librum aliquero. *Ovid. 13. Metam. v. 270.* neque enim bene facta maligne Detrectare, meum eſt. ¶ Sæpius eſt parce, illiberaliter, avare, minus ſcilicet dando, quam oportet: quod invidentie eſt, atque inimici: *avaramente, ſcarſamente:* cui opponitur benigne, large. *Liv. l. 8. c. 22. a med.* Materiam præbebat criminibus ager maligne plebi diviſus. *Juſtin. l. 5. c. 2. extr.* Commeatus maligne præbere. *Conſtit. comm. 20. de Veri ſcorte, v. 18.* Non mihi fuit tam maligne, ut, &c. *non ovi è andato così ſcarſo. Senec. ep. 18. a med.* Maligne famem exſtinguere. *Id. l. 2. de Ira, c. 19. in fin.* Quibus exſangue corpus eſt, maligneque alitur, & deficit. *Id. l 6. de benef. c. 16. ſub fin.* Nec quæ ſcirbat, maligne diſpenſavit, quo diutius eſſet neceſſarium; ſed cupiit, ſi poſſet univerſa transfundere. *Horat. l 2. ep. 2. v. 209.* quippiam laudare maligne. *Senec. ep. 44.* Tu mihi te puſillum facis, & dicis, maligniue tecum egiſſe neturam. *Petron. in fragm. Tragur. 1. 42. Burm.* Maligne illum ploravit uxor. ¶ Sumitur & univerſim pro parum. *Senec. l. 6. de benef. c. 34.* Qui per foree maligne apertas non intret, ſed illabitur. *porta ſocchiuſa. Plin. l. 34. c. 11. a med.* Ærugo maligne virens. *d' un verde ſmorto, appaſſito. Pompon. Mela, l. 2. c. 2. a.* Terre eorum, quæ ſeruntur, maligne admodum patiens.

MALIGNITAS, atis, ſ. *malignità, invidia, malevolenza, κακοήθεια*, preve voluntas, malum animus, malevolentia, invidia. *Tacit. 1. Hiſt. c. 2.* Sed ambitionem ſcriptoris facile adverſeris: obtrectatio & livor pronis auribus accipiuntur, quippe adulationi fœdum crimen ſervitutis, maligniatati falſæ ſpecies libertatis inſit. *Plin. l. 5. ep. 7. extr.* Sermonem vultus, geſtus, vox ipſa moderatur: epiſtola omnibus commendationibus deſtituta, malignitati interpretantium exponitur. *Auct. dial. de Oratorib. c. 18.* Vitio malignitatia humana vetera ſemper in laude, præſentia in faſtidio ſunt. *Tacit. in Agric. c. 42.* Malignitas & livor. *Suetom. in Galig. c. 34.* Livor ac malignitas. *Id. in Ner. c. 23. extr.* Taciturnitatem pudoremque quorundam pro triſtitia ac malignitate arguens. *Senec. de vita beata, c. 18.* Nec malignitas ma iſta, multo veneno tincta, deterrebit ab optimis. *Veler. Max. l. 4. c. 7. ſub fin.* Nulla tam modeſta felicitas eſt, quæ malignitatis dentes vitare poſſit. ¶ In plur. num. *Prudent. περὶ ſτεφ. 3. de S. Laurent. v. 259.* purulenta & livida malignitatum vulnera. ¶ Item *troppa parſimonia, ſcarſità, ſtrettezza, tenacità*, illiberalitas, parcitas, tenacitas. *Liv. l. 34. c. 7.* In purpura, quæ teritor, aliquam cauſam tenacitatie video: in ære vero, in quo, præter manus pretium, nihil intertrimenti fit, quæ malignitas eſt? *Plaut. Capt. 3. 2. 4.* Huic dici, ſi licuit, oculos effodiam libens: ita malignitate operavit omnes mortales mihi. *Liv. l. 34. c. 34. ad fin.* Malignitas conferendi ex privato. ¶ Item mala natura. Co-

lum. l. 3. c. 20. a med. Naturali quadam malignitate deficiunt interdum, quarevis diligenter probata semina.

MALIGNO, as. Ammian. l. 22. c. 15. a med. (al. c. 38.) Ibes accurrant pinnatis agminibus anguium, qui ex Arabicis emergunt paludibus, vsoena malignantes. b. a. maligne fundentes, & noxas.

MALIGNUS, a, um, maligno, contrivo, invidiosa, malevolo, πονηρός, malus, improbus, invidus, malevolens. Senec. de vita beata, c. 18. Maligniſtrum capita, & optimo cuique inimiciſſima. Horat. l. 1. ſat. 5. v. 4. Maligni caupones. Id. 10 ſin. od. 16. l. 2. malignum ſpernem vulgus. Catull. carm. 67. ad Manl. v. 37. mentа malignos aliquid facere. Phædr. l. 3. fab. 10. v. 36. Maligna ſuſpicio. Suet. in Aug. c. 27. Factum alicujus maligno ſermone carpere. Manil. l. 4. v. 573. Verba maligna. Martial. l. 4. epigr. 87. Nec rhonchos metues maligniorum. Catull. carm. 66. ad Lamiam, v. 5. votum malignum. b. v. parvum, improbum. Virg. 5. Æn. v. 654. malignis oculis ſpectare aliquid. b. e. invidis. Ovid. 4. Triſt. el. 3. v. 101. Maligna ſtudia. b. e. noxia. Id. Metam. 10. v. 329. Malignæ leges. b. e. invidæ, & inireræ libertatis. Martial. l. 8. epigr. 56. Maligna paupertas. b. e. invidens magnis animis, ceſque res magnas aggredientes impediens. Lucan. l. 8. v. 565. Maligaum litus. b. e. importuoſum. Sic lib. 5. v. 651. ornaque malignos Ambraciæ portus. Stat. l. 4. ſilv. 3. v. 29. Sorbebatque rotas maligna trilius. b. e. via lutoſa, & voraginoſa. ¶ Item nimis parcus, illiberalis, tenax, ſcarſus, ſtrictus: cui & benignus opponitur. Plaut. Bacch. 3. 2. 17. Juſtus, injuſtus; malignus, largus; commodus, incommodus. ¶ Tranſlata eſt parcus, frigidus in laudando, ut invidi ſolent. Quintil. l. 5. c. 8. In laudandis diſcipulorum dictionibus nec malignus, nec effuſus. troppa riſtretto, e ſcarſo. Sic Ovid. Heroid. ep. 16. v. 143. minor eſt tua gloria vero: Famaque de forma pæne maligna tua eſt. ¶ Et univerſim parvus, minutus, exilis, ſcarſo, povero, poco. Virg. 6. Æn. v. 270 Quale ſub incertam lunam ſub luce maligna Eſt iter in ſilvis. Martial. l. 10. epigr. 96. tepet ignis maligno Hic focus: ingenti lumine lucet ibi. Plin. l. 7. c. 50 Malignare & breve naturæ munus. Lucan. l. 9. v. 500. conſpecta eſt parva maligna Unda procul vena. ¶ Item ſterilis, infecundus. Virg. 2. Georg. v. 179. Difficiles terræ, colleſque maligni. Plin. l. 2. ep. 17. cives med. Quarum arborum ille vel maxima ferax eſt tarra, malignior ceteris. ¶ Item difficilis, ſuperbus. Ita anim exponit Donat. illud Terent. Hecyr. 1. 2. 84. Maligna multo, & magis procax facta illico eſt. ¶ Item anguſtus, ſtrictus. Virg. 11. Æn. v. 524. tenuis que ſemita ducit, Anguſtæque ſerunt fauces, adituſque maligni. Servius interpretatur obſcuros, ut ſub luce maligna. Simile eſt illud Stat. 2. Theb. v. 498. gemini procul urbe malignis Faucibus regentur colles. paſſi ſi cetera. & Senec. l. 3. quæſt. natur. c. 27. a med. Major equarum pars maligno oſſio retenta, reſtagnat. b. e. anguſto.

MALILOQUAX, acis, adject. qui male loqaitur. P. Syrus in Mim. Lingua eſt maliloquax mentis indicium malæ. Eaſtat lue verſus in Editione Andr. Cloucquii, Lugd. Bat. MDCXXVI. in qua Catonis Diſtricha primum locum tenent. In aliis quibuſdam deliderantur.

MALILOQUIUM, ii, n. malus ſermo, & de re mala. Tertull. de ſpectac. c. 2. a med. Non ſuſpiſmus linguam ad maliloquium, & aures ad acceptaculum maliloqui. Adde in Apolog. c. 45. & Sulpit. Severr. epiſt. 2. n. 29.

MALINUS, a, um, μήλινος, ex mali arbore ſectus. Colum. l. 7. c. 8. extr. Cafeus muria perduratus, atque ita malino ligni, vel cuimi fumo coloratus. Al. leg. maligno ligni fumo: h. e. antiquo. Plin. l. 15. c. 13. de prunis. Nuptr in Bætica malina appellari coperunt mallis inſita, & alia amygdalina amygdalis.

MALITAS, atis, f. malo, unatum, at bonitas a bonum. Gloſſ. Gr. Lat. Κακία, malitas. Ulpian. Dig. lib. 4. tit. 2. leg. 5. Metum accipiendum Labeo dicit non quemlibet timorem, ſed majoris malitatis. Ita Torrentius. ſed Heinſius. & alii majoris mali.

MALITIA, æ, f. malezza, ſurberia, πανουργία, calliditas, fraus. Cic. 4. Tuſcul. cap. 15. Virtutis contraria eſt vitioſitas. ſic anim malo, quare malitiam, appellare eum, quare Græci πανοῦργον appellant. nam malitia certi cujuſdam vitii nomen eſt: vitioſitas omnium. Id. 3. de nat. Deor. c. 30. Eſt enim malitia, verſuta & ſallax nocendi ratio. Id. pro Roſc. Com. c. 16. Parſidia, & malitia, per quam inſidiæ tenduntur alicui. & cap. 7. Supercilia penitus raſa olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur. Id. Verr. 4. c. 27. A qua HS. C. millia per columniam malitiamque petita ſunt. Id. pro Quinc. c. 18. Ita cauſa abs te tota per ſummam fraudem & malitiam ficta eſt. Id. pro Cluent. c. 26. Ad omnem malitiam & fraudem verſare mentem ſuam cœpit. Id. Verr. 4. c. 54. Hæc hujus erat ars, & malitia miranda. Id. 4. de Fin. cap. 19. Quia multa ſit in dolore nec ſana, nec improbitas, nec malitia, nec culpa, non eſſe illud malum. Auct. ad Herenn. l. 3. c. 6. Utile eſt, ab omnibus unicam malitiare atque nequitiam cognoſci. (Diſcrimen inter hæc duo. V. in Nequitia.) Cic. in Partition. cap. 23. & 3. Offic. c. 17. a med. Malitia vult illa quidem videri, ſi eſſe prudentiam, ſed abeſt ab ea plurimum. Plin. l. 17. c. 27. Calices ſucis opium ſtreiles ignavia malitiaque. ¶ Interdum accipitur univerſim pro vitioſitate, quæ ſcilicet eſt virtuti contraria. Senec. epiſt. 31. extr. med. Si intellexeris bona eſſe, quibus admixta eſt virtus turpia, quibus malitia conjuncta eſt. Id. ſub fin. ep. 106. Quidquid facimus, aut malitiæ, aut virtutis germinis imperio. Sallaſt. in fug. cap. 25. Virtute, non malitia, P. Scipioni placuiſſe. Gell. l. 5. c. 6. circa med. Inculpatus inſtar eſt abſolutæ virtutis: illaudatus finis eſt extremæ malitiæ. Tacit. 13. Ann. cap. 30. extr. Inoffenſa tot Imperatorum malitia. b. e. toc mali Imperatores nibil offenſi. ¶ Videtur etiam aliquando in bonam partem ſumi pro ſolertia & calliditate, qua aliorum dolos deprehendimus, & præcipiamus, cavemus, accurrere, avvedimento. Cic. l. 15. Attic. ep. 26. a med. Si mihi impoſuiſſet aliquid (quod pæne fecit, niſi tua malitia affuiſſet) animo iniquo tuliſſem. Plaut. quoque malam malitiam dixit, quæ medium ſit vocabulum, at dolus, & bona etiam eſſe aliquando poſſit: Auiul. 2. 2. 38. Equidem te civere ſine mala omni malitia ſemper ſum arbitratus. Hæc obſervat etiam Non. c. 6. n. 38. ¶ In plurali num. Plaut. Mil. 3. 3. 66. Ubi facta erit collatio noſtrorum malitiarum. b. e. fallaciarum. Cicer. 3. de nat. Deor. c. 30. Everriculum malitiarum omnium, judicium de dolo malo. di vous le ſurberie. Cæſ. Dig. lib. 6. tit. 2. leg. 38. Nequa malitiis indulgendum eſt. ¶ De rebus inanimis, Pallad. lib. 1. tit. 6. ad fin. Saliæ terræ malitia hibernis imbribus eluitur. la maligniſà. & ibid. ante med. Viæ malitia æqua &, voluptati, & utilitati adverſa eſt. Id. 10 Octobr. tit. 8. Malitia arboris. b. e. inſcenditas.

MALITIOSE, maliziosamente, con ſurberia, πανουργικῶς, callide, doloſe, fraudulenter. Cic. 3. Offic. c. 15. Agara quippiam doloſe, aut malitioſe. Nep. in Alcib. c. 7. Aut negligenter, aut malitioſe facere. Cic. 4. Verr. c. 53. Nihil ſane vafre, nec malitioſe facere conatus eſt. Id. pro Cæcin. c. 7. Cum hoc novæ litis genus tam malitioſe intenderet. Id. pro Roſc. Amer. c. 38. Rem mandatam malitioſe gerere, ſur quæſtus, aut commodi cauſa. Plaut. Mil. 3. 3. 14. Mals, atque malitioſe aliquid facere. b. e. perperam, & fraudulenter.

MALITIOSITAS, atis, f. malizia, malitia, calliditas. Tertull. l. 3. adverſ. Marcion. c. 15. ſub fin. Aut diffidentiæ, aut malitioſitatis conſilium eſt. Adde cap. 23. extr.

MALITIOSUS, a, um, malizioſo, furbo, πανοῦργος, verſutus, doloſus, fallax. Cic. 3. Offic. c. 13. extr. Hoc celandi genus non eſt hominis aperti, non ſimplicis, non ingenui, non juſti, non viri boni: verſuti potius, obſcuri, aſtuti, fallacis, malitioſi, callidi, veteratoris, vafri. & lib. 1. cap. 10. Malitioſa juris interpretatio. ¶ Silvo malitioſa, cujus meminit Liv. l. 1. c. 30. in fin. fuit in agro Sabino. Τὰν πανοῦργον dicitur a Dionyſ. Halicarn. l. 3.

MALIVOLUS. V. Malevolus.

MALLEATOR, oris, m. martellatore, ὁ σφύρᾳ ἐλαύνων, qui malleo operatur. Martial. l. 12. epigr. 57. Illinc baluci malleator Hiſpanæ. V. Balluca. Iaſtrupe. apud Gruter. pag. 1066. n. 5. & pag. 1070. n. 1. Felix Aug. L. optio, & aaaſtor auri, arg. æris. item ſignat. ſuppoſitus, malleatores monetæ Cæſaris. Sequitur inferius ſeries artificum Monetæ: in qua ſignatmrare, & ſuppoſitarum rarissima pars liberti ſunt: mallestorum vero ſervi. Ex quo intelligimus horum operam viliorem fuiſſe. Io ex Lapide malliator ſculptum eſt. Porro ſignatores videntur fuiſſe, qui formam pecuniæ cudendæ ſignabant: ſuppoſitores, qui ipſare pecuniam cudendam præbebant, & a malleatoribus percutiendam.

MALLEATUS, a, um, martellato, lavorato al martello, malleo contuſus. Unda Malleati libri dicuntur, qui malleo percuſſi, & complanati ſunt, quod fere fieri ſolet, antequam libri compaginentur. Ulpian. Dig. lib. 32. leg. 50. a med. Sed & perſcripti libri, eondum mallrati, vel ornati continebuntur. Colum. lib. 12. c. 19. Cola ex crudo, id eſt non mallsato ſparto præparata habeat.

MALLEOLARIS, re, μαγγανικὸς, ad reallsolum vitis ſpectans. Colum. de arborib. c. 3. Virgam malleolarem non ampllus, quam ſex gemmarum, eſſe convenit.

MALLEOLUS, i, m. martelletto, σφύριον, parvus malleus. Feſtus, & Colum. noa afferendus. Cæſ. lib. 8. c. 3. a med. Tutius ſcilprure malleolo ſubinde medius ferit. ¶ Item novus palmes vitis, aut alterius arboris, qui prioris anni flagello innatus eſt, & recifus, pro viviradice, terræ mandatur, ut in novam vitem ſuccreſcat, magliuolo, margotto: aoſtri ràſolo appellant. Colum. l. 3. c. 6. Malleolus novellus eſt palmes, innatus prioris anni flagello, cognominatuſque a ſimilitudine rei, quod in ea parte, qua decidltur, ex vetere ſarmento prominens utrinque, malleoli ſpeciem præbet. Plin. l. 17. c. 21. Solebat capitulatus utrinque e duro furculus ſeri, eoque argumento malleolus vocstur etiam nunc. Colum. l. 3. c. 3. ad fin. Malinolos pangere. & ibid. deponere. & cap. 14. extr. conferere. & cap. 18. demergere. Plin. lib. 17. cap. 22. facere ſulco, vel ſcrobe. Id. l. 12. c. 15. Balſami arbuſcula malleolis fera dicitur, nuper vincta, at vitis. Malleolus cognomen fuit R. in gente Publicia, fortaſſe a malleolis ſtrendis: at M. Publicius Malleolus, in Foſſ. Capitol. apud Gruter. pag. 292. ¶ Item teli genus miſſile, quo ignere in muros urbium, & tecta ſpiciebant. Feſtus: Malleoli vocantur non ſolum parvi mallei, ſed etiam ii, qui ad incendium faciendam aptantur: videlicet ad ſimilitudinem priorum dicti. Ammian. l. 23. c. 3. ſub fin. (al. c. 10.) Malleoli, teli genus, figuratur hac ſpecie: Sagitta eſt canara, inter ſpiculum, & arundinem aere multifido ferro coagmentata, quæ in mulierbris coli formam, quo nentur linea flamina, concavatur ventre ſubtiliter, & plumariam patens, atque in alveo ipſo ignem cum aliquanto ſulcipit alimento. & ſi emiſſa lentius arcu ſavelido (rictu enim rapidiore extinguitur) hæſerit uſquam, tenaciter cremat: aquiſque conſperſa acriores excitat æſtus incendiorum: nec remedio ulla, quam ſuperjacto pulvere, cunſopitur. Hæc Ammian. Verba de his faciunt etiam Nan. cap. 18. n. 27. (ſed hoc tantum dicit, eſſe manipulos ſparteos, pice contectos) & Veget. l. 4. de re milit. c. 18. qui Malleoli, inquit, ſunt velut ſagittæ, & ubi adhæſerint, univerſa conflagrant. Quod autem Feſt. dictus docet ad ſimilitudinem malleolorum, id ita intelligendum, ut qua parte concavi, & craſſiores ſunt, & ignis alimenta continent, caput malleo referre quodammodo videantur. Illuſtrat hæc omnia Lipſ. l. 5. Poliorcet. diall. 5. quem

con-

conſule. *Cic.* 1. *Catil.* c. 23. Malleolos & ſacra ad inflammandam urbem comparare. *Liv.* l. 42. c. 64. Faces, tadamque, & malleolos ſtuppæ illitos prius perari jubet. *Hirt. de B. Alex.* c. 14. Magnum ſcapharum numerum producunt cum malleolis, ignibuſque. *Siſenn.* apud *Non. loc. cit.* Partim malleolos, partim faſces farmentorum incenſos ſuper vallum, &c. *Vitruv.* l. 10. c. *ult. a med.* Naves malleolis conſtræ incendio ſunt conflagratæ. ¶ Anatomici malleolos vocant *duos* proceſſus in imis oſſibus cruris utrinque eaſtantes, imitatione Græcorum, qui σφυρὰ dicunt. Latinum Scriptorem, qui hac ratione uſurpaverit, vidi adhuc neminem.

MALLEUS, i, m. *martello*, *maglio*, σφῦρα, fabrile inſtrumentum ad tundendum. *Plaut. Men.* 2. 3. 52. Navis lignea, ſæpe trita, ſæpe ſiſa, ſæpe excuſſa malleo. *Plin.* l. 34. c. 14. Ad denſandas incudes, & malleorum roſtra. *Id.* l. 16. c. 43. Ex oleaſtro, buxo, ilice, ulmo, fraxino malleos fieri, majoreſque e pinu, & ilice. *Id.* l. 34. c. 8. *ad fin.* Es caldarium malleis fragile, quibus regulare obſequitur, ab aliis ductile appellatum. *Id.* l. 19. c. 1. *a med.* Virgæ lini erufactæ, in ſaxo tunduntur ſtupario malleo. *vox la maciullo.* & l. 13. c. 12. *ſub fin.* Chartam mallen tenuare, & extendere. *Ovid.* 2. *Metam.* v. 614. Lactentis vituli dextra libratus ab aure Tempora diſcuſſit claro cava malleus ictu. *Sueton. in Calig.* c. 32. Elato alte malleo, cultrarium mactavit. ¶ *Malleus manubrio ſapientior*, proverb. apud *Plaut. Epid.* 3. 4. *extrem.* ¶ Apud *Veget. de re Veterin.* l. 2. c. 2. malleus eſt generale vocabulum ſeptem morborum, quibus jumenta vexantur: qui ſunt humidus, aridus, ſubtercutaneus, articularis, elephantiaſis, ſubrenalis, farcimioſus: quæ deinceps perſequitur ſequentib. capitib. Adde *lib.* 3. c. 2. & 23. Porro *Id. ibi. l.* 1. ab antiquis hanc appellationem fluxiſſe dicit, ipſam vim cladis periculumque teſtantibus. Græca dicitur μαλὶς.

MALLO, onis, m. *Malloném caparum Veget. l.* 2. *vel Varron.* r. 60 interpretatur, calamos ſiccos, unde cæparum faſces dependent. Græce μαλος cirrum, ſeu cincinnum ſignificat. ¶ Eſt etiam tuber, ſeu tumor inflatus in genibus, vel articulis jumentorum, ſine dolore. *Id.* l. 2. c. 48.

MALLOTES, & Malotes, æ, m. Μαλλώτης, & Μαλώτης, qui eſt ex Mallo, Ciliciæ urbe. *Plin.* l. 4. c. 12. Philiſtides Mallotes. *Suetton. de Gramm.* c. 2. Crates Mallotes.

MALLUVIA, æ, ſ. & Malluvium, ii, n. *bacino da lavar le mani*, χεροντιπτρον, vas, in quo manus lavantur: quaſi *manilavia*: & *pelluvium*, quo pedes: a *manus*, & *luo*, lavo. *Feſtus.*

MALO, mavis, mavult, n. enom. *voler piutteſto*, *amar meglio*, αἱρέομαι, antepono, præfero, magis volo, ut *Cic.* docet *in Orat.* c. 45. unde contracte *mavolo*, inde *malo*. Habet autem comparationis vim, qua vel exprimitur, vel facile ſubintelligitur. *Cic.* 13. *Attic.* ep. 22. Scripta noſtra noſquam malo eſſe, quam apud te. *Id. ad Antonium. ibid.* l. 14. *poſt epiſt.* 13. Quod meum per litteras agis, unam ob cauſam mallem coram egiſſe. Non enim ſolum, &c. *Tacit.* 2. *Hiſt.* c. 86. Pro certis & olim partis nova, ambigua, ancipitia malebat. *Nep. in Timol.* c. 3. Maluit ſe diligi, quam metui. *Cat. ad Cicer. Fam.* 8. ep. 4. Sed, ut ſpero, bonos & ſenatum malet. *Cic. Attic.* l. 7. ep. 15. Cetu jam ſervire, quam pugnare mavult. *Id.* 2. *de Divin.* r. 57. *extr.* Evanuiſſe mavultis id, quod, &c. quam, &c. *Id. pro Quinct.* c. 2. Judicium prius de probro, quam de re maluit fieri. *Cæſ.* l. 1. *B. Civ.* c. 72. Civibus ſalvis & incolumibus rem obtinere malebat. ¶ Pleonaſmus eſt, non inelegans tamen, cum *potius*, aut *magis* adjungitur. Cic. *in Divin. Verr.* c. 6. Ab omnibus ſe deſertos potius, quam ebs te defenſos eſſe malunt. *Id. pro Liger.* r. 2. An ille Uticæ potius, quam Romæ, cum alienis eſſe, quare cum ſuis noaluiſſet? *Antonius. ad Cicer. poſt ep.* 13. *l.* 14. *ad Attic. ſub fin.* Arbitror, malle te quietam ſenectutem, & honorificam potius, quam ſollicitam. *Cato ad Cicer.* 15. *Fam. ep.* 5. Caſinæ potius, quam te, laudari mavis. *Lucr. l.* 2. c. 34. *extr.* Qui magis vere vincere, quam diu imperare mallet. Adde *Terent. Adelph.* 2. 2. 14. & *Plaut. Stich.* 1. 2. 13. ¶ Cum conjunctivo, *Tibull. l.* 2. *el.* 3. v. 31. Fabula ſit, mavult, quam ſine amore deus. *Catull. carm.* 24. *ad Juvent.* v. 4. Mallem divitiæ mihi dediſſes, quam, &c. *Calpurn. ecl.* 6. v. 74. malim cantetis amores. ¶ Cum adverbiis comparativis, *Cic. Attic.* 12. *ep.* 22. *ſub fin.* Meo judicio multo ſtare malo, quam aliorum. *Id.* 1. *Tuſcul.* r. 42. Na ego haud paulo hunc animum malim, quam eorum fortunas. ¶ *Malle alicui*, eſt magis velle omnia proſpera alicui, magis omnia cupere alicujus cauſa. *Cic. pro Planc.* r. 24. Quamquam illi (*filio meo*) omnia malo, quam mihi. *Id. Attic.* l. 2. *ep.* 16. *ad fin.* In hac re malo univerſa Aſia, & negotiatoribus. ¶ *Quod mallem* elegantes ſermoni interſeritur, & valet, quod utinam potius. *Ovid. Heroid. ep.* 21. v. 31. Si tibi deformis, quod mallem, viſa fuiſſem. *Id.* 2. *Triſt.* v. 239. Aut ſi, quod mallem, vacuus fortaſſe fuiſſes. ¶ Reperitur etiam *mavolo*, *mavolem*, *mavolim*, *mavellem*. pro *malo*, *malam*, *malim*, *mallem*, præſertim apud *Plaut.* ut *Pœn.* 1. 2. 90. Bonam ego, quam beatam me eſſe, nimio dici mavolo. & *Aſin.* 1. 2. 108. Moriri ſe miſere mavolet, quam, &c. *Nevius* apud *Feſt.* in *Struppum*. Ibidem perire mavolunt. *Plaut. Truculent.* 4. 2. 29. Mortuum hercle me, quam ut id patiar, mavelim. & *Mil.* 2. 2. 16. Haud multos homines convenire, quem te, mavellem. Sic *mavolui* pro *malui*: *Perron. in fragm. Tragur.* c. 77. *Burm.* Cum huc venit, nuſquam mavoluit hoſpitari. *Al. leg.* mavolt.

MALOBATHRARIUS. V. *Murrobathrarius.*

MALOBATHRATUS, a, um, malobathro unctus. *Sidon. ſub fin. ep.* 3. l. 8. Satyræ pumicati, malobathrati.

MALOBATHRON, i, n. μαλάβαθρον, arbor Syriaca, de qua *Plin. l.* 12. c. 26. Dat & malobathron Syria, arborem folio convoluto, aſtido colore: ex quo expuimitur oleum ad unguenta: fertiliore ejuſdem Ægypto. Laudatius tamen ex India venit. In paludibus ibi gigni tradunt lentis modo. odoratius croco, nigricans ſcabrumque, quodam ſelis guſtu. Minus probatur candidum. Celerime ſitum in vetuſtate ſentit. Sapor ejus uxdo ſimilis debet eſſe ſub lingua. Odor vero in vino ſuffervefacti antecrdit olios. *Id. l.* 31. c. 2. *a med.* Singuli quoque fucci nobilia unguenta faciunt: in primis malobathrum. *Hæſat. l.* 2. *od.* 7. v. 7. coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos. ¶ Habet uſum & in medicina. V. *Plin. l.* 23. c. 4. *a med.* & *Celſ. l.* 5. c. 23. ¶ Scribitur & *malabathrum*.

MALOGRANATUM, ti, n. malum granatum. Legitur apud *Hieronym. in commentar. ad Aggæum*, c. 2. v. 20. Addunt & *Plin. l.* 26. c. 8. ſed nihil certi inde colligi poteſt, ut neque *lib.* 16. c. 22. ubi ſimilis locus habatur. Utroque enim loco *malo granato* in dativo, & ablativo legitur.

MALTHA, æ, ſ. μάλθη, & μάλθα, dicitur a Græcis pie cum cera miſta, ut *Feſt.* docet: e μαλάσσω, & μαλθάσσω, mollio, fubigo. ¶ Sic etiam vocatur genus tectorii, quod parietibus, aut pavimentis inducitur, ne coria norum findantur, & ut, ſi quæ ſint rimæ, obducantur, *ſtucco*, *malta*. Fit autem variis modis, ex pice liquida, & aeuugia, vel ſevo: ea pice, & cera, item teſta, flore calcis: ex ſanguine bubulo, flore calcis, ſcoria ferri: ex ficu, pice dura, & oſtrei teſta, ex ſevo liquefacto, quod cineri cribellato admixtum ſit, &c. quæ omnia habes apud *Pallad. l.* 1. *tit* 41. & 17. *Plin.* quoque aliam malthæ compoſitionem tradit. Maltha, inquit *l.* 36. c. 24. e calce fit recenti: gleba vino reſpinguitur: mox tunditur cum adipe ſuillo, & ficu, duplici linimente: quæ res omnium tenaciſſime, & duritiem lapidis antecedens. ¶ Eſt etiam nativa maltha, nempe limus flagrans in ſtagno Samoſatenſi Commagenes: cum quid attigit ſolidi, adhæret: præterea tactu ſequitur fugientes. Sic defendere muros oppugnante Locullo, flagrabatque mileis armis ſuis. Aquis etiam accenditur: terra tantum reſpingui, docuere experimenta. Hæc *Id. l.* 2. c. 104. ¶ Translata dicitur de molli & effeminato, μαλθακὸς, *Lucil.* apud *Non.* c. 2. n. 167. Infanum vocaot, quem malthæ, ec feminam dici vident.

MALTHINUS, e, um, effeminatus, mollis: a maltha. *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. v. 25. Malthinus tunicis demiſſis ambulat. Ubi volunt nonnulli notari hic Mæcenatem. Alii nomen proprium eſſe ajunt. quod ſane veri eſt ſimilius. Lag. etiam el. *Malchinus*.

MALTHO, as, avi, atum, a. 1. meltha ſolido & conglutino, malthæ rei elicui induco: quod præcipue fiebat in iis monumentis, quæ æterus eſſe volebant. *Plin. l.* 36. c. 24. Quod malthatur, oleo perfricatur ante. *Vet. Scholiaſt. Juvenal. ad ſat.* 5. v. 48. Sulphure ſolent vitrum ſolidare, id eſt malthare.

MALVA, æ, ſ. *malva*, μαλάχη, herbæ ſpecies. *Plin. l.* 20. c. 21. In magnis laudibus malva eſt utreque, & ſativa, & ſilveſtris. Duo genera earum amplitudine folii diſcernuntur: majorem Græci malopen vocant in ſativis. Alteram ab emolliendo ventre dictam putant malachen. E ſilveſtribus, cui grande folium, & radices albæ, altheæ vocatur, ab excellentia effectus (ab ἀλθαίνω, medeor, ſano) a quibuſdam plyſtolycia. Hæc *Plin. Mariſal. l.* 20. *epigr.* 48. Exonerataræ ventrem mihi villica malves Attulit. Adde *Cicer.* 7. *Fam. ep.* 26. ¶ Tradunt Auctores in Arabia malvas ſeptimo menſe arboreſcere, bacalorumque aſam præbere extemplo. Sed & arbor eſt malva in Mauritania, altitudinis pedum viginti, craſſitudinis, quam circumplecti nemo poſſit. Hæc *Plin. ſub fin. cap.* 4. *lib.* 19.

MALVACEUS, a, um, qui eſt ex malva, vel malvæ ſimilis. *Plin. l.* 21. c. 4. Roſa genus ſunditur e caule malvaceo, folia olex habente. ¶ *Malvaceus*, i, m. ſubſtantivum eſt diminutivum a *malvo*. V. *Brancus*.

MANSUETUS, a, um, *addomiſticata*, *ammanſate*, *manſueta*, *trattabile*, ἥμερος, ἥρως, lenis, facilis, mitis: & proprie dicitur de feris, quæ cicures, & placidæ ſunt, & inter homines verſantur, eorumque parent imperio. *Feſtus*: Manſuetum, ad manum vſorire ſuetum. alii ajunt, manſuetum dictum neque ex miſericordia mœſtum, neque ex crudelitate ſævum, ſed modeſtia temperatum. *Nonius cap.* 1. *n.* 204. Manſuetum dictum quaſi manu aſſuetum: quod nimia, quæ ſunt natura fera, manuum permulſione miteſcant. Unde *Virg. Georg. l.* 3. (*v.* 186.) plauſa ſonitum cervicis amare. & *Æn. l.* 7. (*v.* 490. *de cervo*) Ille manum patiens: quoniam ſupra diximus (*v.* 489.) pectebatque ferum. Hæc *Nonius*. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 2u. Juvenci diſbus paucis erunt manſueti, & ad domandum proni. *Liv. lib.* 35. *c.* 49. Condimentis ait vaſtitatem illam & ſpeciem ferinæ ſævitiæ ea manſuefto ſue factam. *Plin. l.* 11. *c.* 5. Cum ſint apes neque manſueti generis, neque feri, tamen, &c. *Grat. in Cyneg. v.* 164. Manſueta fabula. *h. e.* manſuetarum pecudum. ¶ Translate ſæpe ſumitur ad hominis, qui iram cohibet, ac ſe lenes præbent, placidos, & exitus. *Cic. 3. Phil. c.* 9. illud quæro, cui tam ſubito manſuetus in Senatu fuerit, cum in edictis tam fuiſſet ferus. *Id. 2. de Orat. c.* 49. *in fin.* Ut & acerbimus in Capionis invidia renovanda, & in mea moribus erga meos neceſſarios declinandis manſuetiſſimus viderer. *Id. Fam. l.* 11. *ep.* 9. *poſt med.* Refero me ad manſuetiores muſas. *Valer. Max. l.* 2. *c.* 7. *v.* 11. Manſuetiſſimum ingenium. *Aſellio* apud *Priſcian. l.* 5. *pag.* 668. *Putſch.* Ut *in* victoria mitior manſuetiorque fiat. *Propert. l.* 1. *el.* 9. *v.* 12. Carmina manſuetus lenia quærit Amor. *Id. l.* 3. *el.* 14. *v.* 10. In me manſuetas non habet illa manus. *Ovid.* 3. *Triſt. el.* 6. *v.* 23. Numinis ut læſi fiat manſuetior ira. ¶ Item ad alia. *Liv. l.* 3. *c.* 16. Tantum ſuperioribus aliis, ac emergentibus malis, nemo tribunos, aut plebem timebat. Manſuetum id malum, tum eſſe peregrino furore ſopitum videbatur. *Propert. l.* 1. *el.* 17. *fin.* Manſuetis ſocio parcite fratribus. *h. e.* totis a tempeſtate, & naufragio.

MANSŌRUS. V. in *Manſe*.

MANSUS, a, um, *maſticato*, μασσώμενος, dentibus contuſus, & confectus, manducatus. *Cic. 2. de Orat. cap.* 30. Qui omnes tenuiſſimas particulas, omnia minima manſa, ut nutrices infantibus pueris, in os inſeunt. *Quintil. l.* 11. *c.* 1. *ante med.* Cibos manſos, ac pene liquefactos demittimus, quo facilius digeratur. Adde *Varron.* & *Lucil.* apud *Non. cap.* 2. *num.* 551. ¶ *Menſum* a *Meneo* V. in eo Verbo.

MANTEJUM, & Mantēum, i, n. *oraculo*, μαντῖον, vox Græca, qua ſignificatur locus, in quo oracula, & reſponſa numinie alicujus reddebantur: a μάντις, vates. Legitur apud *Plin. l.* 5. *c.* 29. *a med.* bis.

MANTELE, is, & Mantelium, ii, n. *tovaglinola*, *faloietta*, linteolum, quo manus in menſa tergentur, χερόμαγμα: hunc enim ejus uſum eſſe affirmant *Varr. l.* 5. *de L. L. c.* 8. *extr. Feſtus* in *Manticulario*, *Servius*, & *Phylargyrius ad Virg.* 4. *Georg.* v. 377. & *ad l.* 1. *Æn.* v. 706. Hinc *Plin. l.* 7. *c.* 2. Anthropophagos abſibus humanorum capitum bibere, cutibuſque cum capillo pro mantelibus ante pectora uti. ¶ Dictum eſt a *manu*, vel ſimplicitus, vel quaſi *manuterium*, ut *Varroni* placet *loc. cit.* vel a *mamma*, & *tela*. Alii alia comminiſcuntur. *Virg. loc. cit.* Cereremque caniſtris Expediunt, tonſiſque ferunt mantelia villis. ¶ Differt a mappa, ut patet ex illo *Lucilii* apud *Serv.* & *Phylargyr. loc. cit.* mappas, mantela, merumque (ubi *mantelo* dixit pro *mantelia*, a recto *mantelum*) & *Martial. l.* 12. *epigr.* 29. Attuliſmat mappam nemo, dum furta timentur: Mantele e menſa furripit Hermogenes. ¶ Unde patet diſcrimen. nam *mantelia* præbebat, qui & cœnam: *mappa* ſecum quiſque afferebat. *Mappa* manus tergebant: *mantele* menſam etiam tegebant: unde apud nos *mantile*. Hinc *Iſidor. l.* 19. *Orig. c.* 26. Mantelia nunc pro operiendis menſis ſunt: quæ, ut nomen ipſum indicat, olim tergendis manibus præbebantur. Præterea *mantele* fere erat villoſum, *mappa* non item. *Id. l.* 14. *epigr.* 138. cujus lemma, *Gaeſapa villoſa*, *vel mantele*. Nobiliue villoſa regant tibi linteа citrum, &c. ¶ Uſi ſunt *mantelibus* etiam in ſacris. Rem enim divinam facturus, mantele geſtabat tergendis manibus poſt ſacrificium. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 933. a dextra villis mantele ſolutis, Cumque meri patera tunis acerra fuit. ¶ De luxu mantelium apud diſſimos, *Lamprid. in Heliogab. c.* 27. Nonnunquam tot præcta mantelia in menſam mittebat, hia ſdulibus picta, quæ apponerentur. *& in Alexand. Severe. c.* 37. Convivium nitoris fuiſſe: ita tamen, ut pura mantelia mitterentur, ſæpius cocco clavata, aumta vero nunquam: eum hæc Heliogabalus jam recepiſſet, & ante Hadrianus habuiſſet. *Trebell. Poll. in Gallienis*, c. 16. Poma ex arboribus recentia ſimpet alienis menſibus præbuit: mantelibus aureis ſumpet ſtravit. *Valerian. Aug. in quadam epiſt.* apud *Vopiſc. in Aurelianо*, *c.* 12. Mantelin Cypria, patria duo. ¶ *Mantelum* in incerto caſu habetur apud *Varron. loc. cit.* & *mantelitorum* in patrio plur. apud *Feſt.* in *Mantiſtulo*. ¶ Scribitur & *mantile*, *mantilium*.

MANTELUM, li, n. idem quod mantele. V. in voce præced. Apud Græcos χειρόμακτρες (quod Latine eſt mantelum) exponitur etiam' pepus veſtimenti: & *mandilion* (ſa Latina voce Græca facta) a quibuſdam dicitur. Unde translate aſt quodlibet tegmen ad occultandum dolum, *mperta*, *protella*, *ſcuſa*. *Plaut. Capt.* 3. 3. 5. Nec mendacia ſubdolia mihi uſquam mantelum eſt mers: nec ſycophantiis, nec fucis ullum mantelum obviam eſt. ¶ Scribitur & *mantillum*: unde & apud Italos *mantillo*.

MANTEUM. V. *Maaſtrum*.

MANTICA, æ, f. *facchetta*, *biſaccia*, *portamonello*, πήρα, pera, ſaculus: a *manus*, quia aſt ad manum, ut promi facile poſſint, quæ in ea reconduntur. Unde eſt *manticula*, in qua pauperes pecuniam recondebant, ut *Feſt.* docet. *Manticam* vel giſtabant ipſi, vel equo imponebent iti facientes. *Horat. l.* 1. *ſat.* 6. *v.* 104. nunc mihi curto ire licet mulo, vel, ſi libet, uſque Tarentum, Mantica cui lumbos onere ulceret, atque eques armos. *Apul. l.* 1. *Metam.* Manticam meam humero ſuo: eaſcum cum pane pmpere ai porrigo. *Perſ. ſat.* 4. *v.* 23. Ut nemo in ſi ſe tentae deſcenderel nimo: Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo. *V. Phædr. l.* 4. *fab.* 9. unde huic loco lux: cui ſimile eſt illud *Catulli carm.* 22. *ad Var. in fin.* Sed non videmus, manticæ quid in tergo eſt.

MANTICHŌRA, æ, f. μαντιχώρα, bellua Indica, triplici dentium ordine pectinatim coeuntium, facie & auriculis hominis, oculis glaucis, colore ſanguineo, corpore leonis, cauda ſcorpionis modo ſpiculis infigens; vocis, ut ſi miſceatur bitulæ & tubæ conceatus; velocitatis magnæ; humoi corporis vel præcipue appetens. Hæc ex *Ctefia Phœnice l.* 8. *c.* 21.

MANTICULA, æ, f. *taſchetta*, *borſa*, πήρωμα, parva mantica, perula. *Feſtus*: Manticularum uſus pauperibus in nummis recondendis etiam noſtro ſæculo fuit.

MANTICULARIA, æ, am, n. dicuntur ea, quæ frequenter in uſu habentur, & quaſi manu tractantur. *Feſtus*.

MANTICULARIUS, ii, m. *taſchabarſe*, *borſajuolo*, βαλλαντιοτόμος, erumneſeca, qui manticulas clam ſcrutatur, ut pecuniam auferat. *Tertull. in Apolog.* c. 44. Quia illic ſicarius? quis manticularius? quis ſacrilegus, aut lavantium prædo?

MANTICULĀTOR, oris, m. manticularius. Legitur a quibuſdam in fragmento *Pacuvii* apud *Feſt.* in *Mamarcula*.

MANTICULĀTUS, a, um, fraude compoſitus, doloſe factus. *Pacuv.* apud *Feſt.* in *Manticula*. Machinam ordiris novam, manticulatam aſtu, &c. Al. aliter lag.

MANTICULOR, aris, dep. 1. *fare il borſajuole*, furandi cauſa manticulas attrectans. *Feſtus*. Hinc *Apul. in Apolog.* Ut olim Ulyſſis ſocii theſaurum reperiſſe arbitrati ſunt, eum utrem ventuſiſſimum manticularentur. ¶ Translate eſt clam, & doloſe agere, *far baratterie*, *mercatare*, *far frode*, ut *Id. Feſt.* docet. *Pacuv. ibid.* Ad manticulandum aſſu aggreditur.

MANTILE. V. *Mantele*.

MANTILIARIUS. V. *Mantelearius*.

MANTINEA, æ, f. *Mandi*, *Mundi*, *Martinea*, urbs Peloponneſi, ies Arcadia, Magalopoli proxima. Apud hanc urbem inter Lacedæmonios & Thebanos pugnatum acerrime fuit, in quo prœlio Epaminondas Thebanorum dux victoria jam propemodum potitus cecidit. *Plin. l.* 4. *c.* 6. & *Nep. in Epamin.*

MANTISA, vel Mantiſſa, æ, f. *giunta*, additamentum dicitur lingua Tuſca, quod *pondere* adjicitur, ſed deterius, & quod ſine ullo uſu eſt. Ita *Feſtus*. Vult tamen *Joſ. Scalig.* vocem eſſe origine Latinam, pro *mantiſa*, & dici, quaſi *manu inſam*, pro eo, quod manu porrigitur præter id, quod ad pondus exigitur: ut ſit *mantiſa cera*, *mantiſa merx*. porrigi enim manu, non dari pondus. Ego a *Feſto* ſtatim. *Mantiſa obſoeta* exuctus proverbium eſt *Lucilii* apud *eund. Feſt.* quo ſignificatur majus eſſa, quod inutile eſt, quam quod bonum & utile: *è più la giunta, che la derrata*: μεῖζον τὸ ῥῆγος τοῦ πράγματος. ¶ *Mantiſſa* legitur in quibuſdam veterib. editionib. teſte *Scalig.* magiſque illi placet.

MANTISCINOR, aris, atus ſum, *indovinare*, vaticinor, divino: a μάντις, vates. *Plaut. Capt.* 4. 2. 115. Niſi mantiſcinatus probe ero, fuſti peſtim. Al. leg. *mantiſolator*.

MANTŌ, as, n. t. frequentativum a *maneo*, manſito. *Cæcil.* apud *Non. c.* 10. *n.* 9. In voltu eodem, in eadem mantat malitia. Adde apud *Feſt.* ¶ Pro ſuſpectare, morari, *Plaut. Pœn.* 1. 2. 52. Herus nos apud ædem Veneris mantat. *ei aſperis.* & *Pſeud.* 1. 3. 49. At dabit, parabit aliquid hoc dies: manta modo. *Id. Moſtell.* 1. 2. 34. Si quid nummo faciam poteſt, uſque mantant, neque id faciunt, donicum pariſtes ruunt. *h. e.* ceſſant, differunt.

MANTŌ, us, f. contract. Μαντώ, mulier fatidica, Tireſia Thebanorum vatis filia, quæ cum poſt patris obitum Creontis & Thiſei tyrannidem fugeret, primum in Aſiam venit, ubi Apollinis Clarii templum condidit, deinde etiam in Italiam, ubi ex Tiberi fluvio, ut Poëtæ fabulantur, vel ex Tiberino rege Ocnum pepsit, qui poſtea urbem condidit, quam a nomine matris Mantuam appellavit. *Virg. 10. Æn. v.* 198. patriis agmen ciet Ocnus ab oris, Fatidicæ Manto & Thuſci filius amnis. V. ibi *Serv. Ovid. 6. Metam. verſ.* 157. fata Tireſia, ventori præſcia Manto.

MANTUA, æ, f. *Mantova*, urbs Galliæ Transpadanæ, ad Mincium fluvium, olim Tuſcorum caput. Nam Tuſci etiam eis Apenninum ditionem fuam protulere. *Virg. 10. Æn. v.* 201. Mantua diva avis: ſed non genus omnibus unum. Gens illi triplex, populi ſub gente quaterni. Ipſa caput populis: Tuſco de ſanguine vires. V. ad hæc *Servium*. Porro *Virgilius* merito eam laudat: patria enim ejus fuit: ob id jure paſſim celebria. *Ovid. 3. Amor. el. ult. verſ.* 7. Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo. *Sil. l.* 8. *v.* 595. Mantua Muſarum domus, atque ad fidera cantu Evecta Aonia, & Smyrnæis æmula plectris.

MAN-

MANTUANUS, a, um, *Mantuanus*, ad Mantuam pertinens, & ſæpe ad *Virgilium* refertur. *Stat. l. 4. ſilv. 7. v. 16.* noſtra Thebais multa cruciata lima, Tentat audaci fidi Mantuanæ Gaudia famæ. *Solin. c. 46.* (*al.* 59.) Mantuana carmina. *Mart. Felix in Oliav. c. 19.* Mantuanus Maro. *Macrob. l. 1. Saturn. cap. 16. ſub fin.* Homerus Mantuanus. *b. e.* Virgilius. *& lib. 5. c. 1.* Facundia Mantuani multiplex & multiformis eſt.

MANTURNA, æ, dea conjugii, quæ invocatur, ut conjuges inter ſe maneant. *Auguſtin. l. 6. de Civit. Dei, c. 9.*

MANUALIS, le, *manuale*, *de mano*, *manuangelo*, χειρὶς, ad manum pertinens. *Plin. l. 18. c. 30.* Panicum, & milium pectine manuali legunt Galliæ. *b. e.* quod una manu adhibetur. *Id. l. 19. c. 1.* Linum in faſciculos manuales colligatum. *b. e.* qui manu capi poſſunt. *Id. l. 24. c. 15.* Chamædrys incipientibus hydropicis efficax, manualibus ſcopis ſine in tribus hemmis aquæ decoctæ, &c. *manuale*, *brancale*. ¶ *Manuales faxa*, quæ manu teneri, aut jaci poſſunt. *Siſenn.* apud *Non. c. 6. num. 5.* Manuales lapides. *Tacit. 4. Ann. c. 51.* Manualia faxa jacere. *Calpurn. Ecl. 3. v. 85.* Qui ſibi tum felix, tum fortunatus habetur Villa cum ſubigit manualibus hordea faxis. *b. e.* molis truſatilibus. ¶ *Aqua manualis* apud *Tertull. in Apolog. c. 39. a med.* eſt, qua lavantur ante cœnam manus. Eſt tamen, qui aliter legat. ¶ *Manuale* abſolute in lemmate *epigr. 84.* apud *Martial. l. 14.* eſt veluti vagina lignea, in quam liber circumferendus includebatur, ne chartæ attritu tererentur. Epigramma aſt: Ne toga barbatos faciat, vel panula libros, Hæc abies chartis tempora longa dabit.

MANUARIUS, a, um, manualis. *Gell. l. 18. c. 13.* Hoc ære collecto, quaſi manuario, cœnula curabatur omnibus, qui eam luſum luſeramus. *b. e.* quaſi ex pluribus manibus collecto. Reſpicit autem ad vices ludendi, ſeu jactus, qui ab *Auguſto* apud *Suetan. cap. 71. manus* dicuntur. Si, inquit, quas manus remiſi cuique, exegiſſem, viciſſem vel quinquaginta millies. ¶ *Manuarium vas* apud *Chariſ. l. 2. pag. 95. Putſch.* eſt vas manuale. ¶ *Manuaria mola*, quæ manu verſatur: ſicut *aſinaria*, quæ jumentis. *Jabolen. Dig. lib. 33. tit. 7. leg. 27.* ¶ *Manuarius*, *ii*, apud *Laberium* eſt fur. Manuari, inquit, pudorem perdidiſti. Improbat hoc *Gell. lib. 16. cap. 7.*

MANUATUS, a, um. Quidam leg. apud *Plin. l. 19. c. 2.* Vulſum ſpartum faſcibus in aceruo manuatum. *b. e.* manuales in faſciculos colligatum. *Al. leg. animatum.* De eo, qui manus habet, uſurpatur *a Martiano. Capell. lib. 4. pag. 113.* ut *dentatus*, qui dentes. ¶ *Manuatus eſt* pro *furatus eſt*, dixit *Lober. in Mimis*, ſed præiiciemer, ut ait *Gell. l. 16. c. 7.* Adde *Non. c. 2. n. 555.*

MANUBALLISTA, æ, f. balliſta minor, quæ manu tractatur. *Veget. de re milit. lib. 2. cap. 15.* Adde *lib. 4. c. 21.* ubi hujuſmodi machinas, quas ſub tempore *manuballiſtas* appellari nit, *aotes* docet ſcorpiones dictos fuiſſe.

MANUBALLISTARIUS, ii, m. qui manuballiſtas tractat. *Veget. de re milit. l. 3. c. 14. & lib. 4. c. 21.*

MANUBIÆ, arum, f. *donata cruta dalla preda fatta in guerra*, pecunia redacta ex venditione prædæ devictis hoſtibus captæ: a *manus*, *& vis*, quaſi *manuviæ*. *Cell. l. 13. c. 24. in fin.* Qui proprie atque ſignate locuti ſunt, manubias pecuniam dixerunt. *Feſt.* quæ ex prædo vendita, redacta aſt, ut ibidem pluribus docet, & *Non. c. 5. n. 39.* confirmat. *Cic. 5. Verr. c. 80.* Qua ex præda, aut manubiis hæc ædes ta donatia conſtituta eſt? *In lege Rulli* apud *eund. Agrar. 2. c. 4. & Agrar. 2. c. 22.* Quod ad quemque pervenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario. *Cic. in fragm.* apud *Gell. loc. cit.* Prædam, manubias, ſactionem decemviri vendent. *Id. Agrar. 2. c. 23.* Si aſt aquum, prædas ac manubias ſuas imperatorea, non in urbis ornamenta conferre, ſed ad decemviros deportare. *Id. Verr. 3. c. 59.* Dubitamus, quid iſte in boſtium præda molitus ſit, qui manubias ſibi tantas ex L. Metelli manubiis fecerit? *b. e.* tantam pecuniam ex æde Caſtoris, quam, ſubactis Dalmatis, L. Metellus de manubiis exBruxerat, ut *Aſcon.* explicat. *Plin. l. 7. c. 26.* Deluhrum Minervæ ex manubiis dicavit. *Liv. l. 10. c. 46.* De reliquo ære ædem Fortis Fortunæ de manubiis faciendam locavit. ¶ Si vim vocis ſpectemus *manubiæ* ipſam prædam ſignificant, & ſpolia hoſtium, *ſpoglio de' nemici*, *preda*, *bottino*, *ex* λαφύρα, ἀφορμὴ *Dion. Aſcon. loc. cit.* Manubiæ ſunt prædæ Imperatoris, pro portione de hoſtibus capta. *& in cap. 6. extr.* Spolia quæſita de vivo hoſte nobili per deditionem, manubiæ Veteres dicebant: & erat imperatorum hæc præda, ex qua, quod vallent, facerent. ¶ Univerſim de quacumque præda, & ſpollia. *Petron. in Satyr. c. 79. extr.* Poſtquam optima fide partiti manubias ſumus. *Nov.* apud *Non. c. 2. n. 537.* Manubias ſuppetat pro me. *Flor. l. 2. c. 18.* Cum hoc quoque fœdus mallent, contenti armorum manubiis, cum ad internecionem ſervire potuiſſent. ¶ Translate de ſignis, tabulis, pecuniis, quæ *a* magiſtratibus ex provinciis expilatis, *aut* aliunde colligantur. *Suetan. in Veſpaſ. c. 16.* Sunt, qui opinentur, ad manubias & ſupines neceſſitate compulſum, ſumma ærarii fiſcique inopia. *Id. in Calig. c. 41.* Ne quod non manubiarum genus experiretur, lupanar in palatio conſtituit. ¶ Adjective *manubiam macheram* dixiſſe videtur *Plaut.* quæ hoſti in pugna detracta ſit, *Truculi. a. 5. v. 35.* Niſi ſi te mea manubia machæra, & hanc via amori. Alii ad ſequentem ſignificationem trahunt, ut ſit quaſi fulminatrix. Alii aliter leg. ¶ Dicuntur *manubiæ* (in Etruſcorum libris, teſte *Serv ad 2. Æn. v. 46.*) etiam de fulmiribus, *quia manu*, & vi Jovis jaciontur. *Senec. l. 2. quæſt. nat. c. 41.* Fulmina dicunt *a* Jove mitti, & trev illi manubias dant. Prima, ut ajunt, monet, & placata aſt, & ipſius conſilio Jovis mittitur. Secundam mittit quidem Juppiter, ſed ex conſilii ſententia duodecim enim deos advocat. Hoc fulmen boni aliquid aliquando facit: ſed tunc quoque non aliter, quam ut noctat, ne prodeſt quidem impune. Tertiam manubiam idem Juppiter mittit: ſed adhibitis in conſilium diis, quos ſuperiores, & involutos vocant. Quæ vaſtat, & inludit, & mutat ſtatum privatum utique, & publicum, quem invenit. ignis enim nihil eſſe, quod ſit, patitur. Hæc *Senec.* quibus ſimilia habet *Feſtus*, qui horum meminit etiam in *Perempialos*.

MANUBIALIS, le, ad manubias pertinens. *Suetan. in Aug. cap. 30.* Vias ex manubiali pecunia ſtruere.

MANUBIARIUS, a, um, manubialis. *Plaut. Trucul. 4. 4. 27.* Saltem amicus mihi eſto manubiarius. *b. e.* per quem manubias ego, ſeu prædam & luerum ex aliis facium.

MANUBIUS, a, um. *Machera manubia* apud *Plaut.* V. in *Manubia*.

MANUBRIATUS, a, um, adject. manubrium habens, ut Manubriatæ ferrulæ, *Pallad. l. 2. tit. ult.* Manubriati cultri, *Ammian. l. 25. c. 1.* (*al. c. 4.*)

MANUBRIOLUM, li, n. *manichetto*, parvum manubrium. *Colſ. l. 7. c. 6. ad fin.* Manubriolo ſcalpelli diducere.

MANUBRIUM, ii, n. *manico*, λαβὴ, gladii, vaſis, ſecuria, aut alterius cujuſque rei pars ea, quæ manu tenetur. *Cic. 6. Verr. c. 27. a med.* Vas vinarium ex una gemma pragrandi, trulla excavata, manubrio aureo. *Juvenal. ſat. 11. v. 133.* quin ipſa manubria cultellorum Oſſea. *Colum. l. 12. c. 2. ad fin.* Per ſuculentionem ferramenta acuere, & ad ea facere, vel facta manubria aptare: quorum optima ſunt ilignea, deinde corpinea, poſt hæc fraxinea. *Id. l. 5. c. 10.* Manubrium bidentis. *Vitruv. l. 10. c. 13.* Manubria epiſtomiorum. ¶ Eximere alicui e manu maubrium, *apud Plaut. Aulul. 3. 4. 12.* eſt alicui occaſionem quippiam agendi præripere: *Iovor di mano l' occaſione*, *a 'l comando*.

MANUCIOLUM, *vel* Manicíolum, li, n. *faſcetto*, manipulus, faſciculus. *Petron. in fragm. Teagur. c. 63. Burm.* Manuciolum de ſtramentis factum.

MANOCLA, &

MANUCULA. V. *Manuleo*.

MANUCULATUS. V. *Manulcatus*.

MANUFACTUS, *& veſtus diverſum* Manufactus, a, um, *artifiziale*, arte & manu factus, χειροποίητος. *Cic. 3. de Fin. c. ult.* Quid enim aut in ſtatura, aut in operibus manu factis tam compoſitum iovenire poteſt? *Id. 2. Offic. c. 4* Portus manu facti. *Vitruv. l. 9. c. 3.* In, ad tempus, opus manufactum ſubtiliter, regi approbavit. *Geſſ. l. 3. cap. ult.* Naturales, vel etiam manufactæ natationes. *Ovid. in Ibin, v. 147.* Sive ego, quod nolim, longis conſumptus ab annis, Sive manu facta morte ſolutus ero. *b. e.* ſeterna vi illata. *Quintil. l. 5. c. 14. ad fin.* Ut ea naſci, & ipſa provenire natura, non manu facta, & arte ſuſcepta magiſtrum fateri ubique videantur. V. *manufacta* in *Manus*.

MANULEA, *vel* Manucula, æ, manubrium alicujus rei. *Vitruv. l. 10. c. 15.* hoc nomine vocat partem in Catapulta, quæ nervum attractum continet.

MANULEARIUS, ii, m. qui veſtimenta manicata conficiebat. *Plaut. Amul. 3. 5. 37.* Aut manulearii, aut murrobathiarii. Al. leg. *manicarii*. h. e. qui mantilia afficiunt. Adde *veterem Inſcriptionem* apud *Reinef. claſſ. 12. n. 83.* & *Dominum, claſſ. 8. n. 78.*

MANULEATUS, a, um, manicatus. *Plaut. Pſeud. 2. 4. 48.* Manuleatam tunicam hominem habere decet. V. *Chirodota*. ¶ Manuleatum hominem dicimus, indutum tunicis manicatis. *Suetan. in Calig. c. 52.* Manuleatus, & armillatus in publicum proceſſit. *Senec. ep. 33.* Apud *nos* Epicurus eſt & fortis, ſicat manuleatus ſit. V. *Manicatus*. ¶ Quidam in allato *Plauti* loco legunt *manuclatus*, *manicinlocus*, & *manuclatus*.

MANULEUS, i, m. *manichino*, parva manica, manus ornamentum, ut videtur. *Accius* apud *Non. c. 3. n. 25.* Actoribus manuleos, baltea, machæras. *Plaut. in fragm.* apud *Fulgent. in contin. Virgil.* Quid tu amicam times, ne te manuleo caiet?

MANUMISSIO, onis, f. *il mettere in libertà*, ἀπελευθέρωσις, datio libertatis, a *manus*, & *mitto*, quia ſervi, cum liberarentur poteſtate, e manu ſolemni ritu emittebantur, quemadmodum cum ſervi facti fuer, manu capti fuere. *Feſtus. Cic. pro Cnl. c. 29.* Quid habeat argumenti iſta manumiſſio. ¶ In manumiſſione mos erat, ut dominus manum, aut caput, aut aliud membrum ſervi tenens ter diceret, *Hunc hominem liberum eſſe volo.* Ex mittebat e manu. *Feſtus.* ¶ Manumiſſio tribus modis celebrata fuit, cenſu, vindicta, teſtamento: de quibus V. in *Vindicta*. *Cic. in Top. c. 2. ſub fin.* Si neque cenſu, neque teſtamento, neque vindicta liber factus aſt. ¶ Fuit & quartum manumiſſionis genus, non tamen juſtum ut illa, & legitimum, adeoque non plenam libertatem conferens, cum vel inter amicos, vel in convivio, vel per literas quis manumittebatur. Hoc modo data libertas facilius amitti poterat, quam quæ tribus modo dictis modis dam eſſet. *Senec. de vita beata c. 24.* Servi, liberine ſint; ingenui, an libertini; juſtæ libertatis, an inter amicos datæ, quid refert? Adde *Ulpian. regular. tit. 2. a med.* & V. ſi lubet *Lipſ. ad Tacit. Ann. 13. c. 27.* & *Briſſon. de V. S. lib. 9.* Juſta libertas. *& Plin. l. 7. ep. 16.*

MANUMISSOR, oris, m. qui manumittit, ἀπελευθερωτής. *Marcell. Dig. lib. 37. tit. 15. leg. 3.* & *Tertull. l. 5. adverſ. Marcion. c. 4. circa med.*

MANUMISSUS, a, um, *poſto in libertà*, ἀπελευθερωθείς, liberatus a poteſtate domini. Nam quemdu quis in ſervitute aſt, manui, hoc aſt poteſtati ſubditus eſt. *Cic. pro Cnl. c. 29.* At ſunt ſervi de cognatorum ſententia manumiſſi. *Tacit. Ann. 13. c. 32.* Qui teſtamento manumiſſi ſub eodem tecto manſiſcat.

MANU-

MANUMITTO, is, isi, issum, a. 3. *mettere in libertà, ἀπολύω*, de ſervo liberum facio. V. dicta in *Mancupio*. *Cic. pro Mil. c.* 22. Niſi ſervos manumiſſiſſet. *Plaut. Curcul.* 4. c. 11. Alienor mancupatie, alienor manumittitis. ¶ Aliquando dividitur. *Cic. ibid.* Manu vero cui miſerit, &c. *Plaut. Aulul. a.* 5. *v.* p. Orabo, ut manu me mittat.

MANUPRETIUM, ii, n. *prezzo della ſervitù, ἐυίχιον*, pretium, ſeu merces, qua datur pro eo, quod ab artifice manu factum eſt. *Plaut. Men.* 3. 3. 19. Amabo, mi Menæchme, inaures da mihi faciundas. *Me.* fiat: cedo aurum, ego manupretium dabo. ¶ Dicitur & *manus pretium*, & *manipretium*. *Liv. l.* 34. *c.* 7. In auro, præter manus pretium, nihil intertrimenti fit. *Plin. l.* 34. *rep.* 7. Lyſippum ſolitam ex manipretio cujuſque ſigni denarios ſeponere aureos ſingulos. ¶ Translate *Cic. in Piſon. c.* 24. Cum proeiacta tibi iſta manupretium fuerit non everſæ per te, ſed perditæ civitatis. *b. c.* tanquam merces hominis mercenarii, & præmium male adminiſtratæ reipublicæ. *Senec. ep.* 101. Caſtrenſium laborum tarda manupretia. ¶ Eſt etiam ipſa res manu facta, ſeu artificium in re facienda adhibitum, *manifattura, fattura*. *Aſcon. in Verr.* 3. *c.* 56. Maonpretium dicitur, ubi non tam materia ratio, quam manus atque artis ducitur. *Cajus Dig. lib. ult. tit.* 26. *leg.* 13. Res abeſſe videntur, quarum corpus manet, & forma mutata eſt: qua plerumque plus eſt in manus pretio, quam in re. *b. c.* materiam ſuperat opus; ut *Ovid. e. Metam. v.* 5. loquitur: & *Teſſus: vinces la materia è del lavoro*.

MANUS, us; *f. mano*, χεὶρ, extrema brachii pars in volam, & digitos deſinens. Volunt eſſe a *μανὸς*, laxus, quia proprie ſic dicitur, cum aperta eſt, ſicut *pugnus*, cum clauſa. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 60. Quam vero aptas, quamque multarum artium miniſtras manus natura homini dedit! *Id. Verr.* 6. *c.* 27. *ad fin.* Vas in manus ſumere. *Id. pro Cal. c.* 26. *ad fin.* Pyxidem in manu tenere. *& ibid.* Manum porrigere ad tradendum aliquid. *Id. de Haruſp. reſp. c.* 11. Manibus aliquid accipere. *Juſtin. l.* 1. *c.* 4. In manum. *Cic.* 1. *Acad. c.* 1. *a med.* De manibus deponere. *& l.* 1. *ad Q. Fr. ep.* 1. *c.* 8. ponere. *Id. Catil.* 1. *c.* 6. *ſub fin.* extorquam. *Id. in Orat. c.* 30. E manibus dimittere. *Id. pro Cal. c.* 27. *extr.* fugere. *Id. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 15. *a med.* Quicamque calamus in manus meas venerit, eo ſic utor, tanquam bono. *Petron. in Satyr. rep.* 27. Aquam poſcere ad manus. *Cal. ad Cicer. ep.* 1. *l.* 8. *Fam. ad fin.* Manum ad os apponere. *quod eſt ſilentium indicentis, & ſilentium indicentes*. Rurſus *Cic. ad Brut. ep.* 12. Excidere e manibus. *uſcir di mano. Id. Catil.* 2. 1. *ſub fin.* Continere alicujus manus ab aliquo. *trattenere che non l'offenda. Terent. Adelph.* 5. 2. 6. Non manum abſtines, maſtigia? *non tieni le mani a te?* Cic. *pro Mil. cap.* 3. Cum ſua manu ſororem interfectam eſſe fateretur. *di ſua mano*. ¶ Saltantis ſunt illa *Propert. l.* 4. *el.* 8. *v.* 42. Jactabat truncae ad cava buxa manus. *& Ovid.* 3. *Faſt. verſ.* 535. Et jactant facies ad ſua verba manus. Sic Græci *χειροκρότειν*, & *βάλλειν χεῖρα*. V. *Salm.* ¶ *Manu* eſt vi, & armis. *Flor. lib.* 1. *c.* 20. Porſena Tarquinios manu reducrbat. *armata mano. & lib.* 1. *c.* 1. *a med.* Matrimonia quia non impetrabantur, manu capta ſunt. *& lib.* 4. *cap.* 2. Conjurationem manu opprimere. *colla forza dell' armi. & Salluſt. in Jug. cap.* 35. Vindicandam in eos, qui, &c. non manu, neque ei, ſed quæſtionibus, &c. *Tacit. in Agric. c.* 9. Caſtrenſis juriſdictio ſecare, & obtuſior, ac plure manu ageus, calliditatem fori non exercet. Adde *Virg.* 12. *Æn. v.* 317. *& 627.* ¶ *Utroque manu*, libeoter, ſtudioſe, cupide, prompte. *Martial. l.* 1. *epigr.* 16. Hæc utreque manu, complexoque affere toto. ¶ *Manu tenere*, compertum habere. *Cic. in Bruto, c.* 80. Cum indicia mortis ſe comperiſſe manifeſto, & manu tenere diceret. *aver in mano, toccar con mano*. ¶ *Manu occidere* eſt gladio in illo *Virg.* 9. *Æn. v.* 701. Tum Meropem, atque Erymantha manu, tum ſternit Aphidnum. Ubi *Servius*, ideſt gladio cominus. nam illi, de quibus ſuperius dixit, non manu occiſi ſunt, ſed miſſo jaculo. ¶ *In manu*, & in *membris* eſſe dicuntur, quæ in noſtra ſunt poteſtate. *Liv. l.* 39. *c.* 18. *a med.* Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu eſſent, tradebant. *Cal. ad Cicer. Fam.* 8. *ep.* 6. Quam velis eum obligare, in manu tua eſt. *ſia in tuo mano. Cic.* 14. *Fam. ep.* 2. Hæc non ſunt in noſtra manu. *Tacit. Hiſt. l.* 2. *c.* 76. Juxta deos, in tua manu poſitum eſt. *Terent. Heaut.* 4. 4. 44. Unor quid faciet, in manu non eſt mea. *Salluſt. in Catil.* 1. en. Victoria in manu nobis eſt. *Id. in Jug. c.* 33. *extr.* In veſtra manu ſitum eſt, &c. *Liv. l.* 34. *r.* 7. *ſub fin.* Vos in manu & tutela mulieres, non io ſervitio debetis habere. *Rrut. ad Cicer.* 11. *Fam. ep.* 13. Attendere te volo, quæ in monibus ſunt. *quel che abbiam per le mani: quel che ora corre. & Virg.* 2. *Georg. v.* 44. primi lege litoris oram: In manibus terræ. *b. c.* in promptu. *Cæſ. l.* 2. *B. Gall. c.* 19. *ſub fin.* Hoſtes ſunt in manibus. *ci ſono addoſſo. Salluſt. in Jug. c.* 94. Venire in manus. *venire, ſcorrere*. ¶ *In membris eſſe* dicuntur etiam, quæ edita ſunt, & paſſim vulgata. *Cic. de Amic. c.* 25. *ad fin.* Sed aſſuſſit: & aſt in manibus oretio. *va per le mani. & de Senect. c.* 4. Eſt in manibus laudatio, quam eum legimus, &c. ¶ Item ea, circa quæ in præſentia laboramus. *Cic. ibid. c.* 21. Septimus mihi Originum liber eſt in manibus. *ho per le mani: vado lavorando. &* 13. *Attic. ep.* 47. Omnia, quæ in manibus habebam, abjeci: quod jufferas, edolevi. ¶ *Habere in manibus* eſt etiam fovere, earum habere. *Id. ep.* 9. *l.* 1. Fam. *ante med.* Inimicum meum ſic amplexabantur, ſic in manibus habebant, ſic fovebant; ſic me præſente ofculabantur, ut, &c. *portavano in palmo di mano*. ¶ *Ad manum habere*, in manu, in promptu, *in pronto. Liv. l.* 9. *cap.* 19. Adde, quod Romanie ad manum domi ſupplementum eſſet. *Quinctil. l.* 12. *c.* 5. Hæc ſunt inſtrumenta oratoris: hæc arma habere ad manum, horum ſcientia debet eſſe ſuccinctus. *Ad manum venire*, occurrere, venire ſub manum, *Quinctil. l.* 2. *c.* 11. *ſub fin.* Sed abrupta quædam, ut forte ad manum venere, jeculantur. *capitano loro in mano: ſi preſentano. & Liv. l.* 38. *c.* 21. Quod cuique trepidanti ad manum ceniſſet. *Id. l. c. c.* 46. Pugna *ad* manum venerat. *alle ſtrette*. ¶ De ferie, quæ manſuefiunt, *Varr. l. c. R. R. rep.* 7. Cum equuli ad manum accedere conſuerint. *Quinctil.* (ſeu quicumque aliue auctur eſt) *declam. 260. ante med.* Animalia, quæ venire ad manum, & manſuefcem queunt, *olem*. ¶ De pugnantibus, *Nep. in Eum. c.* 5. Sæpe in itineribus vexabatur, neque unquam ad manum accedere licebat. *venir alle mani, alle ſtrette*. Sic *Cic. Verr.* 7. *c.* 11. *ad fin.* Nonnunquem etiam res ad manus, atque ad pugnam veniebat. ¶ Hoc ſenſu dicitur etiam *venire in manus. Plin. in Panog. c.* 17. Nec tibi opima defuerint, ſi quis regum venire in manus audeet. ¶ *Ad manum cantare baſtricnibus*, V. *Canto*. ¶ *Ad manum innare aliquid*, cominus, & queſi ſumundo in manus id, quod inſpicitur. *Plin. l.* 35. *cap.* 10. Apelles abſoluta opera atramento illinibat ita tenui, ut, &c. ad manum intuenti demum appareret. *da vicino*. Sic *Vitruv. l.* 6. rep. *c.* Alia ad manum ſpecira eſſe videtur, alia in excelſo. ¶ *Servus ad manum*, amanuenſis. *Cic.* 3. *de Orat. r. penult.* Quem ferecum ille habuit ad manum. Dicitur hic etiam *ſervus a mano*, ut eſt apud *Suet. in Cæſ. c.* 74. *& in Veſpaſ. c.* 3. & in multis antiquis Inſcriptionib. ¶ *De manu dare*, manu ipſa prabem. *Suet. in Tibor. c.* 34. Conſueverat & quadruplam ſtrenam, & de manu reddere. *di ſua mano. & Lamprid. in Alex. Sev. c.* 37. Nam ſimper de manu ſue miniſtris conavivit & panem, & partes olerum, aut carnie dabat. Sic *Cic. Verr.* 6. *c.* 10. *ſub fin.* In quam ſcyphum de manu jacere conatus eſt. *b. r.* quam habebat in manu. ¶ Refeetur atiam ad ſumptum, & impenſas. *Colum. l.* 7. *c.* 9. *circa med.* Suibus ſæpe de manu dandum eſt, cum forte deficit pabulum. quod *ſcil.* ipſi per ſe inveniant. Sic *Id. l.* 9. *c.* 1. Qui cenationem voluptati ſuæ claudunt, contenti ſunt munire vivarium, ſamperque de manu cibos, & aquam præbere. ¶ *De manu in manum quapprum eradere*, quaſi de noſtra in alterius manum: quod in iis fit, quæ care ſunt, & ſtudioſe ſervamus. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 5. *ſub fin.* Totum deniqua hominum tibi ita trado de manu, ut ajunt, in manum tuam iſtam & victoria & fide præſtantem. *Plaut. Trin.* 4. *c.* 2. 57. Ab ipſon' iſtas accepiſti? *Sy.* a manibus dedit mihi ipſi in manus. ¶ *E mano* eſt emiaue in illo *Ena. apud Feſt.* in *Redhoſtire*. Quem mea cominus machæm, atque haſta beſtivit a manu. Ita enim *Scalig.* legit. ¶ *Plena mano*, copiuſe, large, ample, *a mani piene*. *Cic. Attic. l.* 2. *ep.* 20. Quam plena manu, quam ingenue, quam ornate noſtras laudes in eſtra ſubulit! *Tibull. l.* 1. *el.* 6. *verſ.* 32. Jonus ſed plene eſt percutiendo mano. *b. c.* ſumma vi pulſanda, & validie ictibue. ¶ *Manibus pedibuſque*, omni conata, omnibus viribus, *con ogni ſforzo, con le mani, e co' piedi*, velis, remiſque. *Terent. Andr.* 1. 1. 134. Quem ego credo manibus pedibuſque obniee omnia factuum, ut, &c. ¶ *Per manus*, opem manuum. *Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 12. *ad fin.* P. Clodium per manus ſervula ſervatum & eductum. *Cæſ. l.* 6. *B. Gall. c.* 37. Ægre per manus tractue ſirvatur. *Hort. de R. Gall. l.* 8. *c.* 15. Faſces ſtramentorum, per manue inter ſa tranſditos, ante aciem collocaverunt. *facendoli paſſare di mano in mano*. Hinc translate *per manus* aliquid tradtum eſſe dicitur, quod non monumentis litterarum, ſed verbo tantum a majoribus ad poſteros tranſmittitur: qua ratione ſacrorum myſteria olim tradi ſolebant, *per tradizione. Liv. l.* 5. *c.* 51. Si nobis cum urbe ſimul poſitæ, traditæque per manus religiones nullæ eſſent. ¶ *Per manus* interdum eſt per vim, *per forza, a viva forza. Salluſt. in Jug. c.* 36. Cum intelligetis, aut ſerviendum eſſe, aut per manus libertetem eetinendam. ¶ *Pra manu*, aut *manibus*. V. *Pro*. ¶ *Inter manas*, in manibus. *Virg. Æn.* 11. *verſ.* 311. Ante oculos, interque manue ſunt omnia viſtras. *τοίχωσι ἐσιν*. *Cic. Fam.* 8. *ep.* 3. *extr.* Et *libruncules* quandam, ut verſetur inter manus, habeat. *Vol. Max. l.* 5. *c.* 1. *n. ult.* Locum, qui inter manue eſt, finiam. *lo metterò, ihe he per le mani*. Alio ſenſu *Cic.* 7. *Verr. c.* 11. *ad fin.* Ut alius inter manue e convivio auferretur. *ſalle braccia*. Sic *Phædr. l.* 5. *fab.* 7. *v.* 10. Inter manus ſubiatur, & multum gement, domum refertur. *Plaut. Moſtell.* 2. 1. 38. Abripite hunc intro actutum inter manus. *Cæſ. l.* 1. *c. e. B. Civ.* Pedalibus lignis porticus intexebatur: atque hac agger intar manus proferebatur. *b. c.* per manus militum comportantium. ¶ *Sub manu, & ſub manum eſſe*, prope eſſe, & *ad* manum, *ουὲ χεῖρα. Plaut. ad Cicer. Fam.* 10. *ep.* 13. Adjunxi hæc in loco eligendo, flumen oppoſitum ut haberem, Vuconii ſub manu ut eſſint. *a tiro, in vicinanza. & Sueton. in Aug. c.* 49. Et qui celeriue, ac ſub manum nnnuntiari cognoſcique poſſet, quid in provincia quaque geueretur. juvenes modicis intervallis, dehinc vehiculo diſpoſuit. *Senec. ep.* 71. Conſilium ſub dia naſci debet: & hoc quoque tardum eſt nimis: ſub manu, quod ajunt, ſub manu naſcatur. *toſto, e ſul fenzo*. ¶ *Sub manus ſuccedere*, feliciter evenire, ex ſententia contingere. *Plaut. Mil.* 3. *c. in fin.* Lepidi hoc ſuccedit ſub manue negotium. *Id. Perſ.* 4. 1. 1. Si quem rem accures ſobrie ac frugalitar, ſolet illa recte ſub manus ſuccedere. ¶ *Hoc commodos manus poſcet*, h. e. multorum operam. *Plin. l.* 9. *ep.* 37. ¶ *Manu facere aliquid* refecrur ad ea, quæ artis ſunt, induſtrie, & cirium, *fare a mano*: & opponitur *ira*, quæ nature & ſponte ſua eveniunt. *Cæſ. l.* 3. *B. Civ.* 1. 44. Multa erant intir eum locum manu fata. *b. c.* frumenta, ut conſtat en *cap.* 58. & opponuntur herbis ſponte naſcentibus. *Senec. ep.* 89. *ad fin.* Nec contenti ſolo, niſi quod manu feceritie, maria agetis introrſus. *Plin. l.* 18. *c.* 1. Ne iis quidem venenis, quæ naſcuntur, contenti, quando plura eorum genera humana

manu fiunt. Sic *Cic. 4. Verr. c.* e. Urbs cum manu munitiſſima, tum loci natura. *a per natura, a per arte.* & *Senec. ep.* 5e. *ante med.* Quædam ingenia facilia & expedita: quædam menu, quod ajunt, facienda ſunt. *biſogna lavorarli a forza d'induſtria.* & *de conſol. ad Marc.* c. 19. Quidam liberne ejumnt, & orbitatem manu faciunt. *b.* 2. ipſi ſibi parant. *Virg. 6. Æn. v.* 434. qui ſibi letum Inſontes peperere manu. *Sil. l.* 2. *v.* 705. optabia cecidiſſe manu. *b. c.* morte ab alio illata. *Senec. de brevit. vitæ, c.* 3. Morbi, quos manu fecimus. *b. c.* ipſi intemperanter vivendo arceſſivimus. Sic *peſtilentia manu facta*, h. e. venenie, & ſmude illata, *Id. l.* 2. *de Ira, c.* 8. *ad fin.* Hujue generis ſunt & illa *Statii* 2. *Theb. v.* 176. Partiri verſant populicum fata, manuque Fortunam fecere levem. *b. c.* ultro ipſi reddidere ſibi levem fortunam. *Seneca l.* 3. *de Ira, c.* 12. *extr.* Magna pars querelas manu fecit, aut falſa ſuſpicando, aut levia aggravando. *b.* 2. cauſae quereudi, & iuaſcendi. *& de benef. l.* 6. *c.* 42. Occaſiones reddendorum obſervam, non manu facere. V. alia in *Manufactus*. ¶ Refertus & ad orationem. *Quinctil. l.* 5. *c.* 14. Ut ea naſci, & ipſa provenire natura, non manu facta, & arte ſuſcepta magiſtrum fateri ubique videantur. *Senec. ep.* 115. Oratio vultus animi eſt: ſi circumtonſa eſt, & fucata, & manu facta, oſtendit, illum quoque non eſſe ſincerum. ¶ *Manu mederi* eſt Chirurgiæ. *Celſ. in præfat. l.* 1. In tres partes medicina diducta eſt: ut una eſſet, quæ victu; altera quæ medicamentis; tertia quæ manu mederetur: χειρουργία Græci nominaverunt. ¶ *Manu capere urbes*, h. e. bello & armis. *Salluſt. in Jug. c.* 5. Populus R. quaſcunque urbes & agros manu ceperat, regi dono dedit. *a forza d'armi, in guerra.* Sic *cap.* 61. Romani murum modo ſuffodere, modo ſcalis aggredi, cupere prælium manibus facere. *b. c.* comminus manus conſerere. ¶ *Manibus æquis*, æquali ſorte, æquo Marte. *Tacit. l. Ann. c.* 63. Cæſar productas legiones inſtruxit: manibus æquis abſceſſum eſt. *con eguale vantaggio, a perdita.* ¶ *Manus afferre*, & *inferre* eſt vim inferre, & ad necem vulnerare. V. *Affero*, & *Infero*. Teauslate *Senec. l.* 2. *de benef. c.* 5. *a med.* Qui aut diutius torqueri patitur, quem protinus poteſt libenire, aut gaudere tardius, beneficio ſuo manus affert. *b. c.* perdit, deſtruit. ¶ *Manus tenſerere*. V. *Confero*. ¶ *Admovere*. V. *Admoveo*. ¶ *Injicere*. V. *Injicio*, & *Injectus*. ¶ *Cauvenire in manum*. V. *Convenio*. ¶ *Manum dare*, præbere auxilii cauſa, *dar mano. Quinctil. l.* 2. *c.* 3. *a med.* Ut ſi velociſſimus quiſque, ſi forte iter cum parvulo faciat, det manum, & gradum ſuum minuat. *Ovid. 3. Triſt. el.* 12. *v.* 2. Da placidam ſeſſo, lector amice, manum. ¶ *Manus dare*, & *dedere* eſt concedentis, aut ſe victum fatentis, *cedere, darſi per vinto. Nep. in Amilc.* 2. 2. *a med.* Romanos armis perſequi, donicum aut certe viciſſent, aut victi manum dediſſent. *Plaut. Perſ.* 5. 2. 7e. Fateor, manus vobis do. *Ovid. 3. Faſt. v.* 688. Evictae pecibue via dedit illa manus. *Id. Heroid. ep.* 4. *v.* 24. dabit victus ferrous ille manus. *Virg.* 11. *Æn. v.* 568. neque ipſe manus feritate dediſſet. *Lucrat. l.* 2. *v.* 1041. & ſi tibi vera videtur, Dede manue: aut ſi falſa eſt, accingem contra. Adda *Cæſar. l.* 5. *B. Gall.* 2. 31. & *Cic. l.* 2. *ad Attic. epiſt.* ee. *ante med.* ¶ *Manum tollere* interdum idem valet. *Cic. in fragm.* apud *Lactant. l.* 3. *c.* e8. Cedo, & tollo manum. ¶ Interdum eſt admirantis, & in re, quæ opportune admodum acciderit, velutì gratias die agentis, *alzar le mano al cielo. Cic. Fam. 7. ep.* 5. Suſtulimus manue ego, & Balbus. *Id. Acad.* 4. *c.* 19. Hortenſius vehementer admirane, quod quidem perpetuo, Lucullo loquente, feverat, ut etiam manus ſæpe tolleret. *Catull. carm.* 53. *in quend. v.* 4. Admiranis ait hæc, manuſque tollene. ¶ *Manus tendere* eſt opem poſcentis, & ſuppliantis. *Cæſ. l. c. B. Gall. c.* 13. Manue ad Cæſarem tendere. *Virg.* 3. *Æn. v.* 177. tendoque ſupinas Ad cælum cum voce manus. *Cic. pro Fonc.* 2. 17. Tendit ad vos Veſtalis maous ſupplices, eaſdem, quae pro vobis die immortalibus tendere conſuevit. *Id.* 4. *Catil. cap.* 9. Vobis ſuppler manue tendit patria communis. *Quinctil. l.* 6. *cap.* 1. *poſt med.* Tendit ad genua veſtra ſupplices manus. ¶ Interdum *manus* refertur ad actem, & ad laborem artificie, *arte, lavoro. Quinctil. l.* 5. *c.* 11. Marmora defumata prima manu. *abbozzate. Cic. in Brut, cap.* 33. Manus autrema non acceſſit ejue operibus: præclare inchoata multa, perfecta non plane. *l'ultima mano. Ovid.* 3. *de ar. am. v.* 265. Tu quoque dum coleris, nos te dormire putemus. Aptive a ſumma conſpiciare manu. *b.* 2. poſſquam ornatui tuo extremam manum impoſuerie. *Petron. in Satyr. cap.* 118. *extr.* Carmen nondum recepit ultimam manum. *Senec. ep.* 12. Potatio extrema, quo ebeietati ſummam manum imponit. *Virg.* 7. *Æn. verſ.* 572. extremam Saturnia bellin Imponit regina manum. Ubi *Servius*: eſt tranſlatio a pictura, quam manus complet, atque ornat extrema. ¶ Et ad jactum talorum in ludo. *Auguſt. in ſpiſt.* apud *Sueton. in ejus vita, c.* 71. Nam ſi, quas manus remiſi cuique, exegiſſem, viciſſem vel quinquaginta millia. *b. c.* quos jactus colluſoribus condonavi. ¶ Et ad locum. *Terent. Adelph.* 4. 2. 31. Eſt ad hanc manum facellum. *da queſta parte.* Hac retiona dicimus *ad deſtram, ad ſiniſtram.* ¶ In re gladiatoria eſt ictus, petitio, *ſtoccata, colpo, tiro. Quinctil. l.* 9. *c.* 1. *ante med.* In armorum certamine adverſos ictne, & rectas ac ſimplices manus cum videre, tum etiam cavere ac propulſare facile eſt: averſæ tectæque minue ſunt obſervabiles: & aliud oſtendiſſe, quam petee, artis eſt. *Id. l.* 5. 2. 13. *ad fin.* Ut gladiatorum manus, quæ ſecundæ vocantur, fiunt & tertiæ, ſi prima ad evocandum adverſarii ictum profata erat: & quartæ, ſi geminata captatio eſt, ut hic cavem, bis repetere oportuerit. ¶ In illo *Virg. 6. Æn. verſ.* 683. recenſebat Fata, fortunaſque virum, moreſque, manuſque: *manus* ſunt res geſtæ, manu & virtute factæ, *empreſe.* ¶ Eſt etiam *manus* ſcribendi ratio, quæ cuique propria eſt, *carattere, mano. Cic. Attic. l.* 8. *ep.* 13. Lippitudinis meæ ſignum tibi ſit librarii manus. *& lib.* 16. *ep.* 15. Noli putare, pigritia facere me, quod non mea manu ſcribam. *di pugno. & lib.* 3. *ad Q. Fr. ep.* 1. 2. 66. Hæc inter cornam Tironi dictavi, ne mirem, alia manu eſſe. *Modeſtin. Dig. lib.* 28. *rit.* 3. *leg.* 15. Propter emiſſam ab eie manum. *per aver loro rilaſciata la ranzana ferita di propria pugno.* ¶ Item pingendi, & ſculpendi. *Petron. in Satyr. c.* 83. Zeuxidos manus vidi, nondum vetuſtatis injuria victae. *Martial. l.* 4. *epigr.* 39. Praxitelis manue, Scopæque. ¶ Et univerſim quodcumque opus artificis. *Stat. l.* 1. *ſilv.* 3. *v.* 47. Vidi artes, veterumque manus, variſque metalla Viva modie. *Id.* 8. *Theb. v.* 305. Prometheaſque manus. *Virg.* 1. *Æn. v.* 459. Artificumque manus miratur. ¶ Transfertur etiam ad ſignificandam multitudinem hominum, præſertim militum, *mano, moltitudine. Cic.* 16. *Attic. ep.* 12. *a med.* Romam venet cum magna manu. *Id. Fam.* 15. *ep.* 4. Evocatorum ſirmam manum companvi. *Id. l.* 2. *ad Q. Fr. ep.* 3. *a med.* Opeme ſuis Clodius confirmat: manus ad Quirinalia paratur. *Id. pro Cæcin. c.* 22. Manum facera, copias parare, multitudinem hominum cogere, armem, inſtruere. *Cæſ. lib.* 1. *B. Gall. c.* 37. Si nova manus cum veteribus copiis ſa conjunaſſet. *& lib.* 5. *c.* 27. Magnam manum conducere. *Liv. l.* 30. *c.* 7. *ad fin.* Aſdrubalem propeſſem aſſora cum manu haudquequam contemnenda. *Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep. c. ſub fin.* Noſtra antiqua manus honorum ardet ſtudio noſtri atque amore. *Stat. l.* 5. *ſilv.* 3. *v.* 162. Manue comitum. ¶ Item machinam ferream, barpagonem, quo uebantue præcipue in prœlira nevalibus ad capiendas, teneodeſque hoſtilee naves. Ejus inventionem *Plin. l.* 7. *c.* 56. *ſub fin.* tribuit Pericli Athenienſi: primum veen Romanorum uſum ſuiſſe C. Duilium prima bello Punico, *Aurel. Vict. de vir. illuſtr. c.* 38. tradit. *Cæſ. l.* 1. *B. Civ. c.* 57. Minue ferreae, atque harpagonee pamvemnt. *Lucan. l.* 3. *v.* 635. Ferrea dum pupi capidis manus inferit uncos. *Liv. l.* 36. *c.* 44. *ad fin* Ferreae manus in advenientea hoſtium naves iojicere. ¶ Transfertur ad bruta animalia. *Plin. l.* 8. *c.* 36. Invalidiſſimum urſo caput: ideo urgente vi, præcipitaturi ſe ax aliqua rupe, manibus eo opeito jacuntur. *b.* 2. pedibus anterioribue, quos habent inſtar manus. *Cic. c. de nat. Deor. cap.* 47. *extr.* Manus etiam data elephantie, quia propter magnitudinem corporie difficilee aditus habent ad paſtum. *Curt. l.* 8. *c. ult. de eſdem.* Cum manu arma vianſque corriperent, & ſuper ſe regentibue traderent. Adde *Sil. l.* 9. *v.* 628. *la proboſcide.* ¶ *Manus frondea* apud *Pallad. de inſit. v.* 60. ſunt ramì. Sic *Stat. l.* 2. *ſilv.* 3. *v.* 39. *platanus*, cui latas propago, Innumeræque manue, & iturus in æthera vertex. *Brabia* eadem metaphora arboribus tribuunt *Virgil. Calum. Plin.* V. *Brachium.* ¶ *Manus manum lavat* proverb. alter alteri opitulatur: *una mano lava l'altra, s le due si vejo. Senec. in Apocoloc. a med.* Si quid voluerie, invicem faciam: manus manum lavat. ¶ *Naturale eſt, manum ſepius ad ea referre, quod dolet*, libentet, & ſæpe de ita loquimur, quæ magoæ nobie curæ ſunt: *la lingua batte, o va, dove il dante duole. Senec. de conſol. ad Helv. ſub fin.* ¶ *Manum non verterem* proverbialie hyperbole, cum ſignificamus, ne minimum quidem laborem ſuſcepturos, ut quippiam, quod nihili facimus, acquiramus: *non moverei un dito: non leverei una paglia. Cic.* 5. *de Fin. c.* 31. Qui ſe fatentur virtutis cauſa ne manum quidem verſuros fuiſſe. *Apul. in Apolog.* Quid de me Mezentius ſentiat, manum non verterim. *circumi non incerdarmi* dicit *Plaut Rud.* 2. 7. 22. ¶ *Manum & meutum* proverb. ex Græco dictum, quod eſt *καὶ χεῖρα καὶ πόδας καὶ γλῶσσαν ἄμα.* h. e. inter os & uſtum multa cadunt (ut ajebat Cato apud *Gell. l.* 13. *c.* 17.) *Feſtus.* ¶ *Manum* de re turpi quidam accipiunt apud *Plaut. Pſeud.* 3. 2. 18. & apud *Claudian. l.* 1. *in Entrop. v.* 367. ¶ *Manu* pro *manus*, ut *victu, contubitu, portu*, &c. *Propert. l.* 2. *el.* 12. *v.* 12. Alterne facilia cedere lympha manu. *& lib. c. el.* 1. *v.* 63. Tantaleæ poterit tradere poma manu.

MANUS, adject. bonus. V. *in Cerus*, & *Mane*.

MANUTIGIUM, ii, n. mollie manuum contractatio, χειρόψιλον. *Cæl. Aurelian. Chronic. lib.* 1. *cap.* 4. *a med.* Manutigio oculos relevare vellu. ¶ Eſt ibi tamen incerta lectio: neque eſt vox inusuda.

MANZER, ĕrie, *ſpurii*, ſpurius, de ſcorta natue. Hebraica vox, qua uſi ſunt *Sedul. & Venant. Fortun. Sedul. Carm. lib.* 5. *verſ.* 256. Manzeribus populie in deteriora volutis. *Venant. Fortun. lib.* 5. *Carm.* 5. *verſ.* 75. Chriſticolæ ut cernunt tunc agmina manzera jungi.

MAPALIA, um, n. *caſoane, καλύβαι*, idem ac megalia, ideſt, caſæ agreſtium, Punica lingua. *Virg.* 3. *Georg. v.* 340. & earia habitata mapalia tectia. *Liv. l.* 29. 2. 31. Familiæ aliquot cum mapalibue pecoribuſque ſuis profecutæ ſunt regem. *Cato* apud *Feſt.* Mapalia vocantur, ubi habitant: ea quaſi cobortes rotundæ ſunt. *Salluſt. in Jug.* 2. er. Ædificia Numidarum agreſtium, quæ mapalia Hli vocant, oblonga, incurvis lateribue tecta, *quaſi* navium carinæ ſunt. *Hieronym. in prol. Amos.* Agreſtes quidem caſae, & ſarmorum ſimiles, quas Afri appellant mapalia. ¶ Addit *Feſtus*, mapalm dici de iis, qui inordinate vivunt. Mapalia, inquit, caſæ Punicæ appellantur; in quibus quia nihil eſt ſecreti, ſolet ſoluta vivestibus id vocabulum obtici. Hinc *Senec. in Apocolacynt. circa med.* Ego, Patres conſcripti, vobie interrogare permiſeram: vos mera mapalia feciſtis: volo ſervetis diſciplinam curiæ. *b.* 2. omuia inconſite agitis. ¶ In ſing. numero *Val. Flacc. l.* 2. *verſ.* 460. cout a ſparſo concita mapalr Agreſtum manue. ¶ Inter *mapalia*, & *magalia* volunt quidam aſſa diſcrimen, ut illa ſint caſæ mobiles, quæ a Numidie paſtoribus circumferebatotur prout paſcendi ratio poſtulabat: hæc vero ſtabiles, ex quibus atiam vici, atque oppida mo-

ria

ris cincta conſtitute fiat. ¶ Illud certius eſt *mapalia* primam corripere, *megalia* producere.

MAPPA, æ, ſ. *tovaglinola, ſalvietta, δθόνη*, linteum, quo manuum atque oris ſordes in menſa abſtergimus. *Horat. l.* 2. *ſat.* 8. v. 63. Varius mappa compeſcere riſum Vix poterat. *Petron. in Satyr.* c. 36. Circa omnatas vrſæ cervices laticlaviam immiſerat mappam. *Scilicet manſæ* accubitorus. *Mertial. l.* ee. *epigr.* 29. Attulerat mappam nemo, dum furta timentur. V. *Mantele*. ¶ Eſt vox Punica. *Quintil. l.* 1. c. 5. (*al.* 9.) a *med.* Mippim, uſitatum Circo nomen, Pœni ſibi vindicant. Quo loco reſpicit ad veterum morem, apud quos jam inde a Neronis tempore in Circenſibus editor mappæ projectionis ſignum dabat. *Sueton. in Ner.* c. 22. Aliquo liberto mittente meppam, unde Magiſtratus ſolent. *Juvenal. ſat.* 11. *verſ.* 191. Interea Megaleſiacæ ſpectacula mappæ. *Mertial. l.* 12. *epigr.* 29. Cretatam Prætor cum vellet mittere meppam. ¶ Mittendæ mappæ miſnem ſic tradit *Caſſiod. l.* 3. *variar. ep.* 51. Mappe, quæ ſignum dare videtur Circenſibus, tali ceſu fluxit in morem. Cum Nero prandium protenderet, & celeritatem, ut aſſolet, avidus ſpectandi populus flegitaret, ille mappam, qua tergendis manibus utebatur, juſſit abjici per feneſtram, ut libertatem daret certaminis poſtulati. Hinc tractum eſt, ut, offenſa mappa, certa videatur eſſe promiſſio Circenſium futurorum: Hæc *Caſſiod.* Ceterum mos fuit multo antiquior, ut Magiſtratus committendorum ludorum ſignum daret, ſive mappa, ſive alia re quappiam. *Enn.* apud *Cicer. l.* 1. *de Divin. cap.* 48. Exſpectant, veluti conſul cum mittere ſignum Vult, omnes avidi ſpectant ad carceris oras, Quam mox emittat pictis & fauciba' currus. V. & *Liv. l.* 8. *c. ult.* & *lib.* 45. *cap.* 1. ¶ Aliam meppæ notionem V. in *Lianum*.

MAPPULA, æ, f. parva mappa, linteolum. *Hieronym. epiſt.* 27. (quæ eſt Epiteph. Paulæ) n. 13.

MARATHENUS, a, um, ad Marathen pertinens, ut Menelaus Marathenus, apud *Cicer. in Brutt.* c. 26. Eſt autem Maſethe inſula prope Corcyram, teſte *Plin. l.* 4. *cap.* 12.

MARATHON, onis, f. *Μαραθών*, npp. Atticæ, nunc parvus vicus, & ager inter Athenas, & oram litoream ad Or. Celebre fuit morte ſceli regis interfecti, victoria Theſei tauro Marathonio ſuperato, & Miltiadis gloria, qui ibi centum millia ex Darii Perſarum regis exercitu proſtrauit, ut *Juſtin. l.* 2. n. r. 4. narrat. *Ovid. 7. Metam.* v. 433. te, maxime Theſeu, Mirate eſt Marathus Cretæi ſanguine tauri. Adde *Plin. l.* 35. *c.* 8. *ſub fin. Pompon. Mel. l.* 2. *c.* 3. & *Nep. in Milt. c.* 4. & 5. ¶ Maſculino, gen. *Mela, loc. cit.* Marathon Perſica clade pernotes.

MARATHONIS, idis, ſ. *Μαραθωνίς*, Marathonia. *Stat.* 12. *Theb.* v. 730. quarcum Mamthonida Theſeus Eutulit. *b.* e. haſtam, qua Marathonio in agro contra taurum pugnaverat: vel ſimpliciter e ſilva Marathonie. *Id. l.* 12. *verſ.* 644. qualis Marathonide ſilva Flebilis Erigone, &c. Adde *Sidon. carm.* 5. v. 193.

MATERFAMILIAS, & Mater familias, *item* Materfamiliæ, & Mater familiæ, ſ. *madre de famiglia, padrona de caſa, donna*. Et ſeparatim, & conjunctim ſcripte legitur: vox autem *familias* antiquus genitivus eſt Græca poſitionis, ut *Monetas* pro *Monetæ* ad normam ſecundæ ſimplicium declinationis. *Gell. l.* 18. *c.* 6. ee idoneis vocum antiquarum enartatoribus docet, matremfamilias appellatam eſſe eam ſolam, quæ in mariti mana mancipioque, aut in ejus, in cujus matitus manu mancipioque eſſet: quoniam non in matrimonium tantum (at *matronam*) ſed in familiam quoque mariti, & in fai heredis locum veniſſet. *Cic. in Top.* 1. 3. Uxoris duæ formæ: une metrumfamilias, ex ſunt, quæ in manum convenerunt: altera eerum, quæ tantummodo uxores habeatur. V. *Coempta*. ¶ *Materfamilias* intelligitur non teatum nupta, ſed etiam vidua, ut diſerte docet *Papinian. Digeſt. lib.* 48. *tit.* 5. *leg.* 10. quamvis *Feſtus* id neget, cujus hæc ſunt verba: Materfamiliæ non ante dicebantur, quam vir ejus paterfamiliæ dictus eſſet: nec poſſunt hoc nomine plures in una familia, præter unam appellari: ſed nec vidua hoc nomine, nec quæ ſine filiis eſt, appellari poteſt. Hæc *Feſtus*, qui intelligendus eſt ad antiquorum loquendi morem *ceſpeciſe*, ut dicamos etiam a *Papiniano* vere ſcribi, quod poſtatim etiam viduæ *materfamilias* appelleri cœperint. Sane *Cic. pro Cal. c.* 13. Clodiem, quæ vidua erat, *materfamilias* vocet. Idem dicendum eſt de ea, quæ ſine liberis ſit. Nam JCti alitat ſentiant. *Ulpian. lib.* 1. *tit.* 6. *leg.* 4. Patres familiarum ſunt, qui ſuæ poteſtatis ſant, ſive puberes, ſive impuberes: ſimili modo & matres familiarum. *Id. lib. ult. tit. penult. leg.* 46. Matremfamilias accipere debemus eam, quæ non inhoneſte vixit. Matrem enim familias a ceteris feminis mores dikaturat. proinde nihil intererit, nupta ſit, an vidua; ingenua ſit, an libertina: nam nequa nuptiæ, nequa natales faciunt matres familiarum, ſed boni mores. Hæc *Ulpian.* Sic *Tertullian. de virgin. veland. c.* 11. Materfamiliæ vocatur, licet virgo; & paterfamiliæ, licet inveſtie. ¶ De quacumque uxore, *donna maritata, moglie*, etiam optimi ſcriptores, ante JCtos, uſurparunt. *Cic.* 3. *Verr. c.* 24. Quam multis maritibus familias vim attuliſſe exiſtimatis? *Liv. l.* 34. *c.* 7. Cum tibi viro liceat purpure in vede ſingula uti, matremfamilies tuem purpureum amiculum habere non ſines? *Al. leg.* matrem familiæ. *Id. l.* 39. *c.* 53. Hunc juſta matrefamiliæ, illum pellica ortum eſſe. *Al. leg.* uxore familiæ. *Arnob.* tranſpoſuit *lib.* 4. *pag.* 155. & *familias matrum* dicit. ¶ Tota hæc de re accurate *Manut. in commentar. ad l.* 3. *Fam. ep.* 10.

MATERIA, æ, & Materies, ei, ſ. *materia*, ὕλη, id, ex quo fit aliud, ut metereia libri charta eſt, & atramentum: domus lapides, ligna, cale, &c. Volunt eſſe a *mater*, at a *luxu* luxuria, luxuries. *Ovid. Metam.* 2. *v.* 4 Argenti bitores radiabant lumine valvæ: Materiam ſuperabat opus. *Virtuv. l.* 2. *c. fi. extr.* De parietibus, & apparatione generatim materiæ eorum expoſui. *Lucret. l.* 1. *v.* 191. Quæque ſua de materia grandeſcere, aliqua. *& verſ.* 249. Haud igitur redit ad nihilum res olle, ſed omnes Diſcidio redeunt in corpore materiai. ἀγνωσία pro *materia*: & apud *Lucret.* frequens eſt. *Lucan. l.* 2. *v.* 8. Materia rudis. *h. e.* rheos & meſſa prime, ut *Val. Flacc. l.* 1. *v.* 830. loquitur. *Cic.* 3. *de natur. Deor. c. penult.* Materia rerum, ee qua, & in qua ſunt omnia. Adde *lib.* 1. *Acad. c.* 6. & 7. ubi de Peripatetieiorum materia agit. ¶ Ut Græcis ὕλη, ſilvem, ſic materias Latinis lignum ſignificat, *legno. Colum. l.* 5. *c.* 11. Refecta arbor inter librum & materiam femine admittit. *& mox*. Cuneum inter corticem & materiem demittito. *Plin. l.* 16. *c.* 28. Tarde ſeneſcunt, quarum criſpa materies, ut ecer, palma, populus. *Colum. de arborib. c.* 1. Duo ſunt genere furculorum: quorum alterum ſua ſponte gignitur, alterum cura mortalium procedit. illud materiæ eſt magis aptum: hoc idoneum fructibus. *h. e. da legne*, vel ad comburendom, vel ad ædificandum. loquitur enim de arboribus univerſim. ¶ Speciatim lignea rami, qui ex arboribus enaſcuntur. *Colum. l.* 4. *c.* 24. *a med.* Ipſius autem materiæ, quam ſubmittemus, longitudini modum difficile eſt imponere. *& ibid. poſt init.* Modus materiarum is erit, quam diſtobit humi atque ipſius ſtirpis lætitia. *Id. l.* 3. *c. ult. a med.* Multum intereſt, plures ne, an pauciores materias,

pro

pro natura cujuſque ſtirpis vinitor ſubmittat. *Id. l. 4. c. 21.* Vitit in matariam, frondemque affunditur. ¶ Speciatim iterum genus palmitis, quod de novello naſcitur, & in tenero alligatum dependet, matariam vocamus, inquit *Id. l. 5. r. 6. ad fin.* ¶ Item ipſe truncus, unde farmenta prodeunt. *Cic. 2. de Orm. c. 22.* Fuſilius, ſicut in virtibus, revocantius ea, quæ ſe nimium profuderunt, quam, ſi nihil valet materies, nova farmenta cultura excitantur. ¶ Præcipue vero ligna, quæ ad fabricandum utilia ſunt, hoc nomine ſignificantur, ut tigna, aſſeres, tabulæ, &c. *legname. Cic. Verr. 7. r. 18. corrom.* Dixit Hegius navem tibi operis publicis Mamertinorum eſſe ædificatam. Reliqua eſt materies. hanc Rhegnis publice, quod Mamertini materiem non habent, imperaviſti. (Adde *Virg. 11. Æn. v. 318.*) *Id. pro Mil. r. 17.* Reprente limbibus in uam inſulam materiam, calcem, cæmenta, atque arma conveait. *Cato R. R. c. 17.* Materies pro radica, ubi ſolſtitium fuerit ad brumam, ſemper tempeſtive eſt. *Colum. l. 12. c. 1.* Omnis materia ſic cæſa judicatur rarie non infeſtari. Adde *Cef. l. 4. B. Gall. c. 17. & 18.* ubi de pontis: *& cap. 31.* ubi de navium: *& lib. 5. r. 39.* ubi de munitionum & valli conſtructione agit, & alibi ſæpe. Hinc illud diſcrimen inter *lignum*, & *materiam* apud *Ulpian. Dig. lib. 32. leg. 53.* ubi docet, *materiam* aſſe, quæ ad ædificandum, ſulcisndumque neceſſaria eſt: *lignum* quidquid combursndo reuſa paratum ſit. *Plin. l. 16. c. 40. anis med.* Corpus non poteſt videri materies propter axilitatem, ſed lignum. ¶ Acciſpitur etiam pro genere, ſeu ſtirpe, *vazeo. Colum. l. 6. c. 27.* Summam ſedulitatem deſiderat aquinum genus. aſt enim generoſa materies, quæ circo facriſque certaminibus æquas præbet: ſit melaris, quæ pretio ſetus ſui comparatur generoſo: eſt vulgaris, quæ mediocres feminas mareſquas progenerat. *Id. l. 7. r. 3. a med. de ovib.* Quod ss vrtere materia naſcitur, plerumque congeneratum perentis ſenium refert. ¶ Tranſlata ſit argumentum ſermonis, orationis, libri, ſeu res, de qua agitur, *ſuggetta, matteria. Cic. 2. de Orat. c. 59.* Eſt etiam deformitatis, & corporis vitiorum ſatis bella materies ed jocandum. *Id. Q. Fr. l. 1. ep. 2. c. 1. extr.* Sic habeto, materiam omnem ſermonum ſorum, qui de te detrahere velint, Statium dediſſe. *Id. 2. ad Attic. ep. 12.* Quod me, ut ſcribam aliquid, hortaris, crebſcit mihi quidem materies, ut dicis, ſed, &c. *Id. 2. Q. Fr. ep. 1.* Lupus egit cauſam agri Campani: materiam rei non ignoras. *Hseat. de ar. Port. v. 38.* Sumite materiam veſtrit, qui ſcribitis, æquam Viribus. *Ovid. l. 1. Amor. el. 3. v. 19.* Ts mihi matreism ſalicem in carmina præbe. *Phædr. 10 prol. l. 1.* Æſopus auctor quam materiam repperit. Hanc ago polivi verſibus ſanarius. *Gell. l. 17. r. 21.* Infames materiæ, ſive quis mavult direre inopinabiles, quas Græci ἀπίζους ὑποθέσεις appellant. ¶ Item occaſio, cauſa, facultas. *Ovid. 2. Triſt. v. 31.* Materiam veniæ fore tibi noſtra dedit. *Salluſt. in Catil. c. 10.* Primo peruniæ, dein imperii rupido crevit: ea quaſi materies omnium malorum fuere. *Cic. pro Dom. c. 5.* Materiam ſubrahere furori. *& paulo poſt.* Ne in haus tantam matreiam ſeditionis iſta funeſta fax adhæreſceret (ubi ad ligni materiam aperte reſpicit.) *Id. Phil. 12. r. 9.* invidiæ dare. *Id. 2. de Orm. c. 74.* Ut opes & copiæ non ſuperbiæ videentur ac libidini, ſed bonitati ac modsrationi facultatem & mseteriam dediſſe. *Juſtin. l. 30. r. 1.* Materiam quietis avide arripere. *Id. l. 3. c. 1. extr.* Materis ſcelsrum. *Id. l. 11. c. 5. ſeditionis. Lucan. l. 8. v. 76.* laudis. *Plin. in Panag. c. 38.* beæfaciendi. *Vellej. l. 2. c. 61.* belli præbere. *Ovid. 1. de m. am. v. 49.* quærere amori. *Tacit. 12. Ann. c. 22.* ſcaleri datrahere. ¶ Transfertur etiam ad animum, ajuſque vim, indolem, ingeniumque ſignificat, *natura, ſpretta, indole. Cic. 5. Verr. c. 68. a med.* Far, fuiſſe in iſto C. Lælii, M. Catnois materiem atque indulsum. *Liv. l. 1. r. 39.* Materiam ingentis publice privatimque decoris omni indulgentia noſtra nutriamus. *& cap. 46.* Aagebatur farox Tullia, nihil materiæ in viro nequa ad cupiditatem, neque ad audaciam aſſe. *Ovid. Rumed. ep. 4. v. 85.* Tu modo duritiem ſilvis depone jugoſis. Non ſum materia digna perire tua. *b. c.* ingenio tuo verſo ab amore, & ad venandum omnino converſo.

MATERIALIS, le, *mamiole*, ὑλικὸς, ὑλικὸς, qui eſt a materia. *Macrob. l. 1. in ſomn. Scip. c. 12. circa med.* Priuſquam materialis influalo in corpus venientes animas ebriaret.

MATERIALITER, adverb. *materialmente*, ὑλικῶς, ſecundum materiam. *Sidon. l. 8. ep. 11. poſt carmen.* In pectore viri iracundia materisliter regnans.

MATERIARIUS, a, um, *da legname*, ad materiam pertinens, qua lignum ſignificat ad fabricandum utile. *Plin. l. 7. c. 56. ante med.* Fabricam materiariam invenit Dædalus, & in ea ferram, aſciam, perpendiculum, terebram. *V. arte del falegname*, ἀκκηρίας, ἰρισμοσυνὴ. ¶ *Mammiarius faber*, & abſolute *mammiarius*, qui materiariam fabricam exerçet, *falegname*, ξυλουργὸς, ἀρχιτέκτων. *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 642. n. 6.* Fulvius L. F. Quintianus, faber meteriarius, pius in ſuos, vixit ann. XLVI. &c. ¶ Item qui materiem in ſilva cædit ad ædificia. *Plaut. Mil. 3. 3. 45.* Si non nos materiarius moratur, quod opus eſt qui dst, ritu srit parata navis. ¶ Eſt etiam, qui materes facit. Sic enim legit *Voſſ. in Etymol.* in voce *Materes*, illud *Ammiani l. 21. c. 13. ad fin.* (*al. c. 28.*) Imperator Arbetionem itar ſuum præire cum lanceariis, & mseteriariis, & ratervis expeditorum præcepit. Similem locum habet *lib. 31. c. 13.* (*al. 37.*) ſed utrobique al. leg. *matteriere*, qui dicti videntur a quodam teli genere, quod *mastiam* appellabatur, qua armati erant. Sane apud *Ammian.* non de fabris, ſed de militibus ſermo eſt. Porro *mastium*, & *mastiarius* peregrinæ voces ſunt. *Zoſimus l. 3.* Græce μαστιφόρος habet, ut admonuit *Valeſ. ad citat. priorem lm. Ammiani.* ¶ *Hæretici Materiarii* a *Tertull.* dicuntur *adverſ. Hermog. r. 25.* qui materiam ab æterno fuiſſe credebant.

MATERIATIO, onis, *f. legname d' una fabbrica*, materies lignaria in ædificiis, ut trabes, tabulæ, contignationes, &c. *Vitruv. l. 4. c. 1.* In ædificiis collocatur materiatio, variis vocabulis nominata. Proſequitur deinde *Vitruv.* nominando trabes, tigna, axes, tranſtra, capreolos, cantrios, &c. quæ omnia *mammiationis* vocabulo continentur.

MATERIATURA, æ, f. matsriaria ars, quæ circa materiationem verſatur *Vitruv. l. 4. c. 2.* E quibus osbus, & a mareriatura fabrili, in lapideis ædificationibus artifices diſpoſitiones eorum ſcalpturis ſunt imitati.

MATERIATUS, a, um, materia præſertim lignaria, ſeu materiatione conſtructus. *Cic. 3. Offic. r. 13.* Ædes peſtilentes, mala materiatæ, ruinoſæ. Sunt qui leg. *malo matersa.*

MATERINUS, a, um, adject. *Materno terra* apud *Coton. R. R. c. 34.* exponitur a *Turneb. l. 21. c. 25.* dura, ſolida, & prope lignea. Monet *Idem* ab aliquibus legi, *macerima*, h. e. *macra.* Alii *materiosam* intelligant, ubi materia ſit, & rudus ædificiorum. *Plin. l. 18. c. 17. ad fin.* ſententiam Catonis alius verbis exprimas, In ſolo, inquit, rubricoſo, vel pullo, vel arsnaſo, ſi non ſit aquoſum, lupinum ſeri. *Catonis* verba ſunt: Ager rubricoſus, & terra pulla, materina, rudecta, arrnoſa, item quæ aquoſa non erit, ibi lupinum bonum fiet. *Plin.* itaque *materiosam terram*, vel eandem eſſe cum *rudecta*, & *arenoſa*, aut ſaltem ſimilem putavit: vel ne ipſe quidem intellesit, ideoque diſſimulavit, ut prætsriit.

MATERIO, are, a. t. *Vitruv. ſub fin. l. 5.* Eaque ædificia minime ſunt materianda propter iuuendia. *b. c. ex* materia, ſeu ligno extruenda.

MATERIOLA, æ, f. diminut. a materia. *Tertull. de Baptiſm. c. 17.* Supereſt ed concludendam materiolam, de obſervatione quoque dandi & uscipiesdi baptiſmum commonefacere.

MATERIOR, aris, dep. 1. *fat legna*, ξυλεύω, materiam cædo ad conficiendum vallum. *Cef. l. 7. B. Gall. c. 73.* Erat eo tempore & materiari, & frumentari, & tantas munitiones fieri neceſſe. ¶ Item materiatione conſtruo. *Vitruv. l. 5. ſub fin.* Ea ædificia minime ſunt matsrianda, propter iuscendium.

MATÉRIS, *vel* Mataris, is, *vel* Matara, æ, f. *picca*, μάταρα, Celticum lanceæ genus. Vos aſt Gallica. *Cef. l. 1. B. Gall. c. 26.* Nonnulli inter carros rotaſque mataras, ac tragulas ſubjiciebant, noſtroſque vulnerabant. *Turneb.* legit *matares.* Alii *maçaras. Liv. l. 7. r. 24.* Humero materi trajecta. *Auct. ad Herenn. l. 4. c. 32.* Materis tranſalpina. *Siſenn.* apud *Non. c. 18. n. 16.* Galli materibus, Suevi lanceis configunt.

MATERNUS, a, um, μητρῷος, μητρώιος, qui matris eſt. *Cic. pro Cluent. c. 5.* Quin enim aſt ipſum nomen amantius, indulgentiuſque maternum, &c. *Terent. Heaut. 4. r. 24.* Maternus animus. *Neneſſius. in Cyneg. v. 19.* Materni menſes. *b. e.* quibus portatur fatus in utero. *Virg. 1. Georg. v. 28.* Cæſar cingens materna tempora myrto. *b. c.* Veneris, quæ Æneæ mater fuit, ns qua Cæſarum genus. *Id. 12. Æn. v. 107.* Æneas maternis ſævus in armis. *b. r.* quæ illi Venus mater ab Vulcano impetraverat. *& lib. 6. v. 193.* maternas agnoſcie aves. *b. e.* columbas, quæ Veneris currum trahunt. *& lib. 4. v. 258.* Materno veniens ab avo Cyllania prules. *b. r.* ab Atlante, qui pater fuit Majæ, quæ Mercurii mater. *& verſ. 144.* Delum maternam inviſit Apollo. *b. s.* ubi aum matee Latona peperit. *Ovid. 4. Faſt. v. 131. de Venere.* Vere mooet curvas materna per æquora puppes ire. *b. e.* ex quibus ipſa nata eſt. *Horat. l. 1. ep. 15. v. 26.* rebus maternis atque peternis fortiter abſumptis. *In dote, e 'l paternonio. Ovid. 3. ex Pont. ep. 2. v. 105.* Quos (*movet*) Voleſus patrii cognoſcat nominis auctor: Et Numa matsrnus non negat ſiſs ſuos. *b. e.* unde genus ducis ex parte matris. Adde *lib. 4. ep. ult. v. 43.* Sic *Virg. 11. Æn. v. 340.* genus Iuir materna ſuperbum Nobilitas dabat. *Valer. Flacc. l. 6. v. 564.* matsrna velatus arundine Peucron. *b. c.* Mæotidis paludis, cujus filius aret. ¶ *Materna Idoe* dicuntur a *Martial. l. 7. epigr. 73.* ubi Mercurium alloquitur, Idus Majæ, quia eius dies natalis erant: unde *lib. 12. epigr. 68.* Majæ Mercurium erealiis Idus. ¶ De beſtiis & avibus, *Plin. l. 10. c. 33. extr.* Perdix pavore libeea, ac matsrna vacans cura. *Colum. l. 7. c. 3. a med.* Ut agnus condiſcat matsrnum trahere alimentum. Adde *cap. 2. ad fin.*

MATERTĒRA, æ, f. *ſorella di mia madre*, ϑεία, πατρὸς μητρομήτωρ, matris meæ ſuror, ſic dicta, inquit *Feſtus*, quaſi mater altera: vel potius a *mater* ſimpliciter, ut *tero* mera ſit vuais productio. *Paul. Dig. lib. 38. tit. 10. leg. 10.* ¶ *Tertio gradu.* Amita: ea eſt patris ſoror. Matartera: ea aſt matris ſoror. *Cic. lib. 1. de Divin. c. 46.* Puellam defatigatam petiſſe a matertera, ut &c. *Ovid. 3. Metam. v. 312.* Futtim illum primis Ino matertera cunis Educat. ¶ *Matertera magna* eſt aviæ meæ ſoror, *ſorella di mia nonna. Paul. ibid.* ¶ *Quarto gradu*, & *Cujus ibid. leg. 1.* Hinc *Feſtus*: Matertera patris & matris, mihi magna matertera eſt. ¶ *Materna magna* aſt ſoror proavia meæ, *ſorella di mia biſnonna*: & dicitur etiam *promatertera*, ut docent *Paul. ibid.* ¶ *Quinto gradu*, & *Cujus loc. eſt.* ¶ *Matertera maxima* eſt aviæ meæ ſoror. *Paul. ibid.* ¶ *Sexto gradu.*

MATHEMATICUS, a, um, *matematico*, μαθηματικὸς, ad matheſim pertinens. *Vitruv. l. 1. c. 1. circa med.* Muſicen ſciat, oportet, uti canonicam rationem & mathematicam notam habeat. *Plin. l. 19. c. 1. ante med.* Ad ſidsrum motus ex ephemeride mathematica cibos dare. *& lib. 30. r. 1.* Mathematicæ artes. *Macrob. l. 2. in Somn. Scip. c. 2.* Corpora mathematicæ cogitationi tantum ſubjicienda, non ſenſui. ¶ *Mathematica diſciplina* ſunt Geometria, Arithmetica, & quæ inde proficiſcuntur, Aſtronomia, Muſica, Geographia, Optica, &c. a μαθὼν *differe*, quia vere & propria ſcientiæ ſunt, &

pet certam demonſtrationem percipiuntur: unde vera diſcere dicuntur, qui illis dant operam. Veteres enim Græci hæc μαθήματα appellabant, ut *Gell. l. 1. c. 9.* docet. *Mathematicus* abſoluta, qui ea diſciplina profitetur. *Cic. 1. de Orat. c. 3.* Quis ignorat, ii qui mathematici vocantur, quanta in obſcuritate rerum, & quam recondita in arte, & multiplici ſubtilique verſentur? *Id. 4. Acad. c. 36. a med.* Illa initia Mathematicorum, quibus non cunctiſis, digitum progredi non poſſunt. *Senec. ep. 88. a med.* Magnum eſſe ſolem, philoſophus probabit: quantus ſit, mathematicus, qui uſu quodam & exercitatione procedit: ſed ut procedat, impetrenda illi quædam principia ſunt. ¶ Valgo, ut ait *Gell. loc. cit.* mathematici dicuntur, quos gentilitio vocabulo Chaldæos dicere oportet, ſcilicet qui ex ratiocinationibus aſtrorum, ut *Vitruv.* loquitur *l. 9. c. 7. a med.* antefacta & futura explicare, & prævidere ſe arbitrantur: & præcipue quæ eventura ſint homini, ex poſitione ſtellarum in natali hora, prædictre profitentur, *aſtrologi gindizarii*. V. *Chaldæus. Tacit. 1. Hiſt. c. 22.* Mathematici, genus hominum potentibus infidum, fœcundis falax, quod in ciuitate noſtra ſit, ſemper, & retinebitur. *Juvenal. ſat. 14. v. 248.* Nota mathematicis genefis tua: ſed grave, tardas Eſpectare colas. *Tertull. in Apolog. c. 43.* Arioli, haruſpices, mathematici. ¶ *Mathematica, æ*, abſolute, *la matematica*, μαθηματική, ſubaudi *ars*, matheſis. *Senec. ep. 88. a med.* Philoſophia nihil ab alio petit, totum opus a ſulo excitat: mathematica, ut ita dicam, ſuperficiaria eſt, in alieno ædificat; aliena accipit principia, quorum beneficio ad ulteriora pervenit. ¶ Item ars prædicendi futura ex aſtris, *aſtrologia prædictiua. Suetan. in Tiber. c. 69.* Circa deos ac religiones negligentior, quippe addictus mathematicæ, perſuaſionique plenus, cuncta fato agi.

MATHESIS, is, f. μάθησις, h. e. diſcendi actus, perceptio, cognitio: a μανθάνω, diſco. Præcipue hoc nomine venit mathematica ſcientia, *la matematica*, ut dictum eſt in voce præced. Speciatim vero ea, quæ ex aſtris future prædicit, *aſtrologia giudiziaria*: quam fruſtra ab errore & vanitate *Jul. Firmic. l. 1.* vindicare conatur. *Spartian. in Adrian. c. 16.* Matheſin ſic ſcire ſibi viſus eſt, ut ferocal. Januariis ſcripſerit, quid ei tuto anno puſſet evenire. *Id. in Æl. Vero, cap. 3. extr.* Fuiſſe Adrianum peritum matheſeos, &c. ¶ Secundam corripuit, non imitandas, *Prudent. l. 2. adverſ. Symmach. v. 893.* Involvit matheſi, magicas impellit in artes.

MATIANUS, a, um. *Matiana mala* apud *Suetan. in Domit. c. 21.* & *Colum. l. 5. c. 10. ad fin. & lib. 12. c. 47.* dicta ſunt a quodam Matio, ut *Plin. l. 15. c. 14.* docet: & laudantur etiam a *Macrob. l. 2. Saturn. c. 15.* ubi al. leg. *Mattiana*, & *Mattiana* dicuntur ab *Athen. l. 3.* Porro iſta vidatur eſſe C. Matius, vir equeſtris ordinis, Auguſti amicus, qatm primum tamſilia nemora invenille, *Plin. l. 12. c. 2.* narret. Imo is idem, qui a *Colum.* inter Scriptores rei culinaria laudatur *l. 12. c. 4.* quique ſcripſiſſe dicitur, *ibid. cap. 44.* tres libros, quos inſcripſit nominibus coci, & cetarii, & falgamarii, cum illi propoſitum fuiſſet urbanas menſas, & lauta convivia inſtruere. ¶ *Matianum mimetal*, in quo *Matiana mala* cum aliis condimentis ſunt, memorat *Apic. l. 4. c. 3.*

MATINUS, i, m. mons Apuliæ, in Lucaniæ confinio, qui buattis abundat. *Lucan. l. 9. v. 185.* & calido lucent buccta Matini.

MATINUS, a, um, adject. ad Matinum montem pertinens. *Horat. lib. 4. od. 2. verſ. 27.* Ego apis Matinæ more, &c. *Id. lib. 1. od. 28. verſ. 3.* Matinum litus. *Id. epod. 16. verſ. 28.* Matina cacumina.

MATRALIA, ium, n. *matralia*, matria Matutæ feſta, tertio Idus Junii a matronis celebrari ſolita. *Feſt. Ovid. 6. Faſt. v. 475.* Ite boaæ matres, veſtrum Matutia feſtum, &c. *Varr. l. 4. de L. L. cap. 21.* Teſtantium, quod in teſta caldo coquebatur: ut etiam nunc Matralibus id faciunt matronæ. (V. *Ovid. 6. Faſt. v. 533.*) Adde *verba Catadon.* apud *Gruter. pag. 133.* ubi ponitur hoc feſtum tert. Id. jun. ut dictum eſt.

MATRESCO, is, r. 3. *madeſcere, ματρόζω*, eſt matri ſimilem fieri. *Pacuv.* apud *Non. c. 2. n. 506.* Utinam nunc matreſcam ingenio, ut meam patrem ulciſci queam.

MATRICALIS, le, adject. ad matricem pertinens, ut Matricalis herba, *Apul. de herb. c. 65.* Matricalia vena, *Veget. lib. 1. cap. 10. rei Veterin.*

MATRICI. V. *Mattiſi*.

MATRICIDA, com. *matricida, ματροκτόνος*, qui matrem occidit. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 2. c. 2.* Quem ſcribis cartiſſimum matricidam. ¶ Per tmeſim *Auſon. in Cafareb. epigr. ult.* Matrique cuda Naro propuli vim pertulit cuſis. Al. tamen legunt *Matricida Nero*, ut ſequandam neceſſitate produxerit, ut in *parricida* fecit *in tetraſt. de Caſſeib. n. 21.* Sic *Sidon. carm. 5. v. 290.* Matricida pius: ſed ne ſpreviſſe dolorem.

MATRICIDIUM, ii, n. *matricidio*, matria occiſio. *Cic. 2. de Invent. c. 23.* Oreſtes ſi accuſetur matricidii.

MATRICULA, æ, f. *matricola, indice, nota, catalogo*, album, ſeu charta, in qua cartorum hominum nomina deſcripta ſunt, ut militum, notariorum, advocatorum, agentium in rebus, &c. Eſt autem diminutivum a *matrix*, quæ idem quandoque ſignificat, quod ea, velut matrica, continentur milites. *Veget. l. 2. de re mil. cap. 26.* Producendi tirones ſunt ſemper ad *Campum*, & ſecundum matriculæ ordinem in aciem dirigendi. Adde *lib. 2. c. 2. & 5. & Imp. Leon. lib. 12. Cod. tit. 20. leg. 3.* & alibi.

MATRIMONIALIS, le, *matrimoniale, γαμήλιος*, ad matrimonium pertinens. *Jul. Firmic. l. 7. c. 27.* Matrimonialæ tabulæ. In lemmate declam. 342. *Quintilian.* (*ſeu quicumque alius auctor eſt*) Miſit ille matrimonii habitu ancillam. *Al. leg.* matronali.

MATRIMONIUM, ii, n. *matrimonio, γάμος*, conjugium, viri & mulieris legitima conjugatio: a *mater*, nam *manium* mere vocia producto eſt, ut a *pater patrimonium*, a *ſanctus ſanctimonia*, &c. A matre autem nominatur, in omeu & ſpem, quia cum prolis cauſa ſuſcipitur, ſummum votum eſt, ut ea quæ ducitur, mater ſiat. *Cic. pro Cluent. c. 62. a med.* Jua illud matrimonii caſtum atque legitimum, damnationa viri ſublatum arbitrabatur. *& cap. 28. extr.* Quæ nuptiæ non diuturnæ fuerunt, eraut enim non matrimonii dignitate, ſed ſteleria ſocietate conjunctæ. *Caſ. l. 1. B. Gall. cap. 3.* Dare cuipiam filiam ſuam in matrimonium. *& cap. 9. & Cic. pro Cluent. cap. 44.* Alicujus filiam in metrimonium ducere. *Suetan. in Caſ. c. 27. & in Aug. c. 63.* Petere ſibi aliquam in matrimonium. *Id. in Domit. c. 22.* Offarre alicui filiam in matrimonium. *Plaut. Trin. 3. 3. 4.* Ire in matrimonium. *Sodet a marito. Cic. 1. de Divin. c. 46.* Collocare aliquam in matrimonium. *Id. 2. Phil. cap. 18.* Locare in matrimonio ſtabili & certo. *Id. 4. Verr. a. 36.* Habere in matrimonio aliquam. *Curt. l. 6. c. 9. a med. & lib. 5. c. 1. & lib. 8. c. 1.* Quampiam matrimonio ſecum conjungere. *& lib. 10. c. 3.* In matrimonio. *Id. l. 8. cap. 4. ad fin.* Jungi alicui jure matrimonii. *& mox.* Matrimonio ſibi aliquam adjungere. *Juſtin. l. 1. c. 10. & lib. 9. c. 5. extr.* Recipere aliquam in matrimonium. *& lib. 2. c. 4. a med.* affamare. *Tacit. 15. Ann. c. 71.* Aliquam matrimonio tenere. *Juſtin. ſub fin. l. 7.* In mateimoaium habere. *Suetan. in Tiber. c. 49.* Dimittere aliquam e matrimonin. *repudiare. Plaut. Merc. 4. 6. 6.* Matrimonio uxorem exigere. *vipadiare, cacciare. Tacit. Ann. 11. c. 12.* aatnebare. *& lib. 13. c. 19.* depellere. *Cic. pro Cal. cap. 14.* Tenere matrimonium alicujus. *b. e.* eſſe alicujus conjugem. Sic *Tacit. 6. Ann. c. 47.* Eſt mihi cum aliquo matrimonium. *b. e.* ſum etas conjux. *Id. Ann. 12. c. 5.* Matrimonium pacifci inter aliquos. *Suetan. in Calig. c. 25.* contrahere, dimittere, tenere. *b. e.* iaire, ſolvere, ſervare. *& cap. 12.* Pollicari alicui matrimoniam ſuum. *b. e.* ſe eanjugem fore. *Gell. l. 1. c. 6.* capeſſere. *Meſſor. Sabin.* apud *eund. l. 10. cap. 15.* diſimere. *Tacit. Ann. 15. c. 53. extr.* Alii matrimonia ſe abſtinxere. *Juſtin. l. 10. c. 1.* Filios juſto matrimonio ſuſcipere. *Cajus Dig. lib. 23. tit. 2. leg. 17.* Matrimonm jungi. *Papinian. ibid. leg. 15.* Convenire alicui in matrimonium. ¶ Per ſynecdochen dicitur de ipſa conjuge. *Juſtin. l. 3. cap. 3. a med.* Severius matrimonia ſua viri coercent. *Liv. l. 10. c. 23.* Convocatis plebejis matrimoniis conqueſta injuiam patriciarum. *Al. leg.* matronis. Sic *conjugium* pro uxore apud *Tacit.* ¶ De ipſo genere, & conditione matrimonii, prout ſplendorem addit, divitias, opes, aliaque commoda, *Juſtin. l. 3. c. 5.* Pollicei ſervis matrimonia interfectorum. *Tacit. 2. Ann. a. 13.* Matrimoma, ac pecunias hoſtium *prædæ* deſtinare. ¶ De bonis a matre relictis, ut *patrimonium* dicitur de relictis a patre, afferuntur loca ex *L. Sanct. l. 1. de bonef. c. 3. ad fin. M. Senec. l. 2. controv. 9. Suetan. in Aug. c. 40. & Valer. Max. l. 7. cap. ult. n. 2.* quæ docti viri partim admittunt, partim reſpuunt, tum ob dubiam lectionem cum alii cod. *patrimonium* habeant, tum ob inſolexiam hujuſmodi notionis. V. *Caſaubon. ad Suetan. loc. cit.*

MATRIMUS, a, um, *chi ha la madre ancor viua*, qui matrem habet ſuperſtitem: ficut *patrimus*, qui patrem. *Feſt. in Patri:* Pater patrimus dicebatur apud antiquos, qui cum jam ipſe pater eſſet, habebat etiam tum patrem. ¶ Habet præcipue locum in factis, in quibus id ſervabatur, ut qui puerl, puellæve adhibebantur, patrimi matrimique eſſent. *Cic. de Haruſp. reſp. c. 11. Liv. l. 37. c. 3. Tert. 4. Hiſt. c. 53. Macrob. l. 1. Saturn. c. 6. Lamprid. in Heliog. c. 8. Vopiſc. in Aurel. c. 19. & Gell. l. 1. c. 12.* ¶ In nuptiis quoque patrimi & matrimi pueri tres adhibebantur: unus qui lacem præferret en ſpina alba, qui nocte nubebant: duo, qui nubentem tenebant. *Pond. ex Feſto.* ¶ Apud *eund.* eſt tetriæ declin. Matrimes, inquit, & pateimes dicantur, quibus *matres*, & patres adhuc vivunt. *Feſt. Id in Flaminio.* Flaminia dicebatur ſacerdotala, qua Flaminicæ Diali præminiſtrebat, eaque patrimes, & matrimes erat, &c. Ubi *patrimus*, & *matrimes* ducti caſus ſingulares ſunt: dubitabisque fortaſſe quiſpiam, an *patrimus*, & *matrimus* ſit legendum. ¶ Lis eſt inter Grammaticos de quantitate pænultimæ, quæ adhuc eſt ſub judice, quia nihil certi afferri adhuc potuit.

MATRIX, icis, f. *beſtia femmina da razza*, femina brutorum, quæ ſetus genitia alitue: quæ & *mater* dicitur. *Varr. l. 2. R. R. c. 5. a med.* Habeo tauros ad matrices ſeptuaginta, duo, unum anniculum, alterum bimum. *Colum. l. 7. cap. 3. circa med. de ovib.* Ut eadem ratione matricas incantus. *Id. l. 8. c. 5. circa med. de gallinis.* Ne incubantes matrices ab aliis avibus inquietentur. ¶ Dicitur & de arbore, quæ ſtolones ex ſe gignit. *Suetan. in Aug. c. 94. a med.* Ex palma enata ſoboles adeo in paucis diebus adolavit, ut non æquipararet modo matricam, verum etiam ubtegerat. ¶ Translate eſt mater, origo, fons primus. *Tertull. de virgin. veland. c. 5.* Hue matria generis feminini. *Id. adverſ. Jud. c. 2.* Primordialis lex data Adæ, quaſi matrix omnium præceptorum Dei. *Id. adverſ. Hæret. c. 22.* Eccleſiæ Apoſtolicæ, matrices & originales fidei. *Id. adverſ. Valentin. c. 7.* Matria & origo cunctorum. ¶ Eſt etiam recepraculum ſetus in feminis, vulva, *matrice, μήτρα*. *Plin. l. 27. c. 10.* Radix glycyſides ſanat matricem & ſtomachum, decocta in vino. *Hardum.* ex MSS. legit *arteriam, & ſtomachum*. *Veget. l. 1. rei Veterin. c. 5. in fin.* Ad matricis dolorem madicamen. ¶ Denique eſt album, ſeu catalogus certorum hominum, *regiſtra, catalogi*: unde *matricula*. *Tertull. de fuga in perſecut. c. penult.* In matricibus Beneficiariorum, & Curioſorum Chriſtiani quoque vectigales contirantur.

MATRONA, æ, f. *moglie, maritata, matrona, γυνὴ ἔλευθερα*, mulier, quæ

quæ in matrimonium cum viro convenit, quoad in matrimonio manet. Olim diſtinguebatur a *materfamilias* ea ratione, quæ in ea vocabulo eſt dictum. Et appellata eſt *matrona* a *mater*, quia cum in ſpem prolis ducereturr, omen ejus rei in ipſo ſtatim nomine eſſe voluerunt, ut *Gell. l.* 18. *c.* 6. docet. Ceterum *matrona* univerſim dicta uxores ingenuæ, pudicæ, honeſtæ, ſive ſtolæ haberent, ſive non: ceque ſtolis utebantur, ſicut famoſæ feminæ togis. Hinc *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. *v.* 63. quid inter-Eſt, in matrona, ancilla, peccemve togata? *Id. l.* 3. *od.* 2. *v.* 7. illum Matrona bellantis tyranni Proſpiciens, & adulta virgo, &c. & *od.* 4. *v.* 59. Matrona Juno. *Id. l.* 4. *od. ult. verſ.* 27. Cum prole matronifque noſtris Rite deos prius appercati. *Ovid. Heroid. ep.* 5. *v.* 85. Dignaque ſum, & cupin fieri matrona potentis. *Cic. pro Cael. c.* 13. Petulanter faciunt, ſi reatremfamilias ſecus, quam matronarum fauſtitas poſtulat, nominamus. *Plaut. Caſſ. t. t.* 26. Ubi iſtas videas ſummo genere natas, ſummates matronas. *Cic. Fam. 7. ep.* 6. Matronæ opulentæ, optimates. ¶ *Matrona* pænultima brevi, *la Marne*, fluvius Galliæ, qui in Lingonum finibus oritur, & in Sequanam, paulo ſupra Lutetiam, influit. *Caſ. l. t. B. Gall. c.* 1. *Auſon. in Moſell. v.* 462. & *Sidon. carm.* 5. *v.* 208.

MATRONĀLIS, *le*, *de matrona*, ad matronam pertinens, uxorius. *Liv. l.* 26. *c.* 49. *ſub fin.* Quæ ne in malis quidem oblitæ decoris matronalis eſtis. *Plin. l.* 5. *ep.* 16. Nondum annos quatuordecim implevenat, & jam illi anilis prudentia, matronalis gravitas erat. *Ulpian. Dig. lib.* 47. *tit.* 10. *leg.* 15. *ante med.* Si non matronali habitu femina fuerit, & quis eam appellaverit, injuriarum non tenetur. (*matronalem habitum* pute ſtolam. *Feſtus*: Matronæ appellabant fere eas, quibus ſtolas habendi jus erat. *Tertull.* quoque *de Pall. c.* 4. a *med.* nefas fuiſſe ait, matronam in publico ſine ſtola.) *Calum. in præam. l.* 12. a *med.* Apud Romanos fere domeſticus labor matronalis fuit. & mox. Matronalis ſedulitas. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 828. Sevit, Et matronales erubuere genæ. ¶ *Matronalia*, *orum*, feſta Romæ a matronis celebrata calend. Mart. in honorem Martis, vel quod is fecundam de ſe Iliam fecerat, vel quod tempus illud rebus fecundandis aptum eſt, vel quod eo die Junoni templum dedicatum fuit in Eſquilio; vel denique, quod Sabinæ matronæ a Romanis raptæ pugnam inter eos & parentes interventu diremiſſent. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 229. & *ſequentib.* V. *Calendæ*. *Tertull. de Idol. t.* 14. *Matronales feriæ* appellat.

MATRONALITER, adverb. ut matronam decet. *Vet. Lap. in Muſeo Veronenſ. pag.* 464. *n.* 6. Peſcennia . . . . bonis natalibus nata matronaliter, &c.

MATRONĀTUS, ūs, m. matronalis habitus, & conditio. *Apul. l.* 4. *Metam.* Unicam vieginem ſibi liberali, &, ut matronatus ejus indicabat, ſummatem ejus regionis advehebant.

MATRUELIS, is, m. *fiſtiuolo della ſorella di mia madre, cugino*, filius materteræ meæ, ſicut *patruelis* eſt filius patrui mei. *Aurel. Vict. de orig. gentis Rom. c.* 23. *extr.* Piſo quidem, Turnum matruelem Amatæ fuiſſe tradit. *Marcian. Dig. lib.* 48. *tit.* 9. *leg.* 1. Si quis patrem, mattem, frutrem, ſororem, patruelem, matruelem, &c. occiderit.

MATTA, æ, ſ. *ſtuoia*, ψιαθος, ſtorea, teges, quæ ſit ex cannabe craſſiore, junco, ſcirpo, ſparto, aut palma intextis. Alii exponunt culcitam ſtuppa, vel fœno, vel rudiore lana fartam: repetuntque vjus originem a lingua Hebræa. *Ovid. 6. Faſt. v.* 679. plauſtroqua morantes Suſtulit: in pluſtro ſcirpea matta fuit. ¶ Hinc *mattearius*, qui in matta dormit. *Auguſtin. l.* 5. *contra Fauſt. c.* 5. Quia in mattis dormiunt, mattarii appellantur: a quorum ſtatis longe diſſimiles fuerunt plumæ Fauſti, & caprinæ lodices.

MATTARIUS, V. in voce præced.

MATTĒA. V. *Mattya*.

MATTĒOLA, æ, ſ. parva mattya. *Arnob. l.* 7. *pag.* 231. Fruſtilla hæc parvula pro ſuavibus matteolis ſumunt. Al. ſcribunt *mateola*, & *macteola*.

MATTIĀCUS, a, um, ad Mattiacam, vel Mattium pertinens, quod eſt oppidum Germaniæ in Veteravia, in ditione Moguntina: unde *Mattiacos fontes* calidos laudat *Plin. l.* 31. *c.* 2. *a med.* & *Mattiacas aquas* memorat *Ammian. l.* 29. *c.* 4. (*al. c.* 20.) *Mattiacas pilas* commendat *Martial. l.* 14. *epigr.* 27. tingendis capillis, & canitiei celandæ aptas, *l.* 14. *epigr.* 27. Si mutare paras longævos cana capillos, Accipe Mattiacas, (quo tibi calva?) pilas. *Turnob. l.* 9. *Adverſar. c.* 23. interpretatur ſaponir quoddam genus. Porro ſapo Galliarum invenſtum eſt rutilandis capillis, apud Germanos majore in uſu virit, quam feminis, ut *Plin.* docet *l.* 28. *c.* 12. ¶ *Mattiaci oppidi* meminit *Tacit. t. Ann. c.* 56. ubi al. leg. *Matium*: & *Mattiaci agri*, *l.* 12. *c.* 20. & *Mattiacorum* ejus loci hominum, *l.* 4. *Hiſt. c.* 37. & *de Germ. c.* 29. de quib. V. Geographos.

MATTIĀNUS. V. *Matianus*.

MATTIĀRIUS. V. *Mauretarius*.

MATTĪCI, cognominantur homines malarum magnarum, atque oris lata patentis. *Feſtus*. Eſt autem vox Græcæ originis. nam ματτυα, vel *μαιευα* eſt ſubigo: malia autem cibus ſubigitur: item *ματτυη*, m, malam ſignificat. *Heſychius*: Ματτιας, γναθος. Quare apud *Feſt.* male al. leg. *mattiti*.

MATTĪTUM, V. *Mauretarius*, & *Mattiacus*.

MATTUS, & Matus, a, um, in Gloſſis *Iſidori* exponitur, humectus, emollitus, ſubactus, maceratus, a *μαιευω*, ſeu *ματτω*, ſubigo. *Salmaſ. ad Vopiſc. in Proculo, c.* 13. & alii legunt apud *Cicer. l.* 16. *ad Attic. ep.* 13. Longulum fana iter, & via matta. *b. e.* lutoſa. Sed mire hic lectio variat. Similiter apud *Patron. in fragm. Trogus. c.* 41. *Burm. extr.* Plane matus fum: vinum mihi in cerebrum abiit. *b. e.* madidus, vino ſubactus, & domitus. Al. leg. *mattus*: alii aliter.

MATTYA, & Mattĕa, ſ. *vivanda delicata, manicaretto*, ματτυα, omnis generis cupediæ, & jucunda edulia, coquorum exquiſito artificio facta. *Martial. epigr.* 59. *l.* 10 Dives, & ex omni poſita eſt inſtructa macello Cœna tibi: ſed te mattya ſola juvat. Al. leg. *jucunda*, ut ſit plurale neutrum. *Id. l.* 13. *epigr.* 92. Inter quadrupedes mattya prima lepus. Al. leg. *gloria*. *Senec. l.* 4. *controverſ.* 27. *poſt med.* Ego ad Cæſarem non ſum iturus cum mattea. *Petron. in fragm. Trogur. c.* 65. *Burm.* Hanc humanitatem inſrecatæ ſunt matteæ, quarum ſtiam recordatin me offendit. Singulæ enim gallinæ altiles pro turdis circumlatæ ſunt, & ova anſerina pileata. (Apud *Athen. l.* 14. *c. ult.* parandæ mattyæ ea gallina, aut perdice, aut columba, traditur ratio: quæ aves variis condimentis imbutæ, integræ, & cum ſuis plumis inferri poſſunt.) *Sueton. in Calig. c.* 38. Multis venenatas matteas miſit. Al. leg. *malleas*. Hinc *matteola* apud *Arnob.* Improbant Critici ſi per *ll* ſcribatur, ex origine Græca, & MSS.

MATŪLA, æ, f. *orinale*, *uaſe*, vas, quo excipitur ſaccatus corporis humor: cujus *matella* diminutivum eſt. *Plaut. Moſtell.* 2. 2. 39. Jam hercle ego vos pro matula habebo, niſi mihi matulam datis. ¶ Eſt convicium hominis nihili, meticuloſi, inepti, *da poco, da nulla*. *Plaut. Perſ.* 4. 3. 64. Numquam ego te tam eſſe matulam credidi. quid metois? ¶ *Eſt modus matulæ* proverbialis dictio, quæ inſcripſit *Varro* unam e ſuis Satyris, in qua de ebrietate agebat. Ea nos monitos voluit, non ultra eſſe bibendum, quam vires ferre poſſint. Pauca ex ea fragmenta ſervavit *Non. c.* 1. *n.* 14. & 115. *c.* 2. *n.* 153. 597. & 794. & *cap.* 15. *n.* 12.

MATŪRA, æ, dea præſes frugibus maturandis. *Auguſtin. l.* 24. *de Civit. Dei c.* 8. ubi al. leg. *Matuta*.

MATURĀTE, adverb. *con diligenza*, mature, feſtinanter. *Plaut. Mil.* 4. 2. *in fin.* Jube maturate illam exire huc. *Liv. l.* 32. *c.* 16. Juſſis ceteris, quantum maxime poſſent, maturate ſequi. *Plaut. Pſeud.* 4. 7. 58. Maturate properare.

MATURĀTIO, onis, ſ. actus maturandi, & cum debita maturitate perficiendi. *Auct. ad Herenn. l.* 3. *c.* 2. Dolus maturatione conſumitur.

MATURĀTUS, a, um, *maturato*, maturus factus, ὡρωμενος. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 2. Temporum varietates, quibus omnia, quæ terra gignit, maturata pubeſcunt. *Id. de Senect. c.* 15. Uva peimo eſt peracerba guſtato, deinde maturata dulcaſcit. *Plin. l.* 16. *cap. ult.* a *med. de ſemine viſci*. Hæc eſt matura, ut niſi maturatum in ventre avium, non proveniat. *b. e.* concoctum, confectumque. *Id. l.* 18. *c.* 12. Muſtum album triduo maturatum. *b. e.* purgatum. nam muſtum recens preſſum quodammodo crudum eſt. ¶ Traslate eſt confectus, perfectus. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *ſect.* 80. *Herdwin.* Aves quædam geminos ſinus habent: unum, quo merguntur recentia, ut guttur: alterum, in quem ex eo demittunt concoctione maturata. ¶ Item acceleratus, mature ſuſceptur. *Juſtin. l.* 2. *c.* 13. Occupare tmeſinum maturata fuga, jubet. ¶ *Maturato opus eſt*, opus eſt celeritate, *bisogno ſar preſto*. *Liv. l.* 2. *c.* 58. Ita facto, maturatoque opus eſſe: rem atrocem incidiſſe. Id. *lib.* 8. *cap.* 13. *ad fi.* Sed maturato opus eſt, quidquid ſtatuere placet. Adde *lib.* 24. *c.* 23. *ad fin.*

MATŪRE, *a tempo*, ὡριως, ἐυκαιρως, tempeſtive, in tempore, hoc eſt neque ciim, neque ſero, ſed medio quodam tempore, ut *Nigid.* bene ac propria exponit, apud *Gell. l.* 10. *c.* 11. Ut enim in frugibus, & in pomis *matura* dicuntur, quæ neque cruda & immitia ſunt, neque caduca & decocta, ſed tempore ſuo adulta maturitateque; ita *mature* fieri dicuntur, quæ nec cito nimis, & propere, neque ſerius tardiuſque fiunt, quam par eſt. Hanc vim, ac temperamratum exprimit illud proverbium, quod frequentee *Auguſtus* in ore habebat, *σπεῦδε βραδεως*, *feſtina lente*, ut eſt apud *Sueton. in ejus vita c.* 25. per quod monebet, ut ad rem agendam ſimul adhiberetur & induſtriæ celeritas, & diligentiæ tarditas: ex quibus duobus contrariis fit *maturitas*. Hæc ex *Gell. loc. cit. Cic. Verr.* 6. *t.* 44. Cuſtodes mature ſentiunt: ſignum buccina datur. *Caſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 7. Bibulus fatis mature occurrit. *Salluſt. in Catil. c.* 1. *extr.* Prius quam incipias, conſulto; & ubi conſulueris, mature facto opus eſt. ¶ Quis vero quod non ſegniter fit, *maturo* fieri dicitur, ut *ibid.* ſubdit *Gellius*; progreſſa ſignificatio eſt: & non jam, quod non ſegnius, ſed quod feſtinatius fit, id fieri *mature* dicitur, *preſto*, *toſto*, *per tempo*, a *buon'ora*: cui opponitur ſero, tarde, lente. *Cic. de Senect. c.* 10. Nec unquam ſum affenſus veteri illi, laudatoque proverbio, quod monet, mature fieri ſenem, ſi diu velis eſſe ſenex. Ego vero ma minus diu ſenem eſſe mallem, quam eſſe ſenem nutt, quam eſſem. *Id.* 3. *Fam. ep.* 3. Tantus conſenſus fematus fuit, ut maiare proficiſceremur, parendum ut fuerit. *Caſ. l.* 4. *B. Gall. cap.* 6. Maturius, quam conſueverat, ad exercitum proficiſcitur. *Sueton. in Orb. c.* 1. Quo facto ſicut gloriam anait; ita gratiam miamit, quam tamen mature recuperavit. *Cic.* 3. *ad Q. Fr. ep.* 1. *c.* 4. Balbum ais mature Romam bene comitatum eſſe venturum. *Caſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 33. *ſub fin.* Quibus rebus quam maturrime occurrendum putabat. *Cic. pro Cæcin. c.* 2. *in fin.* Ut quæque res eſt turpiſſima, ſic maxime, & maturiſſima judicanda eſt. at ea, in qua exiſtimatiuois periculum eſt, tardiſſima judicatur. *Id.* 3. *de Orat. c.* 20. Qui omnium maturrime ad publicas cauſas accederim. *Nep. in Attic. c.* 2. Patar mature deceſſit. *b. e.* cito, & ante tempus. *Salluſt. in Jug. c.* 21. Hique mature oppida habuere. *b. e.* ante alios circa populos, qui diutius ſins illis agitavere. *Cato* apud *Charif. l.* 2. *pag.* 184. *Putſch.* Maximus tumultus maturiſſima diſjeci, atque confedavi. *b. e.* perbrevi tempore. *Sueton. in Aug. c.* 32. Judices a tricefimo ætatis anno allegit, id eſt quinquennio maturiut, quam ſolebant. *cinque anni prima*. ¶ Significat etiam tar-

de, lente, ut poma lente diuque matureſcunt, & poſt diutinum tempus ad maturitatem perveniunt, *a poco a poco, lentamente*. Hanc & ſuperiores ſignificationes conjunxit *Plaut. Curcul. a.* 3. *verſ.* 20. Qui homo maturs quæſivit pecuniam, niſi eam mature parſit, mature efurit. *h. e.* qui vix, & ægre quæſivit pecuniam, (ut & *Chariſ. vind.* exponit *pag.* 183.) niſi in tempore parſit, cito, ſeu brevi ſiurit.

MATUREFACIO, is, eci, actum, a. 1. ad maturitatem perduco. *Theod. Priſcian. de Diæt. cap.* 14. Aqua marina matureſacit dulcitiam.

MATURESCO, is, ruui, n. 3. *maturaſco, τελειόομαι*, maturus fio. *Cæſ. lib.* 6. *B. Gall.* c. 28. Cum matureſcere frumenta inciperent. ¶ Translate *Ovid.* 14. *Metam. verſ.* 335. nubilibus maturuit aenia puella. *Quaeriti. in epiſt. ad Trypho.* Libros opinabar nondum ſatis matuuiſſe. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 27. *ad fin.* Partus matureſcunt plerumque novem lunæ curſibus. *Plin. l.* 5. *ep.* 9. *a med.* In ſore primo tantæ indolis juvenis exſtinctus eſt, ſumma conſequuturus, ſi virtutes ejus maturuiſſent.

MATURITAS, atis, ſ. *maturità, maturezza, τελείωσις*, perfecta coctio ſucci in fructibus. *Cic.* 2. *Tuſcul. cap.* 28. Commutationeſque temporum quadripartitas ad maturitatem frugum, & ad temperationem corporum aptas. ¶ Item tempus maturum, tempeſtivitas. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 46. Graviditates, & partus afferat, maturitateſque gignandi. *Colum. l.* 4. *c.* 23. Auſpicari amputationem, cum ſarmenta juſtam maturitatem ceperint. *Plin. l.* 19. *c.* 3. *extr. med.* Ad maturitatem perducere. *Id. l.* 13. *c.* 4. *ante med.* pervenire. *Id. l.* 29. *c.* 5. Maturitatem adipiſci. *Id. l.* 16. *c.* 26. *a med.* ſentire. *Id. l.* 32. *c.* 1. Maturitas partus. *h. e.* cum ſetus apte eſt diſpoſitus, & perfectus naſcendo. *Colum. l.* 12. *c.* 6. muriæ. *h. e.* cum perfecte ſalſa eſt. *Plin. l.* 12. *c.* 7. Siliquæ maturitate dehiſcentes. ¶ Translate ponitur pro opportunitate, commoda & opportuna occaſione. *Cic. ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 8. Sed ejus rei maturitas neque dum venit, & tamen nunc appropinquat. ¶ Item pro perfectione. *Cic. in Brut. c.* 91. Jam videbatur illud in me, quidquid eſſet, eſſe perfectum, & habere maturitatem quandam ſuam. ¶ Item pro proceſſu, acceſſione, gravitate. *Cic. lib.* 4. *Fam. ep.* 4. *a med.* Tamen hoc ſtudium quotidie ingraveſcit, credo, & ætatis maturitate ad prudentiam, & his temporum vitiis. ¶ Item pro exacta peritia, & prudentia, quæ rebus mature, & diligenter expendendis comparatur. *Tacit. l. Hiſt. c.* 87. Auctoritatem Paulini, vigorem Celſi, maturitatem Galli exterminando. *Velley. l.* 2. *c.* 125. Sed hanc omnia vetteria Imperatoria maturitas brevi ſopiit, ac ſubſtulit. ¶ Item celeritas, *preſtezza, ſpeditezza. Frontin. de aquæduct. urbis.* 105. Maturitatem beneficio Cæſaris præſtare. *h. e.* efficere, ut beneficium Cæſaris mature & cito perficiatur. *Sueton. in Tiberr. c.* 61. Precanti eundem pœnæ maturitatem reſpondit, nondum tecum io gratiam redii. ¶ *Maturitates temporum* apud *Cæſar. l.* 1. *de mar. Deor. c.* 36. ſunt certæ ordinatæque vices, quibus ſuo quæque loco anni tempore invicem ſuccedunt, & poſt hiemem ver tepidum, poſt ardores æſtatis temperatum autumni frigus opportune & ordine conſequitur. Apud *Lucr.* vero *l.* 22. *cap.* 40. *extr. maturitas temporum* (al. leg. *tempora*) eſt ipſa frugum maturitas, quæ ſuo tempore fit. ¶ *Maturitas eruditionis*, gravitas, & ſedata vis, plenaque auctoritatis & prudentiæ. *Auſt. dial. de oratorib. c.* 26. Malim hercule C. Gracchi impetum, aut L. Craſſi maturitatem, quam calamiſtros Mæcenatis, aut tinnitus Galliones. ¶ *Maturitas* pro fructu maturo, *Pallad. in Febr. tit. 9. a med.* Nec parvo conſtabit, ſi legatur maturitas cum acerbitate, diſpendium. V. *Acerbitas*.

MATŪRO, as, avi, atum, a. 1. *maturare, ſtagionare, τελειόω*, maturum facio, ad maturitatem perduco. *Tibull. l.* 1. *el.* 4. *verſ.* 25. Annus in apricis maturat collibus ovas. *Plin. l.* 26. *c.* 25. *ad fin.* Amygdala Martio menſi pomum maturat. *Id. l.* 18. *c.* 7. *ante med.* Frumenta maturantur cum plurimum diebus quadregiota. *Pallad. in Mart. tit.* 10. *a med.* Locis frigidis præcoquas ficus ſeramus, calidis eas, quæ ſero maturaot. ¶ Ponitur & pro emollire, leniorem facere, *ammollire. Plin. l.* 23. *c.* 1. *ante med.* Vitis alba ſuppurationes incipientes diſcutit, veteres maturat & purgat. *Id. l.* 22. *c. ult.* a *med.* Lupini ſtrumas minuunt, aut maturant. ¶ Apud *Pallad. in Novembr. tit.* 21. elicitas olivas muria maturete. *h. e.* macerare, condire, & eſculentas reddere. ¶ Et *pro* perficere, *Plin. l.* 30. *c.* 14. Partus conceptos maturat caninum lac potum. *Id. l.* 9. *c.* 57. Ova in ſicco maturari. *Idem l.* 35. *c.* 15. *extr. med.* Alumen æſtivis ſolibus matutatur. ¶ Translate eſt perficere, ad exitum perducere. *Liv. l.* 24. *cap.* 13. Domum ad cœpta matureoda redire jubet. ¶ Sæpe eſt feſtinare, properare, mature, h. e. cito ac celeriter quippiam facere, *accelerare, effrettarſi, far preſto*. eum modo tamen, ut in *Maturo* dictum eſt. *Cic. Fam.* 2. *ep.* 18. Succeſſor tuus non poſſit ita maturare, ut tu me in Aſia convenire poſſis. *Liv. l.* 24. *c.* 12. Maturandum Annibal ratus, ne præveniret Romani. *Cæſ. l.* 1. *B. Civ. c.* 63. Eo magis illi maturandum iter exiſtimabant. *Virg.* 1. Æn. v. 141. Maturare fugam. *Cic. pro Cluent. c.* 61. *Horat. l.* 3. *od.* 7. *v.* 16. & *Celſ. l. cap. & fcil.* 7. necem alicui. *Suetan. in Cæſ. c.* 80. deſtinata negotia. *Id. in Domit. c.* 15. ſibi exitium. *Juſtin. l.* 2. *c.* 15. opus. *Cæſ. l.* 1. *B. Gall. cap.* 7. Cum id nunciatum eſſet, maturat ab urbe proficiſci. & *lib.* 2. *c.* 5. Flumen exercitum tranſducere maturavit. *Cic.* 4. *ad Attic. ep.* 1. *ſub fin.* Te exſpecto & oro, ut matures venire. *Salluſt. in Jug. c.* 81. Maturavere iter pergere. *Horat. l.* 2. *od.* 11. *v.* 13. eburna dic, age, cum lyra maturet. *ſcil.* venire. ¶ Item ante tempus aliquid facere, præcipere, præverti, *anticipare. Virg.* 1. *Georg. v.* 260. Frigidus agricolam ſi quando continet imber, Multa ſorent quæ mox cælo properanda ſereno, Maturare datur. Ubi *Gell. l.* 10. *c.* 11. & ex eo *Macrob. l.* 6. *Saturnal. c.* 8. Duo iſta verba, maturare & properare, tanquam plane contraria, feritſime ſeparavit. nimque in præparatu rei ruſticæ, per tempeſtates pluvias, quoniam ex neceſſitate otium eſt, matureri poteſt: per ſerenas vero, quoniam tempus inſtat, properari neceſſe eſt. *Plin. l.* 2. *c.* 8. Lucifer, ut ſol altet, diem maturans.

MATŪRUS, a, um, *maturo, ſtagionato, τέλειος*, qui neque crudus, aut immiuis eſt, neque decoctus, aut caducus, ſed tempore ſua adultus, & maturatus, ut *Gell. l.* 10. *c.* 25. loquitur: & fere de arborum, terræque fructibus dicitur, qui legendo edendoque apti ſunt. In notatione variant Etymologi, & incerta omnia afferunt. *Cic. de Senect. c.* 19. *ſub fin.* Poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, vi avelluntur; ſi matura & cocta, decidunt. *Virg. Ecl.* 10. *v.* 36. maturæ vinitor uvæ. & *Ecl.* 3. *v.* 80. Maturæ fruges. *Colum. l.* 4. *cap.* 19. *ante med.* Malleolos generoſos, & fecundos, & quam maturiſſimos viti detrahere. *Id. l.* 12. *cap.* 6. Matura muria. *fatta, preparata*. & *cap.* 17. Maturiſſima ficus. ¶ Metonymica eſt maturans. *Virg.* 1. *Georg. v.* 65. glabaſque jacentaa Pulverulenta coquat maturis ſolibus oſtaa. ¶ Transfertur ad alia. *Virg. Æn.* 7. *v.* 53. Filia matura viro. *h. e.* apta nubendo. *nubile. Sirm. l.* 3. *ſilv.* 1. *v.* 176. hic ſponſæ maturus, & illa marito. Et abſolute *Horat. l.* 3. *od.* 6. *v.* 21. Motus doceri gaudet lonicos Matura virgo. *Colum. l.* 7. *c.* 3. *ante med.* Matura ovia. *h. e.* pariendo apta. *Martial. de ſpectac. epigr.* 24. & *Ovid. ex. Met. v.* 321. Maturus venter. *preſſimo a partorire*. Sic *Juſtin. l.* 23. *c.* 2. (& *Ovid. Met.* 9. *v.* 282.) Rosanes exſpectari partum, quæ exacto menſe octavo, matura jam en Alexandro eret. *Nemeſian. Ecl.* 3. *v.* 36. *de fronte Bacchi puera*. Flavaque matum tumuerunt tempora cornu. *preſſione a ſpuntare*. & *Ovid.* 7. *Metam. v.* 117. maturus infans. *vicino a naſcere. Virg.* 12. *Æn. v.* 438. cum matura adoleverit ætas. *h. e.* apta rebus gerendis. *Val. Flacc. l.* 1. *v.* 54. necdum mea proles Imperia, & belli rebus matura, marique. *Lin. l.* 41. *c.* 5a. Progenies matura militiæ. *Sil. l.* 14. *verſ.* 405. nec fat maturus laudum. & *l.* 26. *v.* 657. Maturus ad arma. *Velleï. l.* 2. *c.* 99. L. Cæſar maturus viris. *h. e.* togæ virili ſumendæ proximus. *Virg.* 10. *Æn. v.* 257. revoluta ruebat Matura jam luce dies. *h. e.* plena, clara. *Salluſt. in Jug. c.* 90. Omnia matura ſunt. *h. e.* prona, facilia, captu proxima. ¶ Elegauter refertur ad animum, ad inretinnem, ad ingenium. *Cic. de clar. Orat. c.* 83. *extr.* Ipſe Thucydides ſi poſterius fuiſſet, multo maturior fuiſſet, & mitior. *Virg.* 9. *Æn. v.* 146. annis gravis, atque animi maturus Aletes. *h. e.* peritus rerum, & prudens. ¶ Item ad ætatem pauectam, *maturo, vecchio. Virg.* 5. *Æn. v.* 73. ævi maturus Aceſtes. *Ovid.* 14. *Metam. v.* 617. Romulus maturior annis. & *lib.* 8. *v.* 617. Lelen animo maturus, & ævo. *Horat. l.* 4. *od.* 4. *v.* 55. Matori patres. *Suetan. in Caligc. c.* 44. Maturi centuriones. *h. e.* qui ſtipendia jam compleverunt. *Juſtin. l.* 41. *c.* 5. Matura ſenectus. *Id. l.* 21. *cap.* 5. Perſis longa jam ſatia, & matura imperia contigiſſe. *h. e.* quæ jam tempus ſit depoui. ¶ Eſt etiam *maturus*, qui debito tempore fit, nec ciriius, nec tardius, *opportuno e conveniente, fatto a ſuo tempo*. V. *Mature. Tibull. l.* 1. *el.* 1. *v.* 7. Ipſe ſeram teneras maturo tempore vites. *Civ. Attic. l.* 15. *ep.* 4. Scribendi enſpectandum tempus maturius. & *Fam. 9. ep.* 6. Mihi vero ad nonas bene maturum vidstur fore. *Id. l.* 1. *de Divin. c.* 18. *extr.* Maturam mortem oppetere. *Claudian. de B. Get. v.* 116. Maturum conſilium. *h. e.* quod præcipiti opponitur. ¶ Item qui cito fit, *aut* qui cito eſt futurus, imminens, *preſto, celere, immineute. Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. *c.* 2. Ego tibi ſpem maturæ deceſſionis aſſerebam. *Auſt. ad Herenn. l.* 4. *c.* 17. *a med.* Adoleſcentes maxima caſtigaot, ut, quibus virtutibus omnam vitam tueri poſſunt, eas in ætate maturiſſima velint compavare. *ne' primi anni. Curt. l.* & *cap.* 7. a *med.* Milites, quibus mature erat miſſio. *Cæſ.* 4. *B. Gall. c.* 2. In his locis, quod omnis Gallia ad ſeptemtrionem vergit, maturæ ſunt hiemes. *il freddo viene a buon'ora. Ovid.* 13. *Met. v.* 300. Si more pro culpa eſt, ego ſum maturior illo. *ſon venuto più preſto. Horat. l.* 2. *od.* 17. *v.* 6. te meæ ſi partem animæ rapit Maturior vis. *Id. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 15. & *Ovid.* 2. *ex Pont. ep.* 2. *v.* 59. Maturi honores. *accelerati, anticipati. Tibull. l.* 4. *carm.* 2. *v.* 205. Seu mature dies celerem properat mihi martem. *Cic. pro Cæcin. c.* 3. Maturo judicio condemnari. *h. e.* ſtatim ac ſine mora conſtituto. *Tacit. Ann.* 12. *c.* 65. Amplectr Britannicum, robur ætatis quam maturiſſimum precari. *Colum. l.* 2. *c.* 10. *ante med.* Matura ſaba. *h. e.* quæ opponitur ferotinæ. & *ibid. a med.* Matura ſatu. *h. e.* quæ opponitur ſeriori. *Id. l.* 7. *c.* 3. *a med.* Maturum fœnum. *h. e.* quod chorda opponitur. *Cato* apud *Gell. l.* 3. *cap.* 7. Matuuum cenſeo faciundum, ut milites ad verrucam illam tre jubeas. *h. e.* mature, cito, ſine mora.

MATŪTA, æ, ſ. appellatio eſt Latina Inus filiæ Cadmi, quæ poſtquam dea facta eſt, mutato nomine *Leucothoe* a Græcis, *Matuta* a Latinis eſt appellata, ut *Ov.* docet *in fin. cap.* 11. *l.* 1. *Tuſcul.* & ſæpe etiam *Mater Matuta. Ovid.* 6. *Faſt. v.* 545. Leucothee Grajis, Matuta vocabere noſtris. & *verſ.* 479. Matuta parens. *Paul. in epit. Feſti*: Matrem Matutam antiqui ob bonitatem appellabant. Adde *Lactant. l.* 1. *c.* 21. & V. *Inus*, & *Leucothee*. ¶ Matrie Matutæ templum Romæ, & Satrici memorat *Liv. l.* 5. *c.* 19. & 23. & *lib.* 6. *c.* 33. & *lib.* 7. *c.* 27. & *lib.* 25. *c.* 7. ¶ In hujus honorem *Matralia* celebrabantur. V. ¶ Eadem habetur ac Aurora (quamquam alii aliam Auroræ genealogiam tradunt) unde *matutinus*: ub id etiam Leucothee dicta, Λευκὴ θεὰ, alba dea, *aurora, albo. Lucret. l.* 5. *v.* 655. Tampore item certo roſeam Matuta per oras Ætheris auroram deſert, & lumina pandit. *Priſcian. l.* 2. *pag.* 591. *Priſcb.* Matutinus a Matuta, qua ſignificat auroram, vel, ut quidam, Αὐκὴ θεὰ. ¶ De alia Matuta V. in *Ramnes*.

MATU-

MATUTINALIS, le, matutinus, ut Matutinali tempore, *in carm. de Philomela*, quod perperam *Ovid.* tribuitur *v.* 16.

MATUTINE, & Matutino, adverb. matutino tempore. Ut Latina agnoſcuntur, illud a *Priſcian. l. 4. pag. 635. Putſch.* hoc a *Diomed. l. 1. pag. 402.* Exemplo eſſe poteſt illud *Plin. l. 7. c. 53.* Obiere, dum calcinantur matutino.

MATUTINUS, a, um, *matutino, della mattina, ἑωθινός*, ad ſuroratum, & mane pertinens. Cic. *ep. 1. l. 7. Fam.* Nisque dubito, quin per eos dies matutina tempora lectiunculis conſumpſeris. *Id. ad Brut. ep. 4. ex recent.* Hoc paululum exaravi in ipſa turba matutinæ ſalutationis. *Horat. l. 2. ſat. 6. v. 45.* Matutina parum cautos jam frigora mordent. *Colum. l. 6. c. 2. & lib. 9. c. 15.* Matutinus dies. *b. e.* mane, *il mattino. Ovid. 5. Faſt. v. 160.* Matutini equi. *b. e.* Auroræ. *Martial. l. 14. epigr. 125.* ſomni. *Virg. 8. Æn. v. 456.* cantus volucrum. *Ovid. 1. Met. v. 62.* radiis juga ſubdita matutinis. *b. e.* quæ primos ſolis radios vident. *& lib. 11. v. 26.* matutina cervus periturus arena. *b. e.* in venatione, quæ mane fit in Circo. nam maxc ſæpium vel totes ſe, vel cum hominibus certamina ibi exhibebantur (unde *matutinos* *ives* dixit *Martial. l. 13. epigr. 95.*) meridie gladiatorum, ut ex *Senec. ep. 7.* & *Sueton. in Claud. c. 34.* colligitur. *Ovid. 1. de ar. am. v. 367.* matutinos pectens ancilla capillos. *b. e.* heræ mane ſurgentis. *Martial. l. 12. epigr. 66.* Matutinum lutum. *b. e.* quod colligitur mane per urbem diſcurrendo a ſalutatoribus: unde apud *eund. l. 1. epigr. 56.* Matutinum ave. & *lib. 10. epigr. 69.* Matutinus cliens. *Id. l. 9. epigr. 30.* magiſter, *b. e.* qui mane docet. *& epigr. 8. l. 4.* Jupiter. *b. e.* qui mane ſalutatur. *Virg. 8. Æn. v. 465.* Æneas ſe matutinus agebat. *levato di buon mattino.* ¶ *Matutinus pater* eſt Janus apud *Horat. l. 2. ſat. 6. v. 20.* quia cum ſit temporis deus, cum invocabant diei initio, ut auſpicem operum. ¶ Matoſina frons *Martiali epigr. 2. lib. 13.* eſt ferio & ſevera, quia mane homines triſti eſſe ſoleot. ¶ *Matutinum* abſolutis, noctotinum tempus, *il mattino. Plin. l. 20. c. 9.* Sumpta acetabulis duobus matutino. *Id. l. 27. c. 4. a med.* Pota matutino, vel a cœna. *Id. l. 4. c. 12. ſub fin.* Serere matutinis, meridie metere. *Id. l. 18. c. 31.* Spica exoritur matutino, eteſiæque deſinunt. ¶ *Matutinus occaſus* eſt, cum ſtella mane occidit. *Ruſſ. in Itiner. l. 2. v. 633.* & matutinis Hyades occaſibus odæ.

MAVOLO. V. *Malo*.

MAVORS, ortis, m. *Marte*, Ἄρης, deus belli: unde per ſyncopen *Mors* factum eſt. Vox Poetica. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 26. extr.* & *lib. 3. c. 24.* Mavors dictus, quia magna vertit. *Virg. 6. Æn. v. 873.* magnam Mavortis ad Urbem. *& lib. 8. v. 630.* Mavortia io actio. *Lucan. l. 7. v. 569.* Britonas ad Mavors agitans. *Val. Flacc. l. 6. v. 178.* Mavors pater. *Ovid. 4. Faſt. v. 828.* Genitor Mavors. ¶ Mavortonomice eſt bellum ipſum. *Aoſius. Edyll. 4. v. 64.* Jam legi civili mixtum mavorta duellum.

MAVORTIUS, a, um. *di Marte*, Martius. Vox Poetica. *Virg. 4. Georg. v. 464.* Mavortia tellus. *b. e.* Thracia. *Id. l. 1. Æn. v. 280.* Mavortia mœnia. *b. e.* Roma. *Val. Flacc. l. 2. v. 208.* Mavortia conjux. *b. e.* Venus. *Claudian. de III. Conſul. Honor. v. 135.* eadique leges Mavortia ſorti. *& de nupt. Honor. & Mariæ, v. 187.* Mavortia ſigna. ¶ Item ballicoſus. *Ovid. de Thebaide 3. Metam. v. 531?* Mavortia proles. *ſcil.* nati olim cum armis ex dentibus anguis, ut *Id. ibid. v. 102. & ſequentib.* narrat. *Valer. Flacc. l. 5. v. 90.* Mavortia Amazon. *Sil. l. 1. v. 55.* Juvenem facta ad Mavortia flammat. *Stat. 2. Achill. v. 201.* ſtudiis nimium Mavortia Thrax. ¶ Mavortia vulnera, *Grat. in Cynteg. v. 344.* quæ in prœliis accipiuntur. ¶ Apud *Ovid. Metam. 8. v. 437.* Mavortius eſt Meleager, qui Martis filius eſt habitus. V. *Hygin. fab. 171.* ¶ Duæ ſunt Inſcriptiones optimæ notæ, apud *Gruter. pag. 57. n. 1.* & 2. quarum initium eſt *Mavortis ſacrum*, cum aliæ plures circa illas incipiant *Mavorti*, aut *Marti ſacrum*: ex quo apparet, *Mavortius* ibi ſubſtantivi more uſurpari.

MAURI, orum, m. *Mori*, Μαῦροι, populi Africæ, quorum regio Mauritania. Μαῦρος, fuſcum, nigrum ſignificat, cujuſmodi eſt gentis color. Aliquando tamen latiore uſu pro Numidis, Libybus, Afris ponuntur, *Salluſt. in Jug. c. 22.* Cetera loca uſque ad Mauritanam Numidæ tenent: proxime Hiſpaniam Mauri ſunt. *& cap. 91.* docet, Medos, & Armenios ex Aſia navibus in extremam Africam tranſvectos, accedentibus Libyæ populis, & nomen eorum corrumpentibus, barbara lingua Maurot pro Medis ſuiſſe appellatos. *Plin. l. 13. c. 15.* Confines Atlanti Mauri, quibus plurima arbor citri, &c. *Strabo l. 17.* ex aliorum ſententia tradit, Mauros eſſe Indos, qui cum Hercule in hæc loca tranſmigraveſint. *Juvenal. ſat. 14. v. 196.* Dirue Maurorum attegias, cubilia Brigantum. *Val. Flacc. l. 3. v. 587.* velut refugi quem contigit improba Mauri Lancea, ſanguineus vaſto leo murmure fertur. *Lucan. l. 4. v. 678.* Maurus concolor Indo. *Juvenal. ſat. 5. v. 53.* nigri manus oſſea Mauri. *& ſat. 11. v. 125.* Et Mauri celeres, & Mauro obſcurius Indus. *Nemeſian. ecl. 4. v. 40.* Mauri truces.

MAURICATIM, Maurice. *Labor.* apud *Charif. lib. 2. pag. 284. Putſch.* Noo intelleri, te Mauricatim ſcire.

MAURICE, *adverb.* Maurorum more. *Gell. l. 2. c. 25. ex Varr. de L. L.* Com-dicamus ab Oſco, Tuſco, Græco, Oſce, Tuſce, Græce; a Gallo tamen, & a Mauro Gallice, & Maurice dicimus.

MAURITANIA, æ, f. *Mauritanie*, Μαυρουσία, regio Africæ, ab Ortu in Occaſum extenſa, ubi nunc pars occidentalis Barbariæ: a μαῦρος, obſcurus, niger, propter nigredinem populorum. *Manil. l. 4. v. 727.* & Mauritania nomen Oria habet, titulumque ſuo fert ipſa calore. ¶ Duplex fuit, Cæſarienſis, & Tingitana. *Tacit. l. 2. Hiſt. c. 22.* & *lib. 2. c. 58.* & *59.* & *Plin. l. 5. c. 1.* & alibi. ¶ Scribitur & *Mauretania* etiam in numis Adriani, teſte *Pierio ad Virg. 4. Æn. v. 206.* & *Muſ. Theupol. pag. 460.* & *472.* ¶ Multa de hac regione *Solin. c. 25.* (*al. 38.*)

MAURUS, a, um, Μαῦρος, ad Mauros pertinens: & interdum univerſim Africus. *Horat. l. 3. od. 10. v. 18.* Mauri angues. (*Strabo l. 17.* venenatis ſerpentibus abundare Mauros tradit.) *Ovid. 6. Faſt. v. 243.* Mauræ manus. *b. e.* Pœnorum arma. *Juvenal. ſat. 12. v. 4.* Msura Gorgon. *Id. ſat. 10. v. 148.* Maurus Oceanus. *Horat. l. 2. od. 6. v. 3.* Maura unda. *b. e.* Africum mare. *Martial. l. 14. epigr. 90. de menſa eburna.* Nec ſum criſpa quidem, nec filvæ filia Mauræ. *b. e.* e citro, qua arbore Mauri abundant. *Stat. l. 2. ſilv. 3. v. 35.* poſſes Mauri. *b. e.* citroi.

MAURUSIÁCUS, a, um, Maurufius, Μαυρουσιακός. *Martial. l. 12. epigr. 67.* Et Maurufiaci pondere rara citri.

MAURUSIUS, a, um, Μαυρούσιος, idem quod Maurus: & aliquando pro Libye, Numida, Afro ponitur. *Strabo l. 17.* docet, *Mauruſios* dici a Latinis, qui a Græcis *Mauri*. Sed & hoc uſu Latinorum factum eſt. *Catul.* apud *Serv. ad Virg. 5. Æn. v. 206.* Maurufia, qui juxta Oceanum colunt. *Virg. ibid.* Maurufia gens. *Nemeſian. in Cynteg. v. 259.* tellus. *Sil. l. 11. v. 414.* pubes. *Id. l. 10. v. 402.* arundo. *b. e.* jaculum. *Lucan. l. 9. v. 426.* tantum Mauruſia genti Roboris divitiæ, quarum non noverat uſum. ¶ Legitur & *Mauruſius*, ſed minus recte. nam in antiquis codicibus, teſte *Pier. ad Virg. loc. cit.* per o ſcribitur.

MAUSOLEUM, i, n. *Mauſolo*, Μαυσωλεῖον, ſepulcrum Mauſoli regis Cariæ. Hunc Artemiſia uxor ardo dilexiſſe traditur, ut mortui cremati ac cinares vino dilutas ebiberat: & præterea ſepulcrum marmoreum exſtruxit ſumma magnificentia, & claritate. Arx illabatur in altitudinem viginticuinque cubitis, in circuitu habebat pedes quadrigentos undecim, circumdatur columnis triginta ſex. Calaveres in eo pariter Scopas, & æmuli ejus Bryaxis, Timotheus, Leochares: qui maxime fecere, ut id opus eſſet inter ſeptem miracula. Acceſſit quintus, Pythis, qui in ſummo quadrigam marmoream ſuperpoſit. V. *Plin. l. 36. c. 5.* & *Gell. l. 10. c. 18.* ubi alia multa hac de re. ¶ Etiam ipſius Mauſoli regia domus Halicarnaſſi ſtructuræ celebris loci: ſicubi turque a *Plin. l. 35. c. 14. lib. 36. c. 6.* ¶ Hinc quodlibet ſumptuoſius ſepulcrum, ac regium, *Mauſoleum* dixit. *Martial. l. 5. epigr. 65.* Jam vicina jubent nos vivere Mauſolea, Cum doceant, ipſos poſſe perire deos. *Flor. ſub fin. c. 12. l. 4. de Cleopatra.* Incautiorum nacta cuſtodiam, in Mauſoleum ſe (ſepulcra regum ſic vocant) recipit. Adde *Sueton. in Aug. c. 100.* & alibi. ¶ Adjecti a *Propert. l. 3. el. 2. v. 19.* Nec Mauſoli divos fortuna ſepulcri.

MAXILLA, æ, f. *maſcella, ganaſcia, μυγών*, os, in quo ſenſui ſunt dentes. Quid propria ſit, diſſum eſt in *Mala* ex *Celſo*. Sed ea ſem ſera ratione, qua *mala* accipitur. *Plin. l. 11. c. 37. ſect. 60. Hard.* Maxillas crocodilus tantum ſuperiorss movet. *& ſect. 61.* Camelus in ſuperiore maxilla primores dentes non habet. *Id. l. 32. c. 7. ad fin.* Maxilla dolens. ¶ Teſtonats *Auguſtus* apud *Sueton. in Tiber. c. 21.* Miſerum populum R. qui ſub tam lentis maxillis erit. *b. e.* ſub tam lenta ſevitia. ¶ Io illo *Perſii ſat. 4. v. 37.* Tu cum maxillis balanatum gauſape pectes: *maxillis* quidam interpretantur pectinem, qui radios habet inſtar dentium infixos, *Iberorum uxoris*: & *balanatum gauſape* comam intelligunt unguento delibutam. Sed hoc durum eſt admodum. Aptius, & mollius erit, ſi *gauſape* barbam intelligas: nil quæ enim belle coniungunt. Eſt autem ſermo de delicato & molli, qui barbulam alit, qua minus caſtæ feminæ delectantur, ut ait apud *Cicer. pro Cal. c. 14.*

MAXILLARIS, re, ad maxillam pertinens. *Maxillares dentes, προγόμφιοι, maſcellari*, inter geminos ſunt, & canini. *Cels. l. 6. c. 9. a med.* & *Plin. l. 11. c. 37. ſect. 63. Hard.* & *lib. 32. c. 7. a med.* & *cap. 10. ad fin.*

MAXIME, & *antiquo more* Maxume, *ſommamente, grandiſſimamente, aſſai, ſommo, aſſai*, adverb. ſuperlat. a *magis*; ſummo, vehementiſſime, plurimum, animo, valde. Jungitur verbis, & adjectivis poſitivis. *Cic. Orat. 2. c. 15. extr.* Ut quiſque maxime apis indigeat, ita ſi meridianum opitulari. *& cap. 19.* Ut quiſque animi magnitudine maxime excellit, ita maxime vult princeps omnium eſſe. *Salluſt. in Catil. c. 56.* Sed vos non timetis eam: immo vero maxime. *Cic. poſt reditum in Sen. c. 2.* Vir maxime fidelis, & maxime timidus. *Cæſ. l. 1. B. Gall. c. 3.* Maxime plebi accepti. *& cap. 9.* Loca maxime frumentaria. *& lib. 2. c. 4.* Nervii, qui maxime feri inter ipſos habentur. *Nep. in Milt. c. 1.* & *in Cim. c. 3.* Cum unus omnium maxime floreret. *Id. in Alcib. c. 3.* Hæc maxime convenire in Alcibiadem videbatur. ¶ *Ut cum maxime* ad tempus refertur: *ut quo, & quam qui maxime* ad perſonam. *Cic. e. ad Q. Fr. ep. 6. a med.* Domus celebratur ita, ut cum maxime, *tanto, quanto in altro tempo mai.* V. Cum maxime. *Id. 5. Fam. ep. 2. circa med.* Tam ſum omnibus, reipublicæ, quam qui maxime. *quanto altri mai.* & *Liv. l. 5. c. 25. a med.* Gratia ea res, ut quæ maxime Senatui unquam fuit. ¶ Cum ſuperlativis *Liv. l. 41. c. 23.* Ego maxime gravillimam omnium rem agi arbitror. *Al. leg.* maximam, & graviſſimam. *Cic. Attic. 12. ep. 38.* Aberatio a dolore, quæ maxime liberaliſſima eſt. *Al. leg.* liberalis. *Gell. l. 13. c. 16.* Hi ſunt vel maxime humaniſſimi. *Colum. l. 9. c. 3.* Quanto grandior apis, tanto pejor: ſi vero ſæpior, maxime peſſima eſt. *Eſt qui ſuſpicetur hæc verba habet.* ¶ Præponitur interdum *quam*, aut *vel* augendi gratia. *Cic. 1. de Orat. c. 34.* Verbum ſpropaſita quam maxime gravibus. *& mox.* Verbis, quam maxime poſſem, lectis. *& cap. 33.* Dicere quam maxime ad veritatem accommodate. *più che ſi può.* & *in Pariit. c. 33.* Quæ quidem vel maxime ſuſpicionem movet. *più d' ogni altro caſo*, ¶ Habet poſt ſe, cum gra-

gradatim defenditur, particulas *mox*, *deinde*, *poſt*, *tum*, & hujuſmodi. *Colum. l. 3. c. 12. a med.* Saſarna maxima probat ſolie orcum, mox deinda meridiem, tum occaſum. *Id. de arborib. c. 16.* Vitem maxime opulus alit, deinde ulmus, deinde fraxinus. *Cic. pro Robir. Poſt. c. 12.* Me ſcilicet maxima, ſed proxima illum quoque ſefellitſem. *Id. pro Cæcin. c. 9.* Mxime fuit optandum Cæcinæ, ut controverſiæ nihil haberet: ſecundo loco, ut ea cum tam improbo homine: tertio, ut cum tam multo. ¶ Cum adverbiis comparativorum. *Salluſt. in Catil. c. 37.* Imperium multo maxima miſerabile. ¶ Sæpe eſt præcipue, cum primis, præſertim, *ſpecialmente*, *principalmente*. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 66.* Quæ ratio poetas, maximeque Homerum impulit, ut, &c. *Id. pro Dom. c. 18.* Iatuemint paulifper animis juventutem, & eos maxima, qui, &c. *Id. 7. Attic. ep. 12. a med.* Scribe aliquid, & maxime, ſi Pompejus Italia cedit. *Id. tuſcu l. 5. de Fin.* Conſtituimus, ut ambulationem conficeremus in Academia, maxime quod ie locus a turbe vacuus aſſet. *Nep. in Iphicr. c. 3.* Quod cum in aliis rebus declaravit, tum maxima in Amyntæ libeſie tuendis. *Plin. l. 25. c. 5. circa med.* Melampodion caput aggravans, maxime niſi præfumatur allium. *Colum. l. 12. c. 53. a med.* Hæc ſulfura luna decreſcente, maxime par brumam, ſed atiam menſe Februario commode fier. ¶ In reſponſionibus eſt aſſentientis, concedentie, affirmantis. *Terent. Eun. 2. 2. 109.* Tu Parmeno fac illi adducantur. *Pa.* maxima. *ſi, mai si, voluiſſeri.* & 2. 3. 42. Nonne hoc mooſtri ſimile eſt? quid aie? *Pa.* maxime. *certiſſimamente.* & *Hec. 4. 4. 86.* Puerum, Philippe, mihi cedo: ego alam. *Phi.* maxime. *Plaut. Stich. 4. 2. 32.* Præſenta te, huic apulogum agere unam volo. *Epi.* maxime. *Adds Curcul. 2. 3. 36.* ¶ Pro Ut plurimum, *Gell. l. 17. c. 8.* Puer ad annos maxime natus octo. *al più che aver poteſſe.*

MAXIMITTAS, & Maximitas, atis, f. magnitudo apud vet. *Lucret. l. 2. v. 497.* Ne quædam cogas immani maximitate. *Arnob. l. 6. pag. 204.* Porrigere ſe longius, atque in inaximitatem producem.

MAXIMOPERE. V. *Magnopere.*

MAXIMUS. V. in *Magnus.*

MAZA, æ, f. *zuppa di latte, μᾶζα*, farina hordeacea, vel panis lacte, ſero, aut aqua ſubactus, quem *Varr. l. 2. R. R. c. 9. a med.* & *Colum. l. 7. c. 12. a med.* canibus in cibum dari jubent. *Grat. in Cyneg. v. 307.* Lacte novam pubem, facilique tuebere maza. Sic *Nemeſian. in Cynog. v. 161.* Interdumque cibo Cereiem cum lacte miniſtra.

MAZACES, cum, m. incolæ Cæſareæ Cappadocum, quæ *Plin.* teſte *l. 6. c. 3.* prius Mazaca dicta *28.* Hi equitandi arta olim noti fuere, quia his locis generoſi equi alebantur: unde in comitatu Principum R. ſæpe leguntur. *Sueton. in Ner. c. 30. extr.*

MAZARA. V. *Materia.*

MAZONOMUS, i, m. *piatto cavato, μαζονόμος, μαζοχόος*, lanx: a μᾶζα, maza. Primo enim ſic dicebatur ves, in quo maza apponebatue, nempe quia ſolerent mazas *ſimas*, h. e. diſtribuem. Sed poſtea uſurpari cœpit generatim pro omni lance rotunda. *Horat. l. 2. ſat. ult. v. 86.* Mazonomo pueri magno diſcerpta ſerentes Membra gruis. *Varr. l. 3. R. R. c. 4.* Ut in eodem teſto ornithonie incluſum triclinium haberet, ubi delicate cœnitant: & alios videmt in mazonomo poſitos coctos, alios volitara circum feneſtras captos.

M E

ME pro *mihi* V. in *Ego.*

MEABILIS, e, *che facilmente paſſa*, e *penetra*, *περατός*, qui facile meat, & quoquo peneteat. *Plin. l. 2. c. 5. Aer* vitalis, & per cuncta rerum meabilis, totoque conſectus. ¶ Item qui tranſiri facile poteſt, *che facilmente ſi paſſa. Id. l. 6. c. 1.* Tranſitus vel bubus meabilis.

MEATIM, adverb. poaitur a Grammaticis ut Latinum, a *meus* perſonam tantum ſignificane: & exponunt meo more; ſicut *tuatim* tuo more. *Perſeus. l. 12. pag. 949. Puſſb. Donat. edit. II. pag. 1759. Serg. in Donat. pag. 1850. Cledon. pag. 1919.* & *Auguſtin. de Gramm. pag. 2010.* ſed nulla præterea confirmant exemplo.

MEATUS, us, m. *andamento, corſo, moto, μεῖρος*, vonix, actus meandi, itio, progreſſus, motus. *Lucret. l. 1. v. 118.* ſolis lunæque meatus Qua fiant ratione. *Virg. 6. Æn. v. 850.* Cæli meatus adio deſcribere. *Tacit. 1. Hiſtor. c. 61.* Aquila leni meatu, velut duæ viæ, prævolavit. *Patrun. in Satyr. c. 122.* de cælo Delphicue ales Omina læta dedit, populitque meatibue auras. *Tacit. 6. Ann. c. 28.* Ubi pae oneri, par meatui ſit. *Sil. l. 12. v. 102.* Nubivagoe meatue. *volo. Eumen. in Panag. ad Conſtant. Cæſ. c. 8.* Regionem obliquie meatibus Scaldis interfluit. *Quintil. l. 7. c. 10.* Pulſue venarum, calorie motus, ſpiritus meatum ſentira. *il reſpiro.* Sic *Plin. l. 6. ep. 16. a med.* Meatus animæ gravior, & ſonantior. *Plin. alter l. 2. c. 16.* Flexuoſos draconum meatus. *Id. l. 3. c. 1.* Oceanus avido mearu terræ damergens. *Claudian. l. 1. in Ruſin. v. 5.* Præſcriptoſque mari fines, annoſque meatus. ¶ Ubi ait *Solin. c. 30.* (al. 43.) *a med.* Lupi ro faliendo ita niſus habent ahtis, ut non magis proficiant curſu, quam meato: *Salmaſius*, quid, inquit, hic *meatum* vocet, fama naſcio: illud ſcio, eum augari. Fortaſſe *Solin.* illud *meatum* pro niſu ſaliendi poſuit: quod ſi ita, impropria certe eſt locutus. ¶ Itam ipſe locus, per quem itus, tranſitus, via, *ſtrada, poſſe, moto. Val. Flacc. l. 3. v. 403.* ſpecus, Umbrarumque meatus ſubrer. *Plin. l. 19. c. 5. a med.* Meatum vomitionibus præparum. *& lib. 28. c. 13.* laxare ſpirandi. *Tacit. 14. Ann. c. 51.* impedire. *Plin. l. 20. c. 21.* Malvæ decoctæ ſuccus pori meatue ſuaves facit. Ubi *Hardoin.* Urinæ credo meatum intelligit.

MECASTOR, *per mio ſe, oſſe, ſi τὸν Κάſτορα*, juramentum mulierebre. *Feſtus:* Mecaſtor, & mehercules juejuranaum erat: quaſi diceretur, ita me Caſtor, ita me Hercules, ut ſubaudiatur, juvet. *Gell. l. 11. c. 6.* eſſe ait feminarum proprium, ſicut *mehercules* virorum: quod & in *Ecaſtor* adnotavimus, & fideliter *Terent.* & *Plaut.* ſervare dicuntur. *Terent. Heayr. 1. 2. 8.* Salva mecaſtor Parmeno. *Sy.* & tu adepol, Syra. *Plaut. Aulul. 1. 2. 28.* Nec nunc mecaſtor, quid hero dicam, quo commiaſci. *Id. Stich. 1. 3. 87.* Certo mecaſtor id fuit nomen tibi. ¶ Nihilominus utuntur hoc juramento Paraſitus apud eund. *Aſin. 5. 2. 46.* & Argyrippus *ibid.* & o. V. *Ecaſtor.*

MECHANEMA, atis, n. *macchina*, ingeniioſum manus artificium, artificioſum opus: a *μηχανή*, machina, inventum. *Sidon. l. 1. ep. 9.* Dens bone! quæ ille digitie mechaemata facit!

MECHANICOS, adverb. Græca poſitione, mechanico artificio: ſic Organicòs, organico. Utrumque legitur apud *Vitruv. l. 10. c. 2.* V. *Organum.*

MECHANICUS, a, um, *meccanico, artificioſo, μηχανικός*, ad eas res pertinens, quæ manu ſimul & ingenio fiunt, & fabrili artificio conſtant: a *μηχανή*, artificium, machina. *Gell. l. 10. c. 12.* Simulacrum columbæ e ligno ab Archyta ratione quadam diſciplinaque mechanica factum. *Lamprid. in Alex. Sever. c. 21.* Mechanica opera Romæ plurima inſtituit. *Jul. Firmic. l. 6. c. 31. ante med.* Artis mechanicæ divinus tepertus. *Rhemn. Fann. de ponderib. v. 102.* Quod tibi mechanica promptum eſt depromere muſa. *h. e.* mechanicæ artis inſtrumento, & ingenio. *Apul. in Apol.* Me, cum apud eum multas geometricas formas e buxo vidiſſem affabre factas, invitatum eius artificio, quædam mechanica ut mihi elaborates, petiſſe. ¶ *Mechanicus* abſolute, *ingegnero, prova. Colum. l. 3. c. 10.* Siphu, quem diabetan vocant mechanici. *Suetou. in Veſpaſ. c. 18.* Mechanico grandes columnas exigua impenſa perducturum in Capitolium pollicenti, &c. *Lucil.* apud *Feſt. in Petoritia.* Sicuti mechanici cum alto exſiluere petauro. *h. e.* qui in machinis mira edunt populi oblectandi gratia.

MECŒNAS, vel Mecænas. V. *Mecenas.*

MECONIS, idis, f. *ωπιακός*, genus lactucæ atræ, & amaræ, quæ lacte ſoporifero, inflas papaveris, abundat. *μηκων* enim papaver ſignificat. *Plin. l. 19. c. 8.* & *lib. 20. c. 7. ad fin.*

MECONITES, æ, m. *ωπιακίτης*, gemma papaver exprimens, quod Græce *ωπιακον* eſt. *Plin. l. 37. c. 10.*

MECONIUM, ii, n. *ſugo di papavero, μηκώνιον*, apud *Plin l. 20. c. 18.* & *lib. 25. c. 12.* eſt ſuccus expreſſus ex capitibus & ſolite papaveris decoctis. ¶ Item barba, quæ & *pepin* dicitur. *Plin. l. 27. c. 12.* ¶ Item *prima* excrementa, quæ infantes emittunt. *Id. l. 28. c. 4. ad fin.*

MECUM. V. in *Ego.*

MEDDIX, *vel* Meddis, icis, m. ſummus Magiſtratus Oſcorum. *Enn.* apud *Feſt.* Summus ibi capitur meddix, occiditur altee.

MEDEA, æ, f. *Medea*, inſignis maga fuit, Æetæ Colchorum regis filia, quæ cum Iaſonis amore capta eſſet, faciem illi ad aureum vellus adirum præbuit, domitis tauris, & ſopito pervigili dracone, qui noctes dieſque illud aſſervabat: quo facto, patris iram metuens, Iaſonem in Græciam ſequuta eſt, patremque infequentem, dilaceratie Abſyrti fratrie membris, & per viam diſperſie, retardavit. Repudiata deinde ab Iaſone, filios ſuos, quos ex eo ſuſceperat, occidit, Glaucamque Creontis filiam, cum qua Iaſon ſecundas contraxerat nuptias, incenſa regia, vivam cremavit, ipſumque etiam Iaſonem impatientia doloris manus ſibi inferra coegit. *Senec. in Med. Val. Flacc. l. 6. & deincept. Ovid. 7. Metam. v. 9. & ſequentib. Hygin. fab. 21. 22. 25.* &c. *Horat. in ar. Poet. v. 185.* Ne pueros coram populo Medea trucidet. ¶ Eſt etiam hoc nomine gemma nigra, venis aurei coloris, ſudoum reddene eroci, ſaporem vini, quam a Medea inventam fabulantur. *Plin. l. 37. c. 10.*

MEDEIS, idis, f. patronym. pro poſſeſſivo, a Medea. *Ovid. 2. de ar. am. v. 101.* Medeides herbæ. *h. e.* magicæ, qualibus Medea utebatue.

MEDELA, æ, f. *medicina, rimedio, ἴαμα*, medicina, remedium, curatio. *Juſtin. c. 1. l. 21.* Quie rabue veluti medela quædam interventes Alexandri fuit. *Gell. l. 12. c. 5.* Cum medicoe arceſſiſſet, collocutuſque de facienda medela eſſet. *Apul. l. 8. Metam.* Vulneribus medelas varias adhibere. *Gell. l. 16. c. 12.* Herbarum ſuccie faciant medelarum miracula. *& lib. 15. c. 1.* Qua medela, quaque ſolertia ignem defenderes. *Id. l. 5. c. 14. ad fin.* Mea opera & madela levaree. *Id. c. 1. l. 20.* Legum opportunitates & medelæ.

MEDENS, entis, *medico, ἰατρός*, qui medetur, medicus. *Lucret. l. 1. v. 934.* Sed veluti pueris abſinthia tetra medentes Cum dare conantur, &c. *Ovid. Heroid. ep. 21. v. 84.* Adjuvor & aulla feſſa medeutis ope. *Id. Metam. 15. v. 619.* nihil artes poſſa medentum. *Plin. in Paneg. c. 22.* Ægri quoque, neglectis medentum imperio, ad conſpectum ſui prorepere. *Tacit. 5. Hiſt. c. 6.* Balſami humor in uſu medeatium eſt. *Plin. l. 25. c. 8. ante med.* Democratee a primis medentium.

MEDĔOR, eris, *dep. 2. medicare, rimediare, ἰάομαι*, medelam & remedium affero, medicor, curo: a *μέδω*, ſeu *μήδω*, impero. medicorum enim eſt imperare. V. *Impero. Cic. 2. de Orat. c. 44.* Medico non ſolum morbus ejus, cui mederi volet, ſed atiam natura corporis cognoſcenda eſt. *Id. pro Roſc. Amer. c. 44.* Cum capiti mederi debeam, redeviam curu. (proverbialia locutio de eo, qui de minori malo eſt ſolicitus, majom neglecto.) *Plin. l. 8. c. 27.* Mederi oculie herba chaidonia. *Laurea Tull. in epigr.* apud *Pitu. c. 2. l. 31.* Aquæ medextur oculis. *Plinu. l. 9. c. 31.* Caeori contra ſerpentium ictus medeatur. *Id. l. 20. c. 1.* Radix ſucco medetur doloti) dantium. *Id. c. ult. l. 27. a med.* Mammiæ tragion unice medetur.

Digitized by Google

ditur. *Id. l.* 24. *t.* 6. *extr.* Pinea reſina capitis vulneribus optima medetur. *Id. l.* 27. *t.* 10. *ad fin.* præclare. *Id. l.* 34. *ſub fin.* juxtaque. *& lib.* 29. *c. ult. a med.* eximia. *Veltſ. l.* 2. *t.* 25. Aquæ ſalubritate, medendiſque corporibus nobiles. *Sueton. in Veſpaſ.* 1. ſ. Medendæ valetudini, leniendiſque morbis nullam opem non adhibuit. *Ovid.* 2. *de ar. am. v.* 735. *& lib.* 7. *Metam. v.* 526. Medendi ars. *la medrina.* Adde *Sueet. ap.* ſtr. ¶ Translate elegantis habet uſus. *Cic. Agrar.* 1. *t.* 9. Huic malo pro ſe quiſque noſtrum mederi, atque hoc omnes ſanare velle debemus. *Id.* 7. *Fam. ep.* 28. Dies ſtultis quoque mederi ſolet. *Id. Q. Fr. l. & ep.* 1. *t.* 10. *extr.* Mederi incommodis omnium. *Id. pro Sext.* 2. 13. afflictæ & perditæ reipubl. *Id.* 6. *Verr.* 2. 52. a *med.* religiosi. *Salluſt. in Jug. c.* 43. invidiæ. *Ovid.* 7. *Metam. v.* 837. labori. *& lib.* 9. *v.* 774. timori. *Tacit. Ann.* 6. 1. 18. periculis fratris. *Cuſ. l.* 5. *B. Gall. c.* 24. inopiæ rei frumentariæ. *Nep. in Pelop.* 2. 1. tum ſatietati, tum ignorantiæ lectorum. *Tacit.* 4. *Ann. c.* 16. rei alicui lege, aut decreto Senatus. *Senec. in Herc. Fur. v.* 1261. nemo polluto queat Animo mederi: morte ſanandum eſt ſcelus. ¶ Cum accuſativo, ut *medicor. Terent. Phorm.* 5. 4. 2. Quam ſcitum eſt, ſpafinodi parare in animo ſupiditatem, quas, cum res adverſæ ſunt, paulo mederi poſſis! Ita legit etiam *Priſcian. l.* ſt. *pag.* 795. *Puſch. & lib.* 18. *pag.* 1162. Sunt tamen duo MSS. apud *Voſſerbov.* & quatuor apud *Bentley.* & editio anni 1469. ubi legitur *quibus.* Addit *Voſſ. l.* 7. *de gramm. c.* 21. illud *Vitruv. l.* 8. *c.* 3. *ante med.* Bituminoſi fontes interiora corporis vitia potionibus purgando ſolent mederi. Sed hoc nihil ſunficit, ſi *vitra ad purgande* referas. Legitur etiam apud *Juſtinian. ſub fin. tit.* 7. *lib.* 2. *Inſtitutian.* ſed hoc non eſt ſatis; ut imitari paſſim liceat. ¶ *Medendo* paſſive, *Virg.* 12. *Æn. v.* 46. haudquaquam dictis violentia Turni Flectitur: exſuperat magis, ægraſcitque medendo. *b.* 2. dum ſi medicina adhibetur. ¶ Paſſive imperſonaliter, *Vitruv. l.* 6. *c.* 11. Ut huic vitio medeatur, ſic erit faciendum. ¶ Perſonaliter *Hieron. ep.* 22. *ad Euſtoch.* 2. 4. Vini potio concedatur, ut ex hoc ſtomachi dolor, & frequens medeatur infirmitas. ¶ Præteritum carat, vel a *medeor* ſumit: quod & *Diomed. l.* 1. *pag.* 376. admonuit.

MED ERGA. V. *Erga.*

MEDIA, æ, ſ. *Media*, Μηδία, regio Aſiæ intra Armeniam, Parthiam, Hircaniam, & Aſſyriam: dicta a Medo, ſeu Medo, Ægei Athenienſium regis, & Medeæ filio. Ejus populi *Medi*, caput Ecbatana ſunt. *Plin. l.* 6. *c.* 26. *Solin.* 1. 55. (*al.* 69.) *Virg.* 2. *Georg. v.* 126. Media fert triſtis ſuccos terdumque ſaporem Felicis mali. V. *Aſſyrius.*

MEDIALIS, le, *di mezzo*, μέσος, mediaous, medius. Abſolute *mediale* eſt media para. *Solin.* 2. 20. *a med.* (*al. c.* 33.) Arbor pinei generis, cujus medialis ſuccino lacrymat. *& cap.* 52. (*al.* 65.) *a med.* Lignum omne, atque mediale eadem ferme facie, & nitore. ¶ Alio ſenſu *Feſtus*: Medialem appellabant hoſtiam aſtram; quam meridis immolabant. *b. c.* quia *medio die*. Al. leg. *medidialem* a *medidie* pro *meridie.*

MEDIANS, antis. *Pallad. in Mart. tit.* 10. ad *fin.* Inoculari ſitus locis ſiccis Aprili, humidis Junio madiante poterit. *a mezzo Gregne.*

MEDIANUS, a, um, *di mezzo*, μέσος, qui in medio eſt, mediuſ. *Vitruv. l.* 3. *c.* 1. *ſub fin.* Mediana columnæ. *& cap. ult. ad fin.* Acroteria mediana altiora, quam angularia. *& ſub fin.* Capita leonina mediana. *Veget. l.* 2. *rei Veterin. c.* 40. Medianus digitus. ¶ *Medianum* abſoluta media para. *Ulpian. Dig. lib.* 9. *tit.* 3. *leg.* 5. Oportebit prætorem dare actionem in eum, ex cujus cubiculo, vel exedra dejectum eſt: licet plures in eodem cœnaculo habitent. quod ſi ex mediano cœnaculi quid dejectum ſit, verius eſt, omnes teneri. *Al. leg.* mentanum. V. *Mœnianum.*

MEDIASTINUS, i, m. *ſervo, famiglio di ſervizio baſſo*, δοῦλος, ſervus eſt infimi ordinis, nullo certo miniſterio addictus, ſed viliora quæque munia obire ſolitus, quæ non ſolum domini juſſerint, ſed etiam alii ſervi, qui peculiari officio ſunt deſtinati, ſive rari, ſive in urbe: a *medius*, quod inter ſervos veluti medius ſit ad omnium imperia paratus. *Column. l.* 2. *c.* 13. a *med.* Poſſe agrum ducentorum jugerum ſubigi duobus jugis boum, totidemque bubulcis, & ſea mediaſtinis. *Id. l.* 1. 2. *ult.* Longiſſimum quemque arererem faciemus: mediaſtinus qualiſcumque ſtatus potuit eſſe, dummodo perpetiendo labori ſit idoneus. (His locis *Colum.* intelligit ſervum ruſticum, qui neque villicus ſit, neque arator, neque vinitor, neque bubulcus: horum enim ſunt certa munia: ſed qui ſorriendo, occando, runcando, fodiendo, & ſimilibus operam navet, & latiora vocabulo *opera*, & *operarius* dicitur, *lavoratore.*) *Id. ibid. a med.* Separandi ſunt aratores a vinitoribus, iiqua a mediaſtinis. *Cic.* 2. *Catil. c.* 3. Exercitus collectus en ſenibus deſperatis, ex agreſti luxuria, ex ruſticis mediaſtinis, decoctoribus, &c. *Horat. l.* 1. *ep. & v.* 14. Tu mediaſtinus tacita prece rura petebas: Nunc urbem, & ludos, & balnea villicus optas. *Ulpian. Dig. lib.* 4. *tit.* 9. *leg.* 1. *a med.* Si quis opera mediaſtini fungitur, non continetur (*edictis prætoris de cauponib. & ſtabular.*) ut puta atriarii, & focarii, & his ſimiles. *Cato* apud *Non. c.* 2. *n.* 573. Illi imperator, tu illi ac ceteris mediaſtinus. *Locul. ibid.* Villicum Ariſtocratem, mediaſtinum, atque bubulcum. *Nonius* ibi, non ſolum balneſarum, inquit, ſed ædium quoque miniſtros, & curatores, mediaſtinos legimus. Quod puto, ideo adnotavit, ut falſum eſſe oſtenderet, quod *Feſtus. ſup. XII. verſ. Æa. lib.* 5. *pag.* 1244. *Puſch.* ſcripſerat, *mediaſtinum* dici, quod medias partes balnei tenet, hoc eſt in medio lavantium ſtat: quaſi in ſolis balneis mediaſtino locus eſſet. Apud *Gruter.* trea ſunt inſcripti lapides *pag.* 577. *n.* 3. 4. *&* 5. in quorum priore mediaſtinus balnearis commemoratur: Secundus inſculptum in pavimento habuit ſervum dextera canifrum, ſcopam ſiniſtra tenentem, ſcripturaque *Cervulus ſervus mediaſtin.* Apud *Plin. l.* 29. *c.* 1. Prodicus inſtitutum quam vocant Iatralepticen, reuaſtoribus quoque medicorum, ac mediaſtinis vindicat invenit. *b. c.* infimis medicorum ſervis, qui in balneis, & aliis inſerviunt.

MEDIASTUTICUS, m. ſummus apud Campanos Magiſtratus. *Liv. l.* 26. *c.* 6. *ad fin.* Mediaſtuticus, qui ſummus Magiſtratus apud Campanos eſt, eo anno Seppius Lefius erat. Al. leg. *Medixtuticus*, aut *Middixtuticus*, ut ſit a *Meddix.* Adde *lib.* 24. *t.* 19.

MEDIATOR, oris, m. *mediatore, mezzano*, μεσίτης, qui ſe mediam inter aliquos diſſidentes interponit, ad lites componendas, conciliator, ſequeſter. *Apul. l.* 9. *Metam.* Adſeverat parvi ſe pendere tot mediatorum præſentiam. ¶ A Chriſtianis Scriptoribus ſæpe dicitur de Chriſto Jeſu. *Tertull. de Cœna Chriſti*, 2. 15. ex *Paul. t.* ad *Timoth.* 2. 5. Mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Jeſus. *Lactant. l.* 4. *c.* 25. *a med.* Idcirco mediator advenit, ideſt Deus in carne, ut caro eum ſequi poſſit. *Petadius. Cathemer.* 11. *v.* 13. Emerge dolcis puſio, Parens, & expera ſonjugia, Mediator, & duplex genus.

MEDIATRIX, icis, ſ. *mezzana*, quæ mediam ſe interponit. *Alcim. Avit.* de columna ignis, & nubis, qua duce Hebræi itur faciebant, *lib.* 5. *v.* 565. nempe videtis, Ut mediatricis curet tutela columnæ.

MEDIBILIS, apud *Feſt.* eſt medicabilis. Eſt autem a *medeor*, ut illud a *medicor.*

MEDICA, æ, ſ. *erba Medica, μηδική*, herba eſt principatum tenens inter pabula, a Medis advecta in Græciam per bella Perſarum, quæ Darius intulit: tanta dote, ut ea uno ſatu amplius tricenis (denis, apud *Colum. l.* 2. *c.* 10. & *Pallad. in April. tit.* 1.) annis duret. Similis eſt trifolio, caule, foliiſque geniculata: quidquid in caule aſſurgit, folia contrahuntur. Secatur incipiens florere, & quoties *trifolium*: id ſæpius evenit per annos, cum minimum, quatuor. Hæc *Plin. l.* 18. *t.* 16. *Colum.* & *Pallad. loc. cit.* & *Varro l.* 1. *R. R.* 1. 42. ubi etiam ejus ſerendæ, excolendæque rationem tradunt. *Virg.* 1. *Georg. v.* 215. Vere fabis ſatis: tum te quoque, Medica, putres Accipiunt ſulci.

MEDICA, æ, ſ. *medica, levatrice, ſuvgia*, mulier medendi artifex, & præcipue obſtetrix, quæ parientibus adeſt, & partum curat. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 635. *n.* 9. Flaviæ Hedones medicæ ex T. Adde *pag.* 636. *n.* 1. 2. *&* 3. & apud *Fabrett. t.* 7. *n.* 7.

MEDICABILIS, le, *curabile, ſanabile, medicabile, ſanuvole*, qui medendo ſanari potuit. *Ovid.* 1. *Metam. v.* 523. & *Heroid. ep.* 5. *v.* 149. Hei mihi, quod nullis amor eſt medicabilis herbis. *Id. de remed. amor. v.* 135. Ergo ubi viſus eris noſtræ medicabilis arti. *Al. leg.* noſtra arte. *Sil. l.* 10. *v.* 416. & non medicabile vulnus. ¶ Item qui medicari, & ſanare poteſt, *medicinale. Colum. in ſ. cap.* 10. *l.* 7. Ligni ſuccus medicabilis epotus inteſtinum tumorem compeſcit. *Pallad. in Januar. tit.* 15. *ſub fin.* Ipſum mel ita medicabile fieri, ut ea eo facta potio arterias curet. *Voler. Flacc. l.* 4. *v.* 87. Secretum numeris agit, & medicabile carmen. *b. c.* luctum & laborem levans.

MEDICABILITER, *giovevolmente*, medicando, & ſanando. *Pallad. in Februar. tit.* 31. Hoc vinum fuliſt limum dyſentericæ paſſionis medicabiliter aſpeuare.

MEDICABULUM, li, n. locus medicinæ: ut *natabulum* locus ad natandum. *Apul. in Florid. n.* 16. (*al. l.* 3.) Contuli me ad Perſianas aquas, gratiſſima prorſus & ſanis notabula, & ægris medicabula.

MEDICAMEN, inis, n. *medicina, medicamento, φάρμακον*, medicamentum, medicina, remedium. *Cic. in Piſon. t.* 6. Memiaiſti ne, excuſatione te uti valetudinis, quod diceres, violentis te quibuſdam medicaminibus ſolere curari? *Pallad. in Februar. tit.* 28. Theriacæ medicamen addere. *Tacit.* 12. *Annal.* 1. 51. Obligant vulnus, ægreſtia medicamina adhibent. *& lib.* 4. *c.* 57. Ulcoroſa facies, ac plerumque medicamiaibus interſtincta. *Ovid.* 2. *de ar. amam. v.* 401. Illa Machaonios ſuperant medicamina ſuccos. *Id.* 15. *Metam. v.* 533. valido medicamina reddita vita. *Juvenal. in ſ. ſat.* 6. Pontica ter victi medicamina regis. *antidoti, preſervativi.* ¶ Item venenum, *veleno*. V. *Medicamentum. Tacit.* 12. *Ann. c.* 67. Infuſum delectabili cibo boletorum venenum, nec vim medicaminis ſtatim intellectam. *& lib.* 14. *c.* 51. Illitum palatum noxio medicamine. *Flor. in ſ. l.* 2. Medicaminibus impuris Romana arma violare. *b. c.* fontes venenis inficiendo. *Juvenal. ſat.* 6. *v.* 594. tantum medicamina poſſunt. *b. c.* abigendo partui data. ¶ Item veneficium, *malia, ſtregheria. Val. Flacc. l.* 8. *v.* 17. *de Medea.* Condita latiferis prodit medicamina ciſtis. *Ovid.* 7. *Metam. v.* 211. Dua gregis inter oves agnus medicamine fiet. ¶ Item ſuccus colorem inducens, *tintura, colore. Plin. l.* 9. *c.* 38. *de purpura.* Ad quingentenas medicaminis libras æquari. *Petron. in Satyr. c.* 102. a *med.* Infecta medicamine facies. *Lucan. l.* 3. *v.* 238. tingentes croceo medicamine crinem. ¶ Item fucus, *belletta.* Hinc *Ovidii* carmen de *medicamine faciei*, di quo *Id. de ar. am. l.* 3. *v.* 205. Eſt mihi, quo dixi veſtræ medicamina formæ, Parvus, ſed cura grande libellus opus. *Petron. in Sat. c.* 126. Facies medicamine attrita. Adde *Juvenal. ſat.* 6. *v.* 472. ¶ Univerſim ſic dicitur quidquid adhibitum, naturam ejus, cui adhibitum eſt, mutat, ut *Cajus Dig. lib.* 50. *tit.* 16. *leg.* 236. docet. Hinc ds coagulo *Colum. l.* 7. *c.* 8. Optimus cafeus eſt, qui exiguum medicaminis habet. *Id. lib.* 12. 1. 20. Vitioſo medicamine fructus, qui perceptus eſt, vitiatur. *b. c.* conditura: *caterva concio.* Sic *Plin. l.* 14. 1. 20. Vina medicamine inſtaurare. *Id. l.* 7. *c.* 14. ſimum vocat medicamen ſeminum.

MEDICAMENTARIUS, a, um, ad medicamenta pertinens. *Medica-*

mentaria am, quæ ex variis rebus medicamenta compoſuit, præter ea, quæ ſimplicia naturæ inſtituit, *aut degli ſpeciali*. *Plin. l.* 7. c. 56. *aute med.* Medicinam Ægyptii apud ipſos volunt raperiam: herbariam, & medicamentariam *a* Chirone. ¶ *Medicamentarius*, mulier, quæ medicamenta conficit: & ſpeciatim venena coquens, maleſica. *Imp. Conſtantin. lib.* 3. *Cod. Theodoſ. tit.* 16. *leg.* 1. Si mœchiam, vel medicamentariam, vel concubinariam repudiare voluerit. ¶ *Medicamentarius*, artifex, *ſpeziale*, φαρμακοποιός. *Plin. l.* 19. c. 6. *a med.* Porrum herbaceum, quo utuntur medicamentarii. ¶ Item veneni coquens, maleficus. *Conſtantin. Imp. loc. cit.* Si homicidam, vel medicamentarium, vel ſapulcrorum diſſolutorem virum ſuum eſſe probaverit.

MEDICAMENTOSUS, a, um, *medicinale*, *ἰατρικὸς*, medendi vim habens. *Cato R. R.* c. 157. De omnibus breſſicis nulla eſt illiuſmodi medicamentoſior. *Al. leg.* medicamento. *Plautin. l.* 8. c. 3. *ante med.* Omnia aqua calida iden eſt medicamentoſa, quod, &c.

MEDICAMENTUM, ti, n. *medicamento*, *medicina*, *remedio*, φάρμακον, medicina, medicamen, remedium contra morbum. *Cic.* 3. *Offic.* c. 24. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, ſi eo medicamento ſanus factus fuerit, &c. *Id. de clar. Orat.* c. 60. Devioctus aret faſcue, & multis medicamentis, propter dolorem artuum, dalibatus. *Sueton. in Calig.* c. 23. *extr.* Medicamenta uti. *prender medicamento*. & *cap.* 29. præmuniri metu veneficiorum. *Curt. l.* 4. c. 6. *a med.* ſupprimere ſanguinem. *Plin. l.* 24. c. *ult.* Medicamentum haurire. *Curt. l.* 6. c. 10. *ad fin.* bibere. *& lib.* 3. c. 6. ſumere. *& ibid.* diluere. *Column. l.* 6. c. 5. potandum præbere. *Plin. l.* 32. c. 9. *a med.* componere. *Id. l.* 28. c. 4. *a med.* ſuppuratorium. *Id. l.* 23. c. 7. *circa med.* aculeatorium. *& lib.* 24. c. 13. ſtypticum. *& lib.* 37. c. 10. *ante med.* ſummificum. *Id. l.* 11. c. 42. Medicamenti vim habens. *Id. l.* 28. c. 13. Datur & equi lingua inveterata ex vino, præſentaneo medicamento. *Id. in fin. cap.* 3. *l.* 26. Medicamentorum potus ſtomacho inimici. *Liv. l.* 8. c. 18. Medicamenta ſalubria. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 53. ſalutaria. ¶ Ut Græcis φάρμακον, ſic Latinis *medicamentum* media vox eſt, & quæ in utramque partem ſumi poteſt. Eſt autem (ut *Cornu* docat *Dig. lib. ult. tit. pænit. leg* 236.) univerſim quidquid adhibitum, naturam ejus, ſeu ſtatum mutat, cui adhibetur. Itaque & pro noxio medicamine, ſeu veneno ſumitur, quod vel inferendo morbo, aut morti, vel alienandæ menti datur, *veleno*. *Liv. l.* 8. c. 18. Coquentes quæſdam medicamenta invenarunt. *Cic. pro Cluent.* c. 11. Medicamentis partum abigere. *Sueton. in Calig.* c. 50. Creditur potionatus a Cæſonia uxore, amatorio quidem medicamento, ſed quod in furorem vertit. *Petron. in Satyr.* c. 20. Medicamentum exhibere. *h. e. ἐκπῶσαι*. *Plin. l.* 27. c. 11. Medicamento ſagittas tingere. *Id. l.* 28. c. 8. *circa med.* Medicamento malo laſus. Adde *Varron.* apud *Non.* c. 4. *n.* 297. ¶ Item pro ſucco, quo lanie color inducitur, *tinture*, *colore*. *Cic. in fragm.* apud *Non.* c. 12. *n.* 13. Qui combibi purpuram volunt, ſufficiunt prius laoam quibuſdam medicamentis. *Plin. l.* 35. c. 6. *a med.* Fervente abeno rudibus medicamentis inebriatum. *Senec. l.* 1. *quæſt. nat.* c. 3. *ad fin.* Intereſt quamdiu purpura macarata ſit, etaſſius medicamentum, an aquatius traxerit. ¶ Item pro condimento vini, defruti, & hujuſmodi, *cenere*. *Cete R. R.* c. 38. Medicamentum in dolium hoc modo facito, &c. *Column. l.* 12. c. 20. *circa med.* Plumbeum (*vas*) peragitabie, ut deſtutom & medicamenta coeant. ¶ Item pro foco, *belletto*. V. *Medicamen*. *Senec. l.* 7. *de benef.* c. 9. Ipſa illa, quæ placet, varietas, ſubditia (*el.* ſublitus) medicamentis, in ſimilitudinem veri coloratur. ¶ Trans'ata *Cic. in Orat.* c. 23. *in fin.* Fucati vero medicamenta candoria, & ruboris, omnia repellentur: elegantia modo, & munditia remanebit. ¶ Remedium quodlibet. *Cic. pro Cluent.* c. *ult.* Non huic ærumnoſiſſimo veorum illud fuiſſet, ſed multarum medicamentum laborem. ¶ Denique uſurpatur pro veneficio, *maleficio*, *malie*. *Plaut. Pſeud.* 3. 2. 80. Item ut Medea Peliam concoxit ſenem, quem medicamento, & ſuis venenis dicitur feciſſe rurſus ex ſene adoleſcentulum. ¶ Pro glutine *Vopiſc. in Firm.* c. 3. Vitreis quadraturis, bitumine, aliiſque medicamentis inſertis, domum induxiſſe perhibetur. *h. e.* parietes domus contegiſſe & ornaſſe.

MEDICATIO, onis, f. actus medicandi, medicamentum, *incantatio*. *Colum. l.* 2. c. 10. *a med. de lente*. Poteſt tamen, etiam citra ullam medicationem, eloeri mieta commoda ſervari. *concoa*.

MEDICATOR, oris, m. *medico*, qui medicat, *ἰατρός*. *Tertull. l.* 3. *adverſ. Marcion.* c. 17. *extr.* Prædicatorem annuntiati Chriſtum per Iſaiam, item medicatorem. *Avien. in Arat. v.* 216. *de Æſculapio*. animæ rurſus tepefactæ calore Viſcera mundanaa ravocat medicator in oras.

MEDICATUS, us, m. medicatio, medicina, *incantatio*. *Ovid. Heroid. ep.* 12. *v.* 165. Quæque ſeme pepuli doctia medicatibus ignea, Non veſtro flammæ affugera ipſa meas.

MEDICATUS, a, um, *medicare*, φαρμακεύειν, medicamento illitus, adhibito medicamina confectus. *Colum. l.* 1. c. 3. *ſub fin.* Si ante ſationem ſemina ſucco herbæ ſedi macerata ſunt. nihil enim ſic medicatæ nocent arucæ. *Virg. G. Æn. v.* 420. Melle ſoporatam, & medicatis frugibus offam. *Id. 4. Georg. v.* 65. *de apibus*. Ipſæ confidant medicatis ſedibus. *h. e.* gratie liquoribus illitis. *Plin. l.* 8. *ep.* 20. *de loco quodam*. Sulphurie odor, ſaporqua medicatus. *aequa ſaporita*. *Colum. l.* 1. c. 6. *a med.* Vina nimia fuſtitiona medicata. *h. e.* cuodita. *Ovid. ep.* 12. *v.* 207. medicatus ſomnus. *h. e.* medicamentis inductus. ¶ Item tinctus, coloratus, *colorite*. *Horat. l.* 3. *od.* 5. *v.* 27. atque nimiſſis colores Lana refert medicata fuco. *Ovid. de remed. amor. v.* 707. Amyclæe medicatum vellus abenit. ¶ Item veneno infectus, *avvelenato*. *Suetton. in Claud.* c. 44. Quæ boletum medicatum avidiſſimo eiborum talium obtulerat. *Sil. l.* 7. *v.* 453. Medicata veneno tela. *Id. l.* 13. *v.* 107. medicatæ cuſpidis ictus. ¶ Item ad medendum aptus, *medicinale*. *Plin. l.* 28. c. 9. Lac caprinum ſtomachis accommodatiſſimum, bubulum medicatius. *Id. ibid. c.* 7. *circa med.* Rutam, & hederæ, res medicatiſſimæ, illico nimi. *Senec. l.* 3. *quæſt. nat.* c. 25. Aquæ medicatæ.

MEDICINA, æ, f. *medicina*, *iatrica*, ars medendi: a *medicus*. Sua natura adjectivum eſt. Nam *a medicus* fit *medicinus*, a, um. Hinc *Varr. lib.* 4. *de L. L.* c. 18. Ab arte medicina ut ſit medicus, &c. *Hygin. fab.* 274. Ne quis ſervus artem medicinam diſceret. *Auguſtin. l.* 4. *Confeſſion.* c. 3. Vic ſagax medicinæ artis pariſſimus. ¶ Sed ut *Grammatica*, & ſimilia, ita & hoc fumitur ſubſtantive. *Cic. de Fin. l.* 5. c. 6. Quoniam ut medicina valetudinis, navigationis gubernatio, ſic viveudi ars eſt prudentia. *Celſ. in proœm. l.* 7. Tertiam eſſe partem medicinæ, quæ manu curet, vulgo notum eſt. *Id. ibid. & in præfat. l.* 1. Medicinam excolere. *Cic. pro Cluent.* c. 63. *extr.* exercere. *Plin. l.* 25. c. 2. *a med.* Herophilus clarus medicina. *Phædr. l.* 1. *fab.* 14. *v.* 2. Sutor medicinam ignoto facere cœpit loco. *Quintil. l.* 7. c. 2. *circa med.* facilitare. *Ovid. de remed. amor. v.* 705. Ecce eibos etiam (medicinæ fungar ut omni Munere) quos fugias, quoſve ſequare, dabo. ¶ Item ipſum remedium, quod medicina præbet, medicamentum, *medicamento*, *medicina*. *Cic. Fam.* 14. *ep.* 7. χρῆσις ἀκαιρος noſtra ejeci: ſtatim ita ſum levatos, ut deus mihi aliquis medicinam ſeciſſe videatur. *Plaut. Caſ.* 1. 2. 76. Si medicus vanat, qui huic morbo facere medicinam poſſit. *Cic. Attic. ep.* 15. *l.* 16. *a med. & lib* 2. *de Orat. c.* 44. Adhibere medicinam deſpetatie. ¶ Translate ad remedium quodlibet. *Cic. Catil.* 2. c. 8. Singulæ medicinam conſilii, atque orationis meæ, ſi quam potero, afferam. *Id.* 2. *de Orat. c.* 83. His quatuor cauſis totidem medicinæ opponuntur, tum objurgatio, ſi eſt auctoritas; tum admonitio, tum promiſſio, &c. *Id. l. Attic. ep.* 15. *ante med.* Quamquam animus eſt præſens, tamen volantes atiam stgna atiam medicinam effugit. *Id. de Amic.* c. 3. Sed non ego medicina: me ipſa conſolor. *Id.* 2. *Attic. ep.* 1. *a med.* Non minus eſſet probanda medicina, quæ ſanatet vitioſæ partes reipubl. quam quæ axſecaret. *Id.* 3. *Tuſcul.* c. 16. *in fin.* Eſt tarda illa quidem medicina, ſed tamen magna, quam affert longinquitas & dies. *Id. Fam.* 5. *ep.* 16. *ſub fin.* Exſpectare medicinam temporis. *Id.* 5. *de Fin.* c. 19. *ſub fin.* Somnus medicinam quandam laboris affert. *Id.* 3. *Tuſcul.* c. 22. *ſub fin.* Medicina calamitatis. *Id. l. Acad.* c. 3. *a med.* doloria a philoſophia petere. *Id. pro Sext.* c. 23. periculorum. *Ovid. l. ex Pont. ep.* 2. *v.* 43. curæ. *Id.* 5. *Triſt. el.* 1. *v.* 33. malorum. ¶ *Plin. l.* 17. c. 22. *poſt med.* vocat *medicinam* putationem vitium. ¶ Ut *medicamentum*, ſic & *medicina* quandoque pro veneno ponitur. Sic intelligit *Non.* c. 1. *n.* 75. illud *Accii*: Sterilem eſſe vilius opem medicinam autumans. ¶ Eſt etiam taberna medici, *botega di barbiere*: qualem emiſſa ſibi, publica impenſa, in compito Acilio, qui primus Romæ medicinam facare inſtituit, circa annum Urbis DXXXV. Archagathum Peloponneſium, *Plin. l.* 29. c. 1. tradit. *Plaut. Amph.* 4. 1. 5. & *Epid.* 2. 2. 13. Per omnem urbem quem ſum deletſus quærere, per medicinas, per tonſtrinas, in gymnaſio, atque in foro, per myropolia, & lanienas, circumque argentarias. *Donat. ad Terent. Adelph.* 4. 2. 45. Veteres abſurata dicebant *piſtrinam*, ut *futrinam*, & *medicinam*, ad tabernam referentes.

MEDICINALIS, le, *de medicina*, *iatrica*, ad artem medicinam, vel ad medicum pertinens. *Celſ. in præfat. poſt med.* Via ulla perpetuo præcepta medicinalis ars recipit. *Plin. l.* 32. c. 10. *ante med.* Cucurbitulæ medicinales. *cupperie*, *ventoſe*. *& lib.* 36. c. 22. Lapides mortariorum medicinalium. *h. e.* in quibus medicinæ tarantur. *Scribon. Larg. compoſ.* 53. Medicinale ſcalprum. *lenticula*. *Id. in epiſt. ad C. Jul. Calliſt. a med.* Medicinalis ſcripta. ¶ *Digitus medicinalis* eſt minimo proximus, in quo gallamus annulos: da quo in libris anatomicorum habetur, nervum quendam de corde natum prorſum pergera uſque ad eum digitum, & illic deſinere implicatum ceteris ejuſdem digiti nervis: & ideo viſum Veteribus, ut ille digitus minulo, tanquam corona, circumdaretur. Hæc *Macrob. l.* 7. *Somn. c.* 13.

MEDICINIUS, a, um, medicinalis. *Auſon. in epiſt. præfixa Geiphe* (quod eſt *Edyll.* 11.) *ad fin.* Totam grammaticam, & muſicam, libenſque medicinioe. *Al. leg.* medicinæ.

MEDICINUS, a, um. V. *Medicinus*.

MEDICO, as, avi, atum, *medicare*, *iatrèuo*, medicinam affero, medeor, curo. *Virg.* 12. *Æn. v.* 418. hoc fuſum labris ſplendentibus amnem Inficit occulte medicans. *Tibull. l.* 3. *el.* 6. *v.* 3. Auſet & ipſe meum, partter medicande, dolorem. *Colum. l.* 9. c. 13. *a med. de apib. agrotantib.* Galbinum etiam, ut ejus odore medicentur, incendi convenit. *Sil. l.* 6. *v.* 98. Marus iaſtat vulneris æſtus Espertis medicare modis. *Nemeſian. ecl.* 2. *v.* 28. rabidos medicare furores. ¶ Item imbuere, illinere, tingere fucis, *conciare*, *nogare*. *Virg.* 1. *Georg. v.* 193. Semina vidi equidem multos medicare ſereotes, Et nitro prius, & nigra perfundere amurca. *Colum. l.* 11. c. 3. *a med.* Thymo pinſito medicare oquam. *Pallad. in Maio*, *tit.* 8. Tonſas oves hoc unguine medicemur. *Plin. l.* 16. c. 27. Ficos maturitate cauſa medicatur. *Id. l.* 14. c. 21. Sic opercula doliorum medicanda, addita maſticbe, ac pica. ¶ Item inficio, coloro, *tingere*, *colorire*. *Ovid.* 1. *Amor.* el 14. *v.* 1. Dicebam, medicare tuos deſiſſe capillos. Tingere quam poſſis, jam tibi nulla coma eſt. *Id. de medic. fer. v.* 9. Vellera ſæpe eadem Tyrio medicantur aheno. ¶ Cum dativo *Seren. Sammon. c.* 48. *extr. v.* 902. Febribus at longie galli nova jura vetuſti Subveniunt, etiam tremulis medicantia membris.

MEDICOR, aris, atus ſum, dep. 2. *medicare*, *ἰατρεύειν*, medico, medeor, curo. *Virg. a. Georg. v.* 134. animas, & olentia Medi Ora ſovene illo, & ſcribus medicantur anhelus. *Id. 7. Æn. v.* 756. Sed non Dardanio medicari cuſpidis ictum Evaluit. *Plin. l.* 11. *c.* 35. Venenum hoc alii medicantur. ¶ Translate *Terent. Andr.* 5. 1. 12. Ejus labore atque dolore gnato ut medicaret tuo. *&* 5. 4. 41. Cum ego poſſim in hac re medicari mihi. *Plaut. Moſtell.* 2. 1. 40. Habe bonum animum: ego iſtum lepide medicabor metum.

MEDICUS, i, m. *medens*, *ἰατρός*, qui medendi artem habet; & profitetur. *Cic. pro Cluent. c.* 21. In morbis corporis, ut quiſque eſt difficillimus, ita medicus nobiliſſimus atque optimus quæritur. *Id. a. de Divin. c.* 3. *a med.* Ad ægros non vates, aut hariolos, ſed medicos ſolemus adducere. *Plaut. Men.* 5. 2. *in f.* arceſſere. *&* 5. 3. 7. ducere. *Catull. carm.* 41. *v.* 6. Convocare medicos. *Suetan. in Ner. c.* 37. admovere ægro. *Ovid. 1. ex Ponto*, *ep.* 3. *v.* 17. Non eſt in medico ſemper relevetur ut æger. *Cic. 2. de Legib. c.* 5. *ad fin.* Medicorum præcepta. *Id. Fam.* 16. *ep.* 4. curationes. *Plin. in Paneg. c.* 22. imperium. V. *Impero*. *Suetan. in Tiberr. c.* 68. *extr.* Valetudinem regere ſuis adjumento conſiliove medicorum. ¶ Romani diu medicis caruere. Nam qui primus Romæ medicinam profeſſus eſt, fuit Archagathus Lyſaniæ filius circa A. U. DXXXV. atque jus Quiritium datum, & taberna publica empta, ut ea *Caſſio Hemina Plin.* tradit *l.* 29. *c.* 1. ubi de medicis multa. Antea contenti fuerant ſimplicibus remediis, quæ natura protulit e terra, & experientia probavit. Primi, qui Romæ medicinam facitarunt, vel ſervi (V. *Suetan. in Calig. c.* 8. *&* in *Ner. c.* 2. *&* *Senec. l.* 3. *de Benef. c.* 24.) vel liberti fuere: aut ſi liberi, parvo in pretio habiti, niſi ſi excellens artis peritia commendaviſſet. Ipſi verum Romani *Plinii*, h. e. Veſpaſiani temporibus nondum eam artem exercere *dignati* erant, a Romana gravitate alienum putantes. Cato Cenſorius, ad filium ſcribens, eos acerrima infectatur, ut apud *Plin. loc. cit.* videre eſt. ¶ *Medici* autem dicti ſunt etiam chirurgi, nondum in aliam claſſem, ut nunc rejecti, *chirurgi*, *cerraſii*. *Plaut. Men.* 5. 3. 9. Medicus ait ſe obligaſſe crus fractum Æſculapio, Apollini autem brachium. *Juvenal. ſat.* 6. *v.* 46. o medici, mediam pertundite venam. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 634. *n.* 2. Cn. Helvius Cn. L. Iolla, medicus ocularius. *&* *pag.* 635. *n.* 3. Siciſius medicus ab oculis. *&* *pag.* 581. *n.* 3. P. Attius Atimetus Aug. Medicus ab ocul. H. S. E. Adde *Cenſ. l.* 7. *c.* 7. *ſoll.* 4. *&* *Inſ.* 8. *c.* 10. *ſoll.* 2. ¶ Qui alicui illuſtri familiæ medici officio inſerviebant, ſæpe in amicorum numerum adſciſcebantur. Hinc *Craſſus* apud *Cicer. 1. de Orat. c.* 14. *a med.* Aſclepiades is, quo nos medico, amicoque uſi ſumus. *Tacit. Ann.* 4. *c.* 3. Sumitur in conſcientiam Eudemus amicus, ac medicus Liviæ. Sic *Plin. l.* 29. *ep.* 4. medico ſuo peregrinæ conditionis, a peregrina manumiſſo, civitatem Romanam a Tiajano petit. Adde *Senec. l.* 6. *de benef.* 2. 16.

MEDICUS, a, um, *medicinale*, *atto a medicare*, *ἰατρικός*, ad medendum aptus. *Virg. 3. Georg. v.* 455. Dum medicæ adhibere manus ad vulnera paſtor Abnegat. *Ovid. 5. Triſt. el. 6. v.* 12. numquid Podalirius ægro Promiſſam medicæ non tulit artis opem. *Id. 1. ex Pont. ep.* 3. *v.* 6. Lenito medicam vulnere ſenſit opem. *Nemeſian. in Cyneg. v.* 222. Diſce igitur potus medicos, curamque ſalubrem. *Plin. l.* 36. *c.* 27. Eſt & ipſe ignibus medica vis. *Id. l.* 5. *c.* 16. Fons calidus medicæ ſalubritatis. *Id. ſub fin. l.* 22. Frugum quidem hæc ſunt in uſu medico. *Id. l.* 11. *c.* 39. Medica diligentia. *Id. l.* 30. *c.* 12. Muſcæ impari numero infricatæ digito medico. *b. c.* qui minimus eſt proximus. Adde *Auctor. ad Herenn. l.* 3. *c.* 20. *&* V. *Medicinalis*. ¶ Minerva Medica in vet. lap. apud *Gruter. pag.* 1067. *n.* 3. *&* *Reinef. claſſ.* 21. *n.* 81. eſt Ἀθηνᾶ Τγιείας. V. *Marmor*. ¶ De incantantibus. *Sil. l.* 3. *v.* 300. Marmaridæ, medicum vulgus..... Ad quorum cantus ſerpens oblita veneni, Ad quorum tactum mites jacuere coraſtæ.

MEDICUS, a, um, *Μηδικὸς*, ad Mediam Aſiæ regionem pertinens. *Nep. in Pauſan. c.* 3. Utebatur veſte Medica. *b. c.* Perſica. ponuntur enim aliquando Medi pro Perſis. *Lucan. l.* 2. *v.* 49. Achæmeniis decurrant Medica Suſis Agmina. *&* *lib.* 8. *v.* 368. Medica rura. *Plin. l.* 15. *c.* 14. Medica mala. *b. c.* Aſſyria. *Id. l.* 12. *c.* 3. Malus Aſſyria, quam alii vocant Medicam. V. *Aſſyrius*. *Id. l.* 37. *c.* 5. Medici ſmaragdi plurimum viriditatis habent. ¶ De Medica herba, V. *Médica*. ¶ Dea Medica apud *Auſon. ep.* 24. *v.* 54. Grandia verba premens ultrix *dea* Medica belli. *b. c.* dea Nemeſis ſimulacrum e Pario marmore, in pago Atticæ Rhamnuſte (unde *Rhamnuſia* dicta eſt) conſtitutum. ¶ Medi, ſeu Perſæ (eum ſæpe confunduntur) ſub Xerſe bellum Græciæ inferentes, marmor adveherant, ut ve ut ſtatuerent trophæum devictorum Græcorum: ſed res contra cecidit. Et Phidias, vel ut alii volunt, Agoracritus, ex eo Nemeſim fecit, monumentum Græcæ victoriæ: quod hæc dea ſuperbiæ maxime inimica eſſe creditur. *Auſon. epigr.* 2. *&* *Pauſan. in Atticis*. ¶ De Medicis gallinis, V. *Melirus*. ¶ Deviſta Media, *Medici* nomen Varo Imp. datum eſt. *Capitolin. in ejus vita*, *c.* 7. *&* Vet. Lap. apud *Gruter. pag.* 253. *n.* 2. *&* apud *Spon. in Miſcell. ſect.* 2. *erud.* 8. Item M. Aurelius Antoninus. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 457. *n.* 2.

MEDIDIES pro meridies. *Cic. in Orat. c.* 47. Ipſum meridiem eur non mediem? credo, quod erat infuſvius.

MEDIE, adverb. *mezzanamente*, mediocriter. *Apul. l.* 2. *de dogm. Platon.* Nec plane optimi, nec oppido deterrimi ſunt, ſed quaſi medie morati. *Eutrop. l.* 7. *c.* 13. *de Claudio*. Hic medie imperavit, multa gerens tranquille atque moderate; quædam crudelitas atque ſolutio. Adde *Jul. Firmic. l.* 2. *c.* 28.

MEDIETAS, atis, f. *metà*, *mezzo*, *μεσότης*, *ἥμισυ*, media pars; dimidium. *Cic. de Univ. c.* 7. Partes ex toto defecant, intervallis ita locabat, ut in ſingulis eſſent bina media. via enim audeo dicere, mediotates, quæ Græci μεσότητας appellant: ſed quaſi ita dixerim, intelligatur. erit enim planius. *Pallad. in Maje*, *tit.* 3. Sulci uſque ad mediotatem lapidibus minutis replentur. *Id. l.* 1. *tit.* 12. Menſura hæc ſervanda eſt in tricliniis, ut quanta latitudo, & longitudo fuerit, in unum computetur, & ejus mediotas in altitudinem conferatur. *Id. in Mart. tit.* 10. *ante med.* Coquere aliquid uſque ad mediotatem. *&* *poſt med.* In principio germinat cacumina ſumma decumus, vel illud tantum cacumen, quod ex arboris mediotate procedit. *Id. in Jun. tit.* 11. Chamæmeli herbæ florentis aureum mediotatem: projectis albis follis, quibus flos ambitur, in fundis. *Impp. Gratian. Valent. & Theodoſ. lib.* 4. *Cod. Theodoſ. tit.* 19. *leg.* 1. Mediotatem debiti inferre. ¶ Translate *Paul. Dig. lib.* 5. *tit.* 4. *leg.* 3. *ad fin.* Peritiſſimi jurie auctores mediotatem quandam ſecuti ſunt. *una certa via di mezzo*. *&* *Apul. l.* 2. *de doctr. Plat.* Hinc etiam mediotates, eaſdemque virtutes, & ſummitates vocat. *mediocrità*: quia Virtus eſt medium vitiorum, & utrinque reductum, ut *Horat. l.* 1. *ep.* 18. *v.* 9. loquitur. *Arnob. l.* 2. *pag.* 65. Mediotas quædam, & animarum accepe ambiguaque natura locum philoſophia peperit.

MEDILUNIA, dimidia luna. *Martian. Capell. l.* 7. *pag.* 241.

MEDIMNUS, i, m. & *Medimnum*, i, n. *μέδιμνος*, menſura eriborum apud Græcos, & præſertim Atticos: de qua *Nep. in Attic. c.* 2. *in fin.* Univerſos frumento donavit, ita ut ſingulis ſex modii tritici donarentur: qui modus menſuræ medimnus Athenis appellatur. *Rhemn. Fann. de ponderib. &c. v.* 64. Hujus (*amphoræ*) dimidium fert urna, ut & ipſa reciproci Amphoræ, terque capit modium. *Cic. Verr.* 5. *c.* 47. In jugero agri Leontini medimnum fere tritici ſeritur, perpetuo atque æquabili ſatione. *&* *paulo poſt*. Ut quot jugera ſunt ſata, totidem medimnos decumæ debeantur. *&* *mox*. Pluribus millibus medimnum venille decumas agri Leontini. pro *medimnorum*. Sic *cap.* 37. 39. *&* *Varr.* apud *Non. c.* 9. *n.* 1. ¶ Ex citato *Fannii* loco colligitur *medimnum* etiam liquidorum cacumina eſſe. ¶ P. Bemb. lettr. vol. 2. l. 3. ad Rhamnuſ. *Medimno è quaſi ſono due terzi d'un Vinticinque ſtaja: e la ragion tratta dal computo d'Erodoto, che non può eſſer non vera, così porta*.

MEDIO, as, a. 1. *dividere per mezzo*, medium divido. *Apic. l.* 3 *c.* 9. Coliculos elixatos mediabis. ¶ *Mediare*, *antic.* V. ſupra ſuo loco.

MEDIOCRICULUS, diminut. a *mediocris*. *Feſtus*: Mediocriculo uſus eſt in ea, quam dixit Cato in conſulata: Ridibundum magiſtratum gerere pauculos homines, mediocriculum exercitum obviam duci.

MEDIOCRIS, cre, *mediocre*, *mezzano*, *μέτριος*, medium tenens, neque vecedens, neque deficiens, modicus. *Cic. 1. de Orat. c.* 2. Permultos excellentes in quoque genere videbit, non mediocrium artium, ſed etiam recaimarum. *Id. 3. Tuſcul. c.* 10. Omne malum, etiam mediocre, magnum eſt. *Id. 5. Fam. ep.* 8. *ſub fin.* Velim ad me ſcribas de nonnullis minimis, maximis, mediocribus rebus. *Cæſ. l.* 3. *B. Gall. c.* 20. Non mediocrem ſibi diligentiam adhibendam intelligebat. *&* *lib.* 5. *c.* 43. Mediocri ſpatio relicto. *Id. l.* 3. *B. Civ. c.* 46. Foſſa mediocri latitudine. *&* *rep.* 38. Cum mediocribus copiis. *Salluſt. in Jug. c.* 97. Mediocre caſtellum. *Plin. l.* 9. *c.* 25. *a med.* Mediocrium ſponſalium cœna. *mezzo ordinario*. *&* *lib.* 13. *c.* 24. Mediocre ſolum. *b. c.* neque valde fertile, neque ſterile omnino. *Juſtin. l.* 1. *c.* 2. Stature mediocris. *Nep. in Attic. c.* 13. Uſus eſt familia, ſi utilitate judicandum eſt, optima; ſi forma, vix mediocri. *Cic. 2. de Orat. c.* 29. *ſub fin.* Mediocris eloquentia. *&* *cap.* 21. Satis acute & dilucide apud mediocres homines ex communi quadam hominum opinione dicere. *b. c.* mediocri doctrina inſtructos. *mezzanamente dotti*. *&* *lib.* 2. *cap.* 27. Mediocre ingenium. *Terent. Adelph.* 5. *v.* 8. Non mediocrie hominis hæc ſunt officia. *da uomo di non ordinario talento*. *Cic. de clar. Orat. c.* 37. Mediocris orator. *Horat. de ar. Poet. v.* 372. mediocribus eſſe poetis Non dii, non homines, non conceſſere columnæ. *Ovid. l.* 1. *ex Pont. ep.* 5. *ſub fin.* Sed neque pervacio ſcriptis mediocribus ifluc. ¶ De mediocri ſtilo V. in voce ſequenti. ¶ *Mediocris animus*, modicus, modeſtus, *moderato*, *virtuoſo*, *temperato*. *Salluſt. in Jug.* 1. 8. Fuere complures, qui Jugurthæ non mediocrem animum pollicitando accendebant. *&* *cap.* 6. *ſub fin.* Opportunitas etiam mediocres viros ſpe prædæ tranſvorſos agit. Adde *Cæſ. l.* 3. *B. Civ. c.* en. ubi *mediocris animus* eſt, qui neque nimis demiſſus ac timidus, neque nimis imprudens & audax eſt. ¶ *Mediocres vir* aſt etiam mediocrie conditionis, neque illuſtri, neque ignobili genere. *Juſtin. l.* 1. *c.* 4. Filiam Cambyſi mediocri viro in matrimonium tradidit. ¶ *Mediocris ſyllaba*, quæ media eſt inter brevem & longam, h. e. anceps. *Gell. l.* 16. *c.* 18. Species geometriæ, quæ eppellatur μεσότης, per quam ſyllabarum longarum, & brevium, & mediocrium junctura & modus, congruens cum principiis geometriæ, aurium menſura examinatur.

MEDIOCRITAS, atis, f. *mediocrità*, *mezzanità*, *via di mezzo*, *μεσότης*, *μέσον*, medium, modus neque defectum habens, neque exceſſum. *Cic. 1. Offic. c.* 25. *ad fin.* Nunquam enim ꝑ iratue qui accedet ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ eſt inter nimium & parum. *Id. ad Brut. ep.* 15. Eſt ſcilicet uttiuſque rei modus, & quædam in utroque genere mediocritas. *Id. 1. Offic. c.* 39. *a med.* Multi villarum magnificentiam imitati ſunt: quorum quidem certe adhibenda eſt modus, ad mediocritatemque revocandus. Eadem mediocritas ad omnem uſum culturnque vitæ transferenda eſt. *Colum. l.* 3. *c.* 3. Mediocritas in electione loci maxime probatur, quoniam in confinio boni malique poſita eſt. *Cic. 2. Phil. cap.* 1. Mediocritas ingenii. *Id. 2. de Orat. c.* 25. in dicendo. *&* *de clar.*

Ovar. c. 66. dicendi. *Auct. ad Herenn. l.* 3. *c.* 15. Mediocritatem vultus ad *sermonis* sententias accommodare. *Gell. l.* 6. *c.* 15. Homo omnium rerum verecunda mediocritate. ¶ Refertur ad filium. Cum enim tria Rhetores dicendi genera faciant, *docile*, uber, *fervens*, gracile, *asperum*, mediocre: & primo dignitas atque amplitudo tribuatur, altero venustas & subtilitas, tertius in confinio est, utriusque modi particeps. Uber *Varro* apud *Gell. l.* 7. *c.* 14. tribuit Pacuvio, gracile Lucilio, mediocritatem Terentio: quod postremum ipse *Gell.* paulo post *mixtum*, *moderatumque* appellat. Quæ autem *a Cicer. laxis cetar.* dicitur *mediocriter dicendi* est media facultas, & vis in uno ex his tribus generibus: & universim ad eloquentiam, non ad filium, pertinet. ¶ Item ad conditionem & genus. *Velleius. l.* 2. *c.* 111. Habuit in hoc quoque bello mediocritas nostra speciosi ministri locum. *& cap.* 130. Si aut natura patitur, aut mediocritas recipit bonarum, apud aures deorum de his queri. Simile est illud *Gell. l.* 14. *c.* 2. *ad fin.* Sed majus ego, altiusque id esse existimavi, quam quod meæ ætati & mediocritati conveniret, ut cognoviſſe, & condemnaſſe de moribus videres. ¶ Et ad rem familiarem. Inſcript. ſub Trajano, apud *Murator. pag.* 229. *n.* 8. Imp. Cæſari D. Nervæ F. . . . . Julianus Vlvir. Aug. de ſua mediocritate teſtamenta fieri, poniq. juſſit. Adde aliam *pag.* 1405. *n.* 5. ¶ In plur. numero *Cic.* 4. *Acad.* c. 44. Mediocritates illi probabant, & in omni permotione naturalem volebant eſſe quendam modum. Adde 3. *Tuſcul. c.* 10.

MEDIOCRITER, *mediocremente*, *mezzanamente*, *mezzo*, *mezzo*, modice, medii modo, neque nimia neque parum. *Cic.* 3. *Tuſcul. c.* 10. Corpus etiam ſi mediocriter ægrum eſt, ſanum non eſt. *Id.* 5. *Fam. ep.* 12. a *med.* Ordo annalium mediocriter nos retinet: at ancipites variique caſus habent admirationem, exſpectationem, &c. *Plaut. Pœn.* a. 1. 13. Flagitium & damnum feciſſe haud mediocriter. *Cic. t. de Orat. c.* 20. Ne mediocriter quidem diſertus. *Terent. Heaut.* 2. 3. 45. Mulier mediocriter veſtita eſſe lugubri. *Id. Andr.* 1. 1. 31. Horum ille nihil egregie præter cetera ſtudebat: & tamen hæc omnia mediocriter. *audeas dicere a forte quæſte caſa tori cani. Cic.* 5. *Verr. c.* 41. Quod mehercule, judices, mihi non mediocriter ferendum videtur. *non diverſis paſſare con leggiera eſperimenta. & in fragm. contra temperator.* apud *Aſcon.* Me ne aliorum quidem injurias mediocriter poſſe ferre.

MEDIOLANENSIS, ſe, *Milanſe*, ad Mediolanum pertinens, ut Mediolanenſis ager, apud *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 8. Mediolanenſis præco, apud *Cicer. in Piſon. c.* 26. Eſt autem *Mediolanum*, nunc *Milano*, urbs ampla & præclara Inſubriæ, non procul a Ticino amne: condita a Gallis, ut eſt apud *Liv. l.* 5. *c.* 35. *ante.* ubi in quibuſdam libris *Mediolanium* legitur, & apud *Strab. l.* 4. & 5. *Mediolanum. Auſon. de clar. urbib.* 5. Et Mediolani mira omnia, copia rerum, hominumque cultæque domus, facunda virorum ingenia, & mores lauti, &c. Origo nominis varie ducitur: ab alnis ab oppido cognomine in Gallia in Santonibus ralicto, ut eſt apud *Strabon. l.* 4. ab alnis a *Mede*, & *Lano* conditoris populi ducibus: ab alnis ab invento eo loci ſus lanato ſimul, & ſetoſo: cujus meminere *Claudian. de nupt. Honor. & Mar. v.* 183. & *Sidon. in carm. epiſt.* 17. *lib.* 7. ¶ Patria Mediolanenſis fuiſſe dicitur *Statius Cæcilius* Poeta comicus.

MEDIOXIME, & Mediosume, *mezzanamente*, mediocriter. Vos priſca. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 556. Quid eſt aliud, quod Delphice canat columaa litteris ſuis, *μαθὼν ἀγαν*, quam nos facere ad mortalem modum mediosume, ut quondam patres noſtri ſuquebantur?

MEDIOXIMUS, & Mediosumus, a, um, *mezzano*, *di mezzo*, medius. *Plaut. Caſ.* a. 3. 67. Mediosumam quam duxit uxorem, es ea nata eſt hæc ergo. *b. e.* mediam inter duas alnas uxores, vel inter ſictas, & veras nuptias unius uxoris. *& a.* 1. 35. Ita me dii deæque, ſuperi atque inferi, & mediosumi, itaque me Juno regina, &c. *b. e.* medium tenentes locum inter ſuperos & inferos, eel naturæ mediæ inter mortalem & divinam: quales ſunt, qui ex hominibus dii ſunt facti. Paulo aliter *Apul. l.* 1. *de deiſe. Plat.* Deorum trinas nuncupat ſpecies: quarum prima eſt unus & ſolus ille ſummus, quem paterm Orbis ſuperius oſtendimus. Aliud genus eſt, quale aſtra habent, ceteraque numina, quos cælicolas vocamus. Tertium habent, quos Medioximos Romani veteres appellant, quod & ſui retione, & loco, & poteſtate una ſummis ſunt minores, hominum natura profecto majores. Quidam apud *Servium ad l.* 3. *Æn. v.* 134. marinos deos interpretantur. Apud *Feſt.* mediosumum eſt mediocre. *Scalig.* vult apud *Plaut.* legi *mediorumus*, ut a *quotus quotumus*.

MEDIPONTUS, i, m. *Cato de R. R. c.* 3. & 12. medipontos enumerat inter inſtrumenta torcularis: *cap.* 3. Fibulas duodenas, medipontos privos loreos, trochleas Græcanicas binas, &c. *cap.* 12. Funes loreos quinque, ſubductarios quinque, medipontos quinque, trochleas quinque, &c. Utroque loco funes intelligere videtur, & quidem craſſiores, aut etiam plures ſimul jonctas, ad prelum vehementer deprimendum. *Turneb. l.* 8. *Adverſar. c.* 6. ita dictos putat, quia *Medi*, h. e. Xerſis *ponrem* imitabantur, quo Helleſpontum conjunxerat craſſiſſimis funibus extentis. Al. leg. *melipontos* eodem ſenſu: quia Veteres *l*, & *d* ſæpe commutabant, ut *Feſt.* monet in *Medius*.

MEDITABUNDUS, a, um, *pieno di penſieri*, *penſieroſo*, *e'mus*, valde meditans, cogitabundus. *Juſtin. l.* 38. *c.* 3. *c med. de Mithridate.* Nam omnes has gentes, Romanum meditabundus bellum, variis beneficiorum muneribus jam ante illexerat.

MEDITAMEN, inis, n. idem ac meditamentum, ſeu meditatio. *Sid. l.* 8. *v.* 326. lenti meditamina belli. *Prudent. Pſychom. v.* 234. Deſidiam pigro rerum meditamine palpent.

MEDITAMENTUM, ti, n. *Tacit.* 4. *Hiſt. c.* 26. Ibi ſtrurada acie, munienda vallandoque, & ceteris belli meditamentis militem firmabant. *apparecchi*, *preparatori*: apparatibus & exercitationibus militaribus. nam *meditari* eſt non ſolum cogitatione complecti, ſed etiam re, & factis ſe ad aliquid præparare. Sic *Ann. c.* 35. *cap.* 35. Quin eum nobiles habere, quos ab epiſtolis, & libellis, & ratiombus appellet, nomina ſummæ curæ, & meditamenta. In *lemmate cap.* 10. *l.* 8. *Gellii* (quod intercidit) Grammaticem quidam præſtigiatorem, armpora verborum, & meditamenta puerilia ignoſcens. *b. e.* rudimenta, quæ pueri in ſcholis meditantur, & diſcunt.

MEDITATE, adverb. *penſatamente*, *ἐπισκέψως*, cogitato, cum meditatione. *Plaut. Baech.* 3. *c.* 16. Næ tu illarum mores perquam meditate tenes. *ideſt* probe noſti ea longa meditatione, uſu, & experientia. *Senec. de conſtant. Sapient. c.* 21. *in fi.* Probra meditate effundere. *ſtudiatamente*.

MEDITATIO, onis, f. *conſiderazione*, *meditazione*, *penſiero*, *eνίσμος*, *μελέτη*, actus meditandi, cogitatio, commentatio. *Cic.* 3. *Tuſcul. c.* 15. Srultam eſſe meditationem futuri mali, aut fortaſſe ne futuri quidem. ¶. Item exercitatio, qua ad aliquid præparamur, apud nos exercentes, & factitantes, quæ in ipſa re poſita facienda erunt, *eſercizio*, *preparazione*. *Id.* 2. *de Orat. cap.* 27. Quos quidem locos multa commentatione atque meditatione paratos atque expeditos habere debetis. *Id. pro Gluent. c.* 30. Anni octo ſunt, cum iſta cauſa in iſta meditatione verſatur: cum omnia & ea hujus, & ea aliorum tabulis agitatis, tractatis, inquiritis. *Id. Phil.* 9. *c.* 2. Servium in ipſa cura & meditatione obeundi ſui muneris exceſſiſſe e vita. *Id.* 2. *de Divin. c.* 46. Multi naturæ vitium meditatione atque exercitatione ſuſtulerunt, ut Demoſthenes. *Id. de clar. Orat. c.* 37. Nulla meditationis ſuſpicem: imparatus ſemper aggredi ad dicendum eidebatur. *Senec. epiſt.* 54. Suſpirium medici meditationem mortis vocant. *Plin. in Panog. c.* 13. Cum in illa meditatione campeſtri militaribus turmis imperatoriam pulverem ſudoremque miſceres. *Plin. alter l.* 17. *c.* 19. Eum eamum omni interim tempore edomari meditatione cavendi. *b. e.* aſſuetudine. nam aſſuetudo frequenti uſu atque exercitatione fit. ¶ *Rhetorica meditationum* apud *Gell. l.* 5. *l.* 20. ſunt commentationes de præceptis dicendi.

MEDITATIVUS, a, um, ad meditandum pertinens. *Meditativa verba* dicuntur a Grammaticis, quæ non actum, ſed apparatum oſtendunt, ut *parturio*, *lecturio*, *amaturio*, *eſurio*. Ita *Diomed. l.* 1. *pag.* 336. *Pariſch.* Adde *Priſcian. l.* 8. *pag.* 825. *Servium in arr. ſecund. Donat.*, *pag.* 1780. *Cledon.* & alios.

MEDITATOR, oris, m. qui meditatur. *Prudent. Periſteph. n. de S. Vincent. v.* 265. Hæc ille verſutus vafra meditatus arte ſtruxerat. Alii leg. *medinatus*.

MEDITATUS, us, m. *penſiero*, meditatio, cogitatum. *Apul. l.* 3. *Metam.* Porro meditatus innoxios eaſm incertus, vel etiam adverſus culpæ non poteſt addicere.

MEDITATUS, a, um, particip. a meditor. *Cic. Verr.* 4. *c.* 6. In Siciliam paretus ad præſam, meditatuſque venire cupiebat. *preparato*, *ben ſtudiato*. & *Verr.* 3. *c.* 40. Qui meditati ad dicendum, paratique venimus. *& Phil.* 3. *c.* 14. *ſub fin.* Conſules multos menſes de populi R. libertate commentati, arque meditati. ¶ Paſſiva ſignificatione *Id. de Haruſp. reſp. c.* 2. Nihil feci non diu conſideratum, ac multa ante *meditatum*. *penſato*, *meditate*, *ſtudiate*. & *cap.* 16. Nocturno vigiliis juſtitium illud conceptum & meditatum eſt. *Id.* 1. *Offic. c.* 8. *in fi.* Leviora ſunt quæ expertino aliquo motu accidunt, quam ea, quæ meditata & præparata inferuntur. *Id.* 2. *Phil. c.* 34. Attuleras domo meditatum & cogitatum ſcelus. *& Phil.* 10. *c.* 2. *extr.* Quod verbum tibi non excidit, ut ſæpe fit, fortuito a ſcriptum, meditatum, cogitatumque attuliſti. *Id. t. de Orat. c.* 60. *ſub fin.* Accuratæ & meditatæ commentationes. *Plin. l.* 26. *c.* 3. Torrenti & meditata nimione blandiri. *Plaut. Pſeud* 4. *t.* 31. Tenen nmma: in pectore condita ſunt: meditati ſunt doli docta. *Terent. Phorm.* 2. 1. 18. Meditata mihi ſunt omnia mea incommoda, bene ſi cedierit. *ſono da me preconſte cui penſieno le mie future diſgrazie*, *&c.* *Ovid. 7. Met. v.* 727. Ut vidi, nbſtupui, meditataque pæne reliqui Tentamenta fide. *Gell. l.* 1. *c.* 7. Homo lectione multa exercitus, cui plereque omnia veterum litterarum quæſita, meditata, evigilataque erant.

MEDITERRANEUS, a, um, *poſto fra terra*, *entro terra*, *mediterraneo*, *μεσόγειος*, qui in medio terrarum poſitus eſt, & a mari procul: cui oppoſitur maritimus. *Cic. 7. Verr. c.* 27. *ad fin.* Ad homines a mediterraneos, rebuſque maritimis remotiſſimos, ad Centuripinos, homines maxime mediterraneos. (Adde *Liv. l.* 35. *c.* 26.) & *Verr.* 5. *c.* 83. Enna mediterranea eſt maxima. *Id. l.* 1. *de nat. Deor. c.* 21. *ſub fin.* Mediterranei mare eſſe non credant. *Quintil. l.* 5. *c.* 10. *ante med.* Locus montanus, an planus; maritimus, an mediterraneus; conſitus, an inculcus. *Plin. l.* 5. *c.* 10. Mediterraneum commercium. *& cap.* 28. Mediterraneæ jurisdictiones. *Plin. alter l.* 2. *cp.* 17. *ſub fin.* Villa noſtra etiam mediterraneas copias præſtat, lac in primis. ¶ Geographi nunc vocant *mediterraneum mare*, quod ex Oceano per Gaditanum freum ſe inferens, Africæ ſeptentrionalem omn, Europæ *meri*ionalem, occidentalem Aſiæ magno tractu, ingentibuſque ſinibus alluit. Ex Latinis Scriptoribus qui ſic appellaverit, inveni adhuc neminem. ¶ *Mediterraneum* abſolute, locus mediterraneus. *Plin. l.* 3. *c.* 2. *circa med.* Inter Bætim, & Oceani oram in mediterraneo eſt Segeda. *Id. l.* 33. *c. penult. ad fin.* In mediterraneis Hiſpaniæ.

MEDITERREUS, a, um, mediterraneus. *Siſenna* apud *Feſt.* melius *mediterreum*, quam *mediterraneum* dici putat: ſed contra eſt uſus.

MEDITOR, aris, atus ſum, dep. 1. *conſiderare*, *penſare*, *meditare*, *meditare*, *μελετάω*, animo verſo, mente cogito, commentor, conſidero,

ſidero, perpendo: a voce Græca allata, quæ a μέδω, cura eſt. Dicitur autem ſere de iis rebus, quæ a nobis faciendæ ſunt, & antequam fiant, verſantur animo, atque expenduntur, ut recte fiant. *Cic. Fam.* 2. *ep.* 5. *in fin.* Ea para, meditare, cogita, quæ eſſe in eo viro debent, qui ſit rempublicam in veterem dignitatem vindicaturus. *& lib.* 1. *ep.* 7. *a med.* Vale,' ut hæc multo ante meditere, huc te peres, hæc cogites, ad hæc te exerceas. *Id.* 5. *Attic. ep.* 21. Ego hanc *viciſſim* in unum annum meditatus ſum. *Id.* 2. *Agror. c.* 5. *a med.* Jam deſignatus, alio vultu, alio vocis ſono, alio inceſſu eſſe meditabatur. *Id.* 1. *de Orat. cap.* 8. Age vero, ne ſemper forum, ſubſellia, roſtra, curiamque meditere, &c. *Id. Fam.* 21 *ep.* 3. Quid ſcotiam, aut ſcribam ad te poſtea pluribus, aut, ne ad vetus rem meditere, imparatum te offendam. *Id. Fam.* 1. *ep.* 8. *a med.* Hæc ob eam cauſam ſcribo, ut jam de tua quoque ratione meditere. *Nep. in Ageſil. c.* 4. Cum animo meditaretur proficiſci in Perſas. *Cic.* 2. *Phil. c.* 45. *ad fin.* Multos annos regnare meditatus', magno labore, multis periculis. ¶ Præcipue vero *meditari* dicuntur, dum ſe præparant oratores verba facturi, & comici in ſcena acturi. *Plaut. Perſ.* 4. 2. 4. Satin' eſtis meditati? *Se.* Tragici, atque Comici nunquam æque ſunt meditati. *ſtate voi ben all' ordine? Cic. pro Mur. cap.* 21. Simuletque candidatus accuſationem meditari viſus eſt, honorem deſperaſſe videtur. *accingerſi, metterſi all' ordine, ſtudiare.* & *ſub fin. ep. ult. l.* 5. *ad Attic.* Meditare adventus Brutum cauſam meam. *& lib.* 1. *Offic. c.* 40. Si quis cum cauſam ſit actarus, in itinere, aut in ambulatione ſecum ipſe meditetur, &c *Id. de clar. Orat. c.* 88. Nullum patiebatur eſſe diem, quin aut in foro diceret, aut meditaretur aetra forum. *Id. pro Flacc. c.* 5. Græcus teſtis cum ex voluntate proceſſit, ut lædat, non jurisjurandi, ſed lædendi verba meditatur. *Id. Attic. l.* 9. *ep.* 17. Ea ejus nuntio meditabar, quomodo cum illo loquar. *Id.* 3. *de nat. Deor. c.* 1. Ego, te diſputante, quid contra dicerem, mecum ipſe meditabar. *Id. in Piſon. c.* 25. Si ipſe coram congredi poteris, meditare, quibus verbis incenſem illius cupiditatem comprimas, atque reflingues. ¶ Sic Poetæ *meditari* dicuntur, dum carmina pangunt, poſtea recitaturi. *Virg. Ecl.* 6. *v.* 82. Omnia, quæ, Phœbo quondam meditante, beatus Audiit Eurotas, juſſitque edifcere lauros. *Horat. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 76. verſue tecum meditare canoros. ¶ Hinc meditari pro memorare, *parlare, dire. Plaut. Pœn.* 4. 2. 18. Is quidem illi ut meditatur, verba facit amortuo. *Id. Pſeud.* 4. 7. 107. Sycophanta hic nequam eſt, nugis meditatur male. ¶ Univerſim *meditare aliquid* eſt non ſolum cogitando perſequi, ſed etiam agendo, & præparando: atque adeo ponitur pro aſcruare, *metter all' ordine, premeditare, eſſaſtare, preparare, eſercitare. Virg.* 3. *Georg. v.* 153. Iuachius Juno peſtem meditata juvencæ. *Id. Ecl.* 5. *v.* 60. Nec lupus inſidias pecori, nec retia cervis Ulla dolum meditantur. *Id.* 4. *Æn. v.* 171. Nec jam furtivum Dido meditatur amorem. *& in. Æn. v.* 455. *& Sil. l.* 17. *v.* 439. Stare procul campis meditantem in prœlia tauros. *Sil. l.* 12. *v.* 712. Intenditque arcum, & pugnas meditatur Apollo. *Id. l.* 14. *v.* 677. *de Archimede.* meditantem in pulvere formas. *Plaut. Stich.* 2. 1. 34. Simulque ad curſum meditebor me ad ludos Olympios. *Virg. Ecl.* 6. *v* 8. Silveſtrem tenui meditabor arundine Muſam. *Plin. l.* 8. *c.* 32. Cervi editos partus æquerent curſu, & fugam meditari docent. *Id. l.* 10. *c.* 29. *a med. de Inſcenire.* Meditantur aliæ junnires, verſuſque, quos imitentur, accipiunt. *& cap.* 42. *de picis.* Meditanteſque lutra ſemet, cura atque cogitatione intentionem non occultant. *Id. l.* 11. *c.* 25. *de ſcorpione.* Semper cauda in ictu eſt: nulloque momento mediteri ceſſat, ne quando deſit occaſioni. *Prudent. Cathemer.* 10. *v.* 132. ſemina meditantur aritas. *Suetan. in Ner. c.* 40. Meditari artem citharœdicam. *ſtudiare, apprendere.* & *in Tiber. c.* 65. fugam ad legiones. *& in Claud.* 2. 32. adictum. *concepire.* & *in Ner.* 2. 20. Paulatim & ipſe meditari, exercereique cœpit. ¶ Pro ſimplici conſidero, cogito, *Plaut. Bacch.* 3. 2. 1. Multis modis meditatus egomet mecum ſum, & ita eſſe arbitror: homini amico nihil præſtare. *Id. Trucul. prol. v.* 5. Meditor equidem, vobis me ablaturum ſine mora. *penſo, m' immagino, credo.* ¶ Paſſiva ſignificatione frequentar adhibetur in particip. præteriti. V. *Meditatus.* Sed & in præſenti *Minuc. Fel. in Octav. c.* 25. *ſub fin.* Tractantur lenocinia, adulteria meditantur.

MEDITRINA, dea medendi. V. vocem ſequent.

MEDITRINALIA, ium, feſtus dies ab Latinis celebratus quinto Id. Octobr. ut eſt in veteri Caleadario apud *Gruter. pag.* 203. dictus a medendo, quod ut Flaccus flamen Martialis dicebat, hoc die ſolitum, vinum novum & vetus libari & degustari medicamenti cauſa. Quod facere ſolsnt etiam nunc multi cum dicunt: novum vetus vinum bibo: novo veteri morbo medeor. Hæc *Verr. l.* 5. *de L. L. c.* 3. *a med.* De his etiam *Feſtus:* Meditrinalia dicta hac de cauſa. Mos erat Latinis populis, quo die quis primum guſtaret muſtum, dicere omnino gratia: vetus novum vinum bibo: veteri novo morbo medeor. A quibus verbis Meditrinæ deæ nomen captum, ejuſque ſacra Meditrinalia dicta ſunt. Hæc *Feſt.* Huc pertinet aliquo modo illud *Plin. l.* 28. *c.* 2. *a med.* Cur ad pritantias pomorum hæc vetera eſſe dicimus, alia nova optamus?

MEDITULLIUM, ii, n. *mezzo, vi mieno*, medium, medietas, medium ſpatium: a *medius.* nam *tullium* eſt entaſio vocabuli, nihil ſignificans, ut *Cic. in Top. c.* 8. *ad fin.* docet, non ſecus ac *vimus* in *finimus*, & *legiimus*, & *odiimus. Feſtus* tamen dici putat a *medius*, & *tellus*: ſed potius ab *Ciceronis* auctoritate. *Apul. l.* 10. *Metam.* In ipſo meditullio ſcenæ. *& initio l.* 5. Videt fontem medio luci meditullio. *Id. l.* 2. *de doctr. Plat.* Virtutes in meditullio quodam vitiorum ſunt ſitæ.

MEDIUM, ii, n. *mezzo, mieno*, locus medius, ſpatium inter aliquæ

interjectum. *Cic.* 1. *Tuſcul. c.* 17. Terra in medio mundi ſita. *Al. leg.* mundo. *Virg.* 5. *Æn. v.* 401. In medium geminos immani pondera cæſtus Projecit. *Ovid.* 2. *Metam. v.* 236. Altius egreſſa cæleſtia tecta cremabis: Inferius terras: medio tutiſſimus ibis. *Liv. l.* 27. *c.* 48. *in fin.* & *Tacit.* 11. *Ann. c.* 21. Et jam diei medium erat. *Salluſt. in Jug. c.* 49. In agmine in primis modo, modo in poſtremis, ſæpe in medio adeſſe. *Virg.* 3. *Georg. v.* 488. medio ſtane hoſtia ad aras. *Tacit.* 1. *Ann. c.* 64. Medio montium porrigitur planities. *& lib.* 13. *c.* 38. Auxilia pro cornibus, medio legionem conſtituit. *& cap.* 28. Medio tempurie. *fra tanto*, inter hæc, interea. ¶ Translate eſt locus apertus, & omnium oculis expoſitus, publicuſque, lus publica, cœtus hominum. *Terent. Phorm. prol. v.* 16. In medio omnibus palma eſt poſita, qui artem tractant muſicam. *Cic.* 4. *Verr. c.* 42. *a med.* Tabulæ ſunt in medio. *ſono eſpoſte a tutti.* & *Fam.* 15. *ep.* 2. *a med.* Se tamen eam rem nunquam in medium propter periculi metum protuliſſe. *aver manifeſtato, pubblicato.* & *Verr.* 3. *c.* 11. Cum rem totam in medio propoſuiſſem. *& lib.* 1. *de nat. Deor.* 2. 6. Ponam in medio ſententias philoſophorum. *eſporrò.* & *lib.* 1. *de Orat. c.* 3. *ſub fin.* Ceterarum artium ſtudia fere recondita atque abdita e foribus hauriuntur: dicendi autem omnis ratio in medio poſita, communi quodam in uſu, atque in hominum mora & ſermone verſatur. *Id. pro Dom. c.* 54. Hæc non ſunt quæſita ex occulto aliquo genere litterarum, ſed ſumpta de medio, ex rebus palam actis, &c. ¶ *Verba e medio* ſunt uſitata omnibus. *Ovid.* 3. *de or. am. v.* 479. Munda ſed e medio, cunſuataque verba poellæ Scribite: ſermonis publica forma placet. ¶ *Vocare in medium*, in dubium, in diſceptationem, in judicium: quia quæ palam fiunt, aliter ab aliis judicantur. *Cic. pro Cluent. c.* 28. Incenſi ſuſpicione rem in medium vocare cœperunt, & cauſam illam totam depoſcere. ¶ *In medio relinquere*, non deciſum relinquere. *Cic. pro Cal. c.* 20. Multerem nullam nominabo: tantem in medio relinquam. *Salluſt. in Catil. c.* 19. Sunt, qui dicant, *&c.* alii autem, *&c.* nos eam rem in medio relinquimus. Adde *Velleii. l.* 2. *c.* 48. ¶ *Pellere de*, vel *e medio*, extra conſortium noſtrum abigere. *Enn.* apud *Cicer. pro Mur. c.* 12. Pellitur e medio ſapientia: vi geritur res. *ſi ſpacia via.* & *Cic.* 3. *Offic. c.* 8. *a med.* Hoc quidem deliberantium genus pellatur e medio. eſt enim totum ſceleratum. ¶ *Tollere de*, vel *e medio* eſt ea communi uſu ſumere. *Pompon. Dig. lib.* 17. *tit.* 2. *leg.* 59. Quod in alea perdiderit ſocius ex medio non eſt lucrus. *h. e. e re* ſocietatis. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 45. Cum jacentia verba ſuſtulimus e medio, ad noſtrum arbitrium formamus, & fingimus. ¶ Item auferre, *togliar via. Id. Verr.* 4. *c.* 71. Decumani tolleudas de medio litteras cenſuerunt. ¶ Item e mundo tollere, occidere, *cor dal mundo. Id. pro Roſc. Amer. c.* 7. *extr.* Perfacile hunc hominem incautum, & ruſticum, & Romæ ignotum de medio tolli poſſe. ¶ E *medio excedere*, aut *abire*, mori, *morire. Terrur. Phorm.* 5. 7. 74. Cum e medio exceſſit, unde hæc ſuſcepta eſt tibi. *&* 5. 8. 30. Ea mortem obiit, e medio abiit. ¶ Contra *in medio eſſe* aliquando eſt vivere, ſtare. *Id. Adelph.* 3. 5. 32. (*al.* 3. 4. 31.) Mater virginis in medio eſt, ipſa virgo, res ipſa. *vive, e ſi può vedere da turci.* ¶ *Recedere*, aut *excedere de medio*, abire, ſe ſubducere, faceſſere. *ritirarſi, andar via. Cic. pro Roſc. Amer. c.* 38. *ſub fin.* Cur te mihi offers? recede de medio: per alium tranſigam. *Terent. Heaut.* 4. 3. 23. Odioſa hæc eſt ætas adoleſcentulis: e medio æquum accedere eſt. ¶ *Venire*, & *procedere in medium*, comparere, coram venire. *Cic. Verr.* 4. *c.* 71. *ad fin.* Veuient in medium: dicent, quid ſtatuerint. *compararanno.* & uchane *lib.* 1. *de Fin. c.* 5. Prima veniat in medium Epicuri ratio. *ſi facerà inuanzi.* & *l.* 2. *de Invent. c.* 14. Cum animus hac intentione omnes negotii partes conſiderabit, tum illi ipſi in medium conferveti loci procedent. ¶ Per medium, *per la via di mezzo*, nec nimis, nec parum. *Quinctil. l.* 4. *c.* 2. *ante med.* Tanquam neceſſe ſit, longam aut brevem eſſe expoſitionem, nec liceat ire per medium. ¶ *In medium* ſæpe eſt in commune, in uſum, & utilitatem omnium; *in comune, pel ben comune. Cic. l.* 1. *Offic. c.* 7. Communes utilitates in medium afferre, mutatione officiorum, dando, accipiundo. *Virg.* 11. *Æn. v.* 335. Conſulite in medium, & rebus ſuccurrite feſſis. *Id.* 1. *Georg. v.* 126. Nec ſignare quidem, aut partiri limita campum Fas erat: in medium quærebant. *Tacit.* 4. *Hiſt. c.* 64. Bona interfectorum in medium cedant. *Liv. l.* 6. *c.* 6. *in fin.* Laudem conferestes potius in medium, quam ex communi ad ſe trahentes. *Ovid.* 25. *Metam. v.* 66. Dare aliquid in medium. ¶ *In media*, ſub dio, *all' aperto. Pallad. l.* 1. *tit.* 35. *a med.* Scorpios fugaci poſſe, ſi aliqui ex eis urantur in medio. ¶ *Medium* pro dimidium, *la metà. Varr. l.* 2. *R. R. c.* 7. *circa med.* Scillæ medium conterunt cum æque. *Colum. de arborib. c.* 4. *ad fin.* Scrobem ad medium completo.

MEDIUS, a, um, *mezzo, poſto in mezzo, adeos*; qui menſuratus æqualiter diſtat ab extremis: item quicumque inter duo, vel plura eſt poſitus, quamvis non æqualiter diſtet ab omnibus: a voce Græca allata: vel a *medue*: vel per ſyncopen a *maſidios*, quod apud *Heſych.* idem ſignificat. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 50. Verſus æque primus, & media, & extrema pars attenditur. *Id. de provinc. Conſul. c.* 18. Ultimum, proximum, medium tempus. *Id.* 2. *ad Q. Fr. ep.* 3. *a med.* Divi pro Bellia apad prætorem, in foro medio, maxime conventu. *Virg.* 1. *Æn. v.* 701. aulæis jam ſe regina ſuperbe Aurea compoſuit ſponda, mediamque locavit. *h. e.* in medio loco. V. *Accumbo.* Sic *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 359. in ſolin medios conſedit acerno. *Virg. Ecl.* 10. *v.* 65. Frigoribus mediis. *nel cuor dell' inverno.* & *lib.* 12. *Æn. v.* 221. medios ignes, & numina teſtor. *h. e.* qui in medio poſiti ſunt. *& lib.* 1. *v.* 508. & medium in penetralibus hoſtem.

ſtem. *h. e.* qui eſt in mediis penetralibus. *Id.* 10. *Æn. v.* 346. ſolio ium Jupiter aureo Surgit, cæliculæ medium quem ad limina ducunt. *profulo in mezzo*, *Ovid. 6. Faſt. v.* 247. Alpicit inſtantes, mediis ſex lucibus, Idus Illa dies. *frapposti fei dì. Sannaz. in Caſ. c.* 76. & *Juſtin. l.* 1. *c.* 4. & *lib.* 3. *c.* 2. Medio tempore. *fra tempo*, inter hæc, interea. *Varr.* apud *Gell. c. ult. lib.* 13. Vinum novum, vetus, medium. *h. e.* neque novum, neque vetus. ¶ Cum ablat. *Ovid. 2. Amor. el.* 16. *v.* 13. Non ego, ſi medius Pollucæ & Caſtore ponar, In cæli fine te parte fuiſſe velim. *Vellej. l.* 1. *c.* 2. Peloponneſi Megeram, mediam Corinthi Atheniſque urbem condidere. ¶ Cum præpoſit. *Inter*. *Salluſt. in fragm.* apud *Servium ad Æn.* 1. *v.* 701. Diſcubuit mediis inter Tranquinium & Perpernam. *Cic. Phil.* 8. *c.* 1. Cum iotet bellum & pacem medium nihil ſit. ¶ Cum genitivo Græcorum more, *Caſ. l.* 4. *B. Gall. c.* 19. Locum eſſe delectum, medium reginarum earum, quas, &c. *Ovid. Metam.* 6 *v.* 409. Qui locus eſt medius jugull, ſummique lacerti. *Id.* 5. *Faſt. v.* 67. Et medius juvenam, non indignantibus ipſis, Ibat, & interior, ſi comee unas erat. *Stat.* 4. *Theb. v.* 683. mediuſque ſilentum incipit. *Ovid.* 5. *Metam. v.* 564. medius fretriſque ſui, mœſtæque ſororis Jupiter. *Sil. l.* 1. *v.* 307. Concidit exerti medias per viſcera telli. *h. e.* telum habens exectum per medie viſcera. *hippellege*. ¶ *Medio* res aliqua dicitur, in cujus medio ſit aliquid. *Caſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 24. In colle medio aciem inſtruxit. *a mezzo il colle*. *Terent. Andr.* 4. 4. 37. Provolvere aliquem in medium viam. *in mezzo la ſtrada*. *Cic. pro Cluent. c.* 10. Id media potione exclamavit. *e mezzo il bere*. & *Virg.* 4. *Æn. v.* 76. Incipit effari, medieque in voce reſiſtit. *a mezzo le parole*. & *lib.* 12. *v.* 452. In mare per medium. Ruſus *Terent. Eun.* 4. 7. 4. In medium huc agmen cum veſti, Donax. *Id. Adelph.* 3. 2. 18. Medium ſcripsere aliquem. *a traverſo*. & *Virg.* 10. *Æn. v.* 815. exigit enſem Per medium Æneas juvenem. & *lib.* 2. *v.* 218. angues Laocoonta mrdium amplexi. & *lib.* 10. *v.* 484. clypeum medium conſpis trenſverberat. & *lib.* 11. *v.* 477. medius Jaturna per hoſtes Fertur equis. & *lib.* 11. *v.* 148. & *lib.* 10. *v.* 576. At non Euandrum potis eſt vis ulla tenere, Sed venit in medios. Sic *lib.* 10. *v.* 20. Turnuſque feratur Per medios inſignis equos. *Ovid. Metam.* 12. *v.* 484. medio naſe jugulare aliquem. *h. e.* medis oſſis acie, non mucrone, *col taglio della ſpada*. ¶ Aliquando *medius* eſt dimidius. *Varr. l.* 3. R. R. *c.* 7. *a med.* Hieme demunt cibum medium. *la metà del cibo*. & *Colum. l.* 11. *c.* 2. *ante* mrd. Prid. non. Majas Nepa medius occidit. *tramonta mezzo*. & *Pallad. in Januar. tit.* 18. In eo vino medium cruci ſcrupulum, & folii unum ſcrupulum mittis. *un mezzo ſcrupolo*. *Capitolin. in Antonin.* Pie, *c.* 4 *extr.* Annum cænonarium Italicis intum, medium provincialibus reddidit. ¶ *Medius dies* eſt meridies. *Horat. l.* 1. *ep.* 2. *v.* 30. Cui pulcrum fuit in mediis dormire dies. *Virg.* 3. *Georg. v.* 303. Stabula ed medium converſa diem. ¶ Tranſlate *medius* eſt anceps, ambiguus, & qui in utramque partem facile trahi poteſt, *ambiguo*, *dubbioſo*. *Liv. l.* & *cap.* 39. Medio reſponſo ſpem ad voluntatem interpretantibus feceras, ceſſurum Patrum auctoritati eſſe. *Gell. l.* 12. *c.* 9. Vocabula medie & communia. *h. e.* quæ duas res contrarias ſignificare poſſunt, ut *valevole*, *ſeriouſe*, *venenum*, *medicamentum*. Similiter *medias artes* vocat *Quintil. l.* 2. *c.* 20. quæ neque laudari per ſe, neque vituperari poſſuet, ſed utiles, aut ſecus ſecundum mores atentium ſunt. ¶ Item mediocris, *mezzano*, *mediocre*, *ordinario*. *Liv. l.* 5. *c.* 37. Delectum nihilo accuratiorem, quam ad medis bella haberi ſolitue eret, habebant. *Vellej. l.* 2. *c.* 29. *de Pompeje*. Innocentia animique, ſanctitate præcipuus, eloquentia medius. *Tacit. t. Hiſt. c.* 49. Galbæ medium ingenium, magis extra vitia, quam cum virtutibus. *Vellej. l. c.* 8. 67. Fuiſſe in proſcriptos unarum fidem ſummem, libertorum mediam, ſervorum aliquam, filiorum nullem. *Spartian. in Vero*, *c.* 3. Etſi non ſummi, medii tamen obtinuit ducis famam. *Phædr. l.* & *fab.* 2. *v.* 3. Ætatis mediæ vir. *di mezza età*. nec ſenex, nec juvenis. ¶ Item modicus, temperetue, moderetus, *moderato*. *Liv. l.* 2. *c.* 49. Nihil medium nec ſpem, nec curam, ſed immenſa omnia volventes animo. *Id. l.* 27. *c.* 25. Aliis ſenetue conſulto notantibue, *&c.* aliis præmia decrementibus, *&c.* mediis ad cenſores notionem de eo pertinere dicentibus. *que' che tenevano una via di mezzo*. *Plin. l.* 4. *ep.* 9. Medium quiddam tenere. ¶ Item qui ad duas res contrarias æque aptus eſt. *Horat. l.* 2. *ed.* 19. *v.* 28. Pacis eras, mediuſque belli. *Liv. l.* 1. *c.* 32. Mediam eret in Anco ingenium, & Numæ, & Remuli memor. *Vellej. l.* 2. *c.* 114. Agebat medium plurima diſſimulantis, aliqua inhibentie. ¶ Item qui duarum ſectionum neutri inclinat, *neutrale*. *Liv. l.* 40. *c.* 10. Hos tanquem medios, nec in alterius favorem inclinatos, miſerat ret. *Cæſ.* 10. *ed Attic. ep.* 8. *ante med.* In Italia nos ſedentes quid erimus? nam medios eſſe jam non licebit. *Vellej. l.* 2. *c.* 9. Eumenes io eo bello medius fuit animo. & *lib.* 2. *c.* 21. Se dubium medumque partibus præſtitit. ¶ Item qui ſe interponit ad componendam litem, *mediatore*, *mezzano*. *Virg.* 7. *Æn. v.* 536. Dum paci medium ſe ſe offert. *Sil. l.* 16. *v.* 201. Haud deformis erit vobis ad fœdere verſis Pacator mediuſque Syphax. *Ovid. de remed. amor. v.* 678. Nunc medite ſubeana irrita verba deis. *h. e.* vana juramenta, in quibue dii, tanquem medii, invocantur. ¶ Et qui quocunque modu intervenit. *Virg.* 1. *Æn. v.* 686. Ne qua ſcire dolos, mediuſve occurrere poſſit.

MEDIUS FIDIUS. V. *Fidius*.

MEDIX. V. *Meddix*.

MEDIXTUTICUS V. *Mediaſtuticus*.

MEDOACUS, & Meduacus, i, m. *Brenta*, *Malgnale*, fluvius Venetiæ, ſeu Marchiæ Tarviſianæ, qui oritur ex Alpibus Tridentinis, & in mare Hadriaticum a Veretris 5. M. P. eecipitur. *Liv. l.* 10. *c.* 2. ¶ Duos Medoacos memoret *Plin. l.* 3. *c.* 16. qui Edronem portum conſtituunt, ubi nunc *Chioge*: quibus quid intelligat, V. apud Geographos.

MEDON, onis, m. *Mèdon*, unus e Centaurie, apud *Ovid.* 12. *Metam. v.* 303. ¶ Item filius Codri Athenienſium regis, qui primue in patria Archon fuit: a que poſteri apud Atticos *Medontidæ* dicti, *Vellej. l.* 1. *c.* 2. ¶ Item unus e Procis Penelopue, apud *Sabin. in epiſt. Ulyſſ. ad Penelop. v.* 47. Certe ego, cum Antinoum, Polybumque, Medontaque legi, &c.

MEDONTIDÆ. V. in voce præced.

MERITO, as, avi, atum, a. r. *guadagnare*, κερδαίνειν, quæſtum, ſeu lucrum labore atque induſtria capio. *Plin. l.* 7. *c.* 39. Roſcius hiſtrio H-S. D. annua meritaſſe perditur. ¶ Pro mercare ſtipendia, *militare*. *Caſo* apud *Feſt.* Meritavere ſtipendia. Abſolute *Sil. ſub fin. l.* 10. tum terga dediſſe Damnatis Siculas longe meritare per orem Impoſitum. ¶ *Merto*, as, per ſyncopen, V. ſuo loco.

MERITORIUS, a, um, *da guadagno*, *da nolo*, μισθίος, ad merendam, ſeu lucrandum pertinens. *Senec. ep.* 88. Meritoria artificia. *Plin. l.* 2. *ep.* 17. *ad fin.* Meritoria balinea. *Suetan. in Vitell. c.* 7. Tanta egeſtate rei familiaria, ut uxore & liberis meritorio cœnaculo abditis, domum ablocaret. *in verſo ad effecto.* & *in Calig. c.* 39. Comprehenſis ad deportandum meritoriis quoque vehiculis. *Cic.* 2. *Phil. c.* 41. Ingenui pueri cum meritoriis, ſcorta inter matresfamilias verſabantur. *Senec. de brevit. vitæ, c.* 14. Cum per diverſas domos meritoriam ſalutationem circumtulerint. *b. c.* non gratuitam, ſed quæ exſpectat & ſperat aliquid. ¶ *Meritoria* abſolata, ædes, vel cœnacula, vel cellæ, vel tabernæ, quæ pretio locantur. *Juvenal. ſat.* 3. *v.* 234. nam quæ meritoria ſummum Admittunt? magnis opibus dormitur in urbe. Adde *Paul. Dig. lib.* 32. *leg.* 89. *n med.* Hinc meritoria facere, *cenar offerta*, *e locanda*: & differt *e locandæ*, quia locantur ædes in longum tempus, certiſque perſonis: qui meritoria faciunt, fere *in* diem, & incertis perſonis locum conceduut. *Ulpian. lib.* 7. *tit.* 1. *leg.* 13. *ad fin.* Si domus uſus fructus legatus ſit, meritoria illic facere fructuarius non debet, nec per cœnacula dividere domum. Atquin locare poteſt, &c. & *mox*. Quod autem dicitur, meritaria non facturum, accipe quæ diverſoria, vel fullonica vulgo appellantur. ¶ Speciatim *meritorium* eſt cella meretriſis. *Vopiſc. in Tacit. c.* 10. Meritoria intra urbem ſtare vetuit. (*Salmaſ.* non de loco, ſed de perſona accipiendum putat, quia *ſtare* dicit, quod mantricam aſt.) *Severr. Imp. in quadam epiſt.* apud *Spartian. in Peſcenn. Nigr. c.* 3. Milites pro tricliniis popinas habent, pro cubiculis meritoria. *Prudent. in Hamartig. v.* 763. Balnea, propolas, meritoria, templa, theatra. *Firmic. l.* 6. *c.* 31. *poſt init.* Illuſtribus viris de meritoria detracta mulier conjugali gratia copulatur.

MERITUM, ti, n. *merito*, *Δαγάτημα*, quodvis noſtrum factum vel factum, vel pravum, quo alicujus animum, & voluntatem demeremur, vel offendimus. Eſt enim vocabulum medium, quod tam in bonam, quam in malam partem accipitur. In bonam *Cic.* 3. *Phil. c.* 6. Miſeribus ſuqairandi ſunt honores novi, propter eorum divinum erga immortale maritum. *Id. Cæſ.* 3. *c.* 6. Supplicatio diis immortalibus pro ſingulari eorum merito decreta eſt. *Suetan. in Aug. c.* 45. Pro merito certantium quemque honoravit. *Cic. Pan.* 14. *ep.* 2. Piſonem noſtrum merito ejus amo plurimum. *Id. l.* 5. *ad Attic. ep.* 11. Apud Patronum ea in maxima gratia poſui: & herſule merito tuo feci. (*meritiſſimo* ſubſtantivi more dixit *Plaut. Aſin.* 3. 3. 147. Meritiſſimo ejus, quæ vultet faciemus. Sic *poſſum*, *publico* diuere *Varr.* & *Liv.* V. *Poſſimus*.) *Cæſ. lib.* 1. *ep.* 1. Magnitudo tuorum erga me meritorum. *Plin. l.* 3. *ep.* 11. Meritum meum, ut vera, ita ſupra meritum prædicatione circumfert. ¶ Per metonymiam eſt ipſum beneficium. *Cic. de Amic. c.* 8. Ut in dandis recipiendiſque meritis, quod quiſque minus per ſe ipſe poſſet, id acciperet ab alio, viciſſimque redderet. *Liv. l.* 39. *c.* 40. Itaque ille veſtrum maritum habet, non vos illius. *Cic. l.* 12. *Fam. ep.* 17. Magna ejus ſunt in me non dico officia, ſed marita. *Ovid.* 2. *Amor. el.* 3. *v.* 10. Sunt tibi cum domina ſigna ferenda tua. Hanc impls meritis: hujus tibi gratia proſit. ¶ Item ipſa merces, aut præmium, quod pro merito datur. *Terent. Phorm.* 2. 1. 75. Nihil ſuave meritum eſt. ¶ In malam partem, *demerito*, *colpo*. *Cic. pro Sext. c.* 17. *n med.* Cæſar, qui a me nullo meo merito alienus eſſe debebat. *Varro. ad Cicer.* 5. *Fam. ep.* 9. Mes fortuna, neſcio quomodo, obtrectatores invenit, non meo quidem mehercules merito. *Liv. l.* 40. *c.* 15. *n med.* Hodie me primum aperta frater accuſat, nullo meo *in* ſe merito. *Ovid. Heroid. ep.* 5. *v.* 7. Lenter, ex merito quidquid patiare, ferendum eſt. & *l.* 3. *ex Pont. epiſt.* 3. *v.* 76. Non gravior merito vindicta ira fuit. Adde *epiſt. 6. n.* 10. & *l.* 3. *Amor. el.* 3. *v.* 16. ¶ Pro pœna *Apul. l.* 8. *Metam.* Speſta denique, quale cæleſti providentia meritum reportaverit. *Tertull. in Apolog. c.* 21. Na intelligarent, meritum foit delictorum. ¶ Sumitur etiam pro dote, dignitate, virtute innata, qua quælibet res cenſetur, & in pretio eſt, *pregio*, *valore*, *dignità*. *Pallad. l.* 1. *tit.* 37. Primi ſaporis mella thymi ſuccus effundit, ſecundi meriti thymbra, tertii meriti roſmarinus. *Id. in Mart. tit.* 13. In admiſſario quatuor ſpectanda ſunt, forma, colus, meritum, pulcritudo. *ſpezza*, *generoſità*, *bravura*. & *in Februar. tit.* 9. *ante med.* Induſtrius vir vitium genera probata deligat, & terra talibus mandet, quæ imitari eas poſſint, unde ſumuntur: ſic merita ſua quæque ſervabit. *Gron. in Cynag. v.* 371. nec viribus ullis, Aut merito venia eſt, aut ſpes, extra precanti. *Martial. l.* 8. *epigr.* 65. Grande loci meritum teſtantur & altera dona. *Ovid. 1. Faſt. v.* 7. Invenies illic & feſta domeſtice vobis, Et quo ſit merito quæque notata dies. *Paul. l.* 5. *ſentenc. tit.* 35. Maritum appellationis cauſa capitalis non niſi per noſmetipſos proſequi poſſumus. *b. t.* ipſam cauſam, vim, & rationem. *Id. Dig. lib.* 49. *tit.* 1. *leg.* 27. Poſt redditas rationes neque tutor, neque curator appellationis merita prabare cogetur. *Impp. Arcad. & Honor. lib.* 8. *Cod. tit.* 5. *leg.* 2. Marita negotiorum. *l'importanze*. *Impp. Valentinian. Theodoſ. & Arcad. lib.* 15. *Cod. Theodoſ. tit.* 1. *leg.* 30. Ædificia majoris meriti. *di maggior prezzo*.

MERITUS, a, um, *chi ha meritato*, particip. a *mereor*. *Cæſ. l.* 3. *B. Gall. c.* 40. Non minorem laudem exercitus, quam imperator meritus videbatur. *Plin. l.* 7. *c.* 30. *ſub fin.* Salve, primus in toga triumphum, linguæque lauream merite. *Virg.* 4. *Æn. v.* 547. Quin morara, ut merita es. ¶ Cum infinito *Val. Flacc. l.* 5. *v.* 224. *falli* meritus, merituſque relinqui. *Stat. l.* 2. *ſilv. 6. v.* 97. meritus doleri. *b. c.* dignus, quem omnes doleant. ¶ De re, qui beneficium contulit, qui profuit, qui operam, fidemque præſtitit, *benemerito*, *Cæſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 11. Ita ſe omni tempore de populo R. meritos eſſe, ut, &c. & *lib.* 3. *B. Gall. c.* 99. Optime eum de ſe meritum judicabat. & *lib. c. B. Civ. c.* 13. Cæſarem imperatorem bene de republ. meritum. *Cic. Fam.* 12. *ep.* 11. Milites mirifice de republ. meriti. & *poſt redit. in Sen. c.* 12. Homines de me divinitus meriti. *Virg.* 2. *Georg. v.* 525. armenta boum, meritoſque juvencos. ¶ Item de re, qui nocuit. V. *Merco*. ¶ Paſſive, *meritato*, *guadagnato*. *Plin. l.* 7. *c.* 28. *ſub fin.* Quæ Cannis corona merita? *Id. l.* 10. *c.* 51. Quæſtus opimi, & voce meriti. *Virg.* 5. *Æn. v.* 70. meritæque exſpectent præmia palmæ. *Liv. l.* 8. *c.* 7. Ignarus, laus, an pœna merita eſſet. ¶ Sæpe in nomen tranſit, & eſt *dignus*, *conveniens*, *congruus*, *juſtus*, *debitus*, *giuſto*, *dovuto*, *conveniente*, *degno*. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 32. Illam irſundiam non injuſtam, ſed meritam ac debitam fuiſſe. *Virg.* 5. *Æn. v.* 696. merita morte perira. & *lib.* 3. *v.* 188. meritos aris mactavit honores. *Plin. l.* 5. *ep.* 15. Fama optima, & meritiſſima frui. *Inſcript.* apud *Reinef. claſſ.* 5. *n.* 35. Falvius Inquilinus victimarius ſibi, & Fulviæ filiæ meritiſſimæ, &c. *b. c.* optime meritæ. ¶ *Merito jure*, q. d. congruo, juſto jure. *Triphonin. Dig. lib.* 37. *tit.* 4. *leg.* 20. *ſub fin.* Sed nec adverſus eum conſtituenda actionis lega-

legitimum ratio eſt, quia rocrito jure inſectato heres exſtitit. *Al. leg.* mœro. ¶ *Mortis de cauſis*, juſtis de cauſis. *Paul. lib.* 48. *ex.* 20. *leg. ult.* Liberi, ut judicio quidem parentis, niſi meritis de cauſis, ſubmoveri ab ſucceſſione poſſunt.

MERMESSIUS, a, um, ad Mermeſſum pertinens: quod eſt oppidum ſeu vicus Phrygiæ in Ida monte, Μερμησός. *Tibull. l.* 2. *el.* 5. v. 67. Quidquid Amalthea, quidquid Mermeſſia dixit. *h. e.* Sibylla Helleſpontica, in agro Trojano nata, vico Mermeſſo, circa oppidum Gergithum, quam ſcribit Heraclides Ponticus, Solonis, & Cyri fuiſſe temporibus, ut eſt apud *Lactant. l.* 1. *c.* 6. ubi al. leg *Mermeſſo*, alii *Merpeſſe*: unde & apud *Tibull.* alii *Merpeſſia*.

MERO. V. Æreo. ¶ *Mero*, per jocum dictus eſt Tiberius Cæſar pro *Nero*, quod impendio vinoſior eſſet. *Sueton. in ejus vita*, *c.* 42. In cadrie tiro etiam tum, propter nimiam vini aviditatem, pro Tiberio Biberius, pro Claudio Caldius, pro Neronc Mero vocabatur.

MEROBIBA, æ, ſ. *ebrioſa di vin buono*, quæ mero delectatur, meribibula. *Plaut. Curcul.* 1. 1. 77. Anus multibiba, atque merobiba.

MEROCTES, æ, m. lapillus pornicei colorie, qui lacte ſudat. *Plin. l.* 37. *c.* 10. ubi *Hardouin.* ex MSS. legit *Mevacbates*.

MEROE, es, ſ. per tree ſyllabas, *Gueguoro*, al. *Neube*, Μερόη, inſula magna Æthiopiæ cum urbe cognomine, a Nilo, Aſtapo, & Aſtabora fluminibus effecte, clypei figura, metallis omnibus abundane. *Plin. l.* 2. *c.* 73. & *lib.* 5. *c.* 9. *Lucan. l.* 10. v. 303. Arobitus nigris Meroe fecunda colonis, Luta comis ebeni: quæ quamvis arbore multa Frondeat, æſtatem nulla ſibi mitigat umbra: Linea tam rectum Mœdi ferit ilia Leonem. Ludit *Auſon.* in hoc nomine *epigr.* 20. de uno ebrioſa. V.

MERÖIS, idis, ſ. μηρίς, herba in Meroe naſcens, folio lactucæ, hydropicis utiliſſima, a mulſo pota. *Plin. l.* 24. *c.* 17.

MEROPE, es, ſ. Μερόπη, Atlantis & Plejones filia, una Plejadum. Inter Plejadee ſtellae obſcuriſſima fingitur. Cauſa eſt, quod Siſypho regi Corinthiorum hominī mortali nupſerit, ex quo Creontere Glaucum, & Laertem peperit. *Ovid.* 4. *Faſt.* v. 175. Septima mortali Merope tibi, Siſyphe, nupſit. Pœnitet, & facti ſola pudore latet.

MEROPS, opis, ſ. μέροψ, avis pallido intus colore pannarum, ſuperne cyaneo, primore ſubrutilo. Nidificat in ſpecu, ſex pedum deſoſſa altitudine. Inſeſte in primis eſt alvearius, apeſque abſumit. Unde *apiaſter* a quibuſdam appellatur, teſte *Serv. ad* 4. *Georg.* v. 13. Pietate in parentes volucribus cæteris præſtat. Nato ubi primum pot ætatem volare potuit, parentes in altiſſimis ſpeculue reconditos alit. *Plin. l.* 10. *c.* 33. *Virg. loc. cit.* Abſint & picti ſqualentis terga lacerti. Pinguibus a ſtabulis, meropeſque, aliaque volucres.

MERSITO, as, a, t. *immergere ſpeſſo*, frequentativum a *merſo*. *Solin. c.* 45. (*al.* 57.) *in fin.* Equus quo acrior fuerit, ſpeſque majoris, eo profundius nares merſitat in bibendo.

MERSO, as, avi, atum, a. 1. *immergere ſpeſſe*, βάπτω, ſæpe mergo, frequentativum ab ejus ſupino *merſum*. ſed & pro ipſo mergo uſurpatur. *Virg.* 1. *Georg.* v. 272. Balantumque gregem fluvio merſare ſalubri. *Horat. l.* 2. *ſat.* 4. v. 19. vivam gallinam muſto merſare Falerno. *Tacit. Ann.* 15. *c.* 69. Vivens edbuc baiueo infertur, calida aqua marſatur. ¶ Translata *Lucret. l.* 5. v. 1005. Tum penuria deinde cibi languentia leto Membra dabat: contra nunc rerum copia merſat. *Horat. l. & ep.* 2. v. 16. Nunc agilis fio, & merſus civilibus undis. *Catull. carm.* 67. *ad Manl.* v. 13. merſus fortunæ fluctibus.

MERSUS, a, um, *immerſe*, *ſommerſe*, *affondato*, βεβυθισμένος, liquore aliquo perfuſus, aquis opertus, obrutus. *Ovid.* 4. *Faſt.* v. 48. in Tuſcæ gurgite merſus aquæ. *& lib.* 2. v. 78. medii quoque terga Leonis In liquidas ſubito merſa ocabit aquas. *Prudent.* 5. *Cathem.* v. 3. Merſus ſol. *tramontato. Phædr. l.* 1. *fab.* 2. v. 16. Tigillum merſum limo. *Juvenal. ſat.* 14. v. 301. merſa rate naufragus aſſem Dum rogat. *Prudent. periſtiph.* 2. *de S. Vincent.* v. 243. merſus fornix. *h. e.* depreſſus. ¶ Translate *Virg.* 6. *Æn.* v. 267. Pandera res alta terre & caligine merſas. *Stat. l.* 5. *ſilv.* 1. v. 201. menſumque in corde dolorem. *Senec. in Oedip.* v. 798. Effare, merſus quis premet mentem timor. *Liv. l.* 42. *c.* 3. *extr.* Vioo ſomnoque merſi jacent. *Stat.* 6. *Theb.* v. 803. Sponte ruens, merſuſque humeris. *h. e.* ita contracto collo, & adducta capite, ut merſum inter humeros, & abſconditum videetur. (Sic *verſ.* 850. collaque demerſere humeris.) *Sil. l.* 10. v. 77. Ut canis occultos agitat eum Belgicus apros, Erroreſque ferx ſolers per devia, merſe Nere legit. *h. e.* humi preſſa. Sic *Lucan. l.* 4. v. 443. canis preſſo veſtigia roſtro colligit. *Id. ibid.* v. 745. merſos aciem dejecit in agroe. *h. e.* humilae, depreſſos. *Al. leg.* medios. *Plaut. Epid.* 1. 2. 16. Merſus foro. *fallere*. V. Mergo. *Liv. l.* 9. *c.* 18. Alexander merſus ſecundis rebus. *nuotare nella proſperità*.

MERTO, as, n. 1. pro *merſe*, es, dixere Veteres, i in locum *ſ* ſuccedente, ut in *pultare* pro *pulſare*, uti docent *Quintil. l.* 1. *c.* 4. (*el.* 6.) & *Feſtus*: atque ita uſurpavit *Acc.* apud *Non.* 1. 2. *n.* 542. Quod vero *Id. ibid. n.* 533. exponit *mertare* merantem facere, h. e. merere, ſeu mereri: adducitque illa ejuſdem *Accii*: Quod ſi, ut decuit, ſtares mecum, haud me meus mœrereet dolor: jamdiu inflammeri, & ardere naves videſſet ſuas: nugari Nemur videtur. nam & hic pro merſate, obruere, opprimere poſitum eſt.

MERULA, æ, ſ. *merlo*, *merlo*, κίτταρος, avis genus, tum mas, tum femina (neque anim *merulus* Latine dicitur, ut *Varr.* monet *l.* 8. *de L. L. c.* 38. & *Chariſ. l.* 1. *pag.* 42. *Putſch.*) a *merus* ſolus, uti *Feſt. in Merum*, & *Varr. l.* 3. *de L. L. c.* 11. docent, quia ſoliva ea eſt, & ſolitaria paſcitur. *Plin. l.* 10. *c.* 29. Merula ea nigra ruſeſcit; canit æſtate, hieme balbutit; circa ſolſtitium muta. *& cap.* 53. Merulæ bis anno pariunt. *& cap.* 30. Merulæ circa Cyllenen Arcadiæ, nec uſquam alibi, candidæ naſcuntur. (rarus eſſe albas merulas etiam *Varro* ſignificat *l.* 3. *R. R. c.* 9. *a med.*) *Cic.* 5. *de Fin. c.* 15. Serpens anguiculos, nata anaticulas; evolans merulas, cornibus uti boves videmus. ¶ Eſt etiam genus piſcis, inter ſaxatilia laudati, ut ait *Plin. c. ult. l.* 32. Adde *lib.* 9. *c.* 15. *a med.* Item *Varr. l.* 8. *de L. L. c.* 22. & *Colum. l.* 8. *c.* 16. & 17. De hac autem *Ovid. in Halieut. v.* 114. Auratis muræna notis, merulæque virentes. ¶ Item genus machinulæ hydraulicæ, quæ aquæ preſſione vocem merulo reddit: ejuſmodi in onuſtris ſacrarum Ædium Organis dicimus *aſcagnuali*. *Verrius. l.* 12. *c.* 12. *a med.*

MERULENTUS, vinolentus, meri bibax. V. in fine vocia *Abſtemius* locum *Rubris* poetæ, ubi eſt qui legit *temulentus*.

MERULUS, li, m. *merle*. Negat *Varr.* Latine dici, ut io *Merula* adnotavimus. Nec multum euſtoritatis habet *Auct. carm. de philom.* ubi ait v. 13. Et merulus modulens tam pulcris concinit odse.

MERUM, i, n. *vino puro*, ἄκρατον, vinum purum, & nulla aqua mixtum. *Plaut. Curcul.* 1. 2. 35. Hic vide, ut ingurgitat impura ſe in merum avariter. *Horat. l.* 1. *ep.* 19. v. 11. non ceſſavere poetæ Nocturno certam mero, potere diomo. *Id. l.* 1. *od.* 36. v. 13. multi Damalis meti. *h. e.* merobiba, ebrioſa. *Ovid.* 2. *Faſt.* v. 539. Inque maro mollita Ceres. *Valer. Flacc. l.* 5. v. 595. profundo mero incumbene. *h.* r. ulto ſomno, quod meri multum biberat. *Senec. in Herc. Oet.* v. 572. Victue mem. *ſopraffatre dal vino*. *Plin. l.* 14. *c. ult.* Ad merum pronior. *Id. l.* 23. *c.* 1. *a med.* Merum remedium eſt conim cicutas, aconitum, argentum vivum, veſpas, &c. *Colum. l.* 10. v. 302 croceoſque corymbos Sparge mero Bacchi. nam Bacchus condit odores.

MERUS, a, um, *ſolo*, ἄκρατος, ſolus, ab aliis diviſus ac ſegregatos. Sunt qui putent eſſe a μείρω, divido. *Feſtus*: Merum antiqui dicebant ſolum: unde & avie merula, quod ſolivega eſt, & ſolitaria paſcitur. at nunc merum, purum appellamus. *Terent. Phorm.* 1. 2. 95. Non multum habet, quod det, fortaſſe. *Ge.* immo nihil, niſi ſpem meram. *Varr.* apud *Non. c.* 4. *n.* 295. Diogenem poſtea pallium ſolum habuiſſe, & habere Ulyſſem merem tunicam, pileum ideo non habere. *Apul. in Apolog.* Aliquantam pecuniam nullis tabulis, ſed ut æquum erat, mera fide accepiam, filius debebat. ¶ Sæpiſſime eſt purus, liquidus, ſincerus, cui nihil eſt admixtum, *puro*, *ſincero*. Sed hæc notio cum priore facile confunditur. *Ovid.* 15. *Metam. v.* 323. Vina fugit, gaudetque meris abſtemius undis. *Id.* 4. *Faſt. v.* 369. Lacta mero veteres uſi memorentur, & herbis. *Plaut. Aſin.* 1. 3. 3. Aurum, atque argentum merum. *Id. Trucul.* 2. 2. 14. Rus merum hoc quidem eſt. *Colum. ſub fin. l.* 3. Guſtue cujuſque generis (*vinorum*) non mixtus, ſed vere merus. *Ulpian. Dig. lib.* 2. *tit.* 1. *leg.* 3. Imperium aut metum, aut mixtum eſt. merum imperium eſt habere gladii poteſtatem ad animadvertendum *in* facinoroſos homines: quod etiam poteſtae appellatur. mixtum eſt imperium, cui etiam jurisdictio ineſt. *Plaut. Moſtell.* 3. 1. 111. Emit ædes ſpeculo claras, clarorem merum. *ſi ſpecchia chiarezze*. *Petron. in fragm. Trogur. c.* 37. *Burm.* Mero meridie ſi dixeris illi, tenebras eſſe, credet. *di bel mezzodì*. *Varr. l.* 2. *c.* 2. *R. R.* Ovet neque vetulæ, neque meræ agnæ. *h. e* quæ nondum agni etatem auccfiere. *Plin. l.* 8. *ep.* 24. Cogita, ta miſſum *in* provinciam Achajam, illam veram & meram Græciam, in qua primum humanitas, litteræ inventæ, &c. *Cic.* 4. *Attic. ep.* 7. Chærippus mere monſtra nuntiarat. *& lib.* 9. *ep.* 21. Mero proſcriptiones, meri Sullæ. *& ep.* 12. *extr.* Mera ſcelera loquuntur. *& ep.* 13. *extr.* Dolabella ſuis litteris merum bellum loquitur. *non parle d' altro*, *che di guerra*. & *lib.* 6. *ep.* 3. *circa med.* Meræ nugæ. *Horat. l.* 1. *ep.* 18. v. 8. mera libertas. *Mero liberter* apud *Liv. l.* 39. *c.* 26. in malam partem accipitur pro immoderata & effreni, & quæ nihil civilie modeſtiæ admixtum habeat. ¶ *Mero pede* eſt pede nudo, in illo *Juvenal. ſat.* 6. v. 158. Obſervant ubi feſta mero pede ſabbata reges. Sic *Prudent. περὶ στεφ.* 10. v/91. *de SS. Fruct. Or.* Strabat calce mera. ¶ Frequenter refertur ad vinum nulla aque dilutum. *Varr.* apud *Non. loc. cit.* Vino corpus corrumpie mero. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 331. Haud aliter titubat, quam ſi mera vina bibiſſet. Adde *Plaut. Amph.* 1. 1. 276. Hinc *meratus* abſoluta. V. vocem præced.

MERUS, mons Indiæ prope Nyſam. V. *Nyſa*.

MERX, mercis, ſ. *merce*, *mercanzia*, *derrata*, τὰ ὠνὴ ἀγόμενα, res ipſa, quæ emitur, venditurve: *a mercor*. *Cic. in fragm.* apud *Non. c.* 5. *n.* 35. Phœnices primi mercaturis, & mercibus ſue avaritiam, & magnificentiam, & inexplebiles cupiditates omnium rerum ſupportaverunt in Græciam. *Id. pro Rabir. Poſt. c.* 14. Marces fallaces & facoſæ, charris, & linteis, & vitro delato. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 128. Invendibili merce oportet ultro emptorem adducere: Proba merx facile emptorem reperit; esmeſſi in abſtruſo ſita eſt. *ai buon vino non bisogna frasca*. *Plin. l.* 4. *ep.* 14. Ea aliqua peregrina & delicata merce. *Ovid.* 13. *Metam. v.* 165. Feminæ merces. *Colum. l.* 11. *c.* 3. *a med.* Cucurbitam ſeculento meæ præparara. *querbe mangiative da vendere*. *Virg. Ecl.* 4. v. 38. nec nautica pinus Mutabit merces. *Plin. l.* 9. *c.* 55. Permutara aliquid pretio, vel merum alia. *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. v. 105. Offendere mercem. *Ovid. t. de ar. am.* v. 421. Expedit inſitor merces ſuas. *Plin. l.* 12. *c.* 25. Sarmenta quoque in merce ſuot. *h. e.* venalia ſant. *Id. l.* 29. *c.* 2. *ad fin.* Invehere marces peregrinas. *& inmic cap.* Arebiæ, & Indiæ merces importare. *Id. l.* 14. *c.* 4. Merces petitæ in Rubrum litus. *Id. l.* 5. *c.* 9. *ad fin.* Indicarum mercium emporium. ¶ *Mera mala* translate de malo dicitur, *infortunio*, *incommodo*. *Plaut. Men.* 5. 2. 6. Ut ætes mala mala mera eſt tergo! ¶ Item de malo homine, aſſuto, cellido. *Id. Caſtell.* 4. 2. 61. Mala merx hæc, & callida eſt. Adde *Pſeud.* 4. 2. 44. & *Perſ.* 2. 2. 56.

MESA CANNABIS, μέση, h. e. media. *Plin. l. 19. c. 9. de cannabi.* Tria ejus genera: improbatur cortici proximum, aut medulla: laudatiſſime ſit e medio, quæ meſa vocatur.

MESANCYLON, i, n. μεσάγκυλον, genus teli, in medio amentum habens. *Gell. l.* 10. *c.* 25. ubi notant Interpretes, corrupte legi *meſſanula*, pro *meſanula*. Dictum eſt a μέσος, medius, & ἀγκύλη, amentum. Apud *Feſt.* enarrate legitur *meſanculum*.

MESAPIA, & Meſſapia, æ, *terra d' Otranto*, regio Italiæ, alias Apulia, a Meſapo rege ſic dicta. *Feſtus.*

MESAPIUS, & Meſſapius, a, um, adject. ad Meſapiam pertinens. *Ovid. 14. Metam. v.* 513. Meſapiacæ arva relinquit.

MESAPUS, *ſeu* Meſſapus, i, m. filius Neptuni, qui in equis domandis excelluiſſe, & igni & ferro inſuperabilis fuiſſe fingitur. *Servius* idcirco Neptuni filium appellatum putat, quod per mare in Italiam fuerit vectus in auxilium Turni adverſus Æneam. *Virg. l. 7. Æn. v.* 691.

MESAULÆ, arum, f. μεσαῦλαι, a μέσος, medius, & αὐλὴ, atrium, aula. *Vitruv. l. 6. c.* 10. *a med. de Græcorum ædificiis.* Inter hæc periſtylia, & hoſpitalia, itinera ſunt, quæ meſaulæ dicuntur, quod inter duas aulas media ſunt interpoſita. Noſtri eas andronas appellant. V. *Andron.*

MESE, μέση, ideſt media, chordæ nomen, quæ nunc a Muſicis vocatur *A la mi re. Vitruv. l.* 5. *c.* 4. & 5.

MESEMBRIA, æ, f. *Meſembre*, urbs Thraciæ, in ora Ponti Euxini, Megarenſium colonia. *Plin. l.* 4. *c.* 11.

MESEMBRIÁCUS, a, um, ut Meſembriacus portus, apud *Ovid. 2. Triſt. el.* 10. *v.* 37.

MESES, æ, m. *Greco*, Μέσης, ventus flans inter Boreæ, & Cæcian. *Plin. l.* 2. *c.* 47.

MESOBRÁCHYS, μεσοβραχὺς, pes quinque ſyllabarum, brevi inter duas utrinque longas interjecta, ut *pulcherrimarum*: a μέσος, medius, & βραχὺς, brevis. *Diomed. l.* 3. *pag.* 479. *Puſch.*

MESOCHÓRUS, i, m. μεσόχορος, qui in medio turbæ ſtans reliquis canendi, vel aliud agendi ſignum propoſuit: a μέσος, medius, & χορὸς, chorus. *Sidon. l.* 1. *ep.* 2. *ſub fin.* Nullus tibi lyriſtes, choraules, meſochorus. *Plin. l.* 2. *ep.* 14. græce ſcripſit: Hoc infiniti clamores commovebatur, cum μεσίχορον dedit ſignum.

MESOLABUM, i, n. μεσόλαβον, inſtrumentum ad alicujus rei medium foveniendum aptum: a μέσος, medius, & λαμβάνω, capio. *Vitruv. l. 9. c.* 3. Meſolabi ratione idem explicaveruot.

MESOLEUCOS, i, m. μεσόλευκος, gemma nigra; quam medium linea alba diſtinguit: a μέσος, medius, & λευκὸς, albus. *Plin. l.* 37. *c.* 29. ¶ Eſt præterea hoc nomine herba quædam habens candidam lineam per ſolium diſcurrentem. *Plin. l.* 27. *c.* 11. *ad fin.*

MESOMÀCROS, μεσόμακρος, pes quinque ſyllabarum, longum habens ſyllabam duabus utrinque brevibus interpoſitam, et *auxiſſimus*: a μέσος, medius, & μακρὸς, longus. *Diomed. l.* 3. *pag.* 478. *Puſch.*

MESOMÉLAS, anos, f. μεσομέλαινα, gemma alba, quam linea nigra diſtinguit. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Meſomelas, nigra vena quamlibet colorem ſecante per mediam. Nam μέλας niger dicitur, λευκὸς, albus.

MESON, onis, m. μέσον πρόσωπον, perſona comica aut coqui, aut nautæ, aut ejus generis. *Feſt.* Videtur eſſe a μέσος, medius, quia coquorum, nautarum, cordonum, atque hujuſmodi opificum perſonæ mediæ ſunt, et quæ neque ſeriles videantur, cum liberæ fiat operæ, neque omnino liberæ, cum mercenariæ. Sed *Ariſtophanem* Grammaticus ait, dictam eſſe ab inventore Μάſone comœdo. Monent autem Critici, hunc *Maſon*, *Maſcon*, eſſe ſcribendum. ¶ *Miſon* gemit. plur. Græcus τῶν μίσων, mediorum, aut mediarum. *Vitruv. l.* 5. *c.* 4. & 5.

MESONAUTA, æ, m. μεσονάυτης, vox Græca, a μέσος, medius, & ναύτης, nauta, legitur apud *Pompon.* teſte *Ulpian. Dig. lib.* 4. *tit.* 9. *leg.* 2. Videtur autem eſſe medius inter ſummos nautas, ut gubernatores & proretas, & iinos, et remiges, & omnium juſſa exſequens: ita rationi, qua mediaſtinus in domo. *Turnob. l.* 28. *Adverſarior. c.* 31.

MESONYCTIUM, ii, n. μεσονύκτιον, *mezzo notte*, mediæ noctis tempus. Græca vox, quæ legitur in Taurobolii Lugdun. ſea *Inſcripc.* apud *Murator. pag.* 333. Cujus meſonyctium factum eſt V. Eid. Dec. *h. e.* viſum, apparitio medio noctis tempore facta, ut cenſet *Philipp. a Turre* apud *Sallengr. to.* 3. *novi Theſ. Antiquit. R. pag.* 863.

MESOPOTAMIA, æ, f. Μεσοποταμία, regio Aſiæ inter Euphratem & Tigrim amnes ſita: unde & nomen habet: a μέσος, medius, & ποταμὸς, amnis. *Plin. l.* 5. *c.* 12. & *lib.* 6. *c.* 26. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 52. & *Solin. c.* 37. (*al.* 50.) Latine diceres *Internamam*.

MESOPOTAMIUS, a, am, adject. a Meſopotamia, ut Meſopotamii milites, *Valerian. Imp. to epiſt.* apud *Vopiſc. to Aurel. c.* 11.

MESOSPHÆRUM. V. *Hadroſphærum*.

MESPILUM, i, n. μέσπιλα, μέσπιλον, fructus meſpili arboris. *Plin. l.* 15. *c.* 20. Malorum, pirorumque genori adoumerentur jure meſpila atque ſorba. *Pallad. in Mart. tit. to. a med.* Meſpila ad ſervandum leguntur necdum mitia. ¶ Videtur & ipſa arbor meſpilum dici. *Pallad. de inſit. v.* 69. Meſpilaque exarmar pugnacibus horrida membris.

MESPILUS, li, f. μέσπιλα, μεσπίλη, arbor meſpila ferens, cujus folia, antequam decidant, rubeſcunt: radices multæ, atque altæ, ideo inexſtirpabiles. Non ſnit hæc arbor in Italia Catonis ævo, teſte *Plin. l.* 15. *c.* 20. ubi & tria ejus genera enumerat. *Pallad. in Februar. tit.* 25. *ſub fin.* Et meſpilus inſeretur, & oſſa ponentur prunorum. *Id. de inſit. v.* 106. Meſpilus admiſſo germine tuta ſubit. ¶ Item ipſe fructus, *meſpila*, ut videtur. *Id. ibid. v.* 91. Meſpilaſ huic (*malo*) paret, lapidoſaque viſcera mutans, Tenditur, & nuveo plena liquore rubet.

MESSALLA, *ſeu* Meſſala, æ, m. nomeo civis R. *Senec. de brevit. vitæ, c.* 13. Corvinus primus Meſſalam vicit, & primus ex familia Valeriorum, urbis captæ in ſe translato nomine, Meſſana appellatus eſt: paulatimque vulgo permutate litteras, Meſſalla dictus. Eadem habet *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 6. *ad fin.* niſi quod *Maximum*, non *Corvinum* cognominatum fuiſſe dicit. Idem confirmant Faſti Capitolini, in quib. legitur (apud *Grater. pag.* 292. *lin.* 5.) M. Valerius M. F. M. N. Maximus, qui in hoc honore Meſſall. appel. e. Sed hæc ita conciliantur, ut *Maximus* cognomeo fuerit familiæ antiquum: cui poſt ſingulare M. Valerij certamen cum Gallo hoſte (de quo V. in *Corvinus*) alterum *Corvini* agnomen adhæſerit. ¶ Ea hac familia celebris fuit orator, cujus meminit *Horat. de ar. Poet. v.* 371. & *Plin. l.* 10. *c.* 22. &c.

MESSÀNA, æ, f. *Meſſina*, *Mercoin*, urbs clara Siciliæ ad fratum Mamertinum, contra Calabriam. *Sil. l.* 14. *v.* 194. Incumbens Meſſanæ freto, miorimumque revulſa Diſcrata Italia, atque Oſca memorabilis ortu. ¶ *Meſſana* etiam pro *Meſſene* Peloponneſi legitur. *Stat. l. Achill. v.* 422. Murorum tormenta Pylos, Meſſanaque tenduot. V. *Meſſenius*.

MESSEIS, idis, f. Μεσσηΐς, fons Theſſaliæ, teſte *Plin. l.* 4. *cap.* 8. *Valer. Flacc. lib.* 4. *verſ.* 374. Flevit Amymone, Bruntt Meſſeides undæ.

MESSAPIA, &c. V. *Meſapia*.

MESSENE, es, & Meſſena, æ, f. Μεσσήνη, urbs Peloponneſi, meridionalis, olim clara, & regionis ab ea dictæ caput, ad ſinum Meſſeniacam. *Ovid. 6. Metam. v.* 417. *Plin. l.* 4. *c.* 5. & *Nep. in Epamen. c.* 8. & *in Polyp. c.* 4. ¶ Legitur & *Meſſona*. V. *Meſſona*, & vocem ſequent.

MESSENIUS, a, um, Μεσσήνιος, ad Meſſenam pertinens. *Ovid. 2. Metam. v.* 679. Meſſeni arva. & *lib.* 12. *v.* 549. Meſſenia mœnia. Utrobique al. leg. *Meſſania*. nam & *Meſſane* pro *Meſſene* legitur in multis opt. codicib. *Stat. 4. Theb. v.* 179. Planaqus Meſſanc, montanaqae nutrit Ithume. Al. leg. *Meſſeno*. Nec minum, ſi nomina confunduntur, cum Meſſana Siciliæ ab incolis Meſſenes Peloponnſii condita dicatur, quibus tamen acceſſera etiam Mrmertioi ex Campania, quam Oſci quondam incoluerunt. V. *Mamers.* ¶ *Meſſenii*, orum, Meſſenes incolæ. *Liv. l.* 36. *c.* 31. ¶ *Meſſenia*, æ, regio circa Meſſenem. *Plin. l.* 4. *c.* 5.

MESSIO, onis, f. *ſi mietere*, actus meteudi. *Varr. lib.* 1. *R. R. cap.* 50. Frumenti tria genera ſunt meſſionis: unum, ubi falce ſuccidunt, &c.

MESSIS, is, f. *meſſe*, raccolta, Θερισμὸς, collectio frumeoti, & aliarum ſegetum: a *meto*. *Cic.* 1. *de Orat. n.* 88. *a med.* Quid ſit fementis, ac meſſis, quid arborum putatio, ac vitium. *Plin. l.* 18. *c.* 18. Meſſem peragere. & *cap.* 30. facere. ¶ De ipſis frumentis jam collectis. *Juſtin. l.* 14. *c.* 7. Probiſti agreſtes oracula ferantur, meſſes vinaqae villis efferra. *Virg.* 1. *Georg. v.* 49. Illius immenſæ ruperunt horrea meſſes. Adde *Propert. l.* 3. *el.* 11. *v.* 16. ¶ Item de tempora metsodi. *Virg.* 5. *Ecl. v.* 70. Ante focum, ſi frigus erit; ſi meſſis, in umbra. *Plin. l.* 24. *c.* 14. Flos mori per meſſes colligitur. ¶ Item de collectiona mellis, quæ & *vindemia* dicitur. *Virg.* 4. *Georg. v.* 231. Bis gravidos coguot fetus, duo tempora meſſis. ¶ Meſſis Calicum, & Arabum eſt crocus, & tus. *Stat. l.* 3. *ſilv.* 3. *v.* 34. ¶ Translate *Cic. Pored. 6. c.* 2. Qui illam Sullani temporis meſſem recordetur. *Plaut. Epid.* 5. 2. 53. Pro beneſactis mali meſſem metere. ¶ *Meſſi* cum propeio mox ballatura colono *Claudiano l.* 1. *de laudib. Stilich. v.* 321. eſt ſepes hominum ex dentibus ſerpentis a Cadmo fatis. ¶ *Meſſe* meteoymica anni. *Martial. l.* 4. *ep.* 79. ſenagefime meſſis. & *l.* 1. *ep.* 102. Quarta tribus luſtris addita meſſis erat. Adde *l.* 6. *ep.* 7. & *l.* 12. *ep.* 34. & *Petron. in fac.* 1. 89. ¶ *Meſſes ſuas urere*, proverb. idem quod vineta ſua cædere, πτερὰ ἑαυτοῦ κολούειν. Eſt *Tibulli l.* 1. *eleg.* 5. *extr.* ¶ In quarto caſu etiam *meſſim* dicimus. *Plaut. Muſtell.* 1. 3. 5. Nihilo magis attinet, quam lavatin tua ad meſſim. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 2. Nec videt vindemiam in cella, neque in granario meſſim. ¶ *magnum meſſem* maſc. geo. dixit *Lucil. l.* 27. teſte *Non. c.* 3. *n.* 139.

MESSOR, oris, m. μισθωτὸς, Θεριστὴς, qui metit. *Cic.* 3. *de Orat. cap.* 12. Non mihi oratores antiquos, ſed meſſores videria imitari. *Ovid. Metam.* 14. *v.* 643. O quoties habita duri meſſoris aſillas Corbe tulit! *Virg.* 1. *Georg. v.* 316. meſſorem inducera flavis arvis. *Colum. l.* 2. *c.* 18. Meſſos fœniſeca. ¶ Translate *Plaut. Capt.* 3. 5. 3. Sator ſcelerum, & meſſor maxume. ¶ De meſſora deo V. in *Imporcitor*.

MESSORIUS, a, um, Θερισμικὸς, ad meſſorem pertinens. *Cic. pro Sext. c.* 38. Meſſoria ſe corbe cunteuit. *Pallad. lib.* 1. *tit. ult.* Falces meſſoriæ, vel fœnariæ. *Colum. l.* 2. *c.* 13. Hordei modii quinque bubulci operas tres exigunt, occatoriam unam, meſſoriam unam.

MESSÓRA, æ, f. meſſio. *Diomed. Grammatic. l.* 1. *pag.* 374. *Puſch.* Meſſoram dicimus, non metitionem.

MESSUS, a, um, *mietuto*, *tagliato*, mstendo reciſus. *Virg.* 4. *Æn. v.* 513. Herbæ meſſæ ad lunam falcibus. *Varr. l.* 1. *R. R. cap.* 50. *extr.* Meſſas ſpicas corbibus in aream deferre.

MET, ſyllabica adjectio, quæ coojungitur cum pronom. *ego*, *tu*, *ipſe*, *ille*, & ſimilibus, ut *egomet*, *ipſemet*, &c. Sed io pronomine *te* nominativo ſingulari addi one ſolet, niſi ſi dictio ſyllabica ei interponatur, at *tutemet*. Significat diſcretionem, ut *ipſemet*, ideſt per ſe, & non per alios. *Terent. Adelph.* 3. 2. 31. Hiſce oculis egomet vidi. *Lucret. l.* 4. *v.* 913. Totamst in culpa cum ſis. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 20. Non de memet ipſo, ſed de oratora dico. *Id.* 3. *de nat. Deor. c.* 18. *extr.* Quæ cogitatione nobiſmetipſis ſingere poſſumus.

fumus. *Plaut. Trucul.* t. 1. 38. Cum rem, fidemque, noſque noſmet perdimus. ¶ Cum tanquam. *Plaut. Curcul.* 5. 2. 29. Tanquamnnet genium meum. ¶ Præpoſita prænomini. *Terphonia. Dig. lib.* 7. tit. 1. *leg.* 62. Si quas feras incluſerit operis ſuis, vel ſi metipſe inciderint.

META, æ, ſ. *meta, terminus, ὅρος, μεταὶ, τέλος*, lapis erectus, & in acumen faſtigiatus, figum pyramidis, aut coni, cujoſmodi in Circo ſignabant locum flectendi quadrigas: eratqua in eo auriga ars & virtus, ut neque proprius accedens currum frangeret, graviſſimo cum vitæ periculo: neque longius obeundo diſcederet, & inſequentibus præcedendi locum daret. cujus rei exemplum habes in navali certamine apud *Virg.* 5. *Æn.* v. 159. *& frequent.* Eſt a *metiendo*, vel *metando*, ut nonnullis placet. *Ovid.* 3. *Amor. el.* 2. v. 21. Et modo lora dabo, modo verbere terga notabo: Nunc ſtringam metas interiore rota. *Id.* 3. *de ar. am.* v. 396. Metaque feventi circumeunda rota. *Id.* 4. *Triſt. el.* 8. *verſ.* 35. Nec procul a metis, quas pæne tenere videbar, Curriculo gravis eſt facta ruina meo. *Horat. l. & od.* 1. v. 5. Metaqus ſervidis evitata rotis. *Ovid.* 3. *Amor. el.* 2. *verſ.* 69. Me miſerum! metam ſpatioſo circuit orbe. Quid facis? admoto proximus axe fubi. *Propert. l.* 2. *el.* 19 v. 65. An prius infecto depoſcit præmia curſu, Septima quam metam traverit ante rota? *Virg. loc. cit.* Janique propinquabant ſcopulo, metaque tenebant. ¶ Translate *Cic. pro Cal. cap.* 31. In hoc ſtecu quaſi ætatis ſuæ adoleſcentis paulum hæſit ad metas noſtri nova mulieris, & infelici vicinitate, & inſulentia voluptatum. ¶ Ponitur & pro quocumque termino. *Virg.* 1. *Æn.* v. 281. His ego nec metas rerum, nec tempora pono. *& lib.* 3. v. 714. Hic labor extremus, longarum hæc meta viarum. *& lib.* 12. v. 546. Hic tibi mortis erant metæ. *& lib.* 10. v. 472. metaſque dati pervenit ad ævi. *Ovid.* 1. *Triſt. el.* 9. v. 1. vitæ metam tangere. *Stat. l.* 5. *ſilv.* 3. v. 255. Pylius ævi tranſcendere metas. *b. e.* Neſtoris annos. *Ovid.* 2. *de ar. am.* v. 727. Properare ad metam. *Id.* 3. *Amor. el.* 15. v. 2. Radituc hic elegis ultima meta meis. *Horat. in ar. Poet.* v. 412. optatam curſu contingere metam. ¶ De termino agrorum. *Frontin. de colon. pag.* 141. *Goeſ.* ¶ Et pro quacumque extremitate, & fine, *eſtremità, fine. Virg. Æn.* 3. v. 419. Præflat Trinacrii mittas luſtrare Pachyni. *Ovid.* 3. *Metam.* v. 144. Et ſol æquo meta diſtabat utraque. *b. e.* meridies erat. *Lucret. l.* 5. v. 616. *de ſolr.* Cancrin ut vertat metas ad ſolſtitiales. *Perſ. ſat.* 1. v. 131. *metat* vocat limes, quibus Mathematici ſuas figuras deſcribunt. ¶ Figura metæ aliis rebus tribuitur, quarum congeries conum refert, ut meta lignorum, foeni, lactis, ſacchari, &c. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 106. metas imitata cupreſſus. *b. e.* meta in faſtigium convoluta, ut ait *Plin. l.* 16. *cap.* 33. de eadem re loquens. *Plin. ibid. c.* 16. Bina in metas emittitur. *Id. l.* 36. c. 5. *a med.* Pyramis in metæ cacumen ſe contrahens. *Liv. l.* 37. *c.* 27. *a med.* Ipſe collis eſt in modum metæ, in acutum cacumen a fundo ſatis lato faſtigatus. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 6. *ad fin.* Umbra terræ eſt meta noctis. *b. e.* ut *Plin.* aut *l.* 2. *c.* 10. Nil aliud eſt nox quam terræ umbra: figura autem umbræ ſimilis metæ, aut turbini inverſo. *Col.* in R. R. *c.* 55. Ligna domino in tabulato condita, coduſcilios, radices in acervo ſub dio metas facito. *Colum. l.* 2. c. 19. *de fumo.* Quidquid ſiccatum erit, in metas caſtrui conveniet, caſque ipſas in unguſtiſſimos vertices exacui. *Martial. l.* 1. *epigr.* 44. Ruſtica lactantes nec miſit ficina metas. *vicatio in ſacchetto.* Sic *l.* 3. *epigr.* 58. *v.* 35. Metamque lactis Saſſinate de ſilva. *Colum. l.* 9. c. 15. *ad fin.* Siliceus quilus, vel vimine contextus ſaccus; inverſæ metæ ſimilis. ¶ De *meta molendaria*. V. in *Mola*.

METABASIS, is, ſ. *paſſaggio, μετάβασις*, tranſitio, interſatio: a μεταβαίνω, tranſgredior, tranſeo: figura Rhetorum, qua ubi iis, quæ hactenus diximus, ad ea, quæ dicturi ſumus, brevi interſatione tranſitum facimus, ut illud *Cic. pro leg. Manil. c.* 8. Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca dicam. ¶ Eſt etiam metabaſis, cum a loquentie perſona ad aliam perſonam tranſitum facimus, eatione ullqua, vel affectu, ut illud *Virg.* 11. *Æn.* v. 51. Nos juvenem exanimum, &c. vano mœſti comitamur honore. Infelix! nati funus crudele videbis. *Quintil. l.* 9. *cap.* 3. *ante med.* hyperbati figuræ ſententiarum ſpeciem eſſe ait, & Græce ſcribit.

METACISMUS, i, m. *metaciſmo, μετακισμός*, eſt cum veeborum conjunctio M litteræ aſſiduitata colliditur, ut *Manumans ipſam ama, quaſi mtam animam*. Ita *Martiao. Capell. l.* 5. *pag.* 167. ¶ Alia ratione definit *Diomed. l.* 2. *pag.* 448. *Putſch.* nempe ut ſit, cum in fine partis orationis invenitur m littera, & ſequens a vocali incipit, ut *Quouſque tandem abutere. Voſſ. l.* 4. *Inſtit. oratoriar. c.* 2. volt legi *metacriſmus*, μετακρισμός, a Græca appellatione litteræ *m*, quæ eſt α'.

METABOLE, es, ſ. μεταβολὴ, Tmiectio, figura eſt, quæ fit contrariis ita diſpoſitis, ut a priori poſterius proficiſcatur, ut *Terent. Andr.* 2. 1. 5. Quoniam id fieri, quod vis, non poteſt, id velis, quod poſſit. Eſt a μεταβάλλω, muto. Itaque dicitur etiam eum a periodo ad periodum, & a genere rhythmi ad genus aliud mutatio, & tranſitus fit, ut ait *Quintil. l.* 9. *cap.* 4. *ante med.* Illam autem priorem *Id. ibid. c.* 3. *ante med.* inter varios Repetitionis modos recenſet. Semper autem Græce ſcribit.

METAGON, ontis, μεταγὼν, nomen canis, ex fera & cana geniti, & paulatim in diverſum quoddam genus tranſeuntis: a μεταγω, qua transferre ſignificat: vel qua ſequi, perſequi, & inveſtigare. nam *Heſych.* μεταγὼν interpretatur μεταδιώκων. *Grat. in Cynog. v.* 209. 221. & 264.

METALEPSIS, is, ſ. Μετάληψις, Tranſumptio, Tropus eſt, cum aliqua dictio aliud a propria ſua ſignificatione eu ris, quæ præceſſerunt, denotat: ſeu cum aliquid ponitur, ex quo gradatim in alterius rei conſequentis cognitionem veniatur: a μετὰ, trans, & λῆψις, acceptio. *Virg.* 1. *Ecl.* v. 70. Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas. *ideſt* poſt aliquot annos. Nam gradatim ab ariſtis ad ſpicas, a ſpicis ad meſſes, ab his ad æſtates, ab æſtatibus ad annos accedtur. *Quintil. l.* 8. *c.* 6. *circa med.* Eſt hæc in metalepſi natura, ut inter id, quod tranſfertur, ſit medius quidam gradus, nihil ipſe ſignificans ſed prædene tranſitum. *Paulo ſup.* tropum eſſe dicit eariſſimum, & maxime impropriam, Græcis tamen frequentiorem, qui centaurum Chirona, & ὀϊστὸν Σκύθικὸν ἰθεῖαν dicunt. Nos quis ferat, inquit, ſi Verrem ſuem, aut Lælium doctum nominemus?

METALIS, le, *conico*, μετωνὶς, in modum metæ, ſeu coni factus. *Feſt.* in Tutulum. Pileus lanatus forma metali figuratus.

METALITER, *in formo di meta, a cono*, μετωνὶς, in metæ, ſeu coni modum. *Macrian. Capell. lil.* 8. *pag.* 294. Luna in eadem linea ſolis umbra teretæ metalitet infuſcatur.

METALLARIA, æ, ſ. V. vocem ſequent.

METALLARIUS, ii, m. *minerajo*, μεταλλεὺς, μεταλλουργὸς, qui in effodiendis metallis laborat. Eſt *in titulo 6. lib.* 11. *Cod.* qui eſt *de metallariis, & metallis*, &c. ubi *Imp. Theodoſ. leg. ult.* Metallarii, ſive metallariæ, qui, quæve ea regione deſerta, ex qua videntur oriundi, vel oriundæ, ad externam migreverint, &c.

METALLICUS, a, um, *minerale, metallico*, μεταλλικὸς, ad metallum pertinens. *Plin. l.* 34. c. 18. Molybdænum mettallicam vocant. *Id. l.* 27. c. 4. Aloes natura metallica. ¶ *Metallicus* abſolute, metallarius, *minerajo. Id. l.* 34. *c.* 16. Lavant eas arenas metallici, & quod ſubſidit, coquunt in fornacibus. ¶ *Marcell. Dig. lib.* 48. *tit.* 19. *leg.* 10. *metallicos* vocat in metalla damnatos.

METALLIFER, a, um, *minerale*, metallum gignens, metalli ferax. *Sil. l.* 15. v. 500. Augebant animos argenti pondera & auri, Parta metalliferis longo diſcrimine terris.

METALLUM, i, n. *metallo, μέταλλον*, materia illa dure, quæ ex terræ viſceribus effoditur, ut aurum, argentum, ferrum, æs, plumbum, &c. Rationem nominis hanc habes ex *Plin. l.* 33. c. 6. Ubicumque una (*argentum*) inventa vena eſt, non procul invenitur alia. Hoc quidem & in omni fere materia: unde metalla Græci videntur dixiſſe, ſcil. a μετὰ, ſimul vel poſt, & ἄλλος, alius, quia ſimul cum uno, vel poſt unum rovenitur aliud. *Virg.* 2. *Georg. verſ.* 165. Hæc eadem argenti rivos, æriſque metalla Oſtendit venis, atque auro plumbea fluxit. *Id.* 8. *Æn.* v. 445. fluit æs rivis, aurique metallum. *& lib.* 10. *verſ.* 174. Inſula inexhauſta Chalybum generoſa metallis. *Ovid.* 10. *Metam.* v. 210. Amathus fecunda metalli. *Horat. l.* 2. *ep.* 10. v. 39. potiore metallis libertate caret. *b. e.* auro, argento, divitiis. ¶ Dicitur & de marmore. *Stat. ſil.* 4. *ſilv.* 3. v. 98. Arcus belligeri ducis trophæis, Et tutis Ligurum nitent metallis. Adde *lib.* 1. *ſilv.* 5. v. 36. *& lib.* 3. *ſilv.* 1. v. 5. *& Sil. l.* 8. v. 482. ¶ Et de gemmis. *Paros. in Pauſ. c.* 4. Adde auriferorum opes fluminum, adde radiantium metalla gemmarum. ¶ Et de ſulphure. *Apul. l.* 7. *Metam.* Acerrimo odore ſulphuris juveais ineſcatus, atque ohoubilatus, intercuſo ſpiritu diffluebat: utque eſt ingenium vivacis metalli, crebras ei ſternutationes commovebat. ¶ *metallum fragile* dixit *Prudent.* inaſſam ſuis, *in Hamartig. verſ.* 744. ¶ Translate *Claudian. de* III. *Conſul. Honor.* v. 184. Sæcula qui ruefus forment meliore metallo. *b. e.* auream ætatem reducant. *& de Conſul. Mall. Theod. verſ.* 137. Et ductos video mores meliore metallo. *Martial. l.* 4. *epigr.* 55. ferum metallum. *b. e.* ferrum. ¶ Eſt etiam ipſa fodina, unde metallum aliquod effoditur, *cava, miniera. Scaev. l.* 5. *quæſt. nat. c.* 15. Deuntios quamplurimos a Philippo in metallum antiquum, olim deſtitutum, ut explorarent, quæ ubertas ejus eſſet, an aliquid futuris reliquiſſet vetus avaritia. *Plin. l.* 33. *c.* 7. *circa med.* Miniarium metallum. *Id. l.* 18. *c.* 11. *a med.* Metallum cretæ. *Varro. l.* 7. *cap.* 7. *ſub fin.* ſandaracæ. *Lucan. l.* 3. v. 209. Metalla auritera. *Id. l.* 4. v. 304. Metalla ſilicum. *b. e.* lapicidinæ. (Adde *l.* 6. *v.* 34.) *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 2. *a med.* Metalla facere in agro. *Liv. l.* 40. *c.* 44. Metalla vetera intermiſſa recoluit, & nova multis locis inſtituit. *Plin. l.* 21. *c.* 7. *ad fin.* Herba tantæ ſuavitatis, ut metallum eſſe coeperit. *b. e.* ut ea ex veſtigal publice exigatur, velut ſi fodina auri argentive ſit. ¶ *Damnare in metallum* eſt ad metalla effodienda. *Plin. l.* 2. *ep.* 11. *& lib.* 10. *ep.* 66. Crimine falſi damnatus in metallum. *Sueton in Calig. c.* 27. Condemnare aliquem ad metalla. *Ulpian. Dig. lib.* 48. *tit.* 19. *leg.* 8. *& Modeſtin. leg.* 23. *& Callieſtrat. leg.* 28. Dare aliquem in metallum. *Ulpian. lib.* 47. *tit.* 11. *leg.* 7. Metallo plecti. *Id. lib.* 48. *tit.* 13. *leg.* 6. punir.

METAMELOS, i, m. *pentimento*, μετάμελος, mutatio conſilii, pœnitentia. Vox Græca. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 83. Metamelos inconſtantiæ filius me reprehendit. Al. aliter leg.

METAMORPHOSIS, is, ſ. *trasformazione, μετασχηματισμὸς, μεταμόρφωσις*, tranſfiguratio, tranſformatio: a μετὰ, trans, & μορφόω, formo. Hoc nomine *Ovid.* opus ſuum inſcripſit, de mutatis deorum, hominum, aliarumque rerum formis, & *Apulei.* (ut multi putant) ſuos libros, in quibus ſe in aſinum conceſſum fingit. *Quintil. l.* 4. c. 2. *ſub fin.* Ut Ovidius laſcivius in Metamorphoſi ſolet.

METANŒA, æ, ſ. *penitenza, μετάνοια*, pœnitentia. Græca vox a μετὰ, poſt, & νοῦς, mens, ſententia, quia quem pœnitet, mentem poſt precatum mutat. Semel uſurpat *Auſon. epiſt.* 12. Sum dea, quæ facti, non factique ergo pœnas, Nempe ut pœnitear. ſic Metanœa vocor.

METAPHORA, æ, ſ. *traslazione, μεταφορὰ*, tropus, per quem vocabula a ſuis rebus, quarum propria ſunt, ad alias res diverſi generis cum ſimilitudine tranſferuntur: a μετὰ, trans, & φέρω, fero. *Tranſlationem* vocant *Auct. ad Herenn. l.* 4. c. 34. & *Cic.* 3. *de*

Digitized by Google

3 *de Oeat. c.* 38. & alibi. *Quintil. l.* 8. *c.* 6. etiam *metaphoram*, modo Græca, modo Latine. Adde & *Fest.* & *Charis. l.* 4. *pag.* 243. *Prisc.* & *Diomed. l.* 2. *pag.* 451.

METAPLASMUS, i, m. μεταπλασμός, transformatio: a μετά, & πλάσσω, fingo, formo. Est apud Grammaticos dictio, aliter quam debuit, figurata, metri, aut decoris causa, inquit *Charis. l.* 4. *pag.* 248. *Prisc.* ubi quatuordecim ejus species enumerat. Eadem fere habent *Valer. Prob. l.* 1. *pag.* 1437. & *Diomed. l.* 2. *pag.* 435. Locum habet in Poetarum scriptis, in quibus quemadmodum qui fulcrisui sunt, *schemata*, & *schematissimi*, ita qui barbarissimi *metaplasmi* appellantur, ut *Id. ibid. pag.* 446. & 449. docet. *Serv.* tamen *ad l.* 5. *Æn. v.* 120. scribit metaplasmum non esse proprie barbarismum, sed medium quid inter eum, & Latinam perfectamque locutionem. Porro species illæ sunt, quæ figuræ Grammaticæ appellantur, prosthesis, paragoge, aphæresis, syncope, apocope, ecthasis, systole, diæresis, synalœphe, episynalœphe, ecthlipsis, antithesis, metathesis: de quibus V. *suis loc. Quintil. lib.* 1. *cap.* 8. (*al. c.* 14.) *a med.* In prælegendo Grammetico deprehendat quæ barbara, quæ impropria, quæ contra legem loquendi sunt posita: non ut ex his utique improbeatur poetæ (quibus, quis plecumque metro fervire coguntur, adeo ignoscirur, ut vitia ipsa aliis in carmine appellationibus nominentur: metaplasmos enim, & schematismos, & schemata vocamus, & laudem virtutis necessitati damus) sed ut commoneat artificialium, & memoriam agitet.

METAPLASTICOS, adverb. μεταπλαστικῶς: dicitur apud Poetas usurpari id, quod propter necessitatem metri mutare consueverunt: quod idem barbarismus dicitur in soluta oratione. *Festus.*

METAPONTINUS, a, um, ad Metapontum pertinens (Græce Μεταπόντιον) quæ est urbs Italiæ in sinu Tarentino. *Liv. l.* 24. *c.* 20. *a med.* Metapontinus ager. ¶ *Metapontini, orum*, ejus urbis incolæ. *Id. in fin. l.* 22. & *lib.* 25. *c.* 15.

METARIUS, a, um, ad metam pertinens. *Asmod. l.* 2. *pag.* 70. Animæ corpori tactus, & metaciæ circumscriptionis expertes. *b. c.* nulla corporis meta circumscriptæ.

METASTASIS, is, f. μετάστασις, figura Rhetorum, qua crimen, quod defendere non possumus, in alium transferimus. *Quintil. l.* 7. *c.* 4. *ante med.* sed Græce. ¶ Item qua imaginamur, quæ futura fuere, nisi aliquid evenisset, quod impediret: ut cum *Cic. pro Mil. c.* 22. enarrat quæ facturus fuit Cladius, si præturam invasisset. *Id. l.* 9. *c.* 2. *ante med.* itidem Græce. ¶ Item transitio: sed & hoc apud Græcos. Est autem a μεθίστημι, aliud pro alio statuo, muto.

METATHESIS, is, f. μετάθεσις, transpositio litterarum: a μετά, trans, & τίθημι, pono: ut *Thymbræ* apud *Virg.* 20. *Æn. v.* 304. pro *Thymbræ*. *Charis. l.* 2. *pag.* 249 *Prisc. Diomed. l.* 2. *pag.* 437. *Vol. Prob. in fin. l.* 2. sed Græce.

METATIO, onis, f. *misurazione*, *dispesizione*, *disegno*, μετασήμανσις, actus metandi, dispositio, descriptio. *Colum. lib.* 3. *cap.* 15. Hæc in quincuncem vinearum metatio expeditissima ratione conficitur.

METATOR, oris, m. *misuratore*, *dispesitore*, *disegnatore*, μετρητής, qui metatur, & in certas partes locum aliquem distribuit, ac per mensuras describit: ut *metator castrorum*, qui agmen prægressus locum castris ponedis metitur: *agri*, qui agri mensuras agit, mensor, decempedator: *vineæ*, *alveoli*, &c. qui loca disponit seraudis vitibus, oleis, &c. *Cic. Phil.* 12. *c.* 5. Saxa nescio quis, castrorum anten metatur, nunc, ut sperat urbis. *& Phil.* 14. *c.* 4. Urba, quam jam peritus metator, & callidus decempeda sua Saxa divisecat. *Lucan. l.* 1. *v.* 381. Castra super Tusci si (*subest*) ponere Tibridis undas, Audax Hesperios veniam metator in agros. *Plin. l.* 18. *c.* 33. Hunc (*ventum*) uliveti metator cavear. *Lactant. l.* 4. *cap.* 12. Volens Deus metatorem templi sui mittere in terram. *Tertull. lib.* 1. *adversf. Marcion. cap.* 8. *extr.* Tempus arbiter & metator initii & finis.

METATORIUS, a, um. *Metatoriam paginam* dicit *Sidon. l.* 8. *ep.* 11. epistolam, quem parandi hospitii causa, quasi metandis castris, ad amicum, cum ad eum properaret, præmiserat.

METATURA, æ, f. metatio. *Lactant. l.* 4. *c.* 11. *a med.* (ex *Hieron. l.* 8.) Incassum facta est metatura.

METATUS, a, um, *misurato*, *disegnato*, dimensus, descriptus, dispositus. *Horat. l.* 2. *sat.* 2. *v.* 124. videas metata in agello Cum pecora & gnatis fortem mercede colonum. *Id. l.* 2. *od.* 15. *v.* 24. nulla decempedis Metata privatis porticus.

METAURUS, i, m. *Metro*, Μέταυρος, fluvius Italiæ in Brutiis, qui in mare Tyrrhenum influit. *Plin. l.* 3. *c.* 5. *ad fin.* ¶ Item in Umbria, *Metauro*, Mrnee, in Adriaticum mare incurrens. *Id. l.* 3. *c.* 14. & *Pomp. Mela l.* 2. *c.* 4.

METAXA, æ, f. videtur esse fericum ende, ac nondum tinctum, neque in fila deductum, apud *Marcian. Dig. lib.* 39. *tit.* 4. *leg. ult. a med.* & *Impp. Arcad. Honor. & Theodos. lib.* 11. *Cod. tit.* 7. *leg.* 10. ¶ Item funiculus, vel filum: quo sensu accipiunt illud *Lucilii* apud *Fest.* in *Rodus*, & *Isidor. in fin. cap.* 4. *leg.* 19. *Orig.* Plumbi pauxillum rodus, linique metaxam. *& Vitruv. l.* 7. *cap.* 3. Sin arundinis Græcæ copia non erit, de paludibus tenues culligantur: & metaxæ, & tomicæ ad justam longitudinem una crassitudine alligationibus temperentur. Al. legunt, *metaxata tomica*, h. e. in metaxæ morem convolutæ. Al. aliter. ¶ Alii his locis intelligunt filum glomeratum, & convolutum, quod nos *matasse* dicimus: quo sensu *Isid. loc. cit. c.* 29. metaxam ducit a circuitu filorum: nam meta, inquit, circuitus dicitur: vel quod transferatur: scil. ἀπὸ τῆ μετάγειν. Alii a Syra lingua ejus originem trahunt. ¶ Legitur & *mataxa*. Unde in *Gloss.* legitur: Mataxa, κάλως. *b. e.* lorum. Et alibi: Mataxa, *capel. b. e.* funis, restis.

METAXARII, orum, m. sterici distractores. *Imp. Justinian. lib.* 8. *Cod. tit.* 14. *leg. ult.*

METAXATUS. V. in *Mataxa*.

METELLA, æ, f. *Veget. l.* 4. *de re milit. c.* 6. Inventum quoque remedium est, ut de ligno crates facerent, quas metellas vocaverunt, lapidibusque complerent: ut arte inter bina propugnacula constitutas, ut si pre scalas ascendisset hostis, & partem aliquam ipsius contigisset, supra caput suum vergerant saxa. Ubi *Stewech.* mirum esset, inquit, ni variarent libri in vocabulo incogaito: itaque alibi *metulet*, alibi *medullas* legitur. *Martinius in Lex.* conjicit *metulas*. ¶ De lege Metella V. in *Metelinæ*.

METELLI, orum, m. familia Romana in gente Cæcilia, plebeja quidem, sed illustribus viris quampluribus clarissima. Dicti sunt quasi mercenarii. hoc enim significat ipsa vox. Unde *Attius* apud *Fest.* Calones, famulique, metellique, caculæque. *Vet. Gloss.* Metellus, μίσθιος. ¶ Celeberrimus fuit in his L. Metellus L. F. cujus elogium habes apud *Plin. l.* 7. *c.* 43. item Q. Metellus, de quo *Id. ibid. c.* 44. & *Cic.* 5. *de Fin. c.* 27. *Vellej. l.* 1. *c.* 11. *Valer. Max. l.* 7. *c.* 1. *n.* 1.

METELLINUS, a, um, ad Metellum aliquem pertinens. *Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 13. *ad fin.* In illam orationem Metellinam addidi quædam. *b. c.* quam ipse habuit contra Q. Metelli concionem, cujus meminit *Gell. l.* 18. *c.* 7. ¶ *Ædes Metellina* apud *Fest.* in *Torpeia* exstructa fuit a Q. Metello Macedonico, qui, ut ait *Vellej. l.* 1. *c.* 11. *a med.* primus omnium Romæ ædem ex marmore molitus, vel magnificentia, vel luxuriæ princeps fuit. *Plin. lib.* 36. *cap.* 5. *ad fin.* Pasitales Jovem fecit aboreum in Metelli æde, qua Campus petitur.

METEMPSYCHOSIS, is, f. μετεμψύχωσις, transmigratio animarum ex uno corpore in aliud: quod fuisse ajunt Pythagoræ somnium: a μετά, trans, & ἐμψυχόω, animo. *Tertull. de anim. c.* 31. sed Græce. *Quintil. declam.* 12. *cap.* 17. hæc de re verba facit, sed voce ipsa abstinet.

METENSOMATOSIS, is, f. μετενσωμάτωσις, transmutatio unius corporis in aliud: a μετά, trans, & ἐνσωμάτωσις, corpus esse facio. *Tertull. de Anim. c.* 31. & 32.

METHODICE, es, f. μεθοδική: a μέθοδος, via, ratio docendi, ac discendi. *Quintil. l.* 2. *c.* 9. (*al. c.* 15.) Grammaticæ partes duæ, id est ratio loquendi, & anarratio auctorum: quarum illam methodicen, hanc historicen vocant.

METHODICUS, a, um, *metodica*, μεθοδικός, ad methodum pertinens. *Methodici* sunt medici, quorum sententia est, medicinam esse viam quandam, quam μέθοδον Græci nominant, eorumque quæ in morbis communia sunt, contemplatricem. Hi nequa rationalibus sa, neque experimenta tantum spectantibus annumerari volunt: cum ab illis eo nomine dissentiant, quod in conjectura rarum latentium nolunt esse medicinam: ab his eo, quod parum artis assa in observatione experimentorum credunt. *Celf. in præfat. a med.* V. *Methodus*.

METHODIUM, ii, n. μεθόδιον, ludificatio. *Petron. in fragm. Teagen. c.* 36. *Burm.* Damus omnes plausum a familia cœptum, & res elegantissimas ridentes aggredimur. Nec minus & Trimalchio ejusmodi methodia lætus. Cetpe, inquit, &c. *Al. leg.* metodium, μετόδιον, h. e. canticum interjectum.

METHODUS, & Methodos, i, f. *metodo*, μέθοδος, via & ratio docendi, & discendi. *Auson. Edyll. 11. v.* 67. triplex quoque forma medendi, Cui logos, & methodos, cuique experientia nomen. *Marcell. in carm. de medic. v.* 6. Quod logos, aut methodos, simplexque empirica pangit, Hoc liber ille tenet.

METHYMNÆUS, a, um, Μηθυμναῖος, ad Methymnam pertinens, quæ est urbe Lesbi insulæ, vino celebris, & patria Arionis citharœdi. *Ovid. 12. Metam. vers.* 55. Et Methymnæa potiuntur litore Lesbi. *Id. 1. de ar. am. v.* 57. Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos. *Virg. 2. Georg. v.* 90. Methymnæus palmes. *Propert. l.* 4. *el.* 8. *v.* 38. Et Methymnæi Graja saliva meri. *Stat. l.* 2. *silv.* 2. *vers.* 60. Jam Methymnæi vatis manus, & chelis una Thebais. *Cir.* 2. *Tusc. l. ult. & Martial. l.* 8. *epigr.* 52. *vers.* 15. Sic Methymnæo gavisus Arione delphin.

METHYMNIAS, adis, f. quæ ad Methymnam pertinet: de qua in voca præced. *Ovid. Heroid. ep.* 15. *v.* 15. Pyrrhiades, Methymniadesve puellæ.

METIA PORTA erat Romæ eadem ac Esquilina, extra quam comburabantur cadavera, noxii in crucem agebantur, & carnificum domus erat. *Plaut. Cas.* 2. 6. 2. & *Pseud. 1.* 3. 96.

METICULOSUS, a, um, *pauroso*, *timido*, *meticuloso*, ψοφοδεὴς, timidus. *Plaut. Amph. 1. 1.* 137. Nullus est hoc meticulosus æque. ¶ Item metum incutiens, *spaventoso*. *Id. Mostell.* 5. *1.* 52. Nescis tu, quam meticulosa res sit, ire ad judicem.

METILIUS, a, um, adject. *Metilia lex* lata fuit a M. Metilio Trib. pleb. circa A. U. DXXXV. Spectabat autem ad sullones. *Plin. lib.* 35. *cap.* 17. ubi al. leg. *Metella*, h. e. a quodam Metello late.

METIOR, iris, ensus (*caro* metitus) sum, dep. 4. *misurare*, μετρέω, explorare rei alicujus magnitudinem, definira modum, dimetiri. *Cic.* 4. *Acad. c.* 41. *ad fin.* Nec magis affirmabant, signum illud, si eruum mensi, sex pedum esse, quam solem, quem metiri non possunt, plus quam duodeviginti partibus majorem esse, quam terram. *Id. Fam. 9. ep.* 17. Metiri agrum. *Id.* 5. *Verr. c.* 83. 84. & 85. frumentum. *Horat. l.* 1. *sat.* 1. *v.* 95. Unmidius tam dives, ut metiatur nummos. *b. e.* non numerarat pecuniam, sed modio metiretur, ut est apud *Petron. in Satyr. c.* 37. ¶ Est etiam metiendo distributa. *Cas. l.* 1. *B. Gall. c.* 16. Diem instara, quo die frumentum militibus metiri oporteret. Adde *cap.* 33. & *lib.* 7. *c.* 71.

Sic *Horat. epod.* 9. *v.* 34. Aut Chia vina, aut Lesbia Vel, quod fluentem nauſeam coercear, Metire nobis Cæcubum. ¶ Tranſlate *Cic. in Orat.* r. 68. Sonantia omnia, quæ metiri auribus poſſumus. *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. *v.* 103. Metiri oculo latus alicujus. *ſquadere*. *Ovid. Heroid. ep.* 20. *v.* 28. Æquom proſpectu metior alta meo. *Id.* 2. *Metam. v.* 388. matri animo aliquid. *vel penſare. Ulpian. Dig. lib.* 32. *leg.* 50. Quæ quis ingenio ſuo metitus eſt. *Horat. in ſa. ep.* 7. *l.* 1. Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede verum eſt. *Juvenal. ſat. 6. v.* 357. nulla pudorem Paupertatis habet: nec ſe metitur ad illum, Quem dedit hæc poſcitque modum. *Sil. l.* 4. *v.* 294. Atque altum tota metitur cuſpide pectus. *traſigere, trapaſſa*. ¶ Eleganter *metiri* dicuntur, qui locum aliquem eundo percurrunt. *Horat. epod.* 4. *v.* 7. ſacram metrente te viam Cum bis ter almarum toga. *Virg.* 4. *Georg. v.* 388. Cæruleus Proteus, magnum qui piſcibus æquor, Et junctо bipedum curru metitur equorum. *traſcurre. Ovid. Metam.* 9. *v.* 447. celsaque carina Ægæas metiris aquas. *Lucan. l.* 5. *v.* 556. Inſtabili greſſu metitur litora cornu. *Val. Flacc. l.* 5. *v.* 476. tot caſus, horrenda tot avia menſi. *Plaut. Pſeud.* 4. 4. 11. Quin hinc metimur gradibus militaribus. *b. e.* viam ingredimur, imus, abimus. *Cornif. rhet.* 34. *in Dean. v.* 17. Tu curſu, dea, menſruo Metiens iter annuum. *b. e.* conficiens, complens. *Ovid.* 8. *Metam. v.* 564. duas partes lucis Hyperione menſo. *mentia ol ſole traſcurſa due parti del giorno*. ¶ Tranſlate eſt æſtimare, definire, ponderare, *ſtimare, peſare. Cic.* 2. *Phil. cap.* 43. Niſi forte vis fateri, te omnia quæſtu tuo, non illius dignitate metiri. *Id. de apt. gen. Orat. c.* 4. Vim eloquentiæ ſuæ facultate, non rei natura metiuntur. *Id.* 1, *Tuſcul. c.* 27. *extr.* Tanta caritas patriæ eſt, ut eam non ſenſu noſtro, ſed ſalute ipſius metiamur. *Id.* 1. *de Orat.* 2. 2. Clarorum hominum ſcientiam, rerum geſtarum vel utilitate, vel magnitudine metiri. *Id. Fam. 7. epiſt.* 12. *& in Piſon. c.* 28. Omnia voluptate ſua metiri. *Terent.* 1. *Heaut.* 1. 8. Pari dolore commoda aliena, ac ſua injurias metiebantur. *Liv. l.* 3. *c.* 54. Odium in ſe aliorum ſuo in eos metiens odio. *Salluſt. in Catil. cap.* 32. Suo quiſque metu pericula metiri. *Plaut. ad Cicer.* 10. *Fam. ep.* 4. Fidelitas, quam ego ex mea conſcientia metior. *Martial. l.* 12. *epigr.* 100. Qui ſua metitur pondera, ferre poteſt. *γνώμων. Quintil. l.* 6. *c.* 1. *n med.* Metiri ac diligenter æſtimare vires ſuas. ¶ Paſſive *Lactant. de mortib. perſecut. c.* 23. Agri glebatim metiebantur, vites & arbores numerobantur. *Arnob. l.* 2. *pag.* 86. An ſol pedis boius latitudine metiatur. ¶ Particip. *metiendus. Cic. in Orat. c.* 57. *n med.* Syllabis metiendos pedes, non intervallis, ſatiſſimat. *Id. Parad.* 3. Peccata non rerum eventu, ſed vitiis hominum metienda ſunt.

METITOR, oris, m. menſor. *Frontin. de aquæduct. artic.* 79. A metitoribus raliquæ quinariæ intra Urbem dividebantur.

METITUS. V. in *Metior*.

METO, as, 1. r. idem quod metor, metior. *Virg. in Cul. v.* 172. *de augm.* Metabat ſe ſe circum loca. *b. e.* modo conemicto, modo porrecto corpore, ſpatia illa quodammodo metiebatur. ¶ Paſſive *Cæſ. l.* 3. *B. Civ.* r. 13. Cum prope Dyrrhachium Pompejus conſtitiſſet, caſtraque metari juſſiſſet. (Sed *metari* etiam active hic occipi poteſt, ſi eos, *ad quos pertinebat*, ſubintelligas.) *Senec. in Thyeſt. v.* 462. nullus mihi Ultra Getas metatur, & Parthos ager. *Hirt. de B. Gall.* r. 25. Caſtris eo loco metatis, muniri jubet caſtra.

METO, is, meſſui, meſſum, a. 3. *metere, dare*, meſſem facio, h. e. maturas fegetes ſecu. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 50. *in fo.* Cum eſt maxime feges, metendum. *Colum. l.* 2. *c.* 21. Sunt autem metendi genera complura: multi falcibus medium culmum ſecant, multi mergis, &c. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 519. Metere farra. *Id. Heroid. ep.* 6. *v.* 84. pabula falce. *Propert. l.* 4. *el.* 10. *v.* 30. arva. & Tranſlate *Virg.* 4. *Georg. v.* 54. *de apib.* Purpureoſque metunt flores, & flumina libant Summa leves. *Sener. in Phœniſſ. v.* 340. facibus petite penetralia deos, Frugemque flamma metitis natalis ſoli. ¶ Poetice per metonymiam *metere* dicuntur *regimen*, qui eam incolunt. Colunt enim, ac ſerunt, & fruges colligunt. *Sil. l.* 8. *verſ.* 566. Qui Batulum, Nucraſque metunt. Sic *Virg.* 3. *Æn. v.* 14. Thraces arant. & *Stat.* 4. *Theb. v.* 50. oliviferæ Sicyonis culta ſenect. & *Virg.* 7. *Æn. verſ.* 715. Qui Tiberim, Fabarimque bibunt. *b. e.* ea flumina accolunt. ¶ pro vindemiare. *Virg.* 2. *Georg. verſ.* 408. Primus humum fodito, primus dovecta cremato Sarmenta, & vallos primus ſub tecta refrato, Poſtremus metito. *Plin. l.* 14. *c.* 3. Uva conſeminia poſt quindecim dies, quam ulla alia, metitur. *Id. l.* 17. *c.* 22. *n med.* metere vindemiam. *Colum. l.* 10. *v.* 426. Ac metimus lati tua munera, dulcis Iacche. ¶ *Ut ſementem feceris, ita & meres*, proverb. apud *Cicer.* 2. *de Orat. c.* 65. h. e. talem habebis fenctum, qualis fuerit opera, & labor. ¶ *Mihi iſtic nec ſeritur, nec metitur*, aliud apud *Plaut. Epid.* 2. 2. 80. h. e. ad me iſta ras nihil pertinet, nullo men neqos pericula, neque emolumento ſit. Quo pertinet illud *ejuſd. Merc. prol. v.* 72. Tibi aras, tibi occas, tibi ſeris, tibi eidem metis. *vn per ic.* ¶ Univerſim ponitur pro ſecare, cædere, deruere, *tagliare, troncare, far vedere. Ovid.* 2. *Faſt. v.* 706. virga Ilia ſumma metit. *Martial. l.* 7. *epigr.* 94. & *Juvenal. ſat.* 3. *v.* 186. Metere barbam forcipe. *Martial. lib.* 10. *epigr.* 83. capillos. & *epigr.* 93. enſam pollice. *Calpurn. ad Nemeſian. Ecl.* 2. *v.* 74. olus. *Grat. in Cynag. verſ.* 314. Gangem nauſiferum. *b. e.* nardum Indicum. *Ovid.* 3. *Amor. el.* 10. *v.* 40. Et ſacus in ſilva farra metebat aper. *Pallad. in Jun. tit.* 7. Cum murmuris ſonus magnus & rauçus eſt, agnoſcimus, non eſſe idoneas ad metendum crates favorem. *Demetere, ſuccidere, taſtrare, deſecare*, ferramentis adhibitis. Idem *Colum. l.* 9. *c.* 25. hæc ipſa de re verba facient. ¶ Præcipue vero locum habet in cæde militari, pro obtruncare. *Virg.* 10. *Æn. v.* 523. Proxima quæque metit gladio, *Stat.* 9. *Theb. v.* 223. nocopinaque ferro Colla metens. *Sil. l.* 4. *v.* 464. metit agmina tectus Cæciti clypeo. *Horat. l.* 4. *od.* 14. *v.* 31. Primoſque & extremos metendo Stravit humum. Sic *l.* 2. *ep.* 2. *verſ.* 178. metit Orcus Grandia cum parvis, non exorabilis auro. V. *Demeto*. ¶ Præteritum *meſſui* uſurpant Cato apud *Priſcian. l.* 10. *pag.* 903. *Pauſch. & Feſt.* in *Sacrima*: & confirmatur ea compoſito *demeſſus*: & agnoſcitur a *Diomed. l.* 1. *pag.* 374. & *Priſcian. lib.* 8. *pag.* 817. & 1254. Videtur tamen iſta mitioris uſus, quia *Chariſ. l.* 3. *pag.* 212. integram hoius verbi conjugationem exſequens, *meſſuo feci* præteritum ponit. *Priſcian. l.* 8. *pag.* 817. tradit, quoſdam *meſſivi* uſurpaſſe: ſed improbat.

METOCHE, ræ, ſ. μετοχή, a μετέχω participes ſum, apud Grammaticos participium ſignificat. *Auſon. ep.* 6. Vale, beatis nomen a divis, Theon: Metoche ſed iſta ſæpe curreutem indicat. Ludit in voce. nam *Deus*, deus eſt, & *Sim* particip. currens. *Scalig.* vult legi *methodus*. ¶ Alio ſenſu, ſed ſatis obſcuro, legitur apud *Vitruv. l.* 3. 2. 3. *n med.* & Grace: de qua V. *Baid. in Lex.*

METODIUM. V. *Methodium*.

METŒCUS, i, colonus, advena, qui de una in aliam civitatem migravit habitandi gratia, *forefliere, colono, μέτοικος*. Vox Græca, qua utitur *Eumen. in Paneg. Flaviofum nomine dicto c.* 4. *to ſm.*

METONYMIA, æ, ſ. *μετωνυμία*, b. e. poſitio nominis pro nomine, ut ait *Quintil. l.* 8. *c.* 6. *ante med.* (a μετά trans, & ὄνομα, nomen) tropus eſt, da quo in *Demoninatio* fatis duximus. ſic enim Latine appellatur. Græce uſurpant *Quintil. loc. cit.* & alibi, *Chariſ. l.* 1. *pag.* 244. *Priſcian. Diomed. l.* 2. *pag.* 452. & *Donat. de Tropis, pag.* 1776. Latine *Feſtus*.

METOPA, æ, ſ. μετώπη, vox Græca a μετά, iotæ, & ὤπη, foramen: ſpatium eſt inter duo foramina, vel cavaturas. *Vitruv. l.* 4. *c.* 2. *n med.* Inter denticulos, & iotæ triglyphos quæ ſunt intervalla, metopæ imminantur. ὤπαι enim Græci lignorum cubilia, uti noſtri ea cava, columbaria.

METOPION, n. μετώπιον, arbor in Africa Æthinpiæ ſuhjecta, ex qua lacryma in arenas decidit, quam nonnulli metopium, alii ammoniacum vocant. *Plin. l.* 12. *c.* 23. ¶ Eſt & olei genus ex amaris amygdalis confectum. *Plin. l.* 15. *cap.* 7. ¶ Item genus unguenti, cui galbanum eſt admixtum. *Id. l.* 13. *c.* 1.

METOPOSCOPOS, i, m. μετωποσκόπος, frontis inſpector, qui ſolicet ex frontis, & faciei lineamentis, quid cuique *avaoturum* ſit, divinat: a μέτωπον, frons, & σκοπέω, contemplor. *Sueton. in Tito*, r. 2. Quo quidem tempore ajunt metopoſcopon a Narciſſo Claudii liberto adhibitum, ut Britannicum inſpiceret, &c. Adde *Plin. l.* 35. 2. 10. *ante med.*

METOR, aris, atus ſum, dep. 1. *miſurare*, μετρέω, δέζω, idem quod metior. *Ovid* 1. *Faſt. v.* 309. Nos quoque ſub ducibus cælum metabimur illis. *Plin. l.* 6. *c.* 17. *circa med.* Indiam Poſidonius ab æſtivo ſolis orta ad hibernum exortum metatus eſt. *Gell. l.* 1. 2. 1. Stadium Herculea pedibus ſuis metatus eſt, idque fecit longum pedes ſeſcentos. ¶ De eo, qui locum aliquem pereurrit, ut metior: poetice. *Senec. in Hippol. v.* 505. Nunc ille ripam celeris Alphei lepit: Nunc memoris alti denſa metatur loca. *Sil. l.* 6. *v.* 58. ſolos Per noctem metantur agros. ¶ Sæpe ſignificat metiri locum aliquem eo fine, ut quippiam ordine in eo ponatur, ſtatuendo fines certos, & in partes diſtribuendo, ut omnia ſuis locis apte diſpoſita appareant: ut metari urbem, agrum, caſtra, *diſegnare. Virg.* 2. *Georg. v.* 274. ſi pinguis agros metabere campi, Denſa ſere. *Plin. l.* 5. 2. 10. & *lib.* 7. *c.* 37. *de Alexandria*. Metatus eſt eam Dinochares architectus pluribus modis, memorabili ingenio. *Liv. l.* 1. *c.* 10. Jupiter Feretrii, hæc tibi victor Romulus rex regia arma fero, templumque iis regionibus, quas modo animo metatus ſum, dedico. *Plin. l.* 6. *c.* 28. Scenitæ (*populi Arabiæ*) vagi, a tabernaculis cognominati, quæ ciliciis metantur, ubi libuit. *b. e.* ciliciis eutentis tabernacula ſtatuunt, ac diſponunt. ¶ *Metari caſtra*, frequens dictio in re militari, *di* locum ponendis caſtris deſignare, antequam exercitus ro perveniat: unde *metatores*: quod V. *Cæl.* apud *Non.* 2. 2. *n.* 528. Caſtra metati ſigna ſtatuunt. ¶ Item univerſim caſtra ponere. *Tacit. a. Ann. c.* 8. Metanti caſtra Cæſari Angrivariorum defectio nuotiatur. *Salluſt. in Jug.* 2. 114. Sulla pariter cum ortu ſolis aſtra metabatur. *Curt. l.* 3. 2. 8. *n med.* Itaque eo ipſo loco metari ſuos caſtra juſſerat. V. *Cæſaremetor*.

METRETA, æ, ſ. μετρητής, genus vaſis olearii, & vinarii, ut cadus, amphora: a μετρέω, metior. *Cato R. R. c.* 100. Oleum ſi in metretam novam indicrus eris, amurca colluito, agrtatoque diu, ut bene combibat. Id ſi feceris, metreta oleum non bibet, & firmior erit. *Colum. l.* 12. *c.* 47. *extr.* Huic condituræ vaſa nova fictilia præparantur: quæ ne poſſint oleum forbere, tanquam olivariæ metretæ, imbuuntur liquamine. & *cap.* 51. illud *vas oleatum quem maximum*, quod *ſub extr. cap.* poſuit mox *metretam* vocat. *Martial. l.* 5. *epigr.* 16. Plurimus Hiſpanas mittet mihi mauta metretas. *Cajus Dig. lib.* 18. *tit.* 1. *leg.* 35. *ſub fin.* Si eu doliarin pars vini veuieni, veluti metretæ centum. *Juvenal. ſat.* 3. *v.* 245. ferit hic cubito, ferit aſſero duro Alter: at hic tignum capiti incutit, ille metretam. ¶ Eſt etiam genus menſuræ, quam decem congiorum eſſe quidam tradunt ea *Druſcor. l.* 5. *c.* 82. atque adeo pendere libras centum. Verum & *Druſcoridis* locus incertæ lectionis eſt: cum alii octo *legant*, alii duodecim: & varia menſurarum ratio varias apud matiaeam. Quare mihi certi ſtatui poteſt. *Plaut. Merc. prol. v.* 74. Ea pecunia navim, metretas quæ trecentas tolleret, paraſſe. *Colum. l.* 12. *c.* 22. Picis liquidæ metretam adde in labeam, aut in alveum, & in eodem infundito cineris lixiviæ congios duos.

METRICE, es, ſ. μετρική, ſpecies geometriæ, per quam ſyllabarum longarum, & brevium, & mediocrium junctura, & modus congru-

ens

ens cum principiis geometriæ aurium menſura exaiainatur. *Gell. l. 16. c. 18.* ſed *Græce*.

METRICUS, a, um, *metrico*, μετρικὸς, ad roetrum pertinens, metre conſtans. *Quinct. l. 9. c. 4. ante med.* Metrici pedes. *Plin. l. 22. c. 37. ſect. 88. Hard.* ¶ *Menses*, Arteriarum pulſus in modulos certos, legeſque metricas deſcriptus. ¶ *Metrici*, *orum*, qui de metris, & verſibus tractant. *Gell. c. ult. l. 18.* In longis verſibus, qui hexametri vocantur, item in ſenariis, animadverterunt metrici, duos primos pedes, item extremos duos, habere poſſe ſingulos integras partes orationis, medios haud unquam poſſe.

METROCOMIA, æ, f. μητροκωμία, metrix villa, vicus, vel pagus, unde in alios vicos ductæ ſuat coloniæ: a μήτηρ, mater, & κώμη, pagus. *Juſtinian. in Cod. lib. 11. tit. 55. & Impp. Honor. & Theodoſ. lib. 11. Cod. Theodoſ. tit. 24. leg. ult.*

METROPOLIS, is, f. *metropoli*, *eastà matrice*, μητρόπολις, civitas matrix, urbs, ex qua coloniæ deductæ ſnot: a μήτηρ, mater, & πόλις, urbs, quaſi mater urbium aliarum, quia ſic ſe habet metropolis ad coloniam, ut mater ad filiam. *Imp. Zeno lib. 1. Cod. tit. 40. & Impp. Valens, Gratian. & Valentinian. lib. 13. Cod. Theodoſ. tit. 3. leg. 11.* Habet etiam *Ulpian.* ſed *Græce lib. 1. Digeſt. tit. 16 leg. 4.* ¶ Translate *Hieron. l. 2. adverſ. Jovinian. fol. 6.* Non poteſt ante metropolis & arx mentis capi, niſi, &c. ¶ Eſt qui tribuit etiam *Floro l. 2. c. 7.* V. *Opinatus*, a, um. ¶ Metropolis eſt etiam nomen oppidi in Theſſalia, in Phrygia, in Ionia, &c. apud *Cæſ. l. 3. B. Civ. c. 80. extr. & Plin. l. 5. c. 29.* quorum cives *Metropolitæ* dicnntur. *Iidem ibid.*

METROPOLITÆ, arum, μητροπολῖται. V. in ſi. vocis præced. ¶ De eo, qui metropoli præeſt. *Venant. Fortun. l. 3. carm. 6. v. 20.* Euphronius fulget metropolita ſacer.

METROPOLITANUS, a, um, *metropolitano*, ad metropolim pertineos. *Impp. Theodoſ. & Valentinian. lib. 11. Cod. tit. 21.* Impter multas juſtaſque cauſas, metropolitano nomine, ne dignitata civitatum Berytum decernimus exornandam.

METRUM, i, n. *metro*, μέτρον, menſura, & ſpeciatire recenſata verſuum. *Quinct. l. 9. c. 4. ante med.* Omnis ſtructura, ac dimenſio, & copulatio vocum conſtat aut numeris (numeros ῥυθμοὺς accipi volo) aut μέτρῳ, id eſt dimenſione quadam. Quod etiam ſi conſtat utrumque pedibus, habet tamen non ſimplicem differentiam. nam rhythmi, ideſt numeri, ſpatio temporum conſtant: metra etiam ordine: ideoque alterum eſſe quantitatis videtur, alterum qualitatis. V. ibi eelliqua. (V. etiom *Diomed. ſub init. l. 3.*) *Id. l. 1. c. 6.* (*al. c.* 20.) Poetas metri neceſſitas excuſat. *Gell. l. 4. c. 17. a med. In* præpoſitionem metri cauſa protendere. *Martial. l. 4. epigr. 6.* Cum ſis improbior, Maliſiane, Quam qui compoſitos metm Tibulli In Stellæ recitat domo libellos. *h. e.* elegiaco carmine. ¶ Uſurpatus & de ipſo verſu. *Colum. l. 3. c. 10. ad fin.* Quamvis nullo alin ſit ſcripto proditum, acceptis, quæ retulimus, reetris Virgilii.

METUENDUS, a, um, particip. a metuo, *da temereſ. Civ. de Haruſp. reſpon. ſub fin.* Cum quibuſdam multis, metuendiſque rebus.

METUENS, entis, particip. a metuo, *timido*. Sæpe nomen ſit, & cum gen. conſtruitur. *Cic. poſt redit. in Sen. c. 2. & pro Dom. c. 26.* Nam Conſules, modeſti, legumque metuentes, impediebantur lege. *Ovid. 6. Faſt. v. 259.* Regis opus placidi, quo non metuentino ullum Numinis ingenium terra Sabina dedit. *Tacit. Ann. 13. v. 25.* Nem metuentior in poſterum, militas ſibi circumdedit. *Horat. l. 2. ep. 16. v. 60.* Labra movet metuens audiri. *Id. l. 2. ſat. 2. v. 110.* contentus parvo, metuenſque futuri. *Juvenal. ſat. 7. v. 210.* metuens virgæ jam grandis Achillea.

METULA, æ, f. parva meta, diminutivum. *Plin. l. 5. ep. 6. a med.* Alternis metulæ ſurgunt.

METUO, is, ui, a. 3. *temore*, *over paura*, φοβέομαι, roetum habeo, in metu ſum, tireo, formido, horreo. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 3.* Supplicia quæ a vobis pro maleficiis ſuis metuere atque horrare debent. *Terent. Hecyr. 5. a. 6.* Nec pol illæ metuunt deos. *Nep. in Dion. c. 9.* Miſeranda vita, qui ſe metui, quam amari malnot. *Plaut. Merc. 3. 2. 22.* De lanificii neminem metuo, una ætate quæ ſit. *Cic. Aſcic. l. 10. ep. 4. ante med.* Jacet in mœrore metus frater, neque tam de ſua vita, quam de me metuit. *Id. Fam. l. 5. ep. 6.* Partim non credunt, & a me inſidias metuunt. *Liv. l. 1. c. 9.* Tamiam in medio creſcentem reniem ſibi, ac poſteris ſuis metuebant. *Salluſt. in Catil. 1. 55. extr.* Periculum metuere en aliquo. *Perron. in Satyr. c. 123.* Metuere pro aliquo. *Plaut. Pœn. 3. 1. 6.* Sciebam ſenes ætate tardiores: metui amori meo mutam. ¶ *Metuo*, *ne*, in iis, quæ fieri vellemus: contra *metuo*, *ne*, in iis, quæ nollemus. *Plaut. Curcul. 4. 1. 3.* Ornamenta, quæ locavi, metuo, ut poſſim recipere. *Id. Pſeud. 4. 1. 8.* Nirais metuebam mele, ne abiiſſet. *Terent. Eun. 3. 1. 50.* Metuit ſemper, ne quando iratus tu alio conferas. *& 3. 5. 62.* Metuo fratrem, no intus ſit. ¶ *Metuo*, *ne non pro metuo*, *ut. Plaut. Perſ. 4. 6. 4.* Ne non ſat eſſes leno, id metuebat miſar. ¶ Cum infinito. *Catull. carm. 63. de nupt. Pel. & Thet. v. 146.* Nil metuunt jurare, nihil promittere parcnot. *Ovid. Heroid. ep. 19. v. 185.* Quod cupis, hoc nontæ metuunt, Leandre, notare. *& ep. 16. v. 283.* metuis Venerem temerare maritam. ¶ Cum aliis particulis, *Plaut. Trucul. 4. 3. 35.* Matres duas habet, & avias duas: jam metno, patres quot fuerint. *censo, che abbia più d' un padre. & Terent. Heaut. 3. 3. 8.* Metui, quid futurum deniqne eſſet. ¶ *Non metuo*, *quin eſt non dubito*, *quin. Plaut. Amph. 4. 1. 54.* Non metuo, quin meæ uxori latæ ſuppetiæ ſint. ¶ Pro *dubito* eſt etiam in illo *Terentii Heaut. 4. 3. 42.* Metno, quid agam. ¶ *Metuere alicui* eſt ſollicitum eſſe, ne quid inſcommodi enipiam accidat. *Plaut. Aſin. 1. 1. 98.* Nemo eſt, quem jam dehino metuam mihi, ne quid nocere poſſit. *Id. Amph. 5. 1. 60.* Ego cunas receſſim ſurſum vorſum ttahere, metuens pueris, mihi formidans. *Virg. 1. Georg. v. 185.* populatque ingentem farris acervum Curculio, atque inopi roetuens formica ſenectæ. ¶ Tribuitur & rebus inanimis. *Horat. l. 2. od. 2. v. 7.* Illum aget peona metuente ſolvi Fama ſuperſtes. *h. e.* queſi cavente, & ſolvi unquam nolente. Nam qui metuit aliquid, id certe non vult. *Id. l. 4. od. 5. v. 10.* Culpari metuit fides. *Senec. in Oedip. v. 790.* Puræ, nec ulla ſcelera metuentes manue. *Varr. l. 1. R. R. c. 22. extr.* Quæ res quotidia videatur, ruinus roetuunt furem. ¶ Inter *roetuere*, & *vereri* intereſt, quod illud ſeevorum eſt, hoc liberorum: illud percellit, ac premit animum, hoc movet ſolummodo. *Cic. de Senect. c. 11.* Metuebant eum ſervi, verebantur liberi. *Id. pro Quinct. c. 1.* Summa gratia, & eloquentia: quarum alteram (*eloquentiam*) vereor, alteram metuo. ¶ *Metuere* pro *vereri*, *Terent. Phorm. 1. 2. 69.* Metuebat abſentem patrem. Ubi *Donat.* diſcrimea affignat inter *metuo*, & *timeo*. Metuimus, inquit, eos, qui nos amant: timemus etiam inimicos. Sed hæc pramiſcua ſæpiſſime. *Sener. in Agam. v. 73. de tyrannis.* Metui cupiunt, metuique timent. *& in Oedip. v. 705.* Qui ſceptra duro ſævus imperio regit, timet timentes. *Plaut. Mil. 4. 8. 38.* Metuo, & timeo, ne hoc tandem peopalam fiat nimis. ¶ *Metuiri* pro *metuendum ire* quidam leg. apud *Modeſtin. Dig. lib. 20. tit. 1. leg. 26.* ¶ *Metuitus* particip. V. iafra ſuo loco.

METUS, us, m. *temore*, *paura*, *tema*, φόβος, timor, formido, pavor. Volnot eſſa a φόβος, quod apud *Heſych.* aſt etiam φόβος. *Cic. 4. Tuſcul. c. 37.* definit, diffidentiam eſſpectati & impendentis mali: item mali exſpectationem: *& lib. 5. c. 18.* futuræ ægritudinis ſollicitam exſpectationem. Accipitur tum active, tum paſſive. *h. e.* quo timemus alios, & quo timemur. *Gell. l. 9. c. 12. a med. Metus hoſtium* recte dicitur, & cum timent hoſtes, & cum timentur. Itaque Salluſt. in hiſtoria prima *metum Pompeji* dixit, non quod Pompejus metueret (quod eſt uſitatius) ſed quod metueretur. Verba hæc Salluſtii ſnot. (*l. 2. hiſtor.*) *Id bellum excitabat metus Pompeji voltatus*, *Hiempſalem in regnum reſtituentis*. Item alio in loco. (*ibid.*) *Poſtquam*, *remota metu Punico*, *ſimultates coercere vacuum ſuis*. Hæc *Gell.* Sic *Quinctil. l. 6. c. 2. circa med.* Metum duplicem intrlligi volo, quem patimur, & quem facimus. Hinc *eſſe in metu* dicitur & qui timet, & res, quæ roetum affert. *Cic. Cæcil. c. 7. ad fin.* Me totam eſſe in metu propter ta unum. *Id. Attic. l. 3. ep. 9.* Mihi etiam unum de malis in metu eſt, fratris miſeri negotium. *& lib. 14. ep. penult.* Quid autem abſurdius, hoc metuere, alterum ia metu non ponere? *h. e.* inter res metuendas. Hnc pertinet illud *Stat. 12. Theb. v. 606.* Ipſa reatus Libycos, ſervatricemque Meduſam Pectoris, incuſſa movit Tritonia parma. *h. e.* Meduſæ vultum, & angues quos gerit in pectore, quibus metum aliis incutit. *Senec. in Hippol. v. 28.* Hic verſatur roetus agricolis, vulnera multo jam notus aper. *Valer. Flacc. l. 1. v. 22.* Hæmoniare primit Pelias frenabat ab annis, Jam gravis & longus populis metus. ¶ De formidine venatoria uſurpant *Grat. in Cynig. v. 85. & 88. Nemeſian. ibid. v. 321. & Manil. l. 4. v. 182. V. Linea*, & *Formido*. ¶ Frequentius de ægritudine uſurpatur, qua timemus aliquid. Nam ot ait *Serv. ad 11. Æn. v. 357.* terror eſt proprie, qui alia infertur, metus, quam habent timentes. *Cic. Fam. 11. ep. 21.* Omni te, vis optime, de ma metu libero. *& lib. 9. ep. 16. ſub fin.* Volo abſtergere animi tui metum. *Liv. l. & cap. 2. a med.* Exonera aivitatem vano forſitan metu. *Terent. Hraut. 2. 3. 100.* Ademptum tibi jam ſuxo omnem metum. *Id. Andr. 1. 2. 10.* Areoto metu. *Liv. lor. 111.* Removere metum. *Cic. 2. Tuſcul. c. 24. ſub fin.* levare alicui. *Id. pro Cluent. c. penult.* A metu reſpirare. *Liv. l. 2. c. 22.* Volſcis levatis metu ſuum redtit ingenium. *Cic. Verr. 7. c. 49. ſub fin.* Meture alicui deſicere. *Id. poſt. redit. in Sen. c. 8.* drpellere. *Salluſt. in oter. Philip. contra Lepid.* detrahere. *Ovid, Heroid. ep. 14. v. 43. & 3. Metam. v. 690.* excutere corde. *Virg. 1. Æn. v. 467.* ſolvere. *Cæſ. l. 6. B. Gall. c. 28.* tollere. *Hirt. de B. Alex. c. 65.* deponere. *Sil. l. 3. v. 131.* lenira. *Cic. 8. Fam. ep. 10.* Habere metum. *Lucret. l. 3. v. 313.* metu tentari. *Cic. pro Mil. c. 24.* examinari. *Virg. 6. Æn. v. 491.* ingenti trepidare. *Ovid. 15. Metam. v. 517.* tuebari. *& lib. 13. v. 74.* pallere. *Salluſt. in Catil. c. 6.* Metu perculſue. *Ovid. 1. Faſt. v. 485.* Metum concipere. *Liv. l. 33. c. 27. ſub fin.* capere. *Terent. Heaut. 2. 3. 96.* accipere. *h. e.* ſubire. *Plin. l. 8. ep. 21.* Redire in metum. *Cic. 1. de Orat. c. 26. ſub fin.* Meta frangi ac debilitari. *Salluſt. in Jug. c. 39. & 43.* Metus me invadit. *Plin. l. 6. ep. 20.* Metue perferre. *Quinctil. l. 6. c. 2. circa med.* Metum pati. *Id. ibid. & Ovid. 5. Trift. el. 10. v. 28. & Tacit. 6. Ann. c. 36.* facere alicui. *Cæſ. l. 4. B. Gall. c. 19.* injicere. *Cæl. ad Cicer. Fam. 8. ep. 4.* incutere. *Liv. l. 26. c. 20.* inferre. *Cic. 4. Verr. c. 54.* afferre. *Id. Fam. 15. ep. 1. ad fin.* offerre. *Id. 2. Tuſcul. c. 4.* objicere. *Senec. in Hippol. v. 717.* mortis intentare. *Cæſ. l. 5. B. Gall. c. 6.* Metu territare. *Salluſt. orat. 1. ad Cæſ. ante med.* Semper in periculo, aut metu agitare. *& ante. 2. ante med.* Itaque metu ne ſolus rerum potiretur, conſilia diſturbsveruat. *Terent. Phorm. 3. c. 18.* Quantus metus eſt mihi, venire huc ſalvum nunc patruum. *h. e.* quam metuo adveotum patrui. *Plin. l. 7. c. 40.* Ut alia non ſiat, certe, ne laſſeſcat fortuna, metus eſt. *Id. l. 31. c. 6. ſub fin.* Eſt & in metu peregrinantium, ut tentent valetudinem aquæ ignotæ. *h. e.* inter ea, quæ peregrinantes roetuunt, eſt etiam illud, &c. ¶ *Infidelis retti magiſter eſt metus*, γνώμη apud *Plin. in Paneg. c. 45. ſub fin.* Simile eſt illud *Cicer. 2. Offic. c. 7.* Malus cuſtos diuturnitatis roetus. ¶ De timore deorum, quæ eſt religin: quod & *Non. c. 4. n. 307.* adnotavit. *Virg. 7. Æn. v. 59.* Laurus erat teſti medin in penetralibus altis, Sacra comam, multoſque roetu ſervata per annos. V. *Formido*. ¶ Item de furore poetico. *Horat. l. 2. od. 19. v. 5.* Eunoi recenti mens trepidat roetu.

¶ Olim feminino genere uſurparunt. *Enn.* apud *Feſt.* Vivam, an moriar, nulla in me eſt metus. *h. e.* cura. *Id.* apud *Non. c. 3. n.* 141. Ni metus ulla tenet. Adde *Feſt.* in *Maſculino*, & in *Reſto*.

METUTUS, a, um, *temuto*, particip. antiquum ab obſoleto ſup. *metuo* verbi *metuo*. *Lucret. l. 5. v.* 1139. Nam cupide conculcatur nimie ante metutum.

MEVANAS, atis, omn. gen. qui eſt e Mevania. *Sil. l. 4. v.* 546. Mevanas Varenus. *Plin. l. 14. c. 3.* Ireiola Mevanati & Picano agro peculiaris. ¶ *Mevanenſes*, Mevaniæ incolæ. *Plin. l. 3. c. 14.*

MEVANIA, æ, f. oppidum Umbriæ ed Clitumnum amoenum, nunc *Bevagno*. Creditur a multis patria fuiſſe *Propertii*. In ejus agro nobiles aluntur boves, albi, & opimi: unde victimæ a Romanis petebantur. *Colum. l. 3. c. 8.* Armentis ſublimibus inſignis Mevania eſt. *Lucan. l. 1. v.* 473. tauriferis ubi ſe Mevania campie exphicat. *Sil. l. 6. v.* 647. ingenrem paſcuæ Mevaniæ taurum, Dona Jovi. *Propert. l. 4. el. 1. v.* 123. Qua nebuloſa cavo rorat Mevania campo. *Sil. l. 8. v.* 458. & latis Mevania pratia. V. *Clitumnus*.

MEUM, i, n. οὖον, herba duorum generum, quorum nobilius Athamanticum, vel ab Athamante inventum, vel quod laudatiſſimum in Athamante Pithiotidis monte inſenitur: foliis aniſo (el. anetho) ſimile, & caula aliquando bicubitali, radicibus multis, & nigris, quibuſdam altiſſimis. Minus rufum, quam illud, aſt alterum. Varios habet uſus in medicina. V. *Plin. l. 20. c. 23.*

MEUS, a, um, *mio*, *ſuus*, qui ad me pertinet, a me poſſidetur, a me agitur: item qui me poſſidet, vel in me agit. *Terent. Eun. 1. 2.* 116. Meus ſac ſis animus, quando ego ſum tuus. *Cic. de Senect. c.* 17. Ego omnia iſta ſum dimenſus: mei ſunt ordines, mea deſcriptio: multæ etiam iſtarum arborum mea manu ſunt ſatæ. *Virg. 9. Æn. v.* 446. ſi quid mea carmina poſſunt. *Plaut. Amph. 1. 1.* 304 Hæc hero dicam meo. *Terent. Andr. 4. 1.* 27. meus carnifex. ¶ Refertur ad familiaritatem, amicitiam, benevolentiam. *Cic. 13. Fam. ep.* 64. Neen meus muſicae apud me tibi gratiea agit. *& epiſt.* 65. Ita & Hiſponem meum per me ornavia. ¶ *Meum*, res mea. *Terent. Adelph. 5. 2.* 37. Obſonat, potat, olet unguenta de meo. *del mio*, *a mio coſto*. *Cic. de Haruſ. reſp. c.* 19. Haruſpicum verba ſunt hæc omnia, nihil addo de meo. ¶ *Meus ſum*, ſum apud me, cui oppoſitur, attonitus ſum, extra me ſum. *Ovid. 3. Metam. v.* 688. Reſtabam ſolus: pavidum gelidumque trementi Corpore, virque meum firmat deus, excute, dicens, Corde metum. ¶ Item mei juris ſum, liber ſum. *Perſ. ſat. 5. v.* 88. Vindicta poſtquam meos a prætore receſſi. ¶ Translate *Cic. 2. de Legib. c. 7.* Sententias interpretari perſacile eſt: quod quidem ego facerem, niſi plane eſſe vellem meus. *à e.* plane liber in ſcribendo, & non ſolum verba, ſed etiam res, & ſententias *de* meo ponere. ¶ *Meus* etiam dicitur, qui mihi favet. *Terent. Phorm. 4. 1. 21.* Nam ego meorum ſolus ſum meus. ¶ *Mei*, *orum*, civea, familiares, propinqui mei. *Virg. 2. Æn. v.* 431. Iliaci cineres, & flamma extrema meorum. ¶ *Meum eſt*, mea natura eſt, aut conſuetudo, aut officium. *Terent. Heaut. 3. 2.* 38. Non eſt mentiri meum. *& 4. 5.* 34. Non mea eſt ſimulatio. *Cic. Fam. 6. ep. 5.* Puto eſſe meum, quid ſentiam, exponere. *Id. Attic. l. 5. ep. 13.* Si intelligis, quam meum ſit, ſcire & curare, quid in republica fiat, perſcribe ad me omnia. *Id. in Piſon. c.* 30. a *med.* Omitto, non fuiſſe meum, quem multis ſæpe orationibus decoraſſem, hunc unu violare verſa. *che non era coſa da me*. ¶ *Meus eſt*, captus eſt, habeo hominem. *Plaut. Curcul. a. 3. v.* 61. Meus hic eſt: hamum vorat. *Ovid. 4. Metam. v.* 356. Vicimus: en meus eſt, exclamat Nais. ¶ *Meus homo*, is, de quo ago loquor: habet autem commixtam irriſionem, & fictam ſtultitiæ commiſcentionem, in illo *Phædri l. 5. fab. 7. v.* 31. Homo meus ſe in pulpito totum proſternit, *ſi mia ſeiseo*. *Perſon. in fragm. Tragor. c.* 62. *Burm.* Homo meus cœpit ad ſtellae facere. *Quinctil. declam.* 14. *c.* 18. *extr.* At legatus meus ad emendum modo proficiſcitur. *Catull. carm.* 17. *ad Colon. v.* 21. Talis iſta meus ſtupor nil videt, nihil audit. *h. e.* iſta meus homo ſtupidiſſimus. ¶ *Mea*, & *mea tu* in colloquiis ſeminarum ſunt, inſicem blandientium, aut trepidantium. *Terent. Enn. 4. 3. 14.* An obſecro, mea Pythias, quid iſtuc nam monſtri fuit? *Id. Adelph. 3. 1. 2.* Modo dolores, mea tu, occipunt primulum. *Ovid. 14. Metam. v.* 761. quorum memor, o mea, lentos Pœna, precor, ſiſtus. *mia cara*. ¶ In vocativo maſculino eſt *mi*, quod ſæpe blandiendi vim habet. *Terent. Adelph. 2. 4. 4.* O mi Æſchine, o mi germane! *& 5. 7. 3.* Hem mi pater, tu hic ades? ¶ Reperitur etiam cum femininis. *Plaut. Trucul. a. 5. v.* 25. Heus amica mi, quid agis? *Al. omittunt* mi. *Apul. l. 4. Metam.* Parce, inquit, mi parens. *h. e.* mea mater. *& lib. 5.* mi ſoror. *& lib. 9.* De iſto, mi heeliis, tecum ipſa videris. *Hieronym. ep. 22. ad Euſtoch. c. 1.* Domina mi. *& cap. 13.* Mi catella. *& cap. 17.* Mi virgo. Tribuunt & *Tibullo l. 1. el. 7. v. 69.* Vive diu, mi dulcis anne: ſed *Brankuſio* plane iuvito, qui *mihi* reponit ex multis MSS. ¶ Et cum neutris. *Apul. in Apolog.* ſertens *epigr. Plauto.* Aſtra videſ: utinam ſiem, mi ſidus, olympus. ¶ Item in plur. numeen *Petron. in Satyr. c.* 116. O mi hoſpites, ſi negotiatorea aſtis, mutata propoſitum. *Plaut. Ciſt. 4. c. 2.* mi homines, mi ſpectatores. *Diomed. l. 1. pag.* 319. *Purſch.* docet, dixiſſa Veteres *mius* pro *meus*: unde vocatius *mi*, & *mii* in utroque numero. ¶ *Meus* pro *mi*. *Virg. 6. Æn. v.* 836. Projice tela mana, ſanguie meua. *Sidon. l. 1. ep. 9. a med.* Eja, Solli meus. *& lib. 4. ep.* 10. Erumpo in ſalutationem, licet ſerum, domine meus. ¶ *Meum* pro meorum. *Plaut. Caſ. 2. 6.* 66. Pietate factum eſt mea, & majorum meum. Adde *Perſ. 3. t. 6e.* ¶ *Meapte*, *meopte* ſunt *Terent. Heaut. 4. 3. 8.* & *Plauti Moſtell. 1. 2. in fi. & meamet*, *Pan. 1. 3. 37.*

MI. V. *Ego*, & *Mihi*.

MIA CHARITON. V. *Charitea*.

MICA, æ, f. *briciole*, *minuzzolo*, *pezzetto*, *granellino*, ψίξ, ψιχὶς, fruſtulum alicujus rei, v. gr. panis, item minutum granum ſalis, turis: item minutiſſimum auri rauſentum, ut quæ in arena refulgent. *Plin. l. 12. c. 14. extr.* Tus in micas friatur. *Id. l. 33. c. 4.* Aurum marmoris glaræ inhærens, non illo modo, quo in gemmis ſcintillat, ſed micas ampleſum marmoris. *Id. l. 22. c. 14. & 17.* Herba lamium medetur cum mica ſalis contuſis, incuſſique. (*mica* vulgo vocant etiam glebas ſalis magni ponderis, qui in Cappadocia e terre effoditur, teſte *eod. l. 31. c. 7.*) *Id. l. 12. c. 18. ſub fin.* Mica amomi. *Tibull. l. 4. carm. 1. v.* 14. Parsaque calpſtea placavit micas: nec illis Semper inaurato taurus cadit hoſtia cornu. *h. e.* mica turis. *Horat. 1 ſ. od. 23. lib. 3.* Mollivit averſos Penates Farre pio, & ſaliente mica. *h. e.* mica ſalia. Sic *Tibull. l. 3. el. 4. v.* 10. Farra pio placant, & ſaliente ſale. *Petron. in frag. Tragur. c. 42. Burm.* Quinque dies aquam in ne ſuum non conjecit, non micam panis. *Lucret. l. 1. v.* 838. Ex auripue putat micia conſiſtere poſſe Aurum, & de terrie terram coocrefcere parvie. *Senec. l. 4. de benef. c. 19. de Epicuro.* Sed te atomi, & iſtæ micæ tuæ forte ac temere congloba-verunt. ¶ Translate *Catull. carm.* 85. *de Quintio.* nulla venuſtae, Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis. *h. e.* particula leporis, argutiæ, gratiæ. (*Quintil. poſt init. c. 3. l. 6.* ubi docet, falſum in confuetudine pro ridiculo tantum accipi, negat tamen a *Cæſulia* hoc ſenſu hic uſurpari.) *Martial. l. 7. epigr.* 24. Dulcis cum tantum ſcribas epigrammata ſemper, Et ceruſſata candidior cuta: Nullaque mica ſalis, nec amari ſellia in illis Gutta ſit; e demeoe, vis tamen illa legi. ¶ *Mica* nomen fuit cujuſdam cœnationis Neronis in Cœlimontio, & ut quidam putant, in palatio Domitiani: ita dicta, quie pares mat, & paucis ad cœnandum locum dabat: de qua *Martial. l. 2. epigr.* 59. Mica vocor. quid ſim, cernis? cœnatio parva. P. *Victor.* & *Sext. Rufus*, vocant *micam cœnaculum*.

MICANS, antis, *tremolante*, *palpitante*, qui micat, & ſalit. *Ovid. Metam. 9. v.* 37. Et modo cervicem, modo crura micantia capeat. *Id. 6. Faſt. v.* 338. Et ſert ſuſpenſos, corde micante, pedes. *Calpurn. ecl. 2. v.* 26. ter quiſque manus jactate micantes. V. *Mico*. ¶ Item ſplendens, fulgens, radians, ardens, *fulgorreggiante*, *ſfavillante*, *ſfolgorante*. *Ovid. Metam. 11. v.* 522. prænbentque micantie fulmina lumen. *& l. 2. v.* 40. micantes radii. *& lib. 7. v.* 200. micantes ſtellæ. *& lib. 2. v.* 1. Regia ſolis elare micante auro. *Virg. 2. Æn. v.* 734. Ardentæ clypeos, atque æra micantia cerno. *Ovid. 15. Metam. v.* 674. oculos circumtulit igne micantes. *Prudent. Cathemer. 5. v.* 44. radius ſole micantior. *Luc. l. 6. c.* 23. vultum hoſtis ardore animi micantem ferre non potuit.

MICARIUS, ii, m. qui micas panis colligit, & victum ſibi parce comparat. *Petron. in fragm. Tragur. c. 73. Burm.* Homo præſicarii, frugi, & micariue. Al. aliter leg.

MICATUS, us, m. actus micandi. *Marcian. Capell. l. 4. pag.* 95. Anguis allambere feminam crebria linguarum micatibus attentat.

MICO, as, cui, n. t. *tremolare*, *ſolfollare*, *palpitare*, tremulum eſſe, coruſcare, crebro, celerique motu agitari, ſubtilire, vibrari, conſuti. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 9.* Venæ & arteriæ micare non deſinunt, quaſi quodam igneo motu. *Ovid. 3. Faſt. v.* 36. Terreor admonitu: corda timore micant. *& Heroid. ep. 5. v.* 45. Uſque metu micuere ſinus. *Luc. l. 6. c. 12. ad fin.* Cum hoſtes effuſi ſtantibus vobis ſe intulerint, tum micant gladii. *Virg. 3. Georg. v.* 439. *de angue*. & lingua micat ore triſulcis. *& vers. 84. de equo.* Stat loco veſcit: micat auribus, & tremit artus. *Plin. l. 11. c. 37. ſect. 50. Hard.* Equie feſſia nures mareidæ, micantes pevidis, ſubredtæ furentibus. *Id. l. 29. c. 6. ante med.* Noctiuum genus, quibus pluma aurium modo micat. *Stace. in Oedip. v.* 376. Tremula rigore debiles artue micant. *Virg. 10. Æn. v.* 306. *de manu reciſa*. Semianimeſque micant digiti, ferrumque retractant. *Enn.* apud *Serv. ſhid. de tapete abſciſſa*. Semianimeſque micant oculi, lucemque requirunt. *Lucan. l. 4. v.* 300. Aut micuere novi, percuſſo pumice, fontes. *ſcaturrirono*. & *Lucil.* apud *Non. c. 4. n.* 303. Omnia tum endo mari videas ferrente micare. *h. e.* moveri, agitari. ¶ Specialim *micare* eſt digitis fortiri, *giuocare*, a *foro alle mora*, ἀμυχνᾶσθαι: cum porrectis invicem crebro digitis, certantium uterque numerum eorum divinat: item cum extenſis ſubito digitis, an eorum numero decernitur, uter ex duobus, aut quis ex pluribus ia re quapiam habenda, aut facienda ſit prior: quod nos Longobardi dicimus *fare*, *a giuocare*, *e burrare al tocco*. Græce ἀναμιμνήσκειν dicitur. *Varr.* apud *Non. c. 4. n.* 303. Micandum mit cum Græco, utrum ego illius numerum, an ille meum ſequatur. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 41. Quid enim fors eſt? idem propemodum, quod micare, quod talos jacere, quod teſſeras. *Sueton. in Aug. c.* 13. Patrem & filium pro vita rogantes, ſortiri, vel micare juſſit, ut alterutri concederentur. *Calpurn. ecl. 2. v.* 25. Et nunc, alternos magis ut diſtinguerem cantus Poſſitis, ter quiſque manus jactate micantes. Nec mucs, decernunt digitis. ¶ Cum alicujus fidem honitatemque laudant ruſtici homines, proverbio dicunt, *digitum eſſe*, *quicum in tenebris micet*. Nam ut ait *Auguſtin. l. 8. de Trinit. a. 5. ſub fin.* cum quo micta in tenebrie, ar liberum eſt ſi vulis fallere. Habent hoc proverbio. *Cic. 3. Offic. c. 29. a med.* & *Petron. in fragm. Tragur. c. 44. Burm.* ¶ Secunda ex his ludendi modie utebantur in contrectibus facierdis, ut ſi de pretio non conveniret, micando controverſiam tollerent: quod in carnibus de lanio emendis faſtitatum oſtendit edictum Turci Aproniani V. C. Præfecti Urbis (qui floruit ſæculo Chriſti IV. ſub Juliano Imp.) apud *Grutor. pag.* 647. *n. 6.* qui vetuit pecora in poſterum micando diſtrahe, & ſub exapio vendi juſſit. Verba ſunt: Ratio docuit, utilitate ſuadente, conſuetudine micandi ſummota, ſub exagio potius pecora vendere, quam digitis conjunctos

tibus

ſibus tradere, &c. Ad eund. itidem micandi modum manifeſto pertinet locus *Calpurn.* allatus, & probabilius etiam isliqui, V. *Caſaubon. ad lor. Sueton. cit.* ¶ *Micare tribus digitis* apud *Auguſtin. loc. cit.* eſt more micantium tres digitos, reliquis complicatis, protendere. ¶ Quia vero ignis pix ceteris crebro agitatur, & corruſcat, & ideo lucem, ſplendoremque emittit, hinc ſæpe *micare* ponitur pro fulgere, ſplendere, *reſplendere, brillare, fulgurare, ſcintillare, ſtrălgw. Horat. l.* 1. *od.* 12. *v.* 46. micat inter omnes Julium ſidus, velut inter ignes Luna minores. *Virg. l. Æn. v.* 94. crebris micat ignibus æther. *& lib.* 12. *v.* 102. oculis micat acribus ignis. *Ovid. l. Triſt. el.* 2. *v.* 45. celeri micuerunt nubila flamma. *Virg. 7. Æn. v.* 743. Æratæque micant peltæ, micat æreus enſis. *Luc. l. 6. c.* 63. Vultum hoſtis ardore animi micantem ferre non potuit. *Lucret. l.* 3. *v.* 290. *de mente*, ea oculis micat acrius ardor. ¶ Docet *Perſicus. l.* 9. *pag.* 862. *Pauſab.* ſupinum *miſtum* ideo non eſſe in uſu, quia cum *mingo* commune eſt.

MICROSPHÆRUM. V. *Hadroſpharum.*

MICROPSYCHUS, a, um, *mixpòψυχος*, puſillanimis, timidus: a *μικρὸς*, parvus, & *ψυχὴ*, animus. *Plin. l.* 22. *c.* 24. Item animi humilis, ac præparati, quos illi dixere micropſychos.

MICTILIS, le, adject. dignus qui mingatur, vilis, ut *merx miſtilis* apud *Lucil.* teſte *Non. cap.* 2. *n.* 532. ut quidem emendat *Scalig. in Catull.*

MICTIO. V. *Miſtio*,

MICTORIUS, a, um, *diuretica*, adject. ad mingendum pertinens, ut Miſtoria medicamenta, apud *Cal. Aurelian. Acut. l.* 3. *c.* 8.

MICTUALIS, le, mictorius. *Apul. de herbis, cap.* 117. Herba virtutis miſtualis.

MICTURIO, is, n. 4. *deſiderare di orinare*, *envida*, verb. deſider. mejere cupio, vri interdum mejo, ſimplicites. *Juvenal. ſat.* 6. *v.* 308. Noctibus hic ponunt lectticas, miſturiunt hic.

MICTUS, us, m. actus mingendi. *Cal. Aurel. Tard. l.* 5. *c.* 3. Sanguinis miſtus. *& lib.* 2. *c.* 6. Difficultas miſtus.

MICULA, læ, f. *menuzzagline*, diminut. parva mica. *Colſ. l.* 2. *c.* 5. *extr.* Si urina quaſdam quaſi miculas repræſentat. *Arnob. l.* 7. *pag.* 230. Arvina in exiguas miculas infecta. *& lib.* 2. *pag.* 77. Exiguæ miculæ, quibus colliquefactis naſcitur aurum.

MIDAS, æ, & Midas, æ, m. *Mida*, Gordii filius, rex Phrygum, qui cunctos pene reges pecuniæ abundantia anteceſſit. Huic (ut eſt in fabulis) propter Bacchum hoſpitio ſuſceptum, conceſſum eſt, ut quicquid vellet, optaret, futurus voti compos. Optavit, ut quicquid corpore contigiſſet, in aurum verteretur. Quod annuente Baccho factum eſt. Sed cum cibus, & potus contacti etiam in aurum verterentur, ſenſit tandem ſtultus, ſe ſtulte petiiſſe, & ſacti pœnitens gravi Bacchum, ut hoc munus auferret. Tum Baccbus præcepit, ut in Paſtolo flumine ſe lavaret, & ſic liberaretur. Quod cum feciſſet, cœpit deinceps Pactolus aureas arenas trahere. Poſtea cum Phœbus, & Pan, ſeu Marſya citharus certarent, Midas judex electus eſt cum Tmolo monte. Tmolus Phœbum victorem pronunciavit, ſed Midas ſecundum Pana judicium tulit. Iratus Apollo aſininas ei auriculas indidit, quas tam ſcite occultavit, ut nemo ſciret, præter ſolum tonſorem: qui cum rem ineuditam tacere non poſſet, foſſam ingreſſus proclamavit, *Aures aſininas habet rex Midas*; deinde foſſam terra adoperuit. Succeſſa temporis creverunt illic arundines, quæ commotæ vocem, quam tonſor infoderat, reddiderunt. Alii narrant; cum præterret aliquando Liberi Patris aſinus, atque eos affecciſſet injuria, tratum Bacchum Midæ auriculas aſininas addidiſſe. Sunt qui dicant, huic aures natura prælongas fuiſſe, & aſininarum inſtar prominentes, atque hinc fabulæ jocum ortum eſſe. *Ovid. 11. Metam. v.* 85, *& ſeq Hygin. fab.* 191. *& Serv. ad l.* 10. *Æn. v.* 142. *Anſon. epiſt.* 23. *a verſ.* 18. Item vetus epigrammation *inter fragm. Petron. pag.* 679. *Burm. Martial. l.* 6. *epigr.* 86. Qui mavult heres divitis eſſe Midæ. *Claudian. in* II. *Conſul. Stilich. v.* 230. Ditabat rutilo, quidquid Mida tangeret auro. *Valer. Max. l.* 1. *c.* 6. *n.* 2. *extern.* Midas cunctorum pæne regum opes abundantia pecuniæ anteceſſit.

MIGDILYBS, ybis, miatus genere ex Libyco, & Tyrio, quales erant Carthaginienſes: a *μίγδην*, miatim, & *Λίψ*, Lybs, Afer. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 73. Huc, advenifti nos captatum, migdilybs, biſulciſlingue.

MIGRATIO, onis, f. *partenza per abitar altrove*, *μετοίκησις*, actus migrandi. *Liv. l.* 5. 1. 53. Hæc migratio nobis miſem ac turpis, Gallis glorioſa eſt. *Cic. 1. Tuſcul.* 1. 41. Migrationem eſſe mortem in eas oras, quas, qui vita exceſſerunt, incolunt. ¶ Translate *Id. Fam. 16. ep.* 17. Cui verbo (*fidelater*) domicilium eſt pruprium in officio, migrationes in alienum multæ. *b. c.* translationes, metaphoræ.

MIGRO, as, avi, atum, n. c. *paſſare ad abitar altrove*, *μετοικέω*, alio me transfero habitandi cauſa, domicilium muto. *Cic. Attic. l.* 14. *ep.* 9. Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ ruinas agunt: itaque non ſolum inquilini, ſed etiam mures migraverunt. *Id. Verr.* 4. *c.* 36. Ad generum Agathini migrare maluit. *Terrat. Heaut.* 4. 2. 13. Ea urbe rua habitatum migrare. *Liv. l.* 5. *c.* 53. Vaſtam incendiis ruinisque relinquere urbem, & ad integra omnia Veios migrare. *Hover. de art. Poetic. v.* 229. Migrare in tabernas obſcuras. *Ovid.* 15. *Metam. a.* 571. animum ſic ſæpe eundem fallo, ſed in varias docto migrare figuras. *Plaut. Curcul* 2. 1. 1. Migrare a fano foras. *Plin. l.* 6. *c.* 17. *a med.* Indi, prope gentium finis, nunquam migravere finibus ſuis. Adde *Dig. lib.* 43. *tit.* 32. qui inſcribitur *de migrando.* ¶ Paſſive imperſonaliter, *Cic. c. Tuſcul. c.* 1. Neceſſe eſt, ut aut ſenſus omnes mors auferat, aut in alium quendam locum ex his locis morte migretur. *Liv. l. c. c. tc.* Romam inde migratum eſt a propinquis raptarum. *Id. l.* 5. *c.* 49. *ſub fin.* Cum prohibuit migrari Veios. ¶ Translate *Cic. in Jovin. Sexp. c.* 1. Migrare ex hac vita. *Id. t. de Divin. c.* 19. de vita. *Plaut. Pœn.* 1. 5. 54. Fac, ſis, vacives, Pleudole, ædes aurum, mea ut migrare dicta poſſint, quo volo. *Id. Trin.* 3. 2. 13. Scio ego, & ſcitio ipſe, quid agam, neque a me officium migrat. *b.* 1. diſcedit. Al. leg. *neque unquam ſe abſcondit migrat.* h. e. mutat, active: de quo mox. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *n.* 187. Verum equiti quoque jam migravit ab aure voluptas Omnis ad incertos, & gaudia vana. *Plin. l.* 25. *c.* 2. *a med.* Hæc erat antiqua medicina, quæ tota migrabat in Græciæ linguas. *Lucret. l.* 5. *v.* 828. Nec manet ulla ſui ſimilis res: omnia migrant: Omnia commutat natura, & vertere cogit. *b. c.* mutantur, & in alium ſtatum tranſeunt. *Al. loc.* migrat, Omnia commutat natura, &c. ut ſit activum, ut mox dicam. *Id. l.* 2. *v.* 774. cætula quæ ſint, Nonnunquam in marmoreum poſſunt migrare colorem. *b. c.* tranſire & mutari. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *ſect.* 45. *Hard.* Corona omnia in mucronem migrantia. *b. c.* delinentia. *Julian. Dig. lib.* 24. *tit.* 2. *leg.* 6. Migrare ad aliud matrimonium. *& ibid.* ad alias nuptias. ¶ Sumitur & active pro transferri, *trasportare. Gell. l.* 2. *c.* 29. *ad fin.* Atque ita taſſita nidum migravit. ¶ Et paſſive *Liv. l.* 10. *c.* 34. *ſub fin.* Puellos graves ætate, aut invalidos inveniunt, relictaque, quæ migratu difficilia eſſent. *Sil. l.* 7. *v.* 432. num migraturi Rhœteia regna In Libyam Superis? *b. c.* num Romanum imperium a Superis ad Carthaginienſes trasfertur? ¶ Translate eſt tranſilire, transgredi, *oltrepaſſare, trasgredire, violare, παραβαίνω*. Cic. 3. *de Fin. c.* 20. Qui jus civile conſervaret, aum juſtum: qui migraret, injuſtum fore. *Id. 1. de Divin. c.* 5. Ne communia jura migrare videatur. *Eſt qui lugat* communi jure. *Id. t. Offic. c.* 10. Ut reddere depoſitum, promiſſum facere, quæque pertinent ad veritatem, & ad fidem, ea migrare interdum, & non ſervare, ſic juſtum. *Id. 3. de Legib. c.* 4. *in fin.* Quod quis earum rerum migraſſit, noxiæ pœna par eſto.

MIHI. V. in *Ego.*

MIHIPTE, pro mihi ipſi Cato poſuit. *Feſtus.*

MILANION, onis, m. *Melanione*, *one*, vir Atalantæ Arcadicæ Iaſii filius. *Propert. lib.* 1. *el.* 1. *v.* 9. & *Ovid. 2. de or. am. v.* 188. V. *Atalanta.*

MILES, itis, *m.* & *f. ſoldato*, *στρατιώτης*, *ἰππεὺς*, quicumque militiam exercet. *Varr. l.* 4. *de L. L. c.* 16. Milites, quod trium millium primo legin fiebat, ac ſingulæ Tribus, Tatienium, Ramnium, Luc.rum, millia ſingula militum mittebant. *Feſtus*: Militem Ælius a mollitia *ἀπὸ τοῦ ἁπαλοῦ* dictum putat, eo quod nihil molle, ſed potius aſperum quid gerat. *Ulpian. Dig. lib.* 29. *tit.* 1. *leg.* 1. Miles appellatur vel a malitia, ideſt duritia, quam pro nobis ſuſtinet: aut a multitudine: aut a malo, quod arcere milites ſolent: aut a Græco verbo *γίλιοι*. *Cic. pro leg. Manil* 1. 20. Qui extrema pueritia miles fuit ſummi imperatoris. *Id. pro Cluent. c.* 46. Miles, qui locum non tenuit, qui hoſtium impetum vimque pertimuit, poteſt ideo poſtea miles eſſe melior. *Id. Philip.* 7. *c. ult.* Cohortatus eſt vicinos ſuos, ut milites fierent. *Pompeſt. ad Cæſ. poſt ep.* 12. *l.* 8. *ad Attic.* Legere milites. *raccogliere, far leva. & Sallust. in Jug. c.* 47. ſcribere. *Liv. l.* 29 1. *c.* deligere. *& ibid.* ordinare. *b. c. in* ordines deſcribere. *& cap.* 5. mercede conducere. *Cic.* 3. *Fam. ep.* 3. dimittere. ¶ Translate *Ovid. Heroid. ep.* 11. *v.* 48. Et tudis ad partus, & nova mules eram. Adde *lib.* 2. *Metam. v.* 415. ¶ Spectatim *miles* junctus cum *eques*, aſt qui pedibus militat, pedes, *ſoldato a piedi, fanti, πεζὸς. Cæſ. l.* 5. *B. Gall. c.* 10. Tripartito milites, equiteſque in expeditionem miſit. *Id. l.* 2. *B. Civ. c.* 41. Nec militibus quidem, neque equitibus ſtudium ad pugnandum deerat. *Liv. l.* 22. *c.* 37. Milites æque equite, miſi Romano Latinique nominis, non ut populum R. Adde *lib.* 30. *c.* 9. *Cæſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 60. & *Vellei. l.* 2. *c.* 15. ¶ Per ſynecdochen in ſingulari num. pro collectione militum adhibetur, *ſoldateſca, Liv. l.* 22. *c.* 57. *extr.* Hic miles magis placuit: cum pretio minore redimendi capitivos copia fieret. *Virg.* 2. *Æn. v.* 495. late loca milite complent. ¶ Milites ſtram dicti ſunt, qui in ſacro Paſtio in aliquo officio domus Auguſtæ inſervichant: quia cum in Principe ipſum nomen ſupremæ dignitatis militare eſſet, nempe *Imperator*; etiam officiorum ipſi ſubjectorum nomina a militia ſumebantur. *Impp. Theodoſ. & Valentinian. lib.* 11. *Cod. Theodoſ. tit.* 1. *leg.* 34. Tunc militi debiti poſſulati delegandam eſſe rationem. *b. c.* exactori annonæ. *Ulpian. Dig. lib.* 4. *tit.* 6. *leg.* 20. Qui a militibus, ſtatoribuſque, vel a municipalibus miniſteriis aſſervantur. *b. c.* ab aſparitoribus magiſtratuum. ¶ De Nympha comite Dianæ, *Ovid. 2. Metam.* 2. 415. Milea erat Pleiades, nec Mænalon attigit ulla Gratior hac Triviæ.

MILESIUS, a, um, *Milesio*, ad Miletum urbem pertinens. *Cic. pro Cluent. c.* 21. Mileſia mulier. ¶ Mileſia vellera laudat *Virg.* 3. *Georg. v.* 306. & *lib.* 4. *v.* 334. & Miletum lanam *Plin. l.* 29. *c.* 2. Miletias oves *Tertull. de Pall.* 1. 3. *Colum. l.* 7. 1. 2. & *Plin. l.* 8. *c.* 48. qui lanæ Apuliæ primum locum, Tarentinæ alterum, tertium Miletiæ tribuit. *Id. l.* 11. *c.* 4. etiam Miletiam roſam laudat, ſero quidem provenientem nec duodena folia excedentem, ſed ardentiſſimi coloris. ¶ *Mileſii, orum*, populi ejus urbis, & regionis, luxu & deliciis mobiles, *Mileſiis carminibus* dedere nomen, nempe lubrico, amatorio, ac laſcivo. *Ovid. 2. Triſt. v.* 413. Junxit Ariſtides Mileſia carmina ſecum: Pulſus Ariſtides nec tamen urbe fuit. Al. leg. *carmina.* Hinc *fabula Mileſiæ* apud *Apul. inuris Metam.* & *Mileſia* abſolute, poemata, & narratiunculæ hujuſmodi. *Sever. in epiſt. ad Symm.* apud *Capitolin. in Albin. c.* 12. Cum illæ nænia quibuſdam amitibus occupatus, inter Mileſias Punicas Apuleji fui, & ludicra litteraria conſeneſceret. *Id. Capitolin. de Albin. ibid. c.* 11. *extr.*

esse. Milesiæ nonnulli ejusdem esse dicunt: quarum fama non ignobilis habetur, quamvis mediocriter scriptæ sint. ¶ *Milesius deus* apud *Apul. ad flu. l.* 4. *Metam.* est Apollo, qui Mileti templum & oraculum habuit: de quo & *Lactant. in Epit. c.* 10. ¶ *Milesia Ceres* memini *Id. l.* 2. *c.* 7. & *Val. Max. l.* 1. *c.* 1. *n.* 5. *extern.* cujus templum cum militee Alexandri expilaturi intrassent, subito oculis capti fuisse dicuntur, flamme objecta.

MILETIS, idis, *f.* Byblis, filia Mileti. *Ovid. 9. Metam. v.* 634. mœstam tote Miletide mente. ¶ Est etiam adject. femin. *Ovid. 1. Trist. el. 9. v.* 41. A quibus advenit Miletida suspes ad urbem. *h. e.* Tomos, quæ Milesiorum colonia fuit.

MILETUS, i, m. Μίλητος, filius Apollinis ex Argea Cleochi filia, vel secundum *Ovidium*, ex Dejone. Nonnulli non Apollinis, sed Eusenni Micenis filii, alii Sarpedonie, qui fuit filius Jovis, filium faciunt. Hic cum Minoa Cretensium regem jam senem regno privare vellet, a Jove territus in Samum, deinde in Carlam Asiæ regionem fugit, ibique oppidum condidit, quod de suo nomine Miletum appellavit. Ex Cyanee Maandri filia genuit Caunum, & Byblida. *Ovid. Metam. 9. v.* 442. *& sequentib.* ¶ Porro *Miletus*, i, *f.* nunc *Melasse*, totius est Ioniæ caput, antea Lelegeie, & Pityusæ, & Anactorie nominata, super octoginta (al. septuaginta) urbium per eundem maria ganetriv, ut est apud *Plin. l.* 5. *c.* 29. (*Senec. de consol. ad Helv. c.* 6. habet septuaginta quinque) nec frustande sive Cadmo, qui primus prosam orationem condere instituit (*Id. l.* 7. *c.* 57. Prosæ orationis Pherecyden Syrium, historiæ Cadmum hunc primum auctorem facit.) nobilis fuit etiam lanis pmtiosis. V. *Milesius. Martial. l.* 8. *epigr.* 28. Nec Miletus erat vellere digna tuo. ¶ Patrie fuit etiam Thaletie, qui inter septem Sapientes unus est: Anaximandri, & Anaximenie philosophorum, & Æschinie oratorie, &c.

MILIACEUS, a, um, *di miglio*, κεγχρώδης, ut Miliacea pule. *Fest. in Forma*.

MILIARIUS, a, um, ad milium pertinens. *Varr. l.* 4. *de L. L. c.* 11. Ficedulæ, & miliariæ dictæ a cibo, quod ederæ fico, eliceæ milio fiant pingues. *aristoph.* & *lib.* 3. *R. R. c.* 5. Adjiciunt eves aliæ quoque, quæ pingues venenum care, ut miliariæ, ac coturnices. *Plin. sub fin. l.* ea. Miliaria eppellatur herba, quæ milium necet. ¶ De miliarin vese, V. *Milliarius*.

MILITARE, militeritor. *Trebell. Poll. in XXX. Tyrann. c.* 22. *de Æmil.* Servus militatin cæsus, quod, &c. Al. aliter leg.

MILITARIS, re, *militare*, *de milegis*, *da soldate*, στρατιωτικὸς, ad militiam, vel militee pertinens. *Cæs. l.* 3. *B. Civ. c.* 75. Ut militare institutum servarnus. *& cap.* 103. Erie magno pondere ad militarem usum in navee impositio. *& cap.* 53. *extr.* Militaribus donee donare aliquem. *Id. lib.* 1. *B. Gall. cap.* 21. Rei militaris peritissimus. *Liv. l.* 8. *c.* 34. Militarie disciplina. *Cic. pro Mur. c.* 5. labor. *Id. 6. Verr. c.* 52. licentia. *Id. pro Cluent. c.* 36. Tribuni militares. *& Catil.* 2. *c.* 6. militaria signa. *Plin. l.* 18. *c.* 7. Militaris panis. *de munitione*. *Cato* apud *Gell. l.* 7. *c.* 11. Æs militare. *pugn. Cic.* 1. *Offic. c.* 18. *extr.* Statuæ ornatu fere militari. *Id. pro Flacc. c.* 32. Legee militares. *Tacit. Ann.* 1. *c.* 31. Militaria nda. *& ibid.* Militares animi. *Id.* 2. *Hist. c.* 75. Militarie vie. *h. e.* militiæ essuetus. *Plaut. Truculent. a.* 5. *v.* 16. Militares pueri. *h. e.* filii militum. *Horat. l.* 1. *od.* 8. *v.* 5. Cur neque militarie inter æquales æquitat? *h. e.* habito & animo militari. *& od.* 12. *v.* 13. Quale portentum neque militarie Daunia in latis alit æsculetis. *h. e.* bellicosa. Sic *Tertull. in Apologet. c.* 21. *sub fin.* Quis justine & militarior Scipione? ¶ *Militaris ætas*, est post annum decimumseptimum usque ad quadragesimum sretum: extra quod tempus, non nisi necessitate cogente, milites scribebantur: quod colligitur ex *Liv. l.* 25. *c.* 5. *Nep. in Catone. c.* 1. *& Gell. l.* 10. *c.* 28. V. etiam *Lips. de mil. Rom. l.* 1. *dial.* 2. *& Sigon. de ant. jure Civium R. l.* 1. *c.* 15. ubi plura. *Tacit. Ann.* 2. *c.* 60. Referebat, habitasse quondam septingenta millia ætate militari. *ætas all' armi*. ¶ *Via militaris*, est amplior & directior ceteris, & quæ ab oppido ad oppidum recta fert, atque eden frequentior, *strada maestra*, a *regia*: ita dicta, quia per eam exercitus commeant: cujusmodi fuere Salaria, Flaminia, Appia, Æmilia, &c. *Liv. l.* 36. *c.* 15. *sub fin.* In valle iter est non latius, quam sexaginta pedum: hanc une militarie vie est, qua traduci exercitus possint. *Cic. de provinc. consul. c.* 2. Via illa nostra, quæ est usque ad Hellespontum militaris. *Colum. l.* 1. *c.* 5. Nec esse oportet ædificis junctam militarem viem, quod præterentium viatorum populationibus, & effidus divertentium hospitiis infestat rem familiarem. ¶ *Militaris herba*, est millefolium. V. ¶ *Militaris* denique unus est ex multis Jovie epithetis apud Haruspices, & Romanos veteres, teste *Apul. de Mundo sub fin.*

MILITARITER, adverb. *da soldato*, στρατιωτικῶς, more militum, more militiæ. *Liv. l.* 4. *c.* 41. Adversus hæc Tempanii oratio incomposita fuisse dicitur, ceterum militeriter gravis, non sine vana laudibue, &c. *Id. l.* 27. *c.* 3. Milites in portis, murisque sibimet ipsoe tecta militariter coegerat ædificare. *Arrian. Menand. Dig. lib.* 49. *tit.* 16. *leg.* 4. Militariter punire.

MILITARIUS, a, um, idem ac militarie. *Plaut. Pseud.* 4. 4. 11. Quin hinc metimur gradibus militariis? *h. e.* incitatis, quales fere incedentium militum sunt.

MILITIA, æ, *f. militzia*, στρατεία, militare munus, militarie vita, seu disciplina, militaris res. *Cic. pro leg. Manil. c.* 10. Ad patris exercitum, etque in militiæ disciplinam profectus est. *Id.* 1. *Offic. c.* 11. *a med.* Militiæ sacramento obligare aliquem. *& lib.* 3. *c.* 26. Simuletione infensæ militiam subterfugere. *Ovid.* 13. *Metam. v.* 37. detrectavitque furore Militiam ficto. *Id.* 2. *Fast. v.* 508. Et patrias artes, militiamque colant. *Horat. l.* 1. *ep.* 18. *v.* 55. Sævam Militiem puer, & Cantabrica bella tulibi. *Virg.* 8. Æn. *v.* 516. Illiceat sub te tolerare magistro Militium, & gravæ Martis opus. *Tacit. Ann.* 1. *c.* eo. Antiquem duramque militiam revocare. *Cæs. l.* 6. *B. Gall. c.* 17. Munus militiæ sustinere. *Plin. l.* 6. *c.* 19. Militiam expessere. *Colum. in præfat. l.* 1. *circa med.* Vera illa Romuli proles militiam belli facile sustinuit, durata pacis laboribus. *Vellej. l.* 2. *c.* 117. Otio magis ceslerorum, quam bellicæ affuetus militiæ. *Cæs. l.* 6. *B. Gall. c.* 13. Militiæ vecationem habere. *Hirt. de B. Alex. c.* 56. Transmarine militia perterriti. *h. e.* quod jeans mare militandum esset. *Sallust. in Jug. c.* 67. Ætas militiæ petiens, *atta all' armi*. & *ibid.* Marin ad confolatum capiundum omnia abunde erant, industria, probitas, militiæ magne scientia, &c. *& cap.* 86. Fortissimum quemque, plerosque militia cogoitos accire. *Id. in Catil. c.* 7. Per laborem usu militiam discere. *Justin. l.* 11. *c.* 6. Veterani ameritæ militiæ. *Id. l.* 7. *c.* 3. Ne ubique deformie militiæ damnis haberetur. *per le disserre della guerra*. ¶ Pro bello sumitur & in illo *Vellej. l.* 2. *c.* 120. Germani hostes Cimbricum, Teutonicamque militiam Italiæ minebantur. ¶ Et pro virtute militari *ibid. c.* 3. Præclara in Hispenie A. Bruti militie fuit, qui ingenti vi hominom, ubiumque potitus numero, Gallæci cognomen meruit. *Flor. l.* 4. *c.* 5. Fulvia gladin cincta, virilie militiæ usoe. ¶ In plur. num. *Tibull. l.* 1. *el.* 3. *v.* 8e. Optavit lentas & mihi militias. *h. e.* longas & tardae expeditionee, *molte e lunghe campagne*. (Hoc sensu *Justin. l. eo. c.* 1. Prima militia adversus Græcos fuit. *la prima spedizione*.) *Suetou. in Claud. c.* 25. Equestree militias ita ordinavit, ut, &c. *h. e.* militiæ ordines, & grados. ¶ De gradibue & emolumentis militiæ *Scævola Dig. lib.* 32. *leg. pænult. in fi. & Call. lib.* 31. *leg.* 25. Sejo liberto meo militiam do, lego: illam militiam, quam & testator habuit. ¶ Tria sunt genera militiæ, inquit *Serv. ad Æn.* 7. *v.* 614. & *ad Æn. c. v.* 157. Primum est *sacramentum*, in quo jurat unusquisque miles, se non receslurum injussu consulis, nisi expleta militiæ tempora: quod fere erat vigintiquinque annorum. Alterum est *conjuratio*, quæ fit in tumultu, ideft Italico bello & Gallico, quando vicinum Urbi periculum singulos jurare non patitur, ut inter Fabios fuit. Hi milites ad unum tantum bellum militare tenentur. Tertium est *evocatio*, cum ad fabitum bello evocebantur: unde etiam consul solebat dicere: *qui compubl. salvum esse vult, me sequatur*. Hi non sunt proprie milites, sed *pro milite*: unde Sallust. *Non qui miles, sed pro milite*. Hinc militas *sacramento rogati*, *tumultuarii*, *evocati*: quos tengit *Virg. l.* 2. Æn. *v.* 157. & *lib.* 8. *v.* 5. & 9. ¶ Genitivus *militiæ*, ut *belli*, cum verbis & nominibus statue in loco, significat in militie: & cum *domi*, cui ex adverso respondet, fere jungitur. *Cic.* 5. *Tusc. c.* 19. Quorum virtus fuerat domi militiæque cognita. *in pace*, e *in guerra*. *Liv. in fi. cap.* 32. *l.* 7. Semper ego plebem Romanam militiæ domique colui. *Terent. Adelph.* 3. 5. 49. Una semper militiæ & domi luimus. Adie *Cicer.* 3. *de Orat. c.* 33. & *Sallust. in Cat. c.* 5. 6. & 9. ¶ Interdum *militia* sunt ipsi milites, ut *servitium* ipsi servi. *Justin. l.* 32. *c.* 2. Concursu iasularium, cum omni militia interficitur. ¶ *Successorum militia* apud *Plin. l.* 4. *c.* 13. est glessum. V. *Glessum*. ¶ Translate est quodcumque laborinsum munus, provincia. *Cic. pro Mur. c.* 9. Servius hic nobiscum hanc urbanam militiam respondendi, scribendi, cavendi, plenam sollicitudinis ac stomachi, secutus est. *Propert. l.* 1. *el.* 6. *v.* 3. Non ego sum laudi, non natus idoneus armis: Hanc me militiam fata subire volunt. *Ovid. Fast.* 2. *v.* 9. Hæc mea militia est: ferimus, quæ possumus arase. *Plin.* de hirundinum labore in aidis faciendis, *lib.* 10. *c.* 33. Eaque militia illie cum anno redit semper. ¶ *Militat* παρασιτεῖ pro *militem* dixit more suo *Lucret. l.* 1. *v.* 19. Effice, ut interea fere mœnere militiai, &c. ¶ *Militia* est munus, seu officium aliquod in aule Imperatorum. *Prudent. in proem. Cathemer. v.* 19. Tandem militiæ gradu Evectum pietas Principie extulit, Assumptum pmpius flare jubens ordine proxima. *h. e.* præfectura prætorii, vel dignitate petericatus, vel aliis bujusmodi. Adde *lib.* 3. *Cod. tit.* 25. *leg.* 1. & V. *Melo*.

MILITIOLA, æ, *f.* diminut. *Auctor vitæ Juvenalis*, *qui* a *nonnullis Suetonius* creditur. In pantomimum femeflrias militiolie tumentem. *h. e.* gradibus, & honoribus militaribus.

MILITO, as, avi, atum, n. 1. *militare*, στρατεύω, militiam exerceo, stipendia facio, mereo. *Cic.* 1. *Offic. c.* 11. In cujus exercitu Catonis filius tiro militabat. *Liv. l.* 23. *c.* 41. *ad fin.* Nostra juventus omnie sub signis militat tuis. *Sallust. in Jug. c.* 68. Ie eo tempore contuberoio patris ibidem militabat. *Justin. l.* 8. *c.* 3. Civitates, quæ sub eusspicius eque militeverant. *Velley. l.* 2. *c.* 120. L. Aspreuae sub Varo militane. *Suetou. in Cæs. c.* 68. Militare adversos aliquem. *Curt. l.* 6. *c.* 5. Graci mercede apud Persas militantes. *Terent. Heaut.* 1. 1. 65. In Asiam ad regem militatum abiit. *Senec. in Phœniss. v.* 611. Frater erma comitatus tui, tibi militabit. *Curt. l.* 6. *c.* 5. *sub fin. & lib.* 8. *cap.* 8. Militare cum aliquo. ¶ Passive *Horat. epod.* 1. *v.* 13. Libenter hoc, & omne militabitur Bellum in tuæ spem gratiæ. ¶ Translate *Plaut. Pers.* 2. 2. 50. At cunfidentie illa militia militatur multo magis, quam pondera. *Ovid. Heroid. ep.* 7. *v.* 31. duramque emplectere fratrem Fretee Amor: castris militet ille tuis. *Horat. l.* 1. *ep.* 2. *v.* 66. veneticus ex quo Tempore cervinam pellem latravit in eole, Militat in silvie cetulus. *Apul. l.* 2. *de doctr. Plat. ad fin.* Militare pro utilitate cunctorum. ¶ *Militare* dicuntue, qui in sacro Paletio fungantue munere aliquo, & Imperatori in republice nperem navant, ut in *Melo* dictum est. *Augustin. l.* 8. *Confession. c.* 6. sforpat de Agentibus in rebus. Adde *lib.* 12. *Cod. tit.* 69. *leg.* 1. & *lib.* 3. *tit.* 25. *leg.* 1. & *lib.* 11. *tit.* 19. *leg.* 2. 3. 7. &c. ¶ *Militare* pro

conari, cum infinito, *Terrall. de Pall. t. 1. ad fin.* Aries machina eſt, quæ muroe frangare militat.

MILITO, onis, m. railes. Quidam legunt in *Apul. l. 9. Metam. ſub fin.* Militonee illi, oec ufpiam illum delitefcere adjutantes. *Sed plerique al.* commilitones.

MILIUM, lii, n. *μελινη, κέγχρος*, genus frugie, pleriſque nvium jucundiſſimæ, rotundi minutique grani, & frumentorum omnium maxime durans: quippe quam ad centum uſque annos feeveri, tradit *Plin. l. 18. c. 30. ſub fin.* ex *Varron. l. 1. R. R. c. 57.* ſi ab humore cuſtodiatur. Dictum eſt a maxima nummorum ſumma, quæ eſt *mille* (quod *mole*, & *molia* etiam ſcribitur) ut ait *Feſtus*. Ee eo candida pule, & panie conficitur in Campania præcipue, ut *Plin. ibid. c. 10. ſub fin.* & *Colum. l. 2. c. 9. extr.* docent. *Virg. t. Georg. v. 216.* & milro venit aeeua cura. *Colum. loc. cit.* inter legumina numerare mallet, ſimul cum penico. nam multæ regionibus cibariæ enrum colonos ſuſtineri. ¶ De milio Indico V. *Indicus*.

MILLE, *mille, mile, χίλιοι*, nomen numerale centum deciee continens: a voce Græca allata: vel a *μίλιον*, quod tamen diverſam habet ſignificationem. Et ſubſtantivi, & adjectivi more uſurpatur. Subſtantive in num. ſingulari eſt indeclinabile (nec pro en ponitur, quod Græce *χίλιοι* dicitur, ſed quod *χιλιάς*: & ſicuti una *χιλιάς*, & duæ *χιλιάδες*; ita *unum mille*, & *duo mille*, certa, atque directa ratione dicitur: quæ fuet verba *Gellii l. c. c. 16.* & *Macrob. l. 1. Saturn. c. 5.*) in plurali declinatur *milia, milium, milibus*: ſempei autem genitivum eqni. *Cland. Quadrigar.* apud *Gell. ibid.* Ibi occiditur mille homicum. *Cic. pro Mil. c. 20.* Quo in fundo, propter infanas illae ſubſtructiones, ſecile mille homicum verſabatur valentium. *Varr.* apud *Gell. ibid.* & *Macrob. l. 1. Saturn. c. 5.* Plus mille & centum annorum eſt. *Cic. 6. Phil. c. 5. extr.* Quis L. Antonio mille nummum ferrat expenſum? *Id. pro Rabir. Poſt. c. 11. a med.* Mille talentum acceſſionem eſſe factam. *Cato* apud *Gell. loc. cit.* Inde eſt ferma mille paſſuum. *Plaut. Mil. 4. c. 87.* Mille annorum perpetuo vivunt. ¶ In ſexto caſu olim dixere *milli*, quaſi *mille, ie*, declinaretur: vel metri cauſa. *Lucil. l. 15.* apud *Gell. ibid.* & *Macrob. loc. cit.* Hunc milli paſſum qui vicerit, etque duobus, &c. & *lib. 9.* Tu milli nummum potes uno quærere centum. *b. c.* potes mille nummie acquirere centum millia. Ubi nota Unum mille, *un migliaje*. ¶ In plurali *Cic. Phil. 14. c. 5.* Si quie Hiſpanorum, aut Thracum mille, aut duo millia occidiſſet. *uno, a duo mila. Id. pro Rabir. c. 8.* Decem millia talentum Gabinio eſſe promiſſa. *Liv. l. 10. c. 20.* Cæſa ad ſex millia hominum: duo millia & quingenti capti. *Juſtin. l. 11. c. 9.* Cæſa ſunt peditum unum & ſexaginta millia, equitum decem millia. *Cic. pro Cluent. c. 31.* Quadraginta iſtorum acceſſio millium quid valet? *Id. 1. de nat. Deor. c. 34. ad fin.* Sexcenta millia mundorum. *Id. pro Dom. c. 22.* Illa tot virorum fortiſſimorum millia. *Liv. l. 34. c. 52. a med.* Philippei nummi aurei quatuordecim millia, quingenti quatuordecim. (Eodem modo locutus eſt *l. 39. c. 5.* Adde *Colum. l. 5. c. 1.*) *Id. l. 44. c. 14.* Binum millium æris ſingulie miſſum munue. *Virg. 5. Æn. v. 75.* Ille e concilio multis cum millibus ibat Ad tumulum. *Cic. Verr. 4. c. 22.* Huic hereditae H-S quingentorum millium veeeret a muliere quadam. ¶ *Mille paſſuum* ſpatium militiarii ſignificat, *un miglio, un migliajo. Cic. Attic. l. 4. ep. 16. ad fin.* Septa cingemus excelſa porticu, ut mille paſſuum conficiatur. *Id. pro Sext. c. 12. in fin.* Edixit ut ab urbe abeſſet millia paſſuum docenta. ¶ Ieterdum vox *paſſuum* omittitur. *Cic. Attic. l. 3. ep. 4.* Ut mihi ultra quadringenta millia licerat eſſe. *Salluſt. in Jug. c. 114.* Circites duum millium ietervallo. *Liv. l. 9. c. 44.* Hoſtes ſecutos, duo millia inda, locis mueitie & ipſos confediſſe. ¶ Cum adjective adhibetur, ſemper eſt indeclinabile, & plnralie tantum numeri. *Plaut. ad Cicer. Fam. 10. ep. 9.* Equites mille via brevioce præmiſſi. *Auct. ad Herenn. l. 3. c. penult.* Mille verborum imaginea comparare. *Caſ. l. c. B. Gall. c. 22.* Mille & quingentie paſſibus abeſſe. *Horat. epod. 9. v. 17.* bie mille equos. *Id. l. 2. ſat. 3. v. 61.* Catieaie mille ducetie clamantibue. ¶ Sæpe pro numero indefinito, ſed magno ponitur. *Virg. 4. Æn. v. 701. de Iside.* Mille trahens varios adverſo ſole coloree. *Horat. l. 3. od. 7. v. 12.* Teetat mille valee modo. *Ovid. Heroid. ep. 17. v. 104.* Cum mea virginitas mille petita procie. Si te vidiſſem, primus de mille fuiſſes. ¶ Negat *Gronov. l. 1. de pecun. vet. c. 12. mille* unquam ſubſtantivum eſſe, aut genitivum per ſe regere: multiſque ea de re diſputat. Semper itaque eſſe adjectivum, & plurale, & indeclinabile: ſed neutrum duplex habere, *hoc mille*, & *hoc milles*: priori nos uti, cum hic numerus non exceditur: poſteriori, cum plure ſunt millia. *Catull. carm. 5. v. 7.* De mi baſia mille, deinde centum: Dein mille altera, dein ſecunda centum: Dein eum millia multa fecerimue, &c. Cum vero decimus *mille hominum, mille nummum*, ellipſin eſſe, & intelligi nominativum *multitudo, numerus, nummus*, aut quid ſimile: & cum ait *Liv. l. 23. c. 44. ſub fin.* Mille fere paſſuum inter urbem erant, caſtraque: ſubaudiri poſſe, *mille fere paſſuum compi erant*. Et ie illo *Plaut. Mil. 4. 2. 87.* Mille annorum peeper io vivunt: ſubaudiendum *tempus*. Et in illo *Lucil.* apud *Gell. l. 1. c. 16.* Ad portam mille eſt: ſupplendum *paſſuum ſpatium*, vel *intervallum*. Porro integre locetum eſſe *Virgil.* cum ait *Æn. 10. v. 167.* Sub quo mille meeus juvenum. & *Plaut. Mil. 4. 2. 72.* Plus mihi euri mille eſt modiorum Philippei. & *Valer. Max. l. 8. c. ult. n. 2. extern.* Senatus, qui mille hominum numeea conſabat. Similiter cum legimus, *ſex millia hominum*, intelligi ſine dubio *corpora*: cum *decem millia talentum*, intelligi *pondo*: eum *mille nummum*, intelligi *auri pondere* vel *eum*: cum *trie millie ſuperiani*, intelligi *ſpatie*, &c. Hæc ſine abſurda non ſunt, ſed alicubi durluſcula. ¶ *Mile*, & *milia* ſimplici *l* ſæpiſſime ſcriptum reperitur in vetec. codicib. & monum. telle *Pter. ad Virg. 4. Georg. v. 473.* & *Broukuſ. ad Propert. l. 1. el. 5. v. 20.* & confirmante *Cellar. in Orthograph. ex* Inſcript. apud *Gruter. pag. 835. n. 8.* X. milia numum. & *pag. 868. n. 11.* XC. milia numorum. Sed & *millio* habet ſua præſidia in lapide Ancyrano, & in uſu frequenti.

MILLEFOLIA, æ, f. *millefoglie*, herba eſt cubitali ſcapo, ramoſa, minutioribus, quem fœniculi, ſolie ab imo veſtita. Utiliſſima habetur ſanandis vulneribus: unde & *herba militaris* appellatur. *Plin. l. 25. c. 5. & lib. 24. c. 18.* ¶ *Milleſolium, ii*, n. apud *eund. l. 24. c. 15.* eſt caulis tenee, ſimilis fœniculo, plurimis ſoliis: unde & nomen accepit. Naſcitur in paluſtribus, magnifici uſus ad vulnere: Græce *μυριόφυλλον*, myriophyllon. Etiuria hoc omnine appellat herbam in pratis tenuem, a lateribus capillamenti modo foliofam, eximii uſus ad vulnera. Hæc *Plin.*

MILLEFORMIS. V. *Milliformis*.

MILLENARIUS, a, um, *di mille*, mille coetinene. *Auguſtin. l. 20. de civ. Dei, c. 7.* Millenarius numerue denarii numeri quadratum ſolidum reddit.

MILLENI, æ, a, *mille, χίλιοι*, nomen numerale diſtributivum, quo & extra diſtributionem Poetæ utuntur. *Plaut. Bacch. 4. 9. 4.* Atridæ Priami patriam millenum numeea navium decumo anno poſt ſubegerunt.

MILLEPĒDA, æ, f. animal e vermibus terræ, ob eliie *centipeda*, & *multipede* dictum, pilofum, multie pedibus enuetim repens, tactuque contrahens ſe: miſcoe (*ὀνίσκος*) Græci vocant, alii tylon (*τύλος*.) Illam autem, quæ non arcuatur, ſepa (*σῆπα*, a *σήπω*, *ἀνάδε*, quod a *σῆπω*, putrefacio.) Græci vocant, alii ſcolopendrem, minorem, pernicioſemque. Hæc ee *Plin. c. ult. l. 29. Id. l. 20. c. 2.* Foha pepotum ſanant morſus millepedæ: ſepa Græci vocant, oblongam, pilofis pedibus, pacori præcipue eocivem: motſum tumor inſequitur, & putreſcit locue.

MILLESIMUS, a, um, *milleſime*, *χιλιοστός*, nomen numerale ordinie: a *mille*. *Cic. Attic. l. 2. ep. 4.* Ex libro Serapieme milleſimum partem vin intellign. *Id. de Fato, c. 7.* Quinquam id milleſimo eo anno Apollinie oraculo uditum eſſet. *Perſ. ſat. 3. v. 17.* an decet pulmonem rumpere ventis, Stemmate quod Tuſco ramum milleſime ducis? *b. c.* tu milleſimue, nempe DCCCCXCVIIII. ante te majores habeme. *Ovid. Heroid. ep. 13. v. 97.* Ieter mille ratee tus ſit milleſima puppie. *b. c.* ultima. (Eodem modo locutus eſt *Seneo. in Agam. v. 455.*) *Gell. l. 14. c. 1. ad fin.* Pra ceteriæ, quæ mentiuntur, pare ea non eſt milleſima. *Senec. l. 3. de Ira, c. 33.* Uſura milleſime. *b. c.* qua pra mille nummie unes quot menſibus penditur: quæ peeſio mille menſibus ſortem æquat, & mieimus fenoeie modus eſt. *Petron. in fragm. Trogur. c. 67. Burm.* Habeo decem pondo armillam, ex milleſimie Mercurii factam. *b. c. ex* uſuris milleſimie, vel ex milleſima cujuſcumque lucri parte, Mercurio vota.

MILLIĀRE, is, n. idem ac milliarium: a *mille*. *Cic. Attic. l. 6. ep. 1.* Accepi tuas litteras ad quintum milliare Laodiceæ, quas legi libentiſſime. Ita ie aliquibue MSS. legit *Victorius*: Critici reliqui *a. d. quintum Terminales*.

MILLIARENSIS, e, adject. millieriue, ut Millierenſis porticue, *Vopiſc. in Aurelian. c. 49.* Sic dicta vel a mille columnie, quas haberet, vel quod mille paſſue, vel pedes longa eſſet. Sic eeim vatie exponunt Interpretes, qui eodem modo accipiunt & *milliarias porticus*, quæ legnntur *in Sueton. Neron. c. 31.*

MILLIARIUS, & Miliarius, a, um, *di mille, χιλιοστός*, mille continens, millenarius. *Varr. l. 8. de L. L. c. 49. ſub fin.* Decuriæ milliariæ. *Id. l. 2. R. R. c. 10. ſub fin.* Gregee nvium milliacios facere. & *lib. 3. c. 1. a med.* Milliarius clivus. *b. c.* mille paſſuum. *Senec. ep. 110. a med.* Apri milliarii. *b. c.* mille libraeum pondere. *Plin. l. 17. c. 12. ad fin.* In Africa (fides penes auctores erit) milliarias vocari multas oleas, aserant, a pondere olei, quod ferant anmuo proventu. *Plin. olter l. 7. ep. 31.* Præerat alæ milliariæ. *b. c.* mille militum. Adde *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 481. n. 4.* Sic Milliaria cohors, *Veget. de re milit. l. 2. c. 6.* quam *Id. ibid.* habuiſſe dicit pedites mille centum quinque, equites locicatos centum triginta duos. *Suetou. in Ner. c. 31.* Milliariæ porticus. *b. c.* mille pedum. V. *Milliarenſis*. ¶ *Milliarium eunorum* apud *Auguſtin. l. 20. de civ. Dei, c. 7.* eſt mille annorum ſpatium. Sic *milliarium annum* apud *Tertullian. de Anim. c. 31.* ¶ *Milliarii, orum*, dicti ſunt a *Hieronymo*, & *Auguſtino* Hæreticis, qui ieter alia docebant, mille annos poſt reſurrectionem in terrenm regno Chriſti, ſecundum cornales ventrie & libidinia voluptates, futuros, ut ait *Auguſtin. de Hæreſib. n. 8.* Adde *lib. 20. de civ. Dei, c. 7.* & *Hieronym. in profeſſione in lib. 18. in Eſai. a med.* ¶ Græco vocabulo *Chiliaſtæ*, *χιλιασταί*, ſunt appellati. *Auguſtin. loc. cit.* ¶ *Milliarium* abſolute eſt coluraella, ſeu lapis erectus in viis, præſertim militaribus, inſcriptee habens notas, quibus millia quæque paſſuum ſignificantur, ut & in *Lapis* dictum eſt. *Cic. in Bruto, c. 14.* Cum plebes prope ripam Antemis ad tertium milliarium confediſſet. *Id. Attic. l. 8. ep. 5.* Poſtea andivi, a tertio milliario multa male eum dixiſſe capiti ſuo. *Suetou. in Ner. cap. 48.* Offerente Phaonte ſuburbanum ſuum circa quartum milliarium. *Frontin. de aquæduct. art. 6.* Concipitur Anio vetue ſupra Tibur, vigeſimo milliario extra Portam. & *artic. 5.* Concipitur Appia via Prænoſtina inter milliarium ſeptimum & octavum. & *artic. 71.* Ad ſeptimum ab Urbe milliarium. & *artic. 22.* Citra quartum milliarium. & *ibid.* Intra ſecundum milliarium. *Vet. Lap. in Muſ. Veron. pag. 241.* Imp. Cæſ. L. Sept. Severus ..... & Imp. Cæſ. Mar. Aur. Antoninus Pius ..... miliaria vetuſtate conlapſa reſtitui juſſerunt. ¶ *Milliarium* dicta fuit columna ab Auguſto in cepite Romani Fori ſtatuta, in quam deſi-

desinebant omnes viæ Romam ferentes. *Plin. l.* 3. *c.* 5. Adde *Suet. in Oth. c.* 6. & *Tacit. c. Hist. cap.* 27. qui *miliarium aureum* appellant, quia columna illa auro lita erat. ¶ Videtur & ipsum spatium *milliarium* dici posse, *an negem. Suet. in Ner. cap.* 31. Fossam inchoabat longitudinie per centum sexaginta milliaria. ¶ Denique milliarium (sæpius *miliarium*, γραμμάριον) vas fuit altum & angustum (ut calligitur ex *Pallad. in sept. l.* 5.) sed ingentis capacitatis (unde & nomen) calefaciendæ aquæ in balneo positum, *caldaria*: de quo ita *Pallad. l.* 1. *tit.* 40. Miliarium vero plumbeum, cui area patina fabefit, inter solarum spatia forinsecus Ratuamus, fornace subjecta: ad quod fistula frigidaria dirigatur, & ub hoc ad solium similis magnitudinis fistula procedat, quæ tantum calidæ ducat internus, quantum fistula illi frigidi liquoris intulerit. *Senec. l.* 3. *quæst. nat. c.* 24. Facere solemus diaconos, & miliaria, & complures luminas, in quibus ære tenui fistulas struimus, per declive circumdatas, ut sæpe eundem ignem ambiens aqua, per tantum fluat spatii, quantum efficiendo calori sat est. Frigida itaque intrat, effluit calida. *Id. ibid. l.* 4. *c.* 9. minora miliaria memorat: unde patet, variæ magnitudinis fuisse: *Ulpian. vera Dig. lib.* 34. *tit.* 1. *leg.* 20. *a med.* etiam argentea, & inter coquinaria vasa recensetur. ¶ In trapetu *miliarium* est vas, in quod expressus liquor excipitur: in cujus medio stat ferrea columella, quæ molam sustinet. *Cato R. R. c.* 20. & 22. ¶ De ratione scribendi V. *Mille* in fine.

MILLIES, *mille vices*, χιλιάκις, milla vicibus: & ponitur etiam pro sæpissime. *Cic. pro Rabir. perduell. c.* 5. Moreretur prius acerbissima morte milliea Gracchus, quam, &c. *Terent. Eun.* 3. *c.* 32. Plus millies audivi. *Plin. l.* 2. *c.* 13. Quinquies millies. *Valer. Max. l.* 3. *c.* 7. *n.* 1. Bis millies. *Vitruv. l.* 2. *c.* 6. Semel & tricies millies mille. *trecenta un millionia*, & *mox*: Ter millies mille. *tre unilioni*.

MILLIFORMIS, e, mille formarum, multiformis. *Prudent. Cathemer. 9. v.* 55. Pulsa pestia lubricorum millifórmia dæmonum. Al. leg. *multiformium*.

MILLUS, i, m. *collare de cane*, collare canum venaticorum, factum ex corio, confixumque clavis ferreis eminentibus, adversus impetum luporum. Scipio Æmilianus ad populum: Vobis, inquit, reique publicæ præsidio eritis, quasi millus cani. Hæc *Festus*. ¶ *Millus, i*, n. quidam leg. in illo *Varron. l.* 2. R. R. *c. 9. ad fin.* Ne vulnerentur a bestia, imponuntur his collaria, quæ vocantur millum ideft cingulum, circa collum ex corio firmo, cum clavulis capitatis, quæ intra capita infuntur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri. Sed plerique al. leg. *melium*, seu *malium*.

MILO, & Milon, onis, m. Μίλων, athleta Crotoniensis. Tantæ fortitudinis fuit, ut taurum in Olympico certamine ictu nudæ dextræ occiderit, & sine fatigatione per stadii spatium supra humeros portaverit, totumque eo die comederit. Huic malum tenenti digitis nemo poterat extorquere. Dum constitisset, nemo eum valebat vestigio educere. In senectute, cum nimia nervorum fiducia uberem in parte media hiantem diducere vellet, brachus hinc inde constrictis, & deficiente conatu retentus, lupis fuit præda. *Gell. l.* 15. *c.* 16. *Valer. Max. l.* 9. *c.* 12. *sub fin. Plin. l.* 7. *c.* 20. *Ovid. in Ibin, v.* 611. Utque Milon, robur diducere fissile tentes, Nec possis captis inde relcere manus.

MILONIANUS, a, um, ad Milonem pertinens. *Balb. ad Cicer. post epist.* 7. *l.* 9. *ad Attic.* Miloniana tempora. *i. e.* quibus T. Annius Milo accusatus est. Unde & oratio a Cicerone pro eo habita, Miloniana dicitur.

MILTITES LAPIS, μελίτης λίθος, genus lapidis hæmatitæ, colore rubricæ, vel mini. nam *minium* minium est. *Plin. l.* 36. *c.* 20. *sub fin.*

MILTOS, i, f. μίλτος, Græca appellatio coloris ejus, qui Latine *rubrica* dicitur. *Plin. l.* 33. *c.* 7. Tropæis temporibus rubrica in honore erat. Milton vocant Græci: minium quidam, cionabari. Ita enim *Harduin.* distinguit. ¶ Alii minium interpretantur apud *Vitruv. l.* 9. *c.* 3. Signans cera ex milto, quæ effet expertus. *i. e.* miniata cerula, ut ait *Cic. Attic. l.* 15. *ep.* 14. *extr.*

MILVA, æ, f. a *milvus*, convicium est in feminam nimis avidam & rapacem. *Petron. in fragm. Tragur. c.* 75. *Burm.* Suadeo, bonum tuum concoques, milva.

MILVAGO, ginis, f. genus piscis, qui & milvus: *pesce vandino*, at quidam putant. *Plin. l.* 32. *c.* 2. Milvago quoties cernuntur eatra aquam volitans, tempestates mutari.

MILVINUS, a, um, ad milvum pertinens. *Plin. l.* 37. *c.* 10. *a med.* Milvinæ plumæ. ¶ Refertur ad rapacitatem. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 2. *r.* 2. Licinium plagiarium cum suo pallo milvino tributa exigere. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 62. An invenire possulas queuquam coquum, nisi milvinis, aut aquilinis unguibus? *Petron. in fragm. Tragur. c.* 41. *Burm. sub fin.* Mulier, quæ mulier, milvinam genus. ¶ *Milvina fames* est vehemens orexis & rabida. *Plaut. Mon.* 1. 3. 19. Madida quæ mihi appolita in mensam, milvinam suggerant. ¶ *Milvinus per* apud *Colum. l.* 12. *c.* 7. nomen ut herbæ milvi pedem referentis. Fortasse est catanance, quam *Plin. l.* 27. *c.* 8. tundit, arescentem contrahere se ad speciem unguium milvi examinati. ¶ *Milvina ulcera* dicuntur, quæ sunt acutissimi soni. *Festus*, & *Solin. c.* 5. (*al. t.* 11.) *a med.* ¶ Scribi potest & *malvinus* quadrisyllabum.

MILVIUS PONS. V. *Mulvius*.

MILVUS, & Milvus, & Milius, i, m. *nibbio*, *ἰκτῖνος*, avis ex genere accipitrum, sed major, rapacissima, & semper famelica. Tenditur ut solstitiis affici podagra. Hibernis mensibus latet. Videtur ariem gubernandi docuisse caudæ flexibus. *Plin. l.* & *cap.* 10. *Cic. de nat. Deor. cap.* 49. Milvo est quoddam bellum quasi naturale cum corvo, ergo alter alterius, ubicunque nactus est, ova frangit. *Horat. epod. ep.* 16. *v.* 31. juvet ut tigres subsidere cervis, Adulteretur & columba milvin. (de re impossibili.) *Phædr. fab. ult. l.* 1. Columbæ sæpe cum fugitent milvium, Et celeritate pennæ vitassent necem, &c. *Ovid.* 2. *Amor. el.* 6. *v.* 34. Vivit edax vultur, ducensque per aera gyros Milvius. *Id.* 2. *Metam. v.* 716. Ut volucria visis rapidissima milvius extia, Flectitur in gyrum, &c. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 13. male ego metuo miluos: mala illa bestia est: ne forte mu auferat pullum tuum. *Milvus* legunt Critici etiam in locis *Phædri*, & *Ovidii* allatis. hanc enim usu veterem, probam, frequentioremque scripturam. ¶ Translate dicitur de homine rapaci atque avido. *Plaut. loc. cit.* ¶ De eo, qui ingentes possessiones habet, proverbiali locutione dicimus, tantum habere, quantum milvi volant. *Petron. in fragm. Tragur. c.* 37. *Burm.* Trimalchio fundos habet, quam (*i. e.* quantum) milvi volant. *Pers. sat.* 4. *v.* 26. Dives arat Curibus, quantum non milvus oberret. *Juvenal. sat.* 9. *v.* 55. tot prædia servas Appula, tot milvos intra tua pascua lassos. ¶ Est etiam piscis hoc nomine, saltu se supra mare attollens, summisque undis discurrens, volanti similia, prædæ causa: quem nonnulli putant esse *pesce vandino*. *Ovid. in Halieut. v.* 95. Hippuri celeres, & nigro tergore milvi. *Horat. l.* 1. *ep.* 16. *v.* 50. Cautus enim metuit foveam lupus, accipiterque Suspectos laqueos, & apertum miluus hamum. ¶ Item signum cælestc, quod vergit ad Ursam majorem, in parte inferiore. Cum terra monstrum mirabile edidisset, quod superiora parte taurus erat, inferiore serpens, Parearum monitu inclusum statim fuit apud Stygiam paludem, in nigra silva, triplici muronum ferm. Indu oraculum fuit, qui flammis viscera ejus monstri adolenda dedisset, eum posse æternos deos vincere. Igitur quando Saturnus a Jove filio en regno expulsus fuit, Titanas, fratrem scilicet, ac nepotes, in arma adversus Jovem concitavit. In his Briareus facta ex edamante securi taurum interfecit. Flammis exta jam jam daturus erat, cum Jupiter avibus imperavit, ut illu exta raperent. Rapta u milvio fuere. Ita Jupiter Titanas vicit, & milvium immortalitate inter sidera donavit. *Ovid.* 3. *Fast. v.* 793. & *sequentib.* Nonnulli dicunt, milvium ideæ inter stellas fuisse collocatum, quod Jovi elapsum unulum retulerit.

MIMA, æ, f. *commediante*, mulier gesticulatrix. *Cic.* 2. *Phil. c.* 24. Inter quos aperta lectica mima portabatur. Adde *Horat. l.* 1. *sat.* 2. *v.* 56.

MIMALLÔNES, um, f. Μιμάλλονες, mulieres sacerdotes Bacchi, al. Bacchæ, Thyades: u Mimante Ioniæ monte, vel a μιμεῖσθαι, imitor, quod Liberum Patrem imitarentur, & ad ejus imitationem cornua ferrent. *Strab. 4. Theb. v.* 660. Post exsultantes spolia ornamentalia portant, Semineesque lupos, scissasque Mimalloos ursas.

MIMALLONÆUS, a, um, ad Mimallones pertinens. *Pers. sat.* 1. *v.* 99. Torva Mimalloneis implerunt cornua bombis.

MIMALLÔNIS, idis, f. Baccha, sacerdos Bacchi, patron. fem. a *Mimallones*. *Ovid. l.* 2. *de art. am. v.* 541. Ecce Mimallonides sparsis in terga capillis.

MIMARIUS, a, um, ad mimum pertinens, mimicus, ut *Mimarii scurræ* apud *Capitolin. in Vero*, *c.* 8.

MIMAS, antis, m. *Capo Scillaro*, Μίμας, mons, & prom. Ioniæ prope Colophonem urb. quod contra Chium insulam porrigitur, intus Lebediæam urb. attingit. *Plin. l.* 5. *c.* 29. *a med.* & *Ovid. Metam.* 2. *v.* 221. ¶ Item Gigantis nomen, quem Jupiter fulmine percussit. *Horat. l.* 3. *od.* 4. *v.* 53. Sed quid Typhoeus, & validus Mimas, &c.

MIMESIS, is, f. μίμησις, imitatio morum alienorum, Figam cognata Ironiæ, quando non verba modo, verum etiam vocem, gestumque alicujus imitamur, quod fere deridentes improbantesque facimus. *Quintil. l.* 9. *c.* 2. *circa med.* sed Græce. Exemplum hujus Figuræ habes apud *Terent. Eun.* 1. 2. 75. & *Virgil. Æn* 4. *v.* 376.

MIMICE, adverb. *da commediante*, *da buffone*, μιμικῶς. *Catull. carm.* 43. *v.* 8. Turpe incedere mimice, ac molestc. *Tertull. in Apolog. c.* 46. Mimice philosophi affectant veritatem.

MIMICUS, a, um, *comico*, *buffonesco*, μιμικός, ad mimum pertinens. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 59. Ne aut scurrilis jocus sit, aut mimicus. *Petron. in Satyr. c.* 94. *extr.* Nec Eumolpus interpellaverat mortem mimicam. *i. e.* fictam, simulatam, ut sit in mimis & comœdiis. *Plin. l.* 7. *ep.* 29. Res mimicæ & ineptæ.

MIMIJAMBI, & Mimiambi, orum, m. sunt mimicæ fabulæ, versibus plerumque jambicis conscriptæ. Cn. Mattii, seu Matii Mimiambos laudant *Gell. l.* 10. *c.* 24. *l.* 15. *c.* 25. & *lib.* 20. *c.* 9. &c. & *Terentian. Maur. de metr. pag.* 2437. *Putsch.* ¶ Item versus senarii jambici ad similitudinem eorum, quibus mimi utuntur. *Plin. l.* 6. *ep.* 21. Scripsit mimiambos tenuiter, argute, venuste, atque in hoc genere eloquentissime.

MIMITIA VETUS, & Mimitia frumentaria, duo loca, seu ædificia sunt, quæ u *Sex. Rufe*, & *P. Vitt* ponuntur in Regione nona Urbis Romæ, ad Circum Flaminium. Al. leg. *Minutia*, seu *Menucia*, & portam intelligunt a quodam Minucio sive deo, sive cive R. dictam. V. *Minucia*. *Lamprid. in Commodo*, *c.* 16. Hercules signum æneum fudavit in Mioutia per plures dies. Ubi *Casaubon.* Veteri, inquit, ut puto, nam ulterius *Frumentaria* cognomios distinguebant. *Apul. de Mundo*, *ad fin.* Decuriones ad confessum publicum commeahuut: & alius ad Minuciam frumentatum venit, &c. Hæc est *Frumentaria*, quia ibi tesseræ frumentariæ populo distribui solebant u procuratoribus annonæ, ut fusticatur *Lipsi. l.* 1. *c. Elect. c.* 8. Quo pertinere videtur *Inscript.* apud *Gruter. pag.* 302. *n.* 4. L. Dulio Marino Proc. Minuciæ, Proc. alimentorum, &c. Aliter hæc *Guther. de offic. dom. Aug. l.* 3. *c. ult.* ¶ Pro *Mimitia*, aut *Mimetia* legitur & *Mi-*

Minicio io trib. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 54. *n.* 6. & *pag.* 381. *n.* 1. & 3. in quibus habetur *Curator aquarum*, & *Miniciæ*. Non tamen affirmaverim, eandem ram eſſe.

MIMNERMUS, i, Poeta Græcus ſeptem Sapientibus antiquior, aut æqualis, elegiaco carmine valde concinnus ac ſuavis, & pentametri verſus inventor habitus. *Propert. l.* 1. *el.* 9. *v.* 11. Plus in amore valet Mimnerni verſus Homero.

MIMOGRAPHUS, i, m. μιμογράφος, laſcivi, ſeu ridiculi poematis ſcriptor, ut fuere Cn. Mattius, Publius, Laberius. *Suetom. de Grammatic. illuſtr. c.* 18. Circa ſcenam verſatus eſt, dum mimographos adiuvat.

MIMOLOGUS, i, m. μιμολόγος, mimographus, mimus. *Jul. Firmic. l.* 8. *c.* 8. Pantomimos facit, aut mimologos.

MIMULA, æ, f. dimin. a mima. *Cic.* 2. *Phil. c.* 25. Veniſti Bruduſium in ſinum quidem & compleanum tuæ mimulæ.

MIMULUS, i, m. diminut. parvus mimus. *Arnob. l.* 2. *pag.* 69. *edit.* Quid pantomimos, quid mimulos, &c.

MIMUS, i, m. *buffone*, *commediante*, μῖμος, geſticolatus, imitator laſcivus ac petulans factorum, dictorumque, ac morum alienorum, colligendi riſus cauſa, in ſcena, vel aatea. *Diomed. l.* 3. *pag.* 488. *Prifcian.* Mimus dictus παρὰ τὸ μιμεῖσθαι, quaſi ſolus imitetur, cum & alia poemata idem faciant: ſed ſolus quaſi privilegio quodam, quod ſuit commune poſſedit. ¶ Differt ab hiſtrione, qui certæ alicujus perſonæ, & in ſcena tantum, & perſonatus & ſoccatus (ſi palliata ſit Fabula) imitationem peragit: mimus autem etiam extra ſcenam, & ſine larva & ſoccis (unde & *planipes* dicitur) & quarumlibet perſonarum acta, & dicta riſus cauſa perſequitur. Præterea mimi eſt propria obſcenitas, ut eſt apud *Cicer.* 2. *de Orat. c.* 59. *fub fin.* non item hiſtrionum. *Diomed. l.* 3. *pag.* 487. *Priſcian.* Quarta ſpecies Fabularum eſt Planipedis, qui Græca dicitur Mimus, quia actores planis pedibus, ideſt nudis proſcenium intrarent, non, ut Tragici actores, cum cothurnis, neque, ut Comici, cum ſoccis: ſive quod olim non in ſuggeſtu ſcena, ſed in plana orcheſtræ poſitis inſtrumentis mimicis actitabant. *Ovid. l.* 1. *de art. amand. v.* 501. Et plaudas, aliquam mimo ſaltante puellam. ¶ Item ipſum poema, & fabula, qua Mimus aliorum morem imitatur. Differt a comœdia, quia in hac ſunt certæ partes ſeu actus, quibus connexio, & ſolutio alicujus negotii continetur: in mimo nulla eſt conſtitutio fabulæ, nec certus exitus. *Cic. pro Cæl. c.* 27. Mimi ergo eſt jam auctus, non fabulæ, in quo cum clauſula non invenitur, fugit aliquis e manibus, deinde ſcabilla concrepant, aulæum tollitur. *Ovid.* 2. *Triſt. v.* 497. Quid, ſi ſcripſiſſem mimos obſceus jocantes? & *verſ.* 515. Scribera ſi fas eſt imitantes turpia mimos. & *verſ.* 518. Quodque libet, mimis ſcena licere dedit. *Cic. Phil.* 11. *c.* 6. Commentari mimos. *Suetom. in Calig. c.* 57. Et cum in Laureolo mimo, in quo actor prompiscus ſe ruina ſanguinem vomuit, cruenta ſcena abundavit. *Id. in Cæſ. c.* 39. Ludis D. Labacius eques R. mimum ſuum egit. ¶ Sunt quidem in Veterum Mimis, qui hodieque exſtant, pulcherrimæ multæ, graviſſimæque ſententiæ, quas eorum finis erat docere, caſtigare, mores corrigere. Sed quia illud item ſtudebant, ut delectarent, ejuſque rei cauſa nec verbis, nec geſtibus obſcenis abſtinebant, immo hæc data opera captabant, habiti ſunt apud bene moratas urbes nullo in pretio, & ſiſcubi etiam nunquam admiſſi: quod de Maſſilienſibus narrat *Valer. Max. l.* 2. *c.* 6. *n.* 7. ¶ Celebres Romæ fuere Mimi P. Laberius, P. Syrus, Philiſtion Nicænus, Cn. Mattius, Lentulus, M. Marullus, &c. de quibus *Voſſ. l.* 2. *inſtitut. Poetican. c.* 33. ¶ Translate *mimus* eſt quodvis ridiculum factum, & quaſi fabula riſu digna, præſertim quæ ficta tota eſt, & fimulata, *favola*, *coſa ridicola*. Sic *Suetom. in Calig. c.* 45. *de fella Caligulæ triumpho*. In hoc quoque mimo prætor modum intemperans. *Id. in Oth. c.* 3. *de feſtis & ridiculis temporis*. Ne pœna uacior mimum omnem divulgarat. *Plin. l.* 7. *c.* 12. Antiocho regi Artemon in tantum ſimilis fuit, ut Laodice conjux regia, necato jam Antiocho, mimum pet eum commendationis, regnique ſucceſſionis peregerit. *Senec. ep.* 80. *a med.* Nec enim ullo exemplo efficacius exprimitur hic humanæ vitæ mimus, qui nobis partes has, quas male agamus, affigunt. & *epiſt.* 26. Non timide componor ad illum diem (*mortis*) quo de me judicaturus ſum, numquid ſimulatio fuerit, & mimus, quidquid contra fortunam jactavi verborum contumacium.

MIN, legitur apud *Auſon.* in *monoſyllab.* pro minio uſurpatum. V. *Al.*

MIN'? hoc eſt, mihi us? *Pœrſ. ſat.* 1. *v.* 2. Min' tu iſtud uis?

MINA, æ, f. μνᾶ, libra, nummus, apud Græcos. Mina Attica continebat ſtateres vigintiquinque, ſive, quod idem eſt, centum Atticas drachmas: eraſque major Romana libra drachmis quatuor. Nam hæc nonaginta ſex tantum pendebat drachmas. Sed hoc de mina nova intelligi debet, quæ & Solonis mina a quibuſdam appellatur. Conflat enim, minam Atticam antiquitus fuiſſe drachmarum tantum ſeptuaginta quinque, quæ, auctis poſtea a Solone ponderibus, mina vetus appellata eſt. *Plin. l.* 21. *c. ult. Rhemnius Fannius de ponderibus*, & *menſur.* ſentire videtur, minam Atticam eam eſſe, quæ conflat ſeptuaginta quinque drachmis, quam nos minam veterem vocavimus, alteram vero, quæ centum conflat drachmis, minam Græcam vocari. Scripſit enim *v.* 32. Accipe præterea, parvn quam nominus Graji Mnam vocitant, noſtrique minam diaere priores. Centum hæ ſunt drachmæ. quod ſi modo dempſeris illis Quatuor, efficies hanc noſtram denique libram: Attica quæ fiet, quartam ſi dempſeris hinc, mna. *ideſt* ſi dempſeris vigintiquioque drachmas, quæ eſt quarta pars numeri centenarii. Demptis igitur 25. ex 100. remanent 75. ¶ Quoties autem apud Scriptores minæ mentio occurrit, de mina nova intelligendum eſt, quæ epitriti proportionem habet ad minorem, ſeu veterem minam: quemadmodum & talentum majus ad talentum minus, ideſt quarta parte major eſt. ¶ *Mina* etiam menſuræ genus eſt, qua agros metimur, qui & modius dicitur, & actus quadratus. Habet ea omni parte pedes centum vigiuti. *Varr. de R. R. l.* 1. *c.* 10. ut quidam leg. cum pleriqus al. aliter. ¶ *Mina ovis* dicitur, quæ ventre eſt glabro, ita dicta fortaſſe, quia minus habet lanæ. *Varr. l.* 2. *de R. R. c.* 2. Pecus ovillum recte ſanum eſt aatra luſcum, ſordam, minam, ideſt ventm glabro. ¶ Item mamma, quæ lacte deficit. *Feſtus*: Minam Ælius vocitatam ait mammam alteram lacte deficientem, quaſi minorem factam. ¶ Denique *mina* ſingulari num. *minaccia*, pro eo quod pluralitur dicimus *minæ*, *arum*, uſurpata ſuit a *Cæcilio*, teſte *Feſto*.

MINACIÆ, arum, f. *minaccie*, minæ, apud Vet. *Plaut. Rud.* 3. 5. 26. Minacias ego iſtas Bocci non facio tuas. Adde *Milit.* 2. 4. 21. & *Trucul. a.* 5. *v.* 56.

MINACITER, adverb. *minaccievolmente*, ἀπειλητικῶς, cum minis. *Cic. c. de Orat. c.* 20. Et adverſarios minaciter terrere poſſemus. *Id. Phil.* 5. *c.* 8. Num putatis, diaiſſe eum minacius, quam facturum fuiſſe? *Plin. l.* 8. *c.* 50. Torreos capidus pontem minacites ſubterBuens.

MINÆ, arum, f. *minaccie*, ἀπειλαὶ, metus inſonſin pee verba & ſigna territantia. *Cic.* 5. *de Orat. c.* 58. Virtutem hominibus inſtituendo & perſuadendo, non minis, & vi, ac motu tradi. *Id. pro Font. c.* 11. *a med.* Eorum minis & terore commoti eſſa videramini. *Id. pro Mur. c.* 28. Accuſandi terrores & minæ, quibus tu quotidie utê ſolebas. *Id. pro Cluent. c.* 8. Aliquem clamora ac minis inſequi. *Id. pro Quinct. c.* 14. *a med.* Minas jactare, pericula intendera, formidines oppunere. *Salluſt. in Jug. c.* 27. *in fin.* Minas graven nuntiare alicui Senatus verbis. *Tacit. Ann.* 3. *c.* 36. Probra & minas alicui intendere. *Ovid. 6. Metam. v.* 361. minas & convicia adjicere. *Phædr. in fin. fab. 6. l.* 3. Vanas minas exercere. *Paul. Dig. lib.* 35. *tit.* 3. *leg.* 4. Luſorias minas alicui facera. *Hirt. de B. Afric. c.* 91. Nec minis, nec precibus moveri. *Stat. l. Theb. v.* 188. Quas gerit ore minas! quanto premit omnia ſaltu! *Ovid. l. Amor. el.* 7. *v.* 46. cigidas minas iutonare. ¶ Translata *Flor. l.* 2. *c.* 8. Ad hæc cæleſtes minæ territabant, cum humore continuo Cumanus Apollo ſudaret. *Propert. l. c. el.* 27. *n.* 6. Aſpice, quam ſævas increpat ſura minas. & *lib.* 3. *el.* 8. *v.* 6. ſient aere venti, Ponas & in ſicco molliter unda minas. *Tibull. l.* 2. *el.* 6. *v.* 58. Huberens minas negligere. *Ovid. Heroid. ep.* 12. *v.* 208. Adverſumque minas frigoris arma perat. *b. e.* veſtes frigori depellendo. *Id.* 2. *Metam. v.* 857. *de tauro.* Nullæ in fronte minæ, nec formidabile lumen. *Virg.* 3. *Georg. v.* 421. *de equo.* Tollentemque minus, & ſibila colla tumentem. ¶ De verbis, quibus atuntur bubulci bubus agendis, *Ovid. e. ex Pont. ep.* 8. *v.* 55. Et diſcam Getici quæ norunt verba juvenci: Adſuetas illis adjiciamque minas. ¶ In ſingulari num. V. *Mina* in fins. ¶ Sunt etiam *minæ* eminentiæ murorum, pinnæ, *merli delle mura*: a *minando*, h. e. eminendo. *Virg.* 4. *Æn. v.* 88. Pendent opera interrupta, minæque Murorum ingentes.

MINANTER, adverb. idem ac minaciter. *Ovid.* 3. *de art. am. v.* 582. Multaque ſubmiſſe, multa minanter agant.

MINARRIO. V. *Minurio*.

MINATIO, onis, f. *minaccia*, ἀπειλὴ, minæ vel actus minandi. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 72. Colliguntur a Græcis alia nonnulla, exſecrationes, admiationes, minationes. *Tiro Tullius* apud *Gell. l.* 7. *c.* 3. Injuriis ſique imperioſis minationibus confutare.

MINATOR, oris, qui minat, ſeu agit, ut pecora, armenta, &c. *Tertull. l.* 2. *ad Nation. c.* 3. *ad fin.* Animalia per ſe moventur, nullo apparente minatore. ¶ Pro eo qui minatur, caret exemplis.

MINATORIUS, a, um, *minacciaſo*, *terribile*. *Ammian. l.* 17. *c.* 7. *extr.* (*al. c.* 16.) Terræ motus ſonitu auditurue minatorio. Al. leg. *minaci*.

MISER, a, um, *miſero, infelice, miſchino*, δύσμορος, δύσκλης, grumoſus, infelix, afflictus, calamitoſus. *Vett. l. 4. de L. L. c. 17.* ducit a *minus*, cui cum opus eſt, minus nullo eſt. Alii a Græco derivant. *Cic. in Partit. c. 17.* Nihil ſit tam miſerabile, quam ea beato miſer. *Id. 24. Fam. ep. 7.* & *Plaut. Ceſtell. 2. 2. 2.* Miſerri-

mum habere aliquem. *b. 1. affligere, vexare, miserrimum reddere. Id. pro Plaut. 2. 34.* Miseris & laborantibus nihil negare possumus. *Id. pro Quinct. c. 30.* Miser, atque infelix. *Id. Parad. 2. c. 1. Ærumnosus, infelix, miser. Id. 4. Tusc. 1. alc.* M ser, afflictus,ærumnosus, calamitosus. *Terent. Eun. 3. 2. 33.* Servus domini pauperis miserique. *Plaut. Bacch. 5. 1. 20.* Homo miser, & infortunatus. *Cic. pro Cluent. c. 3.* Fortunæ miseræ atque jactatæ alicujus portum ac perfugium esse. *Id. 11. Phil. c. 4.* O multo miserior Dolabella, quam ille, quem tu miserrimum esse volebas. *Plaut. Mil. 4. 2. 76.* Quid illam miseram animi excruciat? *Id. Trucul. 2. 7. 36.* Animo hercle homo suo est miser. *Id. Epid. 4. 1. 1. & Lucret. l 3. v. 120.* Miserum esse eo animo. ¶ Eleganter sermoni interseritur. *Terent. Andr. 5. 2. 20.* Anne eâ intus Pamphilus? crucior, miser. *Lucret. l. 4. v. 1172.* foribus, miser, miscula figit. *Plaut. Capt. 1. 2. 32.* Ossa atque pellis sum, misera, macritudine. ¶ Dolentis, & querentis exclamationes sunt apud *Terent. Adelph. 3. 2. 4.* Miseram me! neminem habeo; solæ sumus. *& 3. 2. 3. Væ misero mihi! & 3. 2. 12.* Me miserum! vis sum compos animi. *& Phorm. 1. 4. 10.* Eheu me miserum! *povero me! infelice me!* *Virg. 6. Æn. v. 20.* tum pendere pœnas Cecropidæ justi (miserum!) septena quotannis Corpora. ¶ Speciatim pro ægroto sumitur, *animalato. Petron. in Satyr. c. 129.* Homini misero non invideo medicinam. *Plaut. Pœn. 5. 2. 43.* Miserum esse prædicat buccam sibi: fortasse medicos nos esse arbitratur. *Id. Trucul. 2. 6. 39.* Quo nunc artam morbo misero sum. *son travagliato. Virgil. de re Veterin. l. 3. c. 18.* Interdum jumentis misero fit coxa. *Terent. Eun. 5. 2. 7.* Miserrimus fui fugitando, ne quis me cognosceret. *b. e.* fatigatus, languidus, lassus, ut & *Donat.* expnoit. ¶ *Misera res*, quæ miseros facit. *Cic. 5. de Fin. c. 28. cattiva sorte.* Bonum liberi, misera orbitas: bonum patria, miserum exilium. *Id. pro Rosc. Amer. c. 28.* O dii immortales! rem miseram & calamitosam! *Id. Catil. 4. c. 6.* Mihi videntur hæc misera atque miseranda. *Id. in fragm. pro Corn. majest. reo* apud *Ascon.* Spectaculum miserum ac funestum. *Id. ad Pompei. 2. post ep. 11. l. 8. ad Attic.* Supplicia miserrima, & crudelissima perferre. *Horat. lib. 1. ser. 4 v. 26.* Misera ambitione laborare. *Val. Flacc. l. 6. v. 418.* misera pestis. *Lucret. l. 3. v. 1065.* Miseræ curæ. *Cic. Attic. l. 8. ep. 11. a med.* Nihil potest fieri miserius, nihil perditius, nihil fœdius. *Hirt. de B. Gall. l. 8. c. 7. a med.* Ne miseriore ac duriore conditione cum toto exercitu decertare cogerentur. *Cic. Attic. l. 3. ep. 7. sub fin.* id est maximum, & miserrimum nearum omnium miseriarum. ¶ Interdum *miser* de innocente dicitur, & qui sine sua culpa infelix est, ut admonuerit *Ascon.* ad illud *Cicer. Verr. 3. 1. 15. in fin.* Ille miser cum esset, tum proditione ipsius nefaria, tum improbo ejusdem testimonio, tum ipsius flagitiorum invidia conflagravit. *Id. Catil. 2. c. 7.* Et erunt, qui illum, si hoc fecerit, non improbum, sed miserum, me non diligentissimum consulem, sed crudelissimum tyrannum existimari velint. *Id. Phil. 11. 1. 4.* Dolores Trebonius pertulit magnos: multi ex morbi gravitate majores: quos tamen non miseros, sed laborantes dicere solemus. ¶ Cum genitivo *Plin. in Paneg. 1. 58. a med.* Miseros ambitionis, qui ita cousules semper, ut semper principes eraot! *febbravi infelici dell' ambizione. Stat. 4. Theb. v. 403.* Ah miseri morum! ¶ Tribuitur & rebus inanimis. *Pallad. in Aug. tit. 2.* Si terra exilis in vinea est, & vinea ipsa inferior. *Id. in Januar. tit. 13.* Locus, qui misere virgulta produxerit. *b. 1.* male provenientia, retunda, infelicia. Sic *Virg. Ecl. 3. v. 27.* Strident si miserum stipula disperdere carmen. *b. e.* incomptum, male natum. *Cels. l. 5. 1. 26. fect. 34. extr.* Miserum, sed unicum remedium est, membrum, quod paulatim emoritur, abscindere.

MISERABILIS, is, *compassionevole, miserabile, ἐλεεινὸς*, miserationem movens, miseratione dignus, miserandus. *Ovid. in Ibin, v. 117.* Sisque miser semper, nec sis miserabilis ulli. *Liv. l. 1. c. 29. ad fin.* Voces etiam miserabiles exaudiebantur, mulierum præcipue. *Martial. l. 6. epigr. 77.* Cum sis tam pauper, quam nec miserabile lrus. *Cic. in Pison. 1. 17.* Nihil est tam miserabile, quam ex beato miser. *Id. Verr. 7. c. 63.* Acerba imploratio, & voe miserabilis. *Id. pro Dom. 1. 23.* Cum ejus mœror, squalor incredibilis & inauditus, omnibus mortalibus miserabilis videretur. *Id. 2. Phil. c. 29.* Auctionis miserabilis aspectus. *Horat. l. 1. od. 33. v. 2.* Miserabiles elegos decantare. *b. e.* flebiles, miserationis plenos. *Liv. l. 1 c. penult.* Miserabilis cædes. *& mox.* Causa mortis indignior, & miserabilior. *Sallust. in Jug. c. 57.* Pœne imprudentia almum facinus miserabile. *Ovid. Heroid. ep. ult. v. 214.* Miserabile corpus. *b. e.* macie & morbo confectum. *Id. Metam. 13. v. 422. & Virg. 1. Æn. v. 114.* tres Eurus ab alto In brevia & Syrtes urget (miserabile visu!) Illiditque vadis. ¶ *Miserabile* adverbii ritu, *Virg. Æn. 12. v. 338.* miserabile cæsis Hostibus insultans. Adde *Stat. 12. Theb. v. 55.*

MISERABILITER, *miserabilmente, compassionevolmente, ἐλεεινῶς*, miserabilem in modum, miserationem movendo. *Cic. 1. Tusc. c. 40.* Quam me delectat Theramenes! quam etiam animo est! etsi enim flemus, cum legimus, tamen non miserabiliter vir clarus emoritur. *Id. l. 10. ad Attic. ep. 9. & Liv. l. 26. c. 3. extr.* Epistola scripta miserabiliter. *Cic. lib. 14. Attic. ep. 10.* Cæsar in foro combustus, laudatusque miserabiliter. *Liv. l. 45. c. 42.* Orbitatem suam miserabiliter deflere. *Plin. l. 34. 1. 8. post med.* Infans matri interfectæ miserabiliter blandiens. *Suet. in præfat. l. 4. excerpt. controv. a med.* Miserabilius dicere. *Valer. Max. l. 2. 1. 6. n. 11.* Turpiter & miserabiliter perire. *& lib. 4. c. 1. n. 4. extrem.* Dispersum, & vagam vitam miserabiliter exigere. *Curt. in fin. l. 4.* Miserabiliter cadere.

MISERAMEN, inis, n. miseratio. Legitur a quibusdam apud *Juvenc. l. 4. in cap. 25. Matth. v. 285.* parvi miseramina paois. *Sed alii* mihi fragmina panis.

MISERANDUS, a, um, *degno di compassione, ἐλεεινὸς*, miseratione dignus, miserabilis. *Cic. 1. de Orat. c. 37.* Hanc in mimnie rebus ita labi, ut allie miserandus, alius irridendus esse videatur. *Id. Catil. 4. 1. 6.* Hæc mihi videntur misera atque miseranda. *Sallust. in Jug. c. 85.* Miseranda fortuna. *Ovid. 6. Metam. v. 276. & Virg. 12. Æneid. v. 259.* Vel Priamo miseranda manus. *& lib. 3. Æn. v. 591.* Ignoti nova forma viri, miseranda que cultu. *Cic. de Provinc. consul. 1. 3.* Miserandum in modum milites capti, necati, deserti. ¶ Sermoni interseritur, ut miser. *Virg. 5. Æn. v. 503.* Ast ipsam miserandus avem contingere ferro Non valuit.

MISERANTER, adverb. *miserabilmente, ἐλεεινῶς*, cum miseratione. *Gell. l. 10. c. 3.* Quod aut amplius, iosignanterque, aut lacrymose, aut miseranter, &c.

MISERATIO, onis, f. *misericordia, compassione, ἐλεημοσύνη*, significatio, seu ostensio misericordiæ, qua ex alicujus infelicitate movemur. *Cic. l. 5. Fam. ep. 12.* Quem enim nostrum ille mortem apud Mantioeam Epamioondas non cum quadam miseratione delectat! *Quintil. l. 10. c. 1. ante med.* Miserationem commovere. *Cic. in Orat. c. 38.* Miseratione mene judicem permovenda. *Plin. l. 9. 1. 8. in fin.* Miserationem petere. *b. e.* misericordiam & veniam. *Justin. l. 7. c. 2.* Miseratio eos infantis tenerat. ¶ Oratio miserationem movens *Cic. de slor. Orat. 1. 21.* Miserationibus, & commotis locis uti. *Id. Phil. 2. c. 36.* Tua illa pulcra laudatio, tua miseratio, tua cohortatio.

MISERATOR, oris, m. is, quem alicujus misereat. *Juvenc. l. 2. v. 274. in Joann. 1. 4.* peccantum largus miseratur Iesus. Adde *Tertull. l. 5. cont. Marcion. c. 11.*

MISERE, *miseramente, meschinamente, κἀκῶς*, infeliciter, miserum in modum. *Cic. 3. de Fin. 1. 15. a med.* Beate, misereve vivere. *Justin. l. 11. c. 10.* misere vitam exhibens. *Plaut. Asin. 1. 1. 118.* Morisi fe se misere mavolet, quam non perfectum reddat, quod promiserit. *Id. Aulul. 4. to. 1.* Ego sum miser, & misera perditus. *Id. Cistell. 4. 2. 21.* Hominee misere miseri. *Senec. l. 5. controv. 34. ante med.* Nemo ex Olynthus miserius servit, quam, &c. *Cæs. ad Cicer. Fam. 12. ep. 12. a med.* Bassus misere nollet mea legionem tradere. *b. e.* nulla consilio, & sua malo. ¶ Pro miserabiliter *Plaut. Pseud. 1. 1. 72.* Est misere scriptum, Pseudole! *Pseud. o* miserrime. ¶ Pro cupide, & vehementer, & simul cum animi quodam cruciatu. *Terent. Adelph. 4. 5. 64.* Quia tam misere hoc esse cupio verum, eo vereor magis. *Id. ibid. 4. 5. 33. & Plaut. Mil. 4. 6. 32.* Misere amare. *Plaut. Cist. 1. 1. 12.* deperire. *Terent. Eun. 3. 1. 22.* invidere. *& Heaut. 2. 3. 124.* orare aliquid. *& Adelph. 4. 1. 6.* nimis cupere. *Horat. l. 1. ser. 9. v. 8.* discedere quærens.

MISEREO, es, ui, itum, n. 2. *aver compassione*, idem quod misereor. *Enn.* apud *Non. c. 7. n. 58.* Misereto amus, date ferrum, qui me anima privem. *Id.* apud *Priscian. l. 8. pag. 824. Pulsch.* Cogebant hostes lacrymantes, ut misererent. *Lucret. l. 3. v. 895.* Ipse sui miseret. ¶ Ubitatrissimum est impersonaliter: & eadem forma dicitur qua *piget, pœnitet, tædet. Cic. pro Mil. c. 34.* Eorum nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quam qui illam efflagitant. *Plaut. Pseud. 5. 2. 25.* Neque te mei tetigit miseretet, si, &c. *Id. Trin. 2. 2. 62.* Ita te aliorum misereat, ne tui alios misereat. *Terent. Heaut. 4. 5. 2.* Menedemi vicem misereat me. *& 3. 1. 54.* Me tuarum miseritum est fortunarum. *Apul. l. 8. Metam. a med.* Sic deprecantie totos quidcot miseruit.

MISEREOR, eris, ertus, & eritus sum, dep. 2. *aver misericordia, ἐλεάω*, ob alicujus miseriam dolorem animo concipio, misericordia commoveor. *Ovid. Heroid. ep. 12. v. 81.* O virgo miserere mei, miserere meorum. *Cic. 4. Attic. ep. 5.* Cum misereri mei debem, non desinunt invidere. *Id. Verr. 3. c. 28. extr.* Aulite, quæsin, judices, & aliquando miseremmi foctorum. *Justin. l. 15. c. 3.* Misertus tanti viri, venenum ei in remedium dedit. *Virg. Ecl. 2. v. 7.* Nil nostri miserere? *Id. 2. Æn. v. 143.* miserere laborum tuorum. *Ascon.* apud *Gell. l. 20. c. 6.* Nescin qui nostri miseritus tandem deus. Apud *Livium* quoque *l. 27. c. 33. in fr. & 34.* habetur *misertus alumnæ*: ubi al. leg. *miseratus*. Sic *Pacuv. l. 3. fab. v. 4.* Alii contra miserit mitere panem. ¶ Impersonaliter *L. Crassus* apud *Priscian. l. 8. pag. 814.* Neque me minus vestri, quam mei miseretur. *Turpil.* apud *Non. c. 7. n. 80.* Nunc patris me miseretur magis. *Pacuv. ibid.* Miseretur tui. *Quadrigar.* apud *Gell. c. 6. l. 20.* Quando te nostrum & reipubl. miseretitur? *Cic. pro Leger. c. 5.* Cave, ignoscas: cave te fratrum pro fratris salute deprecantium misereatur. Ita legit etiam *Priscian. l. 8. pag. 797.* Alii *misereat*. P. *Scipio Africanus* apud *Macrob. l. 2. Saturn c. 10.* Quod me reipublicæ maxime miseritum est. *Plaut. Trin. 2. 4. 9.* Eum vidi miserum, & me ejus miseritum est. ¶ Passive *Cic. l. 1. de Invent. c. 30. circa med.* Ut maioribus nato affuigatur, ut supplicum misereatur. *Ζήνυμαι.* V. similem locum in *Affingo*. ¶ Cum dativo *Senec. l. 1. controv. 2.* Et ego misereor tibi, puella. *Plenique omnes leg.* tui. *Quintil. declam. 272.* Cui misereri fatis non possumus. *Hygin. fab. 58.* Cui Venus postea miserta est. *Coripp. l. 2. v. 402.* dominum fervis miseratus egenis. *Dionys.* quoque *l. 1. pag. 204. Pursch, misereor tibi* ut Latinum agnoscit. ¶ Cum accusat. *Prop. in Cynth. v. 440.* Tot miserere animas. Al. leg. *misere*. ¶ *Misereiier* paragoge est apud *Lucret. l. 5. v. 1022.* pro *misereri*.

MISERESCO, is, n. 3. *aver misericordia, muoversi a compassione, ἐλεέω*, misericordia moveor, misereor. *Virg. 2. Æn. v. 145.* His ille tenuis vitam damus, & miserescimus ultro. *& l. 8. v. 573.* Arcadii

Digitized by Google

dii quæſo miſereſcite regis. *Sen. Thyeſt. l. t. v.* 280. & genitis miſereſce tui. ¶ Impersonaliter *Terent. Heaut.* 5. 4. 3. Inopis nunc te miſereſcat mei. *Liv. l.* 2. *c.* 5. Miſereſcebat non pœnæ magis homines, quam ſceleris. *Plerique al. leg.* miſerebat. ¶ *Plaut. Epid.* 4. 1. *t.* Si quid eſt homini reiſeriasum, quod miſereſcat, miſer ex animo eſt. *b.* 2. propter quod angatur, & fiat miſer.

MISÉRET. V. *Miſereo.*

MISERIA, æ, f. *miſeria, calamitas, diſgrazia, συμφορία*, ærumna, malum, calamitas, qua homo angitur, & fit miſer. *Cic.* 5. *de Fin. c. ult.* Ubi virtus eſt, ibi eſſe miſeria, & ærumna non poteſt, tamen labor poteſt, & molestia. *Id. Fam.* 7. *ep.* 3. Miſeriæ, in quibus tot annos verſamur. *Id. Phil.* 2. *c.* 20. In miſerias incidere. *Id.* 3. *de Fin. c.* 24. *extr.* In miſeria eſſe. *Id.* 2. *Tuſcul. c.* 5. Naſci in miſeriam. *Id.* 3. *Fam. ep.* 8. Levare aliquem miſeriis. *& lib.* 9. *ep.* 13. A tuiſaria ſa eripere. *Id. in Bruta, l.* 96. A reiſeriis ſe vindicare. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 93. Miſerias voluptate ſedare. *Sallaſt. in Catil. c.* 20. Iis otium, divitiæ optandæ aliis, oneri miſeriæque fuere. ¶ Speciatim dici videtur de malo paupertatis. *Liv. l.* 6. *c.* 34. In urbe vis Patrum in dies, miſeriæque plebis creſcebant, cum eo ipſo, quod neceſſe erat ſolvi, facultas ſolvendi impediretur. *Plin. l.* 7. *c.* 32. Comitem æris alisoi atque litis eſſe miſeriam. ¶ Eſt etiam dolor, angor, moleſtia, quæ ex malo & ærumna oritur, *afflizione, travaglio, affanno. Terent. Adelph.* 5. 4. 22. Miſeriam omnem ego capio: hic potitur gaudia. *Id. Eun.* 3. 1. 16. Exſpuere omnem ex animo miſeriam. *Cic.* 2. *de Divin.* 67. 41. *a med.* Stoici omnia ſuperſtitioſa ſolicitudine & miſeria ciebant. ¶ Pro labore, *Quintil. l.* 1. *c.* 8. (*al.* 14.) *ad fin.* Perſequi quod quiſque unquam vel contemptiſſimorum hominum dixerit, aut mireiæ miſeriæ, aut inania jactantiæ eſt. *troppo meſchina fatica.* ¶ In fabulis Miſeria eſt Erebi & Noctis filia. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 17. *in fi.* & *Hygin. in præfat.*

MISERICORDIA, æ, f. *compaſſione, miſericordia*, ἔλεος, miſeratio. *Cic.* 4. *Tuſcul.* 2. fi. Miſericordia eſt ægritudo ex miſeria alterius, injuria laborantis. Nemo enim patricidæ, aut proditoris ſupplicio miſericordia commovetur. *Id.* 2. *de Orat. c.* 47. Non prius ſum conatus miſericordiam aliis commovere, quam miſericordia ſum ipſe captus. *Id.* 1. *de Orat. c.* 12. Mentes horeinum ad lenitatem miſericordiamque revocare. *Id. poſt redit. in Senat. c.* 7. Vis clamantia ue miſericordia ſingulari. *Id. pro Planc. c.* 1. *ſub fin.* Petam a vobis, judices, ut cujus miſericordia ſalue reea cuſtodita ſit, ei vos veſtram miſericordiam, rec deprecanti tribuatis. *Id. pro Rabir. perduell. c.* 2. Oro atque obſecro, adhibeatis in hominis fortunis miſericordiam. *Id. ad Brut. ep.* 12. Miſericordiam impartiri alicui. *Id. pro Mil. c.* 34. implorere & expoſcere. *Id.* 2. *Phil.* 1. 34. captare. *Id.* 1. *de Orat. c.* 53. populi concitare. *Ulpian. Dig. lib.* 26. *tit.* 3. *leg.* 7. escrcere. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 50. Prædia mea tu poſſides, ego aliena miſericordia vivo. *Id. Attic. l.* 7. *ep.* 12. *circa med.* Frangor ſæpe miſericordia puerorum. *& lib.* 10. *ep.* 12. Filii mei reiſericordia languidiora adhuc conſilia capi. *Id. Catil.* 1. *c.* 7. Miſericordia permotus. *Ulpian. Dig. lib.* 26. *tit.* 3. *leg.* 7. ductus. *Sueton. in Calig. c.* 12. *in f.* correptus. *Cic. de clar. Orat. cap.* 50. Ad miſericordiam inducere. *Id. pro Quint. c.* 2. *a med.* In fidem & miſericordiam alicujus confugere. *Id. pro Mur. c.* 40. Miſericordiam ſpoliatio conſulatus reagnam habere debet. ¶ In plur. numero *Plaut. Moſtell.* 2. 3. 115. Miſericordiæ jare habere haud hominere nportet. ¶ Dea habita eſt, & celeberem Athenis aram habuit (V. *Clemenia* in fi.) ds qua *Claudian. de B. Gild. v.* 404. ſi ſtentibus aram, Et propitium miſeris numen ſtatuiſtis, Atheuæ. Fundata dicitur a nepotibus Herculis, irem veritis Athenienſium, quos avus afflixerat, ut docet *Serv. ad Æn.* 8. *v.* 342. vel, ut alii, quia ab Eurytheo pulſi, ab Athenienſibus benigne excepti ſunt. *Apul. l.* 11. *Metam.* Magnis exantlatis laboribus, & maximis actus procellis, ad portum quietis, & aram Miſericordiæ tandem veniſti.

MISERICORDITER, *miſericordioſamente*, ἐλεημόνως, clemenier. *Claud. Quadrigar.* apud *Non. c. & n.* 22. Crudeliter illi, nos miſericorditer: avariter illi, nos largiter. *Lactant. l.* 6. *c.* 18. Juſtus nunquem prætermittet, quo minus aliquid miſericorditer faciat. *Auguſtin. de Doctr. Chriſt. c.* 16. *l.* 1. Quid liberalius & miſericordius facere potuit?

MISERICORS, ordis, *miſericordioſo, pietoſo*, ἐλεήμων, ad miſerendum facilis, clemens. *Cic. pro Cæcin.* 1. 10. Teſtis in re miſericordem ſe præbuit, & in teſtimonio religioſum. *Id. t. de Invent. c.* 55. Animum auditoris mitem & miſericordem conficere. *Auct. ad Herenn. l.* 2. *c.* 17. Manſuetus & miſericore. *Cic. pro Ligar. cap.* 5. *a med.* Miſericordem eſſe in aliquem. *Sallaſt. in Catil. c.* 54. Sint miſericordes in ſuribus ærarii. *Plaut. Rud.* 1. 5. 23. Miſericordior nulla me eſt feminarum. *Auguſtin. ſub init. ep.* 48. *& l.* 2. *Confeſſ. c.* 4. Quando utiliſſimus & miſericordiſſimus exiſtiſſet.

MISERIMONIUM, ii, n. miſeria. *Laber.* apud *Non. c.* 3. *n.* 144. Tibi relictum eſt miſerimonium.

MISERITER, adverb. idem ac reiſerabiliter, ſeu reiſericorditer. *Laber.* apud *Non. c.* 12. *n.* 62. Meue incorrupta miſeritar corrumpitur. *Catull. carm.* 62. *de Aty, v.* 49. Patriam allocuta eſt ita voce mœſta miſeriter. Adde *Enn.* apud *Priſcian. l.* 15. *pag.* 1020. *Priſcb.*

MISERITÚDO, ĭnis, f. idem ac reiſeria, & miſericordia. *Accius* apud *Non. c.* 2. *n.* 522. bis pro miſeratione uſurpat.

MISERITTUS, & Miſertus. V. *Miſereor*, & *Miſeus.*

MISÉRO, as, 2. t. idem ac miſereor. *Accius* apud *Non.* 2. 9. *n.* 28. Ut jure hæc nunquam miſerarent mala. Hinc particip. Miſeraus, antie. *Virg.* 5. *Æn. v.* 452. miſerans attollit amicum. *Id.* 2. *Georg. v.* 499. miſerans inopem.

MISÉROR, aris, atus ſum, dep. 2. *commiſerare, aver compaſſione, ἐλεεῖν*, alienam miſeriam doleo, commiſeror, conqueror, verbis, aut lacryreis, aut ic oſtendo, mihi alterius mala acerba eſſe. Inter *miſeror*, & *miſereor* ite diſtinguit *Feſtus*, ut *miſeretur* is, qui conqueritur alienu incommoda: *miſereatur* is, qui miſerum ſublevat. Idem fere tradit *Non.* 2. 5. *n.* 96. & *Incertus Auctor de differens. vocum* apud *Putſch. pag.* 2206. Sed hoc diſcrimen non ſervatur. *Plaut. Epid.* 4. 2. 6. Quis illæc eſt mulier, quæ ipſa ſe miſeratur? *Cic. pro Mur. c.* 27. Non queo ſatis communem omnium noſtrum conditionem, & hujus eveotum fortunaimque miſereri. *Virg. Æn.* 1. *v.* 601. O ſola infandos Trojæ miſerata labores. *& lib.* 6. *v.* 332. ſortemque animo miſeratus iniquam. ¶ Cum infinito *Hirt. de B. Afric. c.* 8. Ipſe miſerari, tanta homines eſſe dementia, ut, &c. ¶ Cum genitivo *Act.* apud *Non. loc. cit.* Te commiſerabar magis, quam miſerabar mei. *Sid. l.* 12. *v.* 382. pœnæ juvenem indignæ miſeretus ab alto Jupiter. *Prudent. in Pſychom. v.* 580. miſerando inopum, quos larga benigne Foverat. *Minuc. Felix in Octav. c.* 28. Nonnunquam etiam miſerantes eorum. *Juſtin. l.* 43. *c.* 4. *a med.* Moher miſereta formæ ejus, inſidias aperuit. Al. leg. *formam.* ¶ *Miſerere animi* pro *animo. Virg. Æn.* 10. *v.* 686. juvenemque animi miſereta repreſſit. Ita *Servius, Arnſius. Meſſus*, & *Codex Medicens*, teſte *Pierio*: alique longe alegantius, quam quod quidam leg. *animo.* ¶ Verbia, ac dicendo reiſeram cujuſpiam perſequi. *Salluſt. in Jug. c.* 25. *extr.* Eos multa pollicendo, ac miſerando caſum ſuum confirreat. *Tacit.* 3. *Annal. c.* 27. Etiam ipſius, quoquo modo meriti, caſum miſeratus. *Gell. l.* 10. *c.* 3. *a med.* Hæc M. Tullius atroeiter, graviter, copioſe, apteque miſeratne eſt.

MISERULUS, a, um, miſellus. *Catull.* apud *Non. c.* 11. *n. ult.* Animula reiſerula properiter abit. *Liv.* apud *Perſeium. l.* 9. *pag.* 869. *Putſch.* Cupidius miſerulo obito.

MISSIBILIA *pro miſſilia* dixit *Sidon. l.* 4. *ep.* 20.

MISSICIUS. V. *Miſſitius.*

MISSICULO, as, 2. t. *mandare ſpeſſa*, νευρίζω, idem quod miſſito, ſæpe reitto. *Plaut. Epid.* 2. 2. 29. Quod tuta ad ma litteras miſſiculabae.

MISSILIS, le, *da lanciare*, βλητὸς, ad mittendum, ſeu jaciendum aptus. *Propert. l.* 3. *el.* 12. *v.* 10. Miſſile ounc diſci pondos in orbe rotat. *Liv. l.* 1. *c.* 43. Fundas, lapideſque miſſiles hi ſecum gerebant. *Virg.* 10. *Æn. v.* 422. *&* 773. Da nunc, Thybri pater, ferro, quod miſſile libro, Fortunam atque viam duri per pectus Heleſi. *Stat. ſi. Theb. v.* 524. librans uni ſibi miſſile ferrum. *b. c.* haſtam adeo gravem, ut a ſe uno jaci poſſet. *Plin. l.* 8. 2. 35. Hiſtrici longiores acolei, & cum intendit cutem, miſſiles. ¶ *Res miſſiles*, & *miſſilia* dicebantur, dona variarum rerum, quæ a principe ſpargebantur in populum ad diripiendum. *Sueton. in Ner. c.* 12. Sparſa & populo miſſilia omnium rerure per omnes dies, ſingula quotidie millia. Avium cujuſque generis multiplex penus, teſſeræ frumentariæ, veſtis, aurum, argentum, gemmæ, margaritæ, tabulæ pictæ, mancipia, jumenta, atque etiam manſuetæ feræ: novissime naves, inſulæ, agri. *Id. in Aug. c.* 98. Permiſſa licentia diripiendi pomorum, & obſoniorum, rerumque miſſilium. ¶ Translate *Senec. ep.* 74. Qui aliquid virture melius putat, ad hæc, quæ a fortena ſparguntur, ſuom expandit, & ſollicitus miſſilia ejus exſpectat. ¶ Item miſſilia ſunt arma, quæ jacluntur, ut haſtæ, ſagittæ, ſaxa, ἰόβολα, τὰ. *Liv.* 34. 2. 39. Miſſilibus Lacedæmonii pugnabant, a quibus ſe magnitudine ſcuti perfacile Romanus tuebatur miles. *Virg.* 10. *Æn. v.* 725. Non ulli eſt animus ſtricto concurrere ferro: Miſſilibus longe, & vaſto clamore laceſſunt. *Lucan. l.* 7. *v.* 485. Spargitur innumerum diverſis miſſilis votis: Vulnere pare optat, pare terræ figere tela.

MISSIO, onis, f. *miſſione, ſpedizione*, πομπὴ, ἀναπομπὴ, actus mittendi. *Cic. Attic. l.* 5. *ep.* 5. Miſſio litterarum. *Id. Phil.* 7. *c.* 2. legatorum. ¶ Item jactus, *lanciamento, getto. Vitruv. l.* 2. *c.* 9. *ad fin.* Juſſit extre telorum miſſioore eos circumvallari. ¶ Item dimiſſio, *licenziamento, licenza. Cic. Fam.* 5. *ep.* 12. *ſub fin.* Cum ipſi ante ludorum miſſionem corona donentur. *Sueton. in Cæſ. c.* 7. Cum mandotu prætoris jure dicundo conventus circumiret, miſſionem continuo efflagitavit. *Petron. in fragm. Trogur. t.* 52. *Burm.* Tandem exoratus a nobis miſſionem puero dedit. Illis dimiſſus circa menſam percucurait, &c. ¶ In re gladiatoria *miſſio* dicta, cum alteri gladiatori faucio, ſubmitteati arma, ac ſopplici coucedebatur a populo, aut a Principe vita, & abeundi pro illa vice licentia: & gladiator *ſine miſſione* eſt, qui ad certam mortem pugnat, ſine ſpe, ſi gravius ictus fuerit, evadendi. *Martial. l.* 12. *epigr.* 29. Nuper cum Myrino peteretur miſſio læſo. *Liv. l.* 41. *c.* 20. *ſub fin.* Gladiatorium munus ſæpius dando, & modo vulneribus temus, modo ſine miſſione etiam. *Senec. de benef. l.* 2. *c.* 20. *extr.* Non enim ſervavit is, qui non interfecit: nec beneficium dedit, ſed miſſionem. ¶ Translate *Elor. l.* 3. *c.* 10. *extr.* Tandem eruptione facta, dignam viris obiere mortem: &, quod ſub gladiatore duce uparuit, ſine miſſione pugnatum eſt. *Senec. ep.* 37. Quid prodeſt, paucos dies, aut annos lucrifacere? ſine miſſione naſcireur. ¶ In re militari *miſſio* eſt liberatio a reilitia: eſt autem triplex, ut *Macer* docet *Dig. lib.* 49. *tit.* 16. *leg.* 13. & *Ulpian. lib.* 3. *tit.* 2. *leg.* 2. alia honeſta, quæ emeritis ſtipendiis datur: alia cauſarie, quæ cauſa valetudinis: alia ignominioſa (cujus exemplum habes apud *Hirt. de B. Afric. c.* 54. *Sueton. in Cæſ. c.* 69. & *in Aug. c.* 24.) cum quis propter deliſtum a militia ejicitur. *Liv. l.* 26. *c.* 2. Ne quem militem legeret ex eo numero, quibus Senatus miſſionem

redirumque in patriam negaſſet ante belli finem. *Id l. 7. c. 39.* Exercitum purgare miſſionibus turbulentorum hominum.

MISSITÁTUS, a, um, ſæpe miſſus. *Plin. l. 31. c. 1.* Codicillos miſſitatos, epiſtolarum genia indicat.

MISSITTUS, *vel* Miſſicius, a, um, qui mittitur, vel mitti poteſt. Hinc miſſicius miles dicitur veteranus, qui miſſionem honeſtam impetravit, vel confectis ſtipendiis miſſionem donandus eſt. *Sueton. in Ner. c. 48.* Agnitus *a* quodam miſſitio prætoriano. *Inſcript. vetus* apud *Gruter. pag. 1109. n. 5.* Miſſicius leg. VI. Aug. Alia apud *Murator. pag. 786. n. 4.* C. Atinius C. F. Quirina Adjutor annon. leg XXX. Ulp. & miſſicius leg. ejuſdem. Adde *pag. 809. n. 6. & pag. 812. n. 2.* quarum item apud *Spon. in Miſcell. v. 243.* ¶ In loco *Suetonii* quidam putant nomen viri proprium.

MISSITO, as, avi, atum, 2. 1. *mandare ſpeſſo*, πολυπραγμονῶ, ſæpe mitto. *Liv. l. 9. c. 45.* Samniti auxilia miſſitaverant.

MISSOR, oris, m. qui mittit. *Cicer. in Arat. v. 84.* Hic miſſore vacans fulgens jacet una ſagitta. Al. leg. *Hic miſſa revocant, &c.*

MISSUS, a, um, *mandato, ſpedito*, πομπικὸς. *Brut. ad Cicer. ep. 16.* Particulam litterarum tuarum, quas miſiſti Octavio, legi miſſam ab Attico mihi. *Martial. l. 10. epigr. 14.* Selibra argenti miſſa. *mandata in dono.* & *Plin. l. 37. c. 5. a med.* Miſſus munere ſmaragdus. *Virg. Æn. v. 595.* patriis ad Trojam miſſus in armis. & *lib. 12. v. 516.* fratres Lycia miſſos, & Apollinis arvis. & *lib. 9. v. 483.* ſub tanta pericula miſſus. *Ovid. 2. Faſt. v. 236. de Fabiis.* Ad bellum miſſos perdidit una dies. & *lib. 5. v. 451.* Bos Olenius mihi miſſus ab urvis. *Id. 2. Triſt. v. 189.* Solus ad egreſſus miſſus ſeptemplicis Istri. & *lib. 4. el. 9. v. 9.* earremum miſſus in orbem. *Horat. l. 1. ſat. 5. v. 18.* Mula miſſa paſſum. *Virg. 2. Georg. v. 385.* Auſonii, Troja gens miſſa, coloni. *Plin. l. 15. c. 30.* Laurus miſſa e cælo. *Ovid. l. 9. Metam. v. 19.* gener externis hoſpes tibi miſſus ab oris. *Val. Flacc. l. 1. v. 360.* Hinc quoque miſſus adeſt, quamvis arcentibus Idmon Aliisibus. ¶ Item Immiſſus, injectus. *Virg. 2. Georg. v. 451.* torrentem undam levis immerat ulmus Miſſa Pado. & *lib. 3. v. 447.* aries miſſus ſecundo deſilit amni. *Pallad. in Novembr. tit. 7. a med.* Aliqui in vaſculis ſervant, arena pariter miſſa. *meſſavi.* ¶ Item poſitus, appoſitus, oblatus. *Ovid. 6. Faſt. v. 310.* Fere miſſos Veſtæ pura patella cibos. ¶ Item ſparſus. *Id. 5. Faſt. v. 360.* Accidere in menſas ut roſa miſſa ſolet. ¶ Item emiſſus, *mandato ſuorum, laſciate audare. Horat. de ar. Poet. v. 390.* neſcit vox miſſa reverti. *Lucret. l. 2. v. 194.* e noſtro cum miſſus corpore ſanguis Emicat. *Ovid. 5. Triſt. el. 12. v. 26.* Carceribus miſſi equi. & *lib. 3. Amor. el. 2. v. 9.* equi de carcere miſſi. ¶ Item jactus, *lanciare, ſcagliato. Plin. l. 10. c. 8.* Miſſus in ſublime. *Virg. 10. Æn. v. 799.* miſſa manu ſonitum dedit haſta per auras. *Ovid. 2. de ar. am. v. 105.* Pectora nec miſſis jubeo præbere ſagittis. *Id. Heroid. ep. 3. v. 64.* miſſi fulminis igne cremer. ¶ Item dimiſſus, omiſſus. *Cic. 9. Attic. ep. 1.* Remotis, ſive omnino miſſis lictoribus. *Iterungiati. Virg. 5. Æn. v. 486.* & 545. miſſo certamine. *Inſcript. apud Donium claſſ. 6. n. 69.* L. Cornelio Firmiano veterano, miſſo honeſta miſſione, &c. ¶ Hinc *miſſum facere* eſt omittere, deſerere, curam alicujus rei deponere, *zealoſciare, abbandonare, laſciar da parte. Cic. pro Sext. c. 66.* Si qui voluptatibus ducuntur, miſſos faciant honores, ne attingant rempubl. *Terent. Hecyr. 5. 2. 14.* Miſſam iram facere. & 3. 3. 48. Conſilia miſſum facere amorem. ¶ Item repudiare, abire jubere, *ripudiare, ſcacciare. Sueton. in Calig. c. 25.* Lolliam Paulinam perductam a marito conjunxit ſibi, brevique miſſam fecit. *Hirt. de B. Afric. c. 54. ſub fin.* Inſignos vos eſſe arbitror, qui in meo exercitu ordines ducatis, miſſuſque facio, & quantum putaſt, abeſſe ex Africa jubeo. ¶ Item prætermittere, *omettere, paſſar ſotto ſilenzio. Cic. 5. Verr. c. 44.* Horum agrorum ego miſſos faciam quæſtus triennii: unum annum eligam, quo, &c. *Id. pro Roſc. Amer. c. 45. ſub fin.* Verum, ut hæc miſſa faciam, quæ jam facta ſunt, &c. ¶ Denique eſt dimittere, abire ſinere, *laſciar andare. Caſſe ad Oppium, poſt ep 8. l. 9. ad Attic.* Cn. Magium Pompeji præfectum deprehendi. ſcilicet meo inſtituto uſus ſum, & eum ſatim amiſſum feci. *Terent. Andr. 5. 1. 14.* Illam hinc civem eſſe ajunt: puer eſt natus: nos miſſos face. *Nep. in Eumen. c. 11.* Ut ſic detereretur victo, quin aut interfici, aut miſſum fieri juberet. ¶ Singulariſ eſt conſtructio in illo *Pompeji ad Domit. 2. poſt ep. 2. l. 8. ad Attic. in fi.* Æquum eſt, me a te impetrare, ut cohortes, quæ ex Piceno venerunt, quæ fortunas ſuas reliquerunt, ad me miſſum facias. ¶ *Cela miſſur.* V. *Celamo.*

MISSUS, us, m. miſſio. *Cæſ. l. 5. B. Gall. c. 27.* Qui jam ante miſſu Cæſaris ad Ambiorigem ventitare conſueverat. *Virg. Æn. 7. v. 750.* Marrubia venit de gente ſacerdos, Archippi regis miſſu. *Liv. l. 9. c. 19.* Pilum, haud paulo, quam haſta, vehementius ictu miſſuque telum. *Lucret. l. 4. v. 429.* Via abſunt nobis miſſus bis mille ſagittæ. ¶ In Circenſibus, & aliis ludis *miſſus* dicebantur ſingulæ procurſiones equorum, poſtquam ſeptem ſpatia confecerant, ſingulæ ferarum immiſſiones, aut gladiatorum, &c. quos ſere 25. fuiſſe (ſi de equorum, aut quadrigarum curſibus ſermo ſit) notat ex *Varr. Serv. 3. Georg. v. 18.* ubi addit, ultimum miſſum dictum fuiſſe *ἀναστροφὴν*. V. *Æ-arius*. Ceterum & plures fuere, pro luxu & opibus eorum, qui ludos dabant. Hinc *Sueton. in Domit. c. 4.* ſcribit, Domitianum ſingulos miſſus ad quina ſpatia redegiſſe, quo ſuccilius centum miſſus peragerentur, cum antea ſepteni abſolvi ſolerent: non enim dabatur corona victori, nisi quaquam ſeptem ſpatia currendo peregiſſet. V. *Ovans* ſub fin. *Id. in Ner. c. 22.* Spectaculum multiplicatis miſſibus in ſerum prorrexit. ¶ Denique *miſſus* in cœnis ſunt ſingulæ ferculorum illationes in menſam, *portate. Capitolin. in Pertin. c. 12.* Novem libras carnis per tres miſſus ponebat. Adde *Lamprid. in Heliogab. c. 30.*

MISTARIUS, *ſeu* Mixtarius, m. κύαθος, vas, quo vinum aqua miſcetur. *Lucil. apud Non. c. 15. n. 30.* Urceus, aut gemina longus miſtarius anſa.

MISTIM, *ſeu* Mixtim, adverb. *meſcolatamente*, μίγδην. *Lucret. l. 3. v. 567.* per venas, & viſcera mixtim.

MISTIO, *ſeu* Mixtio, onis, f. actus miſcendi, *meſcolamento. Vitruv. l. 1. c. 4.* Aliam mixtionem habet genus avium, aliam piſcium. Adde *Pallad. l. 1. tit. 34.*

MISTURA, *ſeu* Mixtura, æ, f. *miſtura, meſcolanza*, πόσις, confuſio rerum mixtarum, temperatura. *Lucret. l. 2. v. 976.* Multaque de rerum miſtura dicere callent. *Varr. apud Non. c. 8. n. 58.* Propter talem miſturam immoderatam ex aquis cunctis. *Plin. l. 13. c. 1.* Mixtura & compoſitio unguentorum. *Petron. in Satyr. c. 94.* Raram facit miſturam cum ſapientia forma. & *cap. 132.* Miſturam animarum facere. *Suetonius in Domit. c. 3.* Miſtura æquabilis vitiorum atque virtutum. ¶ Item ipſæ res miſtæ. *Colum. l. 7. c. 5. ſub fin.* Ea miſtura palarum atque lingua, totumque os perfricatur. *Id l. 11. c. 10.* Simili miſtum vas ſuppleatur. & *cap. 57.* Hanc miſturam cum in catillo compoſueris, oleum ſuperfundito. ¶ De connubio *Plin. l. 8. c. 53.* In nullo genere æque facilis mixtura cum fero, qualiter natos antiqui hybridas vocabant. *Lucan. l. 9. v. 899. de Pſylhis.* in terram parvus cum decidit infans, Ne qua ſit externæ Veneria miſtura, timentes, Lenifica dubios captorant aſpide partus.

MISTUS, *ſeu* Miatus, a, um, *meſcolato, miſto*, μικτὸς, confuſus, temperatus. *Cic. 2. Offic. c. 14.* Si ineſt in oratione miſta modeſta gravitas, nihil admirabilius fieri poteſt. *Hirt. de B. Alex. c. 56.* Miſtam dolori voluptatem capiebat. *Senec. ep. 30. extr med.* Alia genera mortis ſpei miſta ſunt. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 27.* Ille fuſus, & candore miſtus rubor. *Id. 5. Tuſcul. c. 15. a med.* Ea bona miſta ea diſſimilibus ſi erunt. *Ovid. Heroid. ep. 10. v. 38.* Verbera cum verbus miſta fuere meis. *Val. Flacc. l. 6. v. 188.* Hinc gemitus, mixtæque virum cum pulvere vitæ. *l. c.* corpora ſaucia, ſed adhuc viventia, ſtrata humi, & pulvere fœdata. *Plin. l. 31. c. 9.* Miſtus in vino ſal. *Sallust. in Jug. c. 61.* Tæda miſta pice & ſulphure. *Horat. l. 1. od. 28. v. 19.* Miſta ſenum ac juvenum denſentur funera. *Virg. 7. Æn. v. 661.* & *Val. Flacc. l. 4. v. 119.* Nymphæ miſta Tonanti. *l. c.* quæ concubuit. *Val. Flacc. l. 6. v. 200.* Miſta perit virtus. *l. c.* in medio pugna virtus cujuſque non diſtinguitur, atque adeo latet ſine laude. & *lib. 5. v. 100.* miſtoque ſonantem Percutit ore lyram. *l. c.* adhibito cantu ad lyræ ſonum. *Velleſ. l. 1. c. 98.* Eſſe mores ejus vigore ſemitimos. *l. c.* maxime temperatos. ¶ De miſto imperio V. in *Merum*. ¶ De ſcriptione ſic habeto, a Grammaticis ſere probari β: in antiquis autem codicib. *Virgil.* teſte *Pier. ad Æn. 1. v. 492.* magno conſenſu ſe legi, ut & in ſoſcript. apud *Manut. in Orthogr.* quicum *Dauſquius* facit. *Cellar.* & *Uff. l. 5. de Gramm. c. 22.* nentram damnant, aut præferunt.

MISTUS, *ſeu* Miatus, us, m. miſtura, miſtio. In ablat. ſing. *Colum. l. 6. c. 37. extra med.* Ut avitus color primordii ſeminis miſtu reddatur nepotibus.

MISY, yos, n. *misolo*, tuberis genus ſuavitate odoris & ſaporis præcipuum, quod in Cyrenaica provincia naſcitur noſtrate carnoſius. *Plin. l. 19. c. 3.* ¶ Item genus metalli, quod fit exuſto lapide chalcitide, concretum natura diſcretumque: cujus notæ ſunt friabi nuræ ſcinrillæ, & cum teratur, arenoſa natura, ut *Plin. l. 34. c. 12.* docet. *Cilf. l. 5. c. 19. ſeft. 8.* Miſyos cocti, æruginis raſæ, &c. *& ſeft. 27.* Miſyos cocti, æris combuſti, &c. Apud *Scribon. Larg. compoſ. 34 & 240.* legitur & *miſys* in genitivo poſitione Latina: & fortaſſe etiam apud *Celſ.* alicubi. Quin & *miſy* in genitivo legitur, apud *eund. lib. 6. c. 7. ſect. 2.* ut ſit indeclinabile.

MITE, *mitemente, placidamente, pacevolmente, opinc*, placide, manſuete. *Apul. l. 10. Metam.* Nunc mite conniventibus, nunc acre comminantibus geſtire pupillis. *Ovid. 3. ex Pont. ep. 7. v. 29.* Mitius ille perit, ſuſtus qui mergitur unda. *Id. Met. 15. v. 494.* ſimiles aliorum reſpice caſus: Mitius iſta feres. *l. c.* æquiore animo. *Cæſ. l. 7. B. Gall. cap. 43.* Quam mitiſſime poteſt, legatos appellat.

MITELLA, æ, f. *mitrula*, parva mitra, dim. a *mitra. Virg. in Copa.* Copa Syriſca caput Graja redimita mitella. *Cic. pro Rabir. Poſt. c. 10.* Adoleſcentes eum mitella videmus. V. *Mitra*. ¶ Item faſcia. *Cilf. l. 8. c. 10. n. 3. ſub fin.* Brachium involutum mitella commodiſſime excipitur, quæ latitudine ipſa brachia, perunguſtis capitibus collo injicitur: atque ita commode brachium ea cervice ſuſpenſum eſt.

MITELLITA, *vel* Mitellica, æ, f. erogatio & diſtributio coronarum, in modum mitellæ compactarum, quæ ex nardi foliis, aut roſis, & ſerico factæ, pretioſiſque unguentis imbutæ gellabantur a convivis in lautioribus cœnis. *Sueton. in Ner. c. 27.* Indicabat & familiaribus cœnas, quorum uni mitellita quadragies H-S conſtitit, ſitas aliquanto pluris abſorptio roſaria. ¶ *Mitellita* videtur eſſe adjectiv. ut a *galerus, galerita*, a *vetis vetitus*; ſic a *mitella mitellitus*. Ceterum aliis torus hic locus corruptus videtur.

MITESCO, is, n. 3. *mansuefio*, ἡμερόω, mitis, ſeu teneſcit, ac maturus ſio, ac eſui aptus. *Cic. in Oeconom. apud Gell. l. 15. c. 5. extr. & Colum. l. 3. c. 1.* Uvæ a ſole miteſcunt. *Plin. l. 15. c. 14.* Mala muſcea a celeritate miteſcendi. Parvo. apud *Non. c. 2. n. 358. & cap. 4. n. 293.* Nec grandiri poſſe frugum fetum, nec miteſcere. *Colum. l. 7. c. 9. extra med.* Cornus, arbutus, prunus, pyri diverſis temporibus miteſcunt. V. *Mitigo*, & *Mitis*. ¶ Item univerſum teoereſcere, *intenerirſi, ammolirſi. Plin. l. 22. c. ult.*

c. ult. a med. Ervum madefactum pluribus diebus, mitescit. *& mox.* Lupini mitescunt cinere, aut aqua calida. *Ovid. 15. Metam. v. 78.* Sunt herbæ dulces, sunt quæ mitescere flamma, Mollirique queant. ¶ Transitive est manſuefacere, *ſæpe manſuetos, addomeſticaſſe, πραΰνειν. Liv. l. 33. c. 45.* Ut feræ quædam nunquam mitescunt, ſic immitis, implacabilis ejus viri animus eſt. *Plin. l. 10. c. 45.* In mari vituli, totque piſcium genera mitescunt. *Pallad. in Mart. 11. 14. de aſino admiſſario.* Si morſu furens lædit objectas, aliquatenus labore mitescet. ¶ Transfertur & ad animum. *Horat. l. 1. ep. e. v. 39.* Nemo adeo ferus eſt, ut non mitescere poſſit, Si modo culturæ patientem accommodet aurem. *Ovid. 14. Metam. v. 606.* tota referam noſtiſſima Cypro Facta, quibus lecti facile, & mitescam poſſis. *Id. 2. ex Pont. ep. 7. v. 79.* Spes quoque, poſſe mora mitescere Principis iram. *Claudian. l. 2. in Eutrop. v. 382.* Mitescere precibus. *Tacit. 2. Hiſt. cap. 67.* Pace & otio mitescere. *& cap. 78.* Seditio mitescit. *Liv. l. 5. c. 17. extr.* Mitescere diſcordiæ inteſtinæ metu communi cœpiſſe. ¶ Item ad inanima: præcipue ad vim frigoris. *Verus Poeta* apud *Cicer. c. Tuſcul. c. 28.* Calum mitescere, arbores frondeſcere. *reddolcirſi Varia. Liv. l. 23. c. 19.* Mitescente jam hieme. *Sil. l. 15. v. 503.* hieme affecta, mitescere cœperat annus. *Horat. l. 4. od. 7. v. 9.* Frigora mitescunt Zephyris. *Ovid. Heroid. ep. 7. v. 179.* Freta mitescunt. *ſi calmano. Lucan. l. 10. v. 257.* Æquoreoſque ſales longo mitescere tractu. *b. e.* falſum ſeporem amittere. *reddolcirſi. Plin. l. 3. c. 25.* Mitescentis Alpium juga molli in dextra ac læva devexitate conſident. *diuturnoque pia protectabili. Claudian. de B. Get. v. 273.* nec vanis mitescunt flumina votis. *ſi placano, depongono la furia. & lib. 2. de rap. Proſ. v. 145.* Iſofolitiſque docet galeam mitescere ſertis. *b. e.* horrorem deponere.

MITHRAS, vel Mithra, æ, m. *Μίθρας*, nomen Solis apud Perſas, qui ejus ſimulacrum in ſpeluncæ effingebant, humana quidem figura, ſed rictu leonino, & manu bovis reluctantis cornua tenens, ut eſt apud *Ver. Scholiaſt. ad illud Stat. in fin. l. 1. Theb.* ſeu te roſeum Titana vocari Gentis Achæmeniæ ritu, ſeu præſtat Oſirim Frugiferum, ſeu Perſei ſub rupibus antri Intignata ſequi torquentem cornua Mithram. *Claudian. l. 1. in I. conſul. Stilich. v. 63.* Et vaga taſtatur volventem ſidera Mithram. Apud *Greter. pag. 33. & 34.* non una ſunt Inſcriptiones, in quibus habetur D. S. I. M. vel expreſſe *Deo Soli Invicto Mithræ:* quibus adde aliæ, quas affert *Reinef. claſſ. 1. n. 45. & ſeq. & Philipp. a Turre de Mammm. Antii, par. 2.* ubi Mithræ figuras quatuor exhibet, facra ejus dei enarrat, myſtica ſigna explicat, ac totam eam rationem accurate perſequitur. In his tamen figuris nullus leonis rictus eſt. ¶ Apud *Curt. l. 4. c. 13.* legitur *Mithres, æ, em*, tanquam a *Mithre*. ¶ *Apul. l. 11. Metam. Mithram* appellat primarium ſacerdotem Iſidis. ¶ Docet *Iſid. l. 19. Orig. c. 24. mithram* eſſe etiam funem nauticum, quo navis media vincitur, *Auct. carm. de Jona, & Ninive* (quod *Terentianus* eſſe creditur) *v. 42.* Nauticus interea geminus clamor omnia tentat Pro rate, proque anima, ſpiras mandare morantes, Obſequeare mithram, elaborum ſtringere nexus. Al. ſios aſpiratione ſcribunt.

MITHRAX, vel Mitrax, acis, m. *μίθραξ*, gemma a Perſis accepta, & rubri maris montibus, multicolor, contra ſolem varie refulgens. *Plin. l. 37. c. 10.* ¶ Apud *Solin. c. 37.* (*al. c. 50.*) & *Iſid. l. 16. Orig. c. 62.* legitur *mithridax*, fortaſſe corrupte.

MITHRIACUS, a, um, ad Mithram pertinens. *Lamprid. in Commodo, c. 9.* Sac a Mithriaca homicidio vero polluit.

MITHRIDATÆUS, a, um, Mithridaticus. *Manil. l. 5. v. 560.* Et Mithridateos vultus induta trophæa.

MITHRIDATICUS, a, um, ad Mithridatem pertinens, qui fuit rex Ponti, acerrimus Romanorum hoſtis, quos contra bellum geſſit per quadraginta annos, tandemque a Pompejo M. devictus eſt. *V. Vellej. l. 2. c. 18. & ſequent. Flor. l. 3. c. 5. Juſtin. l. 37. & 38. & Cic. pro leg. Manil.* Dicitur a *Plin. l. 7. c. 24. & Gell. l. 17. c. 17.* duatum & viginti gentium rex, totidem linguis jura dixiſſe, pro concione ſingulas ſine interprete effatus. Ab *eod. Plin. c. 2. l. 25.* maximus ſua ætate regum appellatur, & qui primus excogitaverit quotidie venenum bibere, præſumptis remediis, ut conſuetudine ipſa innoxium fieret. Unde unum antidoti genus ab eo nomen accepit. Itaque conſecutus eſt, ut in ultimo diſcrimine, ne volenti quidem veneno mori potuerit, & ferrum admovere coactus ſit: quam rem præter *Juſtin. l. 37. c. 2. & Flor. loc. cit.* tentatur etiam *Martial. l. 5. epigr. 77.* Profecit poto Mithridates ſæpe veneno, Toxica ne poſſent læva nocere ſibi. *Cic. pro lege Manil. cap. 3.* Mithridaticum bellum. *Flor. l. 4. c. 2. a med.* renovat. *Plin. l. 29. c. 7. ad fin.* antidotum. (quod a *Celſo* deſcribitur *l. 5. c. 23. feſt. 3. & Scribon. Larg. compoſ. 170.* V. etiam, ſi lubet, *Seren. Sammon. cap. 61. Æmil. Macr. cap. de Ruta, & Plin. l. 23. c. 8.*) *Id. l. 25. c. 25.* Victoria Mithridatica. *b. e.* de Mithridate. Sic *l. 22. c. 4.* Mithridaticus triumphus. ¶ Mitheida item crimen apud *Cicer. pro Flacc. c. 17.* eſt cujuſdam Mithridatis, cui Flaccus inſidias fruere dicebatur.

MITHRIDATIOS antidotus (de qua in voce præced.) *Gell. l. 17. c. 16. extr.*

MITIFICATUS, a, um, mitis factus. *Cic. 2. de Divin. c. 26.* In omne corpus diviſo & mitificato cibo. *b. e.* concocto, *digerito*. Al. leg. *modificato*.

MITIFICO, as, avi, atum, a. t. mitem facio, emollio, lenio. *Plin. l. 9. c. 32. de marinis lacuſtris.* Autumno & vere pinguiſcunt, & plenilunio magis, quia nocte ſidus tepido fulgore mitificat. *Id. l. 8. c. 7. extr. de elephantis.* Capti celerrime mitificantur hoedi ſucco. *b. e.* manſuefcunt, mitiſcunt. *Gell. l. 2. c. 29. a med.* Majoris auctoritatis viri ſuos, apud quos ſunt, regunt atque mitificant, & adverſeſcios ſanatos magis cupiunt, quam perditos. *b. e.* placant, flectunt.

MITIFICUS, a, um, mitis, lenis, levis, mollis. *Sil. l. 12. v. 474.* Mitifica mens. Al. alitæ leg. *Prudent. in ſ. Hamartig.* Mitificos incendia lenta vapores Exhalent, aſtuque calor languente tepeſcat. *Apul. in ſ. lib. de Mundo.* Eundem ultrix Neceſſitas ſæpe & ubique comitatur: quam ille faciet mitificum, qui, &c.

MITIGABILITER, &

MITIGANTER, adverb. mitigando, cum *mitigatione*. *Cael. Aurelian. Acut. l. 3. c. 4.* Partes mitigabiliter relaxandæ. *Id. Tard. l. 5. c. 1.* Partes mitiganter emollire.

MITIGATIO, onis, f. *mitigazione, mitigamenta, διάψυξις, ἀφέσις*, actus mitigandi, delinitio. *Cic. 3. de Orat. c. 30.* Omniſque ad omnem animi motum & impulſin, & ſi ita res feret, mitigatio. *Auct. ad Herenn. l. 4. c. 37.* Ejuſmodi licentia, ſi nimium videbitur acrimoniæ habere, multis mitigationibus lenietur.

MITIGATIVUS, a, um, &

MITIGATORIUS, a, um, *mitigativo, προσταικὸς*, qui habet vim mitigandi. *Plin. l. 28. c. 6.* Contra renum, & lumborum, veſicæque cruciatus in balnearum foliis prouos urinam reddere, mitigatorium habetur. *Cael. Aurel. Acut. l. 2. c. 5.* Laxativa & mitigativa curatio.

MITIGATUS, a, um, *addomeſticata, mitigata, raddolcita, ammollita*, mitior factus, mollitus, lenitus, placatus. *Plin. l. 16. c. 12. extr.* Arbor feritatis paulum mitigatæ ſatu. *Id. l. 25. c. 23. ad fin. de proſicit.* Felſum eſt, venenum in Perſis gigni, & teansleta in Ægyptum, terre mitigata. *Id. l. 8. c. 16.* Leonum impetus alloquio mitigatus. *Curt. l. 8. c. ult.* Aures (*elephantorum*) olim ad notum ſonum (*symphoniæ*) mitigatæ. *Id. l. 9. c. 10.* Mitigata hiems. *Cic. Fam. 6. ep. 1.* Magna ſigna dedit animi erga te mitigati. *Juſtin. l. 28. c. 4.* Diſſimulato odio mitigatoque in ſerim vultu. *reſſervenuto. Tacit. c. Hiſt. c. 63.* Mitigatus precibus.

MITTIGO, as, avi, atum, a. t. *ammollire, intenerire, μαλακύνω*, mitem, h. e. mollem ac tenerum reddo, mollio: & propriæ dicitur de frugibus, & de fetibus arborum, qui in maturitate teneſcunt, & edules fiunt. *Cic. in fragm. apud Non. c. 4. n. 293.* Cum ſegetes ætate ac maturitate ædias mitigaverit, alias torruerit. *Id. 2. de nat. Deor. c. 60.* Arborum conſectione, igni adhibito, ad mitigandum eibum utimur. *a emorire. Martial l. 9. epigr. 44.* Hic, qui dura ſedens porrecto ſava leonis Mittigat, &c. *b. e.* feſſi mollitos reddit, leonis pelle ſternendo. ¶ Significat etiam plus aliquid, quam *maturare*, nempe qualitatem illam inducere, quam habent poma & fruges inter maturitatem & putredinem. *Auſon. Edyll. 8. v. 17.* Diſcolor arbuteos varie Pomona ſapores: Mittiget autumnus, quod maturaverit æſtas. Huc pertinet illud *Varron. l. c. R. R. c. 68.* Sorbum prius domi maturitatem aſſequi vult, quam neqnt in arbore, quam miteſcat. ¶ Facete *Turpil.* apud *Non. loc. cit.* Mifero mihi mitigabat fandalin cſput. *b. e.* fenigebat, atque adeo tenerum reddebat. Hoc modo & *Terent.* locutus eſt *Eun. 5. 8. 4.* Hinc *mitis* dicitur ab *eod. Adelph. 2. 4. 12.* & *Plauto Mil. a. 5. v. 31.* qui verberibus & colaphis contuſus eſt, quam inde duritiam exſuerit, & teuer ac manſuetus factus fiet. Sic *mollire ſubſtantiam* apud *eund. Aulul. 3. 2. 8.* ¶ Univerſim eſt vim, acrimoniam, aſperitatem, feritatem rebus demere, lenire, ſedare, levare, temperare, *mitigare, raddolcire, diſacerbare. Cic. 3. Attic. ep. 15.* Cetera dolorem mitigantur vetuſtate. *Id. 3. de Orat. c. 4.* Summi labores noſtri, magna compenſati gloria, mitigantur. *Tacit. Ann. 14. c. 54.* Penuria aquæ, fervida æſtas, longinqua itinera, ſola duritia patientia mitigabantur. *Quintil. l. 2. c. 17.* Febrem quiete, & abſtinentia mitigare. *Plin. l. 1. ep. 12. a med.* morbum temperantia. *Plin. alter l. 20. c. 23.* Mitigare tormina. *& cap. 15.* ſugillata & oculorum epiphores. *& cap. 22. ad fin.* cereicum duritias. *& in prooem. l. 23. a med.* omnia hi vim maſce. *& ſub fin. l. 24.* vina diluendo. *Id. l. 28. c. 26.* amaritudinem frugum. *Id. l. 20. c. 63. ſub fin.* rabiem ſuum. *Id. l. 35. c. 6. ante med.* pilos. *b. e.* extenuare, *rarefacere. & lib. 17. c. 20. circa med.* ſilveſtres arbores. *domeſticare. Horat. l. 2. ep. 2. v. 186.* ſilveſtrem agrum ſerendo & ſtammis. *ridurre a coltura.* Sic *Cic. 2. de nat. Deor. c. 52. ad fin.* Indus (*fluvius*) non aqua ſolum ſegetes lætificat & mitigat, ſed eos etiam conſerit. *b. e.* ferities reddit. ¶ Transfertur ſæpe ad affectus, mores, animum, pro minuere, lenire, placare, flectere. *Senec. l. 1. de benef. c. 3.* Nullum tam immanem animal eſt, quod non cura mitiget. *Plin. l. 24. c. 17. ſub fin.* Mitigare feritatem animalium. *Id. l. 8. c. 40.* impetus & lævitiam canum. *Tacit. 14. Ann. 2. 22.* ſpicitus alicujus. *Quintil. l. 12. c. 2.* metus. *& cap. 1.* aures. *b. e.* averſas ab audiendo lenire. *Cic. Q. Fr. l. 1. ep. 1. c. 7.* accedam ſeveritatem conſimentis humanitate. *Id. 2. de Orat. c. 75.* invidiam extenuando. *Cic. pro Balb. c. 26.* animum alicujus. *Calum. in præfat.* querimonias. *Ovid. 4. Trift. el. 6. v. 65.* tempus paulatim mitigat iras. *Cic. 2. de Orat. c. 58. a med.* Riſus trilitiam, ac ſeveritatem mitigat & relaxat. *Id. pro Mur. cap. 30.* Te ipſum animi quodam impetu concitatum, & vi naturæ atque ingenii elatum & recentibus præceptorum ſtudiis flagrantem, uſus flectet, dies leniet, ætas mitigabit. *Id. in ſ. ep. 9. l. 2. Fam.* Ut quibus rebus poſſis, eum tibi ordinem aut reconciles, aut mitiges. *Id. 2. de Legib. c. 24.* Ex agreſti immanique vita excult' ad humanitatem & mitigati ſumus. *Liv. l. 38. c. 48. a med.* Gallorum animos, ſi poſſent mitigari a feritate habita, removi. *Tacit. Ann. 6. c. 38.* Non enim Tiberium, quæ ceteros mollire ſolent, tempus, preces, ſatias mitigabant, quin pejoret, &c. *Id. 2. Hiſt. c. 66.* Mitigare aliquem pecunia. *piegare a forza d' oro. Plin. l. 3. ep. 9. a med.* Senatui licet

cet & mitigare leges, & intendare. *moderari, spiegare benignamente. & lib.* 8. *ep.* 4. Nihil eſt, quod non arte emaqua, ſi non poteſt vinci, mitigetur. *Tonge.*

MITTLO, as, n. t. verbum asperiores vocem acredulæ. *Auſt. carm. de Philomela*, v. 16. ubi in quodam codice eſt *trutulo.*

rum aliæ ſunt *ſtatuariæ*, ſeu *jumentariæ*, quæ ab aſinis, aut equis ope rotarum verſantur: Aliæ *manuariæ*, & *truſatiles*, χειροκμῆτες, quæ manu hominum truduntur: Aliæ *aquariæ*, memoratæ a *Palladio*. *l.* 1. *tit.* 42. & deſcriptæ a *Vitruv.* *l.* 6. *cap.* 10. quæ ſine animalium vel hominum labore, impetu incurrentis aquæ circumaguntur. *Juvenal. ſat.* 8. *v.* 66. *dequis ignobilibus*, tritoqua trahunt epirhedia collo Segnipedes, dignique molem verſare Nepotis. *Ovid.* 6. *faſt.* *v.* 318. Et quæ pumicem verſat aſella molas. *Varr.* *l.* 1. *R.* R. *c.* 55. Molæ oleariæ duro & aſpero lapide. *Petron. in fragm. Tragur.* *c.* 74. *Burm.* Mola buxea piper terere. *Column.* *l.* 12. *c.* 50. *ante med.* Molæ quam facillimam patiuntur adminiſtrationem, quoniam pro magnitudine baccarum vel ſubmitti, vel etiam elevari poſſunt, ne nucleus, qui ſaporem olei vitiat, conrumpatur. *&* *c.* 52. Suſpenſa mola oliuam frangitur. *Id.* *l.* 2. *cap.* 22. *ſub fin.* Cicera ſulpenſa mola diuiſa. *Plin.* *l.* 18. *c.* 7. *a med.* Hordeum molis frangere. *Ovid.* *de medic. faciei*, *v.* 72. comminuere. *Gell.* *l.* 3. *c.* 3. *ſub fin. de Plauto*. Cum ob quærendum victum, ad circumagendas molas, quæ truſatiles appellantur, operam piſtori locaſſet. ¶ Quas memorat *Plin.* *l.* 36. *c.* 18. molas verſatiles Volſinios inventas, *Hardvin.* intelligit cotes acuendis ferramentis aptas. ¶ Eſt etiam mole far toſtum, molitum, & ſale ſparſum (unde & *mola ſalſa* dicitur) *μυῖδε*, τὸ ὀψώνιον, qua in ſacris uſitantur, & vel ſolam officerebant, vel victimas ea ſpargebant, ut *Feſt.* & *Valer. Max.* *l.* 2. *c.* 5. *n.* 5. docent: unde *immolare*. *Virg.* *Ecl.* 8. *v.* 82. Sparge molam, & fragiles incende bitumine lauros. *Serv. ad hunc loc.* tradit retinemen ejus conficiendæ; quæ Romæ in more fuit. Virgines, inquit, Veſtalea ex Non. Majis ad *prid.* Id. Majas alternis diebus ſpicas adoreas in corhibus menſuariis pomno: eaſque ipſa turrent, pinſunt, molunt, atque ita molitas condunt. Inde rer in anno molam faciunt, Lupercalibus, Veſtalibus, Idib. Septembr. adjecto ſale cocto, & ſale duro. *Cic.* 2. *de Divin.* *c.* 16. Caput eſt in jecore, cor in extis: jam abſcedet, ſimul ac molam & vinum inſperſeris. *Martial.* *l.* 7. *epigr.* 53. Conſumpſi ſelſaſque molas, & tunis æternos. *Tibull.* *l.* 1. *el.* 5. *v.* 14. Ipſe procuravi, ne poſſent ſæva nocere Somnia, ter ſancta devoueranda *mola*. *Sen. in Thyeſt.* *v.* 688. Tangenſque ſalſa victimam cultor *mola*, &c. *Plin.* *l.* 18. *c.* 2. Mola ſalſa ſupplicare. *Id. in præfat. ante med.* Ruſtici mola tantum ſalſa litant. *Plaut. Amph.* *a.* 2. 108. Prodigiali, aut mola ſalſa hodie, aut ture comprocatam oportuit. *Virg.* ſalſas fruges, *Ovid.* ſalſa farra vocat. V. *Salſus*. ¶ Denique *molæ* dicitur in uteris mulierum maſſa carnes ſine oſſibus ac viſceribus, ex imperfecta conceptione loco fetus emicreſcens, *μῦλαι*. *Plin* *l.* 7. *c.* 15. Unum mulieris utero, quas appellarunt molas. Ea eſt caro informis, inanima, ferri idtum & eciem reſpuens: &, ut partus, alias letalis, alias una feneſcens, aliquando alvo citatiore excidens. Simile quiddam & in viris in ventre gignitur, quod vocant ſciirron. Adde *lib.* 10. *c.* 64.

MOLÆ, arum, ſ. In libro ſacerdotum populi R. (apud *Gell.* *l.* 13. *c.* 22.) ita quo perſcriptæ ſunt Comprecationes deum immortalium, inter varia deorum nomina habetur *Hortum Junonis*, *Molas Martis*, *Nerienem Martis*. Putant quidam, *Molas* eſſe filias Martis, ſic dictas a molimine & conatu in bellorum apparatu: alii a molie, quod ut molis fruges, ſic bellis Mars homines frangat.

MOLARIS, re, *da mola*, *μυλικός*, ad molam pertinens, ut *molares lapis*, ex quo molæ fiunt, *μυλίτης λίθος*. *Plin.* *l.* 36. *c.* 19. *&* 23. ¶ *Molares* ſæpe dicuntur lepides præcipue & aſperrimi, quos vel manu, vel balliſtis jacisbeant in hoſtes: vel a magnitudine, quaſi apti ſint molis ſacrendis: vel a duritie, aut ſcabeitie, *ſaſſo grandi*, *exortatione*. *Virg.* *ſ.* *Æn.* *v.* 249. infuſeta rudentem (*Cænum*) Deſuper Alcides talis premit, omniaque arma Advocat, & ſamis, vaſtiſque molaribus inſtat. *Ovid.* 3. *Metam.* *v.* 59. deſtraque molarem Sufſulit, & magnum magno commune miſit. Illius impulſu cum turribus ardua celſis Mœnia mote forent. *Stat.* *l.* 5. *Theb.* *v.* 560. quo turbine bellica quondam Librati ſaliunt portarum in claſtra molares. *& lib.* 2. *Achill.* *v.* 426. Excipere immiſſos curvato ombone molares. ¶ *Molares* denes ſunt in interiori mexilla utrinque poſt caninos ſiti, latiores ceteris, craſſioreſque: ita dicti, quod inciſum ab aliis cibum ipſi comminuunt & veluti molunt, *maſcellari*, *μύλαι*, *μυλίτης ὀδόντες*. *Juvenal.* *ſat.* 13. *v.* 212. interque molares Difficili creſcente cibo. *& ſat.* 5. *v.* 60. ut per lacrymas effundere bilem Cogaris, preſſaque diu ſtridere molari.

MOLARIUS, a, um, *da machina*, ad molam pertinens, molaris, *μυλικός*. *Cato R. R.* 5. 11. & *Varr.* *l.* 1. *R. R.* *c.* 19. Aſinus molarius. *b.* *c.* qui molam circumagit.

MOLENDARIUS, a, um, *da molino*, *μυλωθρικός*, ad molam, ſeu molendinum pertinens, ut *molendaria aſina*, h. e. molaria: & *molendaria meta*, h. e. pars molæ ſuperior apud *Paul. Dig. lib.* 33. *tit.* 7. *leg.* 18. quæ tutior *lecto* eſt, quam *molendinarium*: quod habetur quidem in quedam *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 1114. *n.* 6. & *Fabrett. cap.* 7. *n.* 382. ſed quæ deteriorem ætatem ſapit. Scripta enim videtur ſæculo Chriſti IV. magos ea parte tranſacto. Sic *molendinarias metas* leges apud *Ammian.* *l.* 17. *c.* 4. (*al.* 8.) *ad fin.* ſed & ipſum ſequioris ævi ſcriptorem: ubi tamen al. leg. *molendarias*. ¶ Ipſa vox *molendinum* idoneo adhuc Latino Scriptore caret.

MOLENDINARIUS, &

MOLENDINUM V. in voce præced.

MOLES, lis, ſ. *mole*, *grandeza*, ὄγκος, τύμος, μέγεθος, corpus ingens, res magna, & multi ponderis. *Ovid.* 1. *Metam.* *v.* 7. Chaos, rudis indigeſtaque moles. *Virg.* 3. *Æn.* *v.* 656. vaſta ſe mole moventem paſtorem Polyphemum. *Column.* *l.* 3. *c.* 8. India perhibetur molibus ferarum mirabilis. *Propert.* *l.* 4. *el.* 6. *v.* 19. fletir æquore moles pinee. *b.* *r.* claſſis magnarum navium. *Lucan.* *l.* 4 *v.* 462. Opiterginis moles onerata colonis. *b.* *c.* navis. *Propert.* *l.* 4. *el.* 11. *v.* 23. Siſyphe, mole voces. *b.* *c.* ingenti ſaxo. V. *Siſyphus*. *Claudian.* *l.* 1. *in Ruſin.* *v.* 350. Hinc Stilicho turmas, illinc Gradivus agebat, Et clypeis, & aiole pares. *corpora rura*. ¶ Sæpe dicitur de magnis ædificiis, ſubſtructionibus, aggeribus, præſertim qui ex ſaxo, terra, aut materia in mare jaciuntur vel muniendis portubus, vel piſcinis faciendis, vel ædificiis in ipſo mari excitandis. *Horat.* *l.* 3. *od.* 1. *v.* 33. Contracta piſces æquore ſentiunt, jactis in altum molibus. *Tibull.* *l.* 2. *el.* 6. *v.* 27. Claudi & indomitum moles mare. *si mole*. *Cæſ.* *l.* 1. *B. Civ.* *c.* 25. Molem, atque aggerem ab utraque parte litoris jaciebat. *Cic. Verr.* 6. *c.* 53. Fons ſuctu totus operireiur, niſi munitione ac mole lapidum a mari diſjunctum eſſet. *Id.* 2. *Offic.* *c.* 4. Moles oppoſitæ ſuctibus. *Id. Attic.* *l.* 4. *ep.* 16. *a med.* Aditus inſulæ munitis mirificis molibus. *Liv.* *l.* 23. *c.* 5. *a med.* Pontibus ac molibus ex humanorum corporum ſtrue faciendis. *Cic. pro Mil.* *c.* 31. Inſanæ ſubſtructionum moles. *Horat.* *l.* 3. *od.* 29. *v.* 12. Molem propinquam nubibus arduis. *Cic.* 14. *Phil.* *c.* 12. *ad fin.* Exſtructa moles opere magnifico, incifæque litteræ, virtutis teſtes ſempiternæ. *depoſita*, *memoria*. ¶ *Molæ aquarum*, immanis vis & copia. *Sil. l.* 3. *v.* 46. ſurgentis mole profundi Jaſectum terris lubitum mare. Adde *lib.* 14. *v.* 123. & *Solin.* *c.* 23. (*al.* 36.) *a med.* ¶ Translate eſt magnitudo, aut multitudo cuiuſvibet rei. *Cic.* 1. *Catil.* *c.* 9. Vix molem iſtius invidiæ, ſi in exſilium ieris, ſuſtinebo. *& Catil.* 3. *c.* 7. Non facile hanc tantam molem malt a cervicibm veſtris depuliſſem. *Horat.* *l.* 3. *od.* 4. *v.* 65. Vis conſili expers mole ruit ſua. *Tacit.* 12. *Annal.* *c.* 66. In tanta curarum mole. *Id.* 1. *Hiſt.* *c.* 61. Virellius ſuas copias ſupplevit, tota mole belli ſecuturus. *con tutta il groſſo delle forze*. *& lib.* 2. *c.* 46. Noa alias majore mole concurſum. *con maggiore sforzo*, *e numero de ſoldatesca*. *& Liv.* *l.* 26. *c.* 6. *a med.* Apud alios nequaquam tantam molem pugnæ invenio. *si gran battaglia*. *Sil.* *l.* 12. *v.* 143. Herculea proſtrati mole gigantes. *b.* *c.* magnis viribus Hercculis. *Virg.* 12. *Æn.* *v.* 574. animis certantibus omnes Dant cuneum, denſaque ad muros mole feruntur. *b.* *r.* denſa acmine, & impetu urgente. Sic *Val. Flacc.* *l.* 1. *v.* 757. leo cunctatus in aſtra mole virum. *b.* *c.* denſe venantum turba. ¶ Item molimen, conatus, niſus, labor. *Tacit. Ann.* 13. *c.* 35. Corbuloni plus molis adverſus iguaviam militum, quam contra perfidiam hoſtium erat. *avea più da fare*. *& Liv.* *l.* 25. *c.* 11. *a med.* Plauſtris tranſvectum naves haud magna mole. *b.* *r.* haud magno molimine: *con non molta difficoltà*. *& Virg.* 1. *Æn.* *v.* 37. Tantæ molis erat Romanem condere gentem. *tanta es volea*. ¶ Item majeſtas, vis, pompa, potentia. *Val. Flacc.* *l.* 6. *v.* 673. non illa levi turbata metallo, Sed facibus, ſed mole dei. *Tacit. Ann.* 15. *c.* 52. Cæſar hainee & epulas imbat omiſis excubiis, & fortunæ ſuæ molc. *la pompa del ſuo ſtrepito*. ¶ Ultima in *mole* a veteriſſima producebatur, ut in *fame*, ſi *Priſcianus* credimus *l.* 7. *pag.* 766. Putſch.

MOLESTE, *moiaſontente*, *ſpiacevolmente*, δυσχερῶς, cum moleſtia, moleſtiam exhibendo. *Catull. carm.* 42. *ad hendecaſyll. verſ.* 7. illa, quam videtis Turpe incedere, mimice, ac moleſte. *con odioſa affettazione*. *Cic. in fin. ep.* 17. *l.* 1. *ad Attic.* Jam illud moleſte rogo, quod maxime cupio, ut quamprimum venias. *Pierique al. lrg.* moleſte. *Augustus in quadam ep.* apud *Sueton. in ejus vita*, *c.* 86. *in fin.* Opus eſt, dare ta operam, ne moleſte ſcribas, aut loquaris. *b.* *c.* affectando obſcuritatem, aut obſoleta verba ſectando. hoc enim moleſtiam exhibet legentibus, aut audientibus. *Gell.* *l.* 3. *c.* ult. Superſtitioſe, & nimis moleſte atque odioſe conſabricatus eſt originem vocabuli. *Quintil. ſub fin.* *l.* 11. Nec in loquenda diſtinctionibus, temporibus, affectionibus moleſte utemur. *Curt.* *l.* 3. *c.* 6. Animum ſolicitudine intempeſtiva amici ſane fideles, ſed moleſte ſedulí turbant. ¶ *Moleſte ferre*, egre, graviter, iniquo animo ferre, *de mala voglia*. *Cic.* 13. *ad Attic. ep.* 22. Te de prædio a viz exercri, moleſte fero. *mi ſpiace*, *mi dole*. *& Cæſ.* *l.* 2. *B. Gall. cap.* 1. Populi R. exercitum hiemare in Gallia, moleſte ferebant. *Petron. in Satyr.* *c.* 100. Inquietatus ille moleſte tulit. *Cic.* *l.* *& epiſt. & cap.* 1. *ad Q. Fr.* Quoniam ea moleſtiſſime ferre homines debent, quæ ipſorum culpa contracta ſunt; eſt quiddam in hac re mihi moleſtius ferendum. *Id.* 3. *Fam.* 6. *a med.* Moleſtiſſime fero, quod, te ubi viſurus ſim, neſcio. *Auſt. de B. Hiſpan.* *c.* 30. Moleſte, & acerbe accipiebant, ſe impediri, quominus, &c. ¶ *Moleſte ferre*, formula eſt doloris alterius calamitatem. *Senec. ſub fin. ep.* 67.

MOLESTIA, æ, ſ. *moleſtia*, *noia*, *faſtidio*, *travaglio*, *ſpiacere*, ἐνοχλησις, ἄχθος, ægritudo, ſolicitudo, cura, angor, negotium. *Cicer. Fam.* 12. *ep.* 30. Nolo mihi moleſtiam exhibere, & a me litteras crebriores, cum tu mihi ratas mittas, flagitare. *& lib.* 13. *ep.* 23. Pergretum mihi feceris, ſi eum, quod fiee moleſtia tua fiat, ſi qua in re opus ei fuerit, joveris. *fatica tua incomoda*. *& lib.* 16. *ep.* 12. *a med.* Habeo etiam illam moleſtiam, quod Dolabella noſter apud Cæſarem eſt. *Id.* *l.* 8. *Attic. ep.* 3. *a med.* Sed in hoc ipſo habent tamen iidem faſces moleſtiam. *portano peſo*. *& pra Sull.* *c.* 1. Ex hujus incommodis magnam animo moleſtiam capio. *Id. Fam.* 4. *ep.* 3. Ea peroicie reip. moleſtiam trahere. *& ep.* 13. Eſſe in moleſtiis. *& lib.* 14 *ep.* 7. Omnes moleſtias & ſollicitudines deponere & eiicere. *& lib.* 2. *ep.* 16. depellere. *Id.* 3. *ad Q. Fr. ep.* 8. delere. *Id.* *l.* 1. *de Fin.* *c.* 16. minuere, aut augere. *Id.* 4. *Fam. ep.* 3. levare. *Id.* *l.* 3. *Tuſcul.* *c.* 16. extenuare & diluere. *Terent. Heaut.* 3. 2. 9. afferre alicui. *& Adelph.* 5. 3. 33. demere. *Cic. Fam.* 5. *ep.* 14. *ad fin.* moleſtiis ſe laxare. *& lib.* 4. *ep.* 13. Abducere a moleſtiis, *Id.* 2. *ad Q. Fr. ep.* 10. Moleſtiam alicui aſpergere. *Id.* *l.* 3.

Digitized by Google

l. 3. *de Orat. c.* 2. Acerba recordatio veterem animi curam moleſtiamque renovavit. *Id. pro Roſc. Com. c.* 12. Liberaru quempium moleſtia & cura. *Gell. l.* 1. *c.* 6. Moleſtia & incommodum rei uxoriæ. *Plin. l.* 30. *c.* 3. *ad fin.* Ut dentes ſine moleſtiu cadant. *Plaut. Ampb.* 1. 1. 1. Amovi a foribus maximam moleſtiam. *ne grandiſſimo diſturbo. & Pan. prol. v.* 35. Eſſe moleſtiæ. *vocar diſturbo, e noſa. Cic. Fam.* 16. *ep.* 12. Suſcipere moleſtiam nauſeæ. *Suetou. in Caligu. c.* 53. *ad fin.* Vitare moleſtiam navigandi. ¶ Eſt & in ſcribendo *moleſtus*, cum exquiſitius obſcura, aut obſoleta, aut nimis elaborata ſectamur, *affectatione*: quod moleſtiam affert auditoribus. *Cic. de clar. Orat. c.* 38. *ſub fin.* Latine loquendi accuratu, & fine moleſtia diligens elegantiu. ¶ Eſt etiam vitium corporis in cute, quod moleſtiam magis, quam malum, affert. *Plin. l.* 28. *c.* 8. *a med.* Crocodilea illita os olus cyprino moleſtias in facie enaſcentes tollit.

MOLESTO, us, a. 1. *moleſtare, travagliare, Αυπέω, τάφω*, moleſtis afficio, vexo, infeſto. *Petron. in fragm.* apud *Pulgent. de proſm ſerm.* in *Alucinari*, n. 54. Nam eautum vernales ms alucitæ moluſtabant. *Id. en fragm. Tragur. c.* 58. *Burm.* Aut tace, aut meliorem noli moleſtare. *Scribon. Larg. compoſ.* 72. Ueu laro valde moleſtat. *Apul. de herb. c.* 72. Neque beſtiæ, neque occurſus mali moleſtabunt hunc. ¶ Deponentis forma, & cum dativo, *Moleſtor. Dig. lib.* 34. *tit.* 3. *leg.* 20. Aurelius Sempronius frutri meo nemiuem moleſtari volo nomine debiti, nec exigere aliquid ab eo.

MOLESTUS, a, um, *moleſto, grevoſo, ſpiacevole, noioſo, increſcevole, travagliaſo, δύσεργος, ἀνιαρὸς*, gravis, laborioſus, odioſus, injucundus, negotioſus. Volunt eſſe u *moleſto*, licet quantitas primæ ſyllabæ ſit diſſimilis. *Cic. pro Mur. c.* 8. *ſub fin.* Provincia negotioſa & moleſta. *Id.* 2. *de nat. Deor. cap.* 23. Operoſus ac moleſtus labor. *Id.* 3. *de Legib. c.* 8. Nihil erit his urbe, nihil domo ſua dulcius: nec laborioſius, moleſtiuſque provincia. *Id.* 1. *Offic. c.* 21. Minus altis gravis, aut moleſta vita eſt otioſorum. *Id. de Senect. c.* 14. Cupidis rerum raltum odioſum & moleſtum eſt fortaſſe careru. *Id. de Amic. c.* 6. *ad fin.* Amicitia nunquam intempeſtive, nunquam moleſta eſt. *Id. in Divin. Verr. c.* 11. *ad fin.* Cum omnis arrogantiu odioſa eſt, tum illu ingenii atquu eloquentiæ multo moleſtiſſima. *Phædr. l.* 4. *fab.* 6. *v.* 03. Noli moleſtus eſſe omnino litteris, Majorem exhibeant ro tibi moleſtiam. *Id. l.* 1. *fab.* 11. *v.* 3. Moleſtis muribus muſtela purgat domum. *Terent. Adelph.* 5. 3. 20. Auſculta paucis, niſi moleſtum eſt, Demea. *ſe non ſ' increſce: ſe non ſ' è d' incomodo*. Sic Cic. *pro Cluent. c.* 60. *ſub fin.* Tu autem, niſi moleſtum eſt, paulliper exſurge. (*officioſe dictum.*) *Id.* 2. *de Orat. cap.* 3. *extr.* Nos quidem, niſi forte moleſti intervenimus, veniſſe delectat. ¶ *Moleſte tunica*, fuit indumenti genus e cannabe, aut ſtuppa, aut ſparto, aut hujuſmodi materiu conteutum, & pice, bitumiuu, reſina, aut cera illitum, quo induebantur ad ignem damneti, ut diutius ardentes lento calore urerentur. *Juvenal. ſat.* 8. *v.* 235. Auſi, quod licear tunicu punire moleſta. *Martial. l.* 10. *epigr.* 25. Nam cum dicatur tonica præſente moleſta, Ure manum; plus eſt dicere, oon facio. *Senec. ep.* 14. *unde med.* Cogita illam tunicam, olimentis ignium & illitam, & intextam. ¶ Erant qui ſponte ſe offerrent, in ludis, ut certo temporis ſpatio ea induti perſtarent. *Tertull. ad Martyr. c.* 5. Jam & ud ignes quidam ſe auctoraverunt, ut certum ſpatium in tunica ardente conficerent. ¶ Elegauter *moleſtum* dicitur, quod exquiſitiore, quam par eſt, ſtudio, & cura fit: moleſtum coim exhibes, ut arrogantiæ plenum, utque adeo ingratum, *affectato, odioſo. Cic. de clar. Orat. c.* 30. *extr.* Volo, ut in ſcena, ſic stiam in foco, non eus modo laudari, qui celeri motu & difficili utantur, ſed eos etiam, quos ſtatarios appellant, quorum ſit illa ſimplex in agendo veritas, non moleſta. *Ovid.* 1. *de ar. um. v.* 459. Diſce bonas artes, moneo, Romana juventus, *&c.* Sed lateaot vires, nec ſis in fronte diſtertus: Effugiant ceto verba moleſta tum. *h. e.* nimis credite, & u commoui uſu remota. *Quinctil. l.* 11. *c.* 3. *ſub fin.* Pronuntiatio vultuoſa, & geſticulationibus moleſta. *Suetou. in Tiber. c.* 56. Zenonem quendam euquiſitius furmocinantem cum interrogaſſet, quanam illu tam moleſta dialectos eſſet, &c. ¶ Laborioſus, difficilis, *difficile, faticoſo. Ulpian. Dig. lib.* 9. *tit.* 2. *leg.* 27. *circa med.* Alia ſpecies damni eſt, ipſum quid corrumpere, & mutore: alia, nullo ipſius mutatione, applicare aliud, cujus moleſta ſeparatio ſit. ¶ Damnum afferens, peruiciofus. *Cotull. carm.* 51. *de Lesb. v.* 13. Otium, Catulle, tibi moleſtum eſt. ¶ *Moleſtiora loco* apud *Pallad. l.* 1. *tit.* 6. *circa med.* upponuntur *placidioribus*, & ſuet, quæ venti liberius ac vehementius perſtant.

MOLETRINA, æ, f. *molino, μυλών*, locus ubi molitur, piſtrinum: u *molitus*, ut *fatrina* u *futus*, & *furatrina* a *furatus*. Cato apud *Non. c.* 1. *n.* 320. Nervo, carcere, moletrina.

MOLILE, is, n. apud *Cæſon. R. R.* 1. 10. & 11. videtur eſſe vel manubrium, quo mola verſatur, vel helcium, quod ſervo, aut jumento molam verſanti aptatur.

MOLIMEN, inis, n. *ſforzo, ἐνεχείρημα*, molimentum, molitio, conatus. *Ovid.* 11. *Metam. v.* 356. ſubſidoque revellere dumo Annoſam pioum magno molimine tentat. *& lib.* 6. *v.* 693. Idem ugo cum ſentret calo ſum nactus opoſito (Nam mihi campus is eſt) tanto molimine luctor, Ut mediue noſtris concurſibus intonet æther. *Lucret. lib.* 4. *verſ.* 899. Quippe etenim ventus ſubtili corpore tenuis, Trudit agens magnam magno molimine nevim. ¶ Item apparatus, machinatio, ubi multæ vires, & magnum ſtudium, contentio, impenſæ ſunt opus. *Ovid. Metam.* 15. *v.* Boſt. ioures licet ipſa Sororum Tecta trium: cernes illic molimine vaſto Ex ære, & ſolido rerum tabularia ferro. *Val. Flacc. l.* 6. *v.* 34. Muſa move, quanto Scythiam molimine Perſes Concterit. *Ovid. 6. Metam. v.* 473. ipſo ſceleris molimine Tereus Creditur eſſu piur. *Liv. l.* 1. *c.* 56. Res tamen, ſuo ipſo molimine gravis, certaminibus in annum extruſitur. ¶ Item adminiſtratio, gubernatio, cura multarum magnarumque rerum. *Ovid.* 1. *ex Pont. ep.* 2. *v.* 75. Magnu tenent illud rerum molimina numen: (h. e. *Cæſarem Aug.*) Hæc eſt cæleſti pectore cura minor. *Id. Metam.* 15. *v.* 578. Magna quidem rerum molimina vidit in illis. (*certe.*)

MOLIMENTUM, ti, n. idem quod molimen. *Liv. l.* 5. *c.* 20. *de figno lapideo Junonis*. Motam certe ſede ſua parvi molimenti adminiculis, ſequentis modo, accepimus levem ac facilem translatu fuiſſe. *de pricipio apparato, e cforzo. & lib.* 37. *c.* 14. *ad fin.* Eo minoris molimenti ea clauſtra eſſe, quod in fluminis modum, longum, & angultum, & vadoſum oſtium portus ſit. *de minor fatres, e lavoro. & cap.* 15. Minore molimento apertuti ſinet hoſtes portum, quam obſtruatur. *Cæſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 34. Neque ſu exercitum ſine magne commeatu atque molimento in unum locum contrahere poſſe. Adde *Senec. de conſol. ad Marciam, c.* 11. *a med.* & *Siſenn.* upud *Non. c.* 2. *n.* 364.

MOLINA, æ, f. *moliuo*, moletrina, piſtrinum. *Ammian. l.* 28. *c.* 2. *ad fin.* (*al. c.* 20. *extr.*)

MOLINUM SAXUM, *macina*, mola, qua fruments terantur. *Tertull. l.* 4. *adverſ. Marcion. c.* 35. ou *Luce* 17. 2. Si molino ſoro ad collum deligato præcipitatus eſſet in profundum. *Vulgeru* habet *molaris lapis*.

MOLIO, is, a. 4. idem quod moliot. *In vet. S. C.* apud *Fromin. de aquæduct. artic.* 129. Neque quis in eo loco quid opponit; molit, obſepit, figit, ſtatuit. *h. e.* ſtruit, ædificat.

MOLIOR, iris, itus ſum, dep. 4. *fare, a muovere coo apparato*, u *cforzo*, s *difficoltà, ἐνεχείρω*, eſt conatu & viribus quippiam agere: *molem*, ſeu rem aliquam ingentem loco movere: u *molen*. *Cic. Verr.* 6. *c.* 43. u *med.* Hoca amplius jam in demolitodo ſigno permulti homines *moliebantur*. *Virg.* 4. *Georg. v.* 331. Ure ſuta, & validam lo vitis molire bipenneu. *h. e.* impioge, illide magna vi in vites. *Id.* 1. *Georg. v.* 329. Fulmina molitur dextrs. *Val. Flacc. l.* 6. *v.* 648. faxumque prehenſum Concuſſa molitus bumo. *Virg.* 10. *Æn. v.* 131. Moliri ignem. *h. e.* vel jaculari, vel accendere conari. *Liv. l.* 9. *c.* 3. Num montes moliri ſua fede paramus? *Id. l.* 28. *c.* 17. *ſub fin.* ancoras. *cavare, ſolpare. & lib.* 25. *c.* 36. *a med.* onera objecta. *removere, diſmuovere. Calpurn. ecl.* 4. *v.* 83. pondus. *h. e.* ſubire, portare. *Liv. l.* 36. *c.* 24. moliri ex ſomno corpora affecta labore ac vigiliis. *muovere a ſtento*, u *forza ziegere su piè. Cic. Verr.* 7. *c.* 34. Evolarat o conſpectu quadriremis, cum etiam tunc cuteræ neves ſuo in loco moliebantur. *e affaccendavano* u *portare*. Sic *Liv. l.* 37. *c.* 11. *ad fin.* Naves quædam u Nicandro, dum moliuntur u terra, captæ. *Colum. l.* 6. *c.* 17. Cacilio morſus tumorem, ſuppurationemque molitur. *h. e.* promovet. *Cæſ. l.* 1. *c.* 3. *de his, quæ exteruum*. Offenſus nerum conſuetudine, qui quotidie efficiendo, vorandi facultatem moliuntur. *h. e.* pei vim provocant. Sic *l.* 3. *c.* 18. *circa med.* Quidam ſomnum molluntur potui dando aquam, io que papaver, &c. *Colum. l.* 2. *c.* 17. *Liv. l.* 40. *c.* 29. & *Virg.* 1. *Georg. v.* 494. Moliri terrsm. *ſmuovere, arare, luvorare, ſcavare*. Sic *Lucret. l.* 5. *v.* 932. ferro molirier arva. *paragger*. ¶ Pro labefactare, demoliri, *abbattere, atterrare. Liv. l.* 25. *c.* 36. *a med.* Tureis igni circumdata, utque ita exuſtis foribus, qua nulla moliri potuerunt vi, capta. *Tacit.* 1. *Ann. c.* 39. Concurſu ad ianuam facto moliuntur fores: eutraſtum cubili Cæſarem tradere vexillum ſubigunt. Adde *lib.* 2. *c.* 82. & translate *Liv. lib.* 6. *c.* 11. *u med.* Non contentus agrariis legibus, fidem moliri cœpit. *Eſt qui minor legis.* ¶ Pro cuſtruere, *fabbricare*: præſertim ubi multis operis, impenſiſque opus eſt. *Virg.* 7. *Æn. v.* 157. *&* 190. Moliri aggere tecta. *& lib.* 3. *v.* 132. muros urbis. *& ibid. v.* 6. & *lib.* 4. *v.* 309. claſſem. *Flor. l.* 2. *c.* 7. ædem. *Val. Flacc. l.* 1. *v.* 94. navem. *Solin. c.* 15. (*al.* 05.) *circa med.* pocula de capitibus hominum. ¶ Tranſlate eſt machioari, ſtruere, parare, cogitare, *macchinare, apparecchiare, intraprendere. Cic. pro Cluent. c.* 64. Struere & moliri uliquid calamitatis alicui. *& cap.* 63. & *Virg.* 1. *Georg. v.* 271. *a*licui inſidias. *Id. pro Sest. c.* 1. periculum optimis civibus. *Flor. l.* 4. *c.* 4. palam arma ad opprimendum uliquem. *Valer. Flacc. l.* 5. *v.* 149. dolos opertos. *& verſ.* 616. exitiu in aliquem. *& lib.* 6. *v.* 431. opem extremam ulicui. *Ovid.* 14. *Metam. v.* 719. triumphue. *h. e.* parare, vel agere. *Tacit. Ann.* 12. *c.* 12. crimioa & accuſatorem. *Vellej. l.* 2. *c.* 46. bellum in animo. *Virg. e. Æn. v.* 109. fugam. *& Æn.* 1. *v.* 418. reoram. *frapporre*. ¶ Sæpe eſt aggredi, tentare, *accingerſi, tentare. Cic. de Univ. c.* 4. *ad fin.* Mundum efficere molieus Deus. *Val. Flacc. l.* 3. *v.* 491. Pallada fallere prima Molitur, caroque dolis avertere fratri. *& lib.* 6. *v.* 625. ſi duræ netum fubducere forti Moliar. *& lib.* 3. *v.* 153. Glaucumque ruentem Occupat, & jugulo vulnus molitur aperto: Ille manu contra telum tenet. *Cic. Fam. 6. ep.* 10. Agam per me ipſe, & moliur. *Liv. l.* 23. *c.* 39. Movere ac moliri aliquid. ¶ Pro facere, ſed magna cum vi, manu & conatu. *Cic. l. de nat. Deor. c.* 23. Dii nec oeſſantes, nec eu, quæ agunt, molientes cum laborn operoſo & moleſto. *Virg. Æn.* 4. *v.* 367. Res dura & regni novitau me talia cogunt Moliri. ¶ De ſtudio, apparatu, operu, impenſis multerum in ornando, *Terent. Heaut.* 2. 2. 11. Noſti mores mulierum: dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt. ¶ *Moliri iter, viam*, vi ſibi viam facere, *farſi ſtrada per forza. Virg.* 10. *Æn. v.* 477. *de haſta*. viam clypei molita per oras, Tandem etiam magno ſtrinxit de corpore Tumi. ¶ *iter*, peragere, ſtudioſu, intentoque gradu pergere. *Virg.* 6. *Æn. v.* 477. Inde datum molitur iter. ¶ *gradus*, ire, pergere, ſed cum labore & conatu. *Senec. in Hippol. v.* 431. Quid hæc feniles feſſa moliris gradus?

Claus-

Claudian. l. 3. de capt. Pros. v. 438. prima greſſus moliitur ab Ætna. ¶ *habenas*, fortiter tenere, ac regere. *Virg. 12. Æn. v. 327.* Emicat in aurrum, & manibus moliitur habenas. ¶ *locum*, parare, præparare. *Id. 7. Æn. v. 157.* humili deſignat mœnia foſſa, Moliturque locum. ¶ *ſibi imperium*, parare variis artibus, magnoque ſtudio, & conatu. *Tacit. 1. Hiſt. cap. 5. & Lucan. lib. 1. cap. 47.* ¶ *nuptias*, conari, & aggredi ot fiant. *Tacit. 12. Ann. c. 3.* ¶ *gratiam*, captare, quærere. *Perſian. in Sat. c. 207.* ¶ *laborem*, ſuſcipere, exercere. *Virg. Æn. 4. v. 233. & 273.* Nec ſopor ipſe ſus moliitur laude laborem. ¶ *animum*, in certum ſtatum ſtudiuſe componere. *Ovid. 2. de arte am. v. 219.* Jam moliere animum qui duret, & adſtrue formæ: Solus ad extremos permanet ille rogos. ¶ *compita lucis ſeriis* apud *Grat. in Cyneg. v. 483.* eſt ſolemni apparatu vel Compitalia, vel alia ſimilia feſta celebrare. ¶ Paſſiva ſignificatione *Apul. l. 11. Metam.* Sofpitatricis deæ peculiaria pompa moliebatur. *Lucil.* quoque videri poteſt paſſive uſurpaſſe in illa apud *Non. c. 4. n. 300. & cap. 2. n. 543.* Muginamur, moliimur, ſubduc imor. Ubi *Non.* interpretatur, retinere, morari, ac repigrare, addito illo *Cæcilii*: Ita quod lætitia me mobilitat, mœror moliitur metu. ¶ *Moliret* pro *moliretur*, quidam leg. apud *Valer. Max. l. 5. c. 10. n. 2. in fin.*

MOLITIO, onis, ſ. *ſtudium*, actus moliendi, conatus, machinatio, inſtructio alicujus rei. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 8.* Quæ moliitio, quæ ferramenta, qui vectes, quæ machinæ, qui miniſtri tanti muneris fuerunt? *Columm. in præfat. in fin.* Moliitio agrorum. *b. e.* cultura, fubactio. Sic *lib. 11. c. 2. ſub fin.* Moliitionem terrenam facere. differre aſiqus in pmaimas idas. *b. r.* agei caltionem. *Perſian. in Sat. cap. 95.* Quid ſibi vult tam furtiva moliitio? *Liv. l. 33. c. 5.* Facilis moliitio eorum valli erat. *b. r.* evulſio, demoliitio.

MOLITOR, oris, m. *fabricatore*, *architecto*, *machinatore*, *audacter*, *πραγματικὸς*, fabricator, architectus, machinator: a moliendo. *Cic. de Univ. c. 5. extr.* Effector mundi, moliitorque Deus. *Ovid. 8. Metam. v. 302.* primæque retis moliitor laſone. *Tacit. Ann. 11. c. 29.* Appianæ cædis moliitor Narciſſus. *Sueton. in Domit. c. 10.* Moliitores rerum novarum. *Senec. de tranquill. cap. 7. ad fin.* ſcelerum. *Moliitor*, a moliendo: *machinatore*, *μηχανοῦχος*, *δολίτης*. In re turpi adhibet *Auſon. epigr. 90.* Eſt qui tribuit etiam *Plauto Mil. 2. 2. 38.* ſed plerique omnes ibi *olitor* legunt.

MOLITRIX, icis, ſ. machinatrix: a moliendo. *Sueton. in Ner. c. 35.* Antoniam, quaſi moliitricem rerum novarum, interemit.

MOLITURA, æ, ſ. *machinatus*, ἐλιτὸς, actus molendi: & illud ipſum, quod molitum eſt. Tribui ſolet *Plinio l. 15. c. 23.* Moliitora etiam *præſtant*, &c. ſed more leſtio variat.

MOLITUS, a, um, *macinato*, ἀλιτὸς, mola comminutus: a *molo*, is. *Caſ. lib. 1. B. Gall. cap. 5.* Triam menſum molita cibaria ſibi quemque domo afferre jubent. *Vitruv. lib. 7. cap. 6.* Micæ marmoris contuſæ & moliitæ. *Colum. l. 11. c. 3.* Ervi moliti farina. *Plin. l. 18. c. 7. ad fin.* Molitum hordeum. ¶ *Moliti*, æ, um, particip. a *molior*, *iris*. *Ovid. 3. Amor. el. 6. v. 69.* Ter molita fugam, ter reſtitit. *Virg. 1. Georg. v. 494.* Agricola incurvo terram moliitus aratro. *Id. 10. Æn. verſ. 477.* haſta viam clypei moliita per oras.

MOLLESCO, is, n. 3. *emmollirſi*, μαλακύνομαι, mollis fio. *Catull. carm. 63. de nupt. Pel. & Thet. v. 38.* Rura colit nemo: molleſcunt colla juvencis. *Ovid. 10. Metam. v. 283.* Tentatem molleſcit ebur. *Plin. l. 12. c. 17.* Ipſum viſum eorum, tactu ſtatim molleſcere. ¶ Translate eſt mollem, & effeminatum fieri. *Ovid. Metam. 4. v. 385.* Quiſquis in hos fontes vir venerit, exeat inde Semivir, & tactis ſubito molleſcat in undis. *Vib. Sequeſt. de fontib.* Salmacis Cariæ, ex quo qui bibit, molleſcit. ¶ Item manſuetum fieri, mitem, humanum. *Ovid. 1. ex Pont. ep. 6. v. 7.* Actibus ingenuis, quarum tibi maxime cura eſt, Pectora molleſcunt, aſperitaſque fugit. *Lucret. l. 5. v. 1013.* Tum genus humanum primum molleſcere cœpit.

MOLLESTRAS dicebant pelles ovilles, quibus galeas extergebant. *Feſtus*. Videtur autem facta vox ex *ἀσκὸς*, melota, inde *meloera*, *molerta*, & inverſo *e*, *molegtra*: niſi malis ducere a *mollis*.

MOLLICELLUS, a, um, dimin. a molliculus. *Catull. carm. 25.* Cinæde Thalla mollior cuniculi capillo, Vel anſeria medullula, vel inula mollicella. Al. leg. *vel inula oricilla*, multo rectius.

MOLLICINA, æ, ſ. *μαλακὸν λαίνιον*, veſtis a mollitie dicta. *Non. c. 14. n. 33.* apud quem Nevius. Mollicinam, crocotam, chirodotam, ticam.

MOLLICOMUS, a, um, qui molles comas habet. *Avien. in Periegeſ. v. 1091.* Mollicomis tellus infremitur herbia.

MOLLICULUS, a, um, *delicato*, *tenerello*, *ἁβρὸς*, tenellus, delicatus: dimin. a *mollis*. *Plaut. Caſ. 2. 8. 58.* Sed lepida volo mollicolas aſcaa, ut ipſa mollicula eſt. *Catull. ad Aurel. carm. 16.* Qui me ex verſiculis meis putaſtis, Quod ſint molliculi, parum pudicum. ¶ Cognomen fuit R. in genre Minucia, ut Ti. Minucius Molliculus. *Liv. l. 40. c. 35.*

MOLLIMENTUM, ti, n. lenimentum. *Senec. de Tranquill. c. 10.* Calamitatum mollimentum confuetudinem iovenit.

MOLLIO, is, ivi, & ii, itum, a. 4. *emmollire*, *mollificare*, μαλακίζω, mollem reddo, teuerum facio. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 10.* Frigoribus durefcit humor, & idem viciſſim mollitior tepefactua. *Horat. l. 1. ſat. 4. v. 20.* dum ferrum molliat ignis. *Ovid. 8. Metam. v. 198.* Bavam modo pollice ceram Mollibat. (pro *mollichat*: non infrequens in quarta conjugat. Sic *molibbit* pro *mollitet* apud *Horat. l. 3. od. 22. v. 18.*) *Id. ibid. l. 8. v. 123.* Semina mollit humus. *& lib. 6. v. 220.* turba rotarum, Duraque molliverant ſubjectas ungula glebas. *& lib. 4. v. 741.* Mollit humum ſolite. *h. e.* fiernit, ne data humus jacentem lædet. *Id. Heſiod. ep. 3. v. 70. & lib. 2. Metam. v. 412.* Mollire lanam. *h. e.* tractando, pectendo, nendo tenuiorem & molliorem redere. Sic *Claudian. de IV. Conſul. Honor. v. 592.* Quæ tantum digitis potuit mollire rigorem Ambitioſa colus? *Plin. l. 20. c. 5. ſub fin & lib. 22. c. 21.* Mollire alvum. *b. e.* adſtrictam ac duram leniter ſolvere. *Id. l. 22. c. 25. circa med.* Panis ex oleo mollit collectiones. *& lib. 28. c. 17.* duritias. ¶ Treoslate *Id. l. 2. c. 47.* Mollit ventos folia vapor. *h. e.* tepidiores facit. Sic *ibid.* Fevonii hiberaem mollinat cælum. *Id. l. 30. c. 8.* Gallinaceorum jus acrie mollit. *vaddeleſce*, *mitiga*. *& lib. 23. c. 4.* Oleum amygdalinum mollit corpora. *rammos ibidiſce*. *& lib. 34. c. 12.* Mollire vim alicujus rei. *temperare*, *moderare*. *& lib. 7. c. 16.* Dentes ferie ſtructuræ, etqus magnitudine mutilant, molliunt, aut hebetant verba. *h. e.* molli lenique ſono fundunt. Alii ſenſu *mollire verba* dicit *Cic. 1. de nat. Deor. c. 34.* Illa, ſive beetitas, ſive beatitudo dicenda eſt. uteumque durum: ſed aſo mollianda nobis verba ſunt. *Id. 3. de Orat. c. 41.* Translationem paulo duriorem mollire. ¶ *Mollire oleum* apud *Caſ. l. 7. B. Gall.* eſt ejus arduitatem mimuere, obliqua eſcendendo: *cap. 46.* Quidquid hunc circuitus ad mollicudum civum acceſſerat, id ſpatium itineris augebat. Sic *Virg. Ecl. 9. v. 8.* qua ſe ſubducere colles Incipiunt, mollique jugum demittere clivo. ¶ Aliquando eſt ſedare, mitigare, placare. *Acc.* apud *Non. c. 4. n. 301.* Subter ſaxa ad lævam, qua mona mollibat mare. *h. e.* maris impetum frangebat. *Gell. l. 19. c. 1.* Cum molliti eſſent venti maris. *Vellej. l. 2. c. 121.* Accenſos plebis diſſenſiones coercitione magia, quam pœna mollivit. *Juſtin. l. 2. c. 1.* Locorum vitia quæſitis arte remediis moliite. *Virg. 1. Æn. v. 61.* moliitque animos, & temperat iras. *Liv. l. 1. c. 9.* Mollire iram. *Cic. de Senect. c. 4.* Annibalem juveniliter exſultantem patientia ſua mollichat. *Liv. l. 3. c. 35.* Propalam obviam ire cupidinati parum auſi, obſecundando mollire impetum aggrediontur. *Claudian. de magnete, v. 44.* Sic Venus horriſicum belli compeſcere regem, Et vultu mollire ſolet. ¶ Item a feritate abducere, manſuefacere, cicurare, *manſuefore*, *ammanſore*, *coercivitare*. *Flor. l. 2. c. 11.* Illa genuina feritas eorem Aſiatica amœnitate mollita eſt. *Plin. l. 3. c. 5.* Italia nomine deom elacta, quæ ſparſa congregaret imperia, rituſque molliret. *Virg. 2. Georg. v. 36.* ſeoctuſque feros mollite coleado. ¶ Item lenire, levare. *Ovid. 4. Trift. el. 1. v. 5.* Hoc eſt, cur cantet vinctus quoque compede fuſſor, Indocili numero cum grave mollit opus. *& lib. 3. el. 5. v. 53.* ot mollias ipſe Mutati pœnam conditionе Inci. ¶ Item effeminare. *Cic. Phil. 12. c. 3.* Ipſa legio Martia hoc euntin langueſcet & mollietur. *Id. Toſcul. 2. c. 11.* Vides ne, poetæ quid malt afferant? lamentantes inducuot fortiſſimos viros, molliont animos noſtros, &c. *Claudian. de Conſul. Prob. & Olybr. v. 86.* Colla nec ornatu paritur mollire retorto. *h. e.* laſciviore torquis ornatu circumdari. *Quintil. l. 11. c. 3.* Mollire vocem deliciis.

MOLLYPES, odia, adjectt. molles pedes habens, μαλακόπους. *Cic. in Priognoſt. l. 1. de Divin. c. 9.* Mollipedeſque boves ſpectantes lumina cæli.

MOLLIS, le, adjectt. *tenero*, *molle*, *faſtice*, *pathico*, *morbido*, *delicato*, μαλακὸς, tactui cedens, tractabilis, tener: cui oppoſitur *durus*, *rigidus*. *Caſ. l. 5. B. Gall. c. 9.* Mulle litus. *h. e.* ea molli arena, ut eſt apud *Ovid. 2. Metam. v. 577.* *Idem l. 1. de ar. am. v. 476.* Quid magis eſt ſaxo durum? quid mollius unda? Dura tamen molli ſaxa cavantur aqua. *Id. Metam. 13. v. 816.* Mollia fraga. *Virg. Ecl. 1. v. 82.* Caſtaneæ molles. *Celſ. l. 3. c. 12. extr.* Mollis alvus. *h. e.* modice ſoluta. *Id. l. 4. c. 4. ſect. 4. extr.* Mollia cibus. *h. e.* non acer. *& ſub fin. cap.* Ovum molle potui dare. *ovum de ſubore*, *Plin. l. 13. c. 12. ad fin.* Mollia panis. *maſſa*, *medulla*. *Cicer. 3. de Orat. cap. 45.* Molliſſima cera. *Virg. 11. Æn. verſ. 69.* Mollis viola. *Id. 2. Georg. v. 384.* Mollia prata. *Ovid. 6. Faſt. v. 328.* molli gramine membra levat. *Id. 3. de ar. am. v. 688.* viridi cæſpite mollis humus. *Id. 2. Faſt. v. 742.* Mollia lana. *Id. 2. Amor. el. 4. v. 14.* Mollis iorus. *Id. Heroid. ep. 4. v. 92.* Mollie arcus. *Id. 3. ex Pont. ep. 3. v. 17.* Molles capilli. *Id. 4. Faſt. v. 185.* Mollis cervix. *& lib. 1. Amor. el. 4. v. 24.* manus. *Id. 14. Metam. v. 709.* poſcitque in limine dum Molle latus. *Id. Heroid. ep. 10. v. 44.* Molles genæ. ¶ Item lenis, placidus, temperatus. *Ovid. 3. de ar. am. v. 718.* Molles Zephyri. *Stat. l. 3. ſilv. uit. v. 83.* Mollis hyems. *Virg. 1. Georg. v. 312.* Mollior æſtas. *Flor. l. 16. c. 4.* Molle cælum. *Virg. Æn. 8. v. 727.* Euphrates ibat jam mollior undis. *Interp. l. 4. v. 588.* Molle qaies. ¶ Item Bexibilis. *Virg. Ecl. 2. in fin.* Mollis juncus. *Id. 4. Georg. v. 137.* Mollis acanthus. *& Æn. 10. v. 818.* tunicam molli circumdata auro. *h. e.* in tenuia fila tracto. *Ovid. Metam. 12. v. 92.* Tiliæ molles. *Virg. 3. Georg. v. 76. de pullo equino.* Altius ingreditur, & mollia crota reponit. *h. e.* Beaubelia, agilie, & molliter ferram pulſantia. *ὑγρὰ κινήσει* quod & de gratibus dixiſſe *Eoniam*, teſtatur *Servius ibidem*. Sic *Id. Æn. 11. v. 612.* Clamorem tollunt, & mollie colla rebellant. *ſcil.* equorem facila frenis parentium. *Ovid. 1. de ar. am. v. 505.* Si vox eſt, canta: ſi molha brachia, ſalta. ¶ Item penſilis, in illa *Virg. 8. Æn. v. 666.* caſæ ducebant ſacra per urbem Pilentis matres in mollibus. Sic *aſcilla mollia* (2. *Georg. v. 389.*) & *molle ferrorum* (11. *Æn. v. 64.*) inquit *Servius*. Sed pilentum ac ferretrum molle intelligi atiam poteſt molli materia ſtratous. ¶ Item aſcenſu facilis, clementer acclivis, non erectus, non arduus. *Virg. 9. Ecl. v. 8.* mollique jugum demittere clivo. *Caſ. l. 2. B. Civ. c. 12.* Has trabes inter ſe capreolis molli faſtigio conjungunt. Adde *Stat. 6. Theb. v. 260.* & *Ovid. 3. Faſt. v. 13.* Hinc *molle* adverbii rita pro molliter. *Stat. Theb. 1. v. 330.* qui molle ſedeue in plana Cithæron Porrigitur. ¶ Item levia *Ovid. 2. ex Pont. ep. 7. v. 13.*

Mem-

Membra reformidant mollem quoquo faucia tactum. *Plin. l.* 12. *c.* 19. *ad fin.* Caſia odoris mollißimi. *Cic. Attic. l.* 2. *ep.* 1. Molli brachio objergare aliquem. ¶ Item lævis, & tactu jucundus. *Colum. in fin. cap.* 1. *l.* 6. Boves novalis corpora denſo, colore rubeo, tactu carporis molliſſimo. ¶ *Mollis via* eſt minime ſalebroſa aut aſpera, ſed læta, ſuavis. *Virg.* 1. *Georg. v.* 341. *Horat. l.* 1. *od.* 7. *v.* 17. & *Juvenal. ſat.* 1. *v.* 69. ¶ In ſtatuaria *mollia* dicuntur, quæ exquiſita arte facta ſunt, ita ut mollia eſſe, & flexibilia videantur. *Quintil. l.* 12. *c.* 10. Durimm Calon, atque Egeſias: jam mimus eigida Calamis, molliora adhuc ſupradictis Myron fecit. *Horat. in ar. Poet. v.* 33. molles imitabitur æra capillos. ¶ Sæpe transfertur ad animum, & ſignificat facilem, flexibilem, obſequentem. *Ovid. a. Amor. el.* 3. *v.* 5. Mollis in obſequium, feſtiſque rogantibus eſſes. *Propert. l.* 3. *el.* 13. *v.* 29. Et durum Zethum, & lacrimis Amphiona mollem. ¶ Item lenem, remiſſum. *Cic. 2. Q. Fr. ep.* 15. *circa med.* Tu quemadmodum me ceoſes oportere eſſe in republica, & in noſtris inimicitiis, ita & eſto, & fore auricula infima ſcito molliorem. *Ovid. l.* 1. *Triſt. el.* 5. *in fin. & lib.* 2. *v.* 28. Mollior ira. *Cic. 1. Catil. c.* 12. Qui ſpem Catilinæ mollibus ſententiis alserunt. *Tacit. Ann.* 14. *c.* 39. Cuncta tamen ad Imperatorem in mollius relata. *b. c.* minuendo aut diſſimulando. ¶ Item imbecillum, imbellem, non reſiſtentem, minima fortem, inconſtantem. *Caſ. l.* 3. *B. Gall. c.* 19. Ut ad bella ſuſcipienda Gallorum alacer & promptus eſt animus; ſic mollia ac minima reſiſtens ad calamitates perferendas mens eorum eſt. *Virg. 9. Æn. v.* 340. Pulſo manditque, trahitque Molli pecus. *Propert. l.* 2. *el.* 15. *v.* 23. leporis molles ſuccipere. ¶ Item delicata viventem, voluptuoſum, effeminatum. *Cic. 1. de Orat. c.* 52. *ſub fin.* Philoſophus tam mollis, tam languidus, tam enervatus, tam omnia ad voluptatem corporis referens, &c. *Id. 1. de Fin.* 2. 11. Voluptaria, delicata, mollis diſciplina. *cui opponitur ibid.* gravis, ſontinens, ſevera. *& lib.* 5. *c.* 5. Hæc mihi videtur delicatior, ut ita dicam, molliorque ratio, quam virtutis vis gravitaſque poſtulat. *Ovid.* 5. *Triſt. el.* 3. *v.* 9. Mollis vita, & vacua laboribus. *Virg.* 1. *Georg. v.* 57. Molles Sabæi. *Cic.* 1. *Offic. c.* 35. *a med.* Na quid effeminatum, aut molle, & ne quid durum, aut ruſticum ſit. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. Mollis ſtoeraque vox. *Id. l.* 1. *c.* 2. (*al.* 3.) Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, nervos omnes & mentis, & corporis ſtingit. *Id. l.* 11. *c.* 3. *a med.* Longiſſima fugianda mollis actio, qualem in Titio Cicero dicit fuiſſe: unda attam ſaltationis quoddam genus Titius ſit appellatus. V. *Cicer. de clar. Orat. c.* 62. *ſub fin.* ¶ Speciebus *molles* dicuntur pathici. *Phædr. l.* 4. *fab.* 14. *Catull. carm.* 25. *in Thall. Petron. c.* 23. & *Martial. l.* 3. *epigr.* 73. ¶ *Mollis vita* eſt etiam proſpera, felix, tranquilla. *Ovid. 6. Faſt. v.* 416. valeas, anse optima, dixi: Quod ſupereſt ævi, molla ſit omne tui. ¶ *Molles anni* ſuot pueritiæ, *anni teneri. Ovid. Heroid. ep.* 1. *v.* 111. Eſt tibi, ſitque, precor, natos, qui mollibus annis In patrias artas eruditus erat. ¶ Refertur & ad orationem, quæ flexibilis eſt, & facta, & ſuavis, nihil duri aſperique habens. *Cic. de clar. Orat. c.* 9. *ad fin.* His primus inflexit orationem, & eam mollem taneramque reddidit. *Id. in Orat. c.* 16. Oratio mollis & tenera, & ita flexibilis, ut ſequatur, quocumque torqueas. ¶ *Preces*, aut *verba mollia*, ſubmiſſa, blanda. *Tibull. l.* 3. *el.* 4. *v.* 76. Vincuntur molli pectora dura prece. *Horat. epod.* 5. *v.* 83. Verbis mollibus lenire aliquem. *piscevuli, amicis.* Hinc frequenter *mollis* eſt amatorius, quoniam blanditiis amor alitur. *Horat. l.* 2. *od.* 9. *v.* 17. Deſine mollium tandem querelarum. *Ovid. 2. Triſt. v.* 307. Non tamen aſt facinus molles evolvere verſus. ¶ *Mollis multus, molle at*, facile ad ſuborem: cui opponitur durum, impudens. *Ovid.* 4. *Triſt. el.* 3. *v.* 70. Purpureus molli ſiat io ore pudor. (Eadem ratione *molliſſimus aures* dixit *Plin. in Panegy. cap.* 68. *ſub fin*, quæ verecunda ſunt, & ſuas laudes averſantur.) *Id. Met.* 10. *v.* 609. Molli vultu aſpicere aliquem. *b. c.* ad ſavendum, & adſentiandum compoſito. ¶ *Molle cor, molle pectus*, tenerum, ac facila ad affectus quoslibet. *Ovid. Heroid. ep.* 25. *v.* 79. & *lib.* 4. *Triſt. el.* 10. *v.* 66. & *lib.* 1. *ex Pont. ep.* 3. *v.* 32. & *Heroid. ep.* 17. *v.* 111. Sic *Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 17. Mollis animus & ad accipiendam, & ad deponendam offenſionem. ¶ *Mollis juſſa*, lavia, & quibus parera facila eſt. *Virg.* 3. *Georg. v.* 41. & 9. *Æn. v.* 804. & *Ovid.* 2. *de ar. am. v.* 196. ¶ *Moller aditus, mollia tempora*, quibus quis facile vacat, & aditur tuto, & cum ſpe impetrandi. *Virg.* 4. *Æn. v.* 423. Sola viri molles aditus, & tempora noras. & *verſ.* 293. & quæ molliſſima ſandi tempora. Sic *Ovid.* 3. *ex Pont. ep.* 3. *v.* 84. Et veniat votis mollior hora tuis. ¶ *Mollis adnoi*, extra metaphoram, eſt qua facila aditur. *Sil. l.* 4. *v.* 491. Dumque vada, & molles aditus per devia flexo Circuitu petit, &c. ¶ *Mollis*, gratus, jucundus. *Virg.* 3. *Georg. v.* 464. molli ſuccedere ſæpius umbræ. *& verſ.* 295. Mollia ſabula. *b. c.* elementia, & aeris temperati, atque adeo grata pecori. *Id. ibid. l.* 2. *v.* 470. molles ſub arbore ſomni. ¶ *Ridere mollia* eſt blande ridere. *Ovid.* 3. *de ar. am. v.* 513. Spectantem ſpecta: rideoti mollis ride. ¶ *In molli carne vermes naſcuntur*, proverb. apud *Petron. in fragm. Tragur. c.* 57. *Burm.* in otioſa & delicata vita oboriuntur vitia: vel in vita voluptuoſa morbi. ¶ *Molle* adverbii ritu, molliter. *Prudent. περὶ στεφ. cap.* 14. *de S. Romano*, *v.* 281. quod Dienam molla feocinctam vident.

MOLLITER adverb. *mollemente, teneramente*, μαλακῶς, leniter, non dure. *Plin. l.* 15. *c.* 10. Mira naturæ ſura molliter ſemina collocandi. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 17. Recubans molliter & delicata. *Id.* 2. *de nat. Deor. c.* 52. Aves nidos molliſſime ſubſternunt. *Ovid.* 3. *Triſt. el.* 3. *v.* 76. Molliter oſſa cubent. (Quæ ſunt mortuis bene precandi formula.) *Plaut. Pſeud.* 5. *a.* 7. Molliter ſiſta hanc me; cave, ne eadam: non vidra me, ut madidis madeam? *Colum. l.* 1. *cap.* 2. Colles ad orientem molliter deveni. *b. c.* paululum declives. *Virg. 6. Æn. v.* 847. Excudeot alii ſpiraotia mollius æra. *b. c.* artificioſius, & delicatius. ¶ Translate eſt delicate, effeminate. *Cic.* 1. *Offic. c.* 30. Delicate ac molliter vivere. *Terent. Adelph.* 5. 1. 2. Ælepol te curaſti mollitet. *Tacit.* 2. *Hiſt. c.* 96. Amici adulantes mollius interpretabantur. *troovavano delle dolci interpretazioni.* ¶ Imbecilliter, timida. *Liv. l.* 30. *c.* 7. Adſidebat Carthaginem contendit, ne quid per metum ex recenti clade mollius conſulerat ve. ¶ *Molliter ferre aliquid* eſt ægre, imbecilliter, infirma. *Salluſt. in Jug. c.* 84. Vir egregius in aliis artibus, nimis molliter ægritudinem pati. ¶ Item laviter, facile, æquo animo. *Cic. de Senect. c.* 2. Quod ferendum eſt molliter ſapienti. ¶ Leviter eſt & in illo *Fam. 1. ep. 9. ad fin.* Ladere aliquem parce & molliter. ¶ *Molliter abnuere*, mollibus verbis recuſam. *Liv. l.* 30. *c.* 3. *a med.*

MOLLITIA, æ, & Mollities, ei, f. *tenerezza, morbidezza*, μαλακότης, teneritas, mollitudo. *Cic.* 5. *de Fin. c.* 21. In primo ortu ineſt tenerritas & mollities quædam. *Id. in Orat. c.* 18. Mollitia cervicum. *Plin. l.* 36. *c.* 22. lapidis. *Id. l.* 19. *c.* 3. *ſub fin.* lanæ. *Id. l.* 9. *c.* 17. carnis. *Id. l.* 11. *c.* 37. *fœt.* ßß. Auriculæ ac nares ſtealli mollitia, osturæ providentia, ne frangerentur. ¶ *Mollities maris* eſt tranquillitas omni venta caſſaote, *calma*, γαλήνη: apud *Aurel. Vict. de vir. illuſtr. c.* 22. ubi tamen al. leg. *malacia*, ml. *favonia*. ¶ Sæpe transfertur ad animum, & ſignificat languorem, imbecillitatem, laborum & dolorum fugam, *tenerezza d' animo, mollezza, debolezza. Cic. Ascic. l.* 12. *ep.* 26. Noſti Niciæ noſtri imbecillitatem, mollitiam, conſuetudinem victus. *Id. pro Sull. c.* 6. Qua mollitia ſum animi ac lenitate nunquam mobercule illiue lacrimis ac precibus reſtitiſſem. *Caſ. l.* 7. *B. Gall. c.* 77. Animi eſt iſta mollities, non virtue, ioopiam pauliſper ferre non poſſe. *Salluſt. in Catil. c.* 56. Inertia & mollitia animi. *Id. in Jug. c.* 73. Mollities & ſocordia. *Plin. l.* 6. *ep.* 29. Ifocrates molliria frontis, ne in publico diceret, impedisbatur. *b. c.* pudora & timiditate, ut ait *Cic. 2. de Orat. c.* 3. ¶ Item effaminationem, delicias, *effeminatezza. Cic. 2. de Legib. c.* 15. Civitatum mores lapſi ad mollitiam. *Vellej. l.* 1. *c.* 88. Mæcenas nein ac mollitiis pæne ultra feminam fluens. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 40. Vos, quæ in munditiis, mollitiis, delicitiſque ætatulam agitis. *Juſtin. l.* 1. *c.* 7. Gens quondam potens, & manu ſtrenua, effeminata mollitie luxuriaque virtutem priſtinam perdidit. *Claudian. l.* 1. *in Eutrop. v.* 441 Mollities vocis. *voce da donna.* ¶ Item turpem libidinem, ut in *Mollii* dictum eſt. *Plin. l.* 28. *c.* 8. *a med. Senec. de conſtant. Sapient. c.* 18. & *Tacit.* 11. *Ann. c.* 2. ¶ Item ſenſum horroris, quo quis cædes & ſanguinem ne cernem quidem, nedum facere audeat. *Ovid.* 3. *Amor. el.* 8. *v.* 17. Qua periit aliquis, potes hanc contingere dextram? Heu ubi mollities pectoria illa tui? ¶ Item remiſſionem, lenitatem. *Salluſt. in orat. Philippi cons. Lepid.* Neque intelligitis, mollitia decretorum vobis dignitatem, illis metum detrahi. ¶ *Mollities* plur. num. uſu caret. ¶ Scribitur & *mollicies*.

MOLLITUDO, inis, idem ac mollities. *Cic. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 55. In pulmonibus autem ineſt raritas quædam, & aſſimilis ſpongiæ mollitudo. *Id.* 3. *de Orat. c.* 25. In ipſo tactu ineſt modus & mollitudinis, & lavitatis. *Pacuv.* apud *Gell. l.* 2. *c.* 26. Mollitudo manuum. *morbidezza. & Vitruv. l.* 10. *c.* 6. Campeſtris viarum mollitudo. *strade che sfondano. & Lactant. l.* 5. *c.* 4. Infans liquore lactis & mollitudine alitur. ¶ Accipitur etiam pro facilitate, flexibilitate. *Auct. ad Herenn. l.* 3. *c.* 11. Mollitudo vocis eſt, cum eam torquere pro commodo noſtro poſſumus. V. etiam *cap.* 13. ubi de hac re plura differit. ¶ *Mollitudo humanitatis* metaphora eſt ducta a ſenſu tactus. neque improbatur a *Cicer. l.* 3. *de Orat. c.* 4. ¶ *Mollitudo vitiorum* eſt corruptela, & mollities, quæ animæ vitiis mollitur & enervatur. *Arnob. l.* 2. *pag.* 64. Ne animæ delicis marceat, & corrumpatur mollitudine vitiorum.

MOLLITUSCULUS, a, um, *mollicello, intenerito, mollificato*, μαλακώδης, mollis, ſeu tener factus. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 52. Nihil recedit, mollitoſque & obſtipatos agros ad ſemendum relinquit. *Plin. l.* 30. *c.* 13. *a med.* Mollita roſacea cera. *Claudian. de B. Get. v.* 542. Chalybs mollitus flammis. ¶ Translate *Sil. l.* 13. *v.* 118. Mollitæ amore. *Lucan. l.* 10. *v.* 133. Infelix ferro mollita juventus, Atque axfecta virum. *Flor. l.* 2. *c.* 11. Feritas amœnitate mollita. *Claudian. in nupt. Honor. & Mar. v.* 150. *de Tritone.* vivo ſqualentia murice terga Purpureis mollies roſis. *b. c.* ſtrata & temperata. *Gell. l.* 19. *c.* 1. Molliti veneris macis. *Quintil. l.* 10. *c.* 1. *ante med.* Lectio non cruda, ſed multa iteratione mollita, & velut concocta, memoriæ tradatur.

MOLLIUSCULUS, a, um, molliculus. V. locum *Plinii iunioris* in *Lavrentinis.*

MOLLŪGO, inis, f. ſpecies eſt lappaginis, ſimilis anagallidi, niſi quod ramoſior eſt, ac pluribus ſolitis. *Plin. l.* 26. *c.* 10.

MOLLUSCA NUX, & Mollusca abſoluta, genus eſt nucis juglandis, cortice adeo tenui, ut nullo negotio frangatur. *Plin. l.* 15. *c.* 22. *ad fin.* Præterea molluſcæ putamen rumpentes. *Macrob. l.* 2. *Saturn. c.* 14. Nucem molluſcam, licet hiemis nobis tempus invideat; tamen quia da nucibus loquimur, indiſtam non eliinquemus. Plautus in Calceolo ſic ejus meminit: *Molluſcum nucem ſuper ejus dorso imprudens regulas.* Eſt autem perſicum quod vulgo vocatur: & molluſca nux dicitur, quod omnibus nucibus mollior ſit. Hæc *Macrob.* qui ſubdit carmina Latina *Suetii*, viri longe doctiſſimi, quibus ſi-

gnificatur, hanc nucem a Græcia quibuſdam, qui cum Alexandro in Perſis militaverant, poſt expeditionem fuiſſe inde in Græciam delatam.

MOLLUSCUM. V. *Bruſcum*.

MOLO, is, lui, litum, a. 3. *molimor*, ελδω, ολθω; mola terere: a mola. *Plin. l.* 7. *c.* 56. Ceres frumenta invenit, cum antea glande veſcerentur: eadem molere, &c. *Terent. Phorm.* a. 1. 29. Molendum uſque in piſtrino, vapulandum, habendæ compedes. *Plin. l.* 18. *c.* 7. *a med.* Hordeum in ſubtilem farinam molere. ¶ Præteritum *molui* habet *Pompon.* apud *Diomed. l.* 2. *pag.* 370. *Pariſch.* & *Priſcian. l.* 10. *pag.* 901. item *Parron. in Satyr.* a. 23. & quidem obſceno ſenſu: cui adde *Auſon. epigr.* 71. & 123. Sic *permolere* apud *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. *v.* 35.

MOLOCHE, V. *Malache*.

MOLOCHI[NARIUS, ii, m. molochini coloris infector. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 40. Aſtant molochinarii, petunt fullones. Adde *Inſcription.* a. apud *Murator. pag.* 939. *n.* 6.

MOLOCHINUS, a, um, ad colorem malvæ inclinans: a μολόχη, malva, quod malvæ florum ſimilitudinem habeat. *Cæcil.* apud *Non. c.* 16. *n.* 6. Carbaſina, molochina, ampelina.

MOLOCHITTES, æ, m. μολοχίτης, gemma non tranſlucens, ſpiſſius virens & araſſius, quam ſmaragdus, a colore malvæ nomine accepto (nam μολόχη *malva* eſt) reddendis laudata ſignis, & infantium cuſtodia quadam, innato contra pericula ipſorum medicamine. Naſcitur in Arabia. *Plin. l.* 37. *n.* 8. *a med.*

MOLORCHÆUS, a, um, ad Molorchum pertinens. *Tibull. l.* 4. *eleg.* 1. *v.* 13. Alcides deus aſcenſurus Olympum Læta Molorchæis poſuit veſtigia tectis.

MOLORCHUS, i, m. pauper quidam vicitor Arcadiæ, in agro Cleonæo, prope Nemeen, cujus filium Leo Nemæus interfecerat. Hic advenientem Herculem ejus occidendi cauſa hoſpitio exceperit, docuitque, quamadmodum adverſus feram venatio eſſet inſtituenda. Caſo leone Hercules omnem circa agrum Molorcho donavit, unde ille poſtea magnam vini copiam ſua induſtria comparavit. *Stat. l.* 4. *ſilv.* 6. *v.* 51. qualem parci domus admirata Molorchi. *Id. l.* 3. *ſilv.* 1. *v.* 29. pauperis arva Molorchi. *Id. l.* 4. *Theb. v.* 16. Cleonæi victa Molorchi. *Virg. l.* 3. *Georg. v.* 19. lucuſque Molorchi. *l. c.* Nemæam ſilvam. Al. leg. *Iudoſque*, h. e. Nemæos. *Martial. l.* 4. *epigr.* 64. *v.* 29. Credas Alcinoi pios Penates, Aut faſti modo divitis Molorchi.

MOLORTHUS, i, m. perpendiculum, ideſt plumbum rectum ſilo & gnomona dependens: a μόλυβδος, plumbum, & ὀρθός, rectus. Afferunt etiam illud *Statii l.* 3. *ſilv.* 1. *v.* 30. Sint quibus exploret rupes gravis ante Molorthus. Ubi alii leg. *Molybdus*. Alii aliter.

MOLOSSI, orum, Μολοσσοί, populi Epiri, quorum urbs Dodona, ubi templum fuit Jovis Dodonæi oraculo celebre. *Plin. in proœm. l.* 4. *& cap.* 1. ¶ Dicti ſunt a Moloſſo Pyrrhi regis Epiri, & Andromaches filio. *Serv. ad Æn.* 3. *v.* 297. *Strab. l.* 2. *ſilv.* 6. *v.* 29.

MOLOSSIA, æ. f. Μολοσσία, regio Epiri, in qua Moloſſus regnavit. *Serv. ad Æn.* 3. *v.* 297. V. vocem præced.

MOLOSSIAMBUS, i, m. pes metricus moloſſo & jambo conſtans, h. e. tribus longis, brevi, & longa, ut *admirabiler*. *Diomed. l.* 3. *p.* 478. *Pariſch.*

MOLOSSICUS, a, um, ad Moloſſos pertinens. *Plaut. Capt.* 2. 1. 18. Paraſiti Moloſſici. *h.* a. educes tamquam canes Moloſſi. ¶ Moloſſicum carmen apud Grammaticos eſt, quod Moloſſis pedibus accidit. Duriſſimum genus carminis: cujus exemplum dat *Cæſius Baſſus* ita: Romani victores Germanis daviſtis. *Diomed. l.* 3. *pag.* 513. *Pariſch.*

MOLOSSOPYRRICHIUS, ii, m. pes metricus moloſſo, & pyrrichio conſtans, h. e. tribus longis & duabus brevibus, ut *admirabilis*. *Diomed. l.* 3. *pag.* 478. *Pariſch.*

MOLOSSOSPONDEUS, i, m. pes metricus, moloſſo ac ſpondeo conſtans, ſeu quinque ſyllabis longis, ut *conturbatores*. *Diomed. l.* 3. *pag.* 479. *Pariſch.*

MOLOSSUS, a, um, Μολοσσός, ad Moloſſos populos, vel Moloſſum regem, vel Moloſſiam regionem pertinens. V. *Moloſſ. Ovid.* 2. *Metam. v.* 226. miſſi de gente Moloſſa. *& lib.* 13. *v.* 717. nati rege Moloſſo. ¶ Celebres fuere Moloſſi canes, & venationibus aptiſſimi. *Horat. l.* 2. *ſat.* 6. *v.* 114. dumus alta Moloſſis Perſonuit canibus. *Martial. l.* 12. *epigr.* 1. Retia dum ceſſant, latratoreſque Moloſſi. *Stat. l.* 2. *Achill. v.* 72. velut illa cubilia prædæ Indubitata tenens multo legit arva Moloſſo Venator. *Virg. Georg.* 3. *v.* 405. & *Senec. in Hippol. v.* 32. Moloſſus acer. *Virg. in Cul. v.* 332. Scylla rapax canibus ſuccincta Moloſſis. *Lucan. l.* 4. *v.* 440. Venator tenet ora levis clamoſa Moloſſi. *Propert. l.* 4. *el.* 8. *v.* 24. Atque armillatos colla Moloſſa canes. *Grat. in Cynteg. v.* 107. rure Moloſſo neta canis. *Lucret. l.* 5. *v.* 1062. canum rictu Moloſſum. *pro* Moloſſorum. ¶ Moloſſus pes metricus trifyllabus conſtat tribus longis, ut *Arpinas*, *evortunt*. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. Ideo Moloſſos dictum eſt, inquit *Diomed. l.* 3. *pag.* 475. *Pariſch.* quia Moloſſi, h. e. Theſſali ad bellum procedentes hujus modulata compoſitione utebantur. Confirmat *Iſidor. l.* 1. *Orig. c.* 16. & *Mar. Victorin. l.* 1. *de Gramm. pag.* 2487. Alii inde dictum putant, quia inventus ſit a Moloſſo Cretenſi viro. *Mar. Plotius de Metr. pag.* 2615.

MOLUCRUM, non ſolum, quo molæ vertuntur, dicitur, id quod Græci μύλαυρον (al. μύλαυλον) appellant; ſed etiam tumor ventris, qui etiam virginibus ſolet evenire: cujus memini Afranius in Virgine: Femo virgini, tanquam gravidæ mulieri, erexit uterus: molucrum vocatur: tranſit ſine doloribus. Cicatrices etiam in libris ſacrorum: Molucrum ajunt eſſe lignum quoddam quadratum, ubi immolatur. Idem Ælius in ſaplanatione carminum Saliarium eodem nomine appellari ait, quod ſub mola ſupponatur. Aurelius Opilius appellat, ubi molatur. Hæc *Feſtus*. Porro μύλαυρον, ſeu μύλαυλον a μύλη, mola, tum quæ grana terit, tum quæ in uteris feminarum naſcitur. Sunt qui in priſcis *Feſti* verbis legunt, *qua molæ vertuntur*; & μύλαυρον dictum ajunt a μύλη, & αὐρέω, verro, quaſi μυλαύρυτον. At μύλαυρον, tumor, ducunt a ἀύρας, caro, quaſi μυλάυρας, h. e. maſſa cornis.

MOLY, yos, n. μῶλυ, herba radice rotunda, & nigra, magnitudine cæpæ, folio ſcillæ, flore luteo, vel caodido, ut Homerus ſcripſit *Odyſſ.* 10. *v.* 304. vim ſummam habens adverſus omnia veneficia. *Plin. l.* 25. *c.* 4. & *Auct. Priap. carm. 69.*

MOLYBDÆNA, æ, f. μολύβδαινα, idem quod communis plumbi, & argenti. *Plin. l.* 34. *c.* 18. ¶ Item plumbago, genus herbæ folio lapathi, radice craſſa, hiſpidæ: ſic dictæ, quod plumbum, ideſt oculorum vitium, commaculeta tollat. *Plin. l.* 25. *c.* 13.

MOLYBDITIS, is, μολυβδίτις, plumbi ſpuma, ſicut argiritis, ſpuma argenti. *Plin. l.* 33. *c.* 6.

MOLYBDUS, i, m. μόλυβδος, plumbum, vox Græca. Pro plumbo illo, quo aquæ altitudinem nautæ explorant, uſurpari putant nonnulli a *Sroc. l.* 3. *ſilv.* 2. *v.* 30. Locum V. in *Molorthus*.

MOMAR, ſultus, apud Siculos. *Feſt.*

MOMEN, inis, n. *movimentum*, idem ac momentum, a ſupin. *motum* verbi *moveo*, ut *nomen* a *notum*. *Lucret. l.* 3. *v.* 189. Omnia uti pauvo poſſint impulſa moveri. *Id. l.* 6. *v.* 473. Poſſe quoque a falſa confungere momine ponti. *Arnob. l.* 2. *pag.* 77. Non parvi ſed iſſa nullius exiſtimandum eſſe momini, quod per omnia diffuſum perit. *de unum momenta. Manil. ſub fin. l.* 3. Momina in adverſum flectar rurſumque refolvat. *h.* a. tempora.

MOMENTANEUS, a, um, *momentaneus*, ἀκαιρογενέσιος, qui momento temporis, vel brevi facile mutatus ac deficit. *Tertull. l.* 3. *adverſ. Marcion. c.* 17. Momentaneus ardor. Sunt qui & *Livio* tribuunt *lib.* 1. *c.* 7. *ad fin.* ſed plarique alii aliter legunt.

MOMENTARIUS, a, um, *momentaneus*, *brevis*, ἐπιγενέσιος, qui momentum temporis, vel brevi admodum durat. *Apul. l.* 2. *Metam.* Momentaria vita. *& lib.* 5. Momentaaima maritus. *& initio l.* 9. Momentaria ſalus. *& lib.* 10. Momentarium venenum. *h.* a. quod momento temporis conficit. *Papinian. Dig. lib.* 34. *tit.* 1. *leg.* 8. Ea res præſentem ac momentariam curam injungit.

MOMENTOSUS, a, um, momentarius, momentaneus. *Quintil. declam.* 13. *c.* 11. *de apib.* Nunc vero differendum mihi eſt, quam momentoſa ſit hujus animalis rapina. Naſcimus, qua pernicitate plerumque vix contactis floribus, revolat, diſcurratque per ſuaſulos vaſtos expetimento: quam etiam ubi immorantur, libratis pendeant alis, &c. *h. c.* quam brevi tempore fiat. Alii iatarpretantur, quam parvi momenti, & damni ſit. Alii inclionem folliciant, & mallent *quam non damnoſa*, vel *quant non onerofa*.

MOMENTUM, ti, n. *mouimento*, *moto*, *peſo*, *momento*, *ſpovi*, dictum per ſyncop. pro *movimentum* a *movea*, ſignificat motum, quo aliqua res impellitur. *Cic. l.* 1. *de nat. Deor. c.* 46. Altra ſe & oixu ſuo conglobata continent, & forma ipſa figuraqua ſua momenta ſuſtentant. *Senec. epiſt.* 90. *circa med.* Piſces cauda reguntur, & levi ejus in utrumque momento velocitatem ſuam flectunt. ¶ Hinc tranſlate ad mutatio, perturbatio. *Vellej. l.* 2. *c.* 78. Provincias magnis momentis Labienus concuſſarat. *Lucan. l.* 7. *v.* 118. Si ſuus momento rerum, partiſque ruina Cæſarum eſt, &c. ¶ Item metonymice cauſam ipſius motus, ſcil. pondus, quo pæmente res movetur. Quare præcipue locum habet in ſtatera, quæ dum æqualiter pendet, ponderis alicujus vel leviſſimi acceſſione facile inclinatur. *Plin. l.* 32. *c.* 10. Œſypum cum myrrhæ momento, & vini ſyathis duobus dilutum. *h.* a. perenigua quantitate. Sic *cap.* 22. Sordes aurium denarii pondere cum myrrhæ momento. *Id. l.* 31. *a.* 3. Nullo pæne momento ponderis aquæ inter ſe diſtant. ¶ Translate *Cic.* 5. *Phil. c.* 10. Minimis momentis maximæ inclinationes temporum fiunt, cum ea unus caſus reipubl. tum in bello, & maxime civili. *Id.* 3. *Offic. c.* 3. Omnia ex altera parte collocata, vix minimi momenti inſtar habent. *Id. pro Font. c.* 6. Unamquamque rem æſtimare, momentoque ſuo ponderare. *Cæſ. l.* 7. *B. Gall. c.* 39. *ante.* Levi momento æſtimare aliquid. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 31. Inventa non ſolum ordine, ſed etiam momento quodam atque judicio diſpenſare atque componere. *Terent. Andr.* 1. 5. 31. Dum in dubio eſt animus, paulo momento huc illuc impellitur. Ubi *Donat.* Translatio eſt hæc a mole alicujus ponderis, quæ ante quam in locu ſederit, cum incerta pendet, facillime commovetur. *Liv. l.* 39. a. 5. Non pendeas ex alterius vultu, ac nutu, nec alieni momento animi circumagi. *da i movimenti, inclinazioni, e effetti dell' animo altrui.* ¶ Pro additamento, acceſſione. *Juſtin. l.* 7. *c.* 3. Mittit ad ſubigendam Thraciam, cataraque ejus tractus regna: quibus pro igaubili momento erat acceſſura Macedonia. ¶ Dicitur etiam de quacumque parva re. *Plin. l.* 7. *c.* 1. Naturæ rerum vis atque majeſtas in omnibus momentis ſibi caret. *Id. l.* 36. *a* 4. *de Phidia.* In ſcuto Minervæ Amazonum prælium cælavit intumeſcents ambita paanæ: ejuſdem aonuva parte deorum & gigantum dimicationem: in ſoleis vero Lapitharum & Centaurorum: adeo momenta omnia capacia artis illi fuere. *Id. l.* 18. *c.* 34. Sol quotidie an alio cæli momento, quam pridie, oritur. *Quintil. l.* 3. *c. ult. ad fin.* Corpus orationis in parva momenta diducere. ¶ Translate *Cic. pro Mur.* 2. 2. Cato diligentiſſima perpendens momenta officiorum omnium. ¶ Sæpiſſime de exigua parte temporis. *Cic.*

Cic. *Fam. l. 6. ep. 10. ad fin.* (*sl. ep 11.*) Quæ quoniam in temporum inclinationibus ſæpe parvis poſita ſunt, omnia momenta obſervabimus, neque ullum prætermittemus tui juvandi & levandi locum. *Id. l. 1. de Divin. s. 52.* Parvis momentis multa uetura aut affingit, aut murat, aut detrahit. *Plin. l. 4. ep. 30.* Ipſus certis dimentiſque momentis vel ſubtrahitur, vel aſſurgit. *b. c.* certis temporibus, ſtatis horis. *Id. in Paneg. c. 56.* Quod momentum, quod ſummo temporis punctum aut beneficio ſterile, aut vacuum laude? *Caſ. l. 2. B. Civ. c. 6.* Sed tantum, ne proviſa, Brutus celeritate navis eniſus eſt, ut parvo momento antecederet. *Petron. in Satyr. c. 28. Liv. l. 21. c. 33. & Tacit. l. 2. Hiſt. c. 86.* Momento temporis. *in breviſſimo tempo. Horat. l. 6 ſat. 2. v. 7.* horæ Momento aut cita mors venit, aut victoria læta. *Plin. l. 7. c. 51.* Mæcenati triennio ſupremo nullo horæ momento contigit ſomnus. *Suetou. in Aug. c. 50.* Ad epiſtolas omnes horarum quoque momenta, quibus datæ ſignificarentur, addebat. *Juſtin. l. 2. c. 14.* Tam brevi horarum momento. *in ſi poche ore. Ovid. l. 3. ex Pont. ep. 5. v. 47.* to momentis video omnibus abſens. *ogni momento. Plin. l. 22. c. 22. a verd.* Sion illitum lentigini momento cutem emendat. *in breviſſimo tempo.* Sic *Senec. l. 3. quæſt. nat. c. 27.* Momento fit cinis, diu ſilva. *Senec. altrr in Hippol. v. 770.* Fulgor, ceneris qui radiat genis, momento rapitur. *Petron. in Satyr. c. 92.* Ut ſolum hoſpitem vidi, momenta recepi. *toſtiſſimo. Plin. l. 23. c. 7. a verd.* Pruna ſtomacho non utiliſſima, ſed brevi momento. *b. c.* ſtomacho nocent, ſed ad breve tempus. ¶ Apud *Horat. l. 1. ep. 10. v. 16. monetura Leonis* ſunt ipſum tempus, quo ſol in ſigno Leonis eſt, ſimulque pondus & vis caloris, quo terras urget. ¶ Frequenter admodum ſignificat vim impellentem ad aliquid faciendum, pondus, robur, quo accedente quippiam facilios fit: ducta trewslatione a ſtatera, ut dictum eſt. *Cic. pro Mur. c. 30.* Petunt aliquid publicani? cave quidquem habeat momenti gratia. *Juſtin. l. 12. c. 4. corr.* Qui ad Darium profecti, non mediocre momentum Perſarum viribus acceſſere. *Cæſ. l. 3. de Bell. c. 13.* In iis eſſe ad bene vivendum momenta maxima. *Id. pro Mur. in fi.* Si quid habet aut momenti commendatin, aut auctoritati confirmatio mea. *Caſ. l. 3. B. Civ. c. 70.* Ita parvæ res magnum in utramque partem momentum habuerunt. *Cic. 2. de Invent. c. 26.* Qui locus bene tractatus magno ad perſuadendum momento futurus eſt. *Id. l. 1. de Fin. c. 27.* Maximam animi aut voluptatem, aut moleſtiam plus aut ad bentam, aut ad miſerem vitam afferre momenti, quam, &c. *Liv. l. 29. c. 35.* Quorum adventus hoc tamen momenti fecit, ut Scipio abſcederet inde irrito incepto. *Id. l. 1. c. 47.* Nullum momentum in dando adiwendoque regno facere. *& lib. 4. c. 12. ad fin.* Nullum momentum annonæ facere. *b. c.* nihil conferre *ad* annouem levandam. *non dar elmn moto u i viverè. Sil. l. 8. v. 252.* Tantum in quaſſata bellis capat extulit urbe, Momantum ut rerum, & fati lorst arbiter unus. *b. c.* ut ab eo rerum incluſetio mutatioque penderet. Sic *Liv. l. 3. c. 12.* Juvenis egregius, maximum momentum rerum ejus civitatis, in quamcumque venifſet. (Adde *Lucan. l. 4. v. 818.*) *Juſtin. l. 5. c. 4.* Tantum in uno viro fuiſſe momenti, ut maximi imperii ſubverſi, & rurſum recepti auctor eſſet. ¶ *Momenta rationum*, quibus ad credendum impellimur, *forza, peſo delle prove. Cic. 2. Acad. c. ult.* Cum in eadem re paria contrariis in partibus momenta rationum invenirentur. Abſoluta *Ovid. 11. Metam. v. 285.* Adjicis huic animam momenta potentia, clarum Nomen, avumque Jovem. *forte nepoti.* ¶ Apud *Ovid. in fi. ep. 13. l. 4. ex Pont.* præbere momenta ſalati. *b. c.* adiumenta, quibus a Cæſare detur Ovidio ſalus. ¶ *Magni, parvi, nullius momenti eſſe*, h. e. auctoritatis, ponderis, pretii, *monevole, peſo, ſomponanza. Cic. in Verrin. c. 2.* Cujus teſtimonium propter turpitudinem vitæ nullius momenti putaretur. *& cap. 4.* Id eſt maximi momenti & ponderis. *Id. Verr. 7. c. 69.* In republica permagni momenti eſt ætio, atque inclinatio temporum. *Nep. in Alcib. c. 8.* Sentiebat, ſe, Alcibiade recepto, nullius momenti apud ceercitum futurum. *di mono autorità e credito.*

MOMUS, i, m. Μῶμος, deus quidam eſſe dicitur, Nocte ac Somno genitus, ut eſt apud *Heſiod.* in Θεογον. v. 214. cui mos eſt ipſum quidem nihil agere, ſed aliorum deorum opera curioſis oculis contemplari, & per ſummam libertatem notare & carpere. Ipſe vox probrum, dedecus, reprehenſionem ſignificat. Dicitur & de quovis invido, irriſore & reprehenſore. Græce *Cic. Attic. l. 5. ep. 20.* Ut etiam Liguino μώμῳ ſatisfaciam.

MONACHA, æ, f. *monaca*, ſolitariæ vitæ femina. *Hieronym. ep. 25. ad Paulam de obitu Blæſillæ poſt med.*

MONACHICUS, a, um, *di monaco*, ad monachum pertinens. *Juſtinian. novell. conſtitut. 233. c. 5.* Monachicom certamen.

MONACHIUM, ii, n. μοναχεῖον, locus, vel ſodalitas monachorum. *Impp. Valentinian. & Marcian. lib. 1. Cod. tit. 2. leg. 13.*

MONACHUS, i, m. *monaco*, μοναχὸς, ſolitarius, qui vitam vivit ſolitariam: a μόνος, ſolus. *Rutil. Numatian. l. 1. v. 441.* Ipſi ſe monachos Grajo cognomine dicunt, Quod ſolimullo vivere teſte volunt.

MONALITER. V. *Monaliter.*

MONARCHIA, æ, f. *monarchia*, μοναρχία, unius principatus: a μόνος, ſolus, & ἄρχω, imperium. *Tertull. adverſ. Prax. c. 3. & Caprolan. in Maxim. & Balb. c. 14.*

MONAS, adis, f. *unità*, *monàs*, unitas, ſingularitas. *Macrob. l. 1. in ſomn. Scip. c. 6. Tertull. adverſ. Valentin. c. 37. & de præſcriptionib. adverſ. Hæret. c. 49. extr. & Auguſtin. l. 4. Confeſſion. c. 15.*

MONASTERIUM, ii, n. *monaſtero*, μοναστήριον, locus, in quo Monachi degunt. *Auguſtin. ep. 86. ad Ceſarium.*

MONASTRIÆ, arum, f. *monache*, μοναστριαι, mulieres Deo dicatæ, & ſolitariam vitam agentes: quarum fit mentio in *Novell. Conſtitut. Juſtin. 123. c. 27.*

MONAULITER, cum ſimplici tibia, quæ monaulos dicitur. *Martian. Capell. lib. 9. pag. 307.* Puer monaulites ſonabat. Ita *Grotius* legi oportere affirmat ex MS. cum *monaſtes* in editis legatur. *b. c.* ſolitarie: ſolus puer ſonabat.

MONAULOS, & Monaulus, i, m. μόναυλος, tibia ſimplex, ſeu ſingularis: a μόνος, ſolus, & αὐλὸς, tibia. *Plin. l. 7. c. 56. a med.* Fiſtulam, & monaulum inveuit Pan Mercurii, obliquam tibiam Midas, geminas tibias Marſyas. *Martial. l. 14. epigr. 64.* cujus lemma *Tibia*. Ebria nos madidis rumpit tibicina buccis: Sæpe duas pariter, ſæpe monaulon habet.

MONAZONTES, μοναζοντες, apud *Impp. Valentinian. & Valent. lib. 10. Cod. Juſtinian. tit. 31. leg. 66. & lib. 12. Cod. Theodoſ. tit. 2. leg. 63.* ſunt monachi ſolitatiam vitam agentes. Græca vox.

MONEDULA, æ, f. *mulacchia, putta, pola, gazza, μολοιὸς*, avis ex genere graculorum. *Plin. l. 17. c. 14.* Monedula condens ſemiue in thefauros cavernarum. *Id. l. 10. c. 29.* Immanſa ſimtimo Inſubrium tractu examina graculorum, monedularumque, cui ſoli avi furacitas auri argentique præcipua mira eſt. *Cic. pro Flacc. c. 31.* Re vera non plus aurum tibi, quam monedulæ committebant. *davano le pezze su guardia all' oſſa.* proverbium. ¶ Fabulantur, in hanc avem verſam eſſe Arnem nympham, quod patriam, auro capta & corrupta vendidiſſet. *Ovid. Metam. 7. v. 465.* quaque impio prodidit arcem Sithonis accepta, quod avara popoſcerat auro, Mutata eſt in avem, quæ nunc quoque diligit aurum: Nigra pedem, nigris velata monedula pennis. ¶ Eſt vox blandientium, quia deliciarum eſt avis, ſermonem hominum facile perdiſcens. *Plaut. Capt. 5. 4. 5.* Patriciis pueris aut monedulæ, aut acutes, aut coturnices dantur, quicum lufitent. *Id. Aſin. 3. 3. 103.* Dic me anaticulam, columlum, vel catellum, hirundinem, monedulam, &c.

MONELA, læ, f. *ammonizione, avviſo*, monitio. *Tertull. de patient. c. 8. & l. 4. adverſ. Marcion. c. 34.*

MONĔO, es, ui, nitum, n. a. *ammonire, ricordare, avviſare, avvertire*, παραγγέλλω, νουθετῶ, admoneo, commoneo, prædico, ſuadeo. Volunt eſſe vel ab obſoleto *meno*, a quo *meminì* (unde a memoria deducit *Varr. l. 5. de L. L. c. 6.*) vel a μανθάνω, ſignifico, indico. *Cic. 10. Fam. ep. 2.* Illud erat amoris mei, monere te atque hortari, ut *in* rempubl. incumberes. *Id. Verr. 2. c. 12.* Moneo, prædico, ante denuntio, abſtineant manus. *Id. 4. Fam. ep. 3.* Monere & denuntiare. *Salluſt. in Jug. c. 10.* Per hanc dexteram moneo obteſtorque, ut &c. *Id. in epiſt. Pompeje ad Senat.* Quod ego vos moneo quæſoque, ut &c. *Cic. Attic. l. 12. ep. 16. ſub fin.* Oro, ut Terentium moneatis de teſtimento. *Id. Q. Fr. l. 2. ep. 3. ſub fin.* Quod me de retinenda Seſtii gratia litteris monuiſti. *Hirt. l. 8. B. Gall. c. 34.* Monet ratiouem frumenti eſſe habendam. *Caſ. l. 1. B. Gall. c. 20.* Monet, ut ſuſpiciones vitet. *Terent. Eun. prol. v. 16.* Is ne erret, moneo. *Juſtin. l. 11. c. 13.* Macedonas monabat, ne multitudine hoſtium moverentur. *Auct. ad Herenn. l. 1. c. 2.* Si te unum illud monuerimus, artem ſine aſſiduitate diſcendo non multum juvare. *Virg. 12. Æn. v. 439.* Interea ſuror alma monet fucuarere Lauſo Turnum. *Cic. Catil. 2. c. 9. extr.* Sed eos hoc moneo, deſinant ſorere. *Terent. Adelph. 3. 4. 65.* Moneo, quid facto opus ſit. *Cic. Fam. 3. ep. 3.* Fabius ea ma ex tuis mandatis monuit, quæ univerſo Senatui venerant in mentem. *Id. 14. Attic. ep. 19.* Id ipſum quod me mooes, quatridno ante ad eum ſcripſeram. *Nep. in Phoc. c. 2.* Cum Phocion moueretur, Nicanorem Pææo inſidiari. *Cic. de Amic. c. 24.* Obſurdeſcimus, nec es, quæ a natura monemur, audimus. *Propert. in fin. el. 25. l. 1.* Queis ego nunc pereo, ſimiles moniturus amantes. ¶ *Monere aliquid alicui*, dictum eſſe a *Plaure* quidam putant, *Trucul. 4. 2. 12.* Unum animus monuit mihi. *b. c.* ſubjecit, ſuſit. *Al. leg.* Unum animos movit mihi. *Alii alter.* ¶ Cum genitivo, *Tacit. 1. Ann. c. 67.* Tunc contractos in principia, juſſoſque dicta cum ſilentio accipere, temporis ac neceſſitatis monuit. ¶ Eleganter tribuitur rebus inanimis. *Horat. l. 2. ſat. 2. v. 73.* At quanto meliora monet, pugnantiaque iſtis Dives opis nature ſuæ! *Id. lib. 4. od. 7. v. 7.* Immortalia ne ſperes, monet annus. *Plin. l. 18. c. 25. ad fin.* Natura monet ſeminare. *Virg. 1. Georg. v. 464.* ſol cæcos ioſtare tumultus, Sæpe monet. *Cic. Attic. l. 10. ep. 8.* Et res ipſa monebat, & tu nſlenderas, & ego videbam, finem iater nos ſcribendi fieri tempus eſſe. *Plaut. Mil. 1. 1. 49.* Edepol memoria eſt optima. *Attr.* offic mu monemi. *b. c.* memorem faciunt. *Phædr. l. 1. prol. v. 3.* Duplex libelli dos eſt, quod riſum movet, Et quod prudeni vitam conſilio monet. *b. c.* dirigit. ¶ Pro docere, *l'aler. Flacc. l. 1. verſ. 5.* Phœbe mone. (Adde *lib. 6. v. 33.*) *Virg. 7. Æn. v. 42.* Tu vatem tu, diva, mone. *Plin. in Paneg. c. 26.* Labor erat parentibus parvulos adulantia verba edocere: reddebant illi, quæ monebantur. ¶ Pro narrare, *Horat. l. 3. od. 7. v. 19.* Et peccare docentes Fallax hiſtorias, monet. Al. leg. *movet.* ¶ Pro caſtigare, punire. *Tacit. Annal. 5. c. 9.* Puerili verbere monere aliquem. V. *Admonere.* ¶ Pro prædicere; & refertur ad auguria, prodigia, & oracula. *Virg. Ecl. 9. v. 14.* niſi ma quacumque novas incidere lites, Ante ſiniſtra cava monuiſſet ab ilice cornix, &c. *Stat. l. 8. Theb. v. 33.* & vera monentibus aris. *Sil. l. 4. v. 120. & l. 5. v. 117.* Quippe monent Superi. *Suetou. in Calig. c. 57.* Monuerunt & ſortes Antiatinæ, ut a Caſſio caveret. *Cic. de Horuſp. reſp. c. 25.* Cum dii immortales monent da optimatium diſcordiis. *Virg. 3. Æn. v. 712.* vatee Helenus cum multa horrenda moneret. ¶ Pro hortari, excitare, *Propert. l. 2. el. 25. v. 19.* Incipiam captare feras, & reddere pinu Cornua, & audaces ipſe monere canes. *Senec. in Agam. v. 428.* Et clara lustum remigem monuit tuba. ¶ *Monemo* pro

monuerim antiquum eſt. *Pacuv.* apud *Non.* r. 10. *n.* 22. Dic, quid faciam: quod *me* moneris, effectum dabo. *Id. ibid.* Dii monerint meliora. ¶ *Plaut. Curcul. a.* 3. *in fin.* Qui monet, quaſi adjuvat. *Cyprian.* ¶ Apud *eund. Pſeud.* 4. 1. 11. Monendus ne me monent. proverb. quo ſignificamus contemptum ejus, cujus monita aſpernamur. Huic ſimila eſt *fur Minervam.* Proverbii ſpeciem habet & illud *Cæſ.* 2. 3. 36. Quæ memini, mora mea eſt monerier.

MONERIS, is, f. *ſolnea*, *galeotta*, μονήρης, genus navigii, quod ſimplici remorum ordine agitur: Græca vox a μόνος, ſolus. *Liv. l. & cap.* 38. Neve plures quam decem naves actuarias habeto, neve monerem ex belli cauſa.

MONETA, æ, f. *moneta*, νόμισμα, pecunia ſignata forma publica, numus: a Junone Moneta, in cujus æde Romæ cudebatur, ut ſupra dictum. *Ovid. r. Faſt. v.* 221. Æra dabant olim: melius nunc omen in auro eſt: Victaque concedit priſca moneta novæ. *Martial. l.* 1. *epigr.* 100. convivia ſumptuoſiora Nigræ foribus expleas moneta. *l.* 1. *area*. *Id. l.* 14. *epigr.* 12. cui titulus *Locule tibucnes*. Hoc niſi de fulva loculos implere moneta Non decet: argentum vilia ligna ferant. *l. c. aurea*. *Lucan. l.* 6. *v.* 404. aurumque moneta fregit. *l. c.* in monetas concidit. *Trebell. Poll. in Gallien. c.* 12. & *in* XXX. *Tyrann. c.* 26. Monetam cudere. *Pomp. Feſtus in verb.* lib. 5. *ret.* 25. figuare vultu principis. *Lamprid. in Anton. Diadum. cap.* 2. percutere. *Ulpian. Dig. lib.* 48. *tit.* 13. *leg.* 6. adulteranam asarcere. *fac il manetario*. *Plin. l.* 33. *c.* 9. Falſæ monetæ ærin miſcere. ¶ Videtur etiam ipſam notam pecuniæ ſignificare. *Martial. l.* 12. *epigr.* 55. Aut libram petit illa Coſmiani, Aut binos quater a nova moneta. *de nuovo impronto*. ¶ Translate *Juvenal. ſat.* 7. *v.* 55. Communi feriat carmen triviale moneta. *Apul. in Apolog.* Ea tamen nonina labore meo & ſtudio ita de Græcis provenire, ut tamen Latina monata percuſſa ſint. *l. c.* forma & poſitione. ¶ Eſt etiam locus, in quo moneta cuditur, *zecca*. *Ammian. l.* 21. *c.* 12. (*al.* 28.) Dracontius Monetæ præpoſitus, aram in Moneta, quam repebat, recens locatam evertit. *Sedon. carm.* 23. *v.* 41. Delubris, capitoliis, monitis. *Suetan. in Cæſ. c.* 76. Monetæ, publicique vectigalibus pecoſiares ſervos præpoſuit. *l. c.* tum loco, tum univerſæ procurationi pecuniæ cudendæ: cui præeſſe antea conſueverant Triumviri auro, argento, ære flando, ferundo: qui & *Monetales* dicti ſunt. Pertinent huc illa *Cicer. iuntio Philipp.* 7. Parvis de rebus, ſed ſortaſſe neceſſariis, conſulimus, P. C. de Appia via, & de Moneta, &c. & *lib.* 8. *ad Attic. ep.* 7. *imc.* Ad Philotimum ſcripſi de viatico, ſive a Moneta, ſive ab Oppiis. *l. c.* ſeu argentum infectum permutando cum pecunia ſignata, a Moneta ſumpta, ſeu ab Oppiis feneratoribus accipiendo pecuniam in viaticum. ¶ Translate *Macrob. l.* 1. *in ſomn. Scip. a.* 6. *n. med.* Semine ſemel intra formandi hominis monitam locato. *l. c.* uterum. *Senec. l.* 3. *de benef. c.* 35. Jam tempus eſt quædam ex noſtro, ut ita dicam, moneta proferri. *l. c.* de noſtra Stoica doctrina. ¶ Præterea *Monera* apud *Hygin. in præfat.* eſt mater Muſarum: a *monendo*: quæ & *Mnemoſyne* dicitur a memorio. *Gloſſ.* Μνημοσύνη, Moneta. *Liv. in Odyſſ. apud Priſcian. l.* 6. *pag.* 679 *Putſch.* Nam diva Moactas filiam docuit. *Moneter* genitivos eſt antiquus, ut *Latones*, *facrones*, *famibas*, &c. ¶ Fuit etiam cognomen Junonis, quia Romanos monuiſſe creditur eſſ, ut propter *terræmotum ſua* piena rem divinam facerent, ut eſt apud *Cicer. l. de Divin. c.* 45. & *lib.* 2. *r.* 32. Huic ædem vovit L. Furius Camillus Aurunco bello: cui Senatus locum deſtinavit in arce Capitolii, ubi fuerat area ædium M. Manlii Capitolini, ut *Liv. l.* 7. *c.* 28. & *Ovid. 6. Faſt. v.* 183. narrant. De eu *Ovid. l. Faſt. v.* 638. Qua fert ſublimes alta Moneta gradus. & *Lucan. l.* 2. *v.* 380. Numina miſcebat caſtrenſis flamma Monetæ. Poem *Suidas* aliam hujus appellationis cauſam affert ia Μονήτα, ſcilicet, quod cum Romani pecunia indigerent bello contra Pyrrhum & Tarentinos, Junonem oraverunt: quæ reſpondit, ſi juſtitia in bellis uterentur, pecuniam eis non defuturam: quod cum illis ſuccriſſet, Junonem Monetam, hoc eſt conſultricem, colere cœperunt: ſimulque decreverunt, monetam in ejus templo feriri. *Liv.* quoque *l. 6. r.* 20. Ædem & officinam Monetæ junctæ fuiſſe indicat. Ex quibus patet, nomen pecuniæ a Junonis cognomine ductum eſſe, ut initio diximus. ¶ In ſtilum ſumis Comœdi apud *Methobarb.* & *Vallant. Apollini Moneta* in averſa parte legitur, ſic dicta, quod tempore peſtilentiæ ſalutaria monuerit. Hinc apparet, hanc vocem etiam maſcul. gen. eſſe, a Græco μονήτης.

MONETALIS, le, *de moneta*, νομισματικός, ad monetam ſeu pecuniam pertinens. *Apul. lib.* 7. *Metam.* Auro monetali zonæ refertæ. ¶ *Triumviri monetales*, auri, argenti, æris flatores, cudendæ monetæ provinciam curabant. *Pompon. Dig. lib.* 1. *tit.* 2. *leg.* 2. *circa med.* & *Cic. Attic. l.* 10. *ep.* 11. *extr.*

MONETARIUS, ii, m. *cuchiere*, *monetiere*, νομισματοκόπος, qui monetam cudit: qui in Moneta publica operatur. Hujuſmodi artificum corpus quoddam Romæ fuit, tantaque aliquando copia, ut ſeditionem movere, & rebellare potuerint. *Aurel. Vict. in Epitom. c.* 35. *Eutrop. l.* 9. *c.* 14. & *Iſpoſc. in Aurel. cap.* 38. Fuit ſub Aureliano etiam monetariorum bellum, Feliciſſimo tatranate auctore. *Inſcript.* apud *Mucator. pag.* 968. *n.* 5. L. Paccio Hermetia lib. monetario. Adde *Firmic. l.* 8. *c.* 17. *a med.* & *Impp. Gratian. Valentr. & Theodoſ. lib.* 11. *Cod. tit.* 7. *leg.* 7. &c.

MONILE, lis, n. *collana*, *monila*, ψέλιον, ὅρμος, ornamentum colli ex auro, aut margaritis, aut gemmis: pmprium feminarum: cum *facquen* ſit hominum: tametſi & pueris, præſertim delicatius ornatis, aliquando tribuitur. *Cic. Ver. 6. c.* 18. *in fin.* Epiphylam accepimus in fabulis ea cupiditate, ut cum vidiſſet monile, ut opinor, ea auro & gemmis, pulcritudine ejus incenſa ſalutem viri proderet. (V. *Scar.* 2. *Tibull. v.* 265.) *Quintil. l.* 11. *cap.* 1. Monilibus, & margaritis, ac veſte longa, quæ ſunt ornamenta feminarum, deformantur viri. *Prop. Æn.* 1. *v.* 658. colloque monile Baccatum. *Ovid.* 5. *Metam. v.* 52. *de Atlantide puero.* ornabant aurata monilia collum. *Id. Heroid. ep.* 9. *v.* 57. Vidit in Herculeo ſuſpenſa monilia collo. *Valer. Flacc. lib.* 6. *v.* 668. derepta monilia divæ contrectat. *Plin. l.* 37. *c.* 3. Feminæ monilium vice fuccina geſtantes. ¶ In colla equorum, alioremve animalium. *Virg.* 7. *Æn. v.* 277. Inſtratos oſtro alipedes, pictiſque tapetis: Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent. *Ovidius de cerva*, *l.* 10. *Metam. v.* 112. Comua fulgebant auro, demiſſaque in armos Pendebant tereti gemmata monilia collo. ¶ Producitur prima in illo *Petronii in fragment.* apud *Burmann. pag.* 668. Guttura nunc aliæ magnia monilibus ornant. Sed hoc carmen videtur eſſe alius *Petronii*, qui poſterior *Arbitre* fit.

MONIMENTUM. V. *Monumentum*.

MONITIO, onis, f. *ammonizione*, *avviſo*, νουθέτησις, actus monendi, monitus. *Feſtus*: Objurgatio, poſt turpa factum caſtigatio: monitio vero eſt ante commiſſum. *Cic. de Amic. c.* 24. Monitis acerbitate, objurgatio contumelia careat. *Suetan. in Tiber. c.* 18. Addita monitione, ut ſe interprete uteretur. *Id. in Ner. c.* 56. Iunculam puellarem pro ſumino numine coluit: voluitque credi, monitione ejus futura præniſcere. *Colum. l.* 11. *c.* 1. Adoleſcentulos corporis robuſti peritiſſimis agricolis commendemus, quorum monitionibus vel unus e multis reſticationis conſequitur ſcientiam. *inſegnamenti*.

MONITO, as, o. 1. frequentativ. a *monco*. *Venant. Fortun. l.* 2. *de vita Martini*, *v.* 387. Martinus monitat, cunctis talem eſſe ſequendum. Adde *lib.* 5. *carm.* 5. *v.* 23.

MONITOR, oris, m. *ammonitore*, *conſigliere*, *ſuggeritore*, νουθετητής, qui monat. *Terent. Heaut.* 1. 1. 119. Nil opus fuit monitore. & 5. 1. 2. Adjutor meus, & moaitor, & præmonſtrator Chremes. *Horat. l.* 1. *ep.* 18. *v.* 67. monitoris egna. *Id. in ar. Poet. v.* 163. juvenis monitoribus aſper. *Sallaſt. in Jug. cap.* 85. *extr.* Suoiat aliquem ea populo monitorem officii ſui. *Senec. ep.* 94. *ante med.* Monitorem non deſiderabit ad fingula, qui dicat, ſic incede, ſic cœna. ¶ Specialim eſt qui in foro oratori aſtat, & dicenda agendaque monet, *ſollecitatore*, παραινέτης. *Cic. in Divin. Verr. c.* 16. Video mihi, non te, ſed hunc librum eſſe reſponſuram, quem monitor tuus hic tenet. Adde *lib.* 2. *de Orat. c.* 14. & *Quintil. l.* 6. *c. ult.* ¶ Item nomenclator. *Cic. pro Mur. c.* 36. Per monitorem appellandi ſunt. *Plin. in Panag. c.* 23. Gratum erat, quod aquoſtris ordinis decora honore nominis ſine monitore ſignares. ¶ Item qui pueritram alicujus regit, pædagogus, *ajo*. *Stat. l.* 5. *ſilv.* 3. *v.* 147. Hinc tibi vota patrum credi, generoſaque pubes Te monitore rigi. *Id. l.* 12. *Theb. v* 205. Olim hic virginei cuſtos monitorque pudoris. ¶ Item qui in ſcena monet hiſtrionem, ὑποβολεύς. *Feſtus*. ¶ Item libri commentarii *monitores* dicuntur, quia in memoriam redire nos faciunt. *Idem*. ¶ Denique ſervi in agro operis præfecti, qui officii ſui quemque admonent, & ſegniores caſtigant, *gaſtalde*. *Colum. ſub fin. l.* 1. Is numerus in opere commodiſſime cuſtoditur, nec præpotatis monitoris diligentiam multitudo conſundit. *Ulpian. Dig. lib.* 33. *tit.* 7. *leg.* 8. Homines qui agrum colunt, præpoſitive ſunt his: quamvis in numero ſunt villici, monitores.

MONITORIUS, a, um, aptus ad monendum, et Moniterium fulmen, quod ſcil. de futuris moneat, & quid cavendum ſit, apud *Senec. l.* 2. *quæſt. natur. c.* 39. & 49.

MONITUM, ti, n. *ammonizione*, *documento*, *ricordo*, νουθέτημα, quod quis eos monit. *Cic.* 5. *Fam. ep.* 8. Mihi conſiliis, monitis, ſtudiis, actionibuſque nituntur. & *epiſt.* 13. Tuis monitis præceptiſque omnis eſt abjiciendus dolor. *Id. Phil.* 14. *c.* 7. Meæ aurea omnium præceptis monitiſque patuerunt. ¶ Refertur ad vaticinationes, oracula, oſtenta. *Id. de Haruſp. reſp. c.* 25. Ad quem metum ſi deorum monitis non duceremur, tamen, &c. *Virg.* 8. *Æn. v.* 336. matriſque egere tremenda Carmentis Nymphæ monita.

MONITUS, us, m. *avviſo*, *ricordo*, monitio, monitum. In dativis, & ablat. plur. non eſt in uſu propter aſperitatem, ut & *Serv. ad* 10. *Æn. v.* 689. docet. *Ovid. Heroid. ep.* 18. *v.* 115. monitu meretricis amaro Frigida deſerta litora turre peto. *Id.* 2. *Metam. v.* 103. Flaverat monitus: dictis tamen ille repugnat. *Valer. Flacc. l.* 1. *v.* 475. monitus acres tradere. ¶ Sæpiſſime refertur ad vaticinia, oracula, auguria. *Cic. l.* 2. *de Divin. c.* 41. Sortes, quæ hodie Fortunæ monitu tolluntur. *Plin. in Panag. c.* 76. Conſultam aves, reverenque numinum monitos. *Plin. l.* 2. *c.* 7. Fulgurum monitus, oraculorum præſcita, haruſpicum prædicta. *Val. Flacc. l.* 1. *v.* 29. peodumque per aras Terrifici monitus.

MONITUS, a, um, *avviſato*, *ammonito*, *conſigliato*, admonitus. *Cæſ. l.* 1. *B. Civ. cap.* 28. Monti a Brundiſinis, ne vallum cæcum caverent. *Plaut. Pſeud.* 4. 7. 2. Nihili eſt, ſuum qui officium facere immemos eſt, niſi adeo monitus. *Id. Capt. prol. v.* 53. Paucis vos monitos volo. & 2. 2. 59. Hoc te monitum volueram. *Tacit. Ann.* 1. *c.* 63. Armoiius ſuos propinquare ſilvis monitos vertit repente. ¶ Refertur ad auguria, ſomnia, & oracula. *Sueton. in Aug. c.* 91. Egreditur ramen, amici ſomnio monitus. *Virg.* 3. *Æn. v.* 188. Cedamus Phœbo, & moniti meliora petamus.

MONOBĒLI, *monobelos* (a μόνος, ſolus, & βέλος, telum) dicebantur ab Heliogabalo homines maximis conditionibus inſtructi: quaſi toti telum eſſent, vel ea parte potiſſimum conſerentur. *Lamprid. in ejus vita*, *cap.* 8. *extr.* ubi *Lipſ.* malebat *enobeli*, ab ἐνός, afinus.

MONOCĒROS, ōtis, m. *monocerote*, unicornis: a μόνος, ſolus, & κέρας, cornu. *Plin. l.* 8. *c.* 21. Aſperrimam autem feram monocerotem, reliquo corpore equo ſimilem, capite cervo, pedibus elephan-

to,

to, esuda apro, mugitu gravi, uno cornu nigro media fronte cubitorum duum eminente. Hanc feram vivam negant capi.

MONOCHROMATA, n. *obsoletiores*, *μονοχρώματα*, picturæ unius tantum coloris: a *μόνος*, solus, & *χρῶμα*, color. *Plin. lib.* 33. *cap.* 7. Cinnabari veteres, quæ etiam nunc vocant monochromata, pingebant. *Id. de Zenone*, *l.* 35. *cap.* 9. *extr.* Pinxit & monochromata en albo.

MONOCHROMATEUS, a, um, uno colore constans, *μονογρωματικός*. *Plin. l.* 35. *c.* 5. Qui monochromatea genera picturæ vocaverint, dicemus in mentione artificum.

MONOCHROMATOS PICTURA, k. e. unius coloris, *μονογράμματος γραφή*. *Plin. l.* 35. *c.* 3. Picturam secundam singulis coloribus, & monochromaton dictam, &c.

MONOCHRONOS, *μονόχρονος*, unius temporis: a *μόνος*, solus, & *χρόνος*, tempus. *Martian. Capell. lib.* 9. *pag.* 331. Monochronon dicitur tempus, etiam cum longa syllaba ponitur, &c.

MONOCLONOS, *μονόκλωνος*, unicum ramum aut caulem habens: a *μόνος*, solus, & *κλάδος*, *κλών*, ramulus. *Apul. de herb. cap.* 10. Herba Artemisia monoclonos. *h. e.* simplici caule, ut est apud *Plin. l.* 25. *c.* 7.

MONOCOLUS, *μονόκωλος*, uno membro constans: o *μόνος*, solus, & *κῶλον*, membrum. *Plin. l.* 7. *c.* 2. *a med.* Hominum genus, qui monocoli vocarentur, singulis cruribus, miræ pernicitatis ad saltum: eosdemque sciapodas vocari (a *σκιά*, umbra, & *πούς*, pes,) quod in majore æstu humi jacentes resupini, umbra se pedum protegant: non longe eos a Troglodytis abesse. Adde *Gell. l.* 9. *c.* 4. *a med.* & *Solin. c.* 52. (*al.* 65.) *ante med.*

MONOCREPIS, *μονοκρηπίς*, unam tantum crepidam habens, a *μόνος*, solus, & *κρηπίς*, crepida. *Hygin. fab.* 12. Si quis monocrepis, ideo unu pede calceatus superveniret, mortem appropinquare, respondisse est. ¶ Græce est epitheton Mercurii, qui alterum calceum Perseo commodavit ad Gorgonas devolanti.

MONOCULUS, li, m. *d'un occhio solo*, *monocolo*, *μονόφθαλμος*, unoculus: vox hybrida, ex Græco *μόνος*, solus, & Latino *oculus*. *Jul. Firmic l.* 8. *c.* 19. Erunt fordi, monoculi, &c. Adde *cap.* 19. 22. & 27. *ad fin.*

MONODIARIA, æ, f. *prefica*. *Morologia* Græce est *θρῆνος*, lamentum, naenia: *μονῳδῶ*, *θρηνῶ*, lamentari: ex eo ductum, quod in Tragœdiis lamenta ab uno tantum canebantur: a *μόνος*, solus, & *ᾠδή*, canto. Hinc *assamdiarea* Latina positione mulieri lessum faciens. Habetur io veteri lapide apud *Gruter. pag.* 1035. *n.* 11.

MONŌDOS, (a *μόνος*, solus, & *ὁδός*, dens) appellatus est Pyrrhus (*Ἠπειρωτῶν regis*) filius, qui unum os (*in superna parte oris*) habuit dentium loco. Similiter habuit & Pyrrhus rex Epirotarum. Hæc *Festus*: quæ confirmantur a *Plin. l.* 7. *c.* 16. & *Valer. Max. l.* 1. *c.* 8. *n.* 12. *extern.*

MONŒCUS, i, m. *Monaco*, *Μόνοικος*, portus oræ Ligusticæ cum oppido, inter Nicæam, & Albintemelium. Conditus dicitur ab Hercule: de quo *Ammian. l.* 15. *c.* 10. (*al.* 16.) Monœci arcem & portum ad perennem sui memoriam consecravit. Adde *Virg. Æn.* 6. *v.* 831. & *Lucan. l.* 1. *v.* 408. ¶ *Monœcus* revera est ipse Hercules ita cognominatus, vel quod pulsis omnibus illic solus habitavit, vel quod in ejus templo aunquam aliquis deorum simul colitur, sicut in Jovis Minerva, & Juno, in Veneris Cupido: ut ait *Servius ad Virg. loc. cit.* Est autem a *μόνος*, solus, & *οἶκος*, domus. *Plin. l.* 3. *cap.* 5. & *Tacit.* 3. *Histor. cap.* 42. Portus Herculis Monœci.

MONOGAMIA, æ, f. *monogamia*, matrimonium cum una tantum uxore. *Tertull. de Monogamia*.

MONOGAMUS, i, m. *monogamus*, qui unam tantum uxorem habuit. *Hieronym. l.* 1. *contr. Jovin. cap.* 8. *in fin. & epist.* 69. (*al.* 83.) *ad Oceon. fab.* 3.

MONOGRAMMA, atis, n. *monogramma*, simplex littera plures continens, ex quibus aliquod nomen significatur: v. gr. ☧ Christus.

Paulin. Nolan. in Nat. XI. *S. Fel. edit. Muratori.* *n.* 618. Nunc eadem Crux dissimili compacta parata Eloquitur dominum, tanquam monogrammate, Christum.

MONOGRAMMUS, *μονόγραμμος*, solis lineis constans: a *μόνος*, solus, & *γράμμα*, linea. Dicitur proprie de pictura solis lineis informata, & sine colore, qualem initio ejus artis fuisse, tradit *Plin. lib.* 35. *cap.* 3. Translate *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 23. Epicurus monogrammos deos, & nihil agentes commentus est. *h. e.* tenues sine corpore vitas, ut ait *Virg. 6. Æn. v.* 293. gracillimis membris, & nihil concreti habentibus. Nam ut est apud *Cic.* 2. *de Divin. c.* 17. deos induxit Epicurus perlucidos & perflabiles: *& lib.* 1. *de nat. Deor. c.* 25. *extr.* negavit esse corpus deorum, sed tanquam corpus; nec sanguinem, sed tanquam sanguinem. ¶ Item monogrammi dicti sunt homines macla pertenues ac decolores. *Lucil.* apud *Non. c.* 1. *num.* 168. Vis vivo homini, ac monogrammo. *Id. ibid.* Monogrammi quinque adducti pietatem invocant.

MONOLINUM, i, n. *una filza di perle*, *μονόλινον*, linea ex margaritis, uno filo constans. *Capitolin. in Maximin. jun. c.* 1. ubi al. leg. *monolium*: sed *Salmas.* retinet *monolinum*, defenditque pluribus.

MONOLITHUS, a, um, *μονόλιθος*, uno saxo constans: a *μόνος*, solus, & *λίθος*, lapis. *Labor.* apud *Non. c.* 15. *n.* 23. Columnæ monolithæ. *d'un pezzo*.

MONOLIUM. V. *Monolinum*.

MONOLORIS. V. *Diloris*.

MONOPODIUM, ii, n. *tavolino d'un solo piede*, *μονοπόδιον*, mensa uno tantum pede subnixa: a *μόνος*, solus, & *πούς*, pes. *Liv. l.* 39. *c.* 6. *ad fin.* Ii primum lectos aureos, vestem stragulam pretiosam, plagulas, & alia textilia, & quæ tum magnificæ supellectilis habebantur, monopodia & abacos Romam advexerunt.

MONOPODIUS, a, um, *che ha un sol piede*, qui unum tantum pedem habet: o *μόνος*, *πούς*, & *πόδιον*, solus. *Lamprid. in Commodo*, *cap.* 10. Monopodios eos, quibus singulos pedes fregisset, appellabat. ¶ Legitur & *Monopedius*: qua ratione vox hybrida est.

MONOPOLIUM, ii, n. *appalto*, *monopolio*, *μονοπόλιον*, dicitur, cum penes unum aliquem speciei alicujus vendendæ potestas est, quod fit, cum onus solus aliquod genus mercis universum emit, ut solus vendat, pretium suo modo statuens: a *μόνος*, solus, & *πωλέω*, vendo. *Sueton. in Tiber. c.* 71. Monopolium nominarunm primus veniam postulavit, quod sibi verbo peregrino utendum esset. Adde *cap.* 30. & *Plin. l.* 8. *c.* 37. *extr.*

MONOPTEROS, i, unam tantum alam habens: o *μόνος*, solus, & *πτερόν*, ala. A *Vitruv. l.* 4. *c.* 7. Ædes monopteræ dicuntur, quæ unum tantum porticum habent, vel ordinem columnarum. Adde *in præfat. l.* 7. *a med.*

MONOPTOTA. V. *Diptota*.

MONOSTICHEUM, ii, n. idem ac monostichum. *Auson. in eclog. n.* 7. Non placuum divis tolle monostichium.

MONOSTICHUM, i, n. *μονόστιχον*, carmen unius tantum versus: a *μόνος*, solus, & *στίχος*, versus. *Auson. de Cæsarib. n.* 1. Accipe bis senos: sua quemque monosticha signant.

MONOSTROPHE. V. *Monostrophus*.

MONOSYLLABUS, a, um, *monosillabo*, *μονοσύλλαβος*, unius syllabæ: a *μόνος*, solus, & *συλλαβή*, syllaba. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. Etiam monosyllaba, si plura sunt, male continuabuntur. *Auson. in Technopægn. edyll.* 11. *de litterar. monosyll. v.* 13. Dividuum Beæ monosyllabon Italicus B.

MONOTRIGLŸPHUS, a, um, *monotriglifo*, unius tantum triglyphi. *Monotriglyphum opus* apud *Vitruv. l.* 4. *c.* 3. *a med.* est, cum propter columnarum crebritatem intercolumnia ita sunt angusta, ut unum tantum triglyphum capiant. V. *Bald. in Lex.*

MONOTROPHUS, i, *μονότροφος*, qui solus vescitur, minibrum non habens, a quo sibi cœna paretur. *Plaut. Stich.* 5. 4. 7. Nosmet inter nos ministremus, monotrophe. hoc convivium est. Alii *monotrapèe* ita accipiunt, ut sit adverb. *h. e.* more eorum, qui soli cœnant. Est autem a *μόνος*, solus, & *τρέφω*, nutrio. *Al. lec.* monotrophe hoc convivium est: ut sit *monotrophe*, *ex*, quo significetur unus poculorum ordo, non multiplex, ut fit cum plures convivantur, & pocula sibi invicem ministrant. Hoc ducitur a *στροφή*, conversio.

MONOXŸLUS, i, *monoxylus*, ex uno ligno constans. *Plin. l.* 6. *c.* 23. *ad fin.* Regio, ex qua pipet monoxylis liatribus convehunt. *barchette d'un pezzo*. Adde *Solin.* eadem repeteotem *cap.* 54. (*al.* 67.)

MONS, montis, m. *monte*, *monogno*, *ὄρος*, terræ tumor altissimus. Fortasse est a *βουνός*, collis, tumulus. *Cic.* 2. *de nat. Deor. cap.* 39. Impendentium montium altitudines. *& cap.* 53. Montes vellti atque silvestres. *Cæs. l.* 3. *B. Gall. c.* 1. Vicus positus in valle, altissimis montibus undique cinctusque. *Sallust. in frag. c.* 97. Moos saxeos, immensum editus. *Nep. in Milt. c.* 5. Sub montis radicibus acie instructa. *Claudian. l.* 3. *de cap. Profecp. v.* 383. ascendit saltigia montis anheli. *Stat.* 11. *Theb. v.* 319. ad infani scandebat culmina montis. *Ovid.* 10. *Metam. v.* 172. per juga montis iniqui. *Plin. l.* 3. *c.* 16. Padus premio Vesuli montis profluens. *Id. l.* 33. *c.* 4. *ante med.* In supercilils montium. *Ovid.* 1. *Metam. v.* 656. montis sublime cacumen. *& vers.* 316. Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus. *Phædr. l.* 2. *fab.* 5. *v.* 9. Villa monte summo posita. *Virg. Ecl.* 8. *v.* 59. Præceps aerii specula de montis in undas Defertæ. *Horat. l.* 2. *od.* 23. *v.* 2. Avii montes. *Senec. in Troadib. v.* 1084. mons præruptus. *Id. in Herc. Oet. v.* 1167. abruptus. *Colum. l.* 2. *c.* 2. non sublimis & asper, sed nemorosus & herbidus. *Plin. l.* 6. *c.* 28. inaccessus. *Ovid.* 1. *Metam. v.* 44. lapidosos surgere montes. *Sil. l.* 4. *v.* 2. nubiferi. *& lib.* 13. *v.* 219. umbriferi. *Ovid. 6. Metam. v.* 88. gelidi. *Plin. l.* 6. *c.* 17. Montes assurgunt. ¶ Celebriore montium nomina sunt Athos, Taurus, Ossa, Olympus, Pelion, Othrys, Erya, Rhodope, Mimas, Hæmus, Caucasus, Alpes, Apenninus, Pindus, Pyrene, &c. quæ congerit *Ovid. Metam. l.* 2. *a vers.* 217. & V. sois locis. ¶ Translate dicitur de magna mole, aut quantitate cujusque rei. *Virg.* 1. *Æn. v.* 109. insequitur cumulo præruptus aquæ mons. *& lib.* 2. *v.* 15. instar montis equum ædificant. *Sil. l.* 10. *v.* 549. mons armorum ingenti constructus acervo. *Plaut. Merc.* 3. 4. 32. Montes mali in me ardentes jamdudum jacis. *Id. Pscud.* 1. 2. 55. Quibus montes maximi acervi frumenti sunt domi. *Id. Mil.* 4. 2. 73. Argenti montes, non massas habet. *Terent. Phorm.* 1. 2. 18. Seorem per epistolas pellexit, modo non montes auri pollicens. *promittendo Roma e Tarpeia*: vel *mari e monte*: proverbium. Sic *Pers. sat.* 3. *v.* 65. Et quid opus Cratere magnos promittere montes! ¶ Synecdoche est in illo *Virg.* 12. *Æn. v.* 687. Fertur in abruptum magno mons improbus æctu. *h. e.* saxum ingens, pars montis. (Adde *Juvenal. sat.* 3. *v.* 258.) *Stat.* 1. *Theb. v.* 145. Montibus aut altæ Grajis effulta nitebant Atria. *h. e.* Grajis marmoribus. *Claudian. in Consul. Mall. Theod. v.* 320. consumant lotos spectacula montes. *h. e.* ostreas montanas feras. ¶ Parturiunt montes: nascetur ridiculus mus. proverb. apud *Horat. de ar. Poet. v.* 139. de iis, qui magna promittunt, jactant, præ se ferunt, minantur, ut ait *Phædr. l.* 4. *fab.* 22. extricant nihil. ¶ In ablat. habet *monte*: sed & *monti* dici potest, auctore *Varron. l.* 8. *L. L. c. penult.*

MONSTRABILIS, le, *cospicuo*, qui monstrari potest, conspicuus, illu-

luſtris. *Plin. l. 6. ep 11.* Eſt *enim* probitate morum, ingenii elegantia, operum varietate monſtrabilis.

MONSTRATIO, onis, ſ. *monſtramentum, monſtratione*, δεῖξις, actus monſtrandi, oſtenſio. *Vitruv. ſub fin. c. 1. l. 6.* Cum habeamus ab ipſa rerum natura ſolertem & expeditam monſtrationem. *Terent.* de eo, qui ſuo monſtravit, *Adelph. 4. 6. 1.* Defeſſus ſum ambulando: ut, Sure, te cum tua monſtratione magnus perdat Jupiter.

MONSTRATOR, oris, m. *monſtratore, inventore*, δεῖκτης, qui monſtrat, oſtenſor. *Virg. 1. Georg. v. 19.* oleæque Minerva inventrix, uncique puer monſtrator aretri. *b. 1.* Triptolemus, vel Oſiris, qui ferendarum frugum retinnem docuit. Sic *Ovid. in Ibin, v. 309.* ſacri monſtrator iniqui. *b. c.* humanæ victimæ immolandæ. *Lucan. l. 9. v. 979.* Hercæas, monſtrator ait, noa ſcipſis aras? *Tacit. de Germ. c. 21.* Qui modo hoſpes furrat, monſtrator hoſpitii, & comes.

MONSTRATUS, us, m. monſtratio. In ſexto ſingul. *Apul. l. 1. Metam.* Aſſidebat pedes uxor: cujus monſtratu, en, inquit, hoſpitium. *Anſon. in periech. 3. Iliad.* Priamas ſpectat e muris, & monſtratu Helenæ de viris inſignibus edocetur.

MONSTRATUS, a, um, *monſtrata*, προφανὴς, oſtenſus, indicatus. *Virg. 4. Æn. v. 636.* Et pecudes fecum, & monſtrata pracula ducat. *Id. 4. Georg. v. 549.* monſtratas excitat aras. *Ovid. 3. Trift. el. 11. v. 53. de Periſth.* manſtratis crudeliter ignibus uſus. *Plin. l. 22. c. 17.* Herba monſtrata Pericli ſomnin a Minerva. *Lucan.* de ſepulcro Pompeji, *l. 8. v. 822.* Quod niſi monſtratum Romanus eranſeat hoſpes. *Tacit. de Germ. c. 31.* Hoſtibus ſimul ſuiſque monſtrati, *monſtrati a duce*, conſpicui, notabiles.

MONSTRIFER, ra, rum, *ferace de monſtri*, πολυτερὰς, monſtra ferens. *Valer. Flacc. l. 5. v. 222.* Impia arvaſtriferis ſurgunt jam prælia campis. *& verſ. 43.* ubi monſtrifera par ille noverca. *b. c.* Hercules Junoni monſtra alia ſuper alia ei domanda objicienti. *& lib. 2. v. 498.* Monſtrifieri mugire ſinus. *b. 5.* mire bellnum ferens. *Lucan. l. 2. v. 2.* legeſque & fœdera rerum Præſcia monſtrifero vertit natura tumultu. *Claudian. l. 2. in Entrop. v. 4.* monſtrifieri præſagia diſcirie anni. *& lib. 2. in I. Conſul. Stilich. v. 110.* monſtrifieris quæ Tartarus edidit antris. ¶ Item monſtruoſus, *monſtroſe. Plin. l. 6. c. 30. & lib. 36. c. 13.* Animalium hominumque effigies monſtrifieras pingi.

MONSTRIFICABILIS, le, monſtrificus, monſtruoſus. *Lucil.* apud *Non. cap. 2. n. 540.* Nunc ignobilitas his mirum, ac monſtrificabile.

MONSTRIFICE, *monſtruoſamente*, monſtruoſe. *Plin. l. 18. 1. 21. ſub fin.* Equarum virus in lychnis accenſum, Anaxilaus prodidit, equinorum capitum viſus repræſentare monſtrifice.

MONSTRIFICUS, a, um, *monſtruoſo*, πολυτερὴς, monſtra faciens, monſtruoſus. *Val. Flacc. l. 6. v. 158.* omnibus urnes monſtrificæ. *b. 5.* magicæ. *Plin. l. 28. c. 8.* Monſtrifica natura hyænæ. *Id. l. 37. c. 11. extr.* Monſtrificæ gemmæ. *b. c.* monſtruoſos effectus reddantes. *Id. l. 21. c. 5.* Monſtrifica hominum ingenia. *b. c.* res miras, & monſtruoſas excogitantia. *Id. l. 1. c. 3.* Monſtrificæ gignentui effigies.

MONSTRIGENA, æ, m. monſtro genitus, monſtroſus. *Avien. in Perſegeſ. v. 799.* Monſtrigenis hoſtem licet inferat æſtus Fluctibus.

MONSTRO, as, avi, atum, a. 1. *monſtrare, addicare, inſignare*, δεικνύειν, oſtendo, doceo, commonſtro. De notatione V. in *Monſtrum. Terent. Adelph. 4. 2. 31.* Scio, ubi ſit, verum hodie nunquam monſtrabo. *Plaut. Mſta. 5. 1. 42.* Quæſo hercle, mulier, ſi ſcio, monſtra quod bibam. *Virg. 1. Æn. v. 325.* heus, inquit, juvenes, monſtrate, meatum Vidiſtis ſi quam hic errantem forte fororum. *Ena.* apud *Cicer. l. 2. de Divin. c. ult.* Qui ſibi feminam non ſapiunt, alteri monſtrant viam. *Horat. l. 2. ſat. 8. v. 25.* & *Nep. in Datam. in fin.* qui, ſi quid forte lateret, Indice monſtraret digito. *Virg. 1. Æn. v. 422.* Corripuere viam interea, qua ſemita monſtrat. *Cic. 16. Fam. ep. 22.* Tu iſtic, ſi quid librarii mea mana non intelligent, monſtrabis. *Horat. de ar. Poet. v. 73.* Res geſtæ regumque, ducumque, & triſtia bella Quo ſcribi poſſent numero, monſtravit Homerus. *Id. l. 2. ſat. 8. v. 52.* inulas ego primus amares Monſtravi incoquere. *Ovid. 1. Amor. el. 6. v. 7.* Ille per excubiæ cuſtodum leniter ire Monſtrat. *Ulpian. Dig. l. 11. tit. 1. leg. 1. a med.* Eſi multum hortatus eſt, vel malo ſervo monſtravit, quemadmodum fugeret. *Plin. l. 27. c. 3.* Monſtrare quale ſit aconitum. ¶ Pro monere *Plaut. Bacch. 1. 2. 24.* Perdidiſti te, atque me, atque operam meam, qui tibi nequicquam ſæpe monſtravi bene. *it bo tuſegnato bene.* Sic *Curcul. 1. 3. 43.* Bene monſtrantem pugnis cædis. ¶ Pro ſtimulare, inſtigare. *Virg. 9. Æn. v. 44.* etſi conſerre manum pudor, iraque monſtrat, Objiciunt portas tamen. ¶ Pro deferre, accuſare, *Tacit. 4. Hiſtor. cap. 1.* Peſſimi ſervorum prodere ultro dites dominos: alii ab amicie monſtrabantur. *& cap. 41.* Tanquam Neroni Scribonios fratres ad exitium monſtraviſſet. *& lib. 1. c. 88.* Nullum ob crimen, ſed vetuſto nomine, & propinquitate Galbæ monſtratus. ¶ Probare, demonſtrare, iodicire, & retinoibus oſtendere, *Ulpian. Dig. lib. 3. tit. 1. leg. 1. a med.* Qui adverſus ea feciſſe monſtretur, poſtulatione repellitur. *Plin. l. 22. c. 22. a med.* Fraſitratus calcalos pei animam pelli no monſtræt.

MONSTROSUS. V. *Monſtruoſus.*

MONSTRUM, i, n. *raſa ſtraordinaria, prodigio, moſtra, vitio*, res naturæ modum egredieus, ſive ſit deformis, ſive non: a monendo, quaſi monſtrum, ut *Ælius Stilo* ait apud *Feſt.* mooet *enim*, quæ ſit circa futura deorum voluntas: idque ex Gentilium ſuperſtitione, quibus futuri aliquid portendere videbatur, quidquid inuſitatum, & præter naturæ ordinem fierɜt. Ab eo eſt *miaſtro*, *as. Cicero* tamen a *monſtro monſtrum* deducit, *l. 2. de Divin. c. 42.* Quorum quidem vim verba ipſa, prudenter a majoribus poſite, declarant. quia enim oſtendunt, portendunt, manifeſtant, prædicunt (al. *prædicunt*) oſtenta, portenta, monſtra, prodigia dicuntur. Hæc *Cicero*, quibus ſimilia habet *l. 2. de nat. Deor. c. 3.* Inter hæc autem diſcrimen ſtatuit *Cerv. Fronto pag. 2192. Putſch.* ut *oſtentum* ſit, quod præter conſuetudinem offertur, ut ſi videatur terra ardere, vel cælum: *portentum*, quod porro & diutius manet, futuruuque poſtmodum aliquid ſignificat: *monſtrum*, quod eſt contra naturam, ut Minotaurus: *prodigium*, quod mores faciunt, per quod detrimentum exſpectatur. In *oſtento* raritas admirationem facit: in *monſtro* rectus naturæ ordo vincitur: in *portento* diſſentur eventus: in *prodigio* detrimentum ſignificatur. Hæc *Festus*: quibus diverſa tradit *Non. c. 5. n. 31. & 54.* V. etiam *Portentum.* Hæc tamen paſſim Scriptores non ſervant. *Virg. 2. Æn. v. 172.* Nec dubiis ea ſigna dedit Tritonia monſtris. Vix poſtium caſtris ſimulacrum, arſere coruſcæ Luminibus flammæ arrectis, ſalſuſque per artus Sudor it, terque ipſa ſolo (mirabile dictu) Emicuit. *Id. Ecl. 6. v. 75. de Scylla.* Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris. *Id. 3. Æn. v. 658. de Polyphemo.* Monſtrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum. *Id. 1. Georg. v. 184.* Iventuſque cavis buſo, & quæ plurima terræ Monſtra ferunt. ¶ *Monſtrum hominis* cnovicium in hominem deformem, turpem, aut *deterrimum. Terent. Eun. 4. 4. 29.* Taces? monſtrum hominis, non dicturus? *& 5. 2. 21.* Monſtrum! etiam altro derſum advenit. *Plaut. Pæn. 1. 2. 61.* En monſtrum mulieris. ¶ De homine peſtifero, & pernicioſiſſimo, *Cic. 2. Catil. c. 1.* Nulla tum pernicies a monſtro illo atque prodigio comparabitur. *Val. Flacc. l. 6. v. 45. de Medea.* Neſcius, heu, quanti thalamos aſcendere monſtri Arſerit. *Horat. l. 1. od. 37. v. 21.* daret ut catenis Fatale monſtrum. *b. 2.* Cleopatrem hoſtem infeſtiſſimam R. popali. *Cic. in Piſon. c. 14.* Tu ne etiam, immaniſſimum ac ſordidiſſimum monſtrum, auſus es, &c. Adde *Ovid. de Scylla Niſi, l. 8. Metam. v. 100.* ¶ De re quacumque pernicioſa, *Virg. 3. Georg. v. 152. de uſtra.* Hoc quondam monſtro horribiles exercuit iras Inachiæ Juno peſtem meditata juvencæ. *Id. 2. Æn. v. 245. de equo durato.* Er monſtrum infelix ſacrata fiſtimus arce. *Id. de morte, Æn. 5. v. 849.* me ne huic confidere monſtro? *Val. Flacc. l. 6. v. 470.* dedit acre decus, fecundaque monſtris Cingula. *Id. l. 3. v. 29.* nova monſtra viri, nova funere volvit. *b. c.* calamitates inuſitatas, mala ingenia. ¶ De quocumque viſu inuſitato, & mali aliquid monſtrante, *Val. Flacc. l. 3. v. 355.* ſed quic non prima refellat Monſtra deum, looqoſque ſibi non auguret annos? *Virg. 3. Æn. v. 58.* delectos populi ad proceres, primumque parentem Monſtra deum refero. Ubi *Servius* adnotat, vocabulum medium eſſe, & interdum etiam bonum monſtrum dici. Hinc *Flor. l. 1. 1. 7. ad fin.* In fundamentis humanum repertum eſt caput. nec dubitavere cuncti, monſtrum pulcherrimum imperii fadem, capatque terrarum promittere. *& rap. 10.* Tot tantiſque virtutum exterritus monſtris. *ſtrane magiſtre, e ſorge de vretè.* Sic apud *Virg.* de viſo inuſitato quidem, ſed minime turpi aut terribili accipitur *Æn. 9. v. 120.* Hinc virginez (mirabile monſtrum!) Reddumi ſe tutidem facies, pontoque ferunter. *Id. 4. Georg. v. 554.* Hic vero ſubitum, ac dicta mirabile monſtrum Aſpicium, liquefacta boum per viſcera toto Stridere apes utero, &c. Adde 2. *Æn. v. 680. & lib. 3. v. 307. & lib. 8. v. 81. & Sil. l. 16. v. 132.* ¶ Univerſim de quacumque re mira, inuſitata, incredibili, *Cic. Verr. 5. cap. 73.* Non mihi jam furtum, ſed monſtrum ac prodigium videbatur. *Catull. carm. 63. de nupt. Pel. & Thet. v. 25.* Æquoreæ monſtrum Nereides admirantes. *b. c.* primam navem Argo. *Ovid. 10. Metam. v. 553.* veteris monſtrum mirabere culpæ. *Terent. Eun. 2. 3. 42.* Eho, nonne hoc monſtri ſimile eſt? *Plaut. Aſin. 2. 2. 23.* Pro monſtro extemplo eſt, quando qui ſudat, tremit. *Stat. l. 1. Theb. v. 234.* immeritæ gremium inceſtare parentis Appetit, proprios monſtro revolutus in ortus. *b. c.* monſtruoſe, numen pro adverbio. ¶ *Monſtra dicere, loqui*, incredibilia narare, jactare miracula. *Lucret. l. 4. v. 591.* Cetera de genere hoc monſtra ac portenta loquuntur. *Cic. 4. Tuſcul. c. 24.* Remove perturbationes, maximeque iracundiam: jam videbuntur monſtra dicere. *Id. 4. Attic. ep. 7.* Venerat horis duabus ante Charippus: mera monſtra narrabat.

MONSTRUOSE, & Monſtroſe, *monſtruoſamente*, περατῶδες, præter naturam, monſtrifice. *Cic. 2. de Divin. c. 71.* Nihil tam præpoſtere, tam incondite, tam monſtruoſe cogitari poteſt, quod non poſſimus fomnare.

MONSTRUOSUS, & Monſtroſus, a, um, *monſtruoſa, ſtupenda*, περατώδης, *πρατώδης*, monſtrum referens, portentoſus. Prius magis placet, quia frequentius eſt in opt. MSS. ut teſtantur *Scheffer. Hemſ. Gaſc.* & *Burmann.* ad *Petron. ſragm. Trogus. c. 69.* item *Donſqu. in Orthograph.* Hinc *Prudent. περὶ στεφ. 3. de S. Laurent. v. 7.* Nunc monſtruoſis idolis Imponis imperi jugum. Poſterius tamen alii defendunt, tum quod & ipſum in probatis Codicibus legitur, tum quod cauda illa *noſur* fere a nomioibus quaræ declinationis oritur, ut a *unius, alius, ſolus ſolitudus, altoſus, voluptuſus.* Quare uſurpari tuto poteſt: præſertim a Poetis in heroico carmine, niſi velint ad ſynæreſim confugere. Idem dicendum eſt de *monſtroſus*, & *monſtroſe. Cic. 2. de Divin. c. 32.* Illam monſtruoſiſſimam beſtiam urnam evertiſſe. *Lucan. l. 1. v. 562.* Monſtruſique hominum partus numeroque, modoque. *Arnob. ſub fin. l. 6.* Perſonarum monſtruoſiſſima torvitas. *Sueton. de Grammat. cap. 15.* Vita, ſcriptiſque monſtruoſus. *Id. in Calig. c. 16.* Monſtruoſæ libidines. *Petron. Iuc. etc.* Ferculum lange monſtruoſius.

MONTANIANUS, a, um, ad Montanum Vitienum pertinens, quod eſt nomen propr. oratoris R. de quo multa *Senec. in Controv.* Sic *ibid.*

ibid. controverſ. 28. *ſub fin.* Non multa referam ; quæ Montanæana Scaurus vocabat.

MONTANUS, a, um, *di monte, montano, montuoſus, montuoſe, ὀρεινός, ὀρεινῶς*, ad montem pertinens. *Virg.* 2. *Æn.* v. 305. repidus montano flumine ſidentes. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 310. montana cacumina. *& lib.* 12. v. 147. antra. *& l.* 1. v. 104. fraga. *& lib.* 2. v. 841. Montanum gramen. *Colum. l.* 6. *c.* 17. Montanus ſal. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 6. ager. *Virg.* 5. *Æn.* v. 440. *&* *Plin. l.* 5. *c.* 27. *a med.* Montana oppida. ¶ *Montana* abſolute, *ſcil.* loca. *Liv. l.* 21. *c.* 34. Perventum inde ad frequentem cultoribus alium, ut inter montana, populum. *Plin. l.* 6. *c.* 19. *extr.* Praſiorum gens, quorum in montanis Pygmæi traduntur. ¶ Item qui in montibus habitat, monticola. *Cic. Agrar.* 2. *c.* 35. Ligures montani, duri, atque agreſtes. *Id. pro Dom. c.* 28. Nulli pagani, aut montani. *Ovid. Heroid. ep.* 11. v. 90. Montani lupi. *& ep.* 4. v. 171. montanaque numina Panes. *Id. l.* 1. *de ar. am.* v. 305. Montana armenta. ¶ Item montibus abundans, montuoſus, *montuoſa*. *Id.* 2. *ex Pont. ep.* 2. v. 78. Dalmatia montana.

MONTENSIS, ſe, montanus, ut Dii montenſes, *in Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 21. *n.* 3.

MONTICOLA, læ, m. & f. *ὀρεσίοικος*, montes incolens, montanus. *Ovid.* 1. *Metam.* v. 193. Faunique, Satyrique, & monticolæ Silvani.

MONTIFER, a, um, montem ferens. *Monſiferum Titana* dixit *Sener. in Herc. Oet.* v. 1212. quia fingitur montibus ſuperinjectis a Jove oppreſſus, & ſepultus. Quidam tamen antiqui Cod. hab. *monſtriferum*.

MONTINUS, i, m. deus, qui montibus præeſt. *Arnob. l.* 4. *pag.* 132.

MONTIVAGUS, a, um, *qui vago per monti, ὀρεσσῶος*, qui per montes vagatur. *Cic.* 5. *Tuſcul. c.* 27. *ſub fin.* Non frigus, non famem, non montivagos atque ſilveſtres curſus, luſtrationeſque patiuntur? *Stat.* 1. *Achill.* v. 450. Diane montivagæ. *Sener. in Herc. Oet.* v. 137. Montivagum pecus. *Id. in Hippol.* v. 784. Montivagi Panes.

MONTUOSUS, & Montoſus, a, um, *montuoſa, ὀρεινός*, montibus abundans. V. dicta in *Monſtruoſus*. *Cic. pro Planc. c.* 9. Regio aſpere & montuoſa. *Id. in Pariſionib. c.* 10. Loci plani, an montuoſi. *Virg.* 7. *Æn.* v. 744. Et te montoſæ miſere in prœlia Nurſæ. *Plin. l.* 11. *c.* 53. Montuoſæ Ciliciæ.

MONUBILIS, le, adject. *Sidon. l.* 2. *ep.* 2. *ante med.* Porticus magis rotundatis fulta columnis, quam columnis iaviduſis monubilibus. *h. e.* inſignibus, qualre in monumentis adhiberi ſolent. *Sirmond.* Al. leg. *munebilibus*. h. e. munientibus.

MONUMENTARIUS, a, um, ad monumentum, ſeu ſepulcrum pertinens. *Apul. in Florid. n.* 4. (*al. l.* 1.) Choraula monumentarius. *h. e.* qui ad defunctorum ſepulcre canit, fiticen.

MONUMENTUM, & Monimentum, ti, n. *memoria, μνῆμα, μνημεῖον*, quicquid nos monet, ſive monere poteſt rei alicujus præteritæ, ut libri, hiſtoriæ, ſtatuæ, ſepulcra, tituli, ſana, porticus, ceteraque ejuſmodi: a *moneo*. Pro *monimentum* dixere etiam *monimentum*, *n* in *i* converſo, quomodo ex *optumus*, & *maximus* facta *optimus*, & *maximus*. Utraque autem ſcribendi retin proba eſt, ſuoſque habet & auctores, & Lapides, teſte *Cellar. in Orthogr.* Priorem probat *Manut.* cui favet analogia in *documentum, necumentum*, &c. Poſteriorem præfert *Douſa*. ut leniorem, & uſitatiorem. *Cic. in fragm.* apud *Non. l.* 2. *n.* 136. Sed ego, quæ monumenti ratio ſit, nomine ipſo admoneor, ad memoriam magis ſpectare debet poſteritatis, quam ad præſentis temporis gratiam. *Id.* 1. *de Orat. c.* 46. Monumenta rerum geſtarum, & vetuſtatis exempla Oratori nota eſſe debent. *Cæſ. l.* 2. *B. Civ. c.* 21. Pecunias monumentaque, quæ ea ſano Herculis collata erant in privatam domum, referri in templum jubet. *h. e.* ornamenta publica, ſcil. ſimulacra, donaria, &c. *in-Sinuare*. *Cic. Fam.* 5. *ep.* 12. Commendare aliquid monumentis. *Id. pro Rabir. Poſt. c.* 16. Celebrare monumentis annalium. *Terrut. Eun.* 4. 6. 16. Abi tu, cyſtellam, Pythias, domo effer cum monumentis. *h. e.* ſignis, quibuſcum puella expoſita erat ut ea iis uliquando cognoſci poſſet. *Id. Terent. ibid. v.* 29. hæc monumenta vocat *ſigna*. ¶ Translate *Cic. Catil.* 3. *c.* 12. Inſigne honoris & monumentum laudis. *Id. pro Dejot. c.* 14. Multa funt tum clementiæ monumenta. *Id.* 4. *Verr. c.* 72. Indicia ac monumenta furtorum. *Virg.* 5. *Æn.* v. 538. cratera impreſſum ſignis .... Ferre ſui dederat monumentum & pignus amoris. *Cic. in ſ. l.* 3. *Offic.* Tibi perſuade, te multo fore cariorem, ſi talibus monumentis præceptiſque lætabere. *h. e.* monitis. ¶ Speciatim dicitur de ſepulcris, & ceuctaphiis, quibus memoria defunctorum conſervatur, *monumento, ſepulcro, depoſito*. *Florentin. Dig. lib.* 11. *tit.* 7. *leg.* 42. Monumentum generaliter res eſt memoriæ cauſa in poſterum prodita: in qua ſi corpus, vel reliquiæ inferantur, fiet ſepulcrum: ſi vero nihil eorum, erit monumentum memoriæ cauſa factum, quod Græci *κενοτάφιον* appellant. *Feſtus:* Monimentum quamvis mortui cauſa ſit factum, non tamen ſignificat ibi ſepultum. *Varr. l.* 5. *de L. L. c.* 6. Monimenta, quæ in ſepulcris: & ideo ſecundum viam quæ præterentes admoneant, & ſe fuiſſe, & illos eſſe mortales. *Suſpic. ad Cicer. Fam.* 4. *ep.* 11. *in ſ.* Ibi eum combuſſimus: poſteaque curavimus, ut Athenienſes in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. *Ovid.* 13. *Metam.* v. 514. Conderturque tuum monumentis corpus avitis. *Plin. l.* 29. *c.* 1. Cum monumento ſuo, quod eſt Appia via, Iatronicen ſe inſcripſerit. *Nep. in Attic. in ſ.* Sepultus eſt in monumento avunculi ſui. *Horat. l.* 1. *ſat.* 8. v. 13. Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum Hic dabat, heredes monumentum ut ſequeretur. *Nep.* in *Dion. in fin.* Sepulcri monumento donatus eſt. *Cic. Phil.* 14. *c.* 12. Placet mihi, militibus, qui pugnantes occiderunt, monumentum fieri quem amplitſimum.

MONYCHUS, i, m. *Μώνυχος*, nomen datus ex Centauris: per ſyncopen a *μονώνυχος*, h. e. unam & ſolidam habens ungulam, qualis eſt in equis: a *μόνος*, ſolus, & *ὄνυξ*, ungula. *Lucan. l.* 6. *v.* 388. Aſpera te Pholoes frangentem, Monyche, faxa. *Val. Flacc. l.* 1. *n.* 146. Fert gravis invito victorem Neſtora tergo Monychus. Adde *Juvenal. ſat.* 1. *v.* 11.

MOPSOPIUS, a, um, *Μοψόπιος*, ad Mopſopiam pertinens, Athenienſis, Atticus. *Mopſopia* enim Attica regio dicta eſt. *Serabo ſub fin. l.* 9. *Ἄπας δ' ὁ τόπος Μόψος, ἀφ' οὗ ἡ Ἀττικὴ Μοψοπία*. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 661. Mopſopius juvenis. *h. e.* Triptolemus. *& lib.* 6. *n.* 423. Mopſopii muri. *h. e.* Athenarum. *& Heroid. ep.* 8. *v.* 72. Mopſopia urbs. *Senec. in Hippol.* v. 121. Si ille remeet arte Mopſopia potens. *h.* 1. Dædalus. Abſolute *Id. ibid. ſub fin.* Mopſopis claris tota lamentis ſonet. *h. e.* tota Athenæ, vel etiam tota Attica regio.

MORA, æ, f. *indugio, lungheza, ritardo, dilazione, βραδυτής, ὀκνηρία*, cunctatio, tarditas, dilatio, tergiverſatio. *Cic. Fam.* 10. *ep.* 32. Propter tarditatem ſententiarum, moramque rerum. *Liv. l.* 31. *c.* 48. *ad fin.* Belli tempora mores & dilationes imperatorum non exſpectant. *Cic.* 2. *de Invent. c.* 49. Utrum ſtatim fieri neceſſe ſit, utrum habeat aliquam moram & ſuſtentationem. *Id. Phil.* 5. *c.* 9. *ſub fin.* Iſta legatio moram & tarditatem affert bello. *Id. pro Mil.* 1. 20. *extr.* Mora & tergiverſatio. *Id.* 1. *de Invent. c.* 9. Moram atque impedimentum rei cuipiam inferre. *Cæſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 75. Neque vero Pompejus moram ullam ad inſequendum intulit. *Val. Flacc. l.* 2. *v.* 356. Deus ipſe moras ſpatiumque indulget amori. *Tibull. l.* 1. *el.* 4. *v.* 32. Formæ non ullam feta dedere moram. *Cic. Verr.* 7. *c.* 64. Moram ſupplicio quærere. *& ibid.* Crudeliſſimi ſupplicii aliquam parvam moram afferre. *Senec. in Med. v.* 1015. donare ſupplitiis. *Liv. l.* 6. *c.* 31. facere delectui. *Id. l.* 21. *c.* 32. facere dimicandi. *Cic. pro Sull. c.* 20. facere creditoribus. *h. e.* ſolutionem differendo. *Id. Attic. l.* 16. *ep.* 2. Moram facere. *indugiare. Senec. l.* 3. *de Ira, c.* 39. *& Valer. Flacc. l.* 3. *v.* 375. Moras nectere. *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 16. offerre. *Id. Pan.* 1. 3. 37. objicere. *Senec. in Med. v.* 281. ferre. *Virg.* 10. *Æn. v.* 888. trahere. *& Æn.* 2. *v.* 418. moliri. *Terent. Andr.* 3. 5. 9. producere malo alicui. *Quintil. l.* 4. *c.* 2. *ante med.* ducere. *& cap.* 4. tollere. *Virg. Æn.* 4. *v.* 569. *& Valer. Flacc. l.* 1. *v.* 306. rumpere. *Virg.* 8. *Æn. v.* 443. *& lib.* 12. *v.* 699. præcipitare. *Ovid. Met.* 10. *v.* 650. pellere. *& lib.* 9. *v.* 282. corripere. *Plaut. Sticb.* 2. 2. 37. removere. *Pompon. Dig. lib.* 18. *tit.* 6. *leg.* 17. adhibere. *h.* 1. differre. *Cic. Phil.* 10. *c.* 2. Ne minimam quidem moram interpoſuiſti, quin quam primum gaudio maximo frueremur. *Id. Cæſil.* 2. *c.* 4. Dixiſti, paululum tibi eſſe etiam tum moræ, quod ego viverem. *Caſſius ad Cicer. Fam.* 12. *ep.* 12. Habeo paululum moræ, dum promiſſa militibus perſolvo. *Vellej. l.* 2. *c.* 51. Cæſar nihil in mora habuit, quominus perveniret. *h. e.* nulla re impeditus, retardatuſque eſt. *Cic. Attic. l.* 13. *ep.* 31. Non puto tam expeditum negotium futurum, ut non habeat aliquid moræ. *Terent. Andr.* 5. 6. 7. Nec mora ulla eſt, quin eam uxorem ducam. ¶ *Eſſe in mora* dicitur, qui moræ cauſa eſt. *Aſin. Poll. ad Cic. Fam.* 10. *ep.* 32. Saltus Caſtulonenſis nequaquam tanta in mora eſt, &c. *h. e.* tam retardat tabellarios. *Terent. Andr.* 3. 1. 9. Sequere me intro, ne in mora illi ſis. ¶ *Per me nulla eſt mora*, nullam ego moram interpono, promptus ſum. *Terent. Andr.* 3. 4. 14. *& Senec. in Thyeſt. v.* 1122. ¶ *Nulla in me eſt mora*, idem. *Virg. Ecl.* 3. *v.* 52. ¶ *Nihil in me eſt mora*, idem. *Terent. Andr.* 5. 5. 9. Neque illic, neque alibi tibi uſquam erit in me mora. ¶ *Eſſe mora*, eſſe in mora. *Plaut. Amph.* 3. 3. 17. Faxo, haud quicquam ſit moræ. *Terent. Adelph.* 4. 5. *in fin.* Ne moræ meis nuptiis egomet ſiem. Al. leg. *mora*. ¶ *Eſt mora* longum eſt. *Plaut. Cap.* 4. 3. 6. Nam ſi alia memorem, mora eſt. ¶ *Inter moras*, interim, interea. *Plin. l.* 9. *ep.* 13. *a med.* Inter moras conſul, peracta diſceſſione, mittit Senatum. *Flor. l.* 3. *c.* 10. Cum inter moras Cæſar, ponte reſciſſo, abſtuliſſet fugam. Adde *lib.* 4. *c.* 20. ¶ *Sine mora*, ſtatim, *ſenz' indugio, toſto. Cic. ad Brut. ep.* 18. Quod ego, ut debui, ſine mora feci. Sic *Propert. lib.* 1. *el.* 14. *v.* 2. Tibure me nulla juſſit adeſſe mora. ¶ *Nec mora*, nulla mora fit. *Propert. l. & el.* 4. *v.* 82. Nec mora, vocalre occupat enſe cenes. *Sil. l.* 9. *v.* 602. Nec juſſo more: vellectis ſumantia lucent Terga elephantorum flammis. *Propert. l.* 4. *el.* 10. *v.* 36. Nec more ſit: plano ſiſtit uterque grada. *Val. Flacc. l.* 5. *v.* 60. *& Virg.* 4. *Georg. v.* 548. Haud more relliquias ſocii, deſertaque miſcent Nomina. *Virg. Æn.* 5. *v.* 140. ubi clara dedit ſonitum tuba, finibus omnes (Haud mora) profiluere ſuis. ¶ Apud *Petron. in Satyr. c.* 134. Ætatiſque longæ moram tremulis vocibus coepit accuſare. *h. e.* quod tamdiu vitam finire tardaret. Sic *Senec. in Troad. v.* 939. Abrumpere enſe lucis inviſæ moras. *& verſ.* 1169. Ubi hanc anilis exſpuam læti moram? *Val. Flacc. l.* 6. *v.* 733. Sæve quidem lucis miſeris mora. ¶ *Mora* in oratione, *pauſa*. *Cic. in Orat. c.* 16. Flumen aliis verborum, volubilitaſque cordi eſt, qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam: diſtincta alios, & interpuncta intervalla, moræ, reſpirationeſque delectant. ¶ Pro intervallo, & ſpatio temporis, *Ovid. Metam.* 9. *v.* 734. Longa fuit medii mora temporis, actaque magni Herculis implerent terras. *Plin. l.* 36. *c.* 15. Opus maximum omnium, quæ unquam fuere, non temporaria mora, verum etiam æternitatis deſtinatione. ¶ Metonymice eſt res ipſa, quæ aliquid retinet, ſuſtinet, aut retardat, obeat, vinculum. *Celſ. l.* 8. *c.* 10. *fed.* 5. Grus ſanctum in canalem conjiciendum eſt. Is canalis ab inferiori parte foramina habere debet, per quæ, *&c.* & a planta moram, quæ ſimul & ſuſtineat eam, & dela-

delabi non patiuntur: & a lateribus cava, per quæ loris dutis, mi-
næ quædam crue detinent. *& cap.* 20. *a med.* Pubium imus partes
oppositæ moræ obiicere. *Virg.* 10. *Æn. v.* 485. Loricæque mores,
& pectus perforat ingens. *Sil. l.* 5. *v.* 378. per tegmine velox Tunc,
ærisque moras lævo fecit hasta lacerto. *Val. Flacc. l.* 6. *v.* 97. quos
credi mora corticis armat. *Sil. l.* 9. *v.* 227. propulso munimine
vallis, Fossarum rapuere moras. *Stat. Theb.* 11. *v.* 244. Porterem-
que moras frenis adfultat, & luctis. *Grat. in Cynteg. v.* 108. Ille
etiam valido primus venabula dente Induit, & proni moderatus vul-
neris iram, Omne morie excepit onus. *h. e.* duabus quasi alis ex-
stantibus prope summitatem venabuli, quibus exceptæ feræ onus,
atque impetus sisteretur. ¶ Hac ratione eleganter transfertur ad
hominem. *Virg.* 10. *Æn. v.* 427. primus Abantem Oppositum inter-
imit, pugnæ nodumque, moramque. *Liv. l.* 23. *c.* 9. *sub fin.* Resi-
tuendæ Romanis Capuæ mora utique impedimentum es. *Abscessu Silo*
apud *Senec. suasor.* 2. belli mora concidit Hector. *Sil. l.* 8. *v.* 33.
de Fabio Max. sola illa Latinos Sub juga mittendi mora. Adde *Lu-
can. l.* 1. *v.* 100. ¶ Quod scriptit *Nep. in Iphicr. c.* 2. Hoc ex-
ercitu moram Lacedæmoniorum interlecit: *moram* significat certam
partem ac numerum militum, a Lacedæmonits ita dictum, ut *phalan-
ges* apud Macedones, constantem militibus vel trecentis, vel quin-
gentis, vel septingentis. Est autem a *μείρω*, divido, unde *μοῖρα*
pars, & quo *μόρα*. Quidam apud *Nepos.* scribi volunt *murum*, Græ-
cam diphthongum ei ut fervent.

MORACIAS NUCES Titinius duras esse ait. unde fit diminutivum
moracillum. *Festus.* Porro *moracius* videtur esse a *mora*, quia quæ
dura sunt, moram frengenti afferunt.

MORALIS, le, *ethe appartenant à coûtumes, morale*, ἠθικός, ad mores
pertinens. *Cic. de Fato*, c. 1. Quia pertinet ad mores, quos τὰ ἤθη
Græci vocant; nos eam partem Philosophiæ de moribus appellare
solemus. Sed decet, augentem Linguam Latinam, nominare mora-
lem. *Senec. ep.* 89. Philosophiæ tres partes esse dixerunt, moralem,
naturalem, & rationalem. Prima componit animum, &c. Adde
Quintil. l. 6. *c.* 2. Sic *Epistolæ morales* dicuntur, quibus mores Phi-
losophiæ institutis formantur. *Gell. l.* 12. *c.* 2.

MORALITAS, atis, morum conditio. *Macrob. l.* 5. *Saturn. c.* 1. Suet
stylı dicendi duo, dispari moralitate diversi.

MORALITER, adverb. Est *Donati ad Terent. Adelph.* 5. 8. *in fin.*

MORAMENTUM, ti, n. *retardo*, moretio, mota. *Apul. in Florid.*
n. 21. (*al. l.* 4.) Hisce igitur moramentis omnibus qui volunt,
&c.

MORANS, antis, *tardo*, *pigro*, *longo*, qui moratur, tardus, cun-
ctans, cessans. *Plin. l.* 26. *c.* 15. Secundas morantes radices panaci
appositæ extrahunt. *Virg. 4. Georg. vers.* 70. namque morantes
Martius ille æris rauci canor increpat. *& in fine l.* 3. nec longo
deinde morantı tempore. *h. e.* neque ita multo post. *Id. 7. Æn. v.*
620. regina deum cælo delapsa morantes Impulit ipsa manu portas.
Horat. l. 2. *od.* 7. *v.* 6. Cum quo morantem sæpe diem mero fregi.
h. e. longum. *Virg. Ecl.* 9. *v.* 52. sæpe ego longos Cantando pue-
rum memini me condere soles.

MORATIM, adverb. cum mora, tarde. *Solin. c.* 3. (*al.* 9.) Ut mo-
ratim insularum omnium oras legamus. V. *Oratim. Senec. l.* 6. *quæst.
natur. c.* 14. a *nav.* Neque enim ita nobis febris alias pertes mora-
tius impellit, sed per omnes pari æqualitate discurrit.

MORATIO, onis, f. idem ac mora. *Vitruv l.* 9. *c.* 4 *circ. med.* Cum fa-
ciunt ea stellæ regressus, & morationes. *& ibid.* Morationibus impediri.

MORATOR, oris, m. *retardatore*, *impeditore*, qui moram affert. Liv.
l. 2. *c.* 4. Quatuor tribunorum adversus unum moratorem publici
commodi, auxilio delectum consules habent. ¶ *Mamurres* in lu-
dis Circensibus fuisse videntur, qui frontes aurigarum jam jam di-
mittendorum in carcere æquabat, detinebantque, ne ante datum si-
gnum treposilirent limen. Leguntur in duabus Inscriptionib. apud
Grater. pag. 339. *n.* 3. & 5. ¶ In foro erant obturbatores qui-
dam, fordidique cauidici, qui adhibebantur ad moram faciendam,
dum meliores advocati recrearentur, & se denuo compararent ad di-
cendum: quæ sunt verba *Asconii* ad illud *Cicer. in Divin. Verr. cap.*
15. *ad fin.* Quartuo quem sit habiturus, nos video, nisi quem for-
te ex illo grege moratorum, qui subscriptionem sibi postularunt, cui-
cumque vos delictionem dedisseris.

MORATORIUS, a, um, ad morandum pertinens, moram faciens.
Ulpian. Dig. lib. 26. *tit.* 7. *leg.* 6. Partibus suis fungi, non quidem
præcipiti festinatione, sed moratoria cunctatione. *Paul. l.* 5. *sententi.
tit.* 35. Moratorias appellationes recipi nos placuit. *h. e.* quæ mo-
ram inferendæ causa fiant. *Justinian. lib.* 4. *Cod. tit.* 32. *leg. ult.* Mo-
ratoriis ambagibus spem condemnationis excludi.

MORATUS, a, um, particip. a *Moror. Cic.* 5. *Attic. ep.* 16. Mora-
tus triduum Laodiceæ, totidem dies Synnade. *frustrumsumi, fermosu-
mi. Liv. l.* 21. *c.* 47. Ad sexcentos moratorum io citeriore ripa,
segniter ratem solventes, cepit. *& cap.* 48. Paucos moratorum oc-
cidernnt, cum flumen interceptos. *Virg.* 3. *Æn. vers.* 610. deatram
Aechiles, haud multa moretus, Dat juveni. *Val. Flacc. l.* 4. *v.* 243.
nec plura moretus. *Ovid.* 1. *Fast. v.* 167. non multis ille moratus,
Contulit in versus fic fua verba duos. *Id.* 13. *Metam. v.* 125. ocu-
los paulum tellure moratos Sustulit ad proceres. *Id.* 1. *Amor. el.* 8.
v. 82. Sæpe simulretus ire morata facit. *h. e.* quæ diu sedit io a-
nimo.

MORATUS, a, um, *coûtumeté*, ἠθισμένος, moribus præditus, sive bo-
nis, sive malis. *Terent. Hecyr.* 4. 4. 22. Quid mulieris onorem ha-
bes? aut quibus moratam moribus? *Cic. in Pontinian.* c. 23. Quem-
admodum quisque educatus, quemadmodum institutus, moratusque
fuerit. *Id.* 1. *de Fin. c.* 19. Morati melius erimus, cum didicerı-
mus, quæ natura desideret. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 132. Nequicquam
mulier exornata est bene, si morata est male. *Id. Asin.* 3. 1. 3. Ubi
piem Pietatem, si ibi more moratam tibi postulem placere? *Cic. de
clar. Orat.* c. 2. Bene morata, & bene constituta civitas. *Id.* 2. *de
Orat. c.* 43. *extr.* Ut probi, ut bene morati, ut boni viri ella vi-
drantur. *Id. Agror.* 2. c. 31. Genus hominum optime moratum.
Colum. in fin. c. 8. *l.* 1. Bene moratam disciplinam obtinere. ¶ *Mo-
rata oratio*, εὐηθικὸς λόγος, est quæ mores aptos, convenientesque
affectus personis tribuit. *Quintil. l.* 4. *c.* 2. *circa med.* Cicere nar-
rationem vult esse evidentem, moratam, cum dignitate. Sed io o-
ratione morata debent esse omnia; cum dignitate, quæ poterent.
Locus *Cicer.* quem hic defignat *Quintil. est in Top. c. ult.* ubi pro
morata, al. leg. *moderata. Horat. de ar. Poet. v.* 319. morataque re-
ste Fabula. Cic. 1. *de Divin. c.* 31. O poema tenerum, moratum,
atque molle! ¶ Transfertur ad alia. *Ovid.* 15. *Metam. v.* 94.
placare voracis, Et male moreti poterit jejunia ventris. *Plaut. A-
sin.* 2. 3. 10. Ita hæc morata est janua exemplo janitorem elamat,
procul si quem videt ire ad se se calcitronem.

MORBIDUS, a, um, *infirme*, *malsain*, *infirme*, *vereux*, morbosis hu-
moribus plenus, morbo infectus, vel morbo proximus. *Varr. lib.* 3.
R. R. c. 16. *a med.* Cum fuot apes morbidæ propter primores ver-
nos pastus. *Plin. lib.* 8. *cap.* 26. Profluvio sanguinis morbidum alias
corpus exonerat. ¶ Item morbum inferens. *Lucret. lib.* 6. *vers.*
1221. Extorquebat enim vitam vie morbida membris. *& vers.* 1095.
fit morbidus aer.

MORBIFER, *vel* Morbiferus, a, um, *verolos*, morbum afferens.
Paulin. Nolan. carm. 25. *Not.* 10. *S. Fel. v.* 242. morbifera de la-
be cadaveris.

MORBONIA, æ, f. vox ficta a *morbus*, & vulgari sermone trita, qua
utebantur, qui alicui male precari vellent, eum enim abire morbo-
niam jubebant, h. e. in locum morbis plenum, in malam crucem.
Sueton. in Vitipsf. cap. 14. Trepidum eum quidam abire morbonium
jusserat. Dionis compendium hunc locum vertit ἐς νόσους, quod
idem apud Græcos valet.

MORBOSUS, a, um, *infirme*, *malade*, obnoxius morbo, valetudina-
rius. Caro *de R. R. c.* 2. Fetramenta vetera, fervum senem, fer-
vum morbosum, & si quid aliud superfit, vendat. *Cic.* 4. *Tusculi.*
c. 24. *extr.* Bene igitur nostes, cum omnia essent io morbis vitia,
quod nullum erat iracundia foetios, iracundos solos morbosus omni-
navetunt. *Gell. l.* 4. *c.* 2. ex *Labeone*. Equus mordax, aut calcitro
vitiosus, non morbosus est. *Mosur. Sabin. ibid.* Furiosus, mutavse
morbosi sunt. ¶ *Morbosus* apud *Corull. carm.* 57. *v.* 6. ex tur-
pitet mollis, μαθακὸς. *Auct. Priap. carm.* 46. Morbosior omnibus ci-
nædis.

MORBUS, i, m. *malattia*, *infermità*, *sirot*, adversa valetudo, ægro-
titio, vitium, malum. Debuitur a *Labeone* apud *Gell. l.* 4. *c.* 2.
habitus cujusque corporis contra naturam, qui usum ejus facit de-
terimem. Dicitur differre a vitio, quod hoc perpetuum sit, ille
temporalis, ot est apud *Modestin. Dig. lib. ult. tit. penult. leg.* 101.
Præterea qui morbum habet, vitiosus, eo manente, appellatur: qui vitium, non continuo morbosus est. *Cic.* 4. *Tusculi. c.* 13. Mor-
bum appellant totius corporis corruptionem: ægrotationem morbum
cum imbecillitate: vitium cum partes corporis inter se dissident: ex
qua pravitas membrorum, distortio, deformitas. itaque illa duo,
morbus, & ægrotatio, ex totius corporis conquassatione & pertur-
batione gignuntur: vitium autem integra valetudine ipsum ex se
exsistit. *Id. ibid. c.* 10. Cum sanguis corruptus est, aut pituita
redundat, aut bilis, in corpore morbi ægrotationesque nascuntur.
Id. Catil. 1. *c.* 13. Homines ægri morbo gravi. *Id. Tusculi.* 3. *c.* 4.
ad fin. In morbo esse; *Id. pro Cluent. c.* 62. In morbum incidere.
Id. Attic. l. 7. *ep.* 5. delabi. *Id.* 1. *Tusculi. c.* 32. *extr.* cadere. *Id.*
1. *de Divin. c.* 30. Morbo gravi & mortifero affectum esse. *& lib.*
2. *de Fin. c.* 28. laborare. *Sueton. in Cæs. c.* 45. corripi. *& in Ca-
lig. c.* 50. vexari. *Plin. l.* 17. *c.* 24. infestari. *Id. l.* 30. *c.* 8. Mor-
bum contrahere. *& de Fine*, *c.* 9. Morbo urgeri. *& in Pison. c.* 35.
affligi. *Id. l.* 3. *de nat. Deor. c.* 35. misero diuturnoque tabefce-
re. *Id. Tusculi.* 4. *c.* 14. tentari. *Lucret. l.* 6. *v.* 1219. languere.
Paul. Dig. lib. & tit. 3. *leg.* 54. teneri. *Horat. l.* 2. *sat.* 3. *v.* 121.
jactari. *Flor. l.* 4. *c.* 12. *a med.* solvi. *Nep. in Dion. c.* 2. conflic-
tari. *Id. in Reguli. c.* 2. confumi. *& cap.* 3. perire. *Id. in Themist. c. ult.* mori. *Sallust. in Jug. c.* 5. abfumi. *& cap.* 9. confici.
Justin. l. 10. *c.* 2. ex dolore contracto decedere. *Cæs. l.* 3. *B. Civ.*
c. 18. Graviore morbo ex frigore & labore implicitus. *Cic. Verr.* 5.
c. 25. impeditus. *Id. pro Cluent. c.* 7. opprimi. *Id.* 1. *Catil. c.* 13.
Morbus ingravescit. *Id. Fam.* 7. *ep.* 26. Senescentis morbi remitti-
sio. *& lib.* 13. *ep.* 29. Es morbo convalescere. *Id. post reditt. ad
Quir. c.* 1. *extr.* recreari. *Plaut. Epid.* 1. 2. 26. A morbo vetere.
Cic. 12. *Fam. ep.* 30. Morbo levari. *Plin. l.* 28. *c.* 13. *sub fin.* li-
berari. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 5. Evadere e morbo. *Id.* 1. *Offic. c.* 24.
Curationem morbo adhibere. *& l.* 2. *de Orat. c.* 44. mederi. *Plaut.
Cistell.* 1. 1. 76. Medicinam facere. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 26. Morbum de-
pellere. *Petron. in Satyr. c.* 17. Morbi impetum leatre. *Plaut. Capt.*
3. 3. 3. Morbum alicui afferre. *Id. Trinum.* 1. 2. 38. incutere.
Id. Mil. 4. 6. 57. levare. *Cels. l.* 3. *c.* 22. *circa med.* Morbus in-
veteravit. *Terent. Hecyr.* 3. 1. 50. amplior fit. *& 3.* 2. 2. aggra-
vescit. *Suetan. in Cæs. c.* 1. Morbo quartana aggravante. *Plin. l.*
23. *c.* 1. *a med.* declinante. *& paulo post.* minuente se. *& lib.* 34.
c. 15. prævalente. ¶ *Morbus major*, est comitialis, *mal caduc.*
Cels. l. 3. *c.* 23. Inter notissimos morbos est etiam is, qui comitia-
lis, vel major nominatur. Adda *Festi.* in *Prohibere*. Idem dicitur &
sacer, sive quia (ut ait *Col. Aurel. l.* 1. *Chronic. c.* 4.) divinitus
putatur immissus; sive quod sacram contaminet animam; sive quod
io capite fiat, quod multorum philosophorum judicio sacrum tem-
plum

Digitized by Google

plum eſt partis animæ in corpore uetæ ; ſive ob magnitudinem paſſionis. majora enim vulgus ſacra vocaeit. Hæc *Cælius*. Græci *ἱερὰν νόσον* dicunt, & *Apul. in Apolog.* diernum morbum. ¶ *Morbus regius*, arquatus, *uterojia*. *Celſ. l. 3. c. 24.* ¶ *Id mihi morbo eſt*, morbum affert, *è la mia ocaſione*. *Plaut. Trucul. a. 5. s. 12.* Quod mulier facere incepit, niſi ad efficere perpetrat, id illi morbo, id illi ſenio eſt. ¶ Treuslare morbi ſunt vitia animi, *vizj, paſſioni*. *Senec. ep. 75.* item *85. ante oted.* Morbi ſunt inveterata vitia, & dura, et avaritia, ut umbitim omnia, *&c. Cic. 1. de Fin. cap. 18.* Animi morbi ſunt cupiditates immenſæ, & ineeas, divitiarum, gloriæ, dominationis, *&c. Senec. l. 1. de benef. c. 14.* Numqaid me dignum judicavit? minime : morbo ſuo morem geſſit. *Cic. contra Verr. 6.* Venio nunc ad illius, quemadmodum ipſe appellat, ſludtem, et amici ejus, morbum & iefaniam ; ut Siculi, Infrocinium. *Id. Verr. 3. c. 36.* Nam ille quoqus fodalis illius ſret in hoc morbo & cupiditate. *Catull. carm. 75. in fin.* Ipſin valere opto, & tetrum hunc deponere morbum. *b. e.* amorem. *Petron. in Satyr. c. 90.* Quid tibi eis cum iſto morbo? *b. e.* cacoethe faciendi carmina. ¶ Videtur *Cic.* hanc translatinnem (tametſi cum locis cit. tum alibi ſæpiſſime eſt uſus) non omnino probare, ut minus Latine uſitatam. Hæc enim habet *Tuſcul. 3. c. 4.* Perturbationes animi, quæ Græci *πάθη* appellant : ego poteram morbos, & id verbum eſſet e verbo : ſed ie conſuetudinem noſtram non caderet. nam miſereri, inetdere, gefiire, lætari, hæc omnia morbos Græci appellant : nos *recte*, ut opinor, perturbationes dixerimus› morbos autem eno ſatis efituis. Hæc *Cic.* qui eidetur ita ſentire, philoſophum ageus ; coatro oratorie loquens. ¶ Ie fabulis *Morbus* deus *18*, Erebi, & Noctis filius, ut & apud *Cicer. l. 3. de nat. Deor. c. 17. exer.* & *Hygin. in præfat. Virgil.* autem *Æn. 6. v. 275.* ſedem ejus ponit eſſibulum ante ipſum, primiſque in fancibus Orci, una cum Luſtu, Curis, Senectute, Mate, Fame, &c. . ¶ *In morbo conſumar*, videtur eſſe imprecatio in eum, qui pecuniam alienam injuria poſſidet. *Senec. l. 4. de benef. c. 39.* Quingenti denarii ſunt. illud quod dici ſolet, ie morbo conſumai. Poteſt etiam, inquit *Manut.* ab amico dici, qui nolit deeſſe amico quod impendat, ſi morbus inciderit.

MORDACITAS, atis, ſ. *mordacità*, eis mordendi, pungendive. *Plin. l. 21. c. 15. a med.* Urticaram foliis ineſt aculeata mordacitas. *& cap. 18. ad fin.* Jancus rotundus, vinoſa mordacitatis ad linguam. *b. e.* ſapere vini acri, & linguam gaſtantis vtilicante. *Pallad. in Januar. tit. 15. ante med.* Amygdala aetequam ponamus, pridie mulſa aqua, ita ut ue nimis, maceremus, ue germen exſtinguat ex multo melle mordacitas.

MORDACITER, adverb. *mordentemente*. *Ovid. 1. ex Pont. ep. 5. v. 19.* Scilicet incipiam lima mordacius uti. *Macrob. Saturn. lib. 7. c. 3.* Ait mimus ille mordaciter, &c. *Lactant. l. 5. c. 2. a med.* Alius eandem materiam mordacius ſcripſit.

MORDAX, acis, *mordace*, *ἰσχνὸς*, *δηκτικὸς*, promptus, facilis ad mordendum. *Plaut. Bacch. 5. 2. 27.* Mordax canis. *Labeo* apud *Gell. l. 4. c. 2.* Equus mordax, ent calcitro. ¶ Item aculeatus, pungens, *pungente*. *Ovid. de medic. fac. v. 4.* Mordaces rubi. *Id. 2. de ar. am. v. 417.* Urtica mordax. *Plin. l. 27. c. 8.* Mordaciſſima matga. *Id. l. 28. c. 7. ante med.* Arifta mordacius hordeo. ¶ Item cædens, acutus, *tagliente*. *Horat. l. 4. od. 6. v. 9.* Mordaci ferro ifta pinus. ¶ Item qui abradendi vim habet, *corroſivo*. *Ovid. l. 2. de ar. am. v. 506.* Nec tu mordaci pumica crura teras. *Plin. l. 15. c. 29. a med.* Folia myrti ſiccantur ie farinam, ad ulcerum remedia in corpore humano, leniter mordaci pulvere. ¶ Item qui acri & aſpero guſtu eſt, & linguam lædens, *piccante*, *frizzante*, *acre*, *amaro*. *Plin. l. 23. c. 8. circa med.* Succus croci mordax. *Perſ. ſat. 5. v. 86.* Acetum mordex. *Ovid. 3. ex Pont. ep. 3. v. 106.* Mordax fel. ¶ De fibula. *Sidon. carm. 5. v. 18.* pepli textus, quæ fibula torto Mordax dente noret. V. *Mordeo*. ¶ Translate eſt maledicus, *maledico*, *ſatirico*. *Ovid. 2. Triſt. v. 563.* Non ego mordaci deſtrinxi carmius quemquam. *Horat. l. 2. ep. 17. v. 18.* Mordaceus Cynicum ſic eludebat. *Id. l. 2. ſat. 4. v. 93.* Lividus & mordax. *Phædr. l. 5. prol. v. 9.* Invidia mordax. *Id. l. 4. fab. 7.* Mordaciorem qui improbo dente appetit. *Perſ. ſat. 1. vers. 107.* Aurus teneras mordaci radere vero. ¶ Item erodens, ſolicitum habens, *affannoſo*. *Horat. l. 1. od. 18. v. 4.* nequs Mordaces aliter diſſugiuet ſolicitudines.

MORDÉO, es, momordi (*olim* memordi) morſum, 2. 2. *mordere*, *addentare*, *ſtringere co' denti*, *δάκνω*, dente lædo, vulnero, arripin, mordicus apprehendo. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 20.* Canes latrare, & mordere poſſunt. *Marſial. l. 14. epigr. 63.* mordente molſio pulice. *Lucan. l. 9. v. 737.* Aulum Torta caput retro dipſas calcata momordit. *Ovid. 3. Metam. v. 68. de angue vulnerato.* Illi dolore ferox caput ie ſua terga retorſit, Vulneraque aſperit, fixumqun haſtile momordit. *Enn.* apud *Gell. l. 7. c. 9.* & *Non. c. 2. n. 553.* Si me canis memorderit. *Ovid. 13. Met. v. 943.* manuqus Fabula decerpſi, decerptaque dente momordi. *addentai*, *abbocconai*. *Marſial. l. 9. epigr. 75. de futore*. Dentibus antiquas ſolitus producere pelles, Et mordere luto putre vetuſque ſolum. *Id. l. 2. epigr. 105.* Mordent aurea lapata carvi, quod *Virg.* dixit *4. Æn. v. 135.* frena mandere. ¶ *Mordere frenum*, proverbialis dictio. V. *Frenum*. ¶ *Mordere terram* dicuntur, qui graciter icti, ie faciem procumbunt mortituri. *Virg. 11. Æn. v. 418.* Procubuit moriens, & humum ſemel ore momordit. Adde *Ovid. Metam. 9. v. 61.* & *Claudian. de B. Get. v. 588.* Sic *Sil. l. 5. v. 526.* Labitur infelix, atque appetit ore cruento Tellurem exſpirans. & *lib. 9. v. 383.* Volvitur ille ruens, atque arva hoſtilia morſu Appetit, & mortis premit in tellure dolores. *Virg. 12. Æn. v. 668.* Sanguinis ille vomens rivos cadit, atque cruentam Mandit humum. ¶ Pro arripere, & detinere ; *Celſus l. 7. c. 4. fect. 4.* Id quod e lino mordatur, incidilor. & *cap. 5. fect. 4.* Ie *olle* uſque eo movendum eſt, donec laxster is locus, qui mucronem (*veli*) momordit. Sic apud *Sen. Thyeſt. 9. v. 490.* arbor dicitur radice mordere humum. ¶ Pro mandere, comedere, *Perſ. ſat. 4. v. 30.* tunicatum cum ſale mordens Cæpe, & torretam, puerie plaudentibus, oliam. *Juvenal. ſat. 6. v. 321.* Grandia quæ media jam noſtribus oſtrea mordet. & *ſat. 5. v. 11.* & ſordes farcie mordete canini. ¶ Quod eit *Idem ſat. 7. v. 18.* uecſit quicumque canorie Eloquium vocale modis, laurumque momordit : elludit ad *ἀφορμὴν γέλωτος*, h. e. laurum comedentes, quæ credebatur eim vaticinandi, atque oſtrum aſpicare veſcentibus, ut & in *Laurus* dictum eſt. ¶ Pro conſumere, abſumere, *Labet.* apud *Gell. & Non. locis ſup. cit.* De ietegro patrimonio meo cantum millia nummum memordi. *Petron. in fragm. Tragur. c. 44. Burm.* Ieterim nemo curat, quid aanontem mordet. Al. alitet leg. ¶ Prætarea *mordere* Poetice dicuntur fibulæ, quarum altera ab altera recipitur, & quaſi ore retineret, veſtemque adſtringit. *Virg. Æn. 12. v. 274.* laterum junduras fibula mordet. *Ovid. 8. Metam. v. 318.* Rafilis huic ſummam mordebat fibula veſtem. *Claudian. de conſul. Prob. & Olybr. v. 88.* laxamque coerceus Mordet gemma ſinam. *Sidon. carm. 2. v. 325.* perque lacertos Pendula gemmiferæ mordebant ſuppera bullæ. Adde *Ovid. 14. Metam. v. 304. Stat. 7. Theb. v. 650.* & *Sil. l. 7. v. 624.* ¶ *Mordere* etiam, quæ acri ſapore ſunt, & linguam lædente. *Plin. l. 27. c. 13.* Radix ſmyrnii guſtu acri mordet. *Id. l. 29. c. 2.* Linguam *adſtringit* ieniter, nec mordet. *Id. l. 28. c. 9. a med.* Fellia vis encalfecere, mordere, ſcindere, &c. ¶ Item quæ tactu aſpera ſunt, & punguet. *Id. l. 22. c. 24.* Urtica foliis non mordentibus. *Id. l. 21. c. 6.* Croci probatio, ſi, manu prolata ad ora, leniter facism oculoſque mordeat. *Id. l. 29. c. 2.* Lanæ ſuccidæ plurima præſtant remedia ex oleo, vinoque, aut aceto, prout quæque mulceri, morderive opus ſit, & adſtringi, laxarive. *conforme ſono d' uopo ; lenitivi, o à corroſivi*. ¶ Translate eſt perſtringere, vellicare, urere, lædere. *Horat. l. 2. ſat. 6. v. 43.* Matutina parcre cautos jam frigora mordent. *Id. lib. 2. epiſt. 2. v. 3.* quia grando Contuderit vites, elesmque momorderit æſtus. *Martial. l. 8. epigr. 29.* Mordeat & tuerum fortior aura nemus. ¶ Item abradere. *Horat. l. 2. od. 31. v. 7.* Nuo rura, quæ Liris quieta Mordet aqua tacitumus amais. *Plin. l. 18. c. 18. ad fin.* Cuires futuris ſulcis velligia præſcribens inciſuris, quas reſapinus in arando mordeat vomer. *Martial. l. 5. epigr. 81.* libellus ſecurus erit, quem cenſoria docti lima momorderit Secundi. ¶ Sæpe pertinet ad carpendum, detrectandum, maledicendum, *dir male*, *attaccare con maldicenza*. *Terent. Eun. 3. 1. 20.* Invidere omnes mihi, mordere clanculum. *Ovid. 4. Triſt. el. 10. v. 123.* Nec, qoi detrectat præſeatia, livor iaique Uilum de noſtris dente momordit opus. & *lib. 1. el. 1. v. 25.* cave, defendas, quamvis mordebere dictis. *Horat. l. 1. ep. 16. v. 38.* Mordear opprobriis falſis. *Ovid. 4. ex Pont. ep. 14. v. 46.* Non mordenda mihi turba fidelis erat. *Juvenal. ſat. 9. v. 10.* convivea joco mordente facetus. *ſcherzo*, *motto piccante*. ¶ Sæpe etiam referitur ad animum, & pointur pro pungere, ferire, irritare, affligere, angere, cruciare, lædere. *Terent. Eun. 3. 1. 55.* Par pari referto, quod eam mordeat. *Cic. Attic. l. 6. ep. 2. a med.* Scribis, morderi ni iaterdum, quod non ſimul ſis. & *lib. 13. ep. 12.* Valde me momorderunt epiſtolæ tuæ de Attica noſtra : eædem tamen ſanaverunt. *Quintil. l. 2. c. 3. (al. 4.)* Hunc mordebit objurgatin, hunc honor excitabit. *Ovid. 2. Amor. el. ult. v. 43.* mordet cura medullas. & *Heroid. ep. 13. v. 30.* Pectora legitimus caſta momordit amor. *Senec. in Troad. v. 1021.* Lentrus iuctus, lacrymæque mordent. *Ovid. Metam. 2. v. 805.* occulto dolora morderi. *Cic. 4. Tuſcul. c. 20.* Morderi conſciustia. *aver del rimorſo*. & *l. 3. c. ult.* Si paupertas momordit, ſi ignominia pupugit. ¶ Pro ruminare, cogitare, *Senec. in fin. ep. 78.* Interire hoc tene, hoc mords, adverſis non ſuccumbere, lætis non credere. ¶ Præterito *momordi* præter *Enn.* & *Laber.* uſi ſunt etiam *Nigidius*, *Plaut.* & *Arno*, itrm *Cic.* & *Cæſar*, teſte *Gell. cit. l. 7. c. 9.* que ratione & *popoſci*, & *pepugi*, & *cecurri*, & *ſpopondi* dixere. Nunc omnes doctiores, inquit *Gell. ibid. popoſci*, *momordi*, *pupugi*, &c. dicunt.

MORDICANS, antis, mordens, morficans, pungens, cellicans, lædens. *Cal. Aurelian. Acut. l. 2. c. 8.* Eſt acerrimæ, atque mordicantis qualitatis.

MORDICATIO, onis, ſ. levis arroſio. *Cal. Aurelian. Acut. l. 3. c. 20.* Ventris mordicatio.

MORDICES. V. in ſeq. voce.

MORDICITUS, adverb. Idem quod mordicus. *Plaut. Aulul. 2. 2. 57.* Aſini me mordicitus ſcindant, boves incurſent cornibus. Ita leg. *Gruter.* plures alii *mordicibus*, h. e. morſibus, ut ſit a nominativo *mordices*, *cum*. Eadem lectioniz dierſitas eſt in illo *Apul. l. 3. Metam.* Mordicitus appetens. Sunt etiam, qui *mordicem* apud *Plaut.* reponunt.

MORDICUS, adverb. *co' denti*, *ὀδοῦ*, mordendo. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 4.* Auriculam fortaſſe mordicus abſtulliſet. *Plaut. Curcul. 5. 1. 7.* Mordicus arripere. *Sueton. in Cæſ. c. 64.* Paludamentum mordicus trahens. ¶ Translate eſt arcte, pertinaciter. *Cic. Acad. 4. c. 16. a med.* Perſpicuitatem, quam mordicus tenere debemus. Adde *4. de Fin. c. ult.* ¶ Proverb. eſt illud *Lucil.* apud *Non. c. 2. n. 539.* Mordicus petere aurum e flamma expedist, e cœno cibum.

MORE, adverb. *ωρὶς*, ſtulte. *Plaut. Stich. 5. 2. 1.* More hoc ſit, atque ſtulte, mea ſuatentia. Al. ita interpretantur : ſit hoc qaidem ex conſuetudine, et ut opinor, ſtulte tamen.

MORES. V. *Mos*.

MORETARTUS, a, um, ad moretum pertinens, et Moretaria condimenta, *Apic. l. 6. c. 4.* ¶ *Moretarium* abſolute, ipſum moretum. *Donat. ad Terent. Phorm. 2. 2. 4.* & *Apic. l. 1. c. ult.*

MORETUM, ti, n. τύρωμα, genus cibi, idem ac intritum, & olliatum, quod ex his octo conficiebatur, allio, apio, ruta, coriandro, bulbo, caseo, oleo, acato. *Ovid. 4. Fast. v. 367.* Non pudet herbosum, dixi, potuisse moretum In domina mensis? ¶ Exstat incerti Auctoris poemation, inter *Virgilii* Catalecta, ubi fusi describitur.

MORIBUNDUS, a, um, *moribundo, ἀνοθνήσκων*, moriens. *Cic. pro Sext. c. 39.* Jacentem moribundumque vidistis. *Liv. l. 26. c. 15. extr.* Ante pedes Imperatoris moribundus procubuit. *Virg. 10. Æn. v 590.* Excussus curru moribundus volvitur arvis. *& vers. 341.* Dexteroque ex humero nervia moribunda pependit. *& lib. 6. v. 732.* quantum non noxia corpora tardant, Terrenique hebetant artus, moribundaque membra. Ubi *Serv.* morienti similia, semper morientia. numquam enim in eodem statu sunt, sed aut crescunt, aut decrescunt. *Ovid. 4. Trist. el. 5. v. 3.* Cujus ab alloquiis anima haec moribunda revixit. *Stat. l. 8. Theb. v. 643.* Moribunda vox. *Catull. carm. 80. v. 3. ad Juvent.* Moribunda a sede Pisauri. *h. e.* mortifera propter artem pestilentem, ex quo incolae ita pallidi sunt, ut moribundi esse videantur.

MORIGERATIO, nis, f. actus morigerandi. *Arnob.* apud *Nov. e. t. o. 1. Ætos*, & corpus tenerum, & morigeratio. Haec sunt venena formosarum mulierum.

MORIGERO, as, n. t. idem ac morigeror, apud Vet. *Plaut. Amph. 3. 3. 16.* Dum cum hac usuestris uxore nunc mihi morigero.

MORIGEROR, aris, atus sum, dep. t. *for a modo alicui, complacere, addor a verso, χαρίζομαι*, morem gero, obsequor, servio, satisfacio. *Terent. Adelph. 2. 2. 9.* Si nunc de tuo jure concessisti paululum, atque adolescenti ejus morigeratus. *Plaut. Capt. 2. 1. 4.* Nunc si servitus evenit, ei sos morigerari eos bonos 18. *Cic. in Oecr. c. 48.* Voluptati autem morigerari debet oratio. ¶ Turpem sensum habet apud *Suetou. in Tiber. c. 44.* eademque cestione accipienda loca *Afranii*, & *Plauti* in *Morigerato*, & *Morigero* allata.

MORIGERUS, a, um, *obbidiente, compiacente, condiscendente, &ruvole*, mortem gerens, obediens, obsequens. *Plaut. Amph. 3. 4. 11.* Men me aequum est morigerum patri, ejus filio servire addecet. *Id. Cistell. 1. 3. 17.* Usorem duxit: ea diem suum obiit: ficta morigera est vita. *ha femo oppure qual ch' ei volves. & Epid. 5. 1. 1.* Male morigerus reibi est damita, qui de me argentum non petit. ¶ De obsequiosis in rebus obscenis, *Id. Cas. 5. 2. 19. & alibi, Lucret. l. 4. v. 1274.* &c. V. *Morigeror*.

MORIMARÛSA, more mortuum, Cimbrorum lingua. *Plin. l. 4. c. 13.*

MORINI, orum, ultimi Galliae populi ad Oceanum. *Virg. 8. Æn. v. 727.* Extremique hominum Morini, Rhenusque bicornis. Adde *Melam l. 3. c. 2. ad fin.* Horum pavalae fuit Gesloriacum, nunc *Bologne*. *Plin. l. 4. c. 16.* V. Geographos.

MORIO, onis, *m. scioccо, sconsumato, buffone, μωρός*, homo qui naturali stoliditate & stultitia ipsum excitat: a *moria*, stultus, fatuus. *Augustus. ep. 86. a med.* Quidam tantae sunt fatuitatis, ut non multum a pecoribus differant: quos moriones vulgo vocant. *Martial. l. 8. epigr. 13.* Morio dictus erat: vigiati millibus emi: Riddle mihi nummos, Gargiliane: sapit. *Id. l. 14. epigr. 210.* cui lemma *Morio*: Non mendax fuerat, si, nec fingitus aste dolosa. Quisquis plus justo non sapit, ille sapit. *Id. l. 12. epigr. 95.* Parvum bafiat usque morionem. Adde *Plin. l. 9. ep. 17.*

MORIOLA. V. *Lorioli*.

MORIOR, eris, mortuus sum, dep. 3. *morire, θνήσκω*, extremum spiritum effundo, vita decedo. Videtur esse a *μόρος*, fatum, mors. *Cic. de Senect. c. 20.* Morriendum certe est: & id incertum, an eo ipso die. *Id. pro Quinct. c. 4.* Moritur in Gallia Quotius, & moritur repentino. *Id. Attic. l. 8. ep. 3.* Avitam tuam scitu desiderio tui mortuam esse. *Pollio ad Cicer. Fam. 10. ep. 33.* Mori ex vulnere. *Lucan. l. 2. v. 264.* quis nolit in isto Esse mori? *Al. leg.* ab isto. *Valer. Flacc. l. 7. v. 484.* An me mon merita morituram patris ab ira Dissimulas? *& lib. 4. v. 143.* Tu no Amyci moriere manu? *Ovid. in Ibim, v. 307.* jaculis moriatis adactis. *Id. 2. Amor. el. 7. v. 10.* ulterius dicor amore mori. *Tibull. l. 2. el. 7. v. 33.* Mori cupis. *Petron. in Satyr. c. 10.* fame. *Plin. l. 24. c. 13.* inedia. *Stat. 9. Theb. v. 787.* leto moriere virorum. *Sallust. in fragm.* apud *Serv. ad 3. Georg. v. 480.* Ne simplici quidem morte moriebantur. *Cas. l. 3. B. Civ. c. 64.* Hanc vivus defendi, moriens Caesari substitui. *Cic. de Senect. c. 20.* Sensus moriendi aliquis esse potest. *Virg. 2. Æn. v. 550.* Nunc mostra. *Horat. l. 3. od. 19. v. 2.* Codrus pro patria non timidus mori. *Cic. pro Cal. c. 24.* Significabat interreptis atque morientibus vocibus. ¶ *Moriar* formula jurantis, ut Disperear, *posi' io morire: ch' io muoja. Cic. l. 8. ad Attic. ep. 6. ad fin.* Moriar, si magis gaudesem, si id mihi accidisset. ¶ De plantis, *Claudian. de consul. Prob. & Olybr. v. 128. de arundine.* Quam neque fas Zephyris frangi, nec solo perussam Aestivo candore mori. *Plin. l. 18. c. 7. a med.* Rutam & hederas illico mori. *Stat. l. 5. Theb. v. 558.* moriturque ad fibila campus. ¶ De igne, & lumine, *Claudian. de B. Get. v. 548. de comete.* Donec in eniguam morieus vanescerit igne. ¶ De rebus aliis vita, aut fraus carentibus, *Cels. l. 7. c. 14. a med.* Id quod supra viscalium est, moritur. *Plin. l. 13. c. 3.* Unguenta illico exspirant, ac suis morientur horis. ¶ Jocularier *Plaut. Capt. 3. 4. 117.* Vae illis virgis miseris, quae frodis in tergo morientur meo. *h. e.* frangentur. *Manil. l. 4. v. 623.* Donec in Aegyptum redeant curvata per undas Litora, Niliacas iterum morientia ripis. *h. e.* desinentia. *adendo a fiume*, vel a *monte*. Sic *Petron. in Satyr. c. 122.* nec vaga paslim Flumina per notas ibant morientia ripas. *h. e.* passim vaga non contenebant se inter ripas. Al. aliter interpretantur, aut legunt. ¶ Urbanitora, ac decentius translata sunt illa *Cic. post reditt. in Sen. c. 2.* quod tempus erit unquam, quo vestrorum in nos beneficiorum memoria ac fama moriatur? *i' estinguno. & pro Cal. c. 31.* Ut iste interpretis fermo deliciarum dissidiarque moreretur. *Ovid. 3. ex Pont. ep. 3. v. 27.* Tunc ipitur meriti moriatur gratia vestri, Cum cinis absumpto corpore factus ero. ¶ *Mori* dicuntur, qui cujuspiam rei studio ita tenentur, ut paene in eo vitam animumque ponere videantur. *Cic. de Senect. c. 14.* Mori videbamus in studio dimetiendi paene cali atque terrae C. Gallum. *andava perdute dietro*, &c. ¶ Si non aliqua nocuisses, mortuus esses. *saresti morto di rabbia. Virg. Ecl. 3. v. 15.* ¶ *Dies mori* dicitur, cum in occasu sol est. *Plaut. Men. 5. 2. 45.* Dies quidem jam ad umbilicum est dimidiatus mortuus. *Sent. l. 4. fab. 6. v. 3.* Jam moriente die capuit me coena benigni Vindicis. ¶ Olim in quibusdam temporibus quaestae fuit conjugationis. *Enn.* apud *Prosperum. l. 10. pag. 880. Putsch.* Nunc est ille dies, cum gloria maxima si se Offendat nobis, si vivimus, sive morimur. *Plaut. Asin. 1. 1. 108.* Moveri se si misere movolet, quam, &c. *Ovid. 14. Metam. v. 235.* mortemque timens, cupidusque mortis. *Adde Plaut. Rud. 3. 3. 21.*

MORITURIO, in, n. 4. mori cupio. Usurpasse *Ciceronem* testis est *Augustus. de Grammat. pag. 2006. Putsch.* ubi de verbis desiderativis agit.

MORMYR, yris, f. *μορμύρ*, species piscis in Ponto. *Ovid. in Halieut. v. 110.* & pictae mormyres, & auri Chrysophrys imitata decus. Adde *Plin. l. 32. c. ult.*

MORO, as, a. t. idem quod moror. *Pacuv.* apud *Donnel. l. 1. v. 305.* Paucis absolvit, ne moreret diutius. *Nevius ibid.* Quid moras? Adde *Enn. ibid.*

MOROLOGUS, i, *chi parla da sciocco, μωρολόγος*, stulte loquens: a *μωρός*, stultus, & *λόγος*, sermo. *Plaut. Pers. 1. 1. 50.* Amoris vitio tibi morologus fio. *Id. Pseud. 5. 2. 20.* Sermonibus morologis uti.

MOROR, aris, atus sum, dep. t. *indugiare, tardare, fare a bada, διατρίβω, διάγω*, cunctor, tardo, moram interpono, cesso: a *mora*. *Terent. Eun. 3. 2. 6.* Eamus ergo ad conam: quid fit? *Thr.* ubi vis: non moror. *Cic. Attic. l. 16. ep. 5. a med.* Lucceius narravit, Bantum valde morari, non turgiversantem, sed exspectantem, si qui forte casus. *Id. Phil. 5. c. 15.* Hem cui bellum moremur inferre. *Ovid. Herod. ep. 12. v. 186.* Nec moror ante tuos procubuisse pedes. *Luc. l. 3. v. 54.* Nihil ne ego quidem moror, quo minus decemviratu abeam. *Val. Flacc. l. 7. v. 6.* haud ipse morabor quae petitis. *h. e.* cunctabor dare. *Horat. l. 2. od. 17. v. 5.* Ah, te meae si partem animae rapit Maturior vis, quid moror altera? *h. l.* quid vitam traho? *vel*, quid mori cesso? *Ovid. 6. Fast. v. 679.* At domus, discedite, ait, plaustroque navales Sustulit. *V. Morosus.* ¶ Est etiam manere, coremorari, *dimorare, trattenersi, fare*. *Cic. Fam. 15. ep. 17. ad fin.* Tu quod adhuc Brundisii moratus es, valde probo. *Id. Attic. l. 7. ep. 1. a med.* Quam vellem etiam nunc in provincia morari! *Virg. 4. Æn. v. 533.* qua spe inimica in gente morer. *h. e.* inter hostes. *Cic. in Pison. c. 22.* Non si passive, in republ. diutius vestrorum scelerum pestem morari. *Horat. l. 1. od. 38. v. 3.* Mitte sectari, rosa quo locorum Sera moretur. ¶ *Morari cum aliquo*, versari, vivere, esse. *Senec. ep. 5.* Primum argumentum compositae moratis animi, posse consistere, & secum morari. *& ep. 31.* Ab omnibus scisciter, quid agas, ubi, & cum quibus moreris. ¶ Saepissime cum accusativo vim habet activam, pro detinere, retardare, morari & impedimentum afferre, sistere, *ritardare, trattenere, fermare, impedire. Cic. Fam. 6. ep. 20.* Si aliqui eos eum vel impedire, vel morabitur. *& lib. 15. ep. 11. extr.* Si me navigatio non morabitur, propediem te videbo. *Id. Phil. 5. c. 9. extr.* Legatorum nomen belli celeritatem morabitur. *Plaut. ad Cass. l. 10. Fam. ep. 8. ad fin.* Si modo meo casu aut confirmare patriae salutem, aut periculum possim morari. *Cas. l. 2. B. Civ. c. 26.* Imperum hostium sustinere ac morari. *& ep. 39.* Moreri victorium. *& lib. 7. 1. 40.* ire, atque impedire. *Plaut. Aulul. 4. 2. 5.* ne affinem morer, quin extemplo filiam ducat domum. *Cic. 1. Fam. ep. 26. sub fin.* Curtius noster ditaphum cogitat, sed eum infector moratur. *in terra in lungo. Horat. l. 3. od. 27. v. 50.* Impudens Orcum moror. *la fo aspettare differendo il morire. Plin. l. 9. c. 25.* Echeneis naves moretur. *h. e.* tardius im facit, ut ipsemet *ibid. ant. M. Anton. in epist.* apud *Cicer. Phil. 13. 1. 17.* Nihil moror, eos salvos esse, & ita quo jubetis. *non mi oppongo, non impedisco.* ¶ *Nihil et moror* formula est rem dimittentis, & abire jubentis. *Liv. l. 4. c. 42. sub fin.* C. Sempronium nihil moror, quando hoc est in imperia consecutus, ut tam carus esset militibus. *Id. l. 8. c. 35. a med.* Cum se nihil moraturum magistrum equitum pronuntiasset. *Id. l. 43. c. 16. extr.* Absoluto Claudio, tribunus plebis negavit, se Graccbum morari. Hinc *nihil vos moramur*; P. C. vos erat Consulis Senatum dimittentis, apud *Capitolin. in Anton. Philos. c. 10.* Sic *Cic. l. 2. ad Q. Fr. ep. 1.* Tum ille se negavit Senatum tenere. ¶ *Nihil moror*, non curo, nihil aestimo, *non me fa conto, non curo, non ci penso. Horat. l. 1. ep. 15. v. 16.* nam vina nihil moror illius orae. *& lib. 2. ep. 2. v. 204.* Nihil moror officium, quod me gravat. *Plaut. Capt. prol. v. 16.* Alieno uti nihil moror. *Id. Aulul. 2. 1. 44.* Ego dives suam fatis: istas magnas factiones, superia, eburata vehicula, pallas, purpuram nihil moror. ¶ Iteio nolo, recuso, abnuo. *Accius* apud *Non. c. 5. n. 40.* Tu pertinaciam esse, Antiochi, hanc praedicas: Ego perviciciam ejo, & hac me ori volo. Nam pervicacem dici me esse, & vincere, Perfecte patior: pertinacem, nihil moror. *Terent. Eun. 1. 2. 104.* Profecto non plus biduum, aut. *Ph.* aut? nihil moror. *non voglio altro.* ¶ *Ne multis moror*, ne plura dicam, vel ne pluribus verbis audientem detinoam, *per non annojare, per finirla. Cic. Verr. 6. c. 46. extr.* Haec ille omnia, ne multis moror, uno

imperu

impetu aſportanda curavit. *Terent. Andr.* 2. 1. 87. Quid multis moror? egomet quoque eius cauſa in ſumus prodeo. *Plin. l.* 7. *c.* 49. *a med.* Ne pluribus moremur in re confeſſa. Sic *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 3. in publica commoda peccem, Si longo ſermone morer tua tempora, Cæſar. ¶ *Morari* pro detinere delectando, *Horat. l.* 1. *ep.* 13. *v.* 17. Carminaa, quæ poſſint oculos, aureſque morari. *Id. de or. Poet. v.* 320. Valdius oblectat populum, meliuſque moratur. ¶ Paſſive impersonaliter *Cal. ad Cicer. Fam.* 8. *ep.* 5. Sic multum ac diu ludetur, atque ita diu, ut plus biennium in his tricis moretur. ¶ In illo *Virg.* 5. *Æn. v.* 207. Conſurgunt nautæ, & magno clamore morantur: *Servius* explicat, intro agunt, ſcil. navem, quæ in ſcopulum impegeret, & facis in procurrentibus hæſerat. Sed aptius dicas *moreantur*, curſum ſiſtunt & clamore ac viribus hærentem navem divellere conantes moram faciunt. ¶ Ludus eſt in ambiguo apud *Suetan. in Ner. c.* 33. Omnibus contumeliis mortuum (*Claudium*) infectatus eſt, modo ſtultitiæ, modo ſævitiæ arguens. nam & morari eum inter homines definiſſe, producta prima ſyllaba, jocabatur. *h. e.* ſtulta agere, deſipere, fatuum eſſe: a *μωρὸς*, ſtultus. Eadem ratione uſurpaſſe videri poteſt *Plaut. Trucul.* 3. 1. 23. Ibitur, ne me morari ceuſeas. & *Mil.* 2. 4. 17. Ego ſtulta morâ multum, quæ cum hoc infano fabulem. Al. leg. *ſtultra atque mora multum*.

MOROSE, *faſtidioſamente, inſoſcevolmente*, δυσκόλως, difficulter, faſtidioſe. *Cic. in Bruto*, 1. 67. Hominum ineptias & ſtultitias non ferebat, iracundiaſque reſpurbat, ſive moroſe, ut putabatur, ſive ingenuo liberoque faſtidio. *Suetan. in Aug. c.* 66. 2 *med.* Amicorum ſuprema judicia moroſiſſime penſitavit. *Tertull. de Pall.* 1. 4. *ſub fin.* Pallium morioſe ordinatum. *h. e.* curioſius, affectatius. *Plin. l.* 18. *c.* 13. Terram non moroſe eligit, pæne abi nihil aliud ſeri poſſit. *ſcrupoloſamente*.

MOROSITAS, atis, f. *faſtidioſaggine, inconvenevolezza*, δυσκολία, illa morum difficultas, cum nulla pæne res, quantumvis exacta, animo alicujus ſatisfacit. *Cic.* 1. *Offic. c.* 25. *a med.* Ne in moroſitatem inutilem & odioſam incidamus. *Suetan. in Tiber. c.* 70. Affectatione & moroſitate nimia obſcurabat ſtylum.

MOROSUS, a, um, *difficile da contentare, faſtidioſo, inſoferevole*, *ſcrupoloſo*, δυσκολος, δυσμενὴς, qui nimis exacte omnia fieri poſtulat: cui non placet id, quod placem debet: cui nulla re ſatisfacimus, difficilis, faſtidioſus, curioſus. *Cic. in Orat.* 1. 19. *in fin.* Uſque eo difficiles ac moroſi ſumus, ut nobis non ſatisfaciat ipſe Demoſthenes. *Id. de Senect.* 1. 18. *a med.* Moroſi, & anxii, & iracundi, & difficiles ſenes. *Horat. l.* 1. *ad.* 9. *v.* 17. Moroſa canities. *Martial. l.* 14. *epigr.* 105. Moroſa ſitis. *b. v.* quæ vulgares potiones reſpuit. *Plaut. Trin.* 3. 2. 43. Amus mores hominum mocos & moroſos facit. *Senec. de Ira, l.* 1. *c.* 4. Iuter hos moroſum ponas licet, delicatum iracundiæ genus. *Suetan. in Cæſ. c.* 45. Circa corporis curam moroſior, ut non ſolum tonderetur diligenter, ac raderetur, ſed vellieretur etiam. ¶ *Moroſus* etiam dicitur, qui tadium ac fabidium affert. *Martial. l.* 14. *epigr.* 23. Si tibi momſa pruriginе verminat aaris. *Tertull. de cor. Mil. c.* 1. Speculatorium moroſiſſimum paſibus abſolvit. ¶ Transfertur ad alia. *Plin. l.* 16. 1. 33. Cupreſſus natu moroſa. *h. e.* difficillimo naſcens. *Ovid.* 2. *de ar. am. v.* 323. Moroſus morbus. *h. e.* qui difficile curatur. *Plin. l.* 14. *c.* 2. *a med.* Vitis in eligendo ſolo moroſa. *Id. initio l.* 35. Moroſa cælandi, fingendique, ac tingendi ſubtilitas. ¶ Eſt a *mos*, *moris*: quare primam produxit apud *Martial. Horat. Ovid. Perſ.* Corripuiſſe videtur *Martian. Capell. in carm. ean. l.* 2. Quæ tam moroſis implicata ductibus: quaſi a *moro* duceretur.

MORPHEUS, i, m. *Morfeo*, diſſyllab. Μορφεὺς, Somni filius, vel miniſter: a μορφὴ, forma, quia variæ formas in dormientium phantaſia gignit, &, ut eſt in fabulis, juſſu domini quoſcumque vultus hominum fingit, verba ipſa, mores item, & geſtus imitatur. *Ovid.* 11. *Metam. v.* 634. At pater a populo natorum mille ſuorum Excitat artificem ſimulatoremque figuræ Morphea. ¶ Duos illi fratres adjungit *Ovid. ibid.* quorum primus eſt nomine apud Superos *Icelos*, apud homines *Phobetor* (Φοβήτωρ, ſimilie: *φοβίστης* a φόβος, metus, terror.) qui eſt fera, ſit volucris, ſit longo corpore ſerpens: quæ ſunt terriculamenta dormientium. Alter eſt *Phantaſor*, qui in hamum, ſaxamque, undamque, trabemque, Quæque vacant animæ, feliciter omnia tranſit. a φαντασία, viſum, imago mentis obverſans.

MORPHNOS, i, m. μορφνὸς, aquilæ genus, circa paludes & lacus viſum præcipue agens. *Plin. l.* 10. 1. 3.

MORS, mortis, f. *morte*, μόρος, θάνατος, animæ ſeparatio a corpore, interitus, letum, obitus, caſus: a μόρος, fatum, mors. In Fabulis eſt dea, Erebi & Noctis filia, ut Cic. 3. *de nat. Deor.* 1. 17. & *Hygin. in præfat. docet. Cic. Fam.* 6. *ep.* 21. Omnium rerum mors eſt extremum. *Id. Verr.* 5. *c.* 36. Mortem ſibi conſciſcere. & *ibid.* appetere. & *Phil.* 5. *c.* 17. obim. *Senec. in Here. Oet. v.* 1773. adim. & *in Fur. v.* 486. pati. & *in Troadib.* perpeti. *Cic.* 1. *Tuſcul.* 1. 44. *extr.* occumbere. *Al. leg.* morte. *Virg.* 2. *Æn. v.* 62. eaetæ occumbere morti. *Juſtin. ſub fin. l.* 14. ſuccumbere morti. *Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4. *ep.* 5. Mortem commutam cum vita. *Plaut. Amph.* 2. 2. 177. aliquem ad mortem dare. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 297. morti dare. *Cic. in Vatin. c.* 9. *ſub fin.* objicam. *Virg.* 12. *Æn. v.* 464. morti ſternere. & *lib.* 3. *v.* 692. demittere. & *lib.* 11. *v.* 796. fabita morte ſternere aliquem. *Cic. pro Mil. c.* 7. Mortem cuipiam inferre per ſcelus. *Sulpic. ad Cicer.* 4. *Fam. ep.* 12. afferre. *Columm. lib.* & *rap.* 2. Peſtilens ager mortem facit. *Cic. pro Sem.* 1. 21. *extr.* offerre. *Terent. Adelph.* 1. 2. 9. mulcam aliquem uſque ad mortem. *Horat. l.* 4. *od.* 2. *v.* 25. morte eadem. *Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4. *ep.* 12. acerbiſſima affici. *Tibull. l.* 1. *el.* 3. *v.* 55. conſumi. *Ovid.* 12. *Metam. v.* 583. fungi. *Cic. de Haruſp. reſp. c.* 20. macture. *Id.* 1. *de Orat. c.* 43. *ſub fin.* multam. *Senec. in Herc. Oet. v.* 888. damnari. *Cic. Tuſcul.* 1. 1. 42. Ad mortem duci. *Id. 9. Phil. c.* 1. *ſub fin.* Cui legatio ipſa morti fuit. *ſin to ſua morte*. *Propert. l.* 1. *el.* 19. *v.* 20. Mors amara. *Virg.* 3. *Georg. v.* 512. ægra. *Horat. l.* 2. *od.* 16. *v.* 29. cita. *Senec. in Herc. Fur. v.* 56. dira. *Virg.* 10. *Æn. v.* 791. dura. *Ovid.* 2. *Amor. el.* 9. *v.* 41. ſlida. *Val. Flacc. l.* 5. *v.* 26. frigida. *Cic.* 4. *Catil. c.* 2. turpis, inhumata, miſera. *Senec. in Troad. v.* 143. miſeranda. & *in Herc. Fur. v.* 555. avidie pallida dentibus. & *in Oet. v.* 1048. horrida. *Sil. l.* 13. *v.* 561. nigrum pandens lurida rictum. *Tibull. l.* 2. *el.* 3. *v.* 65. rapax. *Lucret. l.* 6. *v.* 1204 rigida. *Nemeſian. cil. v.* 47. invida. *Virg.* 12. *Æn. v.* 849. triſtis. *Plin. l.* 2. *ep. ult.* bona. *Εὐθανασία*, placidus & facilis exitus. *Stat.* 11. *Theb. v.* 582. imperfecta. *h. l.* cæcitas. ¶ Mortis cauſa ſtipulatio exiſtimatur fieri, ut ait Antiſtius Labeo, quæ ita fit ut morte permiſſorie confirmetur, aut, ut quidam dixerunt, cujus ſtipulationis mors ſuit cauſa. *Feſtus*. ¶ *Morte ſua mori*, naturali ex morbo, aut ſenecta, non illata vi externa, *de ſua buona morte*. *Senec. ep.* 69. *extr.* Bello res eſt, mori ſua morte. *Suetan. in Cæſ. c.* ult. Percuſſorum nemo ſua morte defunctus eſt. ¶ In plurali numero *Cic.* 2. *de Fin. c.* 30. Præclaræ mortes ſunt imperatorum. *Virg.* 10. *Æn. v.* 854. Omnes per mortes animam ſontem ipſe dediſſem. *Senec. de clem. l.* 1. *c.* 18. O hominum mille mortibus dignum! *Colum. l.* 9. *c.* 11. pœnis ac mortibus affici. *Plin. l.* 8. *ep.* 16. Mortes meorum. *Stat. 9. Theb. v.* 58. perdere mortes. *h. l.* cædes. *Tacit.* 3. *Hiſt. c.* 28. *extr.* Omni imagine mortium. Adde *Ovid.* 11. *Met. v.* 538. *Lucan. l.* 7. *v.* 848. *Val. Flacc. l.* 7. *v.* 332. *Quintil. declam.* 22. *c.* 9. *ad fin. Stat.* 11. *Theb. v.* 174. &c. ¶ Interdum *mortes* Poetæ ſunt tela ipſa, vel ictus, unde mors eſt. *Stat. 6. Theb. v.* 792. mota Spartanus acuto Mille cavet lapſus circum cava tempora mortes. *Sil. l.* 9. *v.* 368. dum vulnera tergo Bellator timet Auſonius, per pectora ſævas Exceptat mortes. ¶ Transfertur ad inanima. *Plin. l.* 14. *c.* 21. Murs memoriæ. ¶ *Plaut. Bacch.* 5. 2. 33. *mortem* appellat ſedem ſqualidum, macerrimum, ſemimortuum. *una morte in pedi*. ¶ Pro cadavere. *Cic. pro Mil. c.* 32. Non fuiſſe credo ſas, ullo in loco potius mortem ejus (*Clodii*) lacerari, quam in quo vita eſſet damnata. *Propert. l.* 2. *el.* 20. *v.* 22. Nec ſit in Actaico mors mea nixa toro. *Plin. l.* 14. *c.* 19. Vitis, quam juſta hominis mors laqueo pependerit. *Acciur* apud *Non. c.* 2. *n.* 328. Morte cadpos contigi.

MORSICÄTIM, adverb. δάξ, mordendo. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 547. Labellis morſicatim luſitant.

MORSICO, as, Irequentat. a mordeo. *Apul. l.* 7. *Metam.* Ore improbo compulſat, & morſicat. & *lib.* 2. Limis, & morſicantibus oculis. *h. e.* intentis, avideque intuentibus, & quaſi morſa arripientibus.

MORSIUNCULA, æ, f. *morſicchiatura*, δηγμάτιον, parvus morſus. *Plaut. Pſend.* 2. 1. 65. Teneris labellis molles morſiunculæ.

MORSUM, i, n. res mordendo avulſa, particula cujuſpiam rei morſu abſtracta. *Catull. carm.* 63. *de nupt. Pel. & Thet. v.* 316. *de nente*. Laneaque aridalie hærebant morſa labellis.

MORSUS, a, um, *morſo, morſicato*, τρῳθὶς, participio a mordeor. *Plin. l.* 29. 1. 3. Datur morſis a cane rabioſo, ne rabidi fiant. *Propert. l.* 3. *el. ult. v.* 24. Ungue meam morſo ſæpe querere fidem.

MORSUS, us, *morſicatura, morſo*, δῆγμα, δῆξις, dentium, vel roſtri ictus. *Cic. de Senect.* 1. 15. Contra evium minorum morſus munitur vallo ariſtarum. *Id. de Fato, c.* 16. Ulceratus ſerpentis morſu. *Id. Tuſcul.* 5. *c.* 27. Adoleſcentes incredibili contentione certantes pugnis, calcibus, unguibus, morſu denique. *Val. Flacc. l.* 2. *v.* 459. Taurus ſeiangentem morſu ſuper alta leonem Terga ferens. *Propert. l.* 4. *el.* 8. *v.* 65. Imponitque notam collo, morſuque cruentat. *Lucret. l.* 5. *v.* 132. Iex Morſibus affixæ validis, atque anguibus uncis. *Ovid.* 7. *Metam. v.* 785. *de cane venente*. ſimiliſque tenenti Non tenet, & vacuos exercet in aere morſus. (*Stat.* 2. *Theb. v.* 680. cacuit ſerit aera malis.) *Virg.* 12. *Æn. v.* 754. vividus Umber Hæret biane, jam jamque tenet, ſimiliſque tenenti Increpuit molis, morſuque elapſus inani eſt. *Plin. l.* 11. *c.* 24. Morſu apprehendere. & *lib.* 10. *c.* 40. corripere. *Lucret. l.* 3. *v.* 664. premum. *Ovid. Metam.* 13. *v.* 568. morſibus inſequi. & *lib.* 8. *v.* 877. artus divellere morſu. & *lib.* 12. *v.* 58. inferre morſus. *Tacit. 4. Hiſt. c.* 42. Morſa appetere. *Virg.* 2. *Æn. v.* 215. ſerpens miſeros morſu depaſcitur artus. *Id.* 7. *Æn. v.* 755. morſus arte levare. *ſanar le morſicature*. Nemeſian. in *Cynog. v.* 221. infigem. ¶ Dicitur & de comedentibus. *Virg.* 3. *Æn. v.* 394. Nec tu menſarum morſus horreſce futuros. & *lib.* 7. *v.* 112. vertere morſus Exiguam in Cererem penuria adegit edendi. *Juvenal. ſat.* 4. *v.* 141. an Lucrinum ad ſaxum, Rutupinove edita fundo Oſtrea, callebat primo deprendere morſu. *Ovid.* 13. *Metam. v.* 926. herbæ, Quas neque cornigeræ morſa lædere juvencæ. ¶ Translate eſt quidquid tenaciter arripit, ſtringit, ac detinet. *Virg.* 1. *Æn. v.* 173. ſaxo non alligat ancora morſu. & *lib.* 12. *v.* 782. Viribus haud ullis valuit diſcludere morſus Roberis Æneas. *Sil. l.* 7. *v.* 624. qua fibule morſus Loricæ crebro laxata reſolverat ictu. V. *Mordeo*. ¶ Dicitur & de guſtu acri, & vellicanta. *Plin. l.* 36. *c.* 26. Aquæ marino creduntur adſtringi morſu. *Martial. l.* 7. *epigr.* 24. Nec cibus ipſe juvat morſu fraudatus aceti. ¶ De rubigine, qua ferrum exeditur, *Lucan. l.* 1. *v.* 243. Et ſcabroe nigræ morſu ſubiginis enſes. ¶ Sæpe refertur ad animum, & tribuitur curis, & dolori. *Cic.* 4. *Tuſcul.* 1. 7. Ægritudo quaſi morſum aliquem doloris efficit. *Id.* 2. *Offic. c.* 7. Acriores morſus ſunt interiores

missæ libertatis, quam retentæ. *Senec. de tranquil. ad Mare. c. 7.* Ea discessu, non solum amissione carissimorum, necessarius mœrus est. *Ovid. 2. ex Pont. ep. 1. v. 73.* Sic mea perpetuos curarum pectora morsus, Fine quibus nullo conficiantur, habent. ¶ Item invidiæ, ac maledicentiæ. *Horat. l. 1. ep. 14. v. 37.* Non illic obliquo oculo mea carmina quisquam Limat, non odio obscuro, morsuque venenat.

MORTA, æ, f. *μοῖρα*, Fatum, sive una ex Parcie, a *μείρω*, quod apud *Hesych.* est idem ac *μοῖρα*, quasi pars partem notat. *Liv.* apud *Gell. l. 3. c. 16.* Quando dies adveniet, quem profata Morta est? *Cassius ibid.* Tria sunt nomina Parcarum, Nona, Decima, Morta. *Gell. ibid.* Homo miserae malus, Cæsellius, Mortam quasi mortem accepit, cum accipere quasi meeram deberet. V. *Mæra*.

MORTALIS, le, *mortale, casuus, θνητός*, morti & fini subjectus. *Cic. l. 1. de Legib. c. 23.* Quid in iis mortalis & caducum, quid divinum æternumque sit. *Id. 3. de nat. Deor. c. 13.* Omne animal confiteadum est esse mortale. *Id. 14. Phil. c. 12. extr.* Ita pro mortali conditione vitæ immortalitatem estis consecuti. *Id. de Senect. c. 22.* Mortalia corpora. *Id. 1. de nat. Deor. c. 8. asser.* Mundus mortalis. *Lucret. l. 3. v. 881.* Mortalis vita. *Vellej. l. 2. c. 104.* Mortalis conditio. *& cap. 97.* Mortalis natura. *Liv. l. 7. c. 2.* Secundum inde prœlium Latinis, Æneæ etiam alimum operam mortalium fuit. *Ovid. 1. Trist. el. 2. v. 97.* acta deos nanquam mortalia fallunt. *Virg. 12. Æn. v. 740.* Mortalis mucro. *b. e.* ensis mortali manu factus. Sic *vers. 797.* Mortale vulnus. *Quintil. l. 5. c. 12.* In clarissimum solem mortale lumen inferre. *b. e.* quod facile & brevi exstinguitur. *Val. Flacc. l. 1. v. 838.* Mortales curæ. *Tacit. in Agric. sub fin.* Ut vultus hominum, ita simulacra vultus imbecilla ac mortalia sunt. *Cic. pro Rab. Post. c. 12.* Mortales inimicitias, sempiternas amicitias habere. *b. e.* breves. *Liv. l. 34. c. 6.* Si quas tempora aliqua defuerunt leges, mortales, ut ita dicam, & temporibus ipsis mutabiles esse video. *Virg. 6. Æn. v. 50.* majorque videri, Nec mortale sonans. *Plin. l. 35. c. 15. ante med.* Ut aliquid ipso homine mortalius intelligant. ¶ *Mortales* absolute sunt homines, *i mortali, οἱ θνητοί*. *Cic. in Pison. c. 40.* Omnes mortales omnium generum, ætatum, ordinum. *Id. in Divin. Verr. c. 2.* Defendo multos mortales, multas civitates, Siciliam totam. *Horat. l. 1. od. 3. v. 37.* Nil mortalibus arduum est. *Lucret. l. 4. v. 1177.* tribuitis quod illi Pius videat, quam mortali concedere par sit. *Ovid. Met. 9. v. 16.* turpe, deum mortali cedere. *Plaut. Trucul. a. 5. v. 57.* Lepidus ecastor mortalis. *Id. Pœn. 5. 2. 147.* hercle mortalem catum & subdolum. *Gell. l. 13. c. 28.* ex *M. Frontone* docst, *mortes mortales ingenio variato* esse, & morem hominum magisque promiscam multitudinem significare, quam *multos homines*. ¶ *Mortalia*, res, & facta hominum. *Virg. Æn. 1. v. 466.* mentem mortalia tangunt. *Tacit. Ann. 14. c. 54.* Invidia quidem, ut omnia mortalia, infra tuam magnitudinem jacet. ¶ *Mortalia crimen* apud *Cyprian. de bono Patient. a med.* est mortem affectus. peccata *mortalia*.

MORTALITAS, atis, f. *mortalité, vi Sueris*, rei mortalis & caducæ conditio, fragilitas: item ipsa mors. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 10. auct.* Omne, quod ortum sit, mortalitas consequitur. *Justin. l. 12. c. ult. de morte Alexandri*. Profecto majus humana mortalitate opus utero tulit. *Tacit. 6. Ann. c. 50.* Mortalitatem explere. *b. a.* mori. *Papinian. Dig. lib. 5. tit. 2. leg. 13.* Turbato mortalitatis ordine, *scil.* cum filius ante patrem moritur. ¶ Transfertur ad inanima. *Plin. l. 36. c. 25. a med.* Tofus additicius inutilis est mortalitata mollitiæ. *b. e.* quia propter mollitiam minime durat. ¶ Pro morte ipsa, *Ulpian. Dig. lib. 48. tit. 4. leg. ult.* Is, qui in reatu decedit, integri status decedit. extinguitur enim crimen mortalitate. *& lib. 23. tit. 4. leg. 2.* Cum mariti mortalitas intervenit. *Plin. l. 10. ep. 52. ad fin.* Rex mortalitate interceptus. ¶ Pro ipsis hominibus, *Plin. alter l. 2. c. 7. circa med.* Invenit tamen medium sibi ipsa mortalitas numen. *Curt. l. 8. c. 4. a med.* Contra fortunam non satis cauta mortalitas est. *Quintil. declam. 8. c. 16.* Publico mortalitatis contendo nomina, non debere, &c. Adde *Arnob. sub fin. l. 4. pag. 152.*

MORTALITER, conditione mortali. *Augustin. in Enchir. cap. 64.* Quamdiu mortaliter vivunt, cum morte confligunt. Adde *Tertull. 110. in Joann.*

MORTARIUM, ii, n. *μορτάριον, ἄμμη*, vas, in quo res, quæ resolvendæ sunt, pistillo, vecte, aut manibus teruntur, subiguntoeve. Placet Etymologis sic per syncopem a *Mortarium*, quod sit vel ipsum moretum, vel vas, in quo herbæ moreto cunficiendo aptæ contunduntur. Porro mortarii forma modo lata est, & fundo plano, modo anguste, & cavo: materia marmor, lignum, testa, æs, &c. *Orbem cavum lapides Asti. Moreti* inter *Catalect. Virg. v. 96.* appellat. *Colum. l. 12. c. 55.* Semen sinapis duabus horis in aqua fundre, postea tollito, & manibus expressum in mortarium novum conjicito, & pistillis conterito: cum contritum fuerit, totam intritam ad medium mortarium contrahito, & comprimito manu plana, &c. *Cato R. R. c. 74.* Panem depsiticium sic facito. Manus, mortariumque bene lavato: farinem in mortarium indito, aquæ paulatim addito, subigitoque pulcre. *In medio. Plin. l. 31. c. 18.* Plumbum se ipso teritur in mortariis plumbeis. *& mox.* Quidam in mortario lapideo, & maxime Thebaico, plumbeo pistillo terere malunt. *& lib. 33. c. 8.* Æreis mortariis pistillisque tritum minium ex aceto. *Scribon. Larg. compos. 111.* Tarentini hæc fictili mortario. ¶ A similitudine ejus, quod planum latumque habet fundum, sic dicitur cava area, seu lacus, in quo sale, arena, & hujusmodi maceratur, & subigitur. *Plin. l. 36. c. 23.* In Græcia tectoriis etiam arenatum, quod inducturi sunt, prius in mortario ligneis vectibus subigunt. *Vitruv. l. 7. c. 3. ad fin.* Mortario collocato, calce & arena tibi confusa. Adde *lib. 5. 2. ult. & sub fin. l. 8.* ¶ A similitudine etiam est illud *Pallad. in Mart. tit. 8.* Arbori mortarium statim faciunt. *b. e.* terram circa arborem excavant ad formam mortarii, ad excipiendum humorem. ¶ Per synecdochen videtur esse ipsa materia macerata, & subacta in illis verbis *Vitruv. sub fin. l. 8.* Mortario cæmentum adjatoc. Sic *lib. 7. c. 1. a med.* Calcis duæ partes ad quinque mortarii, &c. *b. e.* ruderis, seu cæmenti in mortario triti. ¶ *Mortarium 2 pilo* ita distingui videtur, ut in eo res terantur, & subigantur, ut dictum est: in hac contundantur. Tamenti promiscue hæc accipi solent. *Scribon. Larg. compos. 74.* Pila, & pilo mundo contundere, & cætera trita mortario curiose admiscere. *& compos. 75.* Glycyrrhizam contusam & cribratam, mortarioque nihilominus tritam, &c. ¶ Mortariorum lapides habuere & in medicina usum. V. *Plin. l. 36. c. 22.*

MORTICINUS, a, um, *mortuus de se, morticino, θνησιμαῖος*, non mactatus aut occisus, sed ab se mortuus. *Varr. R. R. l. 2. c. 9. a med.* Morticinæ ovis carne vesci. *& lib. 3. c. 2. in fin.* Morticinas volucres, aut pisces edere. *Id. l. 6. de L. L. c. 5.* In factis ne morticinum quid adsit. Adde *Senec. epist. 122.* ¶ *Servius ad Æn. 4. v. 518.* Flaminicæ non licebat neque calceos, neque fuleas morticinas habere. morticinæ autem dicuntur, quæ de pecudibus sua sponte mortuis fiebant. *Fest. in Mortuæ.* Mortuæ pecudis carnocalceos, aut soleas fieri Flaminicis aefas habetur, sed aut occisæ alioqui, aut immolatæ: quoniam sua morte exstincta omnia funesta sunt. ¶ *Morticini clavi* vulgo dicuntur, vel quia morticinam carnem refixunt, vel ut putat *Hardouin.* quia mortiferi sunt. *Plin. l. 21. c. 23. a med.* Lafer imputatur clavis, qui vulgo morticini appellantur, nitro misto. ¶ *Morticinus* convicium est in hominem pallidum, exsanguem, cadaverosum. *Plaut. Pers. 2. 4. 12.* Non hercle, si os percideriem tibi, metuam, morticine. ¶ *Morticina urna* apud *Prudent.* est sepulcrum, quo condantur cadavera: *in Romana, v. 384.* Homines fuisse cum scias, quos conferas: Urnas reorum morticinas lambere? *Al. leg.* urnas, reorum morticinas. *b. e.* sepulcia & cadaver mortuorum.

MORTIFER, & Mortiferus, a, um, *mortifere, mortale, θανατηφόρος*, qui mortem affert. *Cic. in Acad. l. 4. c. 38.* Cur deus mortifera tam multa terra marique dispererit. *Id. 1. Tusc. c. 29. in fin.* Cum pœne in manu jam mortiferum illud teneret poculum. *Cels. l. 5. c. 26. sect. 22.* Musculus percussus mucinirus est, præcisus fanitatem recipit. *Claudian. l. 3. de cons. Prob. v. 237.* seu mortifer æstus, Seu mors ipsa fuit. *Colum. l. 6. c. 17.* Est etiam mortifer iis serpentis ictus. *& cap. 31.* Scabies mortifera. *Pallad. in Aug. tit. 9.* Locus, quem spiritus mortifer occupabit. *Cic. 1. de Divin. c. 30.* Morbo gravi & mortifero tactoque. *Id. pro Sull. c. 26.* Vulnus vehemens & mortiferum. *Id. 2. de Legib. c. 5. a med.* Medicorum præcepta pro salutaribus mortifera. *Virg. 6. Æn. v. 279.* Bellum mortiferum.

MORTIFÈRE, adverb. *mortalement. Plin. l. 3. ep. 16.* Mortifere aegrotare. *Marcell. Dig. lib. 9. tit. 2. leg. 36.* Mortifere vulneratus.

MORTIFÉRUS. V. *Mortifer*.

MORTIFICATIO, onis, mors. *Tertull. l. 5. adversus Marcion. c. 9.* In eadem substantia mortificationis in Adam vivificatio concurrit in Christo. V. *Mundo* in fine.

MORTIFICATUS, a, um, *mortificare, mortuo. Prudent. Cathemer. 10. v. 101.* Sic corpora mortificata Redeunt melioribus annis.

MORTIFICO, as, ad mortem do, mortem affero. *Tertull. de resurr. carn. c. 37.* Caro nihil prodest, mortificatur enim.

MORTIFICUS, a, um, idem ac mortifer. *Tertull. poem. 4. adversus Marcion. c. 5.* Mortifico cibus. *Valer. Max. l. 5. c. 6. n. 1.* Mortifico vulnere. Al. leg. *mortifera*.

MORTUALIA, um, n. quæ ad mortuos pertinent. Speciatim sic dicuntur vestimenta, quæ in luctu sumuntur. *Novius* apud *Non. c. 16. n. 4.* Pallis patagiis, crocotis, malacis, mortualibus. ¶ Item nenia, seu carmina præficarum, quæ augis, ineptisque sententiis plena erant. *Plaut. Asin. 4. 1. in fin.* Hæc sunt non nugæ; non enim mortualia.

MORTUARIUS, a, um, ad mortuos pertinens. *Cato* apud *Gell. l. 18. a. 7.* mortuaria glossaria vocat Philosophos, quod res tetricas, inanes, ac frivolas, & similia præficarum carminibus, quæ nudæ voces essent, differerent. Al. leg. *mortualia*.

MORTUOSUS, a, um, mortuo similis, squalidus, exsanguis, ut Vultus mortuosus. *Cal. Aurel. l. 1. Acut. c. 3.*

MORTUUS, a, um, *mortis, defunctus, τεθνεώς, νεκρός*, vita functus. *Cic. de clar. Orat. c. 11.* Sanguine tauri poto mortuus concidit. *Id. l. 1. ad Q. Fr. ep. 3.* Non enim vidisses fratrem tuum: ne vestigium quidem ejus, sed quandam effigiem spiritumque mortui. *Id. in Pison. c. 36.* Cum tu, quod tibi succederetur, exsanguis & mortuus concidisti: *Id. pro Mil. c. 27. sub fin.* Ausus est dicere, mortuum se in domum ejus illaturum. *Id. 1. de Orat. c. 57.* Arripuisti defensionem testamentorum, ac voluntatis mortuorum. *& ibi.* Partem ejus dicendo a mortuis excitasses. *Id. pro Quint. c. 15.* Amandare aliquem infra mortuos. *Id. de Senect. c. 9.* Lacerti mortui. *bracchia spoliare. Plin. l. 11. c. 8.* Apes mortuas ne floribus quidem, non modo corporibus inficiant. ¶ *Mortuo verbo facere*, furdo narrare fabulam, *πρὸς κωφὸν λέγειν, parlar a un morto, a e che fa il sordo*, cum quis frustra vel fandet, vel eant. *Terent. Phorm. 5. 8. 26. & Plaut. Pœn. 4. 2. 18.* ¶ *Cum mortuis non nisi larvæ luctantur* aliud proverb. apud *Plin. sub fin. præfat. hist. nat. b. e.* nobis cum iis, qui obierunt, nullam rem esse. ¶ Translate *mortuus* dicitur impius ad Venerem, inhabilis Veneri. *Marsial. l. 8. epigr. 75.* Cui mentio dici, mortue Galle, potest. ¶ Illa etiam trans-

translata ſunt *Cic. 7. Verr. c.* 18. Leges antiquæ & mortuæ. *Id. Attic. l. 2. ep. 19. circa med.* Cæſar cure veniſſet mortuo plauſu, Curio filius eſt inſecutus: huic ita plauſum eſt, ut ſalva reſpubl. Pompejo plaudi ſolebat. *freddo, fiacco, languida. Martial. l. 12. epigr.* 43. Vivida cum poſcas epigrammata, mortua ponis Lemmata: quid fieri, Caciliane, poteſt? ¶ *Mare mortuum*, vel congelatum, vel pigrum, ſine reciprocatione fluctuum. Quod *mortuumvivans* Cimbri vocant Oceanum ſeptentrionalem Europæ adjacentem, *mare mortuum* interpretatur *Plin. l. 4. c.* 13. ¶ Ita dicitur etiam lacus Aſphaltites in Judæa, in quo nihil vivum gigni, peſtilentibus aquis omnia enecantibus, tradunt. *Juſtin. l. 36. c.* 3.

MORULA, æ, ſ. *breve indugio, piccola ritardo*, parva mora. *Auguſtin. l.* 12. *Confeſſ. c.* 15. *ad fin.* Tempus nulla morula extenditur. *& cap.* 23. Morula ſolis ſuper terram.

MORULUS, a, um, diminut. a *morus* vel a *morus* pro maurus, h. e. niger, *moreto*. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 10. Jam pol ego illum pugnis totam faciam ut ſit morula, itaque teplebo azritate, atrior multo ut ſiet, quam Ægyptii.

MORUM, i, n. *mora, goſſa mora, μόρον*, & *μῶρα*, fructus mori arboris: a *μωρὸς*, maurus, niger. *Plin. l.* 15. *c.* 24. Moria ſuccus in carne vinoſus: teni colores, candidus primo, mox rubens, maturis niger: in noviſſimis florent, inter prima maturaſcunt: tinguntque manus ſucco matura, eluuot acerba. *& cap.* 28. *circa med.* Carne & ſucco mora conſtant, cute, & ſucco cereſa. *& ſub fin.* Carne palmæ placent, ſucco uvæ, callo piræ, more cartilaginis. *Cæſſ. l. 2. c.* 24. Stomacho apta ſunt ex pomis ceraſum, morum, ſorbum, &c. *Horat. l. 2. ſat.* 4. *v.* 21. ille ſalubres Ætates peraget, nigris qui prandia moris Finiet, ante gravem quæ ingerit arbora ſolem. *Virg. Ecl. 6. v.* 22. Sanguineis frontem moris, & tempora pingit. *Martial. l. 1. epigr.* 73. *& lib.* 8. *epigr.* 69. cademe moro nigrior. ¶ In fabulis eſt, hæc poma olim candida fuiſſe: ſed poſtquam ſub ea arbore ſe Pyramus, Thisben putans a fera interemtam, gladio tranſfixit, nigrum colorem induiſſe. *Ovid. Metam.* 4. *v.* 126. madefactaque ſanguine radix Puniceo tingit pendentia mora colore. Adde *Serv. ad Virg. Ecl. 6. v.* 22. ¶ Etiam ruborum quodam genus mora fert, *more, prugnole, moie, βάτος*. *Plin. l.* 24. *c.* 13. Nec rubos ad maleficia tantum genuit natura: ideoque & mora his, hoc eſt vel hominibus cibos dedit. *& paulo poſt.* Mora, quæ in his naſcuntur, vel efficaciorem ſtomaticen præbuerint, quam ſativa morus. *Id. l.* 25. *c.* 24. Naſcuntur mora & in rubis, multum differente callo. *Ovid. 2. Metam. v.* 105. & in duris hærentia mora rubetis. Adde 4. *Faſt. v.* 500.

MORUS, i, ſ. *mora, gelſo, μόρον, συκάμινος*, arbor mora ferens. De nntatione V. vocem præced. *Plin. l.* 16. *c.* 25. *ad fin.* Serotino quædare permiratu ſorent, maturantque celeriter, ſicuti morus, quæ noviſſima urbanarum germinat, nec niſi exacto frigore: ob id dicta ſapientiſſima arborum. Sed cum cœpit, in tantum univerſa germinatio erumpit, ut una nocte peragat, etiam cum ſtrepitu. *Id. l.* 18. *c.* 27. Cum germinare videris morum, injuriam poſtea frigoris timere nolito. *Id. l.* 16. *c.* 38. *in fin.* Tota oſſea eſt ilex, cornus, robur, morus, ebenus. *& cap.* 28. Morus tardiſſime ſeneſcit, fructo minime laborans. *& cap.* 40. *ſub fin.* Morus vetuſtate etiam nigreſcit. *Ovid. Metam. 4. verſ.* 89. arbor ibi, niveis uberrima pomis, Ardua morus erat, gelido contermina fonti. V. vocem præced.

MORUS, a, um, *ſtolto, folle, μωρὸς*, ſtultus, fatuus. Vox Græca. *Plaut. Mil.* 2. 4. 17. Ego ſtulta atque mora multam, quæ cum hoc inſano fabulem. *& 3. 2.* 78. Morus es. *Id. Mon. 4. 2. 1.* Hoc utimur maxime mora moro, moleſtoque multom. *Id. Trin. 3. 2. 43.* Amor mores hominum moros, & moroſos facit.

MOS, moris, m. *coſtume, uſanza, ſtile, foggia, maniera, ἦθος*, inſtitutum conſuetudine uſuque firmatum, ſive bonum, ſive malum ſit. Eſt vel a *modus*, extritis mediis litteris, vel a *vlus*, les, &c. V. Etymolog. *Feſtus* tredit, eſſe inſtitutum patrium, pertinens maxime ad religiones cærimoniaſque deorum: & cum *ritu* confundit. Sed latius accipitur pro inſtituto quolibet. A conſuetudine quid differat, V. in *Conſuetudo*. *Ovid. 2. Metam. v.* 245. Illæ more ſuo (usm morem fecerat uſus) Plangorem dederent. *Cic. de clar. Orat. c.* 21. *ad fin.* Mos eſt hominum, ut nolint eundem pluribus rebus excellere. *Virg. Æn. 1. v.* 340. Virginibus Tyriis mos eſt geſtare pharetram. *Cic. Fam. 13. ep. 17.* Quia mos eſt ita rogandi. *& 7. Verr. c.* 11. Nam ut mos eſt Bithiniæ regibus, lectica octophoro ferebatur. *Horat. viro ſat. 9. l.* 1. Ibam forte via ſacra, ſicut meos eſt mos. *Cic. 1. Offic. c.* 41. *a med.* Contra morem conſuetudinemque civilem aliquid facere. *& ibid.* Quæ more aguntur inſtitutiſque civilibus. *Id. initio Agr.* 2. Eſt hoc in more poſitum inſtitutoque majorum, ut, &c. *Id. de Univ. c.* 21. Legi morique parendum eſt. *Plaut. Trin. 4. 3. 36.* Leges mori parent. *Cic. Attic. l.* 10. *ep.* 7. Pompejus Sullano more exemploque vincet. *Id. 3. Verr. c.* 26. Negavit, moris eſſe Græcorum, ut in convivio nirorum accumberent mulieres. *Id. de Univ. c.* 1. Multa ſunt a nobis Carneadeu more, & modo diſputata. *Id. Verr. 4. c.* 3. Si humano modo, ſi uſitato more peccaſſet. *Id. pro Flacc. cap.* 6. Quæ accuſatorio jure, & more ſunt facta. *Id. pro Flacc. cap.* 7. O præclarum morem diſciplinamque, quam a majoribus accepimus. *Id. l.* 3. *de Orat. c.* 24. Prudentiam Græcorum ad noſtrum uſum moremque transferre. *Virg.* 12. *Æn. v.* 836. morem ritusque ſacrorum adjiciam. *Terent. Andr.* 5. 3. 9. Pariter civium morem, atque legem, & voluntatem patris. *contra il coſtume. Cic.* 1. *de Orat. cap.* 23. Non gravabor breviter meo more quid ſentiam, dicere. *Id.* 3. *Verr. c.* 26. Gemon mora bibere. *Id.* 2. *de Orat. c.* 28. Qui hoc primus in noſtros mores indvxit. *Id.* 2. *de Invent. cap.* 54. Peſducere aliquid in morem. *Tacit.* 2. *Hiſt. c.* 15. Ut moris eſt. *come s'uſa*. *& in Agric. c.* 39. Ut moris erat Domitiano. *Plin. lib.* 1. *ep.* 12. Habebat hoc moris. *Liv. l.* 42. *c.* 21. *ſub fin.* Quod jam in morem venerat. *era paſſato in coſtume*. ¶ *More, de more, ex more, in morem*, ſecundum morem, *ſecondo il coſtume, conforme l'uſanza*. *Cic. l.* 11. *Fam. ep. ult. in fin.* Etſi more magis hoc ſcribo, quam quo te admonendum putem. *Virg. 11. Æn. v.* 142. de more vetuſto Funereas repuere faces. *& lib.* 10. *v.* 832. compoſa de more capillos. *Horat. l. 2. ſat. 3. v.* 280. Ex more imponens cogneta vocabula rebus. *Virg. 5. Æn. v.* 556. Omatous in morem tonſa coma preſſa corona. *Plaut. Trin. 4. 3. 27.* Petere honorem pro flagitio, more fit. *ſi uſa*. Sic *Terent. Andr. 5. 6. 3.* More hominum evenit, ut, &c. *è coſa uſata*, vel *ordinaria fra gli uomini*. ¶ *More, ad morem, in morem*, in modum, a *guiſa, a foggia. Virg. Æn. 10. verſ.* 604. torrentis aquæ, vel turbinis atri More furens. *Horat. lib. 4. od. 2. v.* 27. apis Matinæ more modoque. *Quintil. l. 6. cap. 3. ante med.* Neque illa obſcura, quæ Atellanæ more captent. *Id. lib 4. c. 2. circa med.* Materias ipſi ſibi fingunt, & ad morem ſtudiorum profequuntur. *Virg. 1. Georg. v.* 245. in morem flumінis. *& lib. 2. v.* 256. picis in morem. *Id. 8. Æn. v.* 88. in morem ſtagni, placidæque paludis. *Horat. l. 2. ſat. 2. v.* 62. cure eſt Lucilius auſus Primus in hunc operis componere carmina morem. *Virg. 7. Æn. v.* 616. Hoc tunc Æneadis indicere bella Latinus More jubebatur. *in queſta forma, o gu ſa. & 3. Georg. v.* 461. Buſaltæ quo more ſolent. *come ſogliono*. ¶ *Sine more*, ſine exemplo, ſine ullo bono more, præter, aut contra morem ac leges. *Virg. 8. Æn. v.* 635. raptas ſine more Sabinas. *& lib. 7. verſ.* 377. Immenſam ſine more furit lyrephata per urbem. *Stat. 2. Theb. v.* 238. facinus ſine more. *& lib. 11. v.* 524. coeunt ſine more, ſine arte, Tantum animis ireque. ¶ *Nullo more* idem eſt. *Flor. l. 4. c. 6.* Nullo bono more Triumviretos invaditur. *Al. omato.* bono. *Stat. 7. Theb. v.* 135. Arma, arma infani, ſua quiſque, ignotaque nullo More rapit. ¶ *Supra morem*, præter conſuetudinem, *fuor dell'uſata. Virg. 2. Georg. v.* 227. Terra ſupra morem deoſa. ¶ *Suo, alieno more vivere*, conformare vitam ad ſuum, aut aliorum morem, *vivere a modo ſua, a d'altrui. Terent. Heaut. 1. 2. 24.* Hunccine erat æquum ex illius more, *an* illum ex hujus vivere? *Id. Andr. 1. c.* 125. Prope adeſt, cum alieno more vivendum eſt mihi: ſine nunc meo me vivere interea modo. ¶ *Morem alicui gerere*, ſuum morem ad alienum accommodare, obſequi, aſſentiri. V. *Gero*. ¶ *Mos tuguais* eſt conſuetudo, & natura cujuſque. *Juſtin. l. 8. c. 3. in fin.* Philippos more ingenii ſui regno utrumque, non judicis more, ſed fraude latronis, ſpoliavit. *& iuste l. 6.* Lacedæmonii, more ingenii humani, quo plura habent, eo ampliora cupientes. ¶ *Mos veſtis*, modus, & forma, *foggia di veſtire, modo. Juſtin. l. 1. c. 2.* Eodem ornatu populum veſtiri jubet: quem morere veſtis eximie gens univerſa tenet. *Id. l. 41. c. 2.* Parthis veſtis olim fui moris: poſteaquam acceſſere opes, ut Medis, perlucida ac fluida. ¶ Pro natura ſeu affectione cujuſque rei, *Virg. 1. Georg. v.* 51. vatium ezli prædiſcere morem. *Manil. l. 4. v.* 122. Nunc tibi Signorum mores en ordine reddam. *Stat. l. 3. ſilv. 2. v.* 87. Quos tibi currenti præceps fert Adria mores. *Plin. lib.* 18. *cap* 24. *ſub fin.* Moras ſiderum. ¶ Pro lege *Virg. 1. Æn. v.* 268. moreſque viris, & præmia ponet. *& lib. 6. v.* 853. regere populos, paciſque impooere morem. *Nep. in Amilc. c.* 3. Quod moribus eorum interdici non poterat. ¶ Et pro jure inveterato, populi conſenſu introducto, quod *jus non ſcriptum* appellant. *Cic. in Top. c.* 5. *a med.* Jus civile eſt, quod in legibus, Senatus conſultis, rebus judicatis, juriſperiturum auctoritate, edictis magiſtratuum, more, æquitate conſiſtit. *Tacit. 3. Ann. c.* 28. Etsi continua per viginti annos diſcordia: non mos, non jus. ¶ *Arcopere*, aut *pati morem*, legi ſubjici. Translate *Plin. l. 36. c. 16.* Quid ferri duritia pugnacius? ſed cedit, & patitur mores. *Stat. 2. Achill. v.* 183. Ut leo, materno cure rapius ab ubere, mores Accepit, pectique jubas, hominemque vereri Edidicit. ¶ Sæpe *mores* ſunt ratio vitæ cujuſque, ſive bona, ſive mala, *i coſtumi, οἱ ἦθη. Cic. Fam. 12. ep.* 27. Eſt ita temperatis moderatiſque moribus, ut ſumma ſeveritas ſumma cum humanitate jungatur. *Id. ad Plant. 1. ad fin. poſt epiſt. 16. lib. 16. ad Attic.* Tua ſingularis humanitas, ſuaviſſimique mores. *Id. in fragm.* apud *Non. c. 4. n.* 57. Boni mores, & modeſtiores, & ad capienda præcepta mollioras. *Id. 2. de Orat. c.* 43. Reorure eapnimere oretione mores juſtos, integros, religioſos, timidos, perferentes injuriarum. *Plin. l.* 28. *c.* 8. *circa med.* Severi & pudici mores. *Plin. alter lib. 10. ep. 20. circ. fanctiſſimi. & lib. 6. epiſt.* 10. Morem probitas. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 13. *ſub fin.* Mores feri, immanique natura. *Id. ibid. c.* 38. Totam vitam, naturare, moreſque alicujus cognoſcere. *Id. Fam. 2. ep. 5. extr.* Rempubl. afflictam, miſeris temporibus, ac perditis moribus, in veterem dignitatem vindicare. *Id. pro Dejot. c.* 20. Imitari mores, diſciplinamque alicujus. ¶ Abſolute pro bonis moribus, *Manil. l. 4. v.* 18. artesque datæ, moreſque creati, & vitia. *Propert. in fin. lib. 4.* Moribus & cælum patuit. *Senec. in Agam. v.* 122. Periere mores, jus, decus, pietas, fides. ¶ Et pro pravis. *Tacit. 3. Hiſt. c.* 72. Propitiis, ſi per mores noſtros liceret, diis. ¶ In ſingulari numero, ut videtur, *Cic. 1. Offic. c.* 32. *ſub fin.* Plerumque parentum præceptis imbuti, ad eorum conſuetudinem, mureneque deducimur. *Id. 2. Acad. c.* 20. Virtutes natura, aut mora perfectæ. ¶ In illo *Plaut. Meſtell. 1. 3.* 128. Amator meretricis mores ſibi emit auro & purpura: *mores* ſunt morigeretio, facilitas obſequendi, & qui a *Lucretio* dicuntur *morigeri modi*, *ſub fin. l. 4.*

MOSCHICUS, a, um, ad Moſchos pertinens. *Plin. l. 5. cap. 27. a med.* Moſchicus mons. ¶ Sunt autem *Moſchi* populi Aſiæ, ubi Colchydis, Iberiæ, & Armeniæ pars, ounc *la Georgia*. Horum meminit *Id. l. 6. c. 4.*

MOS-

MOSCULIS Cato pro parvis moribus dixit. *Feſtus*. Al. leg. *moſillis*, vel *moſillis*.

MOSEIUS, a, um, ad Moſen pertinens, Moſeus. *Paulin. Nolan. carm.* 23. *Nat.* 8. S. *Fel.* v. 354. Devorat ut magicos Moſeia virga draconeos.

MOSELLA, æ, m. & f. *le Moſelle*, fluvius Galliæ Belgicæ, qui ex Vogeſo monte ortus, per Mediomatrices, & Auguſtam Trevirorum in Rhenum influit: de cujus laudibus eſt bene longum Edyllium decimum *Auſonii*. De eo *Symmach. l.* 1. *ep.* 8. (*al.* 14.) *ad Auſon.* Vnlitat tuus Moſella per manne ſinuſque multorum, diviſie a te verſibus confecratus. *Auſon. de clar. urbib. n.* 4. Largus tranquillis prælabitur umus Moſella. *Id. in Moſell.* v. 374. quod ſi tibi, dia Moſella, Smyrna ſuum vatem, vel Mantua clara dediſſet. *& verſ.* 73. placida ſubter vada læta Moſellæ.

MOSELLEUS, a, um, ad Moſellam pertinens. *Symmach. ad Auſon. l.* 1. *ep.* 8. (*al.* 14.) Nequaquam tibi crederem, de Moſelleo ortu, & meatu magna narranti.

MOSES, & Moyſes, i, m. *Μωσῆς*, & *Μωυσῆς*, *εῶς*, & *Μωσεύς*, & *Μωσεύς*, *έως*, heteroclit. nomen inclyti Hebræorum ducis, qui Iſraelitas ex Ægypto & Pharaonis tyrannide eduxit. *Juvenal. ſat.* 14. v. 102. Tradidit arcano quodcumque volumine Moſes. *Tertull. l.* 5. *c.* 3. Moſen unum monuiſſe, ut, &c. *Tertull. adverſ. Hermog. c.* 19. Ad originale inſtrumentum Moyſi provocabo. (Adde *adverſ. Marcion. l.* 5. *c.* 20.) *Lactant. l.* 4. *c.* 14. Qui ſucceſſor fuit Moſi. *Sedul. l.* 5. v. 274. lex velamine Moſi Tectus diu. *Juvenc. lib.* 2. *in cap.* 5. *Joann.* v. 698. Moſi quæ ſcripta frequentant. *Auguſtin. ep.* 203. *circa med.* Filium Moyſi Angelus præfocaſſet. *Hieron. ep.* 53. *ad Ripar.* Ergo Moyſi corpuſculum immundum erit? *Prudent. Cathemer* 12. v. 153. Chriſti figuram præferens Moyſes receptor civium. *Mayſes* hic eſt diſſyllab. ¶ Pro *Moyſi* in genitivo *Pomponel.* legit *Moyſes* apud *Tertull. l.* 5. *adverſ. Marcion. c.* 22. in MS. Vatic. ut *Achilles*. Porro *Moſi*, & *Moyſi* ſunt a *Μωσῆς*, & *Μωσεύς*, quæ habentur apud LXX. Interp. in *Exodo*, pro *Moſe*, & *Moyſe*. nam s ſæpe quidem in *e*, aliquando tamen & in *i* Latine mutatur. Poſſunt etiam eſſe contractu u *Moſei*, ut *Achilli* ab *Achilles*. Ideo autem plura congeſti hujus genitivi exempla, quia alterum *Moyſi*, & *Maſi*, qui u multis ignoſcitur, invenire adhuc, qui uſurpuret, nemineſ. ¶ Primam ſyllabam corripiunt (nimiu, ut videtur, licentia) ſecundum extendunt *Prudent. in Hamartig. verſ.* 340. Vidit enim Deus, eſſe bonum, velut ipſe Mayſes (adde *præfiſepb.* 10. *verſ.* 86.) Et *Sedul. l.* 3. v. 285. Quid quod & Heliam, & clarum videre Moyſen?

MOSEUS, a, um, adject. ad Moſen pertineoe. *Juvenc. l.* 2. v. 219. *in cap.* 3. *Joann.* Moſeie manibus ſummo ſublatus honore.

MOSTELLARIA, æ, f. Comœdia *Plauti*, alio nomine *Phaſma*, dicta eſt a *moſtellum*, h. e. parvum monſtrum, quod in ea, ut ipſe *Plaut.* ait, vel quiſquie eſt ie, qui argumentum ſcripſit, Senem, ut revenit, ludificatus Tranio: Terrifica monſtru uit videri in ædibue. V. *a. e. ſc.* 2. Porro etium *phaſma*, *ἐκ τοῦ*, viſum, ſpectrum, monſtrum ſignificat. *Gloſſ.* *φάσμα*, moſtellum. & *φάσματα*, ſpectra.

MOSTELLUM. V. vocem præced.

MOTACILLA, æ, f. *ſqueffocada*, *cadatremola*, *ουρῖα*, avis, quæ ſemper candam ngitat. *Varr. lib.* 4. *de L. L. cap.* 22. Motacilla, quod ſemper movet caudam. Adde *Plin. l.* 37. *c.* 10. *ante med.* & *Arnob. l.* 7. *pag.* 223.

MOTACISMUS eſt, quoties in m litteram vocalis ſequitur, ut *bonum ſarrum*, *juſtum amicum*. Sed hoc vitium aut ſuſpenſione m litteræ, aut detractione vitamue. Hæc *Iſidor. l.* 1. *Orig. c.* 31.

MOTATIO, onis, f. frequens motio. *Tertull. de anim. c.* 45. & *adverſ. Hermog. c.* 42.

MOTATOR, orie, m. qui frequenter movet, motor. *Tertull. de uxor. c.* 12. Univerſitatis motatoe animus. *Arnob. lib.* 3. *pag.* 118. Neptunus motator ſali.

MOTATUS, a, um, ſæpe motus, commotus. *Prudent. in Hamartig.* v. 596. ſemine adulto, Incipiunt calidis corpuſcula parva latebrie Serpere, motatumque nterum vibrata ferire.

MOTIO, onis, f. *movimento*, *mozione*, *moto*, *nivore*, actus movendi, motus. *Cic. de Fato*, *c.* 19. Qui protruſit cylindrum, dedit ei principium motionie, volubilitarem uutem non dedit. *Id. z. de nat. Deor. c.* 58. In corporum motione atque geſtu cernunt oculi multa ſubtilius. ¶ De motu venarum ex febri, *Celſ. l.* 3. *c.* 5. *a med.* Si poſt altemm ſubrem motin manet, poſt altemm integram corpus eſt. ¶ Translate *motiones animæ* apud *Cicer. z. Acad. c.* 8. ſunt affectue. ¶ Pro remotione, *Ulpian. Dig. lib.* 47. *tit.* 20. *leg.* 3. *ſub fin.* Ad tempus relegatio, vel ab ordine motio.

MOTITO, ue, a. 1. idem quod *moto*, *as*, ſæpe moveo. Agnoſcitur ut Latinum a *Gell. l.* 9. *c.* 6. Quidam etiam *leg.* apud *Plaut. Trucul.* 1. 2. 89. *motitamur ea*: ſed al. uliter.

MOTIUNCULA, æ, f. *piccola movimento*, levis motin. De motu levi febris *Senec. ep.* 53. *& de Tranquill. c.* 2. Levis uliquem motiuncula decipit: ſed cum creverit, & vera febris exarſerit, &c. *Sueton. in Veſpaſ. cap.* 24. Tuntatus in Campania motiunculie levibus. Addn *Tertull. adverſ. Valentin. c.* 23.

MOTO, as, avi, utum, a. 1. *muovere ſpeſſo*, *mnia*, frequentat. a *moveo*. *Virg.* 5. *Ecl.* v. 5. ſub incurtas, Zephyris motantibus, umbras. *& Ecl.* 6. v. 28. rigidas motare cacumina quercus.

MOTOR, oris, m. *muovitore*, *motore*, *ανατὸς*, qui movet. *Martial. l.* 8. *epigr.* 40. Cunarum fuenne motor Claudeme mearum.

MULLUS, li, m. *origlio, τρίγλη*, pisci masculus, & fluviatilis: sed marinus præcipue in honore: dictus *barbatus* a *Cicer. l. 2. ad Attic. ep. 1. s med.* & *Varr. l. 3. R. R. c. 17.* quoniam, ut ait *Plin. l. 9. c. 17.* barba gemina insignitur inferiore labro: coloris punicei, quia tenui sanguine suffusus est, ut est apud *Ovid. in Halieut. v. 123.* modicæ magnitudinis, ut scribit *Plin. loc. cit.* ut qui binas libras ponderis raro admodum excedit, nec in vivariis, piscinisque crescit. *Macrob.* tamen *l. 2. Saturn. c. 12.* majoris ponderis pessim suo tempore visum esse tradit. *Horat.* quoque *l. 2. sat. 2. v. 33.* trilibrem memorat: quadrilibrem *Martial. l. 10. epigr. 31.* quatuor vero librarum & selibræ, tanquam rari ponderis, donatum Tiberio Cæsari, *Senec. ep. 95. s med.* ab eo in macellum missum, & quinque millibus HS emptum a P. Octavio. Ad sex libras pervenit ille, de quo *Juvenal. sat. 4. v. 15.* Mullum seu millibus emit, Æquantem sane paribus sestertia libris, Ut perhibent, qui de magnis majora loquuntur. Asinius Celer, Cajo principe, hoc pantium excessit, unum mercatus octo millibus nummum, testa *Plin. ibid. c. 18.* qui paulo post ex Licinio Muciano narrat, captum unum in mari Rubro octoginta librarum. Sed tam magni ponderis ignoti multi Romanis fuere. Decrevere etiam paulatim pretia, ut *Macrob.* ait *loc. cit.* Interim ex hic fit polam, quanta olim gula fuerit, quantumque luxuria sibi licentiæ sumpserit, quæ majoris piscem modicum unium cœnæ causa, quam hominem amerit. *Martial.* reprehendens Calliodorum, qui servum vendidasset nummis mille ducentis, eaque pecunia quadrilibrem mullum emerit, *loc. cit.* Exclamare libet, non est hoc, improbe, non est Piscis: homo est: hominem, Calliodore, vomis. ¶ Mullum aspirantem versicolori quadam, & numerosa varietate spectari, procares gulæ narrant, inquit *Plin. cit. cap. 17.* rubentium squamarum multiplici mutatione pallescentem, utique si vitro spectetur inclusus. (V. *Senec. l. 3. quæst. natur. c. 18.*) *Id. ibid.* mullorum plura genera facit, pro varia orbi genere, quo vescuntur, & varia sapore inda contracto. nam & alga vescuntur, & ostreis, & limo, & aliorum piscium carne. Lutarium ex iis vilissimi generis appellant: nec litoralibus gustu: laudatissimi conchylium sapiunt. ¶ Delicatiores divites in vivariis & piscinis eos alabant, si beatos prædicantes, si ita eorum aliquis manseviſſet, ut ad manum heri cibum capturus accederet. *Cic. l. 2. ad Attic. ep. 1. s med. & Parad. 5. c. 1. ad fin.*

MULOMEDICINA, æ, f. *ἱππιατρεία*, ars medendi mulis, ceterisque jumentis. *Veget. in præfat. l. 1. & 2.*

MULOMEDICUS, i, m. *mennescalco, ἱππιατρὸς, κτηνίατρος*, medicus mulorum, ceterorumque jumentorum. *Veget. in præfat. l. 1. & Firmic. l. 8. c. 13.*

MULSEUS, a, um, *dolce, μελιτώδης*, mulsi saporem referens, dulcis. *Colum. l. 12. c. 45.* Sed etiam liquorem mulsei saporis præbet. *Id. l. 8. c. 7. s med.* Mulsos aqua. *b. c.* mella mixta. Adde *Plin. l. 21. c. 19.*

MULSORA, æ, f. actus mulgendi: itemque ipsum lac, quod exprimitur. *Calpurn. ecl. 5. v. 34.* rursusque premetur Mæon, quod occiderit mulsura redegerit horæ.

MULSUS, a, um, *melato*, mel habens admixtum, vel mellis saporem: a *mulceo*. *Colum. l. & cap. 12.* & *Plin. l. 22. c. 24.* Mulsa aqua. *Ulpianus*. *Plin. l. 20. c. 22.* Lac mulsum. *Colum. l. 7. c. 10. ad fin.* Mulsa pira. ¶ *Mulsum* absolute est vinum melle admixtum, *ὑδρόμελι, μελίκρατον*: quæ potio fuit antiquis locupletibus, & delicatioribus usitata, & ia delicris. Ejus conficiendi rationem *Colum. l. 12. c. 41.* utilitates in medicina *Plin. l. 22. c. 23. & 24. circa med.* tradit. *Plaut. Pers. 5. 3. 7.* Commisce mulsum, struthea, coluibeaque oppam, *& 5. 2. 40.* Age, circumler mulsum, bibam da usque plania cantharis. *Cic. 2. de Orat. c. 70.* Cum vocem in dicendo obtudisset, fundebat Granius, ut mulsum frigidum biberet. *Id. 3. Tusc. l. c. 19.*

Mulc

Huic calia mulſi impingendæ eſt, ut plocare deſinat. *Varr. l.* 3. *R. R. cap.* 16. Muſſum pæne quotidie in convivio omnibus dare. *Horat. lib.* 2. *ſat.* 4. *verſ.* 26. leui præcordia mulſo Prolueris melius. *Martial. lib.* 13. *epigr.* 6. Nos alicam, muſſum poterit tibi mittere dives. ¶ Proverbium eſt guloſorum, inquit *Macrob. l.* 7. *Saturn. c.* 12. Muſſum, quod probe temperes, miſcendum eſſe novo Hymettio, & vetulo Falerno. ¶ *Muſſum aceri* apud *Senec. Sanmon. c.* 49. (*v.* 914.) eſt acetum muſſum. ¶ Translate *muſſus* eſt ſuavis, jucundus, dulcis. *Plaut. Rud.* 2. 3. 34. Mea Amphitrica, ut dulcis es! ut muſſa dicta dicis! *Id. Pœn.* 1. a. 112. Ut muſſa loquitur! ¶ *Mea muſſa*, uppellatio eſt amatoria blandientis. *Plaut. Stich.* 5. 5. 14. Age, muſſa mea, ſuavitudo, ſalta. Adde *Caſ.* 2. 6. 20. ¶ *Muſſo* abſolute in plu. num. barbariſmus eſt, docente *Quintil. l.* 1. *c.* 5. (*al.* 9.)

MULTA, & Mulcta, æ, f. *pœna, condamno*, ζημία, pœna pecuniaria, vel in pecore, quæ pro delictis irrogatur. ¶ Inter multam, & pœnam, inquit *Ulpian. Dig. lib. uls. tit. pœnali. leg.* 131. multum intereſt: cum pœna generale nomen ſit, omnium delictorum coercitio: multa ſpecialis peccati, cujus animadverſio bodis pecuniaria eſt: pœna autem non tantum pecuniaria, verum capitis, & exiſtimationis irrogari ſolet. Et multa quidem ex arbitrio ejus venit qui multam dicit: pœna non irrogatur, niſi quæ qua lege, vel quo jure ſpecialiter huic delicto impoſita eſt. Hactenus *Ulpian.* Hæc tamen diſcrimina non ſunt perpetua, niſi forte apud JCtos. *Cic. pro Rabir. c.* 18. Hujus accuſatorem multa & pœna multavit. *Id. lib.* 3. *de Legib. c.* 3. Per populum multæ, pœnæ certatio eſto. *& pro Cæcin. c.* 33. *contr.* In colonias Latinos ſæpe cives noſtri, aut ſua voluntate, aut legis multa profecti ſunt: quam multam ſi fuiſſerent voluiſſent, tum manere in civitate potuiſſent. ¶ Vox eſt Sabinorum teſte *Varrone* apud *Gell. l.* 11. *c.* 2. vel Oſcorum, ut eſt apud *Feſt.* Sed turba *Grammaticorum* novitia, inquit *Gell.* Latinam putat, & *vere dicit.* dixi, quaſi minima multa ſit, aut eſſe debeat. Quod eſt plane frigidum. ¶ *Multa ſuprema* appellabatur primis reipublicæ temporibus (quibus non niſi ovium, boumque impendio multatio conſtabat, ut ait *Plin. l.* 18. *c.* 3. quia hæ ſolæ tum divitiæ fuere) quæ erat duarum ovium, boum triginta: pro copia ſcilicet boum, proque ovium penuria: *minimus* erat ovis unius, ut *Gell. loc. cit.* docet. Poſtea lege Ateria conſtituti ſunt in oves ſingulis æris deni, in boves æris centeni. In ea dicenda cautum fuit, ne hoc primus, quam ovis nominaretur, ut ait *Plin. loc. cit.* & ut ovis maſculino genere efferretur: adeo ut in feminino negarent juſtam multam videri, ut *Gell. loc. cit.* tradit. De multæ quantitate, & taxatione eadem cum *Gellio* habet *Feſtus*. Procedenta nempore, & creſcentibus divitiis, multæ quoque taxatio crevit. *Varr.* apud *Gell. loc. cit.* M. Terentius quando citatus neque reſpondit, neque excuſatus eſt, ego ei unum ovem multam dico. *Cato ibid.* & ipſe *Gell. l.* 7. *c.* 14. & *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 5. Imperator noſter, ſi quis extra ordinem depugnatum ivit, ei multam facit. *damno vovit. Varr. l.* 4. *de L. L. c.* 19. Cum multa pecore diceretur. *Liv. l.* 10. *c.* 37. Multa præſens quingentum millium æris in ſingulas civitates impoſita. *Plin. l.* 18. *c.* 3. Multam judicere. *Ovid. Faſt.* 5. *v.* 289. ſolvere. *Cic. pro Cluent. c.* 37. committere. *meritoriis, ſtrato addoſſo.* & *Fam.* 5. *ep.* 20. depellere alicui. *Id. Phil.* 11. *c.* 8. remittere. *Varr. l.* 4. *de L. L. c. pœnali.* exigere. ¶ *Dicere*, & *irrogare multam* eſt tribuni plebis, vel alterius indicentis multam alicui, & ad populum diſceptandam ſirentis: *certare multam* ſibi de ea apud populum utrinque verba facere: cujus ſuffragiis vel confirmabatur, vel tollebatur. V. *Cornutus. Liv. lib.* 25. *cap.* 3. *a med.* Duo Tribuni plebis ducentum millium æris multam M. Poſtumio diſſuunt. Cui certandæ cum dies adveniſſet, &c. *Cic. pro Mil. c.* 14. *de Cladio*. Diem mihi, credo, dixerat, multam irrogarat, actionem perduellionis intenderat. *Id. Phil.* 11. *cap.* 8. Conſuli conſul & pontifex mas. Flacco collegæ Flamini Martiali multam diait, ſi a ſacris diſceſſiſſet: quam multam populus remiſit. ¶ *Multam petere* dicebatur, qui multam irrogabat, poſtulans a populo, ut ea rata haberetur. *Cic. pro Cluent. c.* 37. ¶ De quacumque poſtea pœna. *Plaut. Aſin.* 4. 1. 55. Nec ulli verbo maledicat: ſi dixerit, hanc ei multa eſto: vino viginti dies ut careat. ¶ Ad ſcriptionem quod attinet, *multa* magis placet *Manut.* & *Cellar.* quod in libris veteribus ſic habeatur, & in *Inſcripr.* apud *Gruter. pag.* 52. *n.* 12. Accedit auctoritas *Feſti*, apud quam eo loci eſt in ſeria litterarum, ut ſine *c* ſcribi debeat. Accedit & *Stalig. ad Varron.* & *Voſſi*, qui *in Etymol.* deducit a *multo*, *as*, quod ullus pro numerare uſurpatum fuit. item *Pierii ad Æn.* 11. *v.* 839. qui in pluribus Codicib. *multare*, quam *multtare* repetit. Et *multta* tamen ſuos habet antiquos libros, & *Inſcripr.* apud *Gruter. pag.* 155. *n.* 1. quam in fine verbi *Multo* attulimus.

MULTANGULUS, a, um, *de multis angoli*, πολυγώνιος, multos habens angulos. *Lucret. l.* 4. *v.* 655. Multa rotunda, modis aliis multangula quædam.

MULTATICUS, & Mulctaticus, *& antiquo more* Moltaticus, moltatitius. *Inſcripr.* apud *Gruter. pag.* 52. *n.* 12. Quæſtores ære moltatico dederont. Al. aliter leg.

MULTATIO, & Mulctatio, onis, f. actus multandi, multa, ζημίωσις. *Cic. pro Rabir. perduell. c.* 5. Miſera eſt ignominia judiciorum publicorum, miſera multatio honorum, miſerum exſilium. *confiſcatione. Plin. l.* 18. *c.* 3. Multatio non niſi ovium, boumque impendio dicebatur. V. *Multo*.

MULTATITIUS, & Mulctatitius, *vel* Mulctaticius, a, um, τιμαλφικός, ad multam pertinens, ut *multaticia pecunia*, quæ multis irrogatis exigitur, *danaro da condanne*. *Liv. l.* 10. *c.* 23. *contr.* Ex multatitia pecunia, quam exegerunt pecuariis damnatis, ludi facti. *Id. l.* 30. *c.* 39. *in fin.* Cum ſigna tria ex multatitio argento facta in Capitolio poſuiſſent.

MULTATUS, & Mulctatus, a, um, *condamnato, caſtigato*, multa affectus, damnatus pecore, pecunia, exſilio, &c. *Cic. pro Cæcin. c.* 34. *a med.* Maleficium exſilio multatum. *Vellej. l.* 2. *c.* 37. Servatus magi honos imperii, ſed multato ingenti pecunia. *Suetan. in Caſ. c.* 1. Sacerdotio, & uxoris dote, & gentilitiis hereditatibus multatus. *ſpoliatus, privato*. Sic *Vellej. in fin. cap.* 38. *lib.* 2. Creta Metelli ducta longiſſima libertatis fine multata. *Liv. l.* 10. *c.* 23. *a med.* Feneratoribus diem dixerunt: quorum bonis multatis, ea ea, quod in publicum redactum eſt, æneis in Capitolio limina poſuerunt: *confixerunt. Virg. Æn.* 11. *v.* 839. multatam mortis Camillam. Al. leg. *mulctatam*. V. dicta in *Mulctatus*: De *multatus* vero V. *Multo* in fine. ¶ Translate *Cic. pro Rab. Poſt. c.* 1. Cum ab ipſa fortuna crudeliſſime videat hujus conſilia eſſe multata.

MULTESIMUS, a, um, πολυστιμίος, ex multis unus, parvus: ut *milleſimus* unus e mille. *Lucret. l.* 6. *v.* 650. Et videas cælum ſummai totius unum Quam ſit parvula pars, & quam multeſima conſtet, Et quota pars lumno ſit tamen totius unus.

MULTIBARBUS, a, um, *di molto barbe*, πολυπώγων, multam barbam habens. *Apul. in Florid. n.* 3. (*al. l.* 1.) Marſyas hiſpidus, multibarbus, ſpimis & pilis obſitus. Al. leg. *illustribarbus*.

MULTIBIBUS, a, um, *che molto bee*, πολυπότης, qui multum bibit. *Plaut. Curcul.* 1. 1. 77. Lena multibiba, atque merobiba. *Id. Ciſtell.* 1. 3. 1. Et multiloqua, & multibiba eſt anus.

MULTICAVATUS, a, um, multis locis cavatus. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 16. *a med.* Favus eſt, quem fiogunt multicavatum ex cera.

MULTICAULIS, is, multos caules emittens. *Plin. l.* 21. *c.* 16. Quædam in iis multicaulia ramoſiſque ſunt, ut cardune.

MULTICAVUS, a, um, multicavatus. *Ovid.* 8. *Metam. v.* 561. Pumice multicavo, nec lævibus atria tophis Struëta ſubit.

MULTICOLOR, oris, *di molti colori*, πολύχρους, habens multos colores. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Hexecoutalithos in parva magnitudine multicolos, hoc ſibi nomen adoptavit. *Apul. de Mundo*. Iris multicolor eſt.

MULTICOLORUS, a, um, multicolor. *Gell. l.* 11. *c.* 16. Sicuti multijuga dicimus, & multicolora, & multiformia. *Prudent. cathemer.* 3. *v.* 104. Prataque multicolom latea Quadrifluo cxler amne cigat.

MULTICOMUS, a, um, bene comatus, *vel* multas comas habens, πολύκομος. *Paulin. Nol. in Nor.* XI. 5. *Fel. edit. Murator. v.* 418. Denſiquæ multicomis imitantur ſidera ſammis.

MULTICUPIDUS, a, um, qui multa cupit. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 418. & *cap.* 5. *n.* 42. Quam dereliquit multicupida juvenilitas.

MULTIFACIO, is, n. 3. *ſtimar molto*, magnificio. *Paul.* ex *Feſto*. Multifacere dicitur, ſicut magnificarere, parvificare. Cato: Neque fidem, neque juſjurandum, neque pudictiam multifacit.

MULTIFARIAM, *in molte luoghi*, πολλαχῆ, multis in locis. *Paul.* apud *Feſt.* Multifariam dixerunt antiqui, quod videlicet io multis locis fari poterat, ideſt dici. *Cato* apud *Gell. l.* 3. *c.* 7. Cum ſaucios multifariam ibi factus eſſet, tum vulnus capiti nullum avemit. *Cic. a. de Orat. c.* 41. Si aurum cui, quod eſſet multifariam defoſſum, commonſtrare vellem, &c. *Id. c. de Legib. c.* 14. Judicia quondam nuſquam erant, hodie multifariam nulla ſunt. *Liv. l.* 3. *c.* 50. Togæ multifariam in caſtris viſæ, majoris aliquanto, quam erat, ſpeciem urbanæ multitudinis fecerant. *Id. l.* 37. *c.* 5. Cum viri propugnarent, famiuæ tela omnis generis, ſaxaque in muros gererent, multifariam ſcalis appoſitis. *Id. l.* 33. *c.* 28. Omnibus ax præſidiis, quæ multifariam diviſa erant, devocatis. *Plin. l.* 9. *c.* 57. Multifariam in Ponto unum genus eſſe, quod, &c. *Id. l.* 30. *c.* 6. Cochleæ multifariam naſcentes. *Id. l.* 25. *c.* 8. *a med.* Utramque naſci multifariam, ſed deteriores in agris pinguibus. *Suetan. in Galb. c.* 19. Legionarii, qui multifariam, diverſeque tendebant. Adde *in Calig. c.* 18. *Gell. l.* 18. *c.* 2. *Liv. l.* 3. *c.* 5. & *Sipon.* apud *Non. c.* 2. *n.* 562. ¶ Ne facile credas alia, *varie*, & *multis modis* interpretantibus.

MULTIFARIE, *in molti luoghi*, idem quod multifariam. *Plin. l.* 18. *c.* 7. *ante med.* Paris multifarie & a milio fit, a piaico earus. *Solin. c.* 11. *a med.* (*al. c.* 18.) *de Delo*. Eadem eſt Ortygia, quæ clariſſima in Cycladum numero multifaria traditur: nunc Aſteria a cultura Apollinis: nunc a venatibus Lagia, vel Cynetho: Pyrpile atiam, &c. *b. a.* multis in locis multa habet nomina.

MULTIFARIUS, a, um, *multiplex, varis*, πολυτρόπος, multiplex, varius. *Gell. l.* 5. *c.* 6. Militares coronæ multifariæ ſunt.

MULTIFER, ra, rum, *fertile*, πολυφόρος, fertilis. *Plin. lib.* 16. *cap.* 8. Tam multifera ſunt, tot res, præter glandem, pariunt robora.

MULTIFIDUS, a, um, *feſſo in molte parti*, qui in multas partes finditur. *Ovid.* 8. *Metam. v.* 644. Multifidaſque faces, ramaliaque arida, &c. *Senec. in Med. v.* 111. Multifidam jam tempus erat fuecandere pinum. Sic *Stat. to. Theb. v.* 843. Multifidam quercum flagranti lumine vibrat. *b. e.* facem a quercu. V. *Infpico*. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *ſect.* 45. Cornua ovium nullo, nec cervarum, nec quibus multifidi pedes, nec ſolidipedum ulli. *Martial. l.* 14. *epigr.* 25. Multifido buxus quæ tibi dente datur. *b. e.* peſten e buxo. *Val. Flacc. l.* 1. *v.* 6. Draco multifidas linguas vibrans. *b. e.* trifulcas. *Id. l.* 4. *v.* 93. multifidum jubar. *b. e.* ſolis radii. ¶ De crinibus in multos cirros diviſis, *Claudian. l. c. de capt. Prof. v.* 25. *de Venere*. Illi multifidos crinis fimantur in orbes, Idalia dicitur acu. *Idem de nupt. Honor. & Mar. v.* 102. hæc morſu numeroſi dentis eburno Multifidum diſcrimen erat. ¶ *Multifida* dicuntur flumina, quæ in multos diviſa rivos in mare influunt. Unda multifidus Timavus,

Martial. l. 8. epigr. 28. Multifidus ſiſſer, *Lucan. l. 3. v. 101.* Multifidæ undæ, *Id. l. 10. v. 311.* De Nilo creſcente, & extra ripas paſſim vagante. Sic *Claudian. de Apono*, v. 59. Multifidas diſpergit opes, artemque ſequutus, Quo juſſere manus, mobile torquet ſter. ¶ Translate *Val. Flacc. l. 4. v. 661.* Sic ubi multifidus ruptis e nubibus horror effugit, &c. *b. e.* fulmen, vel fulgur in multas partes ſe ſpargens, & horroremincutiens. *Claudian. in conſul. Prob. & Olybr. v. 55.* Non mihi centenis reſonent ſi vocibus ora, Multifidufque ruat centum per pectora Phœbus, Acta Probi narrare queam. *b. e.* multiplex.

MULTIFLUUS, a, um, multum fluens. *Juvenc. l. 1. Hiſt. Evang. in Matth. v. 6. v. 586.* Multifluiſque diem verbis ducendo fatigant. *Avienus l. 1. in Arat. Apoll. v. 1065.* cunctoſque rigari Multifluo fermone jubet.

MULTIFORABILIS, &

MULTIFORATILIS, le, multa habens foramina, multiforus. *Apul. l. 10. Metam.* Jam tibiæ multiforabilis cantus Lydios dulciter enſonent. *Id. in Florid. frid. 3.* (*al. l. 1.*) & *Sidon. l. 8. ep. 9.* Nec tam pluriformi modo, nec tam multiforatili tibia.

MULTIFORIS, re, multos habens fores, ſeu aditus, exituſve. *Plin. l. 8. c. 55.* Specus, qui ſunt multifores in terra.

MULTIFORMIS, me, *vario*, *multiformis*, πολυμορφος, varius, quaſi multiplicis formæ, ac variæ. *Colum. l. 7. c. 9. a med.* Ut per anni diverſa tempora multiformes nuces, ac ficum præbeat. *Cic. 1. Acad. c. 7.* Qualitates principes ſunt noiuſmodi, & ſimplices: ex his autem ortæ variæ ſunt, & quaſi multiformes. *Gell. l. 19. c. ult.* Artes multiformes & variæ. *Senec. ſub fin. epiſt. 120.* Præter ſapientem nemo unum agit: ceteri multiformes ſumus.

MULTIFORMITER, adverb. *in multas mutatus*, πολυτρόπως, variis modis. *Gell. l. 9. c. 5.* Plato ante hos omnes ita varia & multiformiter differuit de voluptate. *Plin. l. 36. c. ult.* Peſſilentiæ ignis ſuffitu multiformiter auxiliari.

MULTIFORUS, a, um, multa habens foramina, πολύτρητος. *Ovid. 12. Metam. v. 157.* Non illos citharæ, non illos carmina vocum, Longave multifori delectat tibia buxi. *Senec. in Agam. v. 348.* Tibi multifora tibia buxo Solemne canit.

MULTIGENERIS, re, *de multo forte*, πολυγενὴς, multorum generum. *Plaut. Capt. v. 1. 56.* Multis, & multigeneribus opus eſt tibi militibus. ¶ *Multigenerum* abſolute pro multorum generum. *Plaut. Trinob. 1. 2. 59.* Poſt hæc unguenta multigenerum multa.

MULTIGĔNUS, a, um, *de multi generis*, πολυγενὴς, qui eſt multorum generum. *Lucret. l. 1. v. 335.* Percipe, multigenis quam ſint variata figuris. *Plin. l. 11. c. 6.* Multa hæc & multigena terreſtrium volucrumque vita. *Horatius*, ex MSS. legit *multigenera*, quod eſt a recto *multigenerunt*.

MULTIGRŎMUS, a, um, multos habens grumos, ſeu cumulos, aut acervos. Voa eſt puſca dicta a *Lenio in Aleſia*, de tumidis magniſque fluctibus: & recenſetur a *Gell. l. 19. c. 7.* inter ea, quæ nimium poetica ſunt, & a proſæ orationis uſu alieniora.

MULTIJŬGI, orum, & Multijuges, um, a *multus*, & *jugum*, ut *bijugi*, *quadrijugi*. Equi multijugi ſunt plures equi multis jugis ad currum junctι. *Liv. l. 28. c. 9. a med.* Itaque iret alter conſul ſublimis curru, multijugis, ſi vellet, equis: uno equo per urbem verum triumphum vehi. *Gell. l. 19. c. 8. a med.* Quadrigæ ſemper, etſi multijugæ non ſuos, multitudinis tamen numero tenentur. ¶ Translate eſt multiplex, varius, *varia*, *multiplices*. *Cic. 14. ad Attic. ep. 9.* De republica multa cognovi ex tuis litteris, quas quidem multijuges accepi uno tempore a Veſtorii liberto. *Gell. l. 1. c. 11.* Spoliis habuit multijuga: in his provocatorium pteraqua. *Id. l. 10. c. 1.* Multijugo hominum partio. *Id. l. 14. c. 1.* Multijuga & ſinuoſa quæſtio. *Apul. in Apolog.* Ariſtotelis multijuga voluminu.

MULTILAUDUS, a, um, qui eſt multæ laudis, πολύαινετος. *Ammian. lib. 21. c. 10.* (*al. c. 18.*) Vir ſobrietatis gnitia multilaudus. Al. leg *annulaudus*.

MULTILĬCIUS, a, um, πολύστιπτος, multis liciis conſtans. *Valerian. Auguſt. in quadam ep.* apud *Vopiſc. in Aurelianο*, c. 11. Tunicas multilicias virides decem, lineas Ægyptias viginti. *Salmaſ.* legit *multiſtrat.* V. *Multitius*.

MULTILOQUAX, acis, multiloquus. *Plaut. Aulul. 1. 1. 5.* Multiloquaces mulieres. Al. leg. *multum loquaces*.

MULTILOQUIUM, ii, n. multus ſerma. *Plaut. Mert. prol. verſ. 31.* Amori accedunt etiam hæc multiloquium, panciloquium, &c.

MULTILOQUUS, a, um, *cbi parlo molto*, *ciancistore*, πολύλαλος, πολλὰ λέγων. qui multa loquitur. *Plaut. Pſeud. 3. 1. 3.* Coquum ducere multiloquum, gloriſum, infulſum. *Id. Ciſtell. 1. 3. 1.* Multiloque & multibiba anus.

MULTIMAMMIA, æ, πολύμαζος, multas habens mammas, mammoſa. Epitheton eſt Dianæ Epheſiæ, quæ mammis multis (ut loquitur *Momus. Fel. in Oct. 1. 11. ad fin.*) & uberibus exſtructa colebatur. *Hieronym. in proœm. epiſt. ad Epheſ. circa med.* Epheſii Dianam colentes, non hanc venatricem, quæ arcum tenet, atque ſuccincta eſt, ſed illam multimammiam, quam Græci, &c. *Apul.* hanc eandem deſignat, cum ait *lib. 11. Metam. ſub init.* Phœbi ſoror, quæ pastu fetarum medelæ lenientibus recreatu, populos tantos educaſti, præclariſque nunc veterum delubris Ephesi.

MULTIMĔTER, tri, abundans metris. *Sidon. lib. 8. epiſt. 11. circa med.* Si poemata illius metiaris, multimeter, argutus, artifex erat.

MULTIMODE. V. in voce ſequenti.

MULTIMŎDIS, *in multi modi*, adverb. ut *omnimodis*, πολυτρόπως, multis modis, multiplicitet. *Enn.* apud *Cicer. 3. de Orat. cap. 58.* Multimodis ſum circumventus, morbo, exſilio, atque inopia. *Lucret. l. 1. v. 893.* Verum ſemina multimodis immiata ſtere Multarum rerum in rebus communiu debeat. (Adde alibi ſæpe.) *Cic. 2. de Fin. c. 26.* Hoc etſi multimodis reprehendi poteſt, tameo accipio. *Terent. Heaut. 1. 3. 79.* Multimodis iojurius, Clitipho, es. *Nep. in Themiſt. ſub fin.* De cujus morte multimodis apud pleroſque ſcriptum eſt. *Plaut. Mil. 4. 4. 53.* Multimodis ſapis. ¶ In loco *Ennii* allato al. leg. *multi modis*: quod & de Incio *Lucret.* ſuſpicari poſſumus (in qua ſæpiſſime lectio variat) & *Nepotis*, *Plauti*, ac *Terentii*. Apud *Cicer.* al. leg. *multis modis*: & in quodam MS. etium *multimode*.

MULTIMŎDUS, a, um, *di molti modi*, πολύτροπος (ut *omnimodus*) multorum modorum, multiplex, varius. *Liv. l. 21. 1. 8.* Oppidani multimoda arte diſtinneri cœpti ſunt.

MULTINŎDUS, a, um, & Multinodis, de, multos nodos habens. *Apul. l. 5. Metam.* Multinodis voluminibus ſerpens coluber. *Prudent. Cathemer. 7. in hymn. ſerum. v. 139.* Tectus flagellis multinodi germinis. ¶ Translate *Apul. l. 10. Metam.* Diſcurſus reciproci multinodes ambages. Al. leg. *multumodas* malo rectius.

MULTINOMINIS, ne, qui multa habet nomina. *Apul. Metam. 11.* Multinominis dea divina imperiu.

MULTINUBENTIA, æ, *f. id marinarii cum multi*, πολυγαμία. *Tertullian.* vox eſt *contra Pſych. c. 1. & de Pudic. c. 1.*

MULTINŎMUS, a, um, qui multorum numorum pretio emitur. *Varr. l. 3. R. R. c. ult. circa med.* Ego enim uno ſervulo, hordeo non multo, aqua domeſtica meos multinumos ulu annos. (De ingenatib. aſinaeum pretium V. *eund. l. 1. c. 1. & lib. 3. c. 2.*) *Id.* apud *Non. c. 3. n. 156.* Multinumus piſcia, helops.

MULTIPARTĬTUS, a, um, diviſis in multas partes, ſive res. *Plin. l. 6. c. 19.* Namque vita mortalibus populis ludorum multipartita degitur. Alii tellurem exercent, militiam alii capeſſunt, merces alii ſuas evehuet, &c.

MULTIPATENS. V. *Multipotens*.

MULTIPĔDA, æ, ſ. *inſectι*, genus inſecti, de quo V. in *Millepeda*.

MULTIPES, edis, *di molti piedi*, πολύπους, multos habens pedes. *Plin. lib. 11. cap. 45.* Sunt autem crura his obliqua: ſic & multipedibus.

MULTIPLEX, plicis, *multiplice*, *numeroſa*, *copioſa*, πολυπλάσιος, multus, copioſus, varius: cui *ſimplex* opponitur. *Plin. l. 16. c. 31.* Cortex multiplex tunicis vitibus, tiliæ, abietis quibuſdam ſimplex, ut ſico, arundini. *Id. l. 18. c. 22.* Fabæ multiplea aſue omnium quadrupedum generi, præcipue homini. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 51. ad fin.* Quæ multiplices fetus procreant, ut ſues, canes, his mammarum data eſt multitudo. *& cap. 54. ad fin.* Alvus eſt multiplex & tortuoſa, arcetque & continet, quod recipit. *Id. de Senect. cap. 15.* Vitis ſerpens multiplici lapſu & erratico. *Ovid. 8. Metam. v. 158.* Multiplici domo, & cæcis includere tectis. *b. e.* labyrintho. *Cic. in Orat. c. 3. a med.* Multiplices variique ſermones. *Plin. lib. 18. c. 7. a med.* Multiplicia folia fabæ, piſo. *b. e.* multa. *Plaut. Epid. 4. 1. 3.* Multiplex arumna me exercitam habet. *Auct. ad Herenn. l. 4. c. 54.* Verborum ancipites, aut multiplices poteſtates. *Virg. 5. Æn. v. 264.* Lorica multiplea. *verſ. 259.* conſertam hamis auroque trilicem, dixerut. ¶ *Multiplex locus* apud *Lucret.* eſt amplus, latus, ſpatioſus, magnus, *lib. 1. v. 161. & lib. 4. v. 107.* Multiplicique loci ſpatium tranſcurrere eodem Tempore. Al. leg. *multoplenque loce ſpatium*, producta ſecunda ſyllaba. ¶ *Multiplex domus* apud *Senec. in Hippol. v. 513.* eſt ampla, & pluribus conſtans membris: quam *multiplicatam* dicit *Cic.* ¶ Translate *Cic. pro Flacc. c. 3.* Præturæ juriſdictio res varia, & multiplea ad ſuſpiciones, & ſimultates. *Id. 1. de Orat. cap. 3.* Ii, qui mathematici vocantur, quanta in obſcuritate rerum, & quam recondita in arte, & multiplici ſubtilique verſantur! *& cap. 51. a med.* Quarum rerum fateor magnam multiplicemque eſſe diſciplinam, & multae, copioſas, variaſque rationes. *Id. in Bruto, c. 31.* Adhibere genus orationis vagum & fuſum, & multiplex. *de multo forte. Id. de Amic. c. 18.* Neque enim fidum poteſt eſſe multiplex & tortuoſum ingenium. *b. e.* varium, duplea, incnaſtans. Sic *ibid. cap. 15.* Animus noa unus & idem, ſed varius, commutabilis, multiplex. *& pra Cal. 1. 6. de Cœlimo.* Hac ille tam varia multiplicique natura, &c. *Velles. l. 2. c. 105.* Vir multiplea in virtutibus, navas, agilis, providus, militariumque officiorum putiens, ac peritus. *ebo nel valente, e virtù volto per molti. Sil. lib. 5. verſ. 544.* Vir multiplex proavis. *b. e.* qui multos proavos honoratos habuit, genere elatus.

MULTIPLICABĬLIS, le, *multiplicabile*, *multiplice*, qui multiplicari poteſt: item multiplex. *Cic.* vertens *Sophoclis* carmina, *l. 1. Tuſcul. c. 9. ſub fin.* Hæc interemit tortu multiplicabili Draconem, auriferum obtotu obſervantem arborem.

MULTIPLICATIO, onis, ſ. *multiplicazione*, πολυπλασιασμὸς, actus multiplicandi. *Colum. lib. 3. cap. 1.* Ut multiplicatione frugum reditus augeatur. *Frontin. de aquæduct. urbis. 34.* Multiplicatio quinariarum. *Senec. ep. 12.* Temporum multiplicatione vita componitur. ¶ In rationibus ducendis *Colum. l. 5. c. 2.* Multiplicantur in ſe duo latera, & quæ ſumma ex multiplicatione efficitur, &c. Adde *Vitruv. l. 9. c. 1. & l. 10. c. 16.*

MULTIPLICĂTOR, oris, qui multiplicat. *Paulin. Nolan. epiſt. 44.* (*al. 31.*) *a med.* Herilium talentorum multiplicator.

MULTIPLICĂTUS, u, um, *multiplicato*, multiplex factus, auctus. *Plaut. ad Coſſ. &c. l. 12. Fam. ep. 8.* Auctu exercitu, auxiliiſque multiplicatis. *Cic. Q. Fr. l. 1. ep. 2. ſub fin.* Tota Italia concurret, ut multiplicata gloria diſcedamus. *Ovid. 4. Triſt. el. 6. v. 38.* Et mala ſunt longo multiplicata die. *Cic. 1. Offic. c. 39.* Domus mul-

multiplicata. *ampliata, accreſcium.* & *Liv. l.* 42. *c.* 61. Hæc per ſe ampla: pleraque multiplicata verbie regis. ¶ De rationibus *Colum. l.* 5. *c.* 1. Utraque fummæ *inter* ſe multiplicatæ faciont, &c. *& mox.* Stadium habet paſſus CXXV. quæ (*ſumma*) oftiex multiplicata efficit mille paſſus.

MULTIPLICITER, *in multa maniera*, πολυπλαχῶς, multimodis. *Salluſt. orat.* 2. *ad Cæſ. 2 med.* Multipliciter animus cuita atqoc laboribus fatigatur. *Flor. lib.* 3. *cap.* 2. Molto atrocime, & multipliciter magia a Septentrione ſævitum. *Quintil. lib.* 7. *cap.* 4. *ante med.* Locum multipliciter intueri. *Gell. l.* 14. *c.* 1. *circa med.* Tam ſæpe ac tam multipliciter.

MULTIPLICO, as, avi, atum, a. 1. *multiplicare, accreſcere*, πολυπλασιάζω, multum ſeu multiplicem facio, augeo. *Cæſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 32. Æs alienum provinciæ eo biennio multiplicatum eſt. *Nep. in Attic. c.* 2. Æs alienum multiplicandis uſuris creſcit. *Plin. l.* 36. *c.* 15. Turres ſeptem acceptas voces numeroſiore ſupercuſſu multiplicant. *Ovid. de remed. amor. v.* 98. Flumine collectis multiplicantur aquis. *Id.* 4. *ex Pont. ep.* 9. *v.* 67. Multiplicat tamen hunc gravitas auctoris honorem. *Stat. 6. Theb. v.* 790. geminatque rotatas, Multiplicatque manus. *h. e.* adeo celeriter vibrat, ut plures quam duas habere videatur. *Lan. l.* 37. *v.* 54. *circa med.* Lycaonia, & Phrygia, & Pifidia in veſtra ſunt poteſtate: quarum una quælibet regi adjecta multiplicare regnum Eumenis poteſt. ¶ In ſupputandis rationibus, *Colum. l.* 5. *c.* 2. Multiplicantur in ſe duo latera. *& paulo poſt.* Latitudinis pedes cum longitudinis pedibus ſic multiplicabis.

MULTIPOTENS, tis, *che può molto*, πολυδύνατος, qui multum poteſt. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 9. Niſi habet peſtus multipotens. Al. leg. *multipatens.* h. e. amplum, & omnis doli capax. *Id. Trinum.* 4. 2. 1. Salſipotenti, & multipotenti Jovis fratri Laudes ago. *Id. Caſ.* 4. 4. 17. Venus multipotens.

MULTIRADIX, icis, *di molte radici*, πολυρίζος, multas habens radices. *Apul. de herb. c.* 35. Centaurea minor multimdix.

MULTIRAMIS, e, *di molti rami*, πολύζως, multos habens ramos. *Apul. de herb. c.* 4. Hyoſcyamus thyrſo fruticoſo, multirami.

MULTISCIUS, a, um, *che ſa molto*, πολυμαθὴς, qui multa ſcit. *Apul. lib.* 9. *Miram.* Etſi minus prudentem, multiſcium certe reddidit. *Id. in Florid. num.* 9. (*al. l.* 2.) Homo tam numeroſa artis multiſcius.

MULTISONORUS, a, um, idem ac multiſonus. *Claudian. epigr.* 1. *v.* 18. Effeda concordes multiſonora trahunt.

MULTISONUS, a, um, qui eſt multi ſoni. *Marcial. l.* 2. *epigr.* 54. Sic ubi multiſona ſervet ſacer Atthide lucus. *Stat. l.* 3. *ſilv.* 2. *v.* 103. Multiſonum ſiſtrum.

MULTITIUS, & Multicius, a, um. *Multitia veſtes*, & *Multicia, orum*, ſunt veſtes molliores & delicatiores feminarum propriæ, ut videtur colligi ex *Juvenal. ſat.* 11. *v.* 188. ſed quæ e vicis etiam luxui deditis geſtabantur. Quare reprehendit Craticum *Id. ſat.* 2. *v.* 66. ſed quid Non faciant alii, cum tu multitia fumas? *& verſ.* 76. quæro, an deceant multitia teſtem. ¶ Dicta fust per ſyncop. a *tunicitus*, ut quidam volunt: val a *multum*, & *tero*, quod genus panni ſit pectine probe ictum, ſeu pulſatum, & *lanificii* contrarium. Sed cum ex *Juvenal.* conſtet pellicidam veſtem fuiſſe, & perſpicuam, atque, ut ait *Varr.* apud *Non. c. 6. n.* 4. *vitream togam, ut oſtendat tunicæ flores*: inquit anim *verſ.* 77. Acer, & indomitus, libertatiſque magiſter, Cretico, palluces; neque a *multis licere*, neque a *multum tero* apte deducitur. Adjective *Tertull. de Pall. c.* 4. *circa med.* Ita & codjomidis ſolocem uliqua multitia ſynthesi exſtruxit. V. *Salmaſ. ad Vopiſc. in Aurelian. c.* 22.

MULTITUDO, dinis, f. *moltitudine, gran quantità, gran numero*, πλῆθος, ingens numerus, magna via, copia, frequentia. *Cic. 1. de Orat. rap.* 4. Magnitudo & varietas, multitudoque in omni genere ceuſarum. *Id. de Provinc. conſul. c.* 12. *ad fin.* Nationes, quæ numero hominum ac multitudine ipſe poterant in provincias noſtras redundare. *Id. Verr.* 4. *c.* 66. Quanta illuc multitudo, quanta vis homiaum conveniſſe dicebatur, &c. *Id. poſt. redit. ad Quirit. cap.* 2. Veſtrorum magnitudinem multitudinemque beneficiorum; *Varr. lib.* 1. *R. R. c.* 2. *ante med.* In agro Faventino trecenariæ appellantur vites, quod jugerum trecenas amphoras reddat, &c. in fundo ſuo Faventiæ hanc multitudinem ſuas dicebat reddere vitea. *Id.* apud *Non. c. 6. n.* 100. Multitudo argenti facti. *Nep. in Annib. c.* 10. Multitudo navium. *& ibid.* ſeipentum. *& cap.* 5. jumentomm. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 19. *ſub fin.* ſacrorum. *Sueton. in Cæſ. c.* 68. hoſtium fagittarum. *Id. in Tito, c.* 4. ſtatuarum & imaginum. *Gell. l.* 19. *c.* 8. *a med.* Multitudo & copia minimarum partium. ¶ Sæpiſſime dicitur de magno hominum numero, populo, plebe, vulgo, *turba, vulga, popolo. Cic. act.* 2. *in Verr. c.* 7. Hortenſius conſul deſignatus, domum reducebatur cum maxima frequentia a multitudine. *Al. leg.* ac multitudiae. *Cæſ. l.* 2. *B. Gall. cap.* 6. Tanta multitudo lapides ac tela conjiciebat, ut in muro conſiſtendi poteſtas eſſet nulli. *Nep. in Annib. c.* 22. Multitudine domum ejus circumdederunt. *Juſtin. l.* 2. *cap.* 8. *ſub fin.* Invidioſa otatione multitudo credula accenditur. *Cic.* 2. *Offic. c.* 19. *ſub fin.* Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis vitiis non eſt habendus. *Id. Tuſcul.* 2. *c.* 26. Fama, & multitudinis judicio movari. ¶ *Numerus multitudinis*, pluralis apud Grammaticos: qui aliquando & *multitudo* abſolute dicitur. *Gell. l.* 19. *c.* 8. *ad fin.* Cur mel & vinum, atque id genus cetera numerum multitudinis capiunt, lac non capit? *Varr. l.* 7. *de L. L. c.* 18. Omnia fere noſtra liberalia & muliebria multitudinis. *& lib.* 8. *c.* 39. *extr.* Injuria poſtulant, ſi qua ſint ſingularia, oportere habere multitudines.

MULTIVAGUS, a, um, *che vago molto, vagabondo*, πολυπλανὴς, qui multum vagatur. *Senec. in Herc. Fur. v.* 533. Intravit Scythiæ multivagas domos. *Stat. l.* 6. *Theb. v.* 1. Nuncia multivago Danaas perſurtur ad urbes Fama gradu. *Plin. l.* 10. *c.* 37. Ferunt non mutare ſedem columbas, multivaga alioqui ave. *Id. l.* 2. *c.* 10. Multivagus Lunæ flexus.

MULTIVIDUS, a, um, multum vividus. *Martian. Capell. lib.* 2. *pag.* 27. Connubium ſibi lætabunda alm mentse fluctu multivida concitavit.

MULTIVIRA, æ, f. quæ multis viris nupſit. *Minuc. Fel. in Octav. cap.* 24. *a med.* Alia ſacra coronat univira, ulta multivim; & magna religione conquiritur, quæ plora poſſit adulteria numerara.

MULTIVIUS, a, um, *di molte ſtrade. Apul. lib.* 9. *Metam.* Multivii circuitus.

MULTIVOLUS, a, um, *che vuole molto*, πολυβούλος, multa cupiens, qui multarum rerum deſiderim tenetur. *Catull. ad Manlium, carm.* 67. *v.* 128. Multivola eſt mulier.

MULTIVORANTIA, æ, edacitas, ingluvies. *Tertull. cens. Pſych. cap.* 1.

MULTO, & Mulcto, as, avi, atum, a. 1. *impor pena, condannare, punire*, ζημιόω, multam impono, pœna afficio, punio: & ſæpe dicitur de pœna, quæ judicio infligitur. *Cic. pro Balb. c.* 18. Populus Gaditanus accuſatorem ſuum multa & pœna multavit. *Id.* 1. *de Orat. c.* 43. *ad fin.* Vita hominum atque ſeudes damnis, ignominiis, vinculis, verberibus, exſiliis, morte multantur. *Id. de Provinc. conſul. c.* 15. *ſub fin.* Multari imperatorem demionumne provincia, contemationioſum eſt. *Id. pro Balb. c.* 18. Multare populos ſtipendio. *condannarli a pagare. Plin. in Panog. c.* 40. *in fin.* Tarditatem ſulvendi, duplo vel etiam quadruplo irrogatione multare. ¶ *Multare aliqua re* eſt pœnæ cauſa privare, ſpoliare in pœnam cujuſpiam delicti, *ſpogliare, privare. Cic.* 5. *Tuſcul. c.* 37. Multare exſules bonis. *Nep. in Pelop. c.* 1. Multare aliquem pecunia. *Hirt. de B. Afric. ſub fin.* certo numero frumenti. *Cic. Agrar. 2. c.* 13. *ad fin.* ageis. *Id. pro Sext. c.* 27. Antiochum majores noſtri Aſia multarunt. *Suetan. in Cæſ. c.* 1. Sacerdotio, & uxoris dote, & gentilitiis hereditatibus multari. ¶ Deponentis forma *Suetan. in Aug. cap.* 21. Neque rebellantes graviore unquam multatus eſt pœna, quam ut, &c. Al. leg. *ultus eſt.* ¶ Adhibetur & extra judicium. *Plaut. Amph. a.* 2. *ſc.* 22. Numquid cauſam dicis, quin te hoc multam matrimonio? *h. e.* divortium faciam, ac te expellam? *Id. Sench.* 5. 4. 43. Uter demutaſſit, poculo multabitur. *Id. Trucul.* 4. 3. 70. Hoc ego ta multabo bolo: ſex talanta a dote demam. *Catull. carm.* 63. *de nupt. Pel. & Thet. v.* 191. facta virum multantes vindice pœna Eumenides. *Cæcin. ad Cicer. l.* 6. *Fam. ep.* 7. Stultitia fama multatur, *h. e.* punitur divulgando. *Colum. l.* 2. *c.* 4. *circa med.* Quo evenit, ut boves iniquitate operis maxime multentur. *patiſcano, ſi vicerano.* Al. leg. *mulcentur*: quod fortaſſe verius eſt propter ea, quæ in *Mulctæ* dicta ſunt. Idem dic de illo *Catan.* apud *Calnat. l.* 1. *c.* 2. Agrum peſſime multari, cujus dominus, quid in eo faciendum ſit, non docet, ſed audit villicum. ¶ *Multare aliquem voto* dixit *Nævius* apud *Non. c.* 6. *n.* 83. h. e. votorum compotem facere: ea cazione, qua dicimus *damnare voto.* ¶ Scribitur & *Multo*: ſed V. dicta in fine vocis *Multa, a.* ¶ Olim *multare* ſignificabat numemre. *Plaut. Stich.* 3. 1. 19. Scio, ſcira te, quam multaa tecum miſerias multaverim. ἐξηριθμησάμην. Ita *Voſſ. in Etymol.* & *Scalig. in Conjectan. ad Varron.* cujus hæc ſuat verba *l.* 4. *de L. L. c. ult.* Itaque cum in dolium aut culeum unum addunt ruſtici, prima urna addita, dicunt etiam nunc, multa. *h. e.* numera, ut iidem exponunt. Addunt etiam, propria eſſe, polliceri in auctionibus, & plura liceri, quam ceteri. Sed hujus ſignificationis nullum exemplum afferunt.

MULTO, adverb. *molto, di molto, eſſo*, πολὺ, πολλῷ, multum, valde, longe, multis partibus: & jungitur nominibus, & adverbiis comparativis, & ſuperlativis. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 3. *a med.* Multo pauciores oratores, quam poetæ boni reperiantur. *Id. ad Pomp. poſt ep.* 22. *l.* 8. *ad Attic.* Ea cognovi commodiora eſſe multo, quam ut erat nobis nuntiatum. *Cæſ. l.* 2. *B. Gall. c.* 6. Iter multo facilius atque expeditius. *Plaut. Bacch.* 2. 3. 76. *& Rud.* 2. 6. 37. Næ illa hercle mihi ſit multo tanto carior, ſi, &c. *& Bacch.* 4. 4. 20. Fortaſſis tu auri dempſiſti parum. *Moſtil.* qui, multum, parum? imo vero nimio minus multo parum. *troppo poco: di gran lunga troppo poco. Nep. in Themiſt. cap.* 9. Multo plura bona feci. *Id. in Alcib. c.* 2. Omnium ætatis ſuæ multo formoſiſſimus. *Id. in Ageſil. c.* 3. Regio multo locupletiſſima. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. *ante med.* Verbo ſenſum cludere, multo optimum eſt. *Lucil.* apud *Non. c.* 4. *n.* 413. multo optimus hoſtis. *Cic. pro Sig. Manil. c.* 18. Magna, ac multo maxima pars. *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 44. *ſub fin. & Salluſt. in Catil. c.* 37. Multo maxime. *Cic. Attic. l.* 8. *ep.* 9. *a med.* Lepido nunquam placuit ex Italia axire, Tullo multo minus. *Id. de Amic. c.* 19. *in fin.* Quod eſt multo profecto magis in veris patribus faciendum. ¶ Item cum adverbiis diverſitatis, & diſſimilitudinis. *Plin. l.* 19. *c.* 3. Lafer in Armenia naſcitur large, ſed multo inſm Cyrenaicum. *Cic. Fam.* 4. *ep* 9. *ante med.* Quod non multo ſecus fieret, ſi, &c. *Terent. Andr. prol. v.* 4. Verum aliter avenire multo intelligit. *Nep. in Amilc. c.* 2. Multo aliter ac ſperabet. ¶ Item cum *ante, & poſt. Cic. Attic. l.* 12. *ep.* 49. Non multo poſt, quam tu a me diſceſſiſti. *Id. Catil. l.* 1. *c.* 6. Neque enim ſunt obſcura, aut non multo poſtea cummiſſa. *Nep. in Paſan. cap.* 3. At ille poſt non multo ad exercitum rediit. *Id. in Cim. c.* 3. Poſt neque ita multo in Cyprum miſſus. *Id. in Eumen. c.* 3. Copiæ non multo ante contuſæ. *Cic. Fam.* 4. *epiſt.* 2. Mala multo ante providens. ¶ Item cum verbis præſtantiam ſignificantibus. *Nep. in Regib. cap.* 2. Duo multo ceteros gloria antecedere ferunt.

ferunt. *Cic.* 4. *de Fin. c.* 18. Virtutem omnibus rebus multo anteponentes. *Tacit.* 4. *Hist. c.* 13. Multa ceteros anteibant. *Sallust. in Catil. c.* 36. *in fin.* Multo præstat beneficii, quam maleficii immemorem esse. ¶ Et cum verbo *malo*. *Cic. Attic. l.* 12. *ep.* 21. *ad fin.* Men judicium multa stare malo, quam, &c. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 88. Bono ingenio me esse ornatum, quam auro, multo mavolo. ¶ Cum positivo nomine earum est. *Terent. Heaut.* 1. 2. 83. Postquam hunc alienum ab se se videt, Maligna multo, & magis prona facta illico est. Nisi velis *ni magis* aliam petiore loco subintelligere.

MULTOPERE, adverb. *summopere*, multum, valde. *Plaut. Merc. prol.* v. 65. Multopere in mundo nullum se exercitum. Al. rectius leg. *Multa opere immunda ruditer*, &c.

MULTOR, aris. V. *Multa*, *ar.*

MULTOTIES, & Multotiens, *multo voter*, πολλάκις, sæpe, sæpenumero, multis vicibus. Habetur *in Epitome Livii* (quæ Hadriani ævo scripta creditur) *lib.* 57. Multotiens adversus eruptiones hostium feliciter pugnavit. Plerique al. leg. *Sæpe adversus*, &c. *Justinian. in præfat. Novellæ* 29. Quæ multotiès cum ipsis etiam regiis certamen susceperit.

MULTUM, adverb. *multo*, *ssoi*, πολύ, valde. *Cic.* 3. *de Legib.* 1. 15. Res difficilis, ac multum & sæpe quæsita. *Id.* 7. *Verr. c.* 44. Longe omnes, multumque superabit. *Id. initio lib.* 2. *de Divin.* Multum, & diu cogitans. *Id.* 1. *de Orat. c.* 33. *a med.* Diu, multumque scripturæ. *Id. de clar. Orat.* 1. 34. Non multum ille quidem, nec sæpe dicebat, sed, &c. *Plin. l.* 9. *c.* 8. Nisi multum intra rostrum se illi foret. *Plaut. Trin.* 5. 2. 56. & *Terent. Hecyr.* 1. 2. 7. Sales multum, gnate mi. *Plaut. Stich.* 3. 2. 40. Multum vale. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 23. *a med.* Opinor, Cassium uti non ita multum forore. *Id. Attic. ep.* 13. Multum mecum municipales homines loquuntur. *Cæs. l.* 3. *B. Gall. c.* 25. Auxiliares, quibus ad pugnam non multum Crassus confidebat. *& lib.* 4. *c.* 1. Neque multum frumento, sed maximam partem lacte atque pecore vivunt: multumque sunt in venationibus. *Cic. Fam.* 4. *epist.* 13. Familiarissimi Cæsaris ma admodum diligunt, multumque mecum sunt. *Nep. in Lysandro, c.* 3. Multum eum antistitis Jovis fefellerunt. *Id. in Con. cap.* 2. Apud aliquem multum gratia valere. *Liv. l.* 42. *c.* 44. Haud multum abfuit, quin interficeretur. *Horat. in ar. Poet. v.* 114. Interest multum, Davusne loquatur, an heros. *Cic.* 6. *Verr.* 1. 43. Tametsi non tam multum in illis rebus intelligo, quam multa vidi. *Id. in Bruto, cap.* 90. Commentabar declamitans: idque faciebam multum etiam Latine, sed Græce sæpius. *Sperse volte.* ¶ Cum adjectivis positivis, *Plaut. Aulul.* 2. 1. 5. Multum loquaces merito omnes habemur. *Virg.* 1. *Æn. v.* 7. multum ille terris jactatus, & alto. *Plin. l.* 1. *ep.* 9. *extr.* Multum inepti labores. *Horat. l.* 2. *sat.* 3. *v.* 147. medicus multum celer, atque fidelis. *Id. l.* 3. *od.* 27. *v.* 47. & *epod.* 17. *v.* 20. Multum amatus. *Id. l.* 1. *ep.* 10. *v.* 3. Multum dissimilis. *Plaut. Stich.* 1. 3. 53. Multum miseri. *Horat. lib.* 2. *sat.* 3. *v.* 67. tabulas multum Nasica negatus Accipiat tandem. *b. c.* diu. ¶ Cum comparativis, apud Poetas. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 139. Multum imprabiores sunt quam a primo arediti. *Sext. Theb.* 9. *v.* 559. multumque aliis jactantior umbris. *Juvenal. sat.* 10. *vers.* 197. multum hic robustior illo. *Sil. lib.* 13. *v.* 708. cujus spectavi Martia facta Multum uno majora viro. ¶ Ut multum, *ai più ai più*, ad summum, *Manual. l.* 10. *epigr.* 11. Et lotam, ut multum, terque, quaterve togam. *Capitol. in Aurelian. c.* 46. Concessit, ut bicipites matronæ tantum haberent, cum antea coloreas habuissent, &, ut multum, nuxpælerotines.

MULTUS, (*olim* Moltus) a, um, *molta*, πολύς, multiplex, ingens numero, frequens, creber. In plurali refertus ad numerum, copiam, multitudinem. *Terent. Andr.* 5. 4. 28. Eadem hæc multi alii in Andro tum audiere. *Cic. Fam.* 5. *ep.* 17. Multis fortissimis viris tales casus incidisse. *Id.* 1. *in Orat.* 1. 51. *ad fin.* Multæ, copiosæ, variæque cationes. *Plin. l.* 16. 1. 25. *ante med.* Multi hominum. *& cap.* 31. Multæ silvestriores arborum. *Cic. Fam.* 3. *epist.* 8. Cum tu tam multis verbis ad me scripsisses. *Id. Verr.* 4. *c.* 63. Non minus multas Batnas illum posuisse Syracusis, quam abstulisse. *Id. Fam.* 4. *ep.* 14. *a med.* Sed de nostris rebus satis, etiam nimium multa. *Id.* 2. *de Fin. c.* 18. *ad fin.* Nimis multa. *Plin. l.* 5. 1. 7. Insulæ non ita multæ. *Auct. ad Herenn.* 1. 1. *c.* 1. Ne parum multa scisse uiderentur. *Pallio ad Cicer.* 10. *Fam. ep.* 33. *a med.* Inermes bene multi. *Liv. l.* 31. *c.* 8. Jussus ea in exercitu, quum consul haberetur, ut quisque minime multe stipendia haberet, legere. *b.* 1. quam pauciissima. Sic *Nepos in Timol. c.* 3. Ut quam minime multa vestigia servitutis manerent. *Cic. Verr.* 7. *c.* 34. In hac tiremi minime multi remiges deerant. *pochissimi.* ¶ *Multi* aliquando sunt mali, quia boni sunt pauci. *Accius* apud *Non. cap.* 12. *n.* 4. Video ego te, mulier, more multarum ulter. *Id. ibid.* Probis profectus potius, quam multis forem. *Afran. ibid.* Noli ea stultitia multarum credere esse animum meum. ¶ *Unus e multis* dicitur, qui nihil excellit, nulla re singularis est, *dozzinale, ordinario. Cic. n. de Fin. c.* 20. *sub fin.* Tenuis L. Virginius, unusque e multis. *Id.* 1. *Offic. c.* 30. *ad fin.* Quamvis præpotens sit, efficit, ut unus de multis esse videatur. *Id. in Brut.* 1. 79. M. Calidius non fuit oratori unus e multis: potius inter multos prope singularis fuit. Sic *ibid. in fin.* Si mihi accidisset, ut numerarer in multis. *Ovid. de remed. amor. vers.* 682. Jam facito, e multis una sit illa tibi. ¶ Apud Poetas etiam in singulari ponitur. *Horat. ipod.* 2. *v.* 31. Aut trudit acres hinc & hinc multa cane Apros in obstantes plagas. *Id. lib.* 4. *od.* 5. *v.* 33. Multa prece prosequi. *Virg. Ecl.* 1. *v.* 34. Quamvis multa meis exiret victima septis. *Ovid.* 4. *Fast. v.* 772. in fabulo multa sit agno meo. *Id.* 3. *Amor. el.* 5. *v.* 4. in ramis multa latebat avis. *Tibull. l.* 1. *el.* 3. *v.* 28. Picta docet templis multa tabella tuis. *Lucan. l.* 3. *v.* 707. multus sua vulnera puppi Affixit moriens. *b. c.* multa affixerunt. *Sil. l.* 2. *v.* 547. multus serpens circum colla micat. ¶ *Multa* in plurali aliquando est multa carba. *Horat. l.* 1. *sat.* 5. *v.* 65. Multa Cicerrus ad hæc. Hinc *ne multis, ne multis*, ne multis verbis rem persequar, *per dirlo in poche parole. Cic. pro Cluent. c.* 64. Ne multis; Diogenes emitus. *Terent. Andr.* 1. 1. 87. Quid multis moror? egomet quoquo ejus causa in funus prodeo. ¶ Aliquando *multa* adverbii vicem præstat pro *multum*. *Virg.* 4. *Georg. v.* 301. multa laudari. *Id. Æn.* 3. *v.* 610. haud multa moratus. *& lib.* 5. *sub fin.* Multa gemens. ¶ His similia sunt illa. *Cæcin.* apud *Gell. l.* 13. *c.* 23. Vitia vertunt, quia multa egeo. *Cæcin. ad Cicer. 6. Fam. ep.* 7. Qui multa deos venerati sunt contra ejus salutem. *Nepos in Epamin. c.* 6. Cum in oratione sua multa invectus esset in Thebanos. ¶ Præterea *multus* est magnus, cubemens, iogens, *grande, molte. Cic. pro Sull. cap.* 26. Multo labore quærere aliquid. *Sallust. in Jug. c.* 7. Multa cura. *Plin. l.* 31. *cap.* 7. *circa med.* Multo sole. *Virg.* 3. *Æn. v.* 151. Penates multo manifesti lumine. *Brut. ad Cicer. Fam.* 11. *ep.* 20. Sermonem multum de te habitum esse. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 60. *sub fin.* Stilus tuus multi suoris est. *Horat. l.* 2. *sat.* 4. *v.* 5. multa cum libertate notabant. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 104. multum salutem dicere alicui. *Sallust. in Jug.* 1. 13. Cum auro argentoque multo legatos Romam mittit. *Virg. Æn.* 1. *v.* 414. Et multo nebulæ circum dea fudit amictu. *b. c.* densa. *Cic. Fam.* 2. *ep.* 10. Nomen nostrum multum est in his locis. *si parle con molta lode, siamo commemorati e spesso lodati.* ¶ Dicitur *multus esse in re quapiam*, qui prolixus est, intentus, assiduus, diligens, quasi multorum solus vicem præstet: tum in bonam, tum in malam partem. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 87. *ad fin.* Ne in re nota & pervulgata multus & insolens sim. *per non esser lunga: per non disgustarmi troppo. Sallust. in Jug. c.* tnt. In operibus, in agmine, atque ad vigilias multus adesse. *essidus. Flor. l.* 4. *cap.* 2. *circa med.* Multus in eo prælio Cæsar fuit, mediusque inter imperatorem, & militem. *Sallust. in Jug.* 1. 86. Marius antea jam infimus nobilitati, tum vero multus atque ferox instare. *b. c.* acer, & infestus. Sic *Plaut. Men.* 2. 2. 41. Heu hercle hominem multum, & odiosum mihi. ¶ Refertur etiam ad tempus. *Cic. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 9. Multa nocte venit ad Pompejum. *essendo de molta mattina to la notte.* Sic *lib.* 5. *ad Attic. ep.* 4. Litteras multa mane mihi dedit. *& Cæs. l.* 1. *B. Gall. c.* 22. Multo denique die per exploratores cognovit, &c. *Sallust. in Jug.* 1. 55. Jam multum diei processerat. (Adde *Liv. l.* 27. *c.* 1. *a med.*) *Cic. l.* 13. *ad Attic. ep.* 9 Multus sermo ad multum diem. *Tacit.* 2. *Hist.* 1. 44. Multo adhuc die vallum ingressus. *b. c.* cum superesset adhuc pars multa diei. ¶ *Multa opinio*, multorum, pervulgata, recepta. *Gell. l.* 3. *cap.* 16. Et multa opinio est, eaque jam pro vero recepta. ¶ *Multa pace*, cum pax habetur passim. *Tacit.* 4. *Hist. c.* 35. Missos Novesium frumentatores, datasque in præsidium cohortes, velut multa pace ingredi. ¶ *Multum est*, multum valet, multum interest, *è assai, vuol dir assai. Virg. Georg.* 2. *v.* 272. adeo in teneris consuescere, multum est. ¶ *In multum*, valde, multum, *di molto. Plin. lib.* 10. *cap.* 36. Alioquin soluto volatu in multum velociores.

MULVIANUS, a, um, ad Mulvium pertinens, quod est nomen propr. Romanum, ut M. Mulvius apud *Veler. Max. lib.* 8. *cap.* 1. *ad fi.* Hinc Mulviana cognoscitis, *Cic.* 2. *Attic. ep.* 15. Mulviana cognea, *Plin. l.* 15. *cap.* 11. *b. c.* a quodam Mulvio insitore sic dicta.

MULVIUS PONS, *ponte Molle*, cujus meminit *Cic. Attic. lib.* 3. *epist.* 33. ad mittum fuit viæ Flaminiæ, Tiberi impositus antea portam Flumentanam, ad secundum lapidem. Factus est a M. Æmilio Scauro in censura, ut 18 apud *Ascon. Vit. & var. illustr.* 1. 72. ¶ Scribitur & *Milvius. Strab. l.* 2. *fin.* 1. *v.* 176. Agmina, Flaminio quæ limite Milvius agger Tumescebit. V. *Agger.*

MULUS, li, m. *mula, Italice*, animal quod ex asino & equa gignitur, vel ex equo & asina. V. *Mula. Cic. in Top.* 1. 8. Mulus clitellarius. *Horat. l.* 1. *sat.* 6. *v.* 104. nunc mihi curto Ire licet mulo, eat, si libet, usque Terentum. ¶ Translate est convicium hominis stolidi, stupidi. *Catull. carm.* 82. Mule nihil sentis. *Plaut. Cistell.* 4. 2. 12. Mulo infanior. Al. aliter leg. ¶ *Muli Mariani* dicti sunt milites C. Marii, quos ille recidendorum impedimentorum gratia, furcinas illis suas furcis aptatas, & humeris impositas, mulorum vice portare coegerat. *Festus* hic, & in *Ærumnulæ*. & *Frontin. l.* 4. *Strategem. c.* 1. ¶ Mulia celebrabantur ludi in Circo maximo, Consualibus: quia id genus quadrupedum putatur coepisse currui exhiculoque adjungi. *Festus.* ¶ Mulus vehiculo Lunæ adhibetur, quod tam sterilis ea sit, quam mulus: vel quod, ut mulus non suo genere, sed equi creatur, sic ea soles, non suo fulgore luceat. *Idem.* ¶ *Murmum multi scabunt*, proverb. de iis, qui si mutua laudant, mirantur, & prædicant, sibi invicem favent. Fuit titulus unius ex Satyris Menippeis *Varronis*, & adhibetur ab *Ausan. Edyll.* 12. *in præfat. ad monosyllab. in suos pastcas.* Huc pertinet epigrammation *Pomponii* apud *Varron. l.* 6. *de L. L. c.* 3. Ridiculum nil, cum ta Cascam tua dicit amica, Casca Philotouis ipsa senex puerum. Dic tu illam pusam: fic fiet, mutua muli. Nam vere pusa tu, tua amica senex. ¶ *Mulum de asino progenere*, ponyrbio utimur, cum exemplar & res effecta non multum inter se distant: cui quando ineptiæ ineptiis repræsentantur, aut mendacia mendaciis adstruuntur. *Terentil. adverf. Velentianum. c.* 19. *carr.*

MUMMIANUS, a, um, ad Mummium pertinens, ut Mummiana ædificia, apud *Vitr.*

MUM-

MUMMIUS, (Lucius) Achaicor dictus, novus homo, ad Conſulatum evectus omnem armis Achajam ſubegit, Corintho excifa: qui cum militari ſcientiæ valerent plurimum, adeo tamen in aliis rebus rudis fuit, ut cum Corinthiaca ſigna, & tabulas eximiorum artificum Romam portandas locaret, juberet conductoribus prædici, nova ea reddituros, ſi apud eos periiſſent, ut eſt apud *Vellej. l. 1. c. 13.*

MUNCTIO, onis, actus mungendi, ut Munctiones muculentæ, apud *Armb. l. 3. pag. 107.*

MUNDANUS, a, um, *mundano, κοσμικός*, ad mundum pertinens. *Cic. Tuſcul. c. 37.* Socrates quidem, cum interrogaretur, cujatem ſe eſſe diceret; Mundanum, inquit: totius enim mundi ſe incolam, & civem arbitrabatur. ¶ *Avien. in Arat. v. 47.* Mundanum pro cæleſti dicit, quia mundus pro cælo aliquando ponitur. *Idem verſ. 246. mundanos ores* dicit terræ plagas ratione Inferorum. ¶ *Mundanus annus* apud *Macrob. l. 2. in ſomn. Scipion. c. 11.* eſt qui converſione plenæ univerſitatis efficitur, eam ſcilicet ſtellæ omnes, omniaque ſidera a certo loco ad eundem locum remeaverint: quod quindecim millium annorum ſpatio fieri, Phyſici volunt. V. plura *ibid.* ¶ *Animo mundano* apud *eund. ibid. c. 16. ſub fin.* eſt anima mundi, quam falſo putabant Veteres cauſam eſſe motus ſiderum, ſphærarum cæleſtium, omnium uno verbo, quæ in mundo moventur.

MUNDATIO, onis, ſ. actus mundandi, purgatio, *καθαρσις*. *Auguſtin. l. 2. Confeſſ. c. 12.* Dilata eſt mundatio mea.

MUNDATOR, oris, qui mundat. *Jul. Firmic. l. 8. c. 19. ſub fin.* Cloacarum mundator.

MUNDATUS, a, um, *mundato, κεκαθαρμένος*, purgatus. *Colum. l. 12. c. 50. ante med.* Baccam diligenter mundatam in torcular deferre. *Auguſtin. l. 10. Confeſſion. c. 37.* Quam ſim ab illa peſte mundatior.

MUNDE, *mundanamente, κεκαθαρμένως*, pure, nitide. *Plaut. Pœn. 5. 4. 5.* Tanta ibi copia venoſtatum aderat, in ſuo quæque loco ſita munde. *Terent.* apud *Chariſ. l. 2. pag. 183. Priſcian.* Verrite ædes, ſpargite munde, *Pompon.* apud *Non. c. 4. n. 3.* Heus, uptate, pueri, munde atque ampliter convivium. *Senec. ep. 70. a med.* Parum munde, & parum decenter. *Cato R. R. c. 66.* Quam mundiſſime puriſſimeque fiat. *Colum. l. 12. c. 51.* Aromata in pile quam mundiſſime contundito. *Gell. l. 20. c. 17.* Verſus ſatis munde atque graphice facti.

MUNDENSIS, ſe, ad Mundam pertinens, urbem Hiſpaniæ Bæticæ, quæ une cum Cn. Pompejo Magni F. a C. Cæſare capta eſt. V. *Flor. l. 4. c. 2. Auctor. de B. Hiſpan. c. 27. & ſequentib. Vellej. l. 2. c. 55. & ie epit. Livii l. 115.* Hinc Mundenſis campus, *Auct. de B. Hiſpan. ibid.* Mundenſes duces, c. 36. Mundenſe prælium, *Suetan. in Cæſ. c. 56.*

MUNDIALIS, le, *mondano, κοσμικός*, mundanus. *Tertull. de ſpectac. c. 9. extr.* Mundialia elementa. *Id. de anim. c. 54.* Mundiales ſordes. *Prudent. cathemer. 1. v. 90.* Mundialis gloria. *Hieronym. ep. 18. ad Marcellam.* Mundialibus negotiis occupari.

MUNDIALITER, adverb. more mundanorum. *Tertull. de reſurr. car. c. 46. extr.* Vivere mundialiter.

MUNDICINA, æ, ſ. inſtrumentum, val medicina ad mundandum. *Apul. in Apolog. de dentifricio.* Miſi, ut periſti mundicinas dentium, Nitelas oris ex Arabicis frugibus, Tenuem, candidicum nobilem polviſculum, &c.

MUNDICORS, ordis, omn. gen. qui mundum habet cor. Quod eſt apud *Meſſal. c. 5. v. 8.* Beati mundo corde, *Auguſtin. ſerm. 53. de verb. Evang.* (*in edition. recent.*) habet: beati mundicordes.

MUNDIPOTENS, entis, qui in mundo poteſt. *Tertull. de anim. c. 23.* Virtus deſpectrix mundipotentium poteſtatum.

MUNDITENENS, entis, mundum teneus, mundi dominus. *Tertull. adverſ. Valentinian. c. 22.* Diabolum munditenentem appellant.

MUNDITER, adverb. *mondanamente, κοσμικῶς*, cum munditie. *Plaut. Pœn. 1. 2. 26.* Nam cum ſedulo munditer nos habeamus, &c.

MUNDITIA, & Mundicia, æ, & Mundities, ei, ſ. *mondezza, netezza, puliteza, delicatezza, laſſo, pompa, attillatura, καθαρότης, ἁβρότης*, lautitia, nitor, elegantia in remotione ſordium, & ornatu, cultuque delicato corporis. *Plaut. Men. 2. 3. 4.* Sternite lectos, incendite odores: munditia lilecebra nuluo eſt amantium. *Gell. l. 1. c. 5.* Hortenſiue multa munditia, & circumſpecte compoſiteque indutus. *Catull. carm. 23. ad Fur. v. 18.* Hanc ad munditiem adde mundiorem Quod cuius tibi purior ſalillo eſt, Nec toto decies cacas in anno. *Plaut. Caſ. 2. 3. 9.* Poſtquam emo Caſinam, magis initio munditiis munditiam antideo. Al. leg. *munditiem*, alii *munditiis munditiosus deo*: h. e. Amori, qui munditiis delectatur. *Cic. 1. Offic. c. 36.* Adhibenda eſt præterea munditia non odioſa, neque exquiſita nimis. *Salluſt. in Jug. c. 67. de C. Mario* Ubi primum ætas militiæ patiens fuit, ſtipendiis faciundis, non Græca facundia, neque urbanis munditiis ſe ſe exercuit. *Ovid. 3. de ar. am. v. 133.* Munditiis capimur: non ſint hoc lege capilli, &c. & *lib. 2. v. 677.* Illæ munditiis annorum damna rependunt: Et faciunt cura, ne videar ne anus. *Plaut. Pſeud. 1. 2. 40.* Vos quæ in munditiis, mollitiæ, deliciiſque ætatulam agitis. ¶ *Munditias facere dicebant*, cum vaſa mundabant, verrebant pavimenta, veſtes, armaria, menſas detergebant, & omne genus ſordium in ædibus tollebant. *Cato R. R. c. 39.* Per imbrem in villam quærito, quid fieri poſſit: ne ceſſetur, munditias facito. *Plaut. Stich. 2. 2. 22.* Munditias volo fieri: effertæ huc ſcopas, ſimulque arundinem, ut opera aranearum perdam. ¶ *Transfertur ad orationem poram, elegantem. Cic. in Orat. c. 23. extr. de ſtilo ſubtili, & ſubmiſſe.* Fucati vem medicamenta candoris & cuboris omnia repellentur: elegantia modo, & munditia remanebit, *Quinctil. l. 8. c. 3. ſub fin.* Sunt quædam velut e tenui diligentia circa proprietatem ſignificationemque munditiæ. *Gell. l. 1. c. 23.* Venuſtas, lue, munditia verborum. *Id. l. 10. c. 3.* Venuſtas & mundities orationis.

MUNDITIANS. V. in voca præced.

MUNDO, as, a. 1. *mondare, nettare, καθαίρειν, καθαίζω*, detergeo, purifico. *Plin. l. 33. c. 6.* Mundatur nitro. *Momertin. in gratiar. act. ad Julian. c. 9. ſub fin.* Perlui, & mundari.

MUNDULE, dimin. a *munde*, pure, nitide. *Apul. l. 2. Metam.* Linea tunica mundule amicta.

MUNDULUS, a, um, *mondetto, pulito, attillato*, dimin. a *mundus, a, um*, nimis munditia utens, delicatulus, mollusculus. *Plaut. Trucul. 3. 1. 13.* Nunc ego illus mundulos urbanos amaſios hoc ictu exponam. Adde *Acc.* apud *Non. c. 2. n. 583.*

MUNDUM, i, n. idem quod mundus, quæ muliebre inſtrumentum ſignificat. *Lucil.* apud *Gell. l. 4. c. 1. & Non. c. 3. n. 143.* Legavit quidem uenri mundum omus, penumque.

MUNDUS, i, m. *ὁ κόσμος*. Duo ſignificat, univerſitatem rerum, & inſtrumentum ornatus muliebris. Utrumque a *mundities*, ut *Varr. l. 4. de L. L. c. 29.* tradit: munditia autem ad ornatum elegantiamque refertur. Sic *Plin. l. 2. c. 4.* Quem *κόσμον* Græci nomine ornamenti appellavere, eum nos a perfecta abſolutaque elegantia mundum. Sunt qui a *moveo* ducunt, quaſi *movendus*, quia non alius eſt, quam quod moveri poteſt, ut ait *Feſtus*. ¶ Priori ſignificatione eſt ingens illud corpus cælo terraque conſtans, perfectum undique, itaque omnia in ſe complexus, ut ait *Cic. 2. de nat. Deor. c. 14.* ut nihil ſit, quod non ſalit in eo, *mundo*. *Feſtus*: Mundus appellatur cælum, terra, mare, & aer. *Ovid. 5. Faſt. v. 11.* Poſt chaos ut primum data ſunt tria corpore mundo. *h. e.* cælum, terra, aqua. *Vitruv. l. 9. c. 4.* Mundus eſt omnium naturæ rerum conceptio ſumma, cælumque ſideribus conformatum. *Cic. l. 2. de nat. Deor. c. 62.* Ipſe mundus deorum hominumque cauſa factus eſt, *Orr.* Eſt enim mundus quaſi communis deorum atque hominum domus, aut urbs utrorumque. *Id. l. 2. de Divin. c. 43. ſub fin.* Cælum ipſum, quod cetremum atque ultimum mundi eſt. *Id. 4. Acad. c. 17. ad fin.* Democritus dicit, innumerabiles eſſe mundos. *Id. 3. de Legib. c. 1. ad fin.* Imperium ſine que nec hominum univerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt. ¶ Aliquando dicitur de ſolo cælo, *cielo, ciuvic. Senec. l. 7. quæſt. nat. c. 2.* Cometæ manent menſibus ſenis, nec illos converſio mundi ſolvit, & velocitas. *& mox.* Utrum mundus, terra ſtante, circumeat, an mundo ſtante terra vertatur. *Lucret. l. 5. v. 1435.* mundi magnum & verſatile templum. *Catull. carm. 63. de augr. Pel. & Thet. v. 205.* & tellus, atque horrida contremuerunt Æquora, concuſſitque micantia ſidera mundus. *Virg. 1. Georg. v. 140.* Mundus ut ad Scythiam, Riphæaſque arduos arces, &c. Adde *Ceſarem*, ut videtur, *l. 6. B. Gall. c. 13. in ſ. Sext. l. 3. Theb. v. 498. Senec. in Herc. Oet. v. 1343. Plin. l. 2. c. 3.* & alibi, *Manil. l. 1. v. 3.* & alibi ſæpe. Etiam *Cic.* adhibuit, ſed cum addito, *de Univ. c. 20.* Ut hunc hac varietate diſtinctum bene Græci *κόσμον*, nos lucentem mundum nominaremus. Sic *Tibull. l. 3. el. 4. v. 17.* Jam nos ætherium nigris emenſa quadrigis Mundum, &c. ¶ *Mundus cæli* dictus eſt ab *Ennio* apud *Macrob. l. 6. Sat. c. 2. a med.* Mundus cæli veſtus conſtitit ſilentio. ¶ Quia vero olim non defuere, qui mundum animatum, ſapientem, immo deum, æternumque crederent; interdum de eo ita fuut locuti, ut de deo, providentia, fato, numine. *Senec. l. 2. quæſt. nat. c. 45.* Vis illum (*Jovem*) vocare mundum? non falleris. Ipſe enim eſt totum, quod vides, totus ſuis partibus inditus, & ſe ſuſtineus vi ſua. *& l. 3. c. 28.* Quandocumque placuere res novæ mundo, &c. *Paulo ante dixerat*, Cum deo viſum ordiri meliora. ¶ Non raro dicitur de terrarum orbe, & mortalibus. *Lucan. l. 1. v. 260.* ut opes nimias, mundo fortuna ſubacto, Intulit, &c. *Id. l. 5. v. 469.* miſeriique ſuit ſpes irrita mundi. *Stat. l. & ſilv. 3. v. 87.* partæque per omnes Divitiæ populos, magnique impendia mundi. *Senec. in Herc. Oet. v. 541.* quem mundus, & ſuperi timent. ¶ De *inferis*, & regno Plutonis intelligitur apud *Feſt.* & *Macrob. l. 1. Saturn. c. 16.* qui docent, putaſſe Veterus, mundum patem ter in anno, ſcilicet poſtridie Vulcanalia, tertio Non. Octobr. & ſecto *Id.* Novembr. quibus diebus non cum hoſte manus conſerebatur, non exercitus ſcribebatur, non comitia habebantur, nec aliud quidquam in republica, niſi quod ultima neceſſitas admoneret, adminiſtrabatur. Uxorem quoque ducere, religioſum erat. Dicebatur autem *mundus* ab eo mundo, qui ſupra nos eſt, ut *Cato* apud *Feſt.* docet, ſimilis nempe creditus ia inferis, ac eſt in ſuperis. Hinc itaque, veluti conſecratum diis Manibus, clauſum eſſe omni tempore putabant, exceptis modo dictis diebus, quos religioſos habebant, quia eo tempore ea, quæ occulta & abdita religionis deorum Manium erant, velut in lucem quandam adducebantur, & patefiebant: eratque illud ſacrum Diti patri, & Proſerpinæ. Hæc illi. Fortaſſe iis diebus celebrabatur Proſerpinæ raptus, cum Plutoni terra petuit, & Manes cælum vidiſſe fingantur. Alii ad ſacra Eleuſinia referant. *Varr.* apud *Macrob.* Mundus cum patat, deorum triſtium atque inferum quaſi janua patet. ¶ Altera ſignificatio *mundi* inſtrumentum eſt, quo mulieres muadiores & cultiores fiunt, *abbigliamenti donneſchi, provviſione da ornarſi delle donne*: & fere uſurpatur cum addito *muliebris, γυναικεῖος κόσμος*. Differunt autem *ornatus*, & *mundus*, quia ut ait *Ulpian. Dig. lib. 34. tit. 2. leg. 26.* Ornamenta muliebcie ſuet, quibus mulier ornatur, veloti inaures, armillæ, viriolæ, anuli (præter ſignatorios) & omnia, quæ ad aliam rem nullam parantur, niſi corporis ornandi cauſa: quo ex numero etiam hæc ſuet, aurum, gemmæ, lapilli, qui aliam nullam in ſe utilitatem habent. His adde vittas, mitras, ſemimitras, calanticas, acus cum mar-

tit. 1. leg. 1. Municipem aut nativitas facit, aut manumiſſio, aut adoptio. *Hermogenianus. ibid. leg.* 23. Manumiſi a municipe ejus municipii efficiuntur municipes, unde originem trahit. Adda *Ulpian. lex.* 27.

MUNICIPALIS, le, πολιτικὸς, ad municipem, vel municipium pertinens. Cic. *pro Sulla*, c. 8. Eſt enim ipſe, a materno genere, municipalis houſtiſſimi ac nobiliſſimi generis. *Id.* 8. *ad Attic. ep.* 13. Multum mecum municipales hommes loquuntur, multum ruſticant. *Id.* 3. *de Legib. c.* 16. *a med.* Utinam illo animo in ſumma republica nobiſcum verſari, quam in municipali malueſſes. *Juvenal. ſat.* 3. *v.* 34. Municipalis arena. *h. e.* theatrum in municipio. *Tacit. Ann.* 4. *c.* 3. Seque, ac majores, & poſteros municipali adultero fœdabat. *Sueton. in Aug. c.* 2. Municipalia magiſteria. *Cic. 7. ad Attic. ep.* 11. *a med.* Ex dolore municipali, ſermonibuſque eorum, quos convenio, videtur, &c. *h. e.* ex dolore municipum. ¶ *Sacra municipalia* vocabentur, quæ ab initio habuerunt municipes ante civitatem Romanam acceptam: quæ obſervata eos voluerunt Pontifices, & eo more facere, quo adſueſſent antiquitus. *Feſtus.* ¶ *Municipalis prodigus* dixit *Flor. l.* 3. *c.* 18. homines ſceleratos atque impios ex municipiis, qui erena contra Urbem ferebant. ¶ Aliquando *municipalis* in contemptu ponitur, quia municipia præ Urbe Roma ignobilia & obſcura erant. *Juvenal. ſat.* 8. *v.* 238. Hic novus Aſpinas ignobilis, & modo Romæ Municipalis eques. *Auſon. in gratiar. act. ad Gratian. c.* 13. Sed glorioſus illa municipalem ſcholam, variando, vitiare conſecuit. *Sidon. l.* 4. *ep.* 3. *ſub fin.* Municipales, & cathedrarii oratores. *Id. carm.* 9. *v.* 310. Municipales portæ.

MUNICIPALITER, adverb. municipis more, vel conditione. *Sedon. l.* 1. *ep.* 11. Non eminentius, quam municipaliter natus.

MUNICIPATIM, adverb. per municipia, ut *oppidatim* per oppida. *Suetan. in Cæſ. c.* 14. Municipatim dividendos cenſuit.

MUNICIPATUS, us, m. jus municipii. *Tertull. de cor. milit. c.* 13. & *lib.* 3. *adverſ. Marcion. v. alt.* ita vertit πολιτεύμα. Adde *Hieron. ep.* 58. *in fin.*

MUNICIPIOLUM, i, parvum municipium. *Sidon. l.* 3. *ep.* 1.

MUNICIPIUM, ii, n. oppidum (in Italia præſertim) jure ſuo nitens, & legibus, cujus incolæ jure civium Romanorum gaudebant. V. *Municeps*. Quomodo differat a colonia, V. *Colonia*. *Cw. pro Roſc. Amer. c.* 6. Genere & nobilitata ſui municipii primus. ¶ Item genus ipſum hominum, qui municipes dicuntur, ut *municipium, ſervitium* ipſi ſervi. *Paul.* ex *Feſto*. V. *Municeps*. ¶ Aliquando dicitur de colonia. *Cw. Fam. l. & ep.* 13. L. Caſtronius princeps municipii Lucenſis. (ex *Velleio lib.* 1. *c.* 15. conſtat, multo ante Lucam coloniam deductam fuiſſe.) Adde *Gell. l.* 16. *c.* 13. *Ulpian. Dig. lib.* 50. *tit.* 1. *leg.* 1. & *Vet. Inſcription. in Antiquitatib. Benevent. claſſ.* 1. *n.* 31.

MUNICO, as, pro communico, dicebant Veteres. *Feſt.*

MUNIFEX, icis, Λειτουργὸς, qui munus facit. *Feſtus*: Beneficiarii dicebentur exilites, qui vacabant muneris officio, a contrario munifices vocabantur, qui non vacabant, ſed munus Reipubl. faciebant. *Veget. l.* 2. *de re milit. c.* 7. *in fin. Munifices*, milites, qui munera facere coguntur. Adde *Paul. Dig. lib.* 50. *tit.* 16. *leg.* 18. ¶ Metaphorice *munifex manuum* pro lacſanti dicitur. *Plin. l.* 11. *c.* 40. Uno vero ex omni turbe telicto ſola munifex manuum, quæ genito fuerat attributa, defendit.

MUNIFICE, adverb. *liberaliter*, *abbondevolmente*, ἐυεργετικῶς, liberaliter, large, abundanter. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 27. Sic haud ſcio, an melius fuerit humano generi motum iſtum calorem cogitationis non dari omnino, quam tam munifica, & tam large dari. *Lev. l.* 22. *c.* 37. *a med.* Munifice adjuvare rem alicujus.

MUNIFICENTIA, æ, f. *ſplendidezza*, *munificenza*, *liberalità*, μεγαλοδωρία, φιλανθρωπία, liberalitas ejus, qui in muniis faciendis, h. a. muneribus ludorum edendis large pecuniam impendit. *Salluſt. in Catil. c.* 54. Cæſar beneficiis ac munificentia magnus habebatur. *Suet. in Cæſ. c.* 10. Ita ſuam, Cæſariſque munificentiam, unius Cæſaris dici. (Adde *in Veſpaſ. c.* 7.) *Plin. l.* 8. *c.* 7. Tanto populi dolore, ut oblitus Imperatoris, ac munificentiæ honori ſuo exquiſitæ, ſtons univerſus conſurgeret, &c. ¶ Item liberalitas in aliis rebus quibuſcumque. *Salluſt. in Jug. c.* 101. Barbari & famam Romanorum avaritiæ falſam, & Sullam, ob munificentiam in ſe ſa, unicum raiti. *& cap.* 7. *extr.* Hoc accedebat munificentia animi, & ingenii ſolertia. *Juſtin. l.* 25. *c.* 1. Quos Antigonus pro regali munificentia iogenti apparatu epularum ad cœnam invitavit. *Veller. l.* 2. *c.* 130. Pia munificentia templum patri molitur. *Suetan. in Tiber. c.* 48. Publice munificentiam bis omnino exhibuit, propoſito millies HS. gratuito in triennii tempus: & rurſus quibuſdam domnis inſularum, quæ deflagrerant, preno reſtituto. *Plin. l.* 29. *c.* 1. Naturæ ipſius munificentia. *Julian. lib.* 39. *tit.* 5. *leg.* 2. Liberalitatem & munificentiam accrcmie.

MUNIFICIUM, ii, n. res non immunis, non libera a vectigalibus & portoriis. *Paul. Dig. lib.* 39. *tit.* 4. *leg.* 4. Ut ſi quid amplius, quam, mandatum eſt transferat, id munificium ſit.

MUNIFICO, as, avi, atum, n. 1. *donare*, *regalare*, munero, dono. *Lucret. l.* 2. *v.* 625. Munificat tacits mortales muta ſalute.

MUNIFICUS, a, um, *ſplendido*, *munifico*, *liberale*, μεγαλόδωρος, ἐυεργετικὸς, largus in ſumptibus tum publicis, tum privatis, liberalis in dando. *Cic. Offic.* 2. *c.* 18. Conveniet autem cum in dando munificum eſſe, tum in exigendo non acerbum. *Id.* 1. *de Orat. c.* 8. Quid porro tam regium, tam liberale, tam munificum, quam opem ferre ſupplicibus, &c? *Plaut. Amph.* 2. 2. 212. Ut munifica ſim bonis, profim probis. *Ovid.* 3. *Amor. el.* 12. *v.* 5. *de Cerere*. Ta, dea, munificam gentes ubicumque loquuntur. *Id.* 4. *ex Pont. ep.* 2. *v.* 24. Nec mihi munificis arca negavit opes. *Martial. l.* 8. *epigr.* 38. *Vir* de munifica pmfuſus arca. *Claudian. de IV. Conſul. Honor. v.* 499. Munificus largi, ſed non & prodigus auri. ¶ Gradus ſunt *munificentior*, *munificentiſſimus*, ab inuſitato *munificus*. *Cic. pro Roſc. Com. c.* 8. Semper liberaliſſimus, munificentiſſimuſque fuit. ¶ *Munificus* eſt *Catonis* apud *Feſtum*. ¶ Eſt etiam *munificus*, qui munus facit, munifex. Munificos milites memorat *Paul. Dig. lib. xii. tit. pandit. leg.* 18. ubi al. leg. *munifices*. & *Iſidor. lib.* 10. *Orig.* Munificus dictus, vel quia alicui munera multa dat, vel quia munus ſumne, ideſt officium, quod debet, adimplet.

MUNIMEN, inis, n. *difeſa*, *riparo*, munimentum, munitin. *Virg.* 2. *Georg. v.* 351. jamque reperti, Qui ſaxa ſuper, atque ingentia pondere teſtæ Urgerent: hoc effuſos munimen ad imbres. *Ovid.* 4. *Metam. v.* 772. locus ſolidæ tutus munimina molis. *& lib.* 13. *v.* 212. munimine cingere foſſas. *Pallad. in Februar. tit.* 24. Muntmen horti. *ſiepe*.

MUNIMENTUM, ti, n. *fortificazione*, *riparo*, *difeſa*, *guarnimento*, *difenſione*, περιτείχισμα, quidquid ad muniendum & defendendum pertinet: & præcipue dicitur de caſtris, foſſis, vallis, ceteriſque, quibus ſe milites contra hoſtem muniunt. *Cæſ. l.* 2. *B. Gall. c.* 17. Ut, inſtar muri hæ ſepes munimenta præberent, quo non modo non intreri, ſed ne perſpici quidem poſſet. *Liv. l.* 21. *c.* 33. *a med.* Quritimus foſſa, haud parvum munimentum a planioribus aditu locis, Anci regis opus eſt. *Plin. l.* 19. *c.* 5. Munimenta ſpecularium hibernis diebus. *Macer Dig. lib.* 11. *tit.* 7. *leg.* 37. Munimentum ſepulcri id eſſe, divus Hadrianus reſcripſit, quod cauſa muniendi ejus loci factum ſit, in quo corpus impoſitum ſit. *Salluſt. in Jug. c.* 102. Rati, noctem ſibi munimento fore. *Juſtin. l.* 2. *c.* 15. Munimenta exſtruxit. *Tacit. l.* 13. *Ann. c.* 36. Tenera ſe munimentis. *Id.* 5. *Hiſt. c.* 20. Muniminuris ſe defendere. *& lib.* 2. *c.* 18. Coercere intra munimenta militum. *Id.* 12. *Ann. c.* 17. Munimenta percumpere. *& lib.* 15. *c.* 12. imponere alicui loco. *& cap.* 13. propugnare. *& cap.* 15. ingredi. *& cap.* 38. Neque enim domus munimentis ſeptæ, vel templa muris emicta, aut quid aliud morz interjacebat. *vacuus. Plin. l.* 17. *c.* 14. Cæſam cingere munimento ſepis. ¶ De iis, quæ tegunt corpus. *Juſtin. l.* 41. *c.* 2. *extr.* Munimentum ipſis equiſque loricæ plumatæ ſunt, quæ utrumque toto corpora tegunt. *Juvenal. ſat.* 9. *v.* 28. pingues aliquando lacernas, Munimenta togæ. *Juſt. l.* 2. *c.* 2. Sine tecti munimento. ¶ Præſidium, ſubſidium. *Tacit.* 4. *Hiſt. c.* 52. Non legiones, non claſſes perinde firma imperii munimenta, quam numerum liberorum. *Val. Max. l.* 6. *c.* 3. Munimenta legum. *Id. l.* 2. *c.* 2. *n.* 5. Matronala decus verecundiæ munimento tutius eſt.

MUNIO, is, ivi, & ii, itum, a. 4. *armare*, *fortificare*, *guarnire*, *munire*, ἀσφαλίζω, τειχίζω, firmo, fulcin, ſuleiu, tueor, obvallo, inſtruo. Volunt eſſe ab *moenia*, defendo, abjecto *e*, ut ab *moeno*, rera, *moenia*, mulgeo. *Cic. de Provinc. Conſul. c.* 14. Alpibus Italiam munierat aate natura. *Id. de Senect. c.* 15. Spica cootra avium morſus munitur vallo ariſtarum. *Id.* 4. *ad Attic. ep.* 16. *a med.* Aditus inſulæ munim miſificis molibus. *Cæſ. l.* 2. *B. Gall. c.* 29. Quem locum duplici altiſſimo rauro muniesaut. *Cic. Catil. c. v.* 4. Domum ioeam ooſioribus præſidiis munivi, atque firmavi. *Solinus. l.* 11. *c.* 3. Non magna opera hortum ab incurſu hominum pecudumque munimus. *Sueton. in Aug. c.* 82. Hieme quaternis cum pingui toga tunicis, & feminalibus, & tibialibus muniebatur. ¶ *Munire* dicnotur etiam, qui aliquid munitum exſtruunt, *fabricare*. *Plaut. Mil.* 2. 2. 73. Magna munii mœnia. *Nepos in Timoth. c.* 3. Arcem Syracuſis, quam muniesat Dionyſius ad urbem obſidendam, a fundamentis diſjecit. *Id. in Themiſt. c.* 6. Undique quod idoneum ad muniendum putarent, congererent. ¶ *Munire viam*, & *munire* abſolute eſt aggerem exſtruere, vallum jacere, foſſas cavare, aliaque ſepimenta facere contra vim hoſtium, *alzar terreno*, *fortificar il campo*. *Cæſar l.* 2. *B. Gall. c.* 5. *extr.* Caſtra in altitudinem pedum duodecim vallo foſſaque duodeviginti pedum muaire jubet. *Hirt. de B. Afric. c.* 32. Milites, qui muniendi gratia vallum petierant. ¶ Munire navalm pice, *Plin. l.* 16. *c.* 11. *impegolare*, *teſtaſmare*. Sic Munire craplalbrum luto & vinculo, *Id. l.* 17. *c.* 16. *impraſtrare* & *impaſtoare*. Munire foramina ſpiritus, *Id. l.* 34. *c.* 18. *coprire*, *chiudere*, *otturare*. ¶ Translate *Cic. 9. Fam. ep.* 18. Munin me ad hæc tempora. *mi preparajco*. *Tacit. in Agric. c. penult.* Sævus ille vultus, & rubor, in quo ſa contra pudoram muaiebat. *Cæſar ad Oppium poſt ep.* 8. *l.* 9. *ad Attic.* Hæc nova ſit ratio vincendi, ut miſericordia & liberalitate nos muniamus. *Cic.* 2. *de Fin. c.* 26. *ad fin.* Multorum ſa benevolentia tueri & munire. *Id. Fam.* 4. *ep.* 14. *a med.* Novarum me neceſſitudinum fidelitata contra veterum perfidiam muoiendum putavi. *Plin. l.* 37. *c. ult.* Muniri adverſus fraudes. *Lucret. l.* 4. *v.* 1249. Natis munira ſenectam. *Nep. in Regib. c.* 2. *de Dionyſio*. Dum imperium ſtudute munira, nullius pepercit vitæ. *h. e.* firmare, ſibique perpetuam reddere. ¶ *Munire viam* eſt facere, rehcere, ſternere lapidibus, *fare*, *aprire*, *laſtricare*, *accomodare la ſtrada*. *Nep. in Annib. c.* 3. Loca patefecit, itinera muniit, effectique, ut ea elephantus ornatus ire poſſet, quæ antea unus homo inermis vix poterat repere. *Liv. l.* 21. *c.* 37. Inde ad rupem muniendam, per quam via una eſſe poterat, milites ducti: cum cædendum eſſet ſaxum, &c. Al. leg. *monumendum*. Sed *paulo poſt*. Quies muniendo feſſis hominibus data triduo. *Cic. pro Mil. c.* 7. & *Liv. l.* 9. *c.* 29. Periode quali Appius ille Cæcus viam munierit, non qua populus uteretur, ſed ubi impune fui poſteri latrocinaretntur. ¶ Translate eſt viam parare, aditum patefacere. *Cic. pro Mur. c.* 23. *a med.* Hæc omnia tibi accuſandi viam muniebant, adipiſcendi obſepiebant. *ti aprivano la ſtrada*. *& lib.* 2. *Tuſcul. c.* 14. *extr.* Hercules nunquam ad deos admiſſer,

biſſet, niſi, cum inter homines eſſet, eam ſibi viam muniviſſet. *Id. Verr.* 3. *c.* 25. Alia ſibi ratione munire viam ad ſtuprum cœpit. ¶ In ſilio *Plauti Trucul.* 2. 2. 54. Suam non enim ille meretriculis muniendis rem coegit, verum parſimonia diuturnaque. *h. e.* victu veſtituque inſtruendis, ornandis, alendis, quæſique muniendis ſuo ſumptu contra egeſtatem. Al. interpret. munstrandis: quaſi *munere* a *munus* ſit. Al. aliter leg. ¶ *Munibis* pro *munies* eſt apud *Virgil. de re veterin. l.* 1. *cap.* 10. ¶ *Mourre*, mandere. V. *Munerin fin.* ¶ Olim *munio* ſcripſere. V. ſub loco.

MUNIS, ne, adject. *officioſo, gratus, curioſe*, qui munus, ſive officium facit: ut qui pro accepto beneficio gratiam, cum poteſt, refert. *Paul.* ne *Feſto*. Munem ſignificare certum eſt officioſum: unde e contrario immanis dicitus, qui nullo fungitur officio. *Non. cap.* 1. *n.* 88. Munes apud Veteres dicebantur non a largitione, quæ iguota erat, ſed conſentientes ad ea, quæ amici velint. *Locel. ibid.* Munifici, muneſque viri videamur amicis. *Plaut. Merc. prol.* v. 104. Dicn, ajus pro meritis gratum me, & munum fore.

MUNITE, *cum diſcrimine, ſecuramente*, tuto. *Varr. l.* 4. *de L. L. n.* 32. Opere munibant mœnia, qua munitius eſſecat.

MUNITIO, onis, f. *fortificazione, munizione, riparo, περιτειχισμὸς*, actus muniendi. *Caſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 49. Milites munitione prohibere. *h. e.* caſtris muniendis. *Sueton. in Galb. c.* 10. In munitione oppidi. *Tacit.* 1. *Ann. c.* 56. Munitiones flaminum. *h. e.* riparum, ne inundatio fiet. *Cic. pro Font. c.* 4. Ee viaram munitious quæſtum facere. *laſtricamento. Nep. in Themiſt. c.* 7. Cum aadiſſet, non multum ſupereſſe munitionis. *h. e.* fabricationis mœnium. *Sueton. in Caſ. c.* 68. Dyrrachina munitio. *aſſedio*, vel *blocco*. ¶ Item ipſum munimentum, vallum, agger, foſſa, &c. *Cic. 6. Verr. c.* 53. Fons aquæ dulcis, qui fluctu totus operiretur, niſi munitione ac mole lapidum a mari disjunctus eſſet. *Id. Phil.* 13. *cap.* 9. Urbem operibus munitionibuſque ſepire. *con linee di circonvallazione*. Sic *Juſtin. l.* 4. *c.* 4. Munitionibus circumdatis, hoſtes in urbe clauſi. *Nep. in Eumen.* 1. 5. *ad fin.* In hac conclaſione apparatum & munitionem Antigoni aliis incendit, alias disjecit. *Salluſt. in Jug. c.* 42. Per munitionem, quam uti defenderet, acceperat, locum hoſtibus introeundi dedit. *Id. in fragm.* apud *Non. c.* 2. *n.* 204. Pluteos reſcindere, munitiones demoliri. *Tacit.* 3. *Ann. c.* 74. Caſtella & munitiones idoneis locis imponere. *Quintil. l.* 3. *c.* 7. Loci poſitio ac munitio. *Pallad. l.* 1. *tit.* 34. Munitionis multa ſunt genera. *h. e.* ſepimenti hortorum. ¶ Munitio eſt mortificatio ciborum, inquit *Feſt.* ubi *Scalig.* mallet legere *mortificatio*: Alii *molitio*. Alii nihil mutant, quia ceaſente *munire* dictum a Priſcis pro mandere cibum.

MUNITO, as, *v.* 1. frequent. a munio. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 48. *a med.* Quam viam munitet, quod iter affectet, videtie.

MUNITOR, oris, m. qui munit. *Liv. l.* 7. *c.* 23. *ad fin.* Qui pro munitoribus intenti, armatique ſteterant. *Al. leg.* munitionibus. *Tacit.* 1. *Ann. c.* 64. Barbari perfingere ſtationes, ſequs inſere munitoribus niſi. *Ovid. Herod. ep.* 5. *v.* 139. Me fide conſpicuus Troja munitor amavit. *h. e.* Apollo, qui mœnia Trojæ eſtruxiſſe dicitur. *Liv. l.* 5. *c.* 19. *in fin.* In partes ſos munitorum numerum divifi. *h. e.* eorum qui terram effodiendo cuniculum in arcem hoſtium agebant. *de' minatori.*

MUNITORA, æ, f. munimentum, munitio. *Veter Lap.* apud *Gruter. pag.* 589. *n.* 7. Structuram cum munitura ſarcophagi fale impenſis fecit. ¶ Alio ſenſu *Auguſtin. l.* 2. *cont. Julian. Pelag. c.* 6. Succinctoriis, vel præciactoriis, quæ Græce περιζώματα nuncupantur, lumbos hominum contegi, vel præcingi, quas vulgus etiam munitaras vocat. *h. e.* campeſtre, ſubligar, *brachette, grembiule*. In *Gloſſ. Iſid. munitoria* appellantur.

MUNITUS, a, um, *munito, fortificato, guarnito, difeſo, guardato, περιτειχισμένος*, ſeptus, vallatus, firmatus, armatus, communitus. *Cic. 2. de nat. Deor. cap.* 57. Munita ſunt palpebræ tanquam vallo pilorum. *Id. Verr.* 7. *c.* 15. Nullius res tuta, nullus domus clauſa, nullius vita ſepta, nullius pudicitia munita contra tuam cupiditatem & audaciam poſſet eſſe. *Id. 2. ad Q. Fr. ep.* 3. *ante med.* Dicitque ſe munitiorem ad tuendam vitam fuam fore, quam Aſicanus fuiſſet. *Propert. l.* 4. *el.* 3. *v.* 8. munito Scricus hoſtis equo. *h. e.* thoracum munita tegminibus, & limbis ferreis cinctus, ut *Ammian. l.* 16. *c.* 12. (*al.* 16.) loquitur, cataphracto. *Plin. l.* 17. *c.* 10. *a med.* Solum elapidatam, munitumque ad incurſum etiam gallinacei generis. *tbuſo, diſeſo.* & *lib.* 19. *c.* 8. *a med.* Ruta tuncatur non ſine difficultate, pruritivis ulceribus, ni munitis manibus id fiat, oleove defenſis. *h. e.* velatis, *inguantate*, ut Celſus loquitur *l.* 21. *c.* 3. *circa med.* hac eadem de re verba faciens. *Suetou. in Aug. c.* 35. Lorica ſub veſte munitus. *Plin. l.* 15. *c.* 22. Nucum juglandium fetus tot modis munitus. *Caſ. l.* 3. *B. Gall. c.* 23. Oppidum & uetara loci, & manu munitum. *forte per natura, e per arte*. & *lib.* 4. *c.* 55. Et loci nature & manu munitiſſima caſtra. *Salluſt. in Jug. c.* 79. Oppidam & opsibus, & loco munitum. *Ovid. 25. Met. v.* 690. incurvu munitos aggere portus. *Salluſt. in Jug. c.* 50. Munito ugmine incedere, late explorare nmuia. *& cap.* 94. Muniti adverſum hoſtes non mœnibus modo, & armis, atque viris, ſed multo magis locorum uſperitate. *Liv. l.* 27. *c.* 30. Per munita pleraque tranſitu fratris, quæ antea inviu fuerant, ducebat. *ſtrade aperte, oppianate, acconciate. Sil. l.* 15. *v.* 516. qua munitum declivis ab ulto Agger monſtrat iter. ¶ *Collum munitum* apud *Ammian.* eſt veſtitum, ligatum, & quaſi collari clauſum addiſcimus: *lib.* 16. *c.* 12. (*al.* 16.) Et velut collo muſtin rectam aciem luminum tendens, nec dextra valtum, nec læva flectebat, tanquam figmentum hominis. ¶ Translate *Cic. pro Mur. c.* 27. Cujus ingenio paterni omnes neceſſarii munitiores eſſe debebant. *Id. l.* 2. *ad Attic. ſub fin.* Fiemiſſima benevolentia hominum munitus. *Salluſt. in Jug. c.* 38. Cujus impudentia contra jus & injurias omnes munitus foret. *Q. Cic. de petit. Conſul. c.* 7. Partis & fundatis amicitiis freta ac munitum eſſe. *Acame* apud *Cicer. l.* 1. *de Divin. c.* 22. Sapientia munitum pectus. *Cic. pro Flacc. c.* 41. Omnium bonorum præſidio non modo munitas, ſed etiam ornatus. *Id. de Haruſp. reſp. c.* 7. *ſub fin.* Domus humano & divino jure munita. *Id. pro Mur. c.* 10. *ſub fin.* Munita ad conſulatum vin. *Propert. l.* 3. *el.* 10. *v.* 17. Quid facies nullo munita puella timore?

MUNUS, ĕris, n. *dono, regalo, preſente*, δῶρον, *bienne*, tria ſignificat, uti docet *Paul. Dig. lib.* 50. *tit.* 16. *leg.* 18. primo donum a inde munera dari, mittier dicuntur: Secundo onus, quod cum remittatur, vacationem militiæ muneriſque præſtat: inde immunitas appellata: Tertio officium: inde munera militaria, & quidam militire munifices vocantur: & municipes dicuntur, quod munera civilia capiant. Hæc *Paulus*. Quomodo a *dono* differat V. *Donum*. *Cic. de Univ. in fin.* Philoſophiam adepti ſumus, quo bona nullum optabilius datum eſt mortalium generi deorum conceſſa atque munere. *Id. 2. de Divin. c.* 2. Quod enim munus reipublicæ afferra magis mulluſve poſſumus, quam ſi, &c? *Id. de Haruſp. reſp. c.* 4. Vir quaſi divino munere donatus reipublicæ. *Id. 6. Verr. c.* 27. Mittit homini munere ſatis large. *Catull. carm.* 12. *v.* 14. Num ſudaria Saxabe tu Ibera Miſerunt mihi muuſsi Fabullus, Et Veranius. *in dano*. (Adde *Nepot. in Pauſon. c.* 2.) *Plin. l.* 37. *c.* 5. Mittere aliquid alicui munere. *Ovid. 2. Amor. el.* 2. *v.* 65. Hunc feſtiva tuo libertas munere detur. *Tacit. 14. Ann. c.* 31. Quaſi ostam regionem muuſsi accipiſſent. *Virg. 5. Æn. v.* 282. Sergeſtum Æneas promiſſo munere donat. *Nep. in Thraſyb. c. ult.* Cum ei Mitylenzi multa millia jugerem agri muneri darent. *Hort. de B. Alex. c.* 36. Muuasa ferre alicui. *Horat. l.* 1. *ſat. 9. v.* 57. Muneribus ſervos corrumpere. *Virg. 4. Æn. v.* 217. munera templis ferre. *& lib.* 5. *v.* 532. magnis muneribus cumulare aliquem. *Salluſt. in orat. Licinii ad pleb.* Hac ire licet etqus illinc munere dirum dominorum. *Ovid. 1. Triſt. el. 6. v. 6.* Si quid adhuc ego ſum, munere omne tui eſt. *Horat. l.* 4. *od.* 3. *v.* 21. Tuum muneris eſt tui, Quod monſtror digita prætereuntium. *Ovid. Met.* 14. *v.* 124. Namiuis inſtar eris ſemper mihi, meque fatebor Muneris eſſe tui. ¶ Munera Liberi, *Horat. l.* 4. *od. ult. v.* 26. h. e. vinum. Munere terræ veſci, *Id. l.* 2. *od.* 14. h. e. frugibus. Munus Cereris, *Ovid. 10. Metam. v.* 74. h. e. cibus, panis. ¶ Altera notione eſt onus, officium, partes, *obbligo, dovere, carica, carica, officio, impiego, poſt, poſta*: & dicitur tum de privatis, tum de publicis, v. gr. magiſtratibus & adminiſtratione reipubl. *Cic. 1. de Orat. c.* 25. Magnum quoddam eſt onus atque munus, ſuſcipere atque profiteri, ſe eſſe, omnibus ſilentibus, unum maxime audiendum. *& lib.* 3. *c.* 30. Meque ad meam munus penſumque revocabo. *Id. 2. de Legib. c.* 3. Tanquam id habuerit aſperu ac muneris, ut, &c. *Id. pro Font. c.* 7. *ſub fin.* Non ſurdus judex huic muneri atque officio præeſt. *Id. 4. de Fin. c.* 14. O nus officium munuſque ſapientiæ. *Id. 1. de Orat. c.* 45. Honoribus & reipubl. muneribus perfunctus ſenex. *Id. Q. Fr. l. & ep.* 1. *ſub fin.* Extrema para & concluſio muneris ac negatii. *Id. Fam. 6. ep.* 14. Nullam prætermittere officii ſtudiique munus. *nemun parte del ſuo debito. Id. de Senect. c.* 11. Ita multi ſunt imbecilli ſenec, ut nullum officii, aut omnino vitæ munus exſequi poſſint. *Id. in Partit. c* 38. Eo expoſito munus promiſſi omne confecero. *Id. in ſomn. Scip. c.* 3. *a med.* Ne munus humanum aſſignatum a deo defugiſſe videamini. *Liv. l.* 24. *c.* 35. Iuter ſe munera belli partiti ſunt. *Cic. de clar. Orat. c.* 32. Magnum munus da jure reſpondendi ſuſtinere. *Id. l.* 1. *de Legib. c.* 3. *ſub fin.* Seneſtutis non tuertis grata atque honeſto munere fungi, conſulentibus reſpondendo. *Id. de Provinc. conſul. c.* 14. *ſub fin.* Explera ſuſceptum reſpubl. munus. *Liv. l.* 3. *c.* 6. *in f.* Munus vigiliarum obire. *Plaut. Teucul.* 1. 4. 76. curara. *Cic. 1. de Legib. c.* 5. Cujus muneris colendi efficiendique cauſa nati ſumus. *Terent. Adelph.* 5. 1. 2. Laute manus adminiſtrafti tuum. *Cal. ad Cicer. Fam. 8. ep.* 8. Deferre munus alicui. *Cic. de Senect. c.* 9. Adoleſcentuloe ad omus officii munus inſtruere. *h. e.* ad funcitonem, & neſcutionem officii. ¶ *Meum, tuum nunus eſt*, meæ, tuæ ſunt partes, officium meum, tuum eſt, a *me*, a *te* tocca, *d mio obbligo, o tuo. Cic. Fam. 16. ep.* 5. *a med.* Tuum eſt hoc munus, tuæ partes: a te hoc civitas exſpectat. *Id. 3. de Fin. c.* 2. *a med.* Hoc preprium tuum munus eſt, ut eruditatue, &c. *Id. pro Mil. c. 8. ſub fin.* Principum munus eſt reſiſtere levitati multitudinis. ¶ *Aliquid munus ſuum facere*, ad ſe, & in ſuum erbitriam trahere. *Tacit. 15. Ann. c.* 52. Veſtibi quoque conſulis acre ingenium vitaviſſe Piſonem credideruut, ne, delecta imperatora alia, ſui muneris rempublicam faceret. *traſſe a ſe tutto il governo.* ¶ Per metonymiam *munus* eſt opus ipſum, quod in aliquo munera fit, *opera. Cic. in proœm. Verrad. ſub fin.* Accipias igitur hoc parvum opuſculum, lucubratum hi jam contractioribus noctibus: quoniam illud majorum vigiliarum munus in tum nomine apparuit. *Id. l.* 3. *Offic. c.* 1. *ad fin.* Nulla ejus ingenii monumenta mandata litteris, nullum opus otii, nullum ſolitudinis munus exſtat. ¶ Pro funere & exſequiis, quod ſupremum uſt officium & munus defuncti debitum, *eſequie, funerale: Nep. in Eumen. c.* 4. *extr.* Pro homine dignitate, proqus perſtina amicitia ampio munere extulit. *Valer. Max. l.* 8. *c. ult. n.* 2. Quotieſcumqus munus aliquod Cornelia genti celebrandum eſt. Plerique alii utroque loco leg. *funus*. Sed non deſunt loca alia, in quibus *munus* de exſequiis dicitur. *Virg. 11. Æn. v.* 25. egregias animas decorate ſupremis muneribus. *Catull. carm. 99. ad Frat.* Ut te ſupremo donarem munere mortis. *Val. Flacc. l.* 5. *v.* 13. inter lacrimas, interqus extrema virorum Muneia. *& l.* 3. *v.* 312. date debita cæſis mu-

munere. *Ovid.* 13. *Metam.* *v.* 545. tibi munere matris Contingent fletus, peregrinæque hauſtus arenæ. *Stat. l.* 2. *ſilv.* 1. *v.* 165. deſunt in reuneta flammæ. *Virg. Æn.* 6. *v.* 885. animamque nepotis His ſaltem accumulem donis, & fungar inani Munere. ¶ Tertia *munera* ſignificantia eſt ludorum, & ſpectaculorum, ut ſunt venationes, naumachiæ, gladiatorum pugnæ, epulum publicum, & ſimilia his, quæ a magiſtratibus, præcipus ab Ædilibus, populi oblectandi cauſa, edebantur, *feſte, gymnici*. Ratio appellationis, quia tanquam donum dabantur populo in remunerationem accepti ab eo honoris: vel quia (loquendo de munere funebri) ut ait *Tertull. de Spectac.* *c.* 12. munus dictum eſt ab officio, quoniam officium etiam manenis nomen eſt. Officium autem mortuis hoc ſpectaculo faciebant, Veteres arbitrabantur. *Cor. in Varin.* *c.* 12. *extr.* Ita illud epulum eſt funebre, ut munus ſit funeris, epulæ quidem ipſæ dignitatis. *Id. pro Sext.* *c.* 58. Maximum populi judicium univerſo conſeſſu gladiatorio declaratum eſt. erat enim munus Scipionis, dignum & eo ipſo, & illo Q. Metello, cui dabatur. *Id. Q. Fr. l.* 3. *ep.* 8. *fin. fin.* Munus reagnificam dare. *Id. pro Sull.* *c.* 19. præbere. *Id.* 2. *Offic.* *c.* 16. *ad fin.* Functus eſt Ædilitio maximo munere. *& mox.* Magnificentiſſima noſtri Pompeji munera ſecundo conſulatu. *Id.* 2. *Philip.* *v.* 45. *ſub fin.* Muneribus, monumentis, congiariis, epulis multitudinem lenire. *Sueton. in Tito*, *c.* 7. Munus edidit apparatiſſimum largiſſimamque. *Martial.* de naumachia, *de ſpectac. epigr.* 24. Cui luy prima ſacri muneris ipſa fuit. *ſacri* quia in honorem Nepotum: vel quia a Domitiano exhibita. *Lactan. l.* 6. *c.* 20. *ſub fin.* Venationes, quæ vocantur munera. *Plin. l.* 33. *c.* 3. *a med.* Cæſar primus in Ædilitate, munere patris funebri, omni apparatu arenæ augentso uſus eſt. ¶ *Munera* etiam vocantur publica ædificia ab aliquo extructa in commodum populi. *Veller. l.* 2. *c.* 130. Pompeji munera abſtrepta igni. *b. e.* theatram. *& cap.* 48. Pompejus perfectis maceribus theatri & aliorum operum, quæ ei circumdedit, &c. *Aldrovo. ad Liv. ol.* 1. *v.* 287. Nec ſus conſpiciet (miſerum me!) munera Druſi. *b. e.* eidem Concordiæ, quam, eo mortuo, Tiberius dedicavit, ut *Sueton. c.* 20. narrat. *Ovid.* 1. *de ar. am. v.* 69. Aut ubi muneribus noti ſuo munere matet Addidit, externo marmore dives opus. *b. r.* theatro Marcelli porticum Octaviam: da quibus V. *Sueton. in Aug. c.* 29. Fuit autem Octavia Marcelli materi, Auguſti ſoror. ¶ Olim *munus* ſcripſere, ut *munus* pro *munere*. V. *Munera*.

MUNUSCULUM, li, *picciol dono, preſentuccio, regaluccio, δωρακιον*, parvum munus. *Cic. 9. Fam. ep.* 12. Hoſpiti veteri & amico reunuſculum mittere volui levidenſa, cuiſſo filii. *Id.* 3. *Offic.* *c.* 18. Alieni facinoris munuſculum non repudiarunt. *Horat. l.* 2. *ep.* 7. *v.* 17. Non inviſa feres pueris munuſcula parvis.

MUNYCHIA, æ, f. *Munichia, Mocno, Μουνιχια*, portus Atticæ Piræeo proximus, inter illum ad Occ. & Sunium prom. ad Or. apud Iſtri ſt. oſtium, a Munycho Principe filio Panteuci, qui ibi templum Dianæ, al. Palladi exſtruxit, quæ proptsrea Munychia cognominata eſt. *Pauſan. in Att. ſub init.*

MUNYCHIUS, a, um, Athenienſis. *Ovid.* 2. *Met. v.* 709. Munychioſque volans agros, gratamque Minervæ Deſpiciebat humum. *Stat. l.* 5. *ſilv.* 3. *v.* 187. Munychia arces. *Id.* 12. *Theb. v.* 616. qui rura laceſſunt Munychia, & trepidis ſtabilem Pyræa montia. *& lib.* 2. *v.* 252. Munychia juga.

MURÆNA, æ, f. *marena, μαινα*, piſcis longitudine non diſſimilis anguillæ: a Græco nomine allato. Feminini tantum ſexus eſt. Nare maſculus teſte *Plinio l.* 9. *c.* 23. myrus vocatur, robuſtior quam muræna, & nonnulli. *Plaut. Aulul.* 2. 9. 2. Congrum, murænæ ſardoniæ, quantum potes. ¶ Optimæ inter murænas habebantur, quæ capiebantur in freto Siculo, quas *Mocrob. Saturn. l.* 2. *c.* 12. ex *Varrone* ſatas vocari ait, quod in ſumma aqua per pinguedine ſtutentur. *Martial. l.* 13. *epigr.* 80. Quæ natat in Sicula grandis murena profundo, Non velet exoſtam mergere Sole cutam. ¶ Fuit hoc piſcis genus apud veteres in maximis deliciis, partim ob præſtantiam ſaporis, partim ob inſignem vivacitatem, partim etiam quia dominum agnoſcere diſcebant, & ad manum accedere. *Martial. l.* 10. *epigr.* 30. Natat ad magiſtrum delicata muræna: Nomenclator magiſtem citat notum. *Plin. l.* 9. *c.* 55. Hortenſius orator muræuam adeo dilexit, ut examinatam ſeſti credatur. Antonii Druſi, muræuæ, quam diligebat, inaures addidit. ¶ Inter varia menſarum citrearum vitia enumerat *Plin. l.* 13. *c.* 15. *a med. muræuam nigri limite trofcarremem*. h. e. nigram longamque venem in muræuæ modum. ¶ Fuit cognomen Romanum in gente Licinia, inde ductum, quia prireus ejus familiæ muræuis valde delectabatur. *Colum. l.* 8. *c.* 16. & *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 10. *extr.* In quetuor nomis ejuſd. gentis, apud *Patin. de famil. Rom. pag.* 149. & in *Faſtis Capitolin.* apud *Grater. pag.* 295. legitur *Murena* ſine diphthongo.

MURÆNIANUS, a, um, ad Muræuam pertinens, quod eſt nomen R. *Muræniana oratio* apud *Martian. Capell. l.* 5. *pag.* 172. eſt, quam Cicero pro L. Licinio Muræna habuit.

MURÆNULA, æ, f. parvo muræna. *Hieronym.* in *præfat. in Job.* Ut ſi velis anguillam, aut muræuulam ſtrictis manibus tenere; quanto fortius preſſeris, tanto citius elabitur. ¶ In Sacris Litteris *Com.* *c.* 10. & alibi eſt catenula, torquis, colli ornamentum, ad reuræuæ figuram. *Id. Hieronym. epiſt.* 24. (*al.* 25.) *ad Marcell. de laudib. Afella, ante med.* Aurum colli ſui, quod quidem muræuulam vulgus vocat, quod metallo in virgulas lenteſcentis, quadam ordinis ſtructura catena contexitur, vendidit.

MURALIS, le, *de muro*, *τειχικὸς*, ad murum pertinens. *Cæſ. l.* 2. *c.* 33. & *Plin. l.* 22. *c.* 30. Muralis herba. *Cæſ. l.* 5. *B. Gall. c.* 39. & *lib.* 7. *c.* 72. Muralia pila. *b. e.* quibus pugnatur e muris. *Virg.* 12. *Æn. v.* 921. Muralis tormentum. *b. r.* mutis quatiendis. Sic *Plin. l.* 7. *c.* 56. *a med.* Muralis machina. Sic *Sil. l.* 6. *v.* 269. Donec muralis balliſta coercuit ictu. *Id. l.* 8. *v.* 555. muralis foſſa. *b. r.* quæ ſub reuris eſt. ¶ *Murales falces* arant inſtrumenta diruendis mutis idonea: quarum formam ita deſcribit *Veget. l.* 4. *de re milit. c.* 14. De materia, ac tabulatis teſtudo contexitur, *&c.* Hæc intrinſecus accipit trabem, quæ aut adunco præfigitur ferro, & falx vocatur, ab eo quod incurva eſt, aut de muro extrahat lapides: aut certe ipſius caput veſtitur ferro, & appellatur aries, &c. *Cæſ. l.* 3. *B. Gall. c.* 14. Falces præacutæ, inſertæ aſſixaque longuriis, non abſimili forma murelium falcium. ¶ Apud *Liv. l.* 23. *c.* 18. & *Plin. l.* 7. *c.* 28. Muralis corona. *b. e.* qua donabatur is, qui primus obſeſſæ urbis reurum aſcendiſſet, ut *Gell. l.* 5. *c.* 6. docet. Apud *Lucret.* vero dicitur muralis corona *l.* 2. *v.* 606. quæ eſt in capite Magnæ deum Matris, quæ turrita pingitur, qua Tellus, quam des ipſa ſignificat, eximiis munita locis ſuſtinet urbes. ¶ Murelis honos *Claudiano de laudib. Serenæ*, *v.* 182. eſt muralis coronæ decus virtute partum.

MURATUS, a, um, *muratus, muros habens, τειχιζομενος*. *Veget. l.* 1. *de re milit. c.* 22. *de caſtrorum munitione*. Muretum civitatem videntur ſecum ubique portare. Adde *lib.* 3. *c.* 8. *ſub fin.*

MURCIA, æ, dea amoris, ſeu Venus, a myrto dicta: unde & *Murtea* legitur, & *Myrtea*, teſte *Plin. l.* 15. *c.* 29. & *Varr. l.* 4. *de L. L. c.* 32. *a med.* Cauſa hujus appellationis eſt, quia ut *Serv.* tradit *ad Eclog. Virg.* 7. *v.* 62. cum recens nata Venus aſſiſtet e mari, in myrto latuit, ne nuda conſpiceretur. Paulo aliter *Ovid. Faſt.* 4. *v.* 141. Litore ſiccabat rorantes nuda capillos: Viderunt Satyri, turba proterva deam. Senſit, & appoſim texit ſua corpora myrto: Tuta fuit facto, *&c. Idem Serv. ad l.* 2. *Georg. v.* 64. alias duas addit cauſas, quia myrtus amat litora, quæ ſub Venere ſant de mari nata, & quia, ut Medicorum indicant libri, hæc arbor apta eſt mulierum neceſſitatibus plurimis. ¶ Eadem eſt dea feminum, quæ-que homines murcidos facit, ut ait *Auguſtin. l.* 4. *de Civ. Dei*, *c.* 16. Adde *Arnob. l.* 4. *pag.* 132. ubi al. leg. *Murcido*. ¶ Hajus deæ templum ſuit ſub Aventino, qui antea Murcus vocabatur. *Feſtus*, & *Liv. l.* 1. *c.* 33. V. alia huc pertinentia in *Murcus*.

MURCIDUS, a, um, defidinſus, inactuoſus, ignavus, ſtultus. *Auguſtin. l.* 4. *de Civ. Dei*, *c.* 16. Dea Marcia, quæ præter modum non reoveret, ne facetet hominem, ut ait Pomponius, murcidum, ideſt nimis deſidioſum, & inactuoſum. V. *Murcidus*.

MURCIDLUS, & Murceolus. V. *Myrteolus*.

MURCIUS, & Martius, a, um. Murcius, ſeu Murtius metus, Veneri ſacrus, areduntur fuiſſe Romæ in Circo. *Apul. l.* 6. *Metam.* Murtiare enim, ut ait *Tertull. de Spectac. c.* 8. diam amoris volunt: unda has matas idolum fecerunt. A *myrto* autem, quæ Veneri eſt ſacra, retin nominis ducta eſt, ut in *Murcia* diximus. Huc faciunt verba *Varron. l.* 4. *de L. L. c.* 32. *a med.* Intimus Circus ad Murtium vocatus, ut Procilius ajebat, ab urceis, quod ea locus aſſet inter Galos. Alii eſſa dicunt a murteto declinatam, quod ibi id fuerit: cujus veſtigium manet, quod ibi ſacellum etiam nunc Murtiæ Veneris. Hæc *Varro*. Hunc eundem locum deſignet *Claudian. l.* 2. *in I. conſul. Stilich. v.* 404. Ad cælum quoties vallis tibi Murtia ducat Nomen, Aventino, Pallanteoque recuſa.

MURCUS per contemptum appellabatur a Gallis, qui ne reilitia onus ſubiret, pollicem ſibi præcidebat: quaſi *marcidus*. *Ammian. l.* 15. *c.* 12. (*al.* 29.) Nec quiſquam munus Martium pertimeſcens, pollicem ſibi præcidit: quos localiter (al. *localiter*) murcos appellant. *Localiter* eſt ab incolis loci dictum. Sunt autem leges *Valentia. & Valent. in Cod. Theodoſ. lib.* 7. *tit.* 13. *leg.* 4. & 5. item *Dig. lib.* 49. *tit.* 16. *leg.* 4. quibus graviter puniantur, qui ſe, ne milites ſint, hac retione debilitaverint. ¶ Origo vocis Latina eſt. V. *Murcus*, & *Murcedus*.

MUREX, ricis, m. *πορφυρα*, piſcis ex genere concharum, qui & *buccinum* dicitur: qua in voce de notatione nominis dictum eſt. Erat purpura in cibis: & præterea ex ejus contriti ſanguine, ſea ſanie color purpureus olim fiebat: unde & pro purpura, & pro ipſo colore accipitur. *Colum. l.* 8. *c.* 16. *a med.* Limoſa regio maxime idonea eſt conchyliis, muricibus, & oſtreis. *Horat. l.* 2. *ſat.* 4. *v.* 32. Murice Bajano malim Lucrino peloria. *Martial. l.* 13. *epigr.* 87. cujus lemma *Murices*. Sanguine de noſtro tinctas, ingrate, lacernas Induis: & non eſt hoc ſatis: eſca ſumus. *Virg.* 4. *Æn. v.* 262. Tyrioque ardebat murice læna. *Id. Ecl.* 4. *v.* 43. Ipſe ſed in pratis aries jam ſuave rubenti Murice, jam croceo mutabit vellera luto. *Id.* 9. *Æn. v.* 614. picta croco, & fulgenti murice veſtis. *Sil. l.* 4. *v.* 326. auram præfulgens murice ductor Sidoniæ. *Martial. l.* 8. *epigr.* 72. murice cultus libellus. Diſtinguit *Colum. l.* 8. *c.* 16. *a med.* a conchyliis muricem. Sic *Serv. ad Virg. Ecl.* 4. *v.* 44. Murex eſt cochles ſimilis conchyliis. Eſt enim uterque ex genere teſtaceorum: ſed ſpecie differunt tamen, item guſtu, & colore ſaniei. Ceterure Scriptores conchylium, muricem, purpuram paſſim confundunt. Muricem enim *Martial.* pro conchylio poſuit *l.* 1. *epigr.* 50. *v.* 31. Lunata nuſquam pellis, & nuſquam toga, Olidæque veſtes murice. *olidum* dixit, quia, ut *Plin.* docet *l.* 9. *c.* 39. in conchyliata veſte tingenda jus temperetur aqua, &, pro indiviſo, humani potus excremento. De hoc odore rurſus *Martial. l.* 4. *epigr.* 4. & *lib.* 9. *epigr.* 63. ¶ Epitheta *murecis* a locis ducta ſunt, Gætulus, *Horat. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 181. quia, ut ait *Plin. l.* 5. *c.* 1. *a med.* omnes Gætuliæ ſcopuli ea abundant: Afer, *Id. l.* 2. *ad.* 16. *v.* 36. Sidonius, *Tibull. l.* 3. *el.* 3. *v.* 18. Tyrius, *Id. l.* 2. *el.* 4. *v.* 28. Phocaicus, *Ovid. 6. Metam. v.* 9. Serranus, *Sil. l.* 15. *v.* 205. ¶ Translate a teſta hujus piſcis *murex* dicitur concha, qua oleum, unguentum, aut hujuſmodi quippiam ſervatur. *Martial. l.* 3. *epigr.* 82. *v.* 26. Et Coſmianis ipſe

ſuſos ampullis Non audiſcit murica nureo nobis Dividere mœchæ pauperis capillare. ¶ Item tuba, qua utuntur Tritones: quæ & concha appellatur. Hujus quoque appellationis ratio in *Bustaum* dicta eſt. *Val. Flacc. l.* 3. *v.* 716. Dat procul interea toto patet æquore ſignum Phorcyn, & immanes intorto murica phocas Contrahit antra petens. Quod *intorto* dicit, ſatis ſignificat muricum teſtam intortam convolutumque fuiſſe, qualie eſt cochleæ in cauda. Hinc *Plin. l.* 9. *c.* 33. inter varia concharum & muricum genera ponit ea, quæ ſunt *verſæ muricatim intorto*. ¶ Præterea ponitur pro teſta aſpera, & acuminibus obſita, qualis in muricibus, aliiſque marinis conchis cernitur. *Ovid.* 8. *Met. v.* 563. Summa lacunabant alterno murice conchæ. *& lib.* 1. *v.* 331. humeros innato murice tectum, Cæruleum Tritona vocat. *Claudian. in nupt. Honor. & Mar. v.* 150. *de Venere Troianem inſidente*. vivo ſqualentia murice terga Purpureis mollita roſis. ¶ Et pro aſperitate, & acuminibus ſaxi. *Virg.* 5. *Æn. v.* 205. & acuto in murice remi Obnixi crepuere, illiſaque prora pependit. *Sil. l.* 17. *v.* 277. tum murice acuto Diſſiliens ſonuit, illiſaque prora pependit. *Plin. l.* 19. *c.* 1. *ſub fin.* Cato ſternendum forum muricibus cenſuerat. *l.* 1. ſaxis minutie acutiſque, ut litigantes ranua, ne minus libenter in eo verſareotur. *Prudent. περὶ στεφ.* 2. *de S. Vincent. v.* 446. Scabri petrarum muricis. ¶ Et pro freno aſperiore, & acuminibus inſtructo, vel etiam ex teſta muricis confecto. *Stat. l.* 1. *Achill. v.* 281. *de Thetide*. Elicit inde frenis, & acuto murice frenat Delphinas bijuges. ¶ Denique *muricis*, τριβόλου, ſunt inſtrumenta, ſeu machinulæ ferreis inſtructæ cuſpidibus, tetragona forma, quæ in quamcumque partem inciderint, aculeos uliquos protendunt: unde in terram dolose conjici ſolent, ut iis hoſtium equitatus ingruens induatur. *Val. Max. l.* 3. *c.* 7. *n.* 2. Ut circa mœnia ferreos muricis ſpargeret, &c. *Curt. l.* 4. *c.* 13. *ſub fin.* Muricis ferreos in terram defoſſos Durium, qua haſtem equites emiſſurum eſſe credebat. ¶ In illo *Gell. l.* 6. *c.* 4. Captivos in armario muricibus præfixo deſtitatos, & inſomnia cruciatos, &c. vel militares illi muricis, vel aculeati quicumque ſtimuli ad pungendum & lacerandam intelliguntur.

MURGENTINUS, a, um, ad Murgentum pertinens, quod eſt Siciliæ oppidum. Hinc *Murgentini*, *orum*, ajus cives, apud *Plin. l.* 3. *c.* 8. *a med.* Murgentinus ager, *Cic. Verr.* 5. *c.* 18. Murgentina vitis, aut nea, quæ & Pompejana, *Plin. l.* 14. *c.* 2. *ſub fin.* & *Colum. l.* 3. *c.* 2. *a med.* & Murgentinum vinum, *Cato R. R. c.* 6. & *Plin. l.* 14. *c.* 4.

MURGISO, callidus morator (*al.* murmuratos) ut *Gloſſ. Iſid.* explicant. Eſt a mora, & detiſione, ut *Feſtus* docet, quaſi *moreiſe*.

MURIA, æ, ſ. *ſalamuria*, ἅλμη, *τάριχος*, falſugo, aqua ſalſa, liquor ex ſale reſolutus, quo aliquid macteatur, & ſervatur. Videtur eſſe per aphæreſim ab ἁλμυρὶς, falſus. Duplex eſt, dura, & ſoluta. Fit autem ſoluta, quæ ad vini condituram paratur, ex aqua marina, eel etiam dulci, decocta ad tertias, & ſale ac melle condita, ut pluribus *Colum. l.* 12. *c.* 25. & *Cato R. R. c.* 105. docent. Duræ faciendæ mtioneam *Colum. ibid. cap.* 6. tradit, ea aqua cælefti, vel fontana iofolata diu, & candido ſale tanoiiu condita, donec ipſum ſal liqueſcere deſinat, & integer permaneat. tunc enim matura eſt, alioquin cruda. Ea conſiuntur ac ſervantur multa, quæ in uſum ciborum reponuntur, ut cymæ, capparis, caulis, oleæ, &c. Hæc utebantur atiam pro ægrotie. *Celſ. l.* 4. *c.* 9. *de lenuoſis*. Edenda ſunt ſalſamenta, eel oleæ ex muria dura. *Id. ibid. de tormentibus, cap.* 15. Portulacam vel coſtam, vel ea dura muria ediſſa. *Colum. ctr. cap.* 25. Quoniam quidam, imo etiam fera omnes Græci, aqua ſalſa, vel muria inuſum conduut. *Cato R. R. c.* 7. Oleæ condantur vel virides in muria. *Celſ. l.* 4. *c.* 15. Muria dura quam aſperrima uti. *Colum. l.* 6. *c.* 30. *ſub fin. de iumentis bile laborantibus*. Alii marina aqua lavant alvum, alii recenti moria. ¶ Eſt item *muria* liquamen thynnorum, ut gerum ſcombrorum: illud emt pauperum, hoc divitum. V. *Garum*. Fit etiam ea mœnis, ut ex *Plin. l.* 26. *c.* 4. *ſub fin.* colligitur: item ex alia piſcibus. *Perſ. ſat.* 6. *v.* 20. Tingit olus ſiccum muria vafer in calice empta. *Plin l.* 31. *c.* 7. *circa med.* E muria ſalſamentorum ſal recoquere. ¶ De muria thynnorum eſt illud *Mantl. l.* 5. *v.* 668. Altem ſit cædis cædes: ſcinduntur to ertus Corpora, & ex uno varius defæbitur uſus. Illa datis meltor ſaccie pars: illa retentis. Hinc ſaoles pretioſa fluit, floremque cruoris Evomit, & mixto guſtum ſala temperat ori. ¶ *Quintil. l.* 8. *c.* 2. reprehendit oratorem quendam, eo lis, qui omnia, quæ ſunt in uſu reformidant. nam ut *ſalſamenta* vitaret, *durare muria piſces* dixerat. ¶ Narat *Aurel. Vict. de Vir. illuſtr. c.* 66. cum M. Livius Druſus Philippo conſuli, legibus Agrariis reſiſtenti, ita collum in Comitio obtorſiſſet, ut ſanguis ai e naribus effluereet, dixiſſe, hauriam exprobrando, illum ſanguinem muriam de turdis eſſe, quia Philippus turdos ſæpiſſime eſitabat.

MURIATICUS, a, um, *rendito in ſalamuria*, in muria conditus, ἁλικὸς. *Plaut. Pœn.* 2. 2. 31. Soror, cogita, amabo, item noe perlibeſi, quaſi ſalſa muriatica eſſe autumantus, ſine omni iepore, & ſine ſuavitate: niſi multa aqua uſque & diu macerantur, olent, ſalſa ſunt, tangere ut non velis. *& verſ.* 38. Coqua aſt hæc, ut opmoe: ſcit, muriatica ut maceret.

MURICATIM, adverb. convolutim, muricum inſtar. *Plin. l.* 9. *c.* 33 Vertice muricatim intorto. V. in *Murex*.

MURICATUS, a, um, muricis modo factus. *Plin. l.* 20. *c.* 23. *de cardaus*. Utrique folia pauca, ſpinoſa, muricatis cacuminibus. ¶ Tranſlata *muricata greſſus* pro formidoloſis, ſeu timendis dicuntur, quaſi per murices ferreos fiant. *Fulgent. l.* 2. *Myth. poſt init.* Muricatos, quod ajunt, ſigillaverunt greſſus.

MURICEUS, a, um, ad murices pertinens, vel aſper, aculeatus, ſcmpoſus. *Auſon. ep.* 9. *v.* 4. Oſtrea muriceis ſcopulorum merſa lacunis.

MURICTDUS, a, um, ignavus, imbellis, ſluſtus: quaſi mures cædia valene, *μυσσύνιος*. *Plaut. Epid.* 3. 1. 11. Væ tibi, muricide homo. Eſt qui legat *muricide*. V. *Muricidus*, & *Murcus*. ¶ Apud *Feſt.* ſcribitur *murricidus*: quod nollent Critici.

MURIES, ei, ſ. idem ac muria. *Cat. R. R. c.* 88. Si natabit, ea minues erit, qua vel carnem, vel caſeos, eel ſalſamenta condias. ¶ Muriem *Feſtus* ex Veranii ſententia interpretatur ſalem in pila tuſum, & in ollam fictilem conjectum, ibique opertum, gypſatumque, & in furno pereoctum, quo Veſtales ferra ferrea ſecta, & in feſtam conjecto, quæ erat intus in ade Veſtæ, in penu exteriore, aquam jugem ſdilentes, vel quamlibet, præterquam quæ per ſſluas venit, to ſacrificens utebantur. V. *Exſis*.

MURILEGULUS, li, m. *μυρωθηκοπώλης*, qui murices piſcatur in oſum purpuræ. Eſt titulus ſeptimus *lib.* 11. *Cod. Juſtin.* & eigeſimus *lib.* 10. *Cod. Theodoſ.* inſcriptus *de murrilegulis, & gynæciariis*, &c. ubi multa de hia.

MURINUS, a, um, *de ſuccio*, ὑπνον, *μυρτὰς*, ad mures pertinens. *Plin. l.* 30. *c.* 9. *ſub fin.* Murinus ſanguis. *Id. l.* 29. *c.* 6. *ante med.* Murina pellis. *Id. lib.* 30. *c.* 13. Murinus ſimus. *Serem. Sammon. c.* 49. *v.* 910. Aut facilem jecoris murini ducere fibram. ¶ *Murinus color* qualis fere eſt in aſinis. *Colum. l.* 6. *c.* 37. *circa med.* Murinus color cum ſit in aſino vulgaria, tum etiam non optime reſpondet *in* mula. Adde *Varron.* apud *Non. c.* 2. *n.* 87. ¶ *Murinum hordeum* herba eſt, quæ Græco nomina herba Phœnicea dicitur. Hæc trita, & in vino pota mexſibus prodeſt. *Plin. l.* 22. *c.* 25. *ante med.* ¶ Quod *Juſtin. l.* 2. *c.* 2. *murinis pellibus, aut ſcrotis* uti Scythas tradit, intelligit pelles a majuſculis animalibus, illius regionis propriis, ut ſunt feles agreſtes, vulpeculæ, & quos hermelinos, & martes vocant, & hujuſmodi: & lortaſſe bi habent & mures eiuſdem ſpeciei cum noſtris, ſed majores tamen, quorum pelles veſtibus cooficiendis aptæ ſint. *Ferinas* vero *pelles* intelligit majorum ferarum, ut luporum, tigrium, leonum, pantherarum, &c. V. *Mus*. ¶ *Auricula murina* apud *Scribon. Larg. compoſ.* 153. herba eſt, de qua V. in *Myoſota*. ¶ De Murinis campis V. *Campe*.

MURMUR, uris, n. *murmurio, ſtrepito, bisbiglio, ſuſurro*, ψόφος, decurrentis equæ, vel maris & fluctuum ſtrepitus, ſuſurrus. Vox eſt a ſono ficta, teſte *Quintil. l.* 8. *c.* 6. *ante med.* ut *mugitus, ſibilus*: a ſono, inquam, non Latinæ litteræ *u*, ſed Græcæ *o*, & *v*. Eſt enim a μυμύω, quod indubem fictum eſt. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 40. Nam & oder urbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris, & dulcedo otiatioois ſunt ducta a ceteris ſenſibus. *Horat. l.* 1. *ep.* 10. *v.* 21. Aqua per pronum trepidat cum murmure rivum. *Virg. Georg.* 1. *v.* 109. unda cadens raucum per leuia murmur Saxa ciet. *Ovid. de remed. amor. v.* 177. jucundo labentes murmure rivos. *Lucret. l.* 6. *v.* 141. Sunt etiam fluctus pei nubila, qui quaſi murmur Dant inſingendo graviter, quod item ſit in altis Flumiuibus, magnoque mari, cum franguntur æſtu. *Propert. l.* 4. *el.* 7. *v.* 4. Murmur ad extremæ ſuper humata viæ. *h.e.* ad ripam Amenis fluvii, cum murmure labentis. Al. leg. *ululatus* minus recte. ¶ Tranſlate dicitur de quocumque ſtrepitu. *Virg.* 4. *Æn. v.* 160. magno miſceri murmure cælum. *Id. Ecl.* 9. *v.* 58. ventoſi ceciderunt murmuris auræ. *Sust. in Calig. c.* 51. Ætnzi vertices ſumo ac murmure pavefactus. *Plin. l.* 2. *c.* 80. *de terræ motu*. Præcedit murmur ſimilius mugeutibus, aut elamori humano, armorumve pulſantium ſragori. *Val. Flacc. l.* 2. *v.* 338. clauſæ murmura flammæ. *Plin. l.* 28. *c.* 7. *circa med.* Lacta mulierie murmura aurium excem. *Intercurſura. Martial. l.* 8. *epigr.* 55. Auditur quantum Mattyia per avia murmur, Innumero quoties lilea leone furit. *Sil. l.* 3. *v.* 658. alta ſonoro, Colliſis trabibus voleuntur murmura luco. *Stat.* 12. *Theb. v.* 170. Tigridis Hircanæ jejonum murmur. *Propert. l.* 4. *el.* 4. *v.* 50. tubicen ſera murmura conda. *Lucan. l.* 9. *v.* 349. *de Tritone*. ventoſa perſtantem murmura concha. *Horat. l.* 2. *od.* 1. *v.* 17. minaci murmure cornuum Perſtrinxis aures. *Ovid.* 14. *Met. v.* 537. Aera complere ſoliti murmura busi. *Virg. 6. Æn. v.* 709. *de apib.* ſtrepit omnis murmure campus. *Martial. l.* 9. *epigr.* 70. *de laude mapſiro*. Murmure jam ſavo, verberibuſque tonas. ¶ De ſubmiſſa voce, aut inarticulata, *Plaut. Rud.* 5. 3. 48. Palam age: nolo murmur ullum, neque ſuſurrum fieri. *Liv. l.* 45. *c.* 1. Murmur repente populi tota ſpectacula pervaſit, *deviſum* regem eſſe. *Stat.* 10. *Theb. v.* 440. *de moribundo*. ſupremaque murmura volvene. *barbotamento. Propert. in fi. el.* 4. *l.* 2. commemere murmum ſamæ. *Virg.* 11. *Æn. v.* 239. ſerpitque per agmina murmur. ¶ Et præcipue de precibus ſubmiſſa voce conceptis. Mos enim erat, ut qui cupide ardenterque aliquid a diis peterent, præſertim ſi turpe eſſet votum, ut de forma, divitiis, ultimo, & hujuſmodi, ſubmiſſius peterent; ne ab aliis exaudirentur. Unde *Senec. ep.* 10. *ſub fin.* Tunc ſcito te eſſe omnibus cupiditatibus ſolutum, cum ea perveneris, ut nihil Deum roges, niſi quod rogare poſſis palem. Nunc enim quanta demenria eſt hominum! tuptiſſima vota diis iuſuſurrant: ſi quis edmovesit aurem, conticeſcent: & quod ſcire homines nolunt, Deo narrant. *Perſ. ſat.* 2. *v.* 6. Haud euivis promptum eſt murmurque, humileſque ſuſurros Tollere de templis, & aperto vivere voto. *Petron. in Satyr. c.* 85. Timuiſſimo murmum votum feci. *Ovid. 7. Met. v.* 251. Placara deos precibus & murmure longo. V. *Endoudyo, Juvenal. ſat.* 10. *v.* 289. Formam optat modico pueris, majore puellis Murmure, cum Veneris fanum aadet anxia mater. ¶ Idem fereabatur in ſacris arcanis, & nocturnis. *Val. Flacc. l.* 7. *v.* 463. Carmina nunc totos volvit, ſigitque per artus Æſonidæ, & totum ſepte-

ſepteno murmure ſertur Per clypeum . *Sidon. carm.* 2. v. 85. Chaldæus in extis Pontificum de more ſenex arcana peregit Murmura . ¶ Maſculino genere eſtulit *Varro* apud *Non. c.* 3. *n.* 142. Acciti ſumus, ut deponeremur : murmur ſit verue .

MURMURABUNDUS, a, um, valde murmurans . *Apul. l.* 2. *Metam.* Qui cunctorum obſtrepitione confuſus, indigna murmurabundus, cum vellet exſurgere, &c.

MURMURATIO, nis, *f.* μορμυρισμός, actus murmurandi . *Plin. l.* 10. *c.* 3. Murmuratio querula aquilarum . ¶ Item fremitus renuentis, & contradicentis . *Senec. ep.* 107. *c med.* Optimum eſt, Deum ſine murmuratione comitari . *Senec. de brevitate vitæ* . & *lib.* 5. *de benef. c.* 15. Nec eſt, quod hæc tantum noſtram murmuratiouem putes , pro peſſimo prævoque numerantium , quidquid citra rectæ formulam cecidit .

MURMURATOR, orie, m. *murmuratore*, obtrectator . *Auguſtin. l.* 2. *Retract. c.* 20. Illi adverſus Deum murmuratores, qui profecto alias uſicæ non defidurrent, ſi hoc eis ſaperet manna, quod vellent. Adde *Faſt. in Summiſſ.*, ubi eſt ſubmiſſe loquens.

MURMURATUS, a, um. *Apul. in Apolog.* Magia occulta non minus, quam tetra, plerumque noctibus vigilata, & carminibus murmurata.

MURMURILLO, as, n. *ſubmurmuro* . *Plaut. in fragm.* apud *Non. c.* 2. *n.* 572. Quid murmurillas tecum, & te diſcrucias ?

MURMURILLUM, li, *n.* ſubmurmuratio. *Plaut. Rud.* 5. 3. 48. Nolo, murmurillum, neque fuſurrum fieri. Ita *Non.* legit *cap.* 2. *n.* 572. Alii *murmur illum* .

MURMURO, as, avi, atum, a. 1. *murmorreggiare, mormorare, romboreggiare, far grande ſtrepito, mormorio*, ſonum confuſum edo, ſtrepo : & proprie dicitur de aquis. Factum eſt enim imitatione illius ſonitus, ut in *Murmur* dictum ſit, *& Auſt. ad Hebræum. l.* 4. *c.* 31. *c med.* & *Varr. l.* 5. *de L. L. c.* 7. *c med.* docent . *Cic.* 5. *Tuſcul. c. penult.* Fremitus murmurantis maris . *Varr. loc. cit.* Murmuratia litora . *Virg. in Æn. v.* 212. Spumea ſenifero ſub pectore murmurat unda . *Stat. l.* 2. *ſilv.* 7. *v.* 98. ripæ murmurantis Hebri . *Nemeſian. Ecl.* 4. *v.* 47. Hic tibi lene fluens ſoue murmurat. ¶ Teneſſertur ad alios ſtrepitoe . *Plin. l.* 18. *c. ult. c med.* Ignes pallidi murmurantesque tempeſtatum auntii ſentiuntur . *Plaut. Caſ.* 4. 3. 6. Mihi inanitate jamdudum inteſtina murmurant . *Plin. l.* 10. *c.* 29. *de luſcinio canoro* . Interdum & ſecum ipſe murmurat. ¶ Eſt etium ſubmiſſa voce loqui, *brontolare, bisbigliare, Varr. loc. cit.* Qui murmurat, ita leviter loquitur, quod magis id ſuno facere , quam ut intelligatur, videatur. *Ovid. 11. Met. v.* 52. ſtabile lingua Murmurat uxanimis . ¶ Aliquando eſt quippiam recuſantie, & ſubinſis vocibus indignationem ſignificantis. *Plaut. Aulul. c.* 1. 13. At ut ſceleſta ſola ſecum murmurat ! Oculos harcle ego iſtos, ſcelus, effodiam tibi. *Id. Mil.* 3. 1. 149. Tamatſi dominus non invitus patitur ſervi murmurant.

MURMUROR, aris, utus ſum, dep. *c.* idem quod murmuro. *Varr. l.* 5. *de L. L. c.* 7. *c med.* Murmuratur, dictum u ſimilitudine ſonitus. *Id.* apud *Non. c.* 7. *n.* 85. Romæ in balueis plodera cœpimus, & murmurari . *Id. ibid.* Cum ventrem meum coerceam, nec murmurari patiar . Adde *Claud. Quadrigar. ibid.* ¶ Pro obtrectare, carpere . *Apul. in Florid. n.* 16. (*al. l.* 3.) Quidam tarditatem poetæ murmurari, plures defendere .

MURRHA, & Myrrha, æ, *f.* μύρρα, lapis quidam , ex quo pocula fiebant magni pretii : de quibus V. in *Murrhinus* . Hinc per ſynecdochen de ipſis poculis dicitur . *Martial. l.* 4. *epigr.* 86. & *Lucan. l.* 4. *v.* 380. Nos bibimus vitro, tu myrrha, Pontice . quare ? Prodat perſpicuus ne duo vina calix . *Id. l.* 20. *epigr.* 80. maculoſæ poculo myrrhæ . Adde *l.* 14. *epigr.* 113. ¶ Aliud eſt Myrrhu, lacryma : de que V. ſuo loco . ¶ Sunt quibus placet *Murra* ſcribi ſine aſpiratione . Itaqm in vetcri mermore apud *Gruter. pag.* 341. *Murre* nomen eſt equi Circenſis: fortaſſe quia maculoſus.

MURRHATUS. V. *Myrrhatus* .

MURRHEUS, & Myrrheus, a, um, ad murrham pertinens . *Propert. l.* 4. *el.* 5. *v.* 26. Murrheaqm in Parthia poculo cocta focis . *Senec. ep.* 119. *ante med.* Utrum ſit aureum poculum, an cryſtallinum, an murrheum , an Tiburtinos calix , an manus concava , nihil refert . V. vocem ſequent. ¶ De myrrheo crine V. *Myrrheus* .

MURRHINUS, & Myrrhinus, a, um, ad murrham pertinens . *Murrhinus* abſolute ſunt pocula, abaci, trullæ ex murrha : de quibus hæc habe ex *Plin. l.* 37. *c.* 2. *ante med.* Oriens murrhina mittit . Inveniuntur enim ibi in pluribus locis, nec inſignibus, maxime Parthici regni : præcipuus tamen in Carmenia . Humorem putant ſub terra calore deaſari. Amplitudine nuſquam parvos excedunt ubacos : craſſitudine vero, quanta dictum ſit vaſi potorio . Splendor his ſine vitibus , nitorque verius', quam ſplendor . Sed in pretio varietas colorum , ſubinde circumcingentibus ſe maculis in purpuram , candoremque , & tertium ex utroque ignefcentem , veluti per tranſitum coloris , in purpura, aut rubeſcente laſtea . Sunt qui maxime in his luudent extremitates, & quoſdam colorum repercuſſus, quales in cæleſti arcu ſpectantur. His maculæ pingues placent : translucere, aut pallere quidqmm , vitium eſt . Item falſa , verrucæque uon eminentes, ſed, ut in corpore, etiam plerumque feſſilec . Aliqua & in nodore commendatio eſt . *Id. ſub fin. proœm. l.* 33. Murrhine & cryſtalline ex eadem terra effodimue , quibus pretium faceret ipſa fragilitas . *Hardoin.* ad hæc verba adſcribit , putaſſe aliquos , murrhina eſſe *porcellane* : alios teſtam e concharum genere quopiam : alios induratam myrrham , & coloribus pictam : alios ipſum onychen . Sed nihil horum eſſe , verum lapidem ſui generis , terra effoſſum , ut cryſtallum, ut ex *Plinio* apparet . *Martial. l.* 3. *epigr.* 82. *v.* 24. Opimianum reorionibus unctar Cryſtallinaſque , murrhinaſque propinat . *Lamprid. in Heliogab. cap.* 31. Onue ventris auro excepit : in myrrhinis & onychinie minxit . *Paul. Dig. lib.* 33. *tit.* 10. *leg.* 3. *c med.* De murrhinis , & cryſtallinie dubitael poteſt , an debeant annumerari ſupellectili , propter eximium uſum & pretium . *Plin. lib.* 37. *c.* 2. *ante med.* T. Petronine conſularie morſturus , invidia Neronie principis , ut meuſam ejus exhetederet , trullam murrhinam trecentie talentie emptam fregit . *& paulo ſup.* Murrhinue calix ſeptuaginre talentie emptus . ¶ Murrhinum vitrum eſt , quod picturæ genere murrhina pocula imitatur . *Plin. l.* 36. *c.* 26. *ad fin.* ¶ De murrhinu potione V. *Myrrhinus* .

MURRHOBATHRARIUS, ii, m. *profumiere* , qui calceumueta muliebria variis odoramentie, & unguentie imbut : a μύρον, *myrrha*, ſeu *murrha*, & βάθρον, ſolum , ſulea . Legitor apud *Plaut. Aulul.* 3. 5. 37. ubi alii *myrobathrarius* , a μύρον, unguentum : alii *malobathrarius*, h. e. qui malobathrum vendit : alii *myrobrecharius*, a μύρον, & βρέχω, tingo, madefacio.

MURRICIDUS . V. *Muricidus*.

MURSENSIS, & Murſienſis, ſe, ad Murſam, ſeu Murſiam pertinens, quod eſt oppidum Pannoniæ ad Dravum fluvium, circa ea loca, ubi nunc *Eſſek* . *Ammian. l.* 15. *c.* 5. (*al.* 14.) Murſenſu prælium . *Hieronym. adverſ. Luciferi. ſect.* 18. (*al. c.* 7.) Valens Murſenſis Epiſcopue . Al. leg. *Murſienſis* . Apud *Eutrop. l.* 9. *c.* 8. & *lib.* 10. *c.* 12. & apud *Aurel. Vict.* in *Epitom. c.* 41. habetur *Murſia* : ſed Græce eſt Μόρσα, Murſa.

MURSIA, dea. V. *Nortia*.

MURTA.)
MURTATUS.) V. *Myrtus*, &c.
MURTEUS.)

MURTIUS. V. *Murcius*.

MURUS, ri, m. μυαγλία, *mure*, τεῖχος, lapideus ambitus circa urbem , monimenti cauſa : a *munire* (quod V.) qui ab Ἕρξ duci videtur, quod ἐρύκει τοὺς πολεμίους *Heſychio* eſt. Differt u *pariete*, qui eſt privatarum ædium . *Cic.* 3. *de nat. Deor. ſub fin.* Muri urbis, quos vos, pontifices , ſanctos eſſe dicitis. *Id. Catil. c. c.* 5. Magno me metu liberabis, dummodo inter me atque te murus intarſit . *Id.* 1. *Offic. c. ult.* Quamvie murum ariete percuſſerit . *Cæſ. l.* 2. *B. Gall. c.* 12. Oppidum, propter latitudinem foſſæ, muripue altitudinem , expugnare non potuit. *& lib.* 7. *c.* 65. Helvii incta oppida muroſque compellunter . *Nep. in Themiſt. c.* 6. Muros inſtruere . *Virg.* 1. *Æn. v.* 427. ducere . *Ovid. Metam.* 11. *v.* 204. ædificare . *Nep. in Cim. c.* 4. *extr.* ditutos reficere . *Id. in Amilc. c.* 2. Hoſtee a mutie removere . *Id. in Themiſt. c.* 7. Urbem muris ſepire . *Juſtin. l.* 14. *c.* 5. præſidio murorum urbem includere . *Virg. Ecl.* 4. *v.* 32. cingere muris oppida . ¶ Dicitur etiam de privatis ſepimentis . *Cic. Attic. l.* 2. *ep.* 4. *ſub fin.* De muro , imperavi Philotimo , ne impediret, quo miaue id fieret, quod tibi videretur. *Tacit. 15. Ann. c.* 43. Nec communione parietum, ſed propriis quæque muris ambirentur. *Calpurn. ecl.* 7. *v.* 48. ubi fiore arenæ , Proxima marmoren peragit ſpectacula muro . *In vet. S. C.* apud *Frontin. de equad. certic.* 127. *& 129.* muri dicuntur ipſæ aquæductuum ſubſtructiones. ¶ *Muros* etiam vocabant quidam aggeree ſive foſſa. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 14. Aggeree qui faciunt ſine foſſa, eos quidam vocant muros, ut in ugro Reatino . ¶ Ita etiam dici poteſt quodvis ſeptum. *Juvenal. ſat.* 4. *v.* 232. teſta alta paretur , Quæ tenui muro ſpatioſum colligat orbem. *b. e.* umbitu , margine. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *ſect.* 69. *Hard.* Cor muuitum coſtarum & pectoris muro . ¶ *Muros* etiam dixit *Silius* turres ligneas in tergie elephantorum *lib.* 9. *v.* 601. ¶ Translare eſt præſidium , munimentum , tutela . *Cic.* in *Piſon. c.* 4. Lex Ælia, & Fufia everſa eſt , propugnacula murique tranquillitatie atque otii . *Id.* 4. *Catil. c. ult.* Conſulatus mei memoria dum erit veſtrie mentibus infixa , firmiſſimo me muro ſeptum eſſe arbitrabor . *Juſtin. l.* 14. *c.* 5. Murus urbi civium virtus . *Salluſt.* in *Catil. c.* 61. *c med.* Audaciu pro muro habetur . *Ovid. 13. Metam. v.* 280. Grajum murus Achilles . *Claudian. de IV. conſul. Honor. v.* 109. Non dabitis murum ſceleri . *b. e.* perfugium & defenſionem . Adde *Sil. l.* 16. *v.* 68. ¶ *Criſalensis murorum* vocat *Claudian. l.* 2. *in Eutrop. v.* 284. ornamentum capitis Cybeles matrie deum, quia turrita fingitur .

MUS, muris, m. & *f. ſorcio, ſorce, topo*, μῦς, exiguum animal , incola domuum , penori , & veſtibus, & chartis infeſtiſſimum , ſed idem felium , & muſtelarum inſidiis ad eccem ſemper quæſitum . *Cic.* 14. *ad Attic. ep.* 9. Taberuæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt . itaque non ſolum inquilini , ſed etiam mures migraverunt . *Id.* 2. *de Divin. c.* 27. *c med.* Mures diem noctem aliquid rodentes . *Id.* 2. *de nat. Deor. c.* 63. Neque enim homines murium, aue formicarum cauſa frumentum conduut . *Chariſ. l.* 1. *pag.* 110. *Putſch.* hic legit *murum*, confirmatque auctoritate *Plinii l.* 8. *de hiſt. ferm.* Sed idem tamen *Plin. in Hiſt. nat.* pluribus in locis habet *murium* : quod fana eſt uſitatius . *Virg. 1. Georg. v.* 181. Exſe exiguus mus Sub terris poſuitque domos , utque horrea fecit. *Horat. l.* 2. *ſat.* 6. *v.* 80. Ruſticue urbanum murem mus paupere fertur Accepiſſe cavo. *Plin. l.* 10. *c.* 65. Eu una mure geniros CXX. tradiderunt . *Plaut. Perſ. c.* 2. *&* 6. *& Capt.* 2. 2. 9. de *paraſitie* . Quaſi murex ſemper edimm alienum cibum . ¶ Creditur differre e foetice, quod forex major ſit, chariuſque ſtrepat, & plus afferat detrimenti . *Plin. l.* 11. *c.* 50. ſorici tribuit caudam in ima parte ſetoſam, ut bubus, & leoni : *& lib.* 8. *c.* 57. ex *Nigidio* tradit, ſorices hieme condi : quæ in noſtros mures non conveniunt . Præterea *ibid.* docet, mures eſſe haud ſpernendum in oſtentie ætium publicie nareal : foricum oſtentu dirimi auſpicia . *Colum. l.* 12. *c.* 31. Si quod animal in muſtum ceciderit, & interierit, uti ſerpens . aut

mus,

mus, ſorexve. ¶ Muſta ſunt murium genera: domeſtici, agreſtes, araneï, Pontici, Libyci, marini, &c. V. *Plin. l.* 8. *c.* 57. *l.* 9. *r.* 19. *l.* 20. *c.* 65. & alibi. ¶ *Mures* interdum vocantur ſilveſtres quædam, ferazque beſtiæ minores, exteratum regionum, ut ſeles ferï, vulpes, martes, hermelini, de quibus & in *Murmur* dictum eſt: quorum pellibus ad veſtes eſt uſus. *Ammian. l.* 31. *r.* 2. (*al.* 3.) *de Hunnis*. Indumentis operiuntur hiatei, vel ex pellibus ſilveſtrium murium conſercinatis. *Senec. ep.* 90. Hodieque magnæ Scytharum partes tergis vulpium indutur, ac murium, quæ tactu mollia, & impenetrabilia ventis ſunt. ¶ Mus marinus, piſcis eſt ex his, qui in mari quidem vivunt, ſed in terram quoque aliquando exeunt. Is in terra effoſſo ſcrobe parit ova, & rurſus terra obruit: tricelimo die refoſſa aperit, ſeptimoque in aquam dimittit. *Plin. l.* 9. *c.* 29. & 51. *extr.* ¶ *Mures Africani* Romanis olim dicebantur (ut opinatur *Lipſ. l.* 2. *Elect. c.* 4.) pantheræ, cum primum ibi viſæ, ſicut elephanti Lucæ boves. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 51. Mures Africanos prædicat ſe pompam ludis dare ſe velle Ædilibus. *Plin.* tamen *l.* 30. *c.* 6. mures Africanos intelligit ſimpliciter mures in Africa natos, quos decoctos, & in cibo ſumptos pulmonum vitiis mederi, docet. ¶ Sunt & mures odorati, quorum pelliculas geſtabant delicatiores, & bene olere cupientes. *Hieronym. ep.* 26. *epitaph. Marcellæ*. Rubri maris pretioſiſſimis grane ſuſpendere, fregrare mure. *Id. l.* 2. *contra Jovinian. ſect.* 6. Odoris ſuavitas, & diverſa thymiſmata, & amomum, & muſcus, & peregrini mmis pelliculæ, diſſolutis & amatoribus convenit. *Gibert., muſchio, μόσχος.* ¶ Proverb. eſt illud *Senecæ in Apocolocynt. ante med.* Veniſti huc, ubi mures ferrum rodunt. Ea utimur, cum ſignificam volumus, magnam loci ac rerum mutationem factam eſſe, & novas ſubito exortas eſſe difficultates, ut aliis omnino artibus ac moribus vivendum ſit. (Mures aliquando ferrum eniſſe, leges apud *Plin. l.* 8. *c.* 57. Et *Antigonus Carſtius*, ut refert *Petr. ad Æn.* 3. *v.* 76. tradit, in Gyara inſula mures eſſe, qui ferrum abrodant,) *Id. ibid. paulo poſt*. Romæ mures molem lingunt: hic nobis curva corrigit. Aliud proverb. quo videtur ſignificari, Romæ omnia humano, & tranſlatitio more fieri, nihilque agi, quod non & alibi uſuvenist. Nam ubique mures molas lingunt, cum poſſunt: vel omnia Romæ abundare, & delitiarum eſſe affluentiam: vel denique magnam ibi eſſe vivendi licentiam. ¶ Aliquando mus eſt convicium hominis vilioris ac ſordidi. *Petron. in fragm. Tragur. c.* 58. *Burm.* Videbo te in publicum, mus, imo terræ tuber. ¶ Cur *murinus* (*al.* murum) *pernices* ab *Arnob. l.* 3. dictus ſit Apollo, V. in *Smintheus*. ¶ Fuit *Mus* cognomen Romanæ familiæ in gente Decia, ut P. Decius Mus. *Fromm. de aquæd. urbis.* 5. *Liv. l.* 10. *c.* 14. & *Plin. l.* 22. *c.* 5. Item cujuſdam Apollonii medici, teſte *Celſo in præfat. l.* 5.

MUSA, æ, ſ. *Muſa*, Μοῦσα, dea, quæ Poeticæ, & Muſicæ, & cæteris liberalium artium diſciplinis præeſt. Varius eſt in Fabulis Muſarum numerus: ſed plerumque novem feruntur. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 21. Jam Muſæ primæ quatuor, natæ Jove altero, Thelxiope, Aœde, Arche, Melete: ſecundæ Jove tertio & Mnemoſyne procreatæ novem: tertiæ Jove tertio Pieria natæ, & Antiopa, quos Pieridas, & Pierias ſolent Poetæ appellare, iiſdem nominibus eodem numero, quo proxime ſuperiores. Apud *Auſon.* & tres, & octo, & novem memorantur, *ep.* 4. *v.* 63. An te carminibus juvat incaſtare canoras Mnemoſynes natas aut tres, aut octo ſorores? (*Serv. ad Æn.* 1. *v.* 12. Muſas multi novem, multi octo, multi ſeptem dixerunt. Hæc eadem habet *Arnob. l.* 3. *pag.* 121.) *Id. in Gryphe*, ſeu *Edyll.* 12. *v.* 30. Et Lyrici vates numero ſunt Mnemoſynarum, Tres ſolos quondam tenuit quas deatera Phœbi: Sed Citheron toties ternas ex ære ſacravit Relligione patrum, qui ſex ſpreviſſe timebant. Illuſtrat hunc *Auſonii* locum præclare *Auguſtin.* docens *l.* 2. de *Doctr. Chriſtiana*, *c.* 17. *ex Varrone*, cum cujuſdam oppidi cives locaſſent apud tres artifices terna ſimulacra Muſarum, quod in templo Apollinis donum ponerent, ut quiſquis artificum pulcriora formaſſet, ab illo potiſſimum electa emerent; factum eſſe, ut opera ſua illi artifices æque pulcra explicarent: & placuiſſe civitati omnes novem, & omnes eſſa ſumptas, ut in Apollinis templo dedicarentur: iis poſtea Heſiodum impoſuiſſe vocabula. Ceterum tres tantum eſſe Muſas, ex triplici ſonorum genere. Aut enim aſſa voce ſonum edi, ut in cantu; aut flatu, ut in tuba, & tibiis; aut pulſu, ut in citharis, & tympanis. ¶ Nihilominus novem calebrantur vulgo a Poetis: quarum nomina, & officia complexus eſt *Auſon. Edyll. ult.*

Clio geſta canens, tranſactis tempora reddit.
Melpomene tragico proclamat mœſta boatu.
Comica laſcivo gaudet ſermone *Thalia*.
Dulciloquos calamos *Euterpe* flatibus urget.
Terpſichore affectus citharis movet, imperat, auget.
Plectra gerens *Erato*, ſaltat prde, carmine, vultu.
Carmina *Calliope* libeis heroica mandat.
Uranie cæli motus ſcrutatur, & aſtra.
Signat cuncta manu, loquitur *Polyhymnia* geſtu.
Mentis Apollineæ vis has movet undique Muſas.
In medio reſidens complectitur omnia Phœbus.

¶ Hæc tamen officia interdum a Poetis confunduntur. *Virg.* 7. *Æn.* v. 37. Nunc age, qui reges, Erato, quæ tempora rerum, &c. *Ovid.* 2. *Triſt.* v. 568. Quem mea Calliope laſerit, unus ego. ¶ A variis locis, in quibus habitare finguntur, dictæ ſunt Parnaſſides, Heliconides, Olympiades, Pierides, Theſpiades, Hippocrenides, Pegaſides, Caſtalides, Aonides, Pimpleæ, Libethrides, &c. de quibus V. ſuis locis. ¶ Suum cuique locum in Cælo aſſignat *Martian. Capella l.* 1. *pag.* 11. Uraniæ ſphæram ſtellatam, Polyhymniæ ſphæram Saturei, Euterpæ Jovis, Eratu Martis, Melpomenæ Solis, Terpſichoræ Veneris, Calliopæ Mercurii, Cliu Lunæ. Thaliam facit in Terre remanere, ſed in campis virentibus, & multo flore conſpicuis. ¶ A pleriſque virgines dicuntur. Hinc *Juvenal. ſat.* 4. *v.* 36. terratæ puellæ Pieridas: proſit mihi vos diciſſe puellas. Sunt tamen qui matres faciunt, natoſque iis tribuunt, Orpheum, Linum, Sirenas. *Serv.* 2. *Æn.* 1. *v.* 12. ¶ Finguntur in Parnaſſo præcipue habitare, ibique ſimul choreis & cantu inter lauros exercerï, remotæ a ſtrepitu armorum & negotiorum, æternam Phœbo præſide pacam tuente, & poeticum ſpiritum afflante. Habuere Romæ templum una cum Hercule, quod primum Evandrum excitaſſe ferunt, edoctum ab Hercule litteras: deinde M. Fulvium Nobiliorem in Circo Flaminio. V. *Muſagetes*. ¶ Metonymice *Muſa* pro cantu & carmine ponitur. *Virg. Ecl.* 8. *v.* 5. Damonis Muſam dicemus, & Alphiſibœi. *Horat. l.* 2. *od.* 1. *v.* 37. Muſa procax. ¶ Item pro quavis diſciplina liberali. *Cic. Tuſcul.* 5. *c.* 23. Quis eſt omnium, qui modo cum Muſis, id eſt cum humanitate & cum doctrina habeat aliquod commercium, qui ſe non hunc mathematicum malit, quam illum tyrannum? *Id. in Orat. c.* 3. Forenſes cauſas agreſtioribus Muſis reliquerunt. *Id. Fam.* 1. *ep.* 9. *ad fin.* Ab oratoribus diſuadeo me ſere, referoque ad mauſuetiores Muſas. *Id. c. ad ſtudia philoſophica.* ¶ *Craſſore Muſa*, craſſa Minerva, & ſermone, qui ab omnibus intelligatur, nihil ſubtile habens, aut abſtruſum, *alla groſſidema. Quintil. l.* 1. *r.* 10. (*al.* 17.) Libet, propter quoſdam imperitiores, etiam creſſiore, ut vocant, Muſa dubitationem hujus utilitatis eximere. Sic *Muſa pedeſtris* apud *Horat.* eſt genus carminis tenui ſtilo, ac veluti domeſtico & tranſlatitim, quale eſt Satyrarum: *l.* 2. *ſat.* 6. *v.* 17. Quem prius illuſtrem Satyris, Muſaque pedeſtri? ¶ *Nulla Muſa*, invita Muſa, ſine gratia fine ingenio, ſine doctrina. *Varr.* apud *Non. c.* 6. *n.* 1. Cum tot comedias ſine ulla ſrcerit Muſa, ego unum libellum non edolem?

MUSÆUM. V. *Muſæum*.

MUSÆUS, I, poeta antiquiſſimus Orphei tempore, quem alii Lini filium, alii Orphei faciunt, cujus certe fuit diſcipulus, teſte *Servio* ad illud *Æn.* 6. *v.* 667. Muſæum ante omnes, &c.

MUSAGETES, æ, m. Μουσηγέτης, & Μουσηγετής, a Μοῦσα, Muſa, & ἄγω, duco, *due* & comes Muſarum. Eſt epitheton Græcum non ſolum Apollinis, ſed etiam Herculis, qui ideo ſic dictus eſt, quod & Muſarum quies defenſione Herculis, & virtus Herculis voce Muſarum indiget, qua prædicatur. Fuit Romæ ædes Martis in Circo Flaminio, in quam 2 M. Fulvio Nobiliore Muſarum ſigna, quæ Ambracia capta apportaverat, illata fuere: indeque *ædes Herculis Muſarum* dicta eſt: quam poſtea Marcius Philippus Auguſti vitricus inſtauravit, refecitque. Vocem *Muſegetes* habes apud *Eumen. pro reſtaur. ſchol. c.* 7. rem ipſam *ibid.* & apud *Sueton. in Aug. c.* 29. *Ovid. l. Faſt.* 6. *v.* 799. *Plin. l.* 35. *c.* 10. &c.

MUSCA, æ, ſ. *muſca*, æſis, parvum animal volatile: a Græca voce allata, e inferto, more antiquo. *Varr. l.* 3. *de R. R. c.* 16. Non ut muſcæ ligurient. ¶ Pace abige muſcas, apud *Cicer.* 2. *de Orat. c.* 60. dictum de homine importuno, & moleſto. Simile eſt illud *Catulli carm. ult.* ubi canarese Telis infeſto mi icere, muſca, caput. ¶ Ne *muſca quidem*, reſpondit Vibius Criſpus cuidam interrogati, ſolus ne eſſet in cubiculo Domitianus, quod ille Imperator ſoleret arcu per otium muſcas venari: quod in proverbium tranſiit. *Sueton. in ejus vita, c.* 3. ¶ Muſcam *Plaut. Merc.* 2. 3. 26. vocat curioſum hominem, & hac illac diſcurrentem. *& Pœn.* 3. 3. 76. muſcas pro paraſitis poſint, qui ad alienum cœnas non vocati advolant. ¶ Fuit cognomen Romanum in gente Sempronia, ut T. Sempronius Muſca. *Liv. l.* 45. *c.* 13.

MUSCARIUM, ii, n. *venatoria de moſche, pavonoſche, cœſa*, flabellum, quo muſcæ abigentur. *Martial. l.* 14. *epigr.* 67. cui lemma *Muſcaris pavonina*. Lambere quæ turpes prohibet tua prandia muſcas, Alitis eximiæ cauda ſuperba fuit. ¶ Item penicillus ad detergendum pulverem, *ſcopa, ſcopetta. Id. ibid. epigr.* 71. cui titulus *Muſcarium babulum*. Sordida ſi flavo fuerit tibi pulvere veſtis, Colligat hunc tenui verbere cauda levis. *Muſcarium babulum* eſt cauda bovis, quæ in extremo villoſa & hirta eſt, ideo muſcis abigendis, & detergendo pulveri idonea. *Veget. l.* 4. *res veterin. c.* 2. 3. & 4. ſic vocat caudam ipſam equinam. ¶ Ab horum ſimilitudine ſic etiam appellatur coma quarundam herbarum, ut fœniculi, ferulæ, florum ſimbuci, &c. *ramilor. Plin. l.* 12. *c.* 26. Semine in muſcarios dependente.

MUSCARIUS, a, um, ad muſcas pertinens. *Plin. l.* 29. *c.* 6. *a med.* Aranei muſcarii telæ. *b. c.* muſcamm venatoris. ¶ *Muſcarii rivi* dicuntur a *Varrone*, *l.* 7. *c.* 3. *ſub fin.* qui ſunt capite latiore, & in modum umbellæ, cujuſmodi ſunt camæ quarundam herbarum, quæ ideo *muſcaria* appellantur.

MUSCERDA, æ, ſ. *ſtirco de topi*, μυσκέδα, murium ſtercus. *Plin. l.* 29. *r.* 6. Præterea ut *Varro* noſter tradit, murinum ſimum, quod item muſcerdas appellat.

MUSCIDUS, a, um, muſco obſitus, muſcoſus. *Sidon. l.* 8. *ep. ult.* Muſcidi pumices.

MUSCIPULA, æ, ſ. & Muſcipulum, I, n. *trappola*, μυϊσσοῦν, inſtrumentum ad capiendos mures. *Lucil.* apud *Non. c.* 2. *n.* 868. & *cap.* 4. *n.* 404. Muſcipula contenta. *teſa, corcata. & Varr. l.* 1. *R. R. c.* 8. *a med.* Si perit humos mures, mince fit vindemia, niſi totam vineas appleris muſcipulis: quod in inſula Pandataria faciunt. *Phædr. l.* 4. *fab.* 1. *v.* 17. Qui ſæpe laqueos, & muſcipula effugerat. *Senec. ep.* 48. Verendum eſt, ne quando in muſcipula ſyllabas capiam, aut ne caſeum liber comedat. *Gloſſ. Vet.* Muſcipulum, μυϊσσοῦν. Et in plur. Muſcipula, μυϊσσοῦς.

MUSCO, as. V. *Emuſco*.

MUS-

MUSCOSUS, a, um, *muſcoſus*, μυώδης, βρυώδης, muſco abundans, muſco obſitus. *Cic. Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 2. ad fin.* Ἀνόητοι γὰρ οὐδὲν οὐδὲν, nihil ulſus, nihil muſcoſus. *Virg. Ecl. 7. v. 45.* Muſcoſi fontes, & ſomno mollior herba. *Varr. l. 1. R. R. c. 9. a med.* Prata retorrida, & muſcoſa. *Plin. l. 22. c. 2.* Saxeæ crepidinis corona muſcoſos complexa pumices. *Id. l. 16. c. 8.* E glandiferis ſola ægilops fert panos arentes, muſcoſæ villo canos.

MUSCULA, æ, ſ. *muſcherda*, parva muſca. *Auguſtin. l. 7. de Trin. c. 3.* Scyniphes muſculæ ſunt breviſſimæ, quas tertia plaga ſuperbus populus Ægyptiorum cædebatur. *Aruob. l. 2. pag. 74.* Ut ferarum paſcerentur aliæ lanutus, muſcularum alias ut interirent venemo.

MUSCULOSUS, a, um, *muſculoſo*, μυώδης, muſculis inſtructus. *Celſ. l. 4. c. 1.* Cor natura muſculoſum. *& lib. 5. c. 20.* Si nervoſus, aut muſculoſus in locus eſt. ¶ Item toroſus, *pulpoſo*. *Colum. l. 8. c. 2. a med. de gallis gallinaceis.* Lata & muſculoſa pectora, lacertoſæque ſimiles brachiis alæ. *Id. l. 6. c. 37. ante med. de aſino admiſſario.* Sit amplitudini corporis pectore muſculoſo & cubo, femoribus lacertoſis.

MUSCULUS, li, m. *topolino*, μῦς, parvus mus. *Cic. 2. de Divin. 1. 24.* Muſculorum pecuſculi bruma dicuntur ſugere. *Plin. l. 27. c. 7. ad fin.* Abſinthium litteras a muſculis tuetur. ¶ Eſt & nomen piſcis (a ſimilitudine figuræ) balænæ amicitiæ nobilis, quando præſagiri ſupercilliorum pondere obrutis ejus oculis, infeſtantia magnitudinem vada præmotans demonſtrat, oculorumque vice fungitur: quæ ſunt ſaxa *Plinii ſe fin. l. 9.* Huc idem, tacito nomine, vaſtibus paſſaquitur *Claudian. l. 2. in Eutrop. v. 415.* ¶ Etiam concharum cuidam generi nomen muſculo eſt. *Celſ. l. 3. c. 6. ad fin.* Uti cibo exiguo, maximeque olcribus, vel jure etiam concharum, muſculorumve, aut locuſtarum. *Id. l. 2. c. 19.* Inter ea, quæ alvum movent, recenſet oſtrea, pelorides, echinos, muſculos, & omnes fere conchylia. Adde *Plaut. Rud. 2. 2. 9.* ubi ut leg. *mytilus*. ¶ In corpore animalis vocatur *muſculus* inſtrumentum motus, *muſculi*, ſcil. membrum cauſſans fibris nervoſis intertextis, vena, arteria, & membrana ſepiante. In illud immittitur nervus, qui ſpiritum deferat, quo muſculus lutumeſcit, & alterutram e duabus partibus movet, quibus inſixus eſt. Iobſigitur autem fere in ipſa oſſa. Ea una parte caput habere dicitur, en altam caudam, ſeu tendinem, ut vocant: itaque conformatus ulicubi eſt, ut parvum marem quodammodo referat. Sunt autem muſculi in corpore animalis ubicumque moveri membra debent, ac pæne totidem, quot ſunt ejus motus. *Celſ. l. 5. c. 26. ſect. 3. cate. & 22.* Inflammatio tumeri poteſt, ubi inſum eſt vel os, vel nervus, vel cartilago, vel muſculus. *& lib. 8. c. 2.* Maxillæ alter proceſſus ſub oſſe jugali ſubit, & ſuper id temporum muſculis illigatur. ¶ Aliquando latiom ſignificatione accipitur pro toro, & carne. *Lucan. l. 9. v. 772. de tabeſcente ex vetuſto.* ſine ullo Tegmine poples erat: ſamorum quoque muſculus omnis Liquitur. ¶ Translate *Plin. l. 5. ep. 8. a med.* Hanc (*hiſtoriam*) ſapiæ oſſa, muſculi, nervi illam (*orationem*) tori quidam, & quaſi jubæ decent. ¶ Eſt etiam hoc nomine machina militaris, obſidendis urbibus adhibita, qua tecti militum, aut materiu opportatu foſſas complebant, aut vectibus muri fundamenta convellebant, *gallerie*. Tradit *Veget. l. 4. de re milit. c. 16.* ejus uſum fuiſſe etiam, ut ſub ea militet terram ſolidarent, muiremque viam turribus umbulatoriis, dum muros accederent: unde nomen ei factum a marinis muſculis, qui balænis præſtant, & vada demonſtrant. Majoris muſculi formam ita deſcribit *Cæſ. l. 2. B. Civ. c. 10.* Dum primum trabes in ſolo, æque longæ, diſtantes inter ſe pedes IV. collocantur, inque eis entimuellæ pedum in altitudinem V. defigantur. Has inter ſe capreolis molli faſtigio conjungunt, ubi tigna, quæ muſculi tegendi cauſa ponant, collocentur. Eo ſuper tigna bipedalia injiciunt, eaque laminis claviſque raligant. Ad extremum muſculi tectum, trabeſque extremas, quadratas regulas IV. patentes digitos defigunt, quæ lateres, qui ſuper muſculo ſtruuntur, contineant. Ite faſtigiato, atque ordinatim ſtructo, ut trabes erant in capreolis collocatæ, lateribus lutoque muſculos, ut ab igne, qui ex muro jaceretur, tutus eſſet, contegitur. Supra lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immiſſa lateres diluere poſſet. Coria autem, ne rurſus igni, ac lapidibus corrumpantur, centonibus contaguntur. Examinat hæc omnia, ueque illuſtrat *Lipſ. lib. 1. Poliorc. diol. ult.*

MUSCUS, i, m. *muſco*, *muſchus*, βύσσος, villoſa illa lanugo, quæ in arboribus ac ſaxis provenit, qualem videmus circa fontes & loca humida, qualis etium eſt illa, quæ in mari petris innaſcitur, ac mari innatat, unde & in litus evoleitus, ac projicitur, quæ uliter *alga* dicitur, *muſcolo*, *muſchio*. *Ovid. 8. Met. v. 563.* molli tellus erat humida muſco. *Sil. l. 15. v. 778.* antra virentia muſco. *Horat. l. 1. ep. 10. v. 7.* muſco circumlita ſaxa. *Virg. Ecl. 6. v. 62.* Phaethontiadas muſco circumdat amaræ Corticis. *b. e.* cortice muſcoſo, & amaro. ¶ Muſcum, qui a *D. Hieronymo l. 2. in Jovinian. fere.* 8. inter odoramenta recenſetur, quidam putant uſſa illum, quem ex cujuſdam animalis Indici vomica erui, *Ariſtot* tradit, *muſchio*, *zibetto*, *gai* χατ.

MUSEJARIUS, ii, m. idem qui muſivarius: *μωσαϊκὸς*. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 586. T. Julius Aug. lib. Nicephor. muſejar. fecit ſibi, &c.

MUSEUM, i, n. (rectius quam Muſæum, eſt enim' Græce *μουσεῖον*) *muſeo*, *luogo conſacrato alle muſe*, ſacrarium Muſarum, locus ubi Muſæ celebantur, & reſponſa reddebant: cujuſmodi fuiſſe in Macedonia ad Olympum montem ſcribit *Philoſtrat. in vita Apollon.* Accipitur pro loco, ſeu ædificio, quo litterarum & ſtudiorum cauſa homines conveniunt, quale fuit celeberrimum Alexandriæ, in quo publico ſumptu viri docti quamplures alebantur, ut litteris vacarent. *Sueton. in Claud. c. 42. & Spartian. in Adrian c. 20.* ¶ Muſea item in ædificiis appellantur opera eu pumicibus, & ſaxis erofis conſtructa, ad ſpecus imaginem urte reddendam, *grotteſco*. *Plin. l. 36. c. 21. a med.* ¶ In quibuſdam libris legitur *Muſium* pro *Muſeum*. Et quia *Muſiou* inventor etiam pro *Muſæo*, hinc fit, ut *Muſeum* æquivaleat utrique, & in unam ſæpe ſignificationem coaleſcant. V. *Muſivum*.

MUSEUS, a, um, *Μουσῖος*, ad Muſas pertinens. *Lucret. l. 2. v. 412.* Ac Muſea mela, per chordas organici quæ Mobilibus digitis eæpergefacta figurant. *ſonare muſicels. & lib. 1. v. 932.* muſeo contingere cuncta lepore. *collo grazia de' verſi*. Etiam *Apul. l. 2. Metam.* Orpheum *Muſeum vatem* diuiſſe videtur.

MUSIA, Myſia, vetere uſitatoque Latinis moto, Græcum υ in u vertendi, ut *Suriu* pro *Syria*, *Suilo* pro *Sylla*, & ſexcenta alia. *Donat. ad Terent. Heaut. 1. 2. 8.*

MUSICA, æ, & Muſice, es, ſ. *Muſica*, *Μουσικὴ*, ſcientia, quæ modum canendi demonſtrat: a *Muſis*. Antiquis ſignabat univerſe humanitatis ſtudia, idque ex vi nominis. V. *Muſicus*. Sed poſteriores modulationi numerorum ſpeciatim id nomen tribuerunt. *Cic. 3. de Orat. c. 33.* Nam Geometriam Euclide, aut Archimede, nam Muſicam Damone, aut Ariſtoxeno tractante, &c.' *Auſon. epiſt. 20. verſ. 43.* Socci, & cothumi muſica. *b. e.* poeſis comica, & tragica. ¶ Apud Græcos antiquos tantæ veneratiouis fuit, ut ſidere Muſici & Vates, & Sapientes judicarentur. Cujus ſcientiæ cum ſe imperitum Themiſtocles confeſſus eſſet, ut ait *Cicero 1. Tuſcul. cap. 2.* habitus eſt indoctior. *Quintil. l. 1. c. 10. (al. 2. 27.)* Muſica antiquis temporibus tantum venerationis habuit, ut, &c. ¶ *Occulta Muſica mollis eſt reſpectus*, Græcum proverb. uſurpatum a Nerone, cauſas prodeundi in ſcenam quærente, ut eſt apud *Sueton. 1. 20.* Τὴν λαθρίαν μουσικὴν ἄδειν λόγος: vel Ὁ δὲ λόγος ἀνεῖρεν καὶ ἀφανῆ τὴν μουσικὴν. Significat autem, animi dotes ſi non profetas, perinde eſſe, quaſi non habeas. *Eccli. 20. 32.* Sapientia abſconſa, & theſaurus inviſus, quæ utilitas in utriſque? *Gell. l. 13. c. ult.* Noſti verbum illud in Græcia estus, muſicam, quæ ſit abſcondita, eam eſſe nulli rei. Adde *Ouid. 3. de ar. am. v. 307.* ¶ Muſicæ inventor fuit Amphion. *Plin. l. 7. c. 56. a med.*

MUSICARIUS, ii, m. muſicorum inſtrumentorum artifex. *Ver. Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 654. n. 1. Colocaſio vernæ dulciſſ. & muſicario ingeniuſiſſimo, &c.

MUSICATUS, a, um, ad muſicæ artis regulas factus. *Apul. in Aſclep.* Ut dii muſicatis hominum cantilenis concalebrarentur laudibus.

MUSICE, es. V. *Muſice*.

MUSICE, adverb. *μουσικῶς*. Muſice ætatem agere, h. e. ſplandide, delicate, laute, & alienis ſumptibus. *Plaut. Moſtell. 3. 2. 40.* Muſice hercle ætatem agitis, ita ut vos decet; eion, & victu, piſcatu probo, electili citam colitis. Huc pertinet Græcum proverb. ἁπλῶς ἀκόλουθος. Nos cantores ſacrificamus ſine fumo. Et uliud Ἀπερισπάστως ζῆν, tibicinis eſtam vivere. Num muſici, cum alios oblectent ante ſua, opipare haberi ab iis ſolent: & tibicines, cum in ſacrificiis canant, de pontificum menſa laute elvunt, atque adeo ſine fumo, ſeu impenſa cœnam coquunt.

MUSICUS, a, um, *muſicale*, *μουσικὸς*, ad muſicam pertinens. *Cic. 2. de Legib. 2. 15. a med.* Plato negat mutari poſſe leges muſicas ſine mutatione legum publicarum. *Phædr. l. 4. fab. 19. v. 20.* Qui triſtis audis muſicum citharæ ſonum. *Quintil. l. 1. c. ult. a med.* Muſicia modis cantica excipere. *Gell. l. 19. c. 9.* Ingenium facile ad libens ad rem muſicam. *contendens*, *a dilettanto di muſica*. *Plin. l. 29. c. 2.* Herophilus in muſicos pedes venarum pulſus deſcripſit. *a battute*. ¶ *Muſica*, *ornm*, muſica ars, *la muſica*. *Cic. 1. de Orat. c. 42.* In muſicis numeri, & voces, & modi: in geometria linea menta, formæ, intervalla: in aſtrologia cæli convarſio, &c. *& cap. 30.* Dedere ſe muſicis. *Id. 5. Tuſcul. c. 22.* Muſicorum perſtudioſus. ¶ *Muſicus*, *ci*, muſicæ artis peritus, *muſico*. *Cic. 2. Offic. c. 41.* In fidibus muſicorum aures minima ſentiunt. *Id. 2. Tuſcul. cap. 4. ſub fin.* Si abſurde canat is, qui ſe haberi velit muſicum. ¶ Eſt etiam *muſicus*, ad litteras, humanitatem, & præſertim ad poeticam pertinens, *letterario*, *poetico*. Muſa enim his omnibus præeſſe dicuntur. *Cic. 3. de Orat. c. 44.* Namque hæc duo, muſici, qui erant quondam idem poetæ, machinati ad voluptatem ſunt verſum, atque cantum. (*Muſicum* de poeta uſurpat *Auſon. epiſt. 21. & in fin. epiſt. ar.*) *Terent. Heaut. prol. v. 23.* Applicare ſe ad ſtudium muſicum. *b. e.* Comicam poeſim. Sic *Phorm. prol. v. 18.* Artem muſicam tractare. *Gell. in præfat. ad fin.* Ut hæc commentaria nu utrugat, neve adeat profeſtum & profanum vulgus, a ludo muſico diverſum. *b. e.* ſtudio litterarum, uverſum a Muſa. ¶ *Muſicus per a Diomed. l. 3. pag. 478. Puſch.* enumerator inter pentaſyllabos, conſtans longa, brevi, longa, & duabus brevibus, ut *temperantia*.

MUSIGENA, æ, Muſa genitus, Muſæ filius. *Ruſin. de compoſ. & metr. num. inter Rhetor antiq. Pithœi, pag.* 313. Muſigenæ numeros vates, & metia ſequuntur.

MUSIMO, & Muſmo, onis, m. *baſtardo*, *μόσχος*, animal ex duobus animalibus diverſæ ſpeciei procreatum. *Non. c. 2. n. 530.* Muſimones, uſini, muli, aut equi breves. *Coro ibid.* Afinum, aut muſimoncm, aut arietem, *Lucil. ibid.* Pretium emit, qui vendit equum muſimonem. *Plin. 8. c. 49.* Eſt & in Hiſpania non ubſimile pecori genus muſimonum, caprino villo, quam pecoris velleri propius. *Eugen. Toletan. carm. 22.* dicit, muſimonem eſſe ex capra & arieto: quod verbis *Plinii* valde congruit. ¶ Ad illud *Virg. 3. Georg. v. 446.* udiſque aries in gurgite villis, &c. adſcribit *Servius*: muſimonem dicit ducem gregis, quam ita & Varro commemorat. Sed puto, *Servium* falli.

MUSINOR. V. *Muginor*.

MUSIVARIUS, ii, m. artifex musivi operis. *Cassiodor. Imp. lib.* 10. *Cod. Justin. tit.* 64. *leg.* 1. & *lib.* 53. *Cod. Theodos. tit.* 4. *leg.* 1. Intestinatii, statuarii, musivarii. *Adde Cassiodor. l.* 7. *Variar.* 5. *a med.*

MUSIUM, ii, V. *Museum*.

MUSIVUM, vi, n. opus concinne tessellatum, varieque picturatum, *lavorato, o dipinto a musaico*, cujusmodi videre est in Æde Divi Marci Venetiis. *Spartian. in Pescenn. Nigro, c.* 6. Hunc *in* Commodiani hortis, in porticu curva, pictum de Musivo videmus, sacra Isidis ferentem. *Augustin. l.* 18. *de Civ. Dei, c.* 8. Hominum genera, quæ in maritima platea Carthaginis musivo picta sunt. *Trebell. Poll. in* XXX. *Tyrann. c.* 24. Accipiens ab hic coronam civicam picturatam *de* musivo. Ubi alii leg. *musivi*. Musivum enim idem est ac musivum, sive museum, quæ omnia sunt varie inflexa ab una voce Græca μουσεῖον. V. *Museum*. ¶ Adjective *Inscript.* apud *Spon. in miscell. erud. ant. sect.* 1. *artic.* 8. *pag.* 39. Cameram superpolitur, & opere musivo enornavit. Exhibet *ibid. Spon.* figuram musivi antiqui Lugdunensis: simulque hujus appellationis causam ex eo ducit, quod esset musiva quasi Musarem manibus elaborata: vel quod hic sæpe enornarentur Musæ, seu ædes Musis sacræ, in quas viri litterati convenirent.

MUSMO. V. *Musmo*.

MUSSATIO, onis, f. mussitatio, actus mussandi. *Ammian. l.* 20. *c.* 8. (*al. c.* 20.) Sabinum mussatione quæritabant, & latebris. Al. leg. *simulatione*.

MUSSITATIO, onis, actus mussitandi. *Apul. l.* 8. *Metam. post in v. de canibus venaticis*. Taciturque prius fovvata mussitatione, signo sibi repentino reddito, lætantibus miscent omnia.

MUSSITO, as, n. 1. *parler fort bas voce, μύζω*, frequent. a musso, hoc est, multum & frequentee musso. *Plaut. Mil.* 3. 2. 119. Illi inter se certant donis, ego hæc mecum mussito: bona mea inhiant, &c. *Id. Pseud.* 5. 5. 85. Non ne ecibus pistrinum in mundo sibi, cum ee mussitabat? *Apul. in Apolog.* Hunc illa timorem mussitabat, adversari populum non audeat. *Liv. l.* 1. *c.* 50. Jam enim ita clam quidam mussitantes, vulgo tamen eum appellabant. ¶ Significat etiam tacere, cum silentio pati. *Plaut. Mil.* 2. 5. 65. Quid propius fuit, quam ut perirem, si locutus fuissem hero? P. Ergo, si sapis, mussitabis. *Terent. Adelph.* 2. 1. 53. Accipienda & mussitanda injuria adolescentium est. Ubi *Donatus* notat, proprie *mussare* esse dissimulandi causa tacere. *Plaut. Cas.* 3. 5. 33. *Infectatus* omnes domi pee ædes, nec quemquam prope ad se fuat adire: ita omnes sub atcis, sub lectis latentes mem mussitant. Adde *Tranquil. c.* 2. 57.

MYGDONIUS, a, um, ad Mygdoniam pertinens, *Μυγδόνιος*. Sæpe pro Phrygia ponitur. *Horat. lib.* 2. *od.* 12. *v.* 21. Aut pinguis Phrygiæ Mygdoniae opes. *& l.* 3. *od.* 16. *v.* 41. ſi Mygdonius regnum Alyattei Campis continuem. *Ovid. de Niobe Heroid. epiſt.* 20. *verſ.* 106. Nunc quoque Mygdonia ſtebilis exſtat humo. *& Herſid. ep.* 15. *v.* 142. Mygdonium marmor. *b. e.* Phrygium, quod in pratio. *Claudian. l.* 2. *in Eutrop. v.* 1. Mygdonii cineres. *b. e.* Phrygiae vaſtatæ, & Trojæ incenſæ. *& verſ.* 408. Mygdoniæ volucres. *Val. Flacc. l.* 8. *v.* 239. Mygdonii planctus. *b. e.* Phrygum ſacerdotum Cybelee, quae *Stat.* dicit *l.* 5. *ſilv.* 3. *v.* 245. Mygdonios dolores. *Valer. Flacc. l.* 3. *v.* 47. Mygdonia mater. *b. e.* ipſe Cybele mater deum. *Propert. l.* 4. *el.* 6. *v.* 7. carmenque recentibus arte Tibia Mygdoniis libet eburna Cadis. *b. e.* modis Phrygiis. *Cados* volunt eſſe urbem Phrygiæ. V. *Stratagemm. Stat. lib.* 2. *ſilv.* 2. *verſ.* 108. Mygdonius ſenex. *b. e.* Tithonus Auroræ maritus, filius Laomedontis regis Phrygiæ. *Id. l.* 2. *Theb. v.* 134. Et jam Mygdonius elata ſubtilibus alto Impulerat cæli gelidae Aurora tenebras. *b. e.* Orientalibus. Nam Aſia & Phrygia Græciæ eſt ad Orientem. *Sidon. carm.* 22. *v.* 174. Quantum Mygdonio communitur Gargara ſulco. *ſcil.* quia Gargara in Troade ſunt, quæ ad Phrygiam pertinet.

MYIAGRUS, i, *μυῖαγρος*, & *μυάγριος*, muſcarum venator: a *μυῖα*, muſca, & *ἄγρα*, captura. Cognomen eſt ridiculi numinis, cui datum muſcas interimere. *Plin. l.* 10. *c.* 28. Invocant & Ægyptii ibes hae contra ſerpentium adventum: & Eleï Myiagrae deum, muſcarum multitudina peſtilentiam afferente: quæ protinus intersunt, quam litatum eſt ei deo. *Solin. c.* 1. *poſt init.* (*al. c.* 2.) naerat, in ſacello Herculis, in foro Boario, muſcas non intrare, quia Herculis cum viſcerationem ſacricolis daret, Myiagrum deum dicitur imprecatus. ¶ Idem etiam *Myodes*, ſeu *Myiodes* dicitur, *μυῶδης*. *Plin. l.* 29. *c.* 6.

MYISCÆ, arum, f. *μύϊσκαι*, ſpecies myacum, rotunditate differentes, minores aliquanto, atque hirtæ, tenuioribus teſtis, & carne duriores. *Plin. l.* 32. *c.* 9.

MYISCUS, i, m. idem quod myiſca. *Plin. c. ult. lib.* 32. V. vocem praeced.

MYLÆUS, &

MYLASÆNUS, a, um, ad Mylas pertinens. Sunt autem Mylæ oppidum Siciliæ, nunc *Melazzo*, in ora Occidentali, non procul a Peloro: de quo *Plin. l.* 3. *c.* 8. & *lib.* 2. *c.* 98. & *lib.* 31. *c.* 4. & *Senec. l.* 3. *quaeſt. nat. c.* 26. Apud hoc oppidum Cæſar Auguſtus navali praelio Sex. Pompejum Cn. filium, ductu M. Agrippae ſuperavit, ut *Suetan. in ejus vita, c.* 16. *Velleï. l.* 2. *c.* 79. & *Flor. l.* 4. *c.* 8. narrant. Hinc *Aufon. in Moſell. v.* 215. Aut Pompejani Mylaſena pericula belli. Al. leg. *Mylae.*

MYLŒCOS, i, m. *μύλοικος*, genus vermiculi ex blattie: a *μύλη*, mola, quod circa molas ferè ſoleat naſci. *Plin. l.* 29. *c.* ult.

MYOBARBUM Liberi Patris, titulus eſt epigrammatie 30. *Auſonii*, quod canthamus interpretatur *Scalig. lectiones. Auſon. l.* 2. *c.* 27. ita ſero dici putat a Graeca voce *μῦς*, & Latina *barba*. Sed nihil certi affert, nec dum ab ullo eruditu allatum eſt.

MYOCTONOS, m. *μυοκτόνος*, aconitum herba, ſeu medio aconiti, ita dicta, quod a longinquo mures interficiat: a *μῦς*, mus, & *κτείνω*, occido. *Plin. l.* 27. *c.* 3.

MYODES. V. io *Myogmr.*

MYOPARO, ônis, m. *fuſto*, *freguta*, genus navigii forma anguſta & oblonga: cujuſmodi pirataе uti ſolent. *Feſtus*: Myoparo genus navigii ex duobus diſſimilibus formatum. nam mudion (corrige *myon*) & paron per ſe ſunt. *Scalig.* putat dictum eſſe a Pero inſula, & *μύων*, addrictus, quod a *μύω*, claudo. *Non. c.* 13. *n.* 6. Myoparo eſt navicula piratarum. *Cic. Verr.* 5. *c.* 80. Te praetore, paucorum adventu myoparorum claſſis pulcherrima piratarum manibus incenſa eſt. *Id. in fragm.* apud *Non. ibid.* Cum quaereretur ex eo, quae ſcelere impulſus mare haberet infeſtum uno myoparone; eodem, inquit, quo tu orbem terrae. *Solinſ. ibid.* Mari placido a duobus praedonum myoparonibus circumventa. ¶ Non ſoli piratae eo utuntur. *Cic. Verr.* 3. *c.* 34. Mileſius navem popoſcit, quae eum piaſidii cauſa Myndum proſequeretur. Illi ſtatim myoparonem de ſua claſſe, nmetum atque armatum dederunt. Ubi *Aſcon.* Habent Mileſii praeſidiorum cauſam, ea fidere praebendam populo R. maritimis neceſſitatibus.

MYOPHONON, i, n. *μυόφονον*, herba muribus exitialis, forte eadem, quae myoctonos, & aconiton: a *μῦς*, mus, & *φονεύω*, caedes. *Plin. l.* 21. *c.* 9.

MYOPS, ôpis, *certo di viſu*, *loſca*, *μύωψ*, *ωπος*, qui adeo infirma eſt oculorum acie, ut niſi proxime admotae oculis res cernat: cernat autem, etiamſi minima ſint: longe autem poſita non cernat, quamvis grandiora: quaſi *μύειν ὄψει*, claudens oculos, quia hujuſmodi prope connivere ſolent, ut videant. *Ulpian. Dig. lib.* 21. *tit.* 1. *leg.* 10. De hydropico quaeritum eſt, an ſanus eſſet: & putu redhiberi poſſe. ſed quid de myope? morboſum *alii* conſtat. ¶ Vox Graeca eſt, cui Latina *luſcitoſus* aeque reſpondet, ut docet *Gell. lib.* 4. *c.* 2.

MYOSÔTA, ſive Myoſotis, lavie herba, caeſibus pluribus ab uca radice, aliquatenus rubentibus, concavis, ab imo ſolitis angulis, oblongis, dorſo acuto, nigris per intervalla, adſidue geminatis, tenuibus cauliculie ea aliis pendeotibus, flora caeruleo, radice digitali craſſitudine, multis capillamentis fimbriata. Ita *Plin. l.* 27. *c.* 12. Eſt *aliam μυὸς ὠτα*, vel *ὠτις*, muris auris, vel auricula: & muriua auricula dicitur a *Scribon. Larg. compoſ.* 153. ¶ *Myoſotos* etiam dicitur herba alſine, quia cum procepit, muſculorum aures imitatur foliis. *Id. ibid. c.* 4. *tertio med.*

MYRAPIA pira, ita dicta ſunt ab odore. nam *μύρον* unguentum eſt. *Celſ. l.* 4. *c.* 19. *ad fin.* & *Plin. l.* 15. *c.* 15. Al. ſcribunt *myrobapia*, quaſi myrrhae odorem habeant. Apud *Colum. l.* 12. *c.* 20. legitur etiam *myroppia*.

MYRICE, es, & Myrica, æ, f. *tamariſco*, *tamarigia*, *μυρίκη*, genus humilis virgulti: de quo *Plin. l.* 13. *c.* 21. Myricen fert & Italia, quam alii tamaricen vocant: Achaja autem bryam ſilveſtrem. Inſigne in ea, quod ſativa tantum ferat gallae ſimilem fructum. *Id. l.* 14. *c.* 9. *a med.* Myricen Lenaeus ſimilem ſcopis Amenaie dicit. *& paulo poſt.* Vulgus tabificeia arborem eam appellat, quoniam nihil ſerat, nec ſeraatur unquam. *Virg. Ecl.* 4. *v.* 2. Non omnes arbuſta juvant, humileſque myricae. *Ovid.* 3. *de ar. am. v.* 691. fragiles. *& to. Metam. v.* 97. tenuee. ¶ De ea impoſſibili *Virg. Ecl.* 8. *v.* 54. Pinguia corticibus ſudent electra myricae. *Ovid. t. de ar. am. v.* 747. Si quis idem ſperet, ſacturas poma myricas Speret, & in medio flumine mella petat.

MYRINUS. De campis Myrinis apud *Martial.* V. in *Campo.*

MYRIONYMA, *μυριώνυμος*, innumeri habens nomine: a *μυρίος*, innumerus, & *ὄνομα*, nomen. Eſt epitheton Iſidis in vet. lapide apud *Gruter. pag.* 83. *n.* 11. & in altaro apud *Fabrett. c.* 6. *n.* 108. *pag.* 469. & in alio apud *Murator. pag.* 73. *n.* 5. Dicta eſt enim Ceres, Venus, Juno, Eleuſina, Lucina, Proſerpina, Diana, Luna, &c. ut eſt apud *Apul. initio l.* 11. *Metam.*

MYRIOPHYLLON, i, idem ac milleſolium: a *μυρίος*, innumerus, & *φύλλον*, folium. *Plin. l.* 24. *c.* 16.

MYRMECIAS, æ, m. *μυρμηκίας λίθος*, genus lapidis: a myrmecio, verruca. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Myrmeciae zagrae habet eminentias ſimiles verrucis.

MYR-

MYRMECITIS gemma dicta eſt a μύρμηξ, formica, quia innatam repentis formicæ effigiem habet, ut *Plin.* docet *l.* 37. *c.* 11.

MYRMECIUM, ii, n. *porro dicitur manus*, e *pedi*, μυρμήκιον, verruca lupini amplitudine, fere in palmis manuum, & plantis pedum naſcens: a μύρμηξ, formica, quod formicæ in morem pungat. Contrarium eſt acrochordon, quæ verruca penſilis dicitur, myrmecium verruca ſeſſilis. *Celſ. l.* 5. *c. ult. fcft.* 14. Myrmecia radices aliius exigunt, majoremque dolorem movent. *& paulo poſt.* Myrmecia, & clavi ſine curatione via unquam deſinunt. *& infra.* Myrmecia latiſſimis radicibus inhærent: ideoque ne excidi quidem ſine magna exulceratione poſſunt. ¶ Eſt etiam genus aranei capita formicæ ſimili, alvo nigra, guttis albis diſtinguentibus, deſcribente *Plinio l.* 29. *c.* 4. *a med.*

MYRMICE, adverb. *tanquam le formiche*, more formicarum: a μύρμηξ, formica. Itaque *myrmice incedere* eſt, ut ait *Plaut. Men.* 5. 3. 12. formicino gradu, h. e. paulatim, ſenſim. *Catull. carm.* 41. *v.* 8. Turpe incedere, myrmice, ac moleſte. Al. leg. *mimice*, rectius.

MYRMIDONES, um, m. Μυρμιδόνες, Theſſaliæ populi, quorum majores ex Ægina inſula nitum trahebant, ſed Peleum patria profugum ſecuti, in Theſſalia ſedes fecerant: a μυρμηδών, formicarum domicilium, quod a μύρμηξ, formica. Nominis rationem ad hujuſmodi fabulam Portæ referunt. Cum peſtilentia in Ægina crudeliſſime eſſet graſſata, eamque inſulam viris propemodum exhauſiſſet, Æacus cum ad radicem quercus infinitum pæne formicarum numerum conſpexiſſet, Jovem tradite precibuſque ajus via abſolutis, formicæ in viros commutatæ fuerunt. *Ovid. 7. Metam. v.* 523. *& ſequentib.* Sed alii deducunt a Myrmidone rege. ¶ Achillem ad bellum Trojanum ſecuti ſunt. *Virg.* 2. *Æn. v.* 7. & ibi *Servius*: qui ad *Æn.* 4. *v.* 402. aliam huic fabulam adſcait, de Myrmica virgine Attica in formicam a Minerva converſa. ¶ *In ſingulari num. & femin. gen. Stat. Theb.* 5. *v.* 223. Gyan vidi lapſare cruentæ vulnere Myrmidonis.

MYRMILLO. V. *Mirmillo*.

MYROBALANUM, i, μυροβάλανον, glens unguentaria, glans Ægyptia, hoc eſt fructus cujuſdam arboris heliotropii ſimilis, magnitudine nucis avellanæ. *Plin. l.* 12. *c.* 21. Ea ea ſirbet unguentum quoddam odoratum, quo capilli ungebantur. Eodem id nomina vocatur, & legitur *in titulo epigrammatis* 57. *l.* 14. *Martialis*. Quoniam vero heroicum carmen ingredi non poteſt, ſic explicat *Martial. ibid.* Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus Hoc ea unguento conſtat, & ea belane. *Celſ. l.* 4. *c.* 9. Græcis litteris ſcribit.

MYROBRECHARIUS. V. *Murrhobathrarius*.

MYRON, ōnis, m. Μύρων, ſtatuarius inſignis, Eleutheris Bœotiæ oppido natus, Agelladæ diſcipulus, bucula ærea maxime laudatus eſt, celebrata multis Græcorum Latinorumque verſibus. Fecit & alia multa eximiu artificin, quæ *Plin.* enumerat *l.* 34. *c.* 8. De bucula exſtant epigrammata multa *in Anthologia*, & apud *Auſon. Ovid.* 4. *ex Pont. ep.* 2. in *fin.* Ut ſimilis veræ vaccæ, Myronis opus. ¶ *Myron*, vel *Myrum*, *i*, n. *unguente*, μύρον, unguentum. Græca voa. *Barrovius in præfat. in libr.* Rog. *ſub fin.* Quæ Domini diſcumbentis pretioſiſſimo Fidei myro ungitis caput.

MYROPOLA, æ, m. *venditor di unguenti*, *profumiere*, μυροπώλης, unguentarium venditor, unguenterius: a μύρον, unguentum, & πωλέω, vendo. *Plaut. Caſ.* 2. 3. 20. Myropolas ſollicito omnes: ubicumque eſt lepidum unguentum, ungor. Adde *Tria.* 2. 4. 7. & *Nervium* apud *Fulgent. Plaut. in capoſti. ferm. antiq.*

MYROPOLIUM, ii, n. *bottega de unguenti*, *profumerio*, μυροπώλιον, μυροπώλειον, officina unguentaria. *Plaut. Epid.* 2. 2. 25. Per medicinas, per tonſtrines, per myropolia, & lanienas. Adde *Amph.* 4. 1. 3.

MYROTHECIUM, ii, n. *cipolliglio*, *e ſcatolino*, *e vaſe da unguenti*, *profumiere*, μυροθήκιον, vas, aut arcula, in qua unguenta aſſervantur: a μύρον, unguentum, & θήκη, theca, repoſitorium. Græce ſcribit *Cic. ad Attic. l.* 2. *ep.* 1. Meus liber totum Iſocratis μυροθήκιον, atque omnes ajus diſcipulorum arculas, ac nonnihil etiam Ariſtotelia pigmenta conſumpſit, *h. e.* oratoria ornamenta.

MYRRHA, & Murrha, æ, f. *mirre*, μύρρα, σμύρνα, arbor altitudinem habens ad quinque cubita, nec ſine ſpina, caudice duro & intorto, craſſiore, quam turis, & ab radice atiam, quam reliqua ſui parte: cortice lævi, & unedonis ſimili: folio olivæ, vatum criſpiore, & aculeato. Gignitur in multis Arabiæ locis, & in Inſulis adjacentibus, aut non longe diſtitis. Incidtur a radice uſque ad ramos, qui valent: manatque ea vulnere humor albicans & tabeſcens, qui in minutas glebas, nec rotundas concrefcit (quæ optima myrrha eſt) fractaque candidos veluti ungues habet, guſtu leniter amara. Adhibetur in unguentis, odoris gratia, & pinguedinis. Antequam incidatur, ſponte ſudat humorem, qui & ſtacte dicitur, cui nulla myrrha præfertur. Hæc ex *Plin. l.* 12. *c.* 15. *& 16.* ubi etiam varia ajus genera, & varias adulterandi rationes perſequitur. *Catull. carm.* 65. *de coma Beren. v.* 78. murrhæ millia multa bibi. *Tertt. 6. Aun. c.* 28. Subleto murrhæ pondere. *Ovid.* 10. *Met. v.* 499. ſtillataque cortice myrrha. *& lib.* 5. *v.* 53. Crines myrrha madido. *Martial. l.* 11. *epigr.* 55. Ungurota, & caſias, & nlentem funcra myrrham. *h. t.* raptem e rogo, in quem injecte fuerat. *Plin. l.* 13. *c.* 2. *ſub fin.* Myrrha & per ſe unguentum facit ſine oleo, ſtacte dumtaxat: alioqui nimiam amaritudinem affert. *Id. l.* 14. *c.* 13. Lautiſſima apud Priſcos vina erant, myrrhæ odore condita. *& cap.* 22. Dolia myrrha fuffire. ¶ In pineali num. *Ovid. de medic. fec. v.* 88. Et modicum a myrrhis pinguibus adde cubum. Al. aliter leg. ¶ Scribitur etiam *murrha*, & *murra* ex conſuetudine Latinorum vertendi in u Græcam v. ¶ In fabulis Myrrha fuit Cinyræ Cypriorum regis filia, quæ ſpreti Solis (al. Veneris) ira, inceſto patris amore capta, atque imprudentis ampleau potita, & gravida facta, agnita demum, & ad necem ab eo quæſita, profugit in Arabiam, ibique in arborem cognominem verſa eſt. Sed completis partendi menſibus, agente rimas arbore, & findente ſe cortice, Adonim peperit. *Ovid.* 10. *Metam. v.* 298. *& ſequentib. Serv. ad Virg. Ecl.* 10. *v.* 18. *& ad Æn. l.* 5. *v.* 72. *& Hygin. fab.* 58. *&* 164. Eadem dicitur etiam Smyrna, vel Smyrne, Σμύρνη. *Hygin. ibid. & fab.* 242. ¶ Aliud eſt *myrrha* lapis & pocnlum: de quo V. *Murrhinus*. ¶ Eſt etiam *myrrha*, ſea *myrrhis*, μυῤῥίς, herba ſimillima cicutæ caule, foliique, & flore, minor tantam & aaribor, cibo non inſuavis. *Plin. l.* 24. *c.* 16. *ſub fin.* Eadem & *ſmyrrhiza* dicitur. *Idem ibid.*

MYRRHAPIA. V. *Myrapia*.

MYRRHATUS, & Murrhatus, *ſeu* Murratus, a, um, myrrha conditus. *Feſtus*: Murrata potione uſos antiquos, indicio eſt, quod etiam nunc Ædiles per ſupplicationes diis addunt ad pulvinaria, & quod duodecim tabulis cavetur, ne mortuo indatur, ut ait Varro in antiquitatum libro primo. Hæc *Feſtus*, qui videtne intelligere vinum myrrha conditum: de quo V. *Myrrhinus*. Alii intelligunt potionem unguenta quolibet temperetam, μύρῳ πεπυκάσθαι. *Sidon. l.* 8. *ep.* 3. *ad fin.* Sattrepæ myrrhati. *h. e.* unguentis delibuti.

MYRRHEUS, & Murrheus, *ſeu* Murreus, a, um, ad myrrham pertinens. *Horat. l.* 3. *od.* 14. *v.* 21. Murreum nodo cohibere crinem. *h. t.* myrrha delibutum. ¶ Murrheum onychen, apud *Propert. l.* 3. *el.* 8. *v.* 22. interpretantur coloris flavi, qui in en lapide probatiſſimus eſt, ut *Plin.* docet *lib.* 36. *c.* 8. Porro myrrha maxime laudatur, ſi aum colorem habeet: unda *fulvum* dixit *Ovid. l.* 15. *Met. v.* 399. *& Plin. l.* 12. *c.* 16. albicantem commendat. *Brouknſius*.

MYRRHINUS, & Murrhinus, *ſeu* Murrinus, a, um, ad myrrham pertinens, myrrheus. *Myrrhina*, ſeu *murrhina poria* eſt vinum myrrhæ odore conditum: de qua hæc habet *Plin. l.* 14. *c.* 13. Lautiſſima apud priſcos vina erant, myrrhæ odore condita, ut apparet in Plauti fabula, quæ Perſa inſcribitur: quamquam in ea & calamum addi jubet. Ideo quidam etomatite delectatos maxime credunt. Sed Fabius Doſſennus his verſibus decernit: Mittebam vinum pulcrum, myrrhinam. Et in Acharittiona: Panem, & polantam, vinum, rourhinam. Scævolam quoque, & Lælium, & Atteium Capitonem in eadem ſententia fuiſſe video, quoniam in Pſeudolo ſit (a. 4. 50.) Quid, ſi opus ſier, ut dulce promat indidem, ecquid habet? *Chær.* rogas? murrhinam, paſſum, defrutum, *&c.* Quibus apparet, non inter vina modo murrhinam, ſed inter dulcia quoque nominitam. Hæc *Plin.* qui quod ex *Perſa*, Plautina fabula, affert, in ea quæ hodie exſtat, non reperitur. *Gell. l.* 10. *c.* 23. Mulieres Romæ bibere ſolitas ferunt loream peſſam (*al.* paſſum) murrinam, & quæ id genus ſapiant, potu dulcia. Ex his *Gellii* verbis dubitare quis poſſit, an ea vino murrhine conſtaret, quia ut *Gell. ibid.* tradit, vino ſemper frmioæ olim Romæ, & in Latin abſtinueruet. Sed dicendum, ita temperatem fuiſſe, ut inebriare non poſſet. *Porro* apud *Nen. c.* 18. *n.* 23. quorundam opinionem affert, qui putarunt, murrhinum apud *Plautum* idem fuiſſe, quod paſſum. Sed *Plaut. in Pſead. loc. cit.* aperte a paſſo diſtinguit. Sic. *Varr.* apud *Non. ibid. n.* 20. Non modo vinum dare, ſed etiam, ut Plautus ait, murrhinam, paſſum, defrutum. *Paul. ex Feſt.* hæc habet: Murrina genus potionis, quæ Græce dicitur nectar. Hanc mulieres vocabent murriolam: quidam murratum vinum: quidam id dici putant ex uvæ genere murrinæ nomine. Hæc *Paul.* V. omnino *Veſſ. in Etymol.* in voce *Murrina*. ¶ Aliud ſunt *murrhina*, ſeu *myrrhina*, pocula: de quib. V. *Murrhinus*.

MYRRHIS, herbe, de qua V. *Myrrha* in fine.

MYRRHITES, æ, m. μυρρίτης. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Myrrhites myrrhæ colorem habet, facie minima gemma: odorem attrita atiam nardi.

MYRSINITES, æ, m. μυρσινίτης, ſpecies tithymali, foliis myrti acutis, & pungentibus, ſed molliotibus. *Plin. l.* 26. *c.* 8. *circa med.* ¶ Item gemma mellis nigricantis colore, myrti odore. *Plin. l.* 37. *c.* 10. ¶ Μύρσινος idem eſt quod μύρτος.

MYRTA, & Mneta, æ, f. V. in *Myrtus*.

MYRTACEUS, a, um, adject. a myrto. *Celſ. l.* 7. *c.* 27. Ad ſimilitudinem myrtacei folii.

MYRTATUS, & Murtatus, a, um, myrto conditus. *Murtatum* abſolute eſt genus quoddam farciminie myrto conditum: unde apud nos *murtadello* nominata eſt, quamvis aliud eſſe videatur. *Varr. l.* 4. *de L. L. c.* 22. *a med.* Murtatum a myrto, quod eo large fartum inteſtinum craſſum. *Plin. l.* 15. *c.* 29. Alius aſus baccæ myrti fuit apud antiquos, antequam piper reperiretne, illius obtinens vicem, quodam etiam genemſi obſonii nomina inde tracto, quod etiam nunc myrtatum vocamus.

MYRTEOLUS, & Murteolus, a, um, diminut. a *myrteus*. *Colum. l.* 10. *v.* 237. *de cinara*. Hæc modo purpureo fugit glomerata corymbo, Myrteoln modo crine viret. *h. e.* colore floris myrti. Al. leg. *myrtulo*, eodem ſenſu: alii *murceolo*, vel *murceole*, h. e. languidulo, & inflexo, a *murcus*. V. *Murceo*.

MYRTĒTA. V. vocem ſequeot.

MYRTĒTUM, & Murtetum, i, n. *luogo piantato di mirti*, *mirteto*, μυρσινών, locus myrtis conſitus. *Salluſt.* in *Jug.* c. 51. Collis veſtitus ilexſtro ac murteris. *Virg.* 2. *Georg. v.* 112. Litora myrtetis lætiſſima. *Martial. l.* 3. *epigr.* 58. Villa nen otioſis ordineta myrtetis, ſed rure vero. *Plaut. Rud.* 3. 4. 27. Quaſi murtete juncis, item ago vos virgis circumvineram. ¶ Dicitur & *myreta*, æ, f. *Plaut. in Vidular.* apud *Priſcian. l.* 4. *pag.* 615. *Pauſch.* Neſcio qui ſervus a myreta profiluit. ¶ Apud Bajas locus fuit, *in myreteis* dictus, ubi ſudatoria erant medicinæ cauſa, calido terræ vapore in ædificiis inclu-

incluſo. *Celſ. l. 2. c. 17. & lib. 3. c. 21. Horat. l. 1. ep. 15. v. 5.*

MYRTEUS, & Murteus, a, um, *di mirto, μύρτινος*, ad myrtum pertinens. *Virg. 6. Æn. n. 443.* Myrtea ſilva. *Ovid. 3. Amor. el. 1. v. 34. & Martial. l. 3. epigr. 82. v. 22.* Myrtea virga. *Tibull. l. 1. el. 3. n. 66.* Myrtea ſerta. *Feſtus & Valer. Max. l. 3. n. 6. n. 5.* Myrtea corona Papirius uſus eſt, quod Sardos in campis myrtetis ſuperaſſet. *b. e.* myrto conſitis. ¶ *Myrtea conca*, myreto coronata. *Tibull. l. 3. el. 4. v. 28.* ¶ *Myrteum* abſolute, apud *Celſ. l. 2. c. 33. a med.* eſt oleum e myrto: cujus confiendi rationem *Plin. l. 15. c. 7.* tradit. Myrteum oleum plene vocat *Id. l. 28. c. 14. & Scribon. Larg. compoſ. 219.* ¶ Myrteum vinum apud *Plin. l. 26. c. 11. ſub fin.* eſt myrto conditum. Ejus confectionem docent *Cato R. R. c. 125. Colum. l. 12. c. 38. & Pallad. in Januar. tit. 18.* Negat *Plin. l. 23. c. 9.* eo vian quemquam inebriari. ¶ *Myrteus* refertur etiam ad colorem. *Perſ. in Satyr. c. 21.* Myrtea ſubornatus gauſapila. *ſaffrano ſcuro. Pallad. l. 4. tit. 13. de equite.* Colores hi præcipui, badius, aureus, albineus, ruſſeus, murteus, cervinus, &c. *Iſid. l. 12. c. 1.* murteum colorem dicit eſſe qui eſt preſſus in purpura. *b. e.* ſubniger, aut fuſcus ſine ſplendore. *baie ſcuro.* ¶ De Venere myrtea V. *Murcia.* ¶ Inter varia oleatum genera *murteum* cenſet *Calum. l. 5. c. 8.* Quænam ea ſit, ignoretur.

MYRTIDANUM, i, n. vinum e ſilveſtris myrti baccis factum, quod manus tingit. *Plin. l. 14. c. 16. qui ſub fin. l. 23.* monſtrat varios ejus uſus in medicina.

MYRTINUS, & Murtinus, a, um, *μύρτινος*, idem quod myrteus. *Apul. de herb. c. 121. & Cal. Aurelian. Tard. l. 4. c. 3.* Myrtinum oleum.

MYRTIOLUS. V. *Myrteolus.*

MYRTITES, æ, m. *μυρτίτης οἶνος*, vinum myrto conditum. *Colum. l. 12. c. 38.* Vinum myrtiten ad tormina, & ad alvi proluvieos ſiſtendum, &c. *Pallad. in Januar. tit. 18. & in Februar. tit. 27. & 31.* Vinum myrtite ſic facies, &c. Colum. Græca ratione locutus eſt, de qua V. *Abrotonites*: Latina, & adjectivi more *Pallad.*

MYRTOUS, a, um. Myrtoum pelagus, *Mare di Mandre*, Μυρτῶον πέλαγος, pars maris Ægæi, quæ eſt inter Ægæum, & Ionium, inter Peloponneſum, & Atticam, ac Euboeam. Incipit a Megarico ſinu, Cieremque alluit, & Atticam, Occidumque Carææ oram, habetque inſules plurimas, Cytheram, Calauriam, & quæ Æginem cingunt, & Salaminem, & ex Cycladibus pleraſque. Dictum eſt a Myrtilo Mercurii filio, qui in id projectus fertur a Pelope, quia Hippodamen ejus uxorem turpius interpellaverat. V. *Servium ad Virg. 3. Georg. v. 7.* ubi rem pluribus narrat. Adde *Senec. in Thyeſt. v. 140.* Hinc *Ovid. in Ibin, v. 371.* Proditor ut ſævi periit auriga tyranni, Qui nova Myrtoæ nomine fecit aquæ. *Plin.* temen vertus *l. 4. c. 11. ſub fin.* Ægæi pars Myrtoo dator: appellatur ab inſula parva, quæ cernitur Macedoniam a Geræſto petentibus, haud procul Euboeæ Caryſto. *Id. ibid. c. 5. in fin.* Myrtoum eſſe dicat, quod a Megarico incipiens ſinu, totam Atticam alluit. *Horat. l. & od. 1. n. 13.* ut trabe Cypria Myrtoum pavidus nauta ſecet mare.

MYRTUOSUS, a, um, myrti ſimilis. *Plin. l. 12. c. 13.* Amomi uva frutice myrtuoſo, palmi altitudine.

MYRTUM, ti, n. *μύρτον*, fructus, h. e. bacca myrti. *Virg. 1. Georg. v. 306.* Et leuei baccas, oleamque, cruentaque myrta. *b. e.* matura, quia tunc cruoris imitantur colorem. *Celſ. l. 2. c. 30.* Oleæ, myrta, palmulæ, &c. *Plin. l. 15. c. 29.* Apeurum ſapoe commendatur, ad intinctus additis myrtis.

MYRTUS, i, & us, ſ. *myrtus, myrtella, μύρτος, μυρσίνη*, arbor baccas ferens ſaporis præcipui, & gratiſſimi odoris, ex quibus & vinum, & oleum fit: veteres etiam condiendis cibis uſi ſunt, ante inventum piper. Cato, inquit *Plin. l. 15. c. 29.* tria myrti genera produxit, nigram, candidam, conjugulam. (V. *Conjugulus*) Nunc alia diſtinctio, ſativæ, aut ſilveſtris, & in utraque latifoliæ. In ſilveſtri propria oxymyrſine. Sativarum genera topiarii faciunt: Tarentinam folio minuto, noſtratem patulo, hexaſtichum denſiſſimo, ſenis foliorum verſibus. hæc non eſt in uſu: eamuſa utraque alia. Odoratiſſima eſt in Ægypto: Cato docuit vinum fieri e nigra, ſiccata uſque in ariditatem in umbra, atque ita muſto iodite: ſi non ſucceſſerit baccæ, oleum gigni. Poſtea compertum, & ea alba vinum fieri album, duobus ſextariis myrti tuſæ in vini tribus heminis maceratæ expreſſæque. Quinimo oleo quoque ineſt quidam viui ſapor, ſimulque pinguis liquor, præcipue vi ad coreigenda vina, ſacris ante perfuſis. cetinet quippe facem, nec præter purum liquorem tranſire patitur, datque ſe comitem præcipua commendatione liquato. Bellicis quoque rebus ſe inſeruit, coronantibus ſe ex quibuſdam in ovationibus. Maſurius auctor eſt, curru quoque triumphantes myrtea corona uſos. Veneri ſacre habetur: (V. *Murcia*) unde ara vetus Romæ fuit Veneri myrteæ. Hæc ex *Plauio*, qui *lib. 23. c. ult.* perſequitur myrti vires in medicina: idemque tradit *l. 35. c. 12. c med.* multos ſe defunctos condi vaſuiſſe fictilibus fuſtis, in myeti, atque oleæ, & populi nigræ foliis, ut M. Varronem, Pythagorico modo. In ſacris etiam locum habuiſſe *Id.* tradit *l. 15. c. 29.* adhibitam ſuffimentis, & luſtrationibus. Myrto coronabantur in conviviis, in nuptiis: Poetæ etiam, præſertim ematoeii, myetees coronas amebant. Ovantes quoque coronam e myrto geſtarunt, ut *Id. l. 15. c. 29. ad fin.* tradit. *Horat. l. 1. od. 4. v. 9.* viridi caput impedire myrto. *Virg. Ecl. 7. v. 61.* Populus Alcidæ gratiſſima, vitis Lacchо, Formoſæ myrtus Veneri, ſua laurea Phœbo. *Horat. l. 2. ed. ult.* Simplici myrto nihil adlabores Sedulæ, cura: neque te miniſtrum Dedecet myrtus, neque me ſub arcta Vite bibentem. *Ovid. a. de ar. am. n. 733.* Finis adeſt operi, palmam date, grata juventus, Sertaque odoratæ myrtea ſerte comæ. *Claudian. de Magnete, v. 27.* Connubium celebrat: feſta frondentia myreto Limina eioguntur. ¶ *Virg. 2. Georg. v. 447.* myrtum bonam eſſe ait validis haſtilibus. Unde pee ſynecdochen pro haſta ponitur apud *eund. in ſ. l. 7. Æn.* Et paſtorelem præfixa cuſpide myrtum. Apud *Val. Flacc. l. 3. v. 529.* ſtricta myrtus habena videtur eſſe ſentica, ſeu virga myrtea loro pendente. ¶ Maſculino genere extulit *Cato R. R. c. 8. & 133.* Myrtum conjugulum, & elbum, & nigrum. ¶ Declinatur etiam *myrtus, ne. Virg. 2. Georg. v. 63.* Sed truncie oleæ melius, propagine vites Reſpondeot, ſolido Paphiæ de cubore myrtus. *Cornll. carm. 63. de magn. Pel. & Thet. v. 89.* Quales Eurotæ progignuot flumina myrtus. ¶ Olim diſere etiam *myrta*, ſeu potius *murta, æ*, ea conſuetudine vertendi to *u* Græcum *v. Cato R. R. c. 125.* Murtam nigram erfacito in umbre.

MYRUS, i, m. dicitur mas mucænæ. *Plin. l. 9. c. 23.*

MYS, os, m. *μῦς*, piſcis marinus, quem & murem marinum appellent. *Plin. l. 32. c. 11.* ¶ Fuit etiam nomen cælatoris, qui claruit argento exlando. *Martial. l. 8. epigr. 51.* Quis labor in phiala, docti Myos, anoe Myronis? Adde *epigr. 34. & Propert. l. 3. el. 7. v. 14.*

MYSIA, æ, ſ. *Muſia*, regio Aſiæ min. ad Occ. extenſa. Duplex eſt major, & minoe. Minor eſt verſus Helleſpoatum, inter Propontidem ad Bor. & Troadem ad Auſtr. Major eſt orientalior, inter Myſiam min. ad Occ. Phrygiam magnam ad Or. Bithyniam ad Bor. mere Ægæum ad Mec. *Plin. l. 5. c. 32. &c. Cic. in Orat. cap. 8. Lucan. l. 3. v. 203.* Myſiique, & gelido tellus perfuſa Caycо. *Val. Flacc. l. 3. v. 484.* quoſque dabat deoſos trabe Myſia montes.

MYSIACUS, a, om, Myſius, ut Myſiacus exercitus, in vet. Lap. apud *Muratar. in prolegom. Te. 1. Inſcript. pag. 146. b. e.* bellum gerens in Myſia.

MYSIUS, a, um, Mœnes, ad Myſiam pertioens, Myſus. *Cic. l. 1. ad Q. Fr. ep. 1. c. 6. extr.* Homtais ne Græci quidem, at Myſii, aut Phrygis potiue. *Plin. l. 26. c. 8. ante med.* Myſium ſcammonium.

MYSTA, *vel* Myſtes, æ, m. *ſacerdos, μύστης*, ſacrorum, ſeu myſteiorum peritus, ſacris initiatus, ſacerdos: Græca vos a *μύω*, ſacra docuo, ſaceis imbuo, initio. *Senec. in Herc. Fur. v. 845.* Turba ſecretam Cererem frequentaot, Et citi teſtis properant relictis Attici noctem celebrare myſtæ. *Id. in Oedip. v. 431.* Condita laſcivi deducunt orgia myſtæ. Adde *Auſon. Edyll. 1. v. 2.*

MYSTAGOGUS, gi, m. *μυσταγωγός*, rerum ſacrarum cuſtodiæ præfectus, quique hoſpitibus facra ſolet oſtendere. *Cic. Verr. 6. cap. 59.* Qui hoſpites ad ea, quæ viſeuda ſunt, ducere ſolent, & unumquidque oſtendere, quos illi myſtagogos vocant. Adde *Varron.* apud *Non. c. 4. n. 487.*

MYSTERIARCHES, æ, m. *μυστηριάρχης*, ſacrorum cuſos, vel prioceps. *Prudent. peριστεφ. 3. de S. Laurent. v. 349.* Bene eſt, quod ipſe ex omnibus Myſteriarches incidit.

MYSTERIUM, ii, n. *myſterie, μυστήριον*, res arcaua, præſertim ſacra, a *μύω*, claudo, quia decet, res ſacres non temere evolgari, ne a vulgo contemnantur: vel a *myſta*. Hoc nomine natioues appellaeunt Orgia Samothracia, & Cabirorum (de quibus *Pauſanias in Bœotiis*, & *Apollonii Interpres*) aut Liberi Patrii, & in primis initia Eleuſuia (de quibus *Clemens Alexandrinus*, & *Euſeb. de Præp. Euang.*) quæ duplicia dicuntur fuiſſe, magna, quæ Cereri facea eraut, & parva, quæ Proſerpinæ. *Cic. a. de nat. Deor. c. 24.* Hunc dicu Liberum Semele natum, non eum, quem noſtri majores auguſte ſaufleque Liberum com Cerere, & Libera conſecreverunt, quod quale ſit, ex myſteriis iatelligi poteſt. *Id. 2. de Leg. cap. 14.* Quid ergo aget Iacchus, Eumolpidæque veſtri, & auguſta illa myſteria, ſi quidem ſecm noſturne tullimue? & *mox.* Nam mihi cum multa eximia, diviuaque videntue Athenæ tuæ peperiſſe, atque in vitam hominum attuliſſe, tum nihil melius illis myſteriis, quibus ex aſpreſti immanique vita exculti ad humanitatem, & mitigati ſumus. ¶ Sumitur etiam pro ipſis feſtis, quæ e. g. in honorem Cereris celebrabantur & ab Athenienſibus, & a Romanis. *Cic. Attic. l. 6. ep. 1. in f.* In quem diem Romana incidant myſteria. Adde *lib. 5. ep. ult. eam.* Sunt autem, qui putaat, his a *Cicer.* intelligi ſecrum Bonæ deæ. ¶ Tranſfertur & ad alia. *Cic. 4. Tuſcul. c. 25.* Ne Rhetorum aperiemus myſteria. *Id. Attic. l. 4. ep. 18.* Epiſtulæ noſtræ tantum habent myſteriorum, ut eas ne libraciis quidem fera committemus. *Auſon. ep. 4. v. 67.* Accipe congeſtas, myſteria frivola, nugas. ¶ *Myſteria facere*, facre Cereris facere. *Nep. in Alcib. c. 3. in fin.* Aſpergebatue etiam iuſemia, quod in domo ſua facere myſteria dicebatur: quod neſas eret more Athenienſium. *Juſtin.* hoc idem narrans, *l. 5. c. 1.* Alcibiades iniſimulatur myſteria Cereric initioeum facm, nullo magie quam ſilentio ſolemnia, enuntiaviſſe.

MYSTICE, adverb. *miſticamente, rau miſtero*, arcane, cum myſterio, *μυστικῶς*. Solin. *de Ægypte c. 32.* (*al. 45.*) *ante med.* Delubra myſtice thalamos nominant.

MYSTICUS, a, um, *μυστικὸς, miſtico*, qoi in arcanis deorum ſacris fiebat, ut Myſtica ſacra, ideſt arcaaa ſacra. *Martial. l. 8. epigr. 81.* Non pee myſtica ſacea Dindymenes. *Virg. 1. Georg. v. 166.* & myſtica vaunus Iacchi. *b. e.* quæ in Bacchi ſaceis adhibetur, & arcanum aliquid ſignificat. *Tibull. l. 3. eleg. 6. v. 1.* Candide Liber, ades: ſic ſit tibi myſtica vitis, &c. *Lamprid. in Alex. Sever. c. 26.* Iſium, & Serapiom decenter ornavit, additis ſignis, & deliacis, & omnibus myſticis. *b. e.* omoi ſacrorum inſtrumento. ¶ Speciatim dicitue de myſteriis Cereris. *Feſt. in Religioſus:* Adverſus myſtica legem ad populum ferre. ¶ *Pierius ad loc. Virg. cit.* in Romano codice invenit *muſticae:* cujuſmodi ſunt *Cereuve, Sullo*, Par-

Parrus, *Pherecis*, & ſeacenta alia, in quibus Græca υ in u Latinum vertitur.

MYSTRUM, i, n. μύστρον, cyathi quarta pars. *Rhemn. Fann. de ponderib. & menſ. v.* 77.

MYSUS, a, um, Μύσιος, ad Myſiam pertinens, Myſius. *Propert. l.* 2. *el.* 1. *v.* 65. Myſus, & Hæmonia juvenis qua cuſpide vulnus ſenſerat. *l.* 1. *el.* 9. Telephus, qui in Myſia regnavit, & Myſus dux dicitur ab *Ovid.* 2. *ex Pont. epiſt.* 2. *v.* 26. ¶ *Myſi*, orum, Myſiæ populi. *Horat. epod.* 17. *v.* 9. In quem ſuperbus ordinarat agminа Myſorum. ¶ Apud Romanos abjectiſſimi omnium gentium habebantur. Hinc *Florus l.* 4. *c.* 12. Myſos vocat Barbaros Barbarorum. *& Cic.* Myſium, aut Phrygium hominem pro contemptiſſimo quoque poſuit, *l.* 1. *ep.* 1. *ad Q. Fr. c.* 6. *in fi.* Niſi forte me Paconii uſeio cujus, hominis ne Græci quidem, at Myſii, aut Phrygis potius querelis moveri putas. *Id. pro Flacc. cap.* 27. Quid porro in Græco ſermone tam tritum atque celebratum eſt, quam, ſi quis deſpicatui ducitur, ut Myſorum ultimus eſſe dicatur?

MYTACISMUS. V. *Metaciſmus.*

MYTHICUS, a, um, adject. μυθικός, fabuloſus, fabulas continens: a μῦθος, fabula: ut Paotomimus mythicus, apud *Plin. l.* 7. *c.* 53. *ad fin.* V. *Pantomimus*. ¶ *Mythicus*, i, qui fabulas ſcribit. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 8. Saturnum mythici fictionibus diſtrahunt, phyſici ad quandam ſimilitudinem revocant.

MYTHISTORÍA, æ, narratio fabuloſa, & fivola, μυθιστορία: a μῦθος, fabula, & ἱστορία, hiſtoria. *Capitolin. in Macrino*, c. 1. Libros mythiſtoriis replevit.

MYTHISTORICUS, a, um, μυθιστορικός, fabuloſus, miatus ex hiſtoria, & fabulis, ut Mythiſtorica volumina apud *Vopiſc. in Firmo*, *c.* 1.

MYTILUS. } V. *Mitulus.*
MYTULUS. }

MYXA, æ, μύξα, Græcis eſt mucus, ſeu pituita e naribus affluens. ¶ Apud *Plin.* genus eſt pruni, exiguos ferens fructus, & guſtu ſuaves, ex quibus in Ægypto & vina fiant, ita dictum ob mucoſum lentorem, *lib.* 13. *c.* 5. *lib.* 15. *c.* 13. & *lib.* 17. *c.* 10. *in fi.*

MYXO, *vel* Myzon, onis, μύξων (h. a. mucoſus) piſcis eſt ex genere mugilum, alio nomine bacchus, ita dictus, quia ſuo ſibi muco peſcitur. *Plin. l.* 32. *c.* 7. & *lib.* 35. *c.* 12. *ad fin.*

MYXOS, *vel* Myxus, i, m. *luminella*, μύξος, pumineus pars lucernæ, ex quo profertur ellychnium, quemadmodum ex naribus mucus: a μύξα, mucus. *Martial. l.* 14. *epigr.* 41. cujus lemma eſt *Lucerna polymyxos*. Illuſtrem cum tota meis convivia flammis, Totque geram myxos, una lucerna vocor.

MYXUM, i, n. fructus myxæ arboris. *Pallad. in Februar. tit.* 25. *ad fin.* Nunc feruntur myxa ex nucleis in aliquo vaſe poſitis, donec plantæ induant firmitatem.

DE LITTERA N.

NLittero, una ſemivocalium, ab antiquis inter liquidas connumerata. Si primum in dictione locum teneat, aliquando ſumit anta ſe *g*, ut *Natus*, *gnatus*, unde *ignarus*, *Navus*, *gnavus*, unde *ignavus*. In notis addita L. ſignificat *nonilliques*, quo ſigno utebantur in tabellis judicialibus. V. *Liquet*. Eſt etiam *nepos*, ut M. Toll. M. F. M. N. Quandoque mutatur *in l*, ut *Meſſana Meſſala*, ut eſt apud *Suet. de brevii. vita*, *c.* 13. in *m* ſequente *p*, ut ab *in*, & *pono empono*: in *l* & *r*, ſi ex ipſis ſequantur, ut ab *in* & *lacio*, & *rego*, *illicio*, *irrego*. Quod tamen non eſt neceſſarium, cum & *impono*, & *inlicio*, & *irrego* rectè ſcribatur. N' eum apoſtrophi nota eſt *ne* interrogativum, ut *mun'*, *tun'*, *vin'*, *nemon'* pro *mine*, ſeu *mehine*, *tune*, *visne*, *nemone*, &c. ¶ N in Faſtis ſignificat nefaſtum diem.

N A

NABATHÆUS, a, um, Ναβαθαῖος, ad Nabathæam pertinens, quæ eſt regio Arabiæ defertæ, ſeu petræa, in confinio Felicis: cujus oppidum eſt Petra, in convalle poſitum, & circumdatum montibus inacceſſis, amna interfluente, ut *Plin. l.* 6. *c.* 28. tradit. *Juvenal. ſat.* 10. *v.* 116. Et quos depoſuit Nabathæo bellua ſalto. ¶ Ponitur & pro Arabico, & pro Orientali. *Ovid. Met.* 1. *v.* 61. Eurus ad Aaroram, Nabathæaque regna receſſit. *Senec. in Agam. v.* 485. Eurus Orientem movet, Nabathæa quatiens regna, & Eoos ſinus. *Lucan. l.* 4. *v.* 63. Nabathæi ſtatue Euri. ¶ Secundam ſyllabam prodavit *Sidon. carm.* 5. *v.* 284. Testa Nabathæum pro Rheno ſulcat Hydaſpem. ¶ *Nabathæi*, orum, populi. *Plin. loc. cit.* Horum pars aliquando in Africam migravit, & Nabathæi Troglodytæ vocantur. *Id. l.* 12. *c.* 20. ¶ Scribitur & *Nabatæi*, Ναβαταῖοι.

NABATHES, æ, m. Ναβαθης, Nabathæus. *Senec. in Herc. Oet. v.* 160. Victus Nabathæ vulnera dirigit Parthus.

NABIS, *vel* Nabun, lingua Æthiopum eſt camalopardalis, quod V. *Plin. l.* 8. *c.* 18. ubi *nabun* habetur. Sic apud *Solin. cap.* 30. (*al.* 43.) *s med.*

NABLIA, orum, n. νάβλια, νάβλαι, & νάβλα, inſtrumentum muſicum, de quo *Ovid.* 3. *de ar. am. v.* 317. Diſce etiam duplici gemalia nablia palma Verrere: conveniunt dulcibus illa jocis. Al. leg. *naulia*, & *verrere*. Quid porro hoc inſtrumentum ſit, utrum pſalterii, aut cymbali genus, qua figura, qua ratione pulſetur, ignoratur adhuc. *Politian. in Miſcellan. c.* 14. putat eſſe pſalterium.

NACCA, *vel* Naſſa, *vel* Natta, æ, m. homo ſordidam artem exercens, ut fullo. *Feſtus*: Naccæ appellantur vulgo fullones, ut ait Curiatius, quod nauci non ſint, ideſt nullius pretii. Idem ſcribit & Cincius. Quidam ajunt, quod omnia ſem opera ex tana nacæ dicantur a Græcis. Hæc *Feſt.* Νάκκα Græce eſt pellis cum ſuo villo. *Apul. l.* 9. *Metam.* Mantua apud aſſeam proximum coëmiſſat. ¶ Translate de quovis ſordidiſſimo & viliſſimo homine dicitur. Itaque huc pertinere quidam putant illud *Perſ. ſat.* 3. *v.* 31. Non pudet ad momm diſcinctî vivere Naſſæ? & illud *Horatii l.* 1. *ſat.* 6. *v.* 124. uagor olivo, Non quo fraudatis immundus Naſſa lucernis. Melius tamen his locis tanquam nomen proprium accipiuntur. Fuit enim Pinariorum cognomen.

NACTUS, a, um, particip. verbi *Nanciſcor*. V. ibi. ¶ Paſſiva ſignificatione *Hygin. fab.* 2. Ea occaſione nacta, fugæ ſe mandavit. Adde *fab.* 1. & 122.

NÆ, *certiſſime*, *verumtamen*, *aſſe*, *ſi*, *per certo*, *vah*, *ei*, vero, certe, profecto, ſane, hercle, adverbium gaviter & ſerio affirmantis. A *Cicerone* fere jungitur pronomini, ut *Catil.* 1. *cap.* 3. *extr.* Næ illi vehementer errant, ſi illam meam priſtinam lenitatem perpetuam ſperant furoram. *Id. de clar. Orat. c.* 72. Næ ego, ſi ita eſt, velim tibi eum placem quam maxime. *Id.* 3. *Tuſcul. c.* 4. Næ iſta glorioſa ſapientia non magno æſtimanda eſt, ſiquidem non multum differt ab inſania. *Id.* 2. *Phil. cap.* 2. Næ tu, ſi id feciſſes, melius famæ tuæ conſuluiſſes. *Plaut. Trin.* 3. 2. 7. *Lexb.* Qui mihi mala facis, male conſulis. *Lyſ.* egone? *Lexb.* tu ax. Adde *eund.* alibi, & *Terent.* ſæpe, & *Salluſt.* ¶ Ab aliis id non ſervatur. *Liv. l.* 34. *c.* 4. *a med.* Næ, ſimul pudem, quod non oportet, coperis; quod oportet, non pudebit. (Adde *lib.* 30. *l.* 14. *a med.* & *lib.* 26. *c.* 31. *ſub fin.*) *Plaut. Aſin.* 2. 2. 106. Næ hodie malo cum auſpicio nomen commutaveris. *Id. Rud.* 4. 3. 38. Næ impudentes impudens! *Senec. l.* 1. *de benef. l.* 14. *in fin.* Næ perpetam moniones noſtras exaudit. *Terent. Andr. prol. v.* 17. Facinnt næ intelligendo, ut nihil intelligant. Ubi *Donat. Ne* quidam corripiunt, & cum interrogatione pronuntiant: quorum alii *ne* pro *nec* accipiunt, ideſt aon. Alii *ne* pro valde, nimis, multum, plurimum, ut (*Adelph.* 4. 2. 1.) Ne ego homo ſum infelix. Et hoc melius. ¶ Jungitur & aliis particulis affirmantibus. *Terent. Heaut.* 5. 3. 1. Edepol næ meam herus eſſe operam deputat parvi prcti. *Cic. Attic. l. & ep.* 4. Medius Fidius næ ea emiſti locum præclarum. *Plaut. Amph.* 2. 2. 213. Næ iſta edepol examuſſim eſt optima. *Aſin.* 2. 4. 6. Næ tu hercle eum magno malo mihi obviam occeſſiſti. *Men.* 4. 2. 40. Næ illam mecaſtor fenemto abſtuliſti. ¶ Ex allatis verbis *Donati* diſces, etiam *ne* ſine diphthongo ſcribi poſſe, ex Græco νή particula item affirmante: quod ea libris optimis, & vetterimis *Cicer.* & *Terentii* confirmant Critici non uni, ut videre eſt apud *Burmon. ad Quintil. declam.* 7. *l.* 9. V. etiam *Bentley. ad Terent. Andr. prol. v.* 17.

NÆNIA. V. *Nenia.*

NÆVIA PORTA, Romæ dicta eſt a *nemore* Nævio. *Varr. l.* 4. *de L. L. c.* 34. Sequitur porta Nævia, quod in nemoribus Næviis. Nævius enim locus, ubi ea ſic dicta, coluit. *Feſt.* quoque a nemore Nævio dictam tradit. *Liv. l.* 2. *c.* 11. Lucretius porta Nævia cum aliquot manipulis militum egreſſus. ¶ Quidam putant eſſe eam, quæ nunc Porta major dicitur: alii aegant.

NÆVIANUS, a, um, adject. ad Nævium poetam pertinens, ut Nævianus Hector, apud *Cicer. Fam.* 5. *ep.* 12. *a med.* h. a. qui a Nævio inducitur. Nævianæ ſcripta apud *eund. de clar. Orat. c.* 15. Nævianî modi, *Id.* 2. *de Legib. c.* 15. ¶ Nævianæ pro laudat *Columell. l.* 5. *c.* 10. *a med.* & *lib.* 12. *c.* 10. item *Celſ. l.* 2. *c.* 24. dicta opinor a quodam Nævio, qui ea primus intulerit.

NÆVIUS, prænomine Cnæus, natione Campanus, Poeta Latinus, Ennio aliquanto antiquior, ſtipendis fecit bella Punico primo, ipſumque bellum carmine deſcripſit: aliquot præterea fabulas apud populum dedit (quorum omnium pauca tantum fragmenta, exſtant) circa A. U. DXIX. Cum ob aſſiduam maledicentiam, & probra in principes civitatis, in vincula Romæ a Triumviris conjectus eſſet, eo loci duas fabulas, Hariolum, & Leontem ſcripſit: quibus ipſis fabulis cum dicta ſua, & petulantias dictorum diluiſſet, a tribunis pleb. exemptus eſt. Hujus dicacitatis exemplum habes apud *Gell. l.* 6. *c.* 8. Mortuus dicitur bello Punico altero, M. Cornelio Cethego, P. Sempronio Tuditano Coſſ. h. a. cima A. U. DXLVIII. quamquam Varro vitam ejus producit longius. Dicitur ipſe ſibi vivens feciſſe epigramma, iocidendum ſepulcro, plenum Campanæ ſuperbiæ, his verſibus: Mortales *Immortales* flere ſi fores fas, Flereut divæ Camenæ Nævium poetam. Itaque poſtquam eſt Orcino traditus theſauro, Obliti ſunt Romæ loquier Latina lingua. Hæc ex *Cicer. in Brutu c.* 15. *Gell. l.* 1. *c.* 24. *l.* 3. *c.* 3. & *lib.* 17. *c.* ult. Tertiam ei palmam in comica facultate tribuit *Volcatius Sedigitus* apud *Gell. l.* 15. *c.* 24. felicet poſt Cæcil. Statium, & Plautum. Ejus tragœdiam Heſionæ memorat *Id. l.* 10. *c.* 25.

NÆVIUS, a, um, ad Nævium vel Poetam, vel alium quemvis pertinens. *Nævis ſilva* denominata a quodam Nævio, cujus domus ibi fuerat, memoratur a Feſto, a qua Nævia porta dicta eſt. V. *Nævia*. In ea ſilva morari ſolebant perditi homines, teſte *Catone* apud *Feſt.* Unde opprobrii loco objici ſolebat alicui, eum a domo Nævia eſſe. ¶ Nævium oleum commemorat *Colum. l.* 12. *c.* 48. & *lib.* 5. *c.* 8. ¶ *Nævus* præterea dicitur, qui nævos in cute habet. *Arnob. l.* 3. *pag.* toſt. Ergo eſſe dicendum eſt quoſdam (*deſe*) capitones, ſiluncules, frontones, labeones: in his alios mentones, nævos, atque naſicas, &c.

NÆVULUS, li, m. diminut. a *nævus*. *Gell. l.* 12. *c.* 1. An tu quoque putas, naturam feminis naramarum abera, quaſi quoſdam næ-

vulos

vulos venuſtiores, non liberum alendorum, ſed ornandi pectoris cauſa dediſſe? *Apul. de Mundo.* Minores aliæ inſulæ, ut navulo quidam, per ſpatium Ponti ſunt ſparſæ regiones.

NÆVUS, i, m. *nea, tacce, à nabis cuncta nata*, corporis inſigne, verruca, genitiva macula: olim guevus, & gnævus. *Feſtus*: Gnævus corporis inſigne, & præno men, a generando dicta eſſe, & ea ipſa ex Græco γίγνεσθαι, apparet. *Cic. 1. de nat. Deor. c.* 28. Nævus in reticulo pueri delectat Alcæum. At eſt corporis macula nævus. Illi tamen hoc lumen videbatur. *Plin. l.* 22. *c.* 25. *ante med.* Farina decocta in acetu tollit nævos. *Id. l.* 28. *c.* 4. Nævus in facie tondere, ledigiolum habent multi. *Horat. l.* 1. *ſat.* 6. *v.* 67. Egregio inſperſos reprendas corpore nævos.

NAIAS. V. *Neis*.

NAICUS, a, um, ad Naiadea pertineus. *Propert. l.* 2. *el.* 23. *v.* 95. Suppoſita excipiens Naica dona manu. *Al. rectius leg.* Suppoſita exciniens, Nai, caduca manu.

NAIS, idis, & Niias, iadis, *& in plur.* Naides, & Najades, dum, ſ. Neis, & Nemas, Nympha fontis, vel fluminis: a *naio*, habito, vel a *nio*, fluo, mano. *Ovid* 14. *Met. v.* 326. Ille ſuos Dryadas Latiis in montibus ortas Verterat in vultus: illum fontana petebant Numina, Naiades. *Virg. Ecl.* 6. *v.* 21. Ægla Naiadum pulcherrima. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 115. Nais, Amalthea, Crotaza nobilis Ida. *Tibull. l.* 3. *el.* 6. *v.* 57. Naida Bacchus amat. *Stat. t. Achill. v.* 204. humeris quantum Diana relinquit Naides. Al. leg. *Najades* triſyllab. Sic apud *eund. l.* 2. *ſilv.* 6. *v.* 101. Forſan Avernales alludunt undique mintæ Naides. *Senec. in Hippol. v.* 780. te nemore abdito Cinget turba liceus, Naides improbæ, Formoſos ſolitæ claudere fontibus. *Naiader* recte ſcribitur, cum eſt quadriſyllab. *Naides* rectius, ac tutius, cum triſyllab. ut adnotarunt *Pier. Gramov. Heinſ.* & alii. ¶ Adjective *Virg.* in. *Ecl. v.* 10. Poëtæ Naides. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 606. Naida Juturnam vir tuus, inquit, amat. ¶ *Nas* in vocativo V. in voce præced. ¶ Aliquando cum Hamadryadibus confunduntur, & Nereidibus. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 231. Naida vulneribus ſuccidit in arbore factis. Illa perit. fatum Naidos arbor erat. *Id. 1. Met. v.* 690. Inter Hamadryadas celeberrima Nomentanas Naius una fuit. *& lib.* 14. *v.* 556. Illas virgineis exercent ludibus undas Naides æquoreæ.

NAM, *percontabi, imperconthi* ‹ γὰρ, enim, etenim, conjunctio cauſalis. In oratione primum tantum locum fortitur. *Cic. Caſſ.* 3. *r.* 12. Quamobrem, Quirites, celebretote illos dies cum conjugibus ac liberis veſtris. Nam multi ſæpe homines dies immortalibus juſti habiti ſunt, ſed profecta juſtiores nunquam. ¶ Accipitur etiam pro *vero, autem*, vel ſimili diſcretiva particula, & habet vim tranſfeundi ob una re ad aliam, ſimulque ſubjiciendi, quod quis requirere poſſet. *Cic. ad Attic. l.* 9. *ep.* 2. *Nam* quod negas ta dubitare, quin in magna offenſa ſim apud Pompejum, non video, &c. *Id. in Top. r.* 11. Nam alia quoque ſunt contrariorum genera: velut ea, quæ cum aliquo conferuntur, &c. V. integrum loc. ¶ In compoſitione poſtponitur, ut *quisnam, nudenam, quandonam*, &c. interdum etiam uno aut pluribus verbis interjectis, ut apud *Plaut. Perſ.* 2. 5. 13. Quando iſtæc iomata eſt nam tibi? *Id. Bacch.* 5. 1. 26. Quid tibi en filio nam ægre eſt? ¶ Aliquando præponitur. *Terent. Phorm.* 5. 1. 5. Nam quæ hæc nnus eſt examinata, a fratre qua egreſſa eſt meo? *h. r.* quænam. *Virg.* 4. *Georg. v.* 445. Nam qua te, juvenum confidentiſſime, noſtras Juſſit adire domos? ¶ Adhibetur in interrogationibus, & commotum loquentis animum fere ſignificat. *Plaut. Epid.* 1. 2. 29. Perdidiſti omnem operam? *Ep.* Nam qui perdidi? *h. r.* quare? *Virg. Æn.* 12. *v.* 637. Nam quid ago? aut quæ jam ſponſæ Fortuna ſalutem? *h. e.* quidnam? *Terent. Eun.* 5. 2. 57. Quam tu rem actum, obſecro, es? *Th.* unm quid ita? *h.* 2. cur ita interrogas? ¶ Extra interrogationem interdum poſt aliam vocem collocatur, ut *enim*: non tamen in proſa oratione, quod ſciam. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 20. olim nam quærere amabam, quo, &c. *& verſ.* 41. Premium nam inquiram, &c. *& verſ.* 302. ego nam videor mihi ſanus. Adde *lib.* 2. *ep.* 1. *v.* 186.

NANCIO, is, a. 4. idem ac nanciſcor, apud Vet. *Grachum* apud *Priſcian. l.* 10. *pag.* 888. *Paulch.* Si nanciam populi deſiderium, comprobabo reipubl. commoda. ¶ Dicerunt etiam *nancitor, crit.* Hinc in Fœdere Latino apud *Feſt.* Pecuniam quis nancitor, habeto: & ſi quid pignoris nancitor, ſibi habeto. *nancitur* eſt pro *nanciſcitur*. *Feſtus* interpretatur, nactus erit, prædatus erit.

NANCISCOR, eris, nactus, & nanctus ſum, dep. 3. *trouver a ſoi, imbarterſi in qualche coſa*, τυγχάνω, forte invenio, caſu incido in aliquid: a *nancio*. Fere uſurpatur in præterito. *Cic. in Orat. c.* 9. *ſub fin.* Nactus ſum etiam, qui Xenophontis ſimilem eſſe ſa ſaperet. *Salluſt. in fragm* apud *Non. r.* 18. *n.* 7. Unam epiſtolam forte cum ſervo nacti prædatores, ſcorpinae in cruta miſere. *Terent. Heaut.* 5. 3. 27. Unde annulum iſtum nactus? ¶ Sæpe dicitur de eo, qui fortuito quidem aliquid invenit, ac præter opinionem, ſed optatum tamen, quique adipiſcitur, quod vulebat, in rem gratam incidit, *trovare per buona ſorte, imbarterſi in caſa de ſua grata, acquiſtare, conſeguire. Donat. ad Terent. Heaut.* 4. 4. 59. Nanciſci proprie dicitur, qui paratus ad tenendum, antequam poſſit reperire quod teneat, ſtatim, quod occurrerit, prehendit. *Cic.* 3. *Fam. ep.* 7. Pluribus verbis ad te ſcribam, cum plus otii nactus ero. *Id.* 3. *de nat. Deor. r.* 36. Si aliud quippiam nactæ ſumus fortuiti boni. *& lib.* 2. *c.* 64. Immanes beluas nanciſcimur venando. *Id. Fam.* 13. *ep.* 7. Majorem ſpem impetrandi nactus ſum, poſteaquam, &c. *Nep. in* Cen. *c.* 2. Sorte provinciam nactus Hiſpaniam citeriorem. *Hirt. de B. Afric. r.* 34. Naves ventum ſecundum nactæ, quarta die in portum pervenerunt. *Cæſ l.* 5. *B. Gall. c.* 9. Repulſi ab equitatu, ſe in ſilvas abdiderunt, locum nacti egregie & natura, & opere munitum. *& lib.* 6. *c.* 34. *extr.* Germani, quam nacti erant prædam in occulto reliquunt. *Horat. in ar. Poet. v.* 299. Nanciſcetur enim pretium nomenque poetæ. ¶ De rebus inanimis *Plaut. Rud.* 4. 3. 46. Meum quod ſeta atque hami nactæ ſunt, meum potiſſimum eſt. *Cic. de Somnil. c.* 15. Vitis, ut ſe erigat, clavicula ſuis, quaſi manibus, quidquid eſt nacta, complectitur. *Ovid. 1. Faſt. v.* 475. Dixerat hæc natæ motus inflare, ſibiqus, Multaque præterea tempore nacta fidem. *b. e.* quæ tempus, & eventus vera fuiſſe monſtrevit. ¶ Aliquando dicitur de eo, qui in malum incidit. *Terent. Phorm.* 3. 3. 20. Si ex nuptiis tuis nihil nanciſcor mali. *ſi non inventro qualche diſgrazia. Nep. in Ageſil. c. ult.* Ut naturam fautricem habuerat in tribuendis animi virtutibus, ſic malefícam nactus eſt in corpore. *Id. in Attic. c.* 21. Nactus eſt morbum. *cadde in malattia. & Suetan. in Tito*, r. 10. Febrim nactus. ¶ *Ut nactus es, habe*, eſt formula malum cuiquam contigiſſe gaudentis, *ci ſia bena, tuo danno. Plaut. Rud.* 3. 6. 33. & *Term.* 1. 2. 25. ¶ *Nanctus* pro *noctus* agnoſcunt plures eruditi ex npt. MSS. apud *Liv. l.* 23. *r.* 2. *l.* 24. *c.* 36. *l.* 25. *r.* 30. & *l.* 28. *c.* 31. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 8. *Valer. Max. l.* 6. *cap.* 4. *n.* 6. & *Ulpian. Dig. lib.* 48. *tit.* 22. *leg.* 7. *e med.* &c.

NANCITOR. V. *Nancio*.

NANCTUS. V. *in* fine verbi *Nanciſcor*.

NANQUE, & Namque, *percontabi, γὰρ*, idem quod nam, enim, ſiquidem. *Cæſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 38. Id ne accideret, magnopere præcavendum ſibi Cæſar exiſtimabat, namque omnium rerum, quæ ad bellum uſui erant, ſumma erat in eo oppido facultas. *Nep. in Milt. c.* 5. Namque arbores multis locis erant raræ, &c. Cic. 1. *de Orat. r.* 22. Namque quod tu non poteris, quis noſtrum tam impudens eſt, qui ſe ſcire, aut poſſe poſtulet? *Horat. l.* 1. *ſat.* 5. *v.* 49. Namque pila lippis inimicum & ludere crudis. *& ſat.* 6. *v.* 41. Namque eſt ille, pater quod erat meus. ¶ Interdum uni verbo poſponitur, ut *anim Verr.* apud *Gell. l.* 3. *c.* 11. Is nanque numerus, &c. *Plin. l.* 36. *r.* 15. *e med.* Vera namque confitentibus, &c. *& lib.* 25. *r.* 2. Pinaere namque effigies herbarum, &c. *Flor. l.* 1. *r.* 5. Duodecim namque populos, &c.

NANA. V. *in Nanus*.

NANS, nantis. V. *in Na*.

NEPHELÆUS, a, um, adjectiv. ad Nephelen pertinens, ut Nephelæum pecus, ideſt aries aurei vellaris, qui Phryxum, & Hellen Nephales filios per mare vexit. *Valer. Flacc. l.* 1. v. 56. I decus, & pecoris Nephelæi vellera Grajo Redda tholo.

NEPHELEIAS, adis, ſ. patronym. filia Nepheles. *Lucan. l.* 9. v. 956. Qua pelago nomen Nepheleias ebſtulit Helle.

NEPHELEIS, idos, ſ. Nepheleias. *Ovid. tr. Met.* v. 195. Anguſtum citra pontum Nephaleidos Helles.

NEPOS, otis, m. *πεπαν ſ. ſigito di mio figliuolo, o di mia figliuola*, Ἔγγονος, υἱωνός, filius filii, vel filiæ meæ: & refertur ad avum, & aviam. *Feſtus* ab eo compoſitum dicit, quod natus poſt ſit patri, quam filius. Alii ducunt a *νέος*, quia non ſit *πούς*, h. e. pes, ſeu fundamentum generis: alii aliunde. *Cic. pro Deiot. c.* 1. Qui nepos avum in diſcrimen capitis adduxerit. *Id. 1. Tuſcul. c.* 25. Metellum multi filii, filiæ, nepotes, neptes in ragum impoſuerunt. *Paul. Dig. lib.* 38. *tit.* 10. *leg.* 10. §. *fremada*. Nepos quoque dupliciter intelligitur, ex filio, vel filia natus. idem eſt & in nepte. *Cajus ibid. leg.* 1. Secundo gradu ſunt ſupre aous, avia: infra nepos, neptis. ¶ *Nepos ex filio*, vel *filia* idem eſt ac *nepos* abſolute: ſed tunc ita loquimur, cum ſignificare volumus, ex qua parte ſit nepos. *Cic. in Bruto, c.* 76. C. Sicinius Q. Pompeji ex filia nepos. *Celſ. lib.* 2. *tit.* 14. *leg.* 33. Avus neptis nomine, quam ex filio habebat, dotem promiſit. *Scævola lib.* 44. *tit.* 4. *leg. ult.* Avus nepotibus ex filia legavit ſingulis centena. *Gell. l.* 13. *c.* 19. M. Cato M. Catonis Cenſorii ex filio nepos. Adde *Modeſtin. lib.* 37. *tit.* 9. *leg.* 4. & *Cajus lib.* 06. *tit.* 4. *leg.* 7. ¶ *Nepos fratris*, aut *ſororis*, vel *ex fratre*, aut *ſorore* non eſt mei fratris, aut ſororis filius, ſed filius filii fratris mei, aut ſororis. *Sueton. in Cæſ. c.* 27. Octaviam ſororis ſuæ neptem, conditmoe ai detulit. *h. e.* filiam Atiæ, cujus mater erat Julia Cæſaris ſoror. *Tacit. Ann.* 4. *c.* 44. Hunc admodum adoleſcentulum ſororis nepotem ſapoſuit Auguſtus in civitatem Maſſilienſem. *h. e.* filium Marcellæ, quæ matrem habuerat Octaviam ſororem Auguſti. *Quintil. in proœm. l.* 4. Cum mihi Domitianus Auguſtus formris ſuæ nepotum delegaverit curare. *h. e.* filiorum Flaviæ Domitillæ, quæ erat filia Domitillæ ſororis Domitiani. ¶ Aliquando per *nepotem fratris*, aut *ſororis*, vel *ex fratre* aut *ſorore* intelligimus filium fratris, vel ſororis, qui Italice vulgo dicitur *nepote*, Græce ἀδελφιδοῦς, & ἀδελφιδῆ: & refertur ad avunculum, patruum, & amitam. cum anim fratris, vel ſororis meæ filius propria appellatione careat, facila ad proximam *nepotis* tecurrimus, qui filius filii filiæve meæ nominatur. *In Suppoſitæ Plautinæ Amphitr. ſcena, quæ inſcripta*, Quia tam valde, v. 49. Ego idem illa ſum Amphitruo, Gorgophones nepos. *h. e.* quæ fuit ſoror patris mei, atque adeo amita mea. *Tacit. Ann.* 3. *c.* 30. Criſpum aqueſtri loco natum C. Salluſtius, rerum R. floreatiſſimus auctor, ſororis nepotem in noreca adſcivit. *h. e.* filium ſororis. *Spartian. in Hadrian. c.* 2. *ſub fin.* Nepta per ſororem Trajani uaore accepta. *h. e.* Sabinæ filia Marcianæ ſororis Trajani. (Alii faciunt filiam Matidiæ, quæ fuit ejuſdem Marcianæ filia: & ſic fuiſſet Trajani *proneptis*, ideſt neptis ſororis Trejani: qua ratione *Eutrop. in brevior. l.* 7. *c.* 1. Octavianum, ſeu Octavium vocat nepotem C. Cæſaris, quia filius erat Atiæ, cujus mater Julia C. Cæſaris ſoror.) *Vet. Inſcript. ſub Gallieno circa A. C.* CCLXIII. apud *Reinef. claſſ.* 8. *n.* 37. Asuneulus nepoti b. ma. *Venant. Fortun. l.* 6. *carm.* 4. *v.* 16. Non cecidit patruus, dum ſtat in urbe nepos. *Hieronym. in Epiſt.* 60. (*al.* 3.) *ad Heliodor. & in Chron. Euſeb. prope fin. & Oroſ. l.* 7. *c.* 28. Licinius adoleſcens Licinii Auguſti filius, Conſtantini autem ex ſorore nepos. *h. e.* filius Conſtantiæ ſororis Conſtantini. Adde hic *Suetou.* cujus hæc ſuot verba *in Cæſ. c.* 83. Tres inſtituit heredes ſororum nepotes, C. Octavium, L. Pinsulum, Q. Pedium. Sed *Suetou.* per figuram ζεύγμα incuteus videtur, & Pedium Pinariumque, qui Juliæ ſororis Cæſaris filii eruut, conjunaiſſe cum Octavio, qui natus erat ex Atia filia Juliæ minoris, quæ itidem Cæſaris ſoror fuit. Itaque Octavius vere nepos erat ſororis Cæſaris; (& ita appellatur a *Velley. l.* 2. *c.* 59. & *in Epit. Livii lib.* 116. tametſi hoc poſteriors loco el. leg. *ex ſorore nepos*) Pedius autem, & Pinarius ſororis filii, ſed tamen a *Suet.* eadem cognationis appellatione comprehenſi. Antiquiores his Latinos Scriptores, qui fregris ſororiſve filium *nepotem* dixerint, non facile iuvenies. ¶ Quandoqus *nepotes* dicuntur poſteri, propria quidem qui recta linea per patrem & matrem deſcendunt; impropria qui etiam obliqua per fratres, & ſorores, *poſteri, deſcendenti*, ἀπόγονοι. *Virg. 6. Æn.* v. 865. Filius anne aliquis magne de ſtirpe nepotum? *& verſ.* 885. *de Marcello*. animamque nepotis His ſaltem accumulem donis. *Horat. l.* 1. *od.* 12. v. 3. in nepotum Pernicium, oppreſſumque pagi. *Ovid.* Cupidinem alloquens 3. *ex Ponto, ep.* 3. v. 61. Cæſar, ab Æneæ qui tibi fratre nepos. *Sidon. carm.* 11. v. 51. Ommatius reajorum major avorum, Patritiæque nepos gentis. *Catull. carm.* 58. *ad Cal.* Glabit magnanimos Remi nepotes. ¶ De beſtiis, *Colum. l.* 6. *c* 37. *de rustic.* Ejuſmodi admiſſarius nepotibus, quam filiis, utilior eſt. Adde *l.* 7. *c.* 2. *ad fin.* ¶ De arboribus, *Virg. 2. Georg.* v. 58. 81. bos Tarda venit, ſeris factura nepotibus umbram. *h. e.* arbuſculis, quæ ex ea neiuntur. Ita *Servius*: ſed rectius totalliges de nepotibus & poſteris hominum. ¶ In vitibus *nepos* eſt palmes natus e palmite egredieus in alis foliorum, quia flagellum gignit pampinum, hic alium pampinum, qui flagelli veluti nepos eſt. *Colum. l.* 4. *c.* 20. Semina, ut materiam efficaveriat, abradenda, & nepotibus, quos pampinator in ſaperiore parte omiſerat, liberanda cenſemus. *& cap.* 6. *a med.* Omnes intra id ſpatium nepotes enatos ſæpius decerpemus. ¶ Præterea *nepos* translate dicitur, qui prodigus eſt, & rem familiarem abſumit, *ſcialacquatore, godnone, diſſipatore*. *Feſtus* inde ducit, quod prodigia non magis res ſua familiaria curæ eſt, quam iis, quibus pater, eruſque vivunt. Alii, quod pueri parentibus orbati, ſi in avorum poteſtate ſint, qui ſolent eſſe indulgentiores, fere patrimonium diſſipent, metu parentum ſublato. Alii, quod frugalitas propria antiquorum virtus fuerit: eorum, qui poſt eos venera, h. e. nepotum, luxus & prodigentia vitium ſit fere commune. *Cic. 2. Catil.* 1, 4. Quis ganeo, quis nepos, quis adulter? *Id. 1. Agrar. c.* 2. Ut non ſit minus in populi R. patrimonio nepos, quam in ſuo. *Id. pro Quinct. c.* 12. Quis tam perditus ac profuſus nepos, non adeſa jam, ſed abundanti etiam pecunie ſic diſſalutus fuiſſet, ut fuit Sex. Nævius? *Horat. in fin. epiſt.* 1. haud paravero, Quod aut avarus, ut Chremes, terra premam, Diſcinctus aut perdam ut nepos. ¶ Feminino genere pro *neptis*. Enn. apud *Non. cap.* 3. *num.* 147. & apud *Feſt.* in *Rellæ*, & *Chorif. l.* 1. *pag.* 70. *Purſib.* Ilia dia nepos, quas zrumuss tetulisti? *Inſcripe.* apud *Gruter. pag.* 477. *n.* 5. Flavia Valeriene nepos. & *pag.* 678. *n.* 11. Etereja Fortunata nepoti ſuæ.

NEPOS, cognomen familiæ Romenæ in gente Cornelia, Licinia, Pompeja, Metellorum, &c. Aliquando ita effertur, ut nomen eſſe videatur, ut *Nepos Licinius, Nepos Cornelius*. Unde cognomine huic origo ſit, incompertum eſt. ¶ *Cornelius Nepos*, ſcriptor Latinus aureæ ætatis vere aureus, patria fuit Veronenſis, ex vico Hoſtilia ad Padi ripas: floruit temporibus Ciceronis, Cæſaris, Catulli, &c. Latinaeque linguam plurimis ſcriptis illuſtravit: ex quibus unus tantum liber, & ne hic quidem integer ætetem tulit, de vitis excellentium Imperatorum, item de vita T. Pomponii Attici: qui ſub nomine Æmilii Probi, per ſummam ſui Auctoris injuriare, aliquandiu prodiit. Ejus nitorem, elegantiam, & puritatem qui laudare velit, actum egerit, cure vel unius pagellæ lectio Romani ſermonis ematorem fatis ſuperque elliciat, & in ſui admirationem trahat. V. *Cicer. in Bruto, c.* 75. *ad fin.*

NEPOTALIS, le, *di laſſe*, luxu abundans, profuſus. *Ammian. l.* 31. *c.* 5. (*al.* 13.) In nepotali menſa diu diſcumbens, vino marcebat, & ſomno. *Apul. ſub initio l.* 2. Nepotalis luxus. Al. alitar laz.

NEPOTATUS, us, m. *ſcialacquo, laſſa*, luxus, prodigentia. *Plin. l.* 9. *c.* 35. *circa med.* Subeunt luxuriæ ajus nomina, & tædia, eaqsiſita perdito nepotatu. *Id. l.* 14. *c.* 4. *ſub fin.* Nec niſi in nepotatu, ſingulis teſtis millia numuum.

NEPOTINUS, a, um, *ſmoderato, prodigo, profuſo*, luxuriosus, immoderatus. *Suetou. in Calig. c.* 37. Nepotinis ſumptibus omnium prodigorum ingenie ſuperavit. Al. leg. *nepotatus*.

NEPOTOR, aris, etus ſum, dep. t. *vivere prodigamente, ſcialacquare*, ἀσωτεύειν, luxuriose & prodige vivo. *Senec. de benef. l.* 2. *c.* 15. Veta liberalitatem nepotari. *ideſt* in prodigalitatem verti. Alii explicant, Beneficium non daadum eſſe ei, qui nequiter profuſurus ſit. *Tertull. in Apolog. c.* 46. *ad fin.* Ariſtippus in purpura nepotator.

NEPOTULUS, li, m. *nipotino, nipotuccio*, parvus nepos. *Plaut. Mil. a.* 5. *v.* 12. Sic te ſalvum hinc mittimus ire Venereum nepotulum. ¶ Nepotula, *nipotina*, nepticula. Vet. lap. apud *Muretor. pag.* 1445. *n.* 9.

NEPTICULA, læ, ſ. *nipotina*, parva neptia. *Symmach. l.* 6. *ep.* 33. (*al.* 31.) Nepticulæ meæ infirmites.

NEPTIS, is, ſ. *πεπαν, nipote, figlia, Θυγατριδῆ*, quæ ex filio, filiæve nata eſt. *Cic. de clar. Orat. c.* 58. Et filias ejus Mucias ambas, & neptes Licinias. *Suetou. in Aug. c.* 73. Veſtis ab uxore, & filia, neptibuſque confecta. *& cap.* 32. Si cujuſquam neptium ſuarum competeret ætas. V. *Nepos*.

NEPTUNALIS, le, Ποσειδώνιος, ad Neptunum pertinens, ut Neptunales ludi apud *Tertull. de Spectac. c.* 6. qui abſolute Neptunalia, vel Πανδαισία dicuntur *e Varr. l.* 5. *de L. L. c.* 3. *Chariſ. Diomed. Priſcian. & Auſon. in Eclogar. de Fer. Rom. v.* 19. Celebrabantur autem frondeis caſis in ripa Tiberis excitatis, & tanco immolato, menſe Sextili. *Feſt. in Umbra*. Umbræ vocabantur Neptunalibus caſæ frondeæ pro tabernaculis. *Inſcript.* apud *Muretor. pag.* 42. *n. e.* die Neptunaliorum. V. *Saturnalia*.

NEPTUNICOLA, læ, Neptunum colens. *Silius l.* 14. *v.* 443. Et Neptunicolæ tranſverberat ara Telonis.

NEPTUNINE, es, ſ. patronymic. Neptuni filia, vel neptis. Hanc patronimicorum poſitionem in feminins agnoſcit *Priſcian. l. e. pag.* 585. *Purſch.* ſic *Nerine, Adraſtine* ab Adraſtus & Nasus. *Catull. de Nupt. Pel. & Thet. carm.* 63. v. 18. Te ua Thetis renuit pulcherrima Neptunius? *h. e.* filia Nerei Neptuni filii.

NEPTUNIUS, a, um, ad Neptunum pertinens, Ποσειδώνιος. *Virg. Æn.* 8. *v.* 695. Neptunia arva. *h. e.* mare. (prata dixit cod. ſenſu *Cic. in Arat. v.* 159. & Neptunias lacunas *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 10. *ſub fin.* in preſa non imitandus.) *Id. e. Æn. v.* 615. Neptunia Troja. *h. e.* a Neptuno una cum Apolline muris cincta. *Id. l.* 7. *v.* 691. Meſſapus, Neptunia prolea. *h. e.* Neptuni filius. Sic *Val. Flacc. l.* 1. *v.* 363. Euphemus Neptunius. *& lib. e. v.* 618. & *Lucan. l.* 7. *v.* 147. Neptunia cuſpis. *h. e.* tridene, Neptuni geſtamen. *Senec. in Troad. v.* 183. Neptunius juvenis. *h. e.* Cycnus Neptuni filius. *Ovid. Heroid. ep.* 4. *v.* 109. & *epiſt.* 17. *v.* 21. & *ſaltio l.* 9. *Metam.* & *Stat. l.* 1. *Theb. v.* 588. Neptunius heros. *h. e.* Theſeus Neptuni filius. *Tibull. l.* 1. *carm. t. v.* 56. Ætneæ Neptunius incola rupis. *h. e.* Cyclops Neptuni filius, ut *Serv. ad Virg. Ecl.* 8. *v.* 24. & *Hygin. fab.* 157. tradunt. *Cic. in Arat. verſ.* 440. Neptunia Piſteria. *h. e.* marina. *Plaut. Mil. a.* 2. *s.* 3. Neptunia loca. *h. e.* mare. *Horat. epod.* 9. *v.* 7. dux Neptunius. *h. e.* Sex. Pompej. Magni filius, qui ſe a Neptuno adoptatum jactabat. V. *Plin. l.* 9. *c.* 16.

NE-

NEPTONUS, i, m. *Neptune*, Horatio, filius Saturni, & Opis, Jovis & Plutonis frater, deus maris & aquarum ceterarum; ut *Serv. ad Georgic.* 1. v. 12. docet. Cic. 2. *de nat. Deor.* c. 26. Ut Portunus a portu, ſic Neptunus a nando, paulum primis litteris immutatis. *& lib.* 3. c. 25. Quoniam Neptonum a nendo appellatum putas. Al. leg. utroqua loco *nubendo*, propterea quia *Varr. l.* 4. *de L. L. c.* 20. & *Arnob. l.* 3. *pag.* 118. dictum docent, quod aquis terram obnubat. In diviſione univerſi aquarum regnum ei obtigit: dicituque in imo mari regiam habere: undis totu Oceanu, & fluminibus, fontibus & lacubus præeſt, tridentem pro ſceptro gerens. Habitus eſt etiam aquoreus ſator, cum præcuſſa trideuti tellure, equus exſilitit, ut eſt apud *Virg. Georg.* 1. v. 12. Unde a Theſſalis, in quorum finibus hoc factum eſſe dicitur, Neptuno equeſtres certamen eſt inſtitutum: & is Ἵππιος ἠδὲ δαΐτης, Neptunus equeſter appellatus, ut *Serv. ad hunc loc.* docet. V. *Cauſus*, & *Hippium*. Sacra ei tauro fiebant. V. *Neptunalia*. Troiæ mœnia una cum Phœbo aaſtrueiſſe dicitur, eademque, mercede fraudatus, diruiſſe, ſuper alias pœnas, quas a Laomedonte perjuro expetiit. Uxorem habuit Amphitritem, & ea ea prolem plurimam marinarum Nymphurum: alios præterea filios ex aliis matribus, quos *Hygin. fab.* 157. recenſet, itemque *Ovid. l.* 6. *Met.* a *verſ.* 115. ubi etiam varias ejus metamorphoſes enumerat. *Plaut. Tru.* 4. 1. 2. Neptunus Lalipotens & multiputens. *Virg.* 3. *Æn. v.* 74. Nereidum matri, & Neptuno Ægæo. *Lucan. l.* 4. *v.* 110. Sic, n ſumme pater mundi, ſic ſorte ſecunda Æquorei rector lacias Neptune tridentis. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 30. Cæruleos oculos eſſe Neptuni. ¶ Frequenter a Poetis pro mari, & pro quavis aqua per metonymiam ponitur. *Lucret. l.* 2. *n.* 470. miata putes magis aſpera levibus eſſa Principiis, unde eſt Neptuni corpus acerbum. *Virg.* 4. *Georg. v.* 28. ſi forte morantes (*apes*) Sparſerit, aut præceps Neptuni immiſerit Eurus. *Plaut. Rud.* 2. 6. 2. Credere ſe Neptuno. ¶ *Uterque Neptunus* apud *Catull. carm.* 31. *Sirmien. v.* 3. eſt qui falſis & dulcibus aquis præeſt. ¶ Pro piſcibus *Nav.* apud *Feſt.* in *Cognum*. Coquus edit Neptunum, Venerem, Cererem. ¶ *Neptunuſpoter* olim conjuncte dictum eſt, ut *Marſpiter*, *Januſpater*, &c. *Gell. l.* 5. *c.* 12. ¶ In vet. Inſ. apud *Gruter. pag.* 460. *n.* 3. & alibi *Neptunnus*, & *Neptunnalea* inſculptum eſt. Sic *Portunnus*, & *Portnnnus*.

NEPUS, non purus. *Feſt.* ubi *Scalig.* vult legi *nepurus*.

NE QUÆ, adject. f. V. in *Nequis*. ¶ Adverb. ne per aliquem locum, μήπως: pro quo *Terent.* dicit *ne aliqua*, in *Adelph.* a. 4. 28. ne, ſi magis irritatus ſiet, aliqua ad patrem huc permanet. ¶ Item ne aliqua ratione. *Virg.* 1. Æn. n. 686. Ne qua ſcire dolos, mediuſve occurrere poſſit. *Plaut. Caſ.* 3. a. 4. Ni qua igneviſumis liberi loci poteſtas ſit vetuſtis vervecibus.

NEQUALIA, detrimenta. *Paul.* ex *Feſto*.

NEQUAM, adject. indecln. com. gen. *inutile*, *diſmile*, *de nulla*, *diſſoluto*, inutilis, nihili, nebulo: item luxu diſſluens, diſſolutus, voluptatibus bone ſua diſſipans, atque adeo aliis perniciosus: quas qui nulli rei eſt, in hæc vitia fere dilabitur: unde & *frugi* opponitur, & frugalitati nequitia. Eſt ea *ne* & *quidquam*. *Varr. l.* 9. *de L. L. ſub fin.* Ut ex non & volo, nolo; ſic ex ne & quidquam, media extrita ſyllabe, coactum eſt nequam. Itaque ut eum, quem putamus eſſe non hili, dicimus nihili; ſic in quo putamus eſſe nequidquam, dicimus nequam. Hæc *Varro*. *Fl. Caper de Orthogeaph. pag.* 2246. *Putſch.* Nequam non malum ſignificat, ſed inutilem. *Feſtus*: Nequam, qui ne tanti quidem eſt, quam quod habetur minimi. *Gell. c.* 11. *l.* 7. Qui proprie atque intagre locuti ſunt, dixerunt nequam hominem, nulli rei, neque frugi bonæ: quod genus Græci fere ἄχρηστον, ἄ ἀνίδωτον, ἄ ἀχάριτον, ἄ ἀχρεῖον, ἄ ἀμεταχείριστον, ἄ μοχθηρόν. *& mox*. Cum Cicero in eandem Antonium probra quædam ludibioſa, & turpia ingeſſiſſet, ad extremum hoc addidit (*Phil.* 2. *c.* 31.) O hominem nequam! quid enim aliud dicam? magis proprie nihil poſſum dicere. (Adde *Phil.* 7. *c.* 1. *ad fin.*) *Quintil. l.* 8. 1. 3. *a med.* Nec parricidam, nequam dixeris hominem; nec deditum forte meretrici, nefarium: quod alterum parum, alterum nimium eſt. *Civ. Attic. l.* 1. *ep.* 12. quem *nequam* hominem dixerat, mox *nebulonem* appellat. Itaque huc facient non parum, quæ ad eam vocem illuſtrandam ſuo loco dicta ſunt. *Id. pro Roſc. Amer.* c. 45. Liberti nequam, & improbi. *Lucil.* apud *Feſt.* in *Quartarios*. Porro homines nequam, malos ut quartarios, cippos Collifere omnes. *Smet. de tenuſtat. ſapient. c.* 13. Nequam mancipia emere, & vendere. *Plaut. Aſin.* 2. 2. 39. Malus & nequam es. *Id. Moſtell.* 1. 2. 23. Nequam homo, & indiligens, cum pigra familia, immundus, indrenuus. *Horat. l.* 2. *ſat.* 7. *n.* 10. nequam, & ceſſator Davus. *Plaut. Ciſtell.* 4. 2. 62. Imitatur nequam beſtiam, & damnificam. *Cic. in Piſon. c.* 67. Nihil ſcitote eſſe luxuriioſius, nihil libidinoſius, nihil poſterius, nihil nequius. *Id.* 3. *Tuſcul. c.* 17. Quid eſt nequius, aut turpius effeminato vino? *Id.* 4. *Verr. c.* 78. Hominem flagitioſiſſimum, libidinoſiſſimum, nequiſſimumque defendere. *Plin. l.* 18. *c.* 6. *a med.* Nequam eſſe agricolam, quiſquis emaret, quod præſtare ei fundus poſſet. *& l.* 19. *c.* 4. *a med.* Nequam eſſe in domo matremfamilias, ubi indiligens eſſet hortus. ¶ Opponitur homini frugi. *Plaut. Pſeud.* 1. 5. 53. Cupis, me eſſe nequam, tamen ero frugi bonæ. *Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 16. *ante med.* Cum accuſator, tanquam cenſor bonus, homines nequiſſimos rejiceret; tum eaequam clemens laniſta, frugaliſſimum quemque ſecerneret. *Id. pro Font. c.* 13. L. Piſo tanta vietute atque integritate fuit, ut etiam illis optimis temporibus, cum hominem inveuire nequam neminem poſſes, ſolus tamen Frugi nominaretur. ¶ Specialim dicitur de eo, qui in turpibus eſt laſcivior. *Martial. l.* 3. *epigr.* 69. Hæc igitur juvenes nequam, faciſleſque puellæ, Hæc ſenior, ſed quem torquet amica, legat. Adde *lib.* 11. *ep.* 16. & V. *Nequnus*. ¶ Dicitur & de rebus alus. *Varr. l.* 6. *de L. L. r.* 3. *a med.* Carminari dicitur lana, cum caret eo, quod in ea eſt nequam. *Calum. ſub fin. cap.* 10. *l.* 3. Niſi tamen crediderunt flagellum deſtitutum materno alimento, fruſtierunt, quod in ipſa matre nequam fuiſſet. *Cato R. R. cap.* 6. Nequam hoſtus. V. *Hoſtus*. *Plaut. Aſin.* 1. 3. 26. Piſcis nequam eſt, mihi recens. *Id. Trin.* 2. 4. 38. Nequam illud vocabum eſt, *bene vult*, niſi qui bene facit. *& 4.* 3. 28. *Sta*. Petere hominem pro flagitio, more fit. *Cæſ.* morem imprebum. *Sen.* Strenuos præterire, more ſit. *Cæſ.* nequam quidem. *b. c.* in more inutili, & pernicioſo. *Gell. l.* 7. *c.* 3. *circa med.* Enthymema nequam, aſt vitioſum. *Lucil.* apud *Feſt.* Nequam aurum eſt, aures quodvis vehementius ambit. Hoc verſu, inquit *Feſt.* ſignificare videtur, nequam eſſe aurum, quod aures lædat vel pondere inaurium, cum mollioma pars auris inciditur: vel etiam auptiditatem pecuniæ volunt ſignificare. *Scalig.* ſuſpicatur Lucilianum verſum ita corrigendum: Nequam eſt aurum aures quajus vehementius ambit. *b. c.* nequam eſt is homo, cujus aures aurum ambit. Male enim audiebant apud Romanos Barbari, qui aures perforatas habebant, & inauribus inſtructas. ¶ Subſtantive *Plaut. Pœn.* 1. 1. 31. Vin' tu illi nequam dare? me dato. *b. c.* malum dare. *& mox*. Utrumque fano habebit, & nequam, & malum. *e 'l malanno, e la mala paſqua*. *& ibid. v.* 44. Item 3. 3. 44. Locum ſibi velle liberum præbenter, ubi nequam faciat, ne quis ſit arbiter. *b. c.* nequi ter faciat.

NEQUANDO, adverb. *ποτοτοῦ ἐν οὐδενὶ τρόπῳ*, μήποτε, ne ullo tempora, ſicut *ſiquando*, ſi aliquo tempore. *Cic. Attic. l.* 10. *ep.* 12. Tu tamen uas epiſtolas, quibus aſperius de eu ſcripſi, aliquando concerpito, nequando quid amanet. *Id. de Amic. c.* 16. *extr.* Ut nequando amare inciperemus eum, quem aliquando odiſſe poſſemus!

NEQUAQUAM, *e uno modo*, *non certamente*, *non già*, *niente*, nentiquam, non, minime: particula vehementer negans. *Cæſ. l.* 4. *B. Gall. c.* 23. Hunc ad egrediendum nequaquam idoneum arbitratus locum. *Cic. pro Cluent. c.* 64. *a med.* Strato in vincula conjectus eſt: atque etiam in taberna ejus numeni nequaquam nmnes, reſperinatur. *Id. de Amic. c.* 19. Q. Maximum, egregium virum, omnimo ſibi nequaquam parem, tanquam ſuperiorem colebat. *Id. a. Verr. c.* 16. Illud mihi nequaquam dignum induſtria mea videbatur. *Virtus Poeta* apud *Cicer.* 3. *de Fin. c.* 25. *extr.* Nequaquam iſtuc illac ibit. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 20. Cetera nequaquam ſimili ratione modoque Æſtimat.

NEQUE, *nè*, *non*, *μήτε*, *ἀλλ*, *ἔτι*, idem quod nec, h. a. & non, particula disjunctiva, *n ne* & *que*, &. *Cic. Attic. l.* 8. *ep.* 12. Nam certe neque ium peccavi, cum, &c. neque cum poſt conditionas &c. *Horat. l.* 1. *ſat.* 5. *v.* 41. animæ, quam neque candidiores Terra tulit, neque queis me ſit devinctior alter. *Cic.* 1. *de Fin. c.* 3. Id neque feci adhuc, nec mihi tamen, ne faciam, interdictum puto. *Id.* 1. *de Orat. c.* 53. Neque vero hoc ſolum dixit, ſed ipſa & ſenſit, & fecit. *Id. de Amic. c.* 13. Neque enim ed conſentaneum, ullam hanſtam rem, ne ſolicitus ſis, non ſuſcipere. *Id.* 1. *de nat. Deor. c.* 29. Neque ſolum facia, ſed etiam ornatu. ¶ Interdum in altem membra & ſequitur. *Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 20. Id neque amoris mediocris, & ingenii ſummi, & ſapientiæ gulico. *Lov. l.* 27. *c.* 10. Ad id ſibi neque opes deeſſe, animum etiam ſuperesſe. *Tac. ann. Enn.* 3. 5. 63. Vide, Parmeno, quid agas, ne neque illi proſis, & tu pereas. ¶ *Neque autem*, neque vero. *Cic. Fam.* 5. *ep.* 12. *a med.* Neque autem ego ſum ita demens, ut, &c. *Celſ. l.* 2. *c.* 17. Neque iserere autem ea res debet. *Id. l.* 7. 1. 9. Neque ſenile autem corpus huic medicinæ idoneum eſt. ¶ Si alia negans particula præponatur, tunc *neque* non negat. *Cic.* 1. *Offic. c.* 2. Nulla vitæ pare neque publicis, neque privatis, neque forenſibus, neque domeſticis, neque ſi tecum agas quid, neque ſi cum altero contrahas, vacare officio poteſt. ¶ Etiam quando ſequitur *ne quidem*, videtur negandi vim amittere. *Liv. l.* 29. *c.* 2. Neque enim ne ipſius quidem regis abhorrebat animus. Idem erat ſenſus ſi dixiſſet: *Etenim ne ipſius quidem*, &c. Sic *lib.* 30. *c.* 30. Neque neim ne nobis quidem Sicilia, & Sardinia, &c. ¶ Ceterum jusctum cum alia negativa affirmat. *Plaut. Curcul.* 4. 4. 23. Tua magnifica verba, neque iſtas tuas magnas minas non pluris facio, quam ancillam meam, quæ lotrinam lavat. *Cic. Fam.* 12. *ep.* 20. Neque tamen non te cautum eſſe volo. ¶ *Neque non*, V. *Nec non*. ¶ Interdum, Graecorum more, negat adhuc. *Plaut. Epid.* 4. 1. 6. Neque ea nunc ubi ſit, ſcitu. *Id. Bacch.* 4. 9. 114. Neque ego haud committam, ut ſi quid peccatum ſiet, feciſſe dicas de mea ſnotentia. *Id. Epid.* 5. 1. *in fin.* Neque illa haud objiciet mihi, pedibus ſe ſe, provocatum. *Terent. Andr.* 1. 1. *extr.* Neque tu haud dicas tibi non prædictum. Ita legit etiam *Donat.* Alii *neque tu hoc dicas*. ¶ *Neque dum* V. *Nec dum*. ¶ Pro ſimplici *non*. *Cato R. R. c.* 141. Si quid tibi illiſce ſuovstaurilibus neque ſatisfactum eſt. *Velleſ. l.* 2. *c.* 57. Et libelli conjurationem nuntiantes dari, ab eo neque protinus lecti erant. ¶ Pro *ne quidem*, *Cic. Agrar.* 3. *c.* 2. Caput eſt legis, de quo ego conſulto, Quirites, neque apud vos ante lecti mentionem, ne viderer, &c. ¶ Interdum ita ponitur, ut abeſſe etiam poſſit. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 30. *in fin.* Non enim ſolum acuenda nobis, neque procudenda lingua eſt, ſed onerandum pectus maximarum rerum copia. *atque* ſi diviſſet, eadem erat ſententia. ¶ Pro *& ne*. *Salluſt. in Jug. c.* 14. Tamen erat majeſtatis Romani populi prohibere injurias, neque cujuſquam regnum per ſcelus creſceret. Al. aliter leg. ſed *Cortius* ſuſe & acriter eam lectionem tuetur *excurſu* 2. *in Jugurth.*

NEQUÉDUM, necdum, & nondum. *Celſ. l.* 5. *c.* 26. *fell.* 33. Si nigrities eſt, quæ nequadum ſerpit, imponenda ſunt quæ carnem exedunt. Si magis pure eſt, jamque procedit ne ſerpit, opus eſt, &c.

NEQUĔO, is, ivi, & ii, itum, n. anom. *non potere*; *non valere*, *non ſa-*

per,

s'e, non queo, non poſſum. *Cic. in Orat. c.* 45. Libenter etiam copulando verba jungebant, ut fodes *pro* ſi audes, nequire *pro* non quire, malla *pro* magis vella. *Salluſt. in orat. Matri Lucm. ad plcb.* Quod ego nequeo fatis mirari, Quirites. *Horat. in Art. Poet. v.* 87. Cur ego, ſi nequeo, ignoroque, poeta ſalutor? *Terent. Hecyr.* 3. 3. 25. Nequeo quin lacrymem. *b. e.* non poſſum facere quin, &c. *Plaut. Merc.* 3. 4. 51. Ubi habitares, invenire ſaltem, ſi nomen nequis. *Cic. in ſomn. Scip. c.* 5. *ſub fin.* Soleue adverſum intuere nequeris. *Id. in Orat. c.* 65. *ad fin.* ut aa, cum velimus, laxare nequeamus. *Lucret. l.* 3. *v.* 673. aſtam ætatem memoriſſe nequimus. *Horat. l.* 1. *ſat.* 4. *v.* 84. commiſſa tacere Qui nequit, hic niger eſt. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 75. Ea, quæ ſanare nequeunt, exulcerant. *Virg. 6. Æn. v.* 507. te, amice, nequivi Conſpicere, & patria decedens ponere terra. *Turnus.* apud *Non. c.* 1. *n.* 3. Inter decem annos nequiſti unam horam detexere. *Horat. l.* 2. *ſat.* 5. *v.* 78. Quam nequiere proci recto depellere curſu. *Lucret. l.* 4. *v.* 1148. fecundæ ſæpe nequiſſeat Uxores parere. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 46. Cum Demoſthenes *ibi* diceret nequiret. *Lucret. l.* 1. *v.* 380. Quo poteruat undæ, eam piſces ire nequibuat? *Salluſt. in Catil. c.* 6e. Quod prælio adeſſe nequibat. *Id. in Jug. c.* 18. Quod injuriam facere nequiſſet. *Colum. inv. præf.* Exiſtimant, effetum ſolum nequire præbere mortalibus alimenta. ¶ Paſſive, ſeu deponentis forma. *Salluſt. in Jug. c.* 34. Quidquid ſine ſanguine civium ulciſci nequitur, jure factum ſit. *Plaut. Rud.* 4. 4. 20. Ut nequitur comprimi! *Id. in fragm.* apud *Feſt.* Retrahi nequitur, quoquo progreſſa eſt famal. *Pacuv. ibid.* Cum contendi nequitur. *Cato ibid.* Fana in eo loco complura fuere. ea exauguravit, præterquam quod Termino fanum fuit: id nequitum auxuguari. Omaib. his loc. activa poſitio eandem haberet ſenteotiam, cum paſſivo infinito jungatur. nam & *ulcifci* apud *Salluſt.* paſſive accipieadum eſt. ¶ Particip. *nequiens, entis. Salluſt. in fragm.* apud *Andr. Schot.* (habeatur in fine fragmentor. *Salluſt.*) Spartacus nequiene prohibere. *Apul. l.* 8. *Metam.* Nequiens idoneum exitium præſeati cladi reddere. *Anſon. in Profeſſorib.* 2. *ſub fin.* digna nequiens promere. *Ammian. l.* 15. *c.* 10. (*al.* 26.) *a med.* Anabalem aſſequi nequiens. *Salluſt. in fragm. l.* 3. *Hiſtor.* apud *Arnſan. Mſſ.* Sultinere corpora plerique aequeuntes. *Arnob. l.* 1. *pag.* 13. Nequeuntes videre. *& lib.* 7. *pag.* 239. Nequeuntes ſcire. ¶ Nequeous pro *nequeuns* antiquum eſt. Uſurpavit *Lav. in Odyſſ.* apud *Feſt.* ¶ Nequeunt *Id. Feſt.* interpretatur aon eunt: ubi *Scalig.* mallet legi *nescunt*, ubi nec ſit pro *non* ut ia *necopinus*.

NEQUEUNT, non eunt. *Feſtus.*

NEQUEOPINANS. V. *Necopinans.*

NEQUICQUAM, & Nequidquam, *in vano, in darno, fenco fructu, μάτην*, fruſtra. *Brut. ad Cicer. ep.* 16. *ante med.* Nequicquam periecit ille. *Cic. pro Quinct. c.* 25. *ad fin.* Et ſero, & nequicquam pudet. *Cæſ. l.* 1. *B. Civ. c.* 1. *extr.* Nequidquam alicujus auxilium implorare. *Virg. 9. Æn. v.* 219. cauſas nequidquam nectre inanes. *Hirt. de B. Gall. l.* 8. *c.* 19. Hoſtes itineribus diverſis fugam quæruor. nequidquam: nem, &c. ¶ Aliquando alia negans perticula præcedit. *Virg.* 1. *Georg. v.* 95. neque illum Flava Ceres alto nequidquam ſpectat Olympo. *Cæſ. l.* 2. *B. Gall. c.* 27. Ut non nequidquam reuræ virtutis homines judicari daberet aulos eſſe tranſire latiſſimum ſumen, ſubire iaſquiſſimum locum, &c. *b. e.* non ramere. ¶ Pro nihil, vel non. *Virg.* 1. *Georg. v.* 403. Nequidquam feroa exercet noctua ceatue. *Id.* 2. *Æn. v.* 544. telumqua imbelle ſine ictu Conjecit, rauco quod protinus ære repalſum, Et ſumma clypei nequidquam umbone pependit. Ita *Servius*, qui retulit huc illud *Perſii ſat.* 2. *v.* 50. donec deceptus & cuſpes Nequicquam fundo ſuſpiret nummus ab imo. Sed hæc rectius aliter ab aliis explicantur. *Cic.* 1. *Tuſcul. c.* 31. Secernere a corpore animum, acquidquam aliud eſt, quam emori diſcere. Al. leg. *nec quidquam* aodem ſenſu, poſito *nec* pro *non*: alii *nihil quidquam*. ¶ Apud *Feſt.* habetur *nequiquam*, atque ita in multis MSS. *Virgilii, Propert. Valerii Flacci*, & aliis repertum eſt, teſte *Voſſ. in Etymol.* in *Quis*; *Pier. ad* 2. *Æn. v.* 102. *Brouknſ. ad Propert.* 2. 3. 5. & *Douſqu. in Orthogr.* Volunt enim eſſe a ſexto caſu *quisquam* maſculino, ut *nequaquam* a feminino. ¶ Pleonaſmus eſt in illo *Apul. l.* 8. *Metam.* Sed nequidquam fruſtre timorem illum fatie inanem perfunĉti, longe pejores inhærimus laqueos.

NEQUINATES, um, Narnienſes, quorum oppidum Narnia olim *Nequinum* dictum fuit. *Cato* apud *Feſt. Plin. l.* 3. *c.* 14. *Liv. l.* 10. *c.* 9. & *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 296. *col.* 2.

NEQUINONT. V. in *Nequeo* ſub fin.

NEQUIQUAM. V. *Nequiquam.*

NEQUIS, & Ne quis, a, od, & id, *acciacchè non alcuno, μήτις*, ne aliquis. *Cic. de opt. gen. Orat. c.* 7. Cum eſſet lex Athenis, nequis populi ſcitum faceret. *Id. in Divin. Verr. c.* 10. *a med.* Nequa deductio fieret, tua poteſtae erat. *Nep. in Attic. c.* 10. Nequod periculum incideret. *Terent. Phorm.* 4. 5. 1. Curabo, ne quid verborum duint *Virg. Æn. 1. v.* 417. Cernere ne quis eos, neu quis contingere poſſet. *Cic. pro Cluent. c.* 60. *extr.* Uti necui innocenti mœror tuus calamitatem afferret. *Id. 2. Offic. c.* 19. *ad fin.* Animadvertant, cum alios juvare velint, nequos offendant. *Plin. l.* 28. *c.* 2. Ne qui hoſtium ſimili modo aperent. ¶ Ne *quid nimis, μηδὲν ἄγαν*, dictum ſeptem Sapientum, quo modus in rebus omnibue commendatur. *Terent. Andr. t.* 1. 34. ¶ In recto maſculino eſt etiam *ne qui* pro *ne quis*, & *ne quæ* pro *ne quæ*. *Cic. pro Sull. c.* 12. Nequi forte incipiat improbus ſubito te amare, Torquete. *& ep.* 15. Nequi poſſet tantum de reipublicæ periculo memoriſſe, quantum vellet. *& Attic. 7. ep.* 10. Nequi conſpectus fieret, aut ſermo. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 4. Na qui porcellus a matre apprimatur. *Id. l.* 3. *c.* 9. *a med.* Circum caveae incendendum cornu cervinum, ne quæ ſerpeos accedat. *Cic. Attic. l.* 16. *ep.* 9. Metuo, ne quæ *ἀφορμὴ* ma abſente.

NEQUISSIMUS. V. in *Nequam.*

NEQUITER, adverb. *inutilmente, diſſolutamente, ἀνοήτως*, inutiliter, diſſolute, profuſe: cui opponitur frugalitas. *Cic.* 3. *Tuſcul. c.* 17. Aderit temperantia, quæ eſt eadem moderatia, a are quidem paulo ante appellata frugalitas, quæ te turpiter & nequiter facere aihil patietur. *Id.* 2. *Fin. c.* 8 *extr.* Ille porro male, preve, nequiter, turpiter cænabat. ¶ Ponitur & pro male, prave, *malamente, viziosamente, κακῶς*. *Liv. l.* 41. *c.* 7. Uteum bellum ſuſceptum ſit nequius, an iaconſultius geſtum, dici non poteſt. ¶ Item remiſſe, languide. *Plaut. Aſin.* 3. 3. 88. Nunquam hercle facerem, genua mi tam nequiter fricares. ¶ Item inliciter, miſere. *Plaut. Amph.* 1. 3. 23. Nequiter pæna expedivit prima parafitatem. ¶ Item male, perperem, injuſte, *malamente, inordinatamente. Martial.* l. 10. *epigr.* 77. Nequitur a Caro nihil unquam, Maxime, factum eſt, Quam quod febre perit. ¶ Item *malizziosamente, furbiſcamente. Plin. l.* 11. *c.* 25. *e med. de balſamo.* Vitiatur oleo roſæ, reſina, galbano, &c. nequiſſime autem gummi, quoniam ipſum quoque inhærecit manu inverſa, & in aqua ſiſtit: quæ probatio gemina eſt. ¶ Item *laſcivamente*, leſcive, incontinenter. Care apud *Gell. c.* 1. *l.* 16. Si qua per voluptatem nequiter ſeceritie, voluptae cita abibie, nequiter factum illud apud vos ſemper manebit. *Martial. l.* 2. *epigr.* 27. Effete, gravitee, cito, aequitar, auge, beate. *b. e.* ingenioſe in nequitiis explicandis. Voces ſunt, quibus applaudebant recitantibus, aut cauſae agentibus.

NEQUITIA, æ, & Nequities, ei, f. *l'eſſer buono da nulla, dappocaggine, ἀχρεῖότης*, ignavia, inertia. *Cic.* 3. *Tuſcul. c.* 8. *ad fin.* Frugalitae, ut opinor a fruge: nequitia ab eo (etſi hoc arte fortaſſe duriue) quod aec quicquam eſt in tali homine: ex quo idem nihili dicitur. *Id. Catil.* 1. *c.* 2. Cupin, me eſſe clementem: cupin in tantie reipubl. periculie aou diſſolutam videri: ſed jam me ipſum inertiæ nequitiæque eamdemno. *& ep.* 11. ed *fin.* Si quis eſt invidiæ metus, uum eſt vehementius ſeveritatis ac fortitudinie invidia, quam inertiæ ac nequitiæ pertimeſcenda? *Id.* 5. *de Fin. c.* 20. Inertiſſimi homines, neſcin qua ſingulari nequitia præditi. *Anſon. Edyll.* 11. *in præfat. memoſyllab. in fin. poſtor.* Similium nugarum ſubtexo nequitiam. *inanitiâ ds ſimili ſcioſcheria.* ¶ Item profuſio, prodigentia: vitium ejus, qui frugalitate caret, & in luxu vivit, *prodigalità, profuſione.* V. *Frugalitas. Cic. pro Cluent. c.* 51. Brutum autem, hominem ſapientem, quod filii nequitiam videret, quæ prædia ai relinqueret, teſtificari voluiſſe. *Paul. lib.* 3. *Sententior. tit.* 4. Moribus per Prætorem boute interdicitur hoc modo: Quando tibi bona paterna avitaque nequitia tua diſperdis, liberoſque tuos ad egeſtatem perducis, &c. *Horat. l.* 2. *ſat. a. v.* 132. Illum aut nequities, aut vafri raſcitia jurie, Poſtremum expellet certe vivacior heres. *Cleud. Quadrigar.* apud *Gell. l.* 7. *c.* 11. Luxuria & nequitia pecuniam magnam conſumpſerat. ¶ Et quia profuſio præcipue verſatur in quæritandie turpibue corporie voluptaribus, quarum gratia ſæpiſſime homines bona ſua conſeluut; *nequitia* accipitur pro turpi incontinentia, Bagitinſa cupiditate, probroſa libidine, *leſcivia, malizzia libidinoſa. Donat. ad Terent. Adelph.* 3. 3. 4. Nequitia proprie libidinoſa *inertia* dicta eſt. *Horat. l.* 3. *od.* 12. Uxor pauperis Ibyci, Tandem nequitiæ pone modum tuæ, Famoſiſque laboribue. *& od.* 4. *ſub fin.* Incontinentis nec Tityi jecur Relinquit ales, nequitiæ additus Cuſtos. *ſcil.* quia in Latonam petulane fuit. *Martial. l.* 4. *epigr.* 42. Nequitiae tallus ſcit dare nulla magis. Adde *lib.* 9. *epigr.* 62. *Petron. in Satyr. c.* 87. & *Ovid.* 2. *Faſt v.* 414. & *Phædr. l.* 3. *fab.* 8. *v.* 15. ¶ Diſcrimen inter malitiam, & nequitiam cognoſcimus ex illie P. *Afranii* verbis apud *Gell. loc. cit.* Omnia male, probra, flagitia, quæ homines facinor, in duabus rebue ſunt, malitia, atque aequitia. Si nequitiam defendere vie, licet. Sed tu ia uno ſcorto majorem pecuniam abſumpſiſti, quam quanti omae inſtrumentum fundi Sabini in cenſum dedicaviſti. Non vie nequitiam: age, malitiam ſaltem defende. Sed tu verbie conceptis conjuraviſti ſciens ſciente animo tuo, &c. *Auct. ad Herenn. l.* 3. *c.* 6. Utile putamus, ab omnibus unicam malitiam, atqua nequitiam cognoſci. ¶ Eſt etiam univerſim malitie, improbitas, vitioſitae, *malvagità, malizzia. Cic. pro Roſc. Amer. c.* 46. Si domus hæc habenda eſt potius, quam officina nequitiæ, & diverſorium flagitiorum omnium. *Id. Verr.* 7. *c.* 33. *extr.* Qui alterum ſe Vcrem cum luxuria atque nequitia, tum etiam imperio putaret. *Senec. l.* 2. *de Ira, c.* 8. Certatur ingenti quidem nequitiæ certamine: major quotidia peccandi cupiditas, minor verecundia eſt. *Phædr. l.* 2. *fab.* 6. *v.* 3. Vis, & nequitia quidquid oppugnant, ruit. *Ulpian. Dig. lib.* 21. *tit.* 1. *leg.* 23. Dolo malo, & per nequitiam. ¶ Item flagitium, ſcelue. *Propert. l.* 1. *el.* 15. *v.* 38. Nec tremie admiſſe conſcia nequitiæ? ¶ Nequitia aceti eſt vitium vini in acetum verſi. Eſt enim acetum vinum corruptum. *Plin. l.* 14. *c.* 20. Aceti nequitiæ ineſt virtue magnae ad uſus, & ſine quem vita mitior degi non poſſit.

NEQUO, & Ne quo, adverb. ua in aliquem locum, *μήπου*. *Cato R. R. c.* 143. Villica ad cœnam nequo eat, neque ambuletria ſiet.

NERATIUS Priſcus Juriſconſultus, vir fuit tantæ nou ſolum peritiæ in jure, ſed morum probitatie, ut Trajanus Imperator aliquando habuerit in animo eum pro Adriano ſoccaſſorem ſibi relinquere: ipſe vero Adrianus, cum judicaret, eum cum paucis aliis JCtis, in conſilio habuerit. *Spartian. in Adrian. c.* 4. & 18.

NEREIS, & Nerine, idie, f. patronym. *Νηρὶς*, & *Νηρίνη*, filia Nerei. Nereides ſuot Nymphæ maris, filiæ Nerei & Doridie, numero quinquaginta, quarum omnium nomina habes apud *Hygin. in præfat.* aliquarum apud *Virg. 4. Georg.* a *verſ.* 336. & *Æn.* 5. *v.* 825. Sed

Pro-

Propert. l. 3. el. 5. v. 33. centum facit. Solent autem interdum a Poetis omnes Nymphæ maris hoc nomine appellari. *Tibull. l. 1. el. 6. v. 9.* Talis ad Hæmoniam Nereis Pelea quondam Vecta est frenato cærula pisce Thetis. *Stat. l. 1. Achill. v. 24.* Fluctibus invisis jam Nereis imperat Helle. *& vers. 526.* Quo rapis ingentem magni Chironis alumnum Femineis, Nerei, dolis? *Ovid. 13. Metam. v. 858.* Nerei, te vereor: tua fulmine fervior ira. *Catull. carm. 63. de nupt. Pel. & Thet. v. 15.* Æquoreæ monstrum Nereides admirantes. *Ovid. Heroid. ep. 5. v. 57.* Utque celer venias, virides Nereidas oro. *Id. 21. Metam. v. 380.* Sed memor admissi Nereida colligit orbam. *Senec. in Hippol. v. 336.* Cærulus undis grex Nereidum. ¶ De Nereidibus, marinis monstris, pube tenus humana effigie, hispido corpore squamarum more, cetera piscibus, verba facit *Plin. l. 9. cap. 5.*

NEREIUS, a, um, adject. ad Nereum pertinens. *Ovid. 13. Metam. v. 162.* Præscia veotmi genitrix Nereia Ichi. *h. e.* Thetis Nympha marina. *Id. l. 7. v. 685.* Nereius juvenis. *h. e.* Phocus Nerei nepos. *Virg. 9. Æn. v. 102.* Nereia Doto. *h. e.* Nerei filia. *Sil. l. 7. v. 416.* Nereia turba. *h. e.* Nereides. *Seren. Sammon. cap. 36. v. 687.* Nereia lympha. *h. e.* aqua matica. *Claudian. de 3V. Consul. Honor. v. 591.* Nereia bacca. *h. e.* margarita.

NEREUS, i, & eos, m. dissyllab. Νηρεύς, Oceani & Tethyos filius, deus maris: quasi ὑφὸς, humidus, a νῖν, vel νάω, fluo. Hunc Orpheus in Argon. deorum antiquissimum appellat. Unde & grandævus a *Virgilio* dicitur 4. *Georg. v. 392.* Ea Doride unore, eademque sorore maximam Nympharum turbam fuscepit, quæ a nomine patris Nereides appellantur. V. *Nereus. Propert. l. 3. el. 5. v. 33.* O centum æquoreæ Nereo genitore puellæ. *Enn. in Andromeda*, apud *Priscian. l. 7. pag. 733. Porsch.* Filius propter te objecta sum innocens Nerei. *h. e.* matrimis monstris. ¶ Pro Neptuno est in illo *Virg. 2. Æn. v. 418.* sævitque tridenti Spumeus, atque imo Nereus ciet æquora fundo. *& Ovid. 2. Amor. el. 11. v. 39.* Tum mare in hæc magnis proclinet litora Nereus. *& Petron. in Satyr. c. 139.* Me quoque per terras, per cæci Nereos æquor, &c. ¶ Metonymice est ipsum mare. *Tibull. l. 4. carm. 1. v. 58. de Ulysse.* Vexit & Æolius placidum per Nerea ventos. *Val. Flacc. l. 1. v. 450.* Insurgit transfixis, & remo Nerea versat. *Ovid. 1. Metam. v. 287.* qua totum Nereus circumsonat Orbem. *Lucan. l. 2. v. 713.* Hic primum rubuit cæsis sanguine Nereus.

NERIA. } V. *Nerio.*
NERIENE. }

NERINE, es, f. Νηρίνη, patronym. eadem quæ Nereis. *Virg. Ecl. 7. v. 37.* Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblæ.

NERINUS, a, um, ad Nereum pertinens. *Nemesian. ecl. 4. v. 52.* Nerinas potabit aquas. *h. e.* marinas. *Auson. ep. 4. v. 55.* Nodosas vrstes (*al.* pestes) animantum Nerinorum. *h. e.* pisc um.

NERIO, enis, (et Anio, enis) & Nerienes, is, & Neriene, es, & Neria, æ, f. Sabinum verbum, quo significatur virtus & fortitudo. Unde ex Claudiis, quos a Sabinis ortundos accepimus, qui erat egregia atque præstanti fortitudine, *Nero* appellatus est. Id autem Sabini accepisse videntur a Græcis, qui vincula & firmamenta membrorum νέρια dicunt: unde nos quoque Latine *nervos* appellamus. In libris sacerdotum populi R. Nerienes Martis est ens, & potentia, & majestas Martis: vel ut fabulantur Plautus in Trucul. conjux Martis. Sic enim ioh persona Militis (*2. 6. 34.*) Mars peregre adveniens salutat Nerienem uxorem suam. Similiter in Cn. Gellii Annali tertio legimus: Neria Martis, te obsecro pacem dare, uti liceat nuptiis propriis & prosperis uti, quod de tui conjugis consilio contigit, uti nos itidem interpres tapereot, &c. Sic Licinius Imbrex: Nolo ego, Nexram te vocent, sed Nerienem: Cum quidem Marti es in connubium data. Hoc autem versu penultima syllaba corripitur, quod & fecisse illo eidetur Ennius: Nerienem Mavortia, & Herclem. Ceteri qui pmbe locuti sunt, produxerunt. Primam autem aconulli intenderunt, ut in Νηρίδες: alii rectius correptam protulerunt. *Nerienes* io recto dixit Varro: Nerio io aliis libris Veterum scriptum est. Hæc omnia ex *Gellio l. 13. c. 22.*

NERION, ii, n. νήριον, planta, quæ & rhododendron, & rhododaphne dicitur, caretque appellatione Latina, fronde sempiterna, rosæ similitudine, caulibus fruticosa. Jumentis, caprisque, & ovibus venenum est: eadem homini contra serpentium venena remedio. *Plin. l. 16. c. 20. & lib. 24. c. 11.*

NERITTUS, a, um, Νηρίττος, ad Neriton pertinens. Et dicitur de rebus ad Ulyssem pertinentibus. *Ovid. 4. Fast. v. 69.* Neritius dux. *h. e.* ipse Ulysses. *& 14. Metam. v. 563. & de remed. amor. v. 264.* Neritio ratus. *h. e.* qua rectus Ulyssis. *& lib. 13. v. 712.* Neritiaque domos, regnum fallacis Ulyssei. *& lib. 14. v. 159.* Neritius Macareus, comes experientis Ulyssei. ¶ Neritiam pmlem *Sil. l. 2. v. 317.* vocat Saguntinus, qui partim ea insulis, in quibus Ulysses regnavit (quarum una est Neritos) in Hispaniam transmigrasse dicuntur: partim a Zacyntho insula, quæ non procul sita est, ut est apud *Liv. l. 21. c. 7.* ¶ Scribitur & *Neritus* a Dorico Νήριτος pro Νήριτος: item *Nericius*, & *Naricius*, sed minus recte. Aliud vero est *Norycius*, quod V. suo loco.

NERITOS, & Neritus, i, Νήριτος, mons Ithacæ insulæ, in qua Ulysses regnavit, ut *Plin. l. 4. c. 12.* & *Serv. ad Virg. 3. Æn. v. 271.* docent. Item insula parva non longe ab Ithaca, quæ & ipsa ad Ulyssis regnum pertinuit. *Virg. loc. cit.* Jam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos, Dulichiumque, Sameque, & Neritos ardua saxis. Effugimus scopulos Ithacæ, Laertia regna, &c. *Senec. in Troad. v. 856.* Neritos parva brevior Zacyntho, Et nocens faxis Ithace dolosis. *Mela l. 2. c. 7.* Io Ionio Cephalenia, Neritos, Same, & Ulyssis nomine Ithaca illustris.

NERO, onis, cognomen familiæ Romanæ præcipue nobilis in gente Claudia, voce a Sabinis ducta, *de* qua in *Nerio* dictum est. Illustres ea ex cives extitere in primis C. Claudius Nero, qui consul Asdrubalem, fratri Annibali suppetias ferentem, juncta mire celeritate cum M. Livio Salinatore collega copiis, superavit, ipsumque Annibalem post eam cladem in extrema Italiæ se recipere coegit. *Lege Liv. l. 27. a cap. 43.* ¶ Nero Claudius, ex gente Domitia in Claudium ab Imp. Claudio adoptatus, sextus Romanorum Imperator, monstrum fuit teterrimum crudelitatis, & omnis turpitudinis. Is eo, ut & in aliis quibusdam, *Nero* ex cognomine in prænomen transiit. Vitam ejus enarrat *Sueton.* qui initio vitæ Claudii docet, patrem quoque Claudii prænomine Neronem fuisse, *Nero Claudius Drusus.*

NERONEUS, a, um, &

NERONIANUS, a, um, ad Neronem aliquem pertinens. *Sueton. in Ner. c. 55.* Mensem quoque Aprilem Neroneum appellavit. *Stat. l. 1. silv. 5. sub fin.* fas sit componere magnis Parva, Neronea nec qui modo lotus in onda, &c. *h. e.* Thermis Neronianis. *Sueton. in Vitell. c. 4.* Prætidros certamini Neroneo. *h. e.* quod more Græco tripleæ instituit Nero, musicum, gymnicum, equestre, & *Neronia* appellavit, ut *Id. in Ner. c. 12. narrat. Id. ibid. c. 21.* Neronem agona ante præstitutam diem revocavit. *Martial. l. 7. epigr. 33.* Quid thermis meliue Neronianis? *Cic. 2. de Orat. c. 61.* Neronianum dictum. *Sueton. in Vitell. c. 12. in fin.* Neronianæ cantica.

NERSIA. V. *Nerio.*

NERVA, cognomen fuit Liciniorum, Coccejorum, & Sylliorum, famil. Romanarum: dictum a *nervo*, hoc est mbore. Coccejus Nerva Imperator Rom. XIII. Flac. Domitiani successor diffimillimus, de quo *Eutrop. & Aurel. Vict. in Cæsarib.*

NERVALIS, le, adject. *Scribon. Larg. compos. 12.* Herbam, quam Græci νευάδεσσον, nos nervalem appellamus. ¶ In vet. lapide apud *Murator. pag. 1113. n. 4.* Flamen Nervalis est faciendos Nervæ Imp. R. io deos relati.

NERVIÆ, arum, f. & Nervia, orum, n. *corde dello cetra, mlunge, τὰ νεῦρα*, fidiculæ ex nervis concinnatæ, chordæ citharæ, vel alius musici instrumenti. *Varr.* apud *Non. c. 3. n. 149.* In psalterio tendamus nervias. *Id. ibid.* Quæ ejus nervia tractare solebat. ¶ Pro nervis, *Petron. in fragm. Tragur. c. 45. Burm.* Gladiatos, qui habuit nervia præcisa. *Gell. l. 9. c. 7.* Nervias io fidibus brumali die alias digitis pelli, alias fomere. In secundo *Varronis* loco aptius *nervios* de nervis, quam de fidibus intelliges.

NERVICUS, a, um, adject. nervorum vitio laborans, νευρικός. *Vitruv. l. 8. c. 3. extr med.* Ita aut nervicos, aut podagricos efficiunt homines. Al. leg. *nervicos* a Græco, & fortasse rectius. ¶ Item ad Nervios pertinens, ut Nervicum prælium, *Cæs. l. 3. B. Gall. c. 5.*

NERVII, orum, m. pop. Galliæ Belg. ubi nunc Com. Hannoniæ, quorum urbs primaria Bagacum. Terminabantur ab Oc. Aduaticis, ab Occ. Atrebatibus, & Pleumosiis. *Cæs. l. 2. B. Gall. c. 15. & sequent. Lucan. l. 1. v. 428.* nimiumque rebellis Nervius.

NERVINUS, a, um, de *nervo*, e nervo factus, ut Nervini funes, *Veget. de re milit. l. 4. c. 9.*

NERVIUS, a, um. Nerviue miles apud *Claudian. de B. Gild. v. 421.* est miles legionis a Nerva Imp. institutæ.

NERVOLARIA, æ, f. omen Comœdiæ Plautinæ, ex qua pauca admodum fragmenta servarunt nobis *Varr. Gell. l. 3. c. 3. Non. & Fest.* Neque tamen certum est eam *Plauti* fuisse.

NERVOSE, *con forza, con energia, con vigore, ἐρρωμένως*, enise, fortiter, valide. Metaphotice *Plaut. ad Cicer. l. 10. Fam. ep. 23. n med.* Tu, mi Cicero, quod adhuc fecisti, *idem* prasta, ut cigilantes nervoseque nos, qui stamus io acie, subornes. *Cic. in Orat. c. 36. ad fin.* Dicetur autem *eoo* Peripateticorum more (est enim illorum exercitatio elegans jam inde ab Aristotele confirmata) sed aliquanto nervosius. *Id. 3. Offic. c. 29.* Itaque nervosius qui ista differunt, solum aodeot malum dicere id, quod turpe sit; qui autem remissius, &c.

NERVOSITAS, atis, f. *nervosità*, robur, firmitas. *Plin. l. 29. c. 1.* Nervositas filo æqualis pæne, quam araneis.

NERVOSUS, a, um, *nervoso, nervuto, vigoroso, νευρώδης*, multos, vel validos habens nervos. *Cels. l. 5. c. 28. fect. 12. & lib. 7. c. 5.* Nervosius locus. *Lucret. l. 4. v. 1153.* Nigra, Melichrus est; immonda, & fœtida, acosmus; Cæsia, Palladion; nervosa & lignea, dorcas. *Ovid. Metam. 6. v. 255.* quæ cros esse incipit, & quæ Mollia nervosis facit intermodia poples. *Plin. l. 22. c. 37. fect. 77. de diaphragmate.* Nulla est ei caro, sed nervosa exilitas. *& fect. 86.* Medulla nervosa, & in spina tantum dorsi, ossa non habentibus. *Id. l. 23. c. 3.* Decoctum olearum profluvium sanguinis e nervosis partibus cohibet. ¶ *Tὰ νευρώδη τῶν ἰχθύων, Catull. carm. 66. ad Jovem, v. 27.* ¶ Per similitudinem dicitur de partibus plantarum exilioribus ac firmioribus. *Plin. l. 21. c. 9. sub fin.* Nervosa cauliculi quibusdam, ut marathro. *Id. l. 27. c. 12. n med.* Posterion radices habet nervosas, candidas, firmas. ¶ Pro forti. *Prudent. l. 2. in Symmach. v. 320.* Sanguine præcalido fervet nervosa juventus. *Valer. Max. l. 8. c. 13. n. 4. extern.* nervosa vivacitas. ¶ Eleganter tmesfertur ad eim, & efficaciam dicendi. *Cic. de clar. Orat. c. 31. ad fin.* Quis obstior io dicendo Platooe? quis Aristotele nervosior?

NERVULUS, li, m. *nervetto, νευράριον*, parvus nervus. Translate *Cic. ad Capitom. 1. in fin. post ep. 16. l. 16. ad Attic.* Quod certe facies, si tu nervulus tuos, mihi sæpe cognitos, suavitatemque, que nemo tibi par est, adlubueris. *h. e.* vim tuam in dicendo.

NERVUS, i, m. *nervo, muscolo, tendine, legamento, νεῦρον. Plin. l. 11. c. 37. fect. 88. Hard.* Nervi orti a corde, bubuloque etiam circum-

cumvoluti, in omnibus lubricis applicati oſſibus, nodoſque corporum, qui vocantur articuli, aliubi interventu, aliubi ambitu, aliubi tranſitu ligentes: hic teretes, illic lati, ut in unoquoque poſcit figuretim. Neque ii ſolidantur inciſi: mirumque, vulneratis ſummus dolor, præſectis nullus. Sine nervis ſunt quædam animalia, ut piſces: arteriis enim conſtant. Ubi ſunt nervi, interiores conducunt membra, ſuperiores revocant. Inter hos latent arteriæ, ideò ſpiritus ſemitæ. Hæc *Plin. Cels. l.* 2. *c.* 10. *a med.* Junctæ eſt vena arteriis, hic nervi. Ita ſi neevum ſcalpellus attigit, ſequetur nervorum diſtentio. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 55. *extr.* His adde nervos, a quibus artus continentur; eorumque implicationem toto corpore pertinentem: qui, ſicut venæ & arteriæ a corde rectæ & profectæ, in corpus omne ducuntur. *Celſ. l.* 8. *c.* 1. *circa med.* Cervix ne ſuſtinere quidem caput poſſet, niſi utrinque recti valentesque nervi collum continerent, quos νωτιαίους Græci appellant. ſiquidem horum inter omnes flexus alter ſemper irtentus, ultra prolabi ſuperiore non patitur, & *mox*. Vertebræ multis nervis, & multa cartilagine continentur. & *poſt*. Oſſa validis muſculis nerviſque conſtricta. *Plin. l.* 26. *c.* 8. *ſub fin.* Nervos, qui platyæ appellatur. *Id. l.* 34. *c.* 8. *ante med. de Pythagoræ ſtatuis*. Hic primus nervos, & venas expreſſit, capillumque diligentius. *Celſ. l.* 6. *B. Gall. c.* 20. Hoc ali ſtaturam, ali vires, nervoſque confirmari putant. *Celſ. l.* 2. *c.* 10. *a med.* Nervorum diſſolutio, & rigor, & diſtentio. *Senec. ep.* 66. contractio. *Celſ. l.* 2. *c.* 8. & *lib.* 3. *c.* 27. reſolutio. *ibid. ſect.* 3. *tremor. Plin. l.* 20. *c.* 22. *a med.* Lini ſemen muſculorum, nervorum, articulorum, cervicum duritiæ mitigat. ¶ Ea hic patet, *nervo* ſignificari a Latinis ea omnia, quorum Italicam appellationem poſui, quæque ab Anatomicis diligentius diſtinguuntur. Præcipue vero ſignificantur muſculi, quibus membrorum motus, vires corporis, firmitas, robur conſtat. Unde illa translata *Cic.* 2. *Verr. c.* 12. Magnum fortaſſe onus, & mihi periculoſum: verumtamen dignum, in quo omnes nervos ætatis induſtriæque meæ contenderem. *aſſi agui ſforzo, mi adopereſſi teo agui vigore*. Sic *Terent. Eun.* 2. 3. 20. Digna res eſt, ubi tu nervos intendas tuos. *Cic. Ver.* 5. *c.* 56. Omnibus nervis mihi contendendum eſt, atque in hoc elaborandum, ut, &c. ¶ Sæpe enim *nervos* translate ſunt id, quo maxime quæque *res* ſuſtinetur, & valet, vires, robur, vigor, firmitas, *forze, vigore, nervo, coſtanze. Q. Cic. de petit. conſul. c.* 10. Nervos atque artus eſſe ſapientiæ, non temere credere. *Cæſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 20. Opibus ac nervis ad pecuniam ſuam uti. *Cic. Phil.* 5. *c.* 12. Experietur conſentientiæ Senatus nervos atque vires. *Id. Fam.* 6. *ep.* 1. Vereor, ne conſolatio nulla poſſit vera reperiri præter illam, quæ tanta eſt, quantum in cujuſque animo roborie eſt, atque nervorum. *Id.* 5. *Phil. c.* 2. Nervi belli pecunia. *Id. pro leg. Manil. c.* 7. Vectigalia nervos eſſe reipubl. ſemper duximus. *Quintil. in proœm. l.* 8. *c. med.* Qui nimiſa rerum (qui nervi ſunt in cauſis) diligentia, quodam inani cieca voces ſtudio ſenefcuat. *Liv. l.* 7. *c.* 39. Nervi conjurationis. *Cic. Phil. 12. c.* 3. Leginum noſtrarum nervos nonne hic conſiliis incidimus? *non ſſnervioamo noi?* & *Tuſcul.* 2. *c.* 1*c*. Poetæ molliunt animos, nervos omnis virtutis elidunt. *Id. Fam.* 3. *ep.* 10. Plane video ſore nervis opus, ſapientiaque tua, ut, &c. ¶ De vi, vehementiaque oratione, *Cic. in Orat. c.* 19. Quamquam enim & philoſophi quidam venuſte locuti ſunt, tamen horum oratio neque nervos, neque aculeos oratorios ac ſorenſes habet. *Horat. de ar. Poet. v.* 26. ſectantem lenia nervi Deficiunt, neimique. ¶ Dicuntur etiam *nervi* de fidibus, *corde, minange. Cic.* 3. *de Orat. c.* 57. Omnes voces, ut nervi in fidibus, ita ſonant, ut a motu animi quoque ſunt pulſæ. *Id. pro Roſc. Amer. c.* 46. Quotidianus cantu vocum, & nervorum, & tibiarum tota vicinitas perſonat. *Virg. 9. Æn. v.* 776. cui carmina ſemper, Et citharæ cordi, numeroſque intendere nervis. *Horat. l.* 3. *od.* 11. *v.* 3. teſtudo reſonare ſeptem Callida nervis. ¶ *Nervus vi addetim*, faſcinum. *Id. epod. 12. v. 19. Petron. in Satyr. c.* 131. *Ovid.* & alii. ¶ Item chorda arcus, *corda dell' arco*: quia ſæpe e nervo eſt. *Acc.* apud *Varron. l.* 6. *de L. L. c.* 5. Reciproca tendens nervo equino concita tela. *Virg. 9. Æn. v.* 622. nervoque obverſus equino Intendit telum. *& lib. 10. v.* 132. nervo aptare ſagittas. *intendere*. & *Georg.* 4. *v.* 313. erumpit nervo pulſante ſagitta. *Val. Flacc. l.* 6. *v.* 376. lexè ducere cornua nervo. *& lib. c. v.* 437. certus Æthalides ſubitas nervo redeunte ſagittas Cogere. ¶ Per ſynecdochen eſt ipſe arcus. *Id. l.* 3. *v.* 682. At diverſa Sagen turbantem fallere nervo Tum primum puer auſus Hylas. ¶ Item genus vinculi, quo ſervorum, & obtratorum cervices, aut potius pedes conſtringuntur, *ceppi*. In *Gloſſis* enim Græce dicitur ξυλοπέδη. *& Tertull. ad Martyr. c.* 2. *ſub fin.* Nihil crus ſentit in nervo, cum animus in cælo eſt. *& de cultu Fœmin. c. ult.* Neſcio, an crue de periſcelin in nervum ſe patiatur artari. Hinc facit etiam, quod nexos ob æs alienum *Heſych.* docet ἐγγυοδεσμίους vocari. Quod etiam e ferro eſſet, eoque cervices colligarentur, docet *Feſtus* his verbis: Nervum appellamus etiam ferreum vinculum, quo pedes impediuntur: quamquam Plautus eo etiam cervices vinciri ait (*in fragm.*) Perfidioſe captos, eo edepol nervo cervices probat. Hæc *Feſt.* Cetterum ipſa vox vinculum e nervo ſignificat: & veri ſimile eſt, olim tale fuiſſe, deinde mutatum in ligneum, aut ferreum, ſervato nomine. A compedibus, & pedicis diſtinguit *Plaut.* ſervorum pœnas enumerans *Aſin.* 3. 2. 5. Advorſum ſtimulos, laminas, cruceſque, compedeſque, nervos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boias. & in Leg. XII. *Tab.* apud *Gell. l.* 20. *c.* 1. *a med.* Secum ducito, vincito aut nervo, aut compedibus quindecim pondo ne miaoribus. *& Cato* apud *Gell. ſub fin. l.* 1*c*. Fures privetorum furtorum in nervo atque in compedibus ætatem agunt: furex publici in nero atque in cuepura. ¶ Vinculum e nervo aperte eſſe videtur in illo *Plauti Curc.* 5. 3. 11. Ea te hodie faciam pilum catapultarium: atque ita te nervo torquebo, itidem uti catapultæ ſolent. *Veget. de re milit. l.* 4. 2. 9. Nervorum quoque copiam ſummo ſtudio expedit colligi, quia onagri, vel baliſtæ, ceteraqua tormenta, niſi fuaibus nervinis intenta, nihil profunt. *Vitruv.* quoque funes e nervo torcos memorat *l.* 1. *c.* 1. *l.* 10. *c.* 15. & 16. ¶ Cetterum univerſim ſumitur pro carcere & vinculis. *Plaut. Capt.* 5. 3. 45. Ego te in nervum, haud ad Prætorem, hunc rapiam. *Id. Curc.* 5. 3. 40. In nervo jacebis, niſi mihi argentum redditur. *Id. Capt.* 3. 5. 7*c*. Noctu nervo vinctus cuſtodibitur. *Liv. l.* 6. *c.* 15. Eximere de nervo aliquem. ¶ Urbane *Terent. Phorm.* 2. 2. 10. O vir fortis, atque amicus! verum hoc ſæpe, Phormio, vereor, ne iſtæc fortitudo in nervum erumpat denique. *vada a finire en prigione*. Alludit ad nervos pro vinibus & robore. Feſtive *Plaut. Pœn.* 5. 4. 99. Condamus alter alterum in nervum brachialem. *h. e.* invicem amplectamur. ¶ *Nervus* pro corio. *Tacit. Ann.* 2. *c.* 14. Ne ſcura quidem ferro, nervove firmata, ſed viminum textus, &c. *Sil. l.* 4. *v.* 293. ſubtexta tegmina nervis.

NESÆA, æ, & Neſæe, es, f. Νησαία, Nympha, una Nereidum: a νῆσος, inſula, vel a *nin*, nato. *Virg.* 4. *Georg. v.* 338. & 5. *Æn. v.* 826.

NESAPIUS, & Neſapus, a, um, adject. non ſapiens, inſipiens. *Petron. in fragm. Tragur. c.* 50. *Burm.* Ne me putetis neſapiam eſſe. *Q. Terent. Scauri de Orthogr. pag.* 2252. *Putſch.* Ne pro non poſitum apud antiquos: ſic nefrendes porci, qui ſine dentibus ſunt. ideſt qui fabam frendere non poſſunt: Sic neſapius, qui non ſapit.

NESCIENS, entis, nom. ex particip. neſcius, ignarus. *Terent. Heaut.* 3. 1. 59. Ut neſcientem ſentiat te id ſibi dare. *Apul. in Apolog.* Confixere, puerum quempiam carniſice cantatum corruiſſe, poſtea neſcientem ſui excitatum.

NESCIENTER, adverb. inſcienter. *Auguſtin. l.* 2. *de Doctr. Chriſt. c.* 40. Ipſis Ægyptiis neſcienter commodantibus ea, quibus non bene utebantur. *Prudent. in præfat.* 2. *Apotheoſ. v.* 4. Et neſcienter labimur. *Al. leg.* neſcientes.

NESCIO, is, ivi, & ii, itum, a. 3. *non ſapere, ignorare, non conoſcere*, ἀγνοέω, non ſcio, ignoro. *Cic.* 1. *Tuſcul. c.* 25. Nec me pudet, ut iſtos, fateri neſcire quod neſciam. *Id. in Bruto, c.* 37. Non tam perelaeum eſt ſcire Latine, quam turpe neſcire. *Id. Attic.* 12. *ep.* 23. De Oropo opinor, ſed certum neſcio. *Senec. l.* 2. *de Clem. c.* 1. & *Suetan. in Ner. c.* 20. Neſcire litteras. *Terent. Adelph.* 4. 2. 32. nomen alicujus. *Lucan. l.* 1. *v.* 453. deos. *Virg. c. Georg. v.* 390. Nec nocturna quidem carpentes penſa puellæ Neſcivere hiemem. *Stat. 7. Thab. v.* 674. ſua vulnera neſcit. *non ſente. Plaut. Aulul. prol. v.* 30. Illa illum neſcit. *non ſo chi ſia. Terent. Heaut.* 2. 4. 26. Neſcio aliae: me quidem ſempee ſcio feciſſe ſedulo, ut, &c. *non ſo dell' altre*. Sic *ibid.* 5. 4. 15. *So.* Dii iſthæc prohibeant. *Chr.* deos neſcio: ego quod potero, enitar ſedulo. *Plaut. Merc.* 2. 3. 48. Hunc neſcire fat ſcio de illa amica. *Juvenal. ſat.* 7. *v.* 97. virum toto neſcire Decembri. *h. e.* vivo abſtinere. *Arnob. l.* 2. *pag.* 59. Ipſum ſe ſe eſt nete omnia neſciturus. ¶ Sæpiſſime habet poſt ſe particulae relativas, & dubitativas. *Terent. Eun.* 4. 7. 29. Neſcie, cui maledicas nunc viro. *Cic.* 4. *Acad. c.* 25. Ille neſcio quis, qui in ſcholis nominari ſolet, milla & octingenta ſtadia quod abeſſet, videbat. *non ſo chi*. & *Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. *c.* 6. Niſi forte me Paconii neſcio cujus querelis moveri putas. *h. e.* vilis hominis, per contemptum. Sin *pro Flacc. c.* 17. O paſtores neſcio quos, cupidos litteearum! *Salluſt. in orat. Macri Licin. ad pleb. ſub fin.* Occupavit vos neſcio quæ torpedo. *non ſo quale. Terent. Heaut.* 3. 1. 39. Neſcio quod magnum malum profecto me celant. *Petron. in Satyr. c.* 137. Neſcis, quam magnum flagitium admiſerie. *Terent. Andr.* 2. *a.* 3. Lætus eſt neſcio quid. *non ſo di che. Varr.* apud *Gell. l.* 2. *c.* 22. Neſcis, quid veſper ſerus vehat. *Cic.* 5. *Fam. ep.* 15. Alii neſcio quo pacto obdurnerunt. *non ſo come*. Eodem ſenſu *Plaut. Merc.* 2. 3. 54. Neſcio qui neimus mihi dolet. *Cic. Fam.* 5. *ep.* 15. Neſcio quomodo ipſæ illæ litteræ excludere me a portu & perfugio videntur. *& ibid.* Caſu neſcio quo in ea tempore ætas noſtra incidit. *Nep. in Milt. c.* 7. Lucus neſcio quo caſu nocturno tempore incenſus eſt. *per non ſa quale accidente. Id. in Dione, c.* 8. Cum, quamadmodum ſedaret, neſciret. *non ſapendo in qual modo. Cic. Attic. l.* 7. *ep.* 12. Sin diſcedet, quo, aut qua, aut quid nobis agendum ſit, neſcio. *Id. in Orat. cap.* 24. Senteatiæ neſcio unde ex abdito erutæ. *Plaut. Caſ.* 4. 2. 59. Aufugit quædam neſcio quo mihi. *Id. Epid.* 4. 1. 11. Neſcio ubi. *Nep. in Timol. in proœm.* Huic uni contigit, quod neſcio an ulli, ut, &c. *non ſo ſe*. (V. *Heud* ſub fin.) Et omiſſa particula *Cic.* 1. *Tuſcul. c.* 25. Anima ſit animus, ignisve, neſcio. (Adde *Plaut. Curc.* 4. 1. 2.) *Pallad. de inſiti. in proœm.* Neſcio, ſi tuum ad has minutias inclinetur ingenium. ¶ Paſſive *Id. in Offabr. c.* 4. Talibus locis pruinarum vis & natura neſcitur. ¶ Impersonaliter *Cic. Attic. l.* 7. *ep.* 12. Utrum conſiſtere uſpiam velit, an mare tranſire, neſcitur. *non ſi ſa, ſe*, &c. ¶ Cum infinito *Cic. l.* 3. *de Orat. c.* 18. Stoici omnino iraſci neſciunt. *Terent. Eun.* 4. 5. 20. Neſciabam, id dicere illam. *Virg.* 3. *Georg. v.* 84. *de equo*. Stare loco neſcit. *non ſo, non può contenerſi*. Sic *Stat. 9. Theb. v.* 743. Libet amat campos, & neſcit in antra reverti. *h. e.* non vult. *Horat. de ar. Poet. v.* 390. neſcit vox miſſa reverti. *non può*. ¶ *Si neſcis* formula, qua utimur, cum quippiam vehementius locuicamus. *Ovid. Heroid. ep.* 17. *v.* 197. nobis omnia de te Quærere, ſi neſcia, maxima cura fuit. & *ep.* 20. *v.* 150. Si neſcie, dominum res habet iſta ſuum. *Id.* 3. *ex Pont. ep.* 3. *v.* 28. Quæ ſunt, ſi neſcie, Invidioſa tibi. ¶ *Quod ſcit, neſcis*, formula, qua ſilentium alicui, & fidem in arcano cuſtodiendo commendamus: quaſi id, quod ſcit, perinde continere debeat, ac ſi

ne ſi prorſus neſciret. *Terent. Eun.* 4. 4. 54. Tu pol, ſi ſapie, quod ſcis, neſcis neque de eunucho, neque de vitio virginis. *Id. Heaut.* 4. 4. 26. Tu neſcis id, quod ſcis, Drome, ſi ſapies. *Plaut. Malo.* 2. 6. 89. Na tu hercle linguam comprimes poſthac: etiam illud quod ſcies, neſciveris: ne videris, quod videris.

NESCITUS, a, um, *non ſapito, non conſciuto*, ignoratus. *Sidon. l. 8, ep. 6. anic med.* Litem intra Gallias ante neſcitam primus ex dixit.

NESCIUS, a, um, *ignorante, che non ſa*, ἀϊστωτικὸς, neſciens, ignorans. *Plin. l. 8. ep. 23. ſub fin.* Impendentis mali neſcius. *Virg. 10. Æn. v. 501.* Neſcia mens hominum fati ſortiſque futuræ. *Quintil. l. 1. c. 3. (al. 4.) a med.* Ætas ſimulandi neſcia. *Horat. l. 4. od. 6. v. 18. Pueri fari neſcii. Val. Flacc. l. 4. v. 708.* Imperio ſignos Jovis, æternumque revinctus, Naſcique. *Tibull. l. 1. el. 9. v. 76.* Neſcire, ultorem poſt caput eſſe deum. *non ſapendo ebe, &c. Ovid. Heroid. ep. 16. v. 140.* Nullaque de facie neſcia terra tue eſt. *h. v.* nulla regio pulcritudinem tuam ignorat. *Id. 14. Metam. v. 2.* Arvaque Cyclopum, quid raſtra, quid uſus aratri, Naſcia. *Val. Flacc. l. 6. v. 45.* Neſcius, heu! quanti thalamos aſcendere monſtri Arſerit. *Ovid. Heroid. ep. 11. v. 47.* Neſcia, quæ faceret ſubitoe mihi cauſa doloree. ¶ Interdum *neſcius* dicitur qui non poteſt aliquid facere, aut non vult, aut non ſolet. *Virg. 2. Georg. v. 465.* At ſecura quies, & neſcia fallere vita. *& lib. 4. v. 470.* Neſciaque humanis precibus mansuescere corda. *Horat. l. 1. od. 6. v. 6.* Pelides cedere neſcius. *Ovid. 2. ex Pont. ep. 9. v. 45.* vinci neſcius armis. *Id. Heroid. ep. 12. v. 49.* Lumina cuſtodis ſuccumbere neſcia ſomno. ¶ Eleganter uſurpatur præcedente negatione. *Cic. Fam. 5. ep. 12.* Neque tamen, cum hæc ſcribebam, eram neſcius, quantis oneribus premerere ſuſceptarum rerum. *Id. 1. de Orat. cap. 21.* Non ſum neſcius, Scævola, illa inter Græcos dici. *ſa breviſſimo. Id. initio l. 2. de Fin.* Non eram neſcius, ſore, &c. *Id. 25. Attic. ep. 21. a med.* Heus tu, ne ſorte ſis neſcius, Dolabella ma ſibi legavit. *Virg. 9. Æn. v. 552.* Cherubi tela furit, ſe ſeque haud neſcia morti Injicit. *a occhi veggenti.* ¶ O neſcii, *e ignoranti. Arnob. l. 1. pag. 32.* Deſiſtite, o neſcii, in maledicta convertere res tantas. *& lib. 2. pag. 44.* Quid dicitis, o neſcii, etiam fletu & miſerationa dignißimi? ¶ Inter *inſcium*, & *neſcium* ita diſtinguit *Corn. Fronta de differ. voc. pag. 2398. Putſch.* ut *inſcium* aliquid neſciat: *neſcius* nil noverit: Illa in parte erret, hic in toto. ¶ Uſurpatur etiam paſſive (ut *ignarus*) pro ignorato, incognito, *non ſaputo, non conſciuto, incognito. Plaut. Rud. 1. 5. 17.* Quæ in locis neſciis neſcia ſpe ſumus. *Id. Capt. 2. 2. 15.* Si quid neſcivi, id neſcium tradam tibi. *Tacit. Ann. 2. cap. 59.* Alias gentibus inexperta eſſe ſupplicia, neſcia tributa. *& lib, 16. cap. 14.* Neque neſcium habebat, Anteium invifum Neroni.

NESI pro *ſine* poſitum eſt in lege dedicationis aræ Dianæ Aventinenſis. *Feſtus.*

NESIS, idis, f. *Niſida*, Nereis, Inſula parva Campaniæ, proxime continenti, inter Neapolim, & Puteolos, ante Pauſilippum prom. aſparago herba celebrie, ut *Plin. l. 19. c. 8. circa med.* tradit. *Senec. ep. 53.* Protinus per altum ad Neſida diteri. *Stat. l. 3. ſilv. 1. v. 150.* Silvaque, quæ fixam Pelago Neſida coronat. *Lucan. l. 6. v. 90.* tali ſpiramine Neſis Emittit Stygium nebuloſis aera faxis.

NESSÆUS, a, um, Νεσσαῖος, ad Neſſum ſpectans. *Ovid. in epiſt. Dejon. 9. v. 163.* Illita Neſſæ miſi tibi tecta veneno. *Senec. in Herc. Oet. v. 716.* Palla tabe Neſſea illita.

NESSOTROPHIUM, & Neſſotropheum, i, n. *ſerraglio da anitre*, σταστροφεῖον, locus, in quo ingluſtæ anates aluntur: a ἴστημι, anas, & τρέφω, nutrio. *Varr. l. 3. R. R. c. 11.* Qui voluut greges anatum habere, ac conſtituere neſſotrophium. *Colum. l. 8. c. 15.* Neſſotrophii cura ſimilis, ſed major impenſa eſt. Al. leg. *neuſſotrophium*, quod aſt aviarium: a νεοσσὸς, pullus avium. Sed *Varr. & Colum.* non de avibus in univerſum, ſed de anatibus diſputant.

NESSUS, ſi, m. Νέσσος, Centaurus, filius Ixionis & Nubis, qui cum Dejaniram rapere vellet, ab Hercule ſagitta confixus eſt. *Ovid. l. 9. Metam. a verſ. 101.* ¶ Eſt etiam hoc nomine Thraciæ fluvius, in Hemo monte naſcens. *Plin. l. 4. c. 11.* ubi *Hard.* legit *Neſtus*.

NESTOR, oris, m. Νέστωρ, filius Nelei, & Chloridis, rex Pyli in Elide, qui adhuc adoleſcens bellum geſſit, vivo patre, adverſum Epeos Peloponneſi populos in Achaja, deinde, cum Pirithoi nuptiis intereſſet, adverſus Centauros, qui Hippodamiam rapere conabantur, Bremue pugnevit. Poſtremo jam ſenior, quinquaginta navibus cum reliquis Græcis Principibus ad Trojam venit, cum natus ducentos annos jam tertiam hominis ætatem viveret. *Ovid. 12. Metam. v. 188.* vixi Annos bis centum: nunc tertia vivitur ætas. *Propert. l. 2. el. 20. v. 46.* Neſtoris eſt viſus poſt tria ſæcla cinis. Adda *Tibull. l. 4. carm. 1. v. 50.* Etiam *Cic. de Senect. c. 10.* tertiam ætatem vixiſſe affirmat, & *Horat. l. 2. od. 9. v. 13.* tar ævo functum fuiſſe: verum ætatem hanc, & ſæculum alii non centum, ſed triginta annorum ſpatio definiendum putant, ut Neſtoris vitæ ſumma nonaginta annorum fuerit: quod & *Serv.* tangit ad illud *Æn. 8. v. 508.* Sed mihi tarda gelu, ſanſique effeta ſenectus. Plures doctos virus, qui de hac re verba fecerunt, congeſſit *Broukuſ. ad Tibull. l. 4. carm. 1. v. 50.* Conſilii deceritate tantum Græcorum rebus profuit, ut Agememnon non dubitaret, brevi ſe Ilium fuiſſe expugnaturum, ſi decem ſibi contigiſſent Neſtores. Nam præter ſummam prudentiam ætatis diuturnitate collaſtam, tanta præterea eloquentia excelluit, ut ea ejus ora melle dulcior fluere dicaretur oratio, ut *Cic. de Senect. c. 10.* loquitur. *Ovid. 13. Metam. v. 63.* licet aloquin fidum quoque Neſtora vincat. *Cic. 9. Fam. ep. 14.* Non alienum a dignitate tua, quod ipſi Agamemnoni regi regum fuit honeſtum, habere aliquem in conſiliis capiendis Neſtorem. ¶ *Neſtoris annoi* proverbio dicuntur de longiſſimo vitæ ſpatio. *Martial. l. 1. epigr. 64. lib. 5. epigr. 59. lib. 6. epigr. 70.* &c. Sic *lib. 7. epigr. 95.* Sic ad Lethæas, niſi Neſtore ſenior, undas Non eat, optabis quem ſupereſſe tibi. *& Juvenal. in fin. ſat. 12.* Vivat Facuvius quæſo vel Neſtora totum.

NESTORÆUS, a, um, ad Neſtorem pertinens, ut Neſtorea ſenecta, *Martial. l. 9. epigr. 30.* & *Stat. in fin. ſilv. 3. l. 1.*

NESTORIANUS, a, um. Neſtorianum genus colorie memorari putant a *Plin. l. 33. c. 23.* ſed *Voſſianum* contendit legendum *Herdianum*. ¶ *Neſtoriani* hæretici a Neſtorio duce, qui negabat, B. Mariam Virginem fuiſſe Dei matrem, damnatus in Concilio Epheſino Oecum. III. A. C. CCCCXXXI.

NESTORIDES, æ, m. patronym. Νεστορίδης, Neſtoris filius. Afferebant olim Lexicographi locum *Ovid. l. 2. ex Pont. ep. 4. v. 22.* ubi aliter eſt nunc legendum.

NETE, ſ. νήτη, h. e. ultima: nomen eſt chordæ muſicæ, de qua V. *Bald. in Lex. Vitruviano. Vitruv. l. 5. c. 4.*

NETUS, a, um, *filato*, particip. a *neo*, is. *Ulpian. Dig. lib. 32. leg. 68.* Quæſtum eſt, utrum lana appellatione ea ſola contineatur, quæ neta non eſt; an & ea, quæ neta eſt, ut puta ſtamea, & ſubtemen. *Alcim. Avit. l. 6. v. 36.* veſtis neta quæ fulgurat auro. *Paulin. Nolan. carm. 22. (al. 24.) v. 106.* netum vellus. Adde *Hieronym. epiſt. 8. (al. 130.) ad Demetriad. poſt med. fect. 15.*

NEVE, *& per Apocopen* Neu, *e accioccbè non, ovvero che non, nè*, & ne, neque, vel ne: a *ne*, & *vel*. Præceditur ab *ne*, vel *ne*. *Cic. Q. Fr. l. 1. ep. 1. c. 1.* Hoc te rogo, ne contrabas, aut demittas animum, neve in obrui magnitudine negotii ſinas. *Terent. Eun. 3. 2. 47.* Na ſurſum deorſum curſites, neve uſquc ad lucem vigiles. *Caſ. l. 2. B. Coll. c. 21.* Cohortatus eſt, uti ſuæ priſtinæ virtutis memoriam retinerent, neu perturbarentur animo. *& lib. 4. c. 17. extr.* Ut earum rerum vie minueretur, neu ponti nocerent. *Terent. Phorm. 2. 3. 6.* Quod utinam na Phormioni id ſuadere in meatem incidiſſet, neu me capidum eo impuliſſet. *Brut. ad Cicer. ep. 16. ad fin.* Te rogo atque hortor, ne defatigere, neu diffidas. *Cic. 2. de Legib. c. ult.* Ut eam ne quis nobis minuat, neve vivus, neve mortuue. *Cato R. R. c. 37.* Caveto, ne quam materiam doles, neu cædas, neu tangas, niſi ſuccam; neu gelidam, neu rorulentam. ¶ Pro ſimplici *ne*, *neu*, aut *negue*, nulla alia præcedeota particula, *Virg. 2. Georg. v. 298.* Neve tibi ad ſolem vergant vineta cadentem, Neve inter vites corylum ſere, neve Sagella Summa pete. *& lib. 4. v. 47.* Nau propius tectie taeum ſine, neva rubentes Ure foco cancros, alia nea crede paludi. *Horat. in fin. od. 2. l. 1.* Hic ames dici pater atque princeps, Neu ſinas Medos equitare inultus.

NEVERITA, æ, ſ. reverantiæ dea, ut *in Gloſſ.* exponitur. *Martian. Capell. l. 1. pag. 16.* ubi alii aliter leg.

NEVIANUS. V. *Nevianus*.

NEVIUS, a, um. V. *Nævius*.

NEUNQUAM, antique pro nunquam. Vetus lapie apud *Douſquium* in *Nunquam*. Ita neunqnem de nomine familiæ noſtræ.

NEVŌLO, nevis, nevult, n. anom. *non volere*, idem ac *nolo*, apud Vat. a *ne*, & *volo*. *Plaut. Trin. 5. 2. 32.* Filiam meam tibi daſponſatam eſſe audio, niſi tu nevis. *Id. ibid. 2. 2. 80.* Multa eveniunt homini, quæ vult, quæ nevolt. Adde *Titin.* apud *Non. c. 2. n. 581.* ¶ Præter has duae perſonas non eſt, quod ſciam, in uſu.

NEURICUS. V. *Nervicus*.

NEUROBATA, æ, m. νευροβάτης, ſuper nervum, ſeu funem ambulans. Differt a funambulo, qui ſuper craſſum funem incedit: hic vero ſuper tenue filum e nervo, ſeu fidiculam, ita ut procul ſpectantibus in aere conſiſtere videatur. *Firmic. l. 8. c. 17.* Erunt funambuli, aribetæ, neurobetæ. *Vopiſc. in Carino, cap. 19.* Nam & neurobatea, qui velut in ventis catharnatus ferretur, exhibuit.

NEUROIDES, n. νευοειδὲς, genus betæ ſilveſtrie, multum minoribus, tamnoribuſque, ac denſioribus foliis, undecim ſæpe, caule lilii. *Plin. l. 20. c. 8.*

NEUROSPASTON, i, n. νευροσπαστὸν, imaguncula quædam tali artificio intus compacta, ut ſi occultum nervum, ſeu fidiculam trahas, ad ſpeciam hominis vivi movere membra, & totum corpus videatur: quæ ab Italis *bambocci*, *burattini*, *fantoccie* dicitur: a νεῦρον, nervus, & σπάω, traho. *Gell. l. 14. c. 1. a med.* Ut plane homines noo, quod dicitur, λογικὰ ζῶα, ſed ludicra & ridenda quædam neuroſpaſta eſſe videantur, ſi nihil ſua ſponte, nihil arbitratu ſuo faciunt, ſed ducentibus ſtellis, & aurigantibus. *Apul. de Mundo.* Qui in ligneolis hominum figuris geſtus movent, quando ſilum membri, quod agitari ſolet, traxerint, torquebitur cervix, natabit caput, oculi vibmbunt, manus ad omna miniſterium præſto aruut, nec invenuſte totus videbitur vivere. *Petron. in fragm. Tragur. c. 34. Burm.* Larvam argenteam attulit farvus ſic aptatam, ut articuli ejus, vertebræque laxatæ in omnem partem verterentur. *Horat. l. 2. ſat. 7. v. 82.* Ducetis, ut nervis alienis mobile lignum. Apud *Gell.* multi ſcribunt Græcie litteris.

NEUROSPASTOS, πολύνευρος, herba ſolium habens veſtigio hominin ſimile, & nvam nigram ferens, in cujus acino nervus conſpicitur; nede & nomen habet. *Plin. l. 24. c. 14.* V. vocem præced.

NEUTER, tra, trum, *nè l'uno nè l'altro*, οὐδέτερος, οὐδέτερα, neque hic, neque ille: a *ne*, & *uter*. In genitivo habet *neutrius*, in dativo *neutri*: ſed & *neutra* & *neutræ* in genitivo legitur. *Cic. Attic. l. 7. ep. 1.* Feci igitur, ut neutri illorum quiſquam eſſet me cariot. *Id. 1. Offic. c. 21.* Alteri ſe adipiſci id poſſe arbitrantur, ſi opes magnas habeant; alteri ſi contenti ſint & ſuo, & parvo: in quo neutrorum contemnenda eſt ſententia. *Celſ. l. 1. c. 2. a med.*

Ex his vero uterum ſemper fieri oportet ; ſed ſæpiùt alterutrum , pro corporis natura . *Quinct. l.* 1. *c.* 1. *ante med.* Ita fiet, ut quam æquali cura linguam utramque tueri cœperimus , neutra alteri officiat. *Cic. Acad.* 4. *c.* 42. Huic ſummum bonum eſt ; in his rebus in neutram partem moveri : quæ ἀδιαφορία (*indifferentia*) ab ipſis dicitur. *Id.* 2. *Offic. c.* 6. Hæc ſiue hominum ingenijs & ſtudijs neutram in partem effici poſſunt . *Id.* 2. *de Divin. cap* 4. Quid bonum ſit , quid malum , quid neutrum . *Ovid.* 4. *Metam. v.* 378. *de Hermaphrod.* nec fœmina dici , Nec puer ut poſſint, neutrumque , & utrumque videntur . *Suet. in Cæſ.* c. 75. Medios & neutrius partis , ſuorum ſibi numero futuros pronuntiavit . *neutrals* . & *in Ner. c.* 2. Medij , & neutram partem ſequentes . *Ovid.* 2. *Triſt. v.* 274. in neutrum conſpicuendæ eques. *b. c.* neque paupertate , neque diuitiis inſignis . ¶ Cum verbis pluralis numeri, *Plaut. Men.* 5. 2. 34. Quoties edixi tibi , ut caueres , neutri ad me iretis cum querimonia ? ¶ In plurali num. *Tacit.* c. *Hiſt. cap.* c. Ita neutris cura poſteritatis. *Senec.* 2. *de Ira* , *cap.* 23. In neutria partibus eſſe . *eſſe neutrale* . *Juſtin. l.* 6. *c.* 7. Neutris quicquare hoſtile facientibus . ¶ *Neutra nomina* dicuntur a Grammaticis , quæ neque maſculine ſunt , neque feminina: *neutra verba* , quæ neque activa , neque paſſiua . *Varr. l.* 8. *de L. L. c.* 38. *Cic. in Orat.* c. 46. *Gell. l.* 1. *c.* 7. *Charif. Diomed. Priſcian.* ¶ *Neutri* pro *neutrius* , *Varr. loc. cit. ſub fin.* In declinationibus maris, & feminæ , & neutri . Adde *Auſon. epigr.* 50. Etiam *neutro* in genit. & dat. feminine dictum fuit , teſte *Priſcian. ſub initio l.* 6. *pag.* 678. *Putſch.*

NEUTIQUAM, adverb. *non , per niente* , *a neun modo* , μηδαμῶς , nequaquam , nullo modo . *Cic. de Univ. c.* 12. Indiſſolubiles vos quidem eſſe non poteſtis, neutiquam tamen diſſoluemini . *Auſonius* apud *eund. l.* 9. *Attic. ep.* 10. Cui te ſocium uentiquam puto eſſe oportere . *Plaut. Capt.* 3. 4. 54. Id uentiquam mihi placet . *Terent. Heaut.* 3. 3. 45. Id vero neutiquem houeſtum eſſe arbitror .

NEUTRALIS, le, *neutro* , neuter , ἀδιάφορος , eo ſenſu , quo dicitur a Grammaticis . *Quinctil. l.* 1. *c.* 4. *a med.* (*al.* 5.) Quæ feminine poſitione mares , neutrali ſemines ſignificant , ut Muræna, Glycerium . *& cap.* 5. (*al.* 9.) *a med.* Neutralia nomine .

NEUTRALITER , adverb. ἀδιαφόρως , vox eſt Grammaticorum , cum *neutra genere* ſignificare volunt . *Charif. l.* 2. *pag.* 55. *Putſch.* Gellius ſora uevium neutraliter diuit .

NEUTRO , adverb. *né all' una né all' altra parte* , neutrem in partem, ἀδιαφόρως . *Liv. l.* 5. *c.* 26. *ad fin.* Teri tempus , neutro inclinata ſpe. *Tacit.* 3. *Hiſt. c.* 23. Neutro inclinaverat fortuna . *Quinctil. l.* 7. *c.* 2. *a med.* Si neutro litis conditio præponderet .

NEUTRUBI , *né in queſto né in quel luogo* , neutro in loco . *Plaut. Aulul.* 2. 2. 56. Neutrubi habeam ſtabile ſtabulum , ſi quid divortii fuat. ¶ Item neutro . *Ammian. l.* 19. *c.* 2. (*al.* 5.) A diſi principiũ ad uſque lucem obſcuram neutrubi prœlia inclinato .

NEX , necis , ſ. *morte* , *ammazzamento* , φόνος , mors quæ aliqua externa vi alteri infertur . *Feſtus :* Necem a Græco dici , certum eſt . νέκυν enim mortuum dicunt . *Idem* docet , proprie de ea dici , quæ ſine vulnere infertur . ſed hoc uſu non ſeruatur . V. *Neco* . *Cic. pro Mil. c.* 4. Inſidiatori & latroni quæ poteſt afferri injuſta nex ? *Id.* 2. *de nat. Deor. c.* 3. Necem ſibi conſciſcere . *Suet. in Cæſ. c.* 14. cumminari alicui . *Tacit. Ann. l.* 13. *cap.* 1. cuipiam moliri . *Ovid. t. de ar. am. v.* 73. parere . *Tacit.* 2. *Ann. c. ult.* Necem patrare . *Ovid.* 10. *Metam. v.* 627. indignam pati . *& lib.* 15. *v.* 499. neci occumbere . *Id. Heroid. ep.* 14. *v.* 12. nece cadere . *Virg.* 4. *Georg. v.* 90. neci dedere . *Id.* 2. *Æn. v.* 85. demittere . *& lib.* 12. *v.* 513. mittere . *& vers.* 346. dare . *Cæſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 16. *& lib. 6. c.* 28. Vitæ, neciſque poteſtatem habere in aliquem . *Suet.* 3. *Theb. v.* 69. Eripere urcem alicui . *b. c.* a nece liberare . *Senec. in Herc. Oet. v.* 2833. gravi nece urgere aliquem . *Val. Flacc. l.* 3. *v.* 381. miſcere neces . *b. c.* cædem facere . *Ovid. l.* 2. *de ar. am. v.* 714. Mauus nece Phrygia imbuta . *b. c.* ſanguine cæſorum Phrygum . *Senec. in Thyeſt. v.* 693. devotus neci . *b.* a. morti deſtinatus . ¶ De morte naturali *Juſtin. initio l.* 42. Poſt necem Mithridatis. *b. c.* qui adverſa valetudine deceſſerat , ut *Id.* ait *in fin. l.* 41. Sic *Suet. in Cæſ.* c. 5. Poſt uecem conſulis . *b.* 2. Lepidi , qui morbo & pœnitentia interierat , ut *Flor. in fin. l.* 3. narrat . *Senec. de conſol. ad Marc. c.* 20. *ſub fin.* Fata nobis ſenſum noſtræ necis auferunt . ¶ *In necem alicujus* aliquando ſignificat in pernitiem, fraudem , damnum , *in danno , in pregiudizio* : ea opinor ratione, qua *conſa capitis* dicitur , cum de gravi jactura bonorum agitur . *Ulpian. Dig. lib.* 38. *tit.* 5. *leg. c. a med.* Si libertus rem ſuam pro aliu pignori dedit in necem patroni . *Id. lib.* 36. *tit.* 4. *leg.* 5. *ante med.* Dolus , qui in necem legatariorum , & fideiſommiſſariorum factus eſt . *& lib.* 15. *tit.* 2. *leg.* 21. Sed etſi eum intricare poſſemus in necem creditorum paſſus eſt , &c. ¶ Olim *necis* , aut *necer* in recto dictum fuiſſe creditur . *Aurel. Vict. de Cæſaeb.* c. 35. *ad fin.* Ut ejus neces auctoribus exitio eſſet . Al. leg. *necis* : al. aliter . *Quinctil. declam.* 8. *c.* 13. Quando quæſita neces eſt alteri eu geminis . Plerique alii aliter leg.

NEXIBILIS , le, adject. neuilis . *Ammian. l.* 29. *c.* 2. (*al. c.* 23.) Nexibili adſiverentique . *b. c.* callide mendaciis connexis . *Lactant. l.* 7. *c.* 5. nexibilia membra .

NEXILIS , le, *che ſi aggroppa* , *o attortiglia* , πλεκτός , qui nectitur . *Lucret. l.* 5. *v.* 1349. Nexilis ante fuit veſtis , quam textile tegmen. *Ovid. 6. Metam. v.* 128. Nexilibus ſores hederis habet interuentos . *& lib.* 2. *v.* 499. Nexilibuſque plagis ſilvas Erymantidas ambit .

NEXIO , onis , ſ. actus nectendi , connexin , σύνδεσις . *Arnob. l.* 5. *pag.* 156. Vinculorum nexiones . Adde *Martian. Capell. l.* 2. *pag.* 22. *& 23.*

NEXO , as , a. t. *aggroppare* , συμπλέκειν , frequent. a necto. *Lucr. l.* 2. *v.* 98. Pars etiare brevibus ſpatiis nexantur ab ictu . *Al. leg.* vexantur . *Virg.* 5. *Æn. v.* 279. Nexautem nodia , ſeque in ſua membra plicantem . *Liv.* apud *Priſcian. l.* cit. *pag.* 904. *Putſch.* Nexabant multa inter ſe flexu nodorum dubio . Adde *Diomed. l.* 1. *pag.* 366.

NEXO , is, a. 3. idem quod *nexo* , *as* . *Acciue* apud *Priſcian. l.* cit. *pag.* 904. Nos continuo ferrum eripimus , omnibus manicas nexiteus . ¶ Præteritum eſt *nexui* , vel *nexi* eodem teſte *ibid.* & *lib.* 9. *pag.* 860. & *Diomed. l.* 1. *pag.* 366. ſed hæc etiam ad Nexo pertinet.

NEXUM, i , n. idem ac uexus. *Cic. pro Cæcin. c.* 35. Ut non ſuſtulerit horum nexa , atque hereditates . Adde *de Haruſp. reſp. c.* 7. & 3. *de Orat. c.* 40. V. *Nexus* , *us* .

NEXUS , a, um , *legato* , *conneſſo* , *annodato* , *intrecciato* , *aggroppato* , πεπλεγμένος , πλεκτός , ligatus, connexus , aptus, conjunctus: a *necto* . *Horat. l.* 1. *od.* 38. *v.* 2. Nexæ philyra coronæ . *Virg.* 1. *Æn. v.* 452. ære nexæ trabes . *& lib.* 7. *v.* 66. apes pedibus per mutua nexis . *Ovid.* 4. *Metam. v.* 490. Neueque vipereis diſtendens brachia nodis . *Id. Heroid. ep.* 5. *v.* 48. brachia nexa collo . *Id.* 1. *Faſt. v.* 412. pinu tempora nexa . *b. c.* corouata . *Suet. in Ner. c.* 30. Funes nexæ purpura & coccn . *Plin. l.* 19. *c.* 8. *circa med.* Nexus iuxta ſe radicibus . ¶ *Nexi* dicuntur , quos ob æs alienum ſibi ſervire creditor cogebat , ſiue vinctos , ſiue ſolutos, donec ſolviſſent , *obbligati a ſervire per debiti* . *Varr. l.* 6. *de L. L. c.* 5. *ſub fin.* Liber , qui ſuas operas in ſervitute pro pecunia , quam debet , dat , nexus vocatur . Hoc , C. Popilio rogante , Sylla dictatore ſublatum , ne fieret , & omnes, qui bonam copiam jurarent , ue eſſent uexi , diſſoluti . *Liv. l.* 2. *c.* 27. Et qui ante nexi fuerant, creditoribus tradebantur , & nectebantur alii . *& cap.* 23. Nexi vincti, ſolutique ſe nudique in publicum proripiunt . Al. leg. *nexu vinti* . V. *Liv.* his locis , *& lib.* 8. *c.* 28. ¶ Item univerſim qui in carcere , aut vinculis ſunt, *prigionieri* , *ſchiavi in catena* . *Juſtin. l.* 21. *c.* 1. Nexorum tria millia e carcere dimittit . *& cap.* 2. Nec carcerem nexis , ſed cædibus civitatem repler. ¶ Translate *Id. l.* 20. *c.* 4. Cum ſodalitii jure, ſacremento quodam nexi ſeparatam a ceteris civibus vitam exercerent . *obbligati con giuramento* . *Martian. Dig. lib.* 48. *tit.* 21. *leg.* 3. Crimine aliqua nexus . *b. c.* nbbrictus . *Id. lib.* 49. *tit.* 14. *leg.* 22. Res pignori nexas diſtrebere . *impegnate* . *Cic. in Orat. c.* 41. Sed hæc , niſi collocata , & quaſi ſtructa & nexa verbis , ad eam laudere, quam voluimus , adſpirare non poſſunt . *Id.* 5. *Tuſcul.* 2. 25. Rerum cauſæ aliæ eu aliis aptæ , & uecellitate nexæ . *& lib.* 3. *cap.* 8. Omnes virtutes inter ſe uexæ & jugatæ ſunt . ¶ *Nexum æs* , pecunia , quæ per neuum obligatur . *Feſtus* . V. vocem ſequent.

NEXUS , us, m. *legame* , *connetſione* , *intrecciamento* , *avvolgimento* , *congiunzione* , *vincolo* , πλοκή , σύμπλεξις , nexio, connexio, conjunctio, ligamen . *Tacit.* 4. *Ann. c.* 62. Neque firmis nexibus ligneam compagem ſuperſtruxit . *Plin. l.* 16. *c.* 37. Salix ſolido ligat uexu . *Ovid. Metam.* 15. *v.* 659. ſerpens , baculum qui nexibus ambit . *Plin. l.* 8. *c.* 22. Dracones nexu nodi præſtringunt elephantos . *Ovid. Metam. 6. v.* 242. *de Iuſtantib.* Et jam conſulerant arctis iuſtantia uexa Pectora pectoribus . *Suetou. in Ner. c.* 53. Brachiorum nexibus aliquem elidere . *Martial. de Spectac. epigr.* 26. Fuſcius dente minuto , curvo fuit ancora uexu . *b. c.* unco , quo infixa arenæ uectit ac ſiſtit naves . ¶ Translate *Tacit.* 3. *Ann. c.* 28. Exoluti legis nexus . ¶ *Nexus* , & *nexum* in jure eſt obligatio civilis , qua quippiam , ſiue traditione , aut ſiue ceſſione, alterius dominio ſubjicitur , ejuſque temporariæ poteſtati quodammodo nectitur, *Fipotecare* , *l'impegnare* . *Feſtus :* Nexum eſt , ait Ælius Gallus , quodcumque per æs & libram geritur : idque necti dicitur . quo in genere ſunt hæc , teſtamenti factio, nexi datio, uexi liberetio . Nexum æs apud antiquos dicebatur pecunia , quæ per nexum obligatur . Hæc *Feſtus* . Magis ad rem *Varro l.* 6. *de L. L. c.* 5. *ad fin.* Nexum , Manilius ſcribit , omne , quod per libram & æs geritur , in quo ſint mantipi : Mucius Scævola , quæ per æs & libram fiant , ut obligentur , præterquam quæ mancipio dantur . Hoc verius eſſe, ipſum verbum oſtendit , de qua quæritur . nam idem , quod obligatur per libram , neque ſuum ſit , inde uexum dicitur. Libet , qui ſuas operas in ſervitute pro pecunia , quam debeat , dat , dum ſolveret , uexus vocatur . Hæc *Varr. Cic.* in *Top. c.* 5. *in fin.* Abalienatio eſt ejus rei , quæ mancipi eſt , aut traditio alteri uexu , aut in jure ceſſio . *Id. de Haruſp. reſp. c.* 7. *ad fin.* Multæ ſunt domus in hac urbe jure privato , jure hereditario , jure auctoritatis , jure mancipi , jure nexi . *Id. pro Mur. c.* 2. In iis rebus repetendis , quæ mancipi ſunt , is periculum judicii præſtare debet, qui ſe nexu obligavit . *Lex* XII. *Tab.* apud *Feſt.* in *Nuncupato* . Cum nexum faciet , mancipiumque , uti lingua nuncupaſſit , ita jus eſto . *Cic. pro Cæcin. c.* 35. Sulla ita tulit de civitate , ut non ſuſtinerit horum nexa atque hereditates . Adnotant hic Interpretes , ſolos cives R. jure nexi uſos fuiſſe , cum quibus Romanam civitatem ademiſſe Sulla dicitur, his nexa tamen, atque hereditates reliquerit . ¶ Solemnitates in nexu celebrando eædem fuere , quæ in *Mancipium* eu *Coto Inſtitut. tit.* 6. deſcriptæ ſunt . ¶ Speciatim obligatio nexi locum habet in debitoribus , qui cum ſolvendo non eſſent , addicebant ſe creditoribus , ut in voce præced. dictum eſt . *Liv. l.* 7. *c.* 19. Etſi unciarin ſuuire facin , levata uſura eret , ſorte ipſa obruebantur inopes , uexumque iubant . *foggiacerunno al darſi in pegno* . *& lib.* 8. *c.* 28. L. Papirius is fuit , qui cum ſe C. Publilius, ob æs alienum paternum, in nexum dediſſet , &c. Al. omitt. *in* rectiue . ¶ Translate *Cic. ad Curion. Fam. 7. ep.* 30. *a med.* Atticus noſter , cujus cum proprium te ſtis ſcribia mancipio & nexu ; meum autem uſu & fructu ; contentus

ipſo ſum. Scripſerat *Cavis epiſt. præced.* Sum enim χάδεν μὸ tuus, *uxèn δὲ* Attice noſtri. Hinc diſcimus, tam nexu, quam mancipio juſtam rei poſſeſſionem acquiri. Eſt tamen diſcrimen, quod mancipio perpetua, nexu temporaria acquireatur: quod idem uſuvenit in venditione, & in pignore. ¶ *Nexus* de cujuſque obligationis vinculo. *Macſtim. Dig. lib. 46. in. 4. leg. 1.* Acceptilatio eſt liberatio per mutuam interrogationem, qua utriuſque contingit ab eodem nexu abſolutio. *Papinian. lib. 10. in. 2. leg. 33.* Partem hereditatis a nexu pignoris liberam conſequi.

N I

NI, *ſe non, ſi nè*, ſi non: a *niſi* per apocopen, *Terent. Andr.* 3. 4. 19. Mirum, ni domi eſt. *Horat. in fin. ſat. 7. l.* 2. acius hinc te Ni rapis, accedes opera agro nona Sabino. *Cic. Fam. 7. ep.* 13. Moriar, ni puto, te malle a Cæſare conſuli, quam inaniari. *Plaut. Rud.* 3. 4. 48. Ni officiumcntas habebis plures in tergo tuo, quam ulla navis longa clavos, rum ero mendaciſſimus. *Cic. 5. Verr. c. 96.* Rempubl. ſiſtere negat poſſe, ei ad equeſtrem ordinem judicia referantur. Nevius apud *Cicer. l.* 2. *de Orat. c.* 69. Quid plenas pater? Mirum, ni cantem: condemnatus ſum. *Id. 3. de Fin. c.* 20. Quod ni ita ſe haberet, nec juſtitiæ ullus eſſet, nec bonitati locus. ¶ Habet locum precipue in ſponſionibus, & in judiciis. *Cic. 3. Offic. c.* 29. Cum is ſponſionem feciſſet, ni vir bonus eſſet. *avendo fatta ſcommeſſa, che non era uomo da bene. Liv. l.* 3. *c.* 57. Sic ſe judicem illi ferre, ni vindicias ab libertate in ſervitutem dederit. *Plaut. Rud.* 5. 3. 24. Cedo qui cum habeam judicem, ni dolo malo inſtipulatus ſis, nive etiam dum ſiem quinque & viginti natus annos. *nive* eſt *& ne*, & *ſive, & ſi*, ut *neve* eſt *& ne*: habeique locum, quando in judicio aut ſponſione de plumbus rebus agitur. *Cic. pro Cæcin. cap.* 23. Tum illud, quod dicitur, ſive, nive, reſident. *Plaut. Rud.* 3. 4. 8. Ergo dato quamvis arbitrum, ſi tuas eſſe oportet, nive eas eſſe oportet liberas, nive te in carcerem compingi eſt æquum. ¶ *Ni quis ſervus* apud *Feſt.* nomen eſt centuriæ, quæ dicitur a *Ser.* Tullo rege conſtituta, in qua liceret ei ſuffragium ferre, qui non tuliſſet in ſua. *Idqua* factum ab eo eſt, ne quis civis ſuffragio privaretur. Sed in ea centuria neque cenſetur quiſquam, neque centurio præficitur, neque centurialis poteſt eſſe, quia nemo certus eſt cjus centuriæ. Hæc *Feſtus*. ¶ Eſt etiam *ni* pro *ne* prohibente, aut dehortante, *che non, acciocchè non*. Docet hoc *Servius* ad illud *Æn.* 3. *v.* 686. Contra juſſa monent Heleni, *&c.* ni teneant curſum. Ubi nit: Antiqui *ni* pro *ne* ponebant, qua particula plenus eſt Plautus: *Ni muin, ni ſalita ſis*. Hæc *Servius*: quibus familia habet *Donat. ad Terent. Eun.* 2. 3. 36. & 3. 3. 2. (Sed in verbis *Plauti*, quæ ſumpta ſunt ex *Mil.* 1. 2. 1. commode poteſt *ni* etiam pro *niſi* accipi.) Confirmat *Priſcian. initio l.* 15. affcrens rundem *Virgilii* verſum. *Caſſ. Hemina* apud *Plin. l.* 32. *c.* 2. *a med.* Numa conſtituit, ut piſces, qui ſquamoſi non eſſent, ni pollucrent. *Varr.* apud *Non. c.* 4. *n.* 125. Domiuum conviviri, vinum, aliudve quid ni laudato. *In ver. Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 207. *col.* 3. Dum ni minus viginti adſint. *In vii. decreto* apud *eund. pag.* 619. Dum ni quem in eo viatoribus, *&c.* legant. *In vet. epitaph. ibid. pag.* 996. *n.* 12. Rogo per deos, oi velitis oſſa mea violare. *In Cenotaph. Piſ. C. Cæſaris*. Caverique, ne quod ſacrificium, neve quo ſupplicationes, neve ſponſalia, neve convivia in eum diem fiant. Adde *Propert. l.* 2. *el.* 6. *v.* 3. ut quidem in omnibus libris ſcriptis, & editionibus vetuſtis legi teſtatur *Broukuſ.* nam alii *ne* edidera: quæ mutatio & in *Silio l.* 2. *v.* 374. facta eſt, teſte *Drakenborchio*. item in *Lucret. l.* 2. *v.* 734. *&* ſeqq. ¶ Scribebant etiam *nei*, & *neive*. V. ſi placet, *Noriſ. diſſertat.* 4. *in Cenotaph. Piſ. cap.* 5. ¶ Ni pro *niſi quod*. *Ammian. l.* 22. *c.* 11. (*al.* 21.) *ſub fin.* Poterant miſerandi hominca Chriſtianorum auxilio defendi, ni Georgii odio omnes indiſcrete flagitabant.

NICÆENSIS, ſe, ad Nicæam pertinens, quæ eſt urbs Bithyniæ ad Aſcanium lacum. *Plin. l.* 5. *c.* 32. & *lib.* 7, *c.* 2. & *Cic. Fam.* 13. *ep.* 61.

NICEROS, otis, m. nomen eſt myropolæ cujuſdam, ſeu unguentarii. *Martial, l.* 12, *epigr.* 66. Utrumne Coſmi, Nicerotie an libram. Hinc

NICEROTIANUS, a, um, adject. a Nicerote proſtanti unguentorum, & odoramentorum confectore. *Martial. l.* 6. *epigr.* 55. Flagitas plumbea Niceretiana. *Id. l.* 10. *epigr.* 38. Nimbis ebria Nicerotianis. Adde *Sidon. carm. 9. v.* 324.

NICETERIA, orum, n. *νικητήρια*, præmia victoriæ, ut torques, aut hujuſmodi: a *νίκη*, victoria. *Juvenal. ſat.* 3. *v.* 67. Ruſticus ille tuus ſumit trechedipna, Quirine, Et ceromatico fert niceteria collo. *l. c.* inſignia victoriæ in gymnicis certaminibus, e collo pendentia.

NICETIANUS, a, um, ad Nicetium pertinens, quod eſt nomen viri proprium. *Sidon. l.* 3. *ep. 1. a med.* Nicetiana hereditas.

NICO, as, *ci*, a. 3. ſignum facio, moveo, ut Nicere manu, *ſur ſegno, e motto colla mano*. *Plaut. Trinul.* 2. 7. 63. Emoriere ocius, ſi manu niceris. G. Quid, manu niceriin? Ita legit *Turneb. l.* 14. *c.* 17. qui hinc deduci putat verbum *nicto*, *as*. Alii aliter legunt.

NICOMEDENSIS, ſe, ad Nicomediam, Nicomedeas, pertinens, quæ eſt urbs Bithyniæ maxima, condita a Nicomede rege, io intimo ſinu Aſtaceno, ut eſt apud *Plin. l.* 5. *c.* 32. *Plin. alter l.* 10. *epiſt.* 46. *In* aquæductum Nicomedenſes impenderunt, *&c. Inſcript. apud Gruter. pag.* 389. *n.* 2. Legiſtæ civitatis ſplendidiſſimo Nicomedenſium. Alia *pag.* 407. Cur. R. P. Nicomedenſium. Adde *Calliſtrat. Dig. lib.* 50. *tit. 9. leg.* 5.

NICOPOLITANUS, a, um, ad Nicopolim pertinens. Duæ ſunt hoc nomine urbes, altera in Bithynia, de qua *Plin. ſub fin. l.* 5. altera in Armenia minore, de qua *Id. l.* 6. *c.* 9. verba facit. *Id. l.* 4. *c.* 1. Nicopolitana civitas. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 472. *n.* 4. Princ. civitatis Nicopolitanorum.

NICOSTRATEGUS. V. *Nychoſtrategus*.

NICTATIO, onis, f. *il battere delle palpebre, ἀνάπαυσις*, actus nictandi. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *fcft.* 57. Nec gene quidem omnibus: ideo nequa nictationes iis, quæ animal generant. Columbæ, & ſimilia utraque gena coonivent. At quadrupedes, quo ova parunt, ut teſtudines, crocodili, inferiore tantum, ſine ulla nictatione, propter prædures oculos.

NICTO, as, *ui*, atum, n. t & Nicti, aris, atus ſum, dep. 1. *batter gli occhi*, n *le palpebre, ἀναπαύειν*, oculos ſubinde claudo genas movendo: quod ſemper facimus vigilantes, etiam ſine ſenſu. Volunt eſſe a *νεύειν* inuſitato: unde *annuere*. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *fcft.* 54. Pleriſque naturale, ut oictari non ceſſent: quos pavidiores accepimus. *Al. leg.* nictare. *& fcft.* 57. Graviores alitum inferiore gena coniivent: eodem nictantur, ab angulis membrana obeunte. ¶ Item oculis ſignum dare, vel utrumque, vel alteretum claudendo, *accennar cogli occhi, far d' occhio, ammiccare*. *Plaut. Aſin.* 4. *v.* 39. Neque illa alli homini nutet, nictet, adnuat. *Non. cap.* 5. *n.* 72. hunc ipſum *Plauti* locum nfferens *nutare*, inquit, capitio; *adnuere* naſium vel labiorum; *nictare* oculorum ſignificantiam eſſe Veteres decreverunt;. *Plaut. Men.* 4 2. 49. Non hercle ego quidem unquam quicquam nuto, nequa nictu tibi. Adde *Mere.* 2. 3. 72. ¶ Eſt etiam ſæpe aliquid coonri, *fare ſforzo*, quaſi ſit a *nictum* pro *nexum* a verbo *nitor*. Atque hæc fortaſſe prima, & propria eſt ejus ſignificatio. *Feſtus*: Nictare, & oculorum, & aliorum membrorum nifu ſepe aliquid conati, dictum eſt ab antiquis, ut Lucretius 10 libm quarto: Hic ubi nictari nequeunt, inſiteraqun alii. Cæcilius in Hymnide: Garruli medentes jactent, ſine nictentur pertuſis. Novius in Macchoco: Pone actutum ſcibis, cum in nervo nictabere. Unde quidam nictationem, quidam nictum, ut Cæcilius in Pugile: Tum inter laudandum huoc tumidum tremulis palpebris percutere nictu: hic gaudere, & miratier. Hactenus *Feſtus*. Verba *Lucretii* habes *l.* 6. *v.* 836. ubi *al. leg. nisari*, a *nixum* vel *nitor*, *eris*. Illa *Cæcilii* priora ſic legit *Scalig.* Garruli ſine dentes jactent, ſine oictentur perticis: Alii: Grallis fedeatus jactent, ſine nictentur perticis. Locum *Novii* ita emendat *Idem*: Novius in Macchu copone: Actutum ſcibis, cum, &c. ¶ Eſt etiam

NICTO, is, o. 3. *Feſtus* poſt verba allata in voce præced. ſtatim ſubdit: Nictit canis in odorandis feiarum veſtigiis leviter gannieus, ot Ennius in libro X. Veloti ſiquando vinculis venatica venenon apta ſolet, ſi forte ex nare ſagaci ſenſit, voce ſua nictit, ululatque ibi acuta eſt. Hoc *Feſt.* Verba *Ennii* ita legunt Critici: Veluti ſi quando vinclis venatica velox Apta ſilet ſani; ſorte feram ſi ea nare ſagaci Senſit, voce ſua oictit, ululatque ibi acute. Al. hic quoque leg. *nictat*.

NICTUS, us, m. oictatio, niſus. *Cæcil.* apud *Feſt.* V. *Niſus, us*. *Ovid.* 3. *Met. v.* 460. lacrimas quoque ſæpe notavi, Me lacrimante, tuas: nictu quoque ſigna remittis. Al. leg. *nuto*. Adde *lib.* 5. *de ar. am. v.* 138. & *lib.* 2. *Faſt. v.* 411. & *Claudian. de conſul. Mall. Theod. v.* 312. ſed ubique al. *nutus* reponunt.

NIDAMENTUM, ti, n. nidus. *Arnob. l.* 6. *pag.* ana. Non videtis ſub iſtorem ſimulacrorum cavis ſorices, mures, blattas oidamenta ponere? *Plaut. Rud.* 3. 6. 51. Io nervum ille hodie nidamenta congerer. *b. r.* muſcum, paleas, tomentum, & id genus alia, ex quibus avte nidos conſtruunt ſuos. Eſt autem ibi allegoria, qua ſignificatur, lenonem (de qun eſt ſermo) oidum parare, ex quo naſcatur nervus, h. e. ea facere, propter quæ brevi nervo plectendus ſit, vel compedibus vinciendus, Ita *Turneb. l.* 26. *Adverſar. c.* 2. V. integrum *Plauti* locum.

NIDICUS, a, um, adject. ad oidum pertinens. *Varronis fragmem.* apud *Non. c.* 4. *n.* 178. Ad quos tum volucres venit puſillos Uſque ad limina nidica eſca vilis. Alii *anida* legunt, alii aliter. Eſt enim locus varie vexatus, nec quidquam certi inde colligi poteſt.

NIDIFICIUM, ii, o. nidi conſtructio. *Apul. l.* 8. *Metam.* In carioſo ſtipite inhabitantium formicarum nidificia hurtiebant.

NIDIFICO, as, n. *r. fare nido, νοττεύειν*, nidum facio. *Colum. l.* 8. *c.* 15. Pedalia in quadrantum cubilia, quibus nidificent aves. *Plin. l.* 9. *c.* 16. Nidificare ex alga. *Id. l.* 10. *c.* 53. Nidificare luto.

NIDIFICUS, a, um, adject. nidum faciens. *Sedul. in Medea, v.* 714. Quodcumque tellus vere nidifico creat.

NIDOR, oris, m. *vapore, e nitmento, n fio odore de' cibi, o d' altra coſa abbruciata, leppo, uſtione*, vapor & odor coſti cibi, aut alterius rei ambuſtæ, vel quocumque alio modo olmetis. Differt ab odore: quia *odor* in malam partem ſumi non ſolet, niſi cum addito, ut *malus odor, ſuter, gravis*: at *nidor* abſolute poſitus ſortnem ſæpe ſignificat, ac: odorem gravem, vel vapore miatum. *Plin. in princ. l.* 23. Celsi tantum, & citri in ſacris fumo convolutum nidorem verius, quam odorem noverunt. *Hardouin.* illa verba *verius quam odorem* omittit ut MSS. *Lucret. l.* 6. *v.* 791. Nocturnumque recens eſſiſ ſum lumen, obi acri Nidore offendit nares, *&c. Cic. in Piſon. c.* 6. Pauliſper ſtetimus io illo ganearum tuarem nidore atque fumo. *Juvenal. ſat.* 5. *v.* 161. & *Martial. l.* 5. *epigr.* 93. Captum te nidore ſuo putat ille culinæ. *Id. l.* 7. *epigr.* 26. *de apro cocto*. Pinguiſcant madidi lato nidore Penates. *Virg.* 3. *Georg. v.* 415. Galbaneoque agitara graves nidore chelydros. *Id. Æn.* 12. *v.* 300. Occupat os flammis: illi ingens barba reluait, Nidoremque ambuſta dedit. *Liv. l.* 38. *c.* 7. *extr.* Fœdus quidam nidor ex adufta pluma. *Plin. l.* 28. *c.* 17. Lethargicos excitat caprini cornua nidor, aut pilorum. *Id. l.* 35. *c.* 15. Nidor ſulphuris igni impoſiti. *Apul. l.* 4. *Met.*

Metam. Putore nidoris fœtidi abigere aliquem. *b. e.* egeſti ſtercoris. *& lib.* 8. Formicæ dulcem ac mellitum corporis nidorem perſentiſcunt. ¶ Apud *Ovid. Met.* 12. v. 253. & *Tertull.* in *Apolog.* a. 22. & *de Idolol. c.* 6. nidor id odor carnium crematarum in ſacrificiis. ¶ Tum vapore *Lucret. l.* 6. v. 986. Nam penetrare alia ſentim, ahoque ſapores Ceramus a ſuccis, alio nidoris odores. *Plin. l.* 24. *c.* 15. Chamæleuces radix imponitur carbonibus cupreſſi, atque is nidor per infumibulum imbibitur in vetere tuſſi. *Apul. l.* 1. *Metam.* In cujus hoſpitio nec fumi, nec nidoris nebulam vererer. *Minuc. Fel. in Octav. c.* 34. a *med.* Corpus omne ſive arefcit in pulverem, ſive in humorem ſolvitur, vel in cinerem comprimitur, vel in nidorem tenuatur. ¶ *Nidor e culina* convicium in ſervum, qui in culina eſt aſſiduus, ejuſque maxime nidore capitur: poſſetque & in parafitum aptari. *Plaut. Maſtell.* 2. 1. 5. Exi, inquam, nidor e culina, quid lates?

NIDOROSUS, a, um, nidorem multum exhalans. *Tertull. l.* 5. *adverſ. Marcion.* 1. 5. *ad fin.* Holocauſtomata nidoroſa.

NIDULOR, aris, dep. 1. *ſer nido*, *νοσσεύω*, nidifica. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 589. & *Gell. l.* 3. *c.* 10. Halcyones hieme in aqua nidulantur. *Gell. l.* 2. *c.* 29. Caſſita nidulatam in ſagetibus. ¶ *Plin. l.* 11. *c.* 28. Aliud (*inſectorum*) genus, qui e limo ingentes pilas averſis pedibus volutant, parvoſque in iis contra rigorem hiſmis vermiculos ſetus ſui nidulantes. *b. e.* in nido fovent, vel excubando excludunt.

NIDULUS, li, m. *nidiuzzo*, *νοσσίον*, parva aidus. *Gell. l.* 2. *c.* 29. De aviculæ nidulo lepide atque jucunde præmonet. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 44. Ithacam illam, in aſperrimis ſaxulis, tanquam nidulum, affixam. *Plin. l.* 6. *ep.* 10. Hunc incolers feceſſum, atque etiam ſenectutis ſuæ nidulum vocare conſueverat.

NIDUS, di, m. *nido*, *καλιά*, animi domicilium. *Quinctil. l.* 2. *c.* 16. a *med.* Texere nidum. *Cic. l.* 2. *de Orat. c.* 6. Quemadmodum volucres videmus procreationis, atque utilitatis ſuæ cauſa fingere & conſtruere nidos. *Virg.* 4. *Georg.* v. 307. nidum tignis ſuſpendit hirundo. *Ovid.* 8. *Metam.* v. 257. Nec facit in ramis, altoque cacumine nidos. *Plin. l.* 10. *c.* 33. Nidum intexere. *& ibid.* confingere. *Tacit. 6. Ann. c.* 28. ſtruere. *Horat. l.* 4. *od.* 12. v. 5. ponere. *Ovid. 11. Met.* v. 746. Incubat halcyona pandentibus æquoris nidis. ¶ Per Metonymiam accipitur pro feta avium, quaſi continens pro contento. *Virg.* 4. *Georg.* v. 17. *& 12. Æn.* v. 475. Pabula parva legens, nidiſque loquacibus eſcas. *Senec. in Herc. Fur.* v. 148. Nidi querulî. *Colum. l.* 7. *c.* 9. *ad fin.* Et in cubili ſuam quiſque matrem nidus aaſpectat. Ubi de ſcrofæ fetu loquitur. ¶ Translate *nidi* dicuntur, in quibus merces in tabernis faparatim ſervantur, *cimeteaes*. *Martial. l.* 1. *epigr.* 118. De primo dabit alterove aidu Raſum pumice, purpureque cultum. ¶ Item dicitur de pluteo, *ſcanzio. Id. l.* 7. *epigr.* 16. Hos nido licet inferas vel imo Septem, quos tibi miſimus, libellos. ¶ Et de quovis cujuſque domicilio. Hinc Rufus Vargiqius villam ſuam, nidulum ſenectutis ſuæ vocabat, *teſerenta Plinio l.* 6. *epiſt.* 10. *Horatius* etiam *l.* 1. *epiſt.* 10. *v.* 6. Tu aidum ſervas, ego laudo ruris amœni Rivos. *Id. l.* 3. *od.* 4. v. 14. celſæ nidum Acherontiæ. *b. e.* Acherontiam oppidum in edito monte ſitum, tanquam nidum altis ſaxis affixum, ut de Ithaca dixit *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 44. ¶ Pro poculo aidi figura, *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 22. *&* 588. Cape hanc caducam Liberi mollem dapem De fronds Bromiæ autumnitatis uvidam, Quam, lympha melius e lacuna fontium Allata, nido potili permiſceat. ¶ *Maroveſ penuas nido extendiſſe*, proverb. apud *Horat. ep. ult. l.* 1. v. 25. de iis dictum, qui ſupra fortunam, & genus ſuum ſe extuleruot: quod ſi bonis artibus fiat, laudabila eſt. Simili ſententia nos dicimus *deſtendere più, che 'l lenzuol non è lungo*.

NIGELLUS, a, um, *negretto*, *neriecio*, dim. a *niger. Varr.* apud *Non. c.* 16. *n.* ult. Propinquæ adolaſcentulæ etiam anthracinis, pnarimæ amicala nigello, capillo demiſſo ſequerentur. *Id. ibid. c.* 6. *n.* 43. Oculi ſuppætuli nigellis pupalis. *Pallad. in Februar. cap.* 25. *circa med.* Nigella vina. *Auſon. ep.* 4. v. 74. Cadmi nigellas filias. *b. e.* litteras.

NIGER, gra, grum, *nero*, *negro*, *bruno*, *foſco*, *ſcuro*, *μέλας*, *μέλαινα*, *μέλαν*, qui coloris eſt albo contrarii, pullus, ater, fuſcus, obſcurus. *Jul. Scalig.* ducit a *vanis*, mortuus, quia mortui nigri ſunt, & niger color proprius eſt mortuorum, & Manium. *Ovid.* 4. *Met.* v. 438. nigri fere regia Ditis. *Virg.* 4. *Georg.* v. 547. Et nigram nocte habis ovem. *ſcil.* inferiis mittandis. *Horat. l.* 4. *od.* 12. *v.* 26. Nigrorumque memor, dum licet, iguium. *b. e.* rogi, & mortis. *Tibull. l.* 3. *el.* 5. v. 5. At mihi Perſephone nigram denuntiat horam. *Propert. l.* 2. *el.* 29. v. 19. At ma non ætas mutabit tota Sibylla, Non labor Alcidæ, non niger ille dies. *Id. l.* 4. *el.* 11. v. 2. Panditur ad aullas janua nigra preces. *Senec. in Herc. Oet.* v. 1705. Jupiter niger. *b. e.* Pluto. ¶ De colore in univerſum hæc habeto. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 3. Neſcio, qui ille divinus, ſi oculis captus ſit, poſſit, quæ alba ſint, quæ nigra dicere. *Virg. Ecl.* 2. v. 26. Quamvis illa niger, quamvis tu candidus eſſes. *nero*. & *Eclog.* 10. v. 38. quid tum, ſi fuſcus Amyntas? Et nigræ oiolæ ſunt, & vaccinia nigra. *& lib.* 4. *Georg.* v. 468. Et caligantem nigra caligine lucum. *Horat. l.* 1. *od.* 21. *v.* 7. nigræ ſilvæ. *Id. l.* 4. *od.* 12. v. 11. Nigræ colles Arcadiæ. *b. e.* ſilvis frequentes. *Virg. Eclog.* 6. v. 54. Ilics ſub nigra. *&* 2. *Georg.* v. 258. nigræ hederæ. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 690. nigra myrtus. *Id. Metam.* 15. v. 187. nigra nox. *Id. Heroid. ep.* 18. v. 7. cælum pice nigrius, & freta ventis Tabidæ. *Id.* 10. *Metam.* v. 449. nigræ nubes. *Lucret. l.* 4. v. 341. nigræ umbræ. *Senec. l.* 4. *ſilu.* 4. v. 62. nigræ litora Thules. *b. e.* caligantis, obſcuræ. *Virg.* 3. *Georg.* v. 278. nigerrimus Auſter Naſcitur, & pluvio contriſtat frigore cælum. *& lib.* 4. v. 126. niger ſuaius. *b. e.* profundus, quia talis nigri apparent. *Horat. l.* 3. *od.* 27. v. 23. Æquoris nigri fremitus. *Martial. l.* 8. *epigr.* 56. nigra Falarna. *Juvenal. ſat.* 1. v. 71. Per famam & populum nigros aſferre maritos. *b. e.* colore luridos, quia veneno ſublisti. Sic *Propert. l.* 2. *el.* 20. v. 28. Pocula nigra. *b. e.* venenata. Tetra venena dixit *Id. ibid. el.* 13. v. 70. luridæ aconita *Ovid. Metam.* 1. v. 147. ¶ Nigrum abſoluta, nigra nota. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 291. *de tempore*. Signatus tenui media inter carmina nigro. ¶ Translate ait malus, improbus, doloſus, dupiex, vafer. *Cic. pro Cæcin. c.* 10. Argentarius Sex. Cladius, cui nomen eſt Phormio, nec minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus. (V. *Terent. Phorm. a.* 2. *ſc.* 2. *&* 3.) *Horat. l.* 1. *ſat.* 4. v. 81. abſentem qui rodit amicum; Qui non defendit, alio culpante; ſolutos Qui captat riſus hominum, famamque dicacis; Fingere qui non viſa poteſt; commiſſa tacere Qui nequit, hic niger eſt: hunc tu, Romane, caveto. ¶ *Nigra in candido vertere* proverbio dicitur, qui recta prava facit, at *Terent.* loquitur *Phorm.* 5. a. 6. & vitia ipſa obtegit ſimulatione virtutis. *Juvenal. ſat.* 3. v. 29. Cedamus patria: vivant Artorius iſtic, Et Catulus: maneant, qui nigra in candida vertunt. *Ovid.* 11. *Metam.* v. 312. Alipedis de Stirpe dai verſuta propago Naſcitur Autolycus, furtum ingeniolus ad omne, Qui facere adſuerat, patriæ non degener artis, Caodida de nigris, & de candentibus atra. ¶ *Senec. in Hippol.* v. 493. niger livor. *Invidia*. ¶ Niger pro infauſto, nominoſa. *Horat. l.* 1. *ſat.* 9. v. 72. hunccine fatem Tam nigrum fuerſe mihi? *Propert. l.* 2. *el.* 21. v. 38. Nigreque funeſtum concinit omne avis. Hinc niger lapis apud *Feſt.* locus in Comitio, ubi Romulus occiſus, & Faſtulus nutritius ejus ſepultus, vel Quintilius quidam, qui a Romulo fleterat. ¶ Pro mœſto, triſti, in luctu jacenti, *Stat. l.* 5. *ſilv.* 1. v. 18. Sed cum plaga recens, & adhuc in vulnere primo Nigra domus queſtu, &c. *Val. Flacc. l.* 3. v. 404. arvaque nigm Vaſta metu. ¶ *Nigræ* pro *nigra* mors ſuo dixit *Lucret. l.* 4. v. 538. nigræ noctis ad umbram.

NIGIDIANUS, a, um, ad Nigidium pertinens, ut Nigidiani libri, *Gell. l.* 18. *c.* 4. *ſub fin.* Nigidianæ commentationes, *Id. l.* 19. *c. ult.*

NIGIDIUS, ii, Figulus, Philoſophus Pythagoricus, floruit Romæ, Cæſaris, & Ciceronis tempore. Multa ſcripſit præſertim de re grammatica, ut teſtatur *Gellius*, qui proinde ſæpe da eo mentionem facit. Verbi gratia *lib.* 19. *c.* 14. Ætas M. Ciceronis & C. Cæſaris præſtanti facundia viros paucos habuit: doctrinarum autem multiformium, variarumque artium, quibus humanitas erudita eſt, columina habuit M. Varronem, & P. Nigidium. *& lib.* 4. *c.* 9. Nigidium Figulus, homo, ut ego arbitror, juſta M. Varronem doctiſſimus. *& lib.* 6. *c.* 6. Nigidius Figulus in libro primo augurii privati dicit, &c.

NIGINA, æ, herba tribus foliis longis intubaceis, quæ illita cicatrices ad colorem reducit. *Plin. l.* 27. *c.* 12.

NIGRANS, antis, *neregiante*, *nero*, idem quod fuſcus, niger. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 5. & *Colum. l.* 6. *c.* 2. Nigrantia boum cornua. *Colum. l.* 8. *c.* 2. a *med. de gallinaceis maribus*. Ravidi, vel nigrantes oculi. *Virg.* 5. Æn. v. 97. nigrantea targa juvenci. *Lucret. l.* 2. v. 702. Nigrans color. *Sil. l.* 9. v. 225. Corpora ab immodico fervans nigrantia Phœbo. *Ovid. Metam.* 2. v. 535. Corvus nigrantas verſus in alas. *Stat.* 12. *Theb.* v. 254. nigrantes laabant aſtra tenebras. *Propert. l.* 3. *el.* 18. v. 33. Nigrantaſque domos animarum intraſſa ſilentum. *Sil. l.* 17. v. 258. nigrants profundo. *b. e.* mari. *Val. Flacc. l.* 1. v. 13. Solymo nigrantem pulvere fratrem. *b. e.* pulvere conſperſum & ſordidatum. (Sic *Horat. l.* 2. *od.* 6. v. 14. pulvere Tmaica nigrum Merionem.) *Val. Flacc. l.* 4. v. 697. nigrantia litora. *b. e.* quæ ſunt ad promontorium, quod *nigrum* vocatur, ſilva & arboribus umbroſum. *Virg.* 8. Æn. v. 353. Credunt ſe vidiſſe Jovem, cum ſæpe nigrantem Ægida concuteret dextra, nimboſque cieret. *b. e.* nubes, & tempeſtates commoventem.

NIGRATUS, a, um, niger factus. Translate *Tertull. l.* 4. *adverſ. Marcion.* 1. 8. Nigrati ignorantiæ tenebris.

NIGREDO, inis, f. *negrezza*, *μελανία*, color niger, nigrities. *Apul. l.* 2. *Metam.* Corvina nigredine cærulos columbarum colli flofculos æmulantur. *Martian. Capell. l.* 2. *pag.* 35. Libri nigredine colorati.

NIGREO, es, grui, n. 2. *eſſer nero*, *e foſco*, nigra ſum, vel fio, *neriſcuno*. *Pacuv.* apud *Non. c.* 2. *n.* 582. Solis exortu capeſſit ſplendorem, occaſu nigret. *Accius ibid.* Nimbis interdum nigret. *Colum. l.* 12. *c.* 48. Baccæ cum jam nigruerint, nec adhuc tamen permaturæ fuerint.

NIGRESCO, is, n. 3. *forſi nero*, *ſcurarſi*, *μελαίνομαι*, niger, vel obſcurus fio. *Virg.* 4. Æn. v. 454. latices nigreſcere ſacros, Fuſique in obſcenum ſe vertere vinu cruorem. *& lib.* 11. v. 824. tenebris nigreſcunt omnia circum. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 503. Ora tument iræ: nigreſcunt ſanguine venæ. *Plin. l.* 15. *c.* 2. *ſub fin.* Bacca incipiens nigreſcere. *Id. l.* 26. *c.* 2. a *med.* Nigreſcens cutis. *Id. l.* 31. *c. ult. ante med.* Nigreſcentes dentes.

NIGRIANUS, a, um, adject. a Peſcennio Nigro Imp. R. apud *Tertull. ad Scapul. c.* 2.

NIGRICANS, antis, *neregiante*, *nericcio*, *μελανίζων*, ad nigrum colorem accedens, nigreſcens, migrans. *Plin. l.* 9. *c.* 38. *extr.* Tyrius color nigricans ſpectu, idemque ſuſpectu refulgens. *Id. l.* 36. *c.* 26. Maſſæ colore pingui nigricantes.

NIGRICOLOR, ris, nigrum colorem habens. *Solin. c.* 2. (*al. c.* 8.) *ad fin.* Nigricolor facies.

NIGRIFICO, as, a. 1. *annerire*, *far nero*, ut Nigrificare dentes apud *Marcell. Empir. c.* 35. *a med.*

NIGRITTA, æ, f. &

NIGRITTES, ei, f. &

Ni-

NIGRITODO, inis, f. *nerezza*, *color niger*, μελανία, nigror, nigredo. *Plin. l. 9. c. 36. de purpura.* Buccinum pelagio admodum alligatur, nimiaque ejus nigritiæ dat auferitatem illam nitoremque; qui quæritur, cocci. *Id. l. 29. c. 6.* Corvi ovum nigritiam capilli affert. *Celſ. l. 8. c. 2. a med.* Sin autem nigritius eſt, aut ſi caries ad eſtenum partam oſſia tranſit, &c. *Plin. l. 20. c. 36.* Nulla apparet nigritudo in roſtro.

NIGRO, as, avi, atum, n. t. *eſſer nero*, nigreſco, niger ſum. *Lucret. l. 2. v. 732.* ne forte hæc albus ex elba rearia Principiis eſſe, aut oculos quæ candida cernis; Aut ea, quæ nigrant, nigro ds femina nata. V. *Nigrans.* ¶ Activs pro nigrum facere, ſeu lividum. *Stat. l. 2. ſilv. 6. v. 83.* non lævius atros Nigraſſet planctu guſtia ſibi ſæva lacertos.

NIGROR, oris, m. idem ac nigredo. *Cic. l. 2. de Divin. c. 14. & 3. de Orat. c. 39. ex Fetuv.* Noctiſque, & nimbum occæcat nigror. *Celſ. l. 2. c. 1. circa med.* Nigrorem in ulceribus excitat. *Lucret. l. 3. v. 39.* Omnia ſuffundens mœſtia nigrore. *Gell. l. 2. c. 26. a med.* Rubidus eſt rufus, atrore & nigrore multo mixtus. *Lucil. apud Non. c. 12. n. 46.* nigror noctis.

NIHIL, n. indeclin. *niente*, *nulla*, *non punto*, *ciò*, idem quod *nihilum*, a quo per Apocopen factum 28. *Cic. de Senect. c. 6.* Nihil ergo agebat Q. Maximus? nihil L. Paulus? ceteri ſenes nihil agebant? *Id. 1. Offic. cap. 41.* Omnium rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil eſt agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine, nihil libere dignius. *ire tutte le coſe non v'è la megliore*, &c. *& Q. Fr. l. 3. ep. 9.* De Gabinio nihil fuit ſuaviandum iſtorum, qui cogitata ſunt. *nulla de quanto s'è penſato. & epiſt. 8.* Aliud hoc tempore de republ. nihil loquebantur. *& poſt verſus. ad Quirit. c. 5.* Eſt. Jan. conſul nihil humanarum rerum ſibi prius, quam de me agendum judicavit. *Nepos in Alcib. c. 1.* Nihil illo ſuiſſe excellentius vel in vitiis, vel in virtutibus. *h. e.* neminem. Sic *in Miltiad. c. 5.* Qua pugna nihil adhuc eſt nobilius. *h. e.* nulla pugna. *Cic. 1. de Fin. c. 17.* Si nihil tale metuamus. *h. e.* nullam rem talem. *Liv. l. 41. c. 20.* Rhodiis ut nihil unum infigne, ita omnia generis dona dedit. *h. e.* nullum donum. *Cic. 1. de Orat. c. 30.* Sine ſtudio nihil quicquam egregium nemo unquam aſſequutus. ¶ Abſolute, & quaſi adverbialiter, *Cic. 1. de Legib. c. 2.* In hoc genere Græcin nihil cedimus. *h. e.* nulla in re. *Terent. Andr. 4. 1. 24.* Illic ubi nihil opus eſt ibi verentur. *Cic. 2. Agrar. c. 23.* Beneficio iſto legis nihil utitur. *h. e.* nulla in re: *non ſo ne ſerve punto. Stat. l. 9. Theb. v. 610.* More nihil Grajo. ¶ Quamvis poſt *nobil* ſequatur *ner*, non affirmat tamen. *Cic. pro Cluent. c. 1.* Nihil me nec ſubterfugere voluiſſe raticendo, nec obſcurare diſſendo. Pro *nec* poſſet ſubjici *aut*, eadsunque eſſet ſretsentia: ut *Juſtin. l. 8. c. 2. ad fin.* Nihil ſine majeſtate numinis ejus aut privatæ unquam, aut publicæ rei geſſerant. ¶ *Nihil non*, omnia, *tutto. Cic. de clar. Orat. c. 37. ad fin.* Nihil non ad rationem dirigebat. *& Nep. in Attic. c. 19.* Tanta præſperitas Cæſarem aſſ conſecuta, ut nihil ei non tribuaret fortuna. ¶ *Non nihil*, aliquid. *Cic. Fam. 12. ep. 2.* Non nihil, ut in tantis molis, aſt profectum. *& lib. 4. ep. 14.* Quo in periculo non nihil me conſolatur, cum recordor, &c. Scribunt & conjunctim *nonnihil*. ¶ Cum genitivo *Nepos in Annib. cap. ult.* Non nihil temporis tribuit litteris. *Cic. Attic. l. 8. ep. 4. ad fin.* Nihil cognovi ingratius: in quo vitio nihil mali non ineſt. ¶ *Nihil niſi*, *nihil altro niſi*, aut *quam*, *præter*, *præterquam*: *Non altro che*, *e fuorchè. Terent. Adelph. 3. 4. 30.* Tu, quantus quantus, nihil niſi ſapientia re. *Cic. de Amic. c. 27.* Amata nihil aliud eſt, niſi eum ipſum diligere, quem *amas*. *non è altro ther.* & pro *Roſc. Amer. c. 37. a med.* Si nihil aliud fecerunt, niſi rem detulerunt. *ſe non fecero altro*, *che riferire.* & 2. *ad Q. Fr. ep. 10.* Nihil eliud dicam, niſi verebor, nequando, &c. *non dirò altro*, *ſe non che avrò paura*, &c. *& pro Leg. Manil. c. 22.* Ut nihil aliud, quam de hoſte cogitet. *Id. Fam. 4. epiſt. 7.* Nihil tibi deeſt præter voluntatem. *Id. de Haruſp. reſpon. c. 19.* Nihil ut a patris virtuta, præterquam quod a Senam deficivsrat, deſſeniſſet. *Hirt. de B. Alex. c. 8.* Qui nihil, præterquam de vita, cogitarent. Sic *Suetou. in Galb. c. 19.* Nihil amplius, quam continere ſe, ſtatuit. *Apul. l. 6. Metam.* Nihil ergo ſupereſt, quam adicere. ¶ In hia eliquando ellipſis eſt commoda. *Liv. l. 3. c. 26. auct.* Illa quidem nocte nihil præterquam vigilatum 28 in urbe. *non ſi ſi altro che vegliare.* & *Suetou. in Aug. c. 83.* Mox nihil eliud quam vectabatur, & deambulabat. ¶ Poſt *nihil* ſequitur etiam *quam*, *quotuimar. Cic. 2. Phil. c. 12.* Nihil præterquiſi, quantum facere eniiiquas potui, quin Pompejum e Cæſaria conjunctione avocarem. *non aveſſe coſ' alcuno e fino di diſtagliare*, &c. *Liv. l. 3. c. 54.* Nihil motor, quo minus decamviratu ebeam. *Celſ. l. 3. ſub fin.* Nihil facere oportat, quo minus, quidquid eſt potis, exeat. ¶ *Nihil eſt quod*, *cur*, *quamobrem*, nulla eſt cauſa, cur, &c. *Cic. Q. Fr. l. 3. ep. 8.* Superiori epiſtolæ quod reſpondeam, nihil eſt. *non ho che riſpondere: non occorre ch'io riſponda. & Fam. 9. ep. ult. extr.* Nihil eſt, quod adventum noſtrum extimeſcas. *& lib. 6. ep. 20.* Nihil eſt cur advenientibus te offerre geſtias. *Id. pro Cluent. c. 26.* Nihil excogitem, quamobrem Oppianico damnari neceſſe ſit? *ch'io non penſi e trovi qualche coſa, per cui*, &c? *Id. pro Dom. c. 32.* Nihil poterat dicere, quare rota non eſſant. ¶ *Nihil ad me*, ſubaudi *pertinet*, aut *facit. Cic. in Piſon. c. 28.* Recte, an ſecus, nihil ad nos: aut ſi ad nos, nihil ad hoc tempus. *Terent. Andr. 1. 2. 16.* Quod antehac fecit, nihil ad me attinet. ¶ *Nihil minus*, negat vehementius, *nulla mene. Cic. 3. Offic. c. 20. ad fin.* Cadit ergo in virum bonum, mentiri, fallere? nihil minus. ¶ *Nihil dum*, & *nihildum*, nihil adhuc, nondum quidquam, *nulla ſin ora. Cic. 12. Fam. epiſt. 7.* Quamquam nihil dum audieramus, nec ubi eſſes, nec, &c. Adde *lib. 9. ad Attic. ep. 2.* & *Catil. 3. c. 3.* ¶ *Nihil* pro non omnino. *Liv. l. 6. c. 38.* Sic C. Licinius, & L. Semina interceſſioni adlegarum cedunt, nihil patriciam magiſtratum inferam concilia plebia. *Id. l. 3. c. 65.* Nihil magnopere ad Patrum, aut plebis cauſam inclinati. *Cic. Phil. 1. cap. 6.* Ut decernarentur ſupplicationes mortuo? nihil dico, aui. *Stat. 9. Theb. v. 609.* Militiamque trucem, ſexum indignata, frequento More nihil Grajo. ¶ *Nihil* pro fruſtra, in *damno. Plaut. Mil. 4. 2. 26.* Hercle hanc quidem nihil tu amaſſis: mihi hæc deſponſata eſt. ¶ Pro nulla de cauſa, *Cic. 1. de Legib. c. 1. a med.* Quorſum tandem, aut cur iſta quæris? M. nihil ſane, niſi ne nimis diligenter anquiras, &c. ¶ Nihil mihi cum illo eſt, *non ho che fare con lui. Ovid. 2. Faſt. v. 308.* Nil mihi vobiſcum eſt. *Terent. Phorm. 2. 3. 74.* Tecum nihil rei nobis, Demipho, eſt. ¶ *Nihil es*, nihil potre, nihil valre, *non vogli punto. Cic. Fam. 7. ep. 27.* Hæc tibi ſcripſi, ut iſto ipſo in genere, in quo aliquid poſſe via, te nihil aſſi cognoſceres. *& epiſt. ult.* Nos plane eut nihil ſumus, aut nobis quidem ipſis diſplicemus. *Id. in Divin. Verr. c. 14. extr.* Sin mecum in hac peculiose nihil fueris, quem te in ipſe pogna cum acerrimo adverſario fore putemus? *& cap. 15.* Eſto: nihil eſt, nihil poteſt: at venit paratus, &c. ¶ *Nihil* pro *aliquid. Ulpian. Dig. lib. 39. tit. 2. leg. 24.* Cum, nemine nihil facienta, locus ipſi damnum inferat ſui natura. ¶ Primum produciſſa videtur *Lucret. l. 1. v. 647.* Nihil prodeſſet calidum denſmter ignem. Niſi dicas, jambum pro ſpondeo poſuiſſe: aut lege: cum aliis, *Nil prodeſſet enim calidum*, &c.

NIHIL DUM. V. *Nihil.*

NIHILI. } V. *Mihilum.*

NIHILOMINUS. }

NIHILUM, li, n. *nulla*, *niente*, *niuno coſo*, *ciò*, nulla re, nihil, nil: quaſi *ne hilum*. V. *Hilum. Lucret. l. 1. v. 265.* docui, nil poſſe creari De nihilo, neque item genita ad nihilum revocari. *Cic. 2. de Divin. c. 16.* Erit aliquid, quod eut ex nihilo oriatur, aut in nihilum ſubito occidat. *Id. de Fato, c. 9.* Ut de nihilo quippiam fiat. *In quadam lege Sulla* apud *Cic. pro Cæcin. c. 33.* Si quid jus non aſſet rogari, ejus ea lege nihilum rogatum. *Cic. 1. Acad. c. 7.* Intarsra in nihilum. *Lucret. l. 2. v. 790.* redigi ad nihilum. *Cic. Fam. 11. ep. 12.* Ad nihilum venire. *Id. in fin. Phil. 7.* Ad nihilum recidere. *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 53.* nihilum metuenda timere. *Cic. pro Marcell. c. 9.* Pro nihilo eſſa. *Id. 14. ad Attic. ep. 9.* Dii immortales, quam mihi iſta pro nihilo! (*h. e.* videntur, ut *Id. 2. de Fin. c. 13. a med.* loquitur.) *& in divin. Verr. c. 7. extr.* Contemnere aliquid, ac pro nihilo putara. *Id. Verr. 4. c. 16.* Pro nihilo ducare. *Liv. lib. 33. cap. 46.* habere. *Cic. Phil. 2. cap. 23.* Quoniam condemnatum eſſe, pro nihilo eſt. *ſi ho per nulla.* ¶ *Nihilo* abſolutes, *da nulla*, nullius pretii, cum verbis æſtimandi. *Varr. ſub Iſa. lib. 9. de* L. L. Quem putamus eſſa non hili, dicimus nihili. *& l. 8. c. 36. ad fin.* Dicimus ſoion, hic homn nihili, &, hujus hominis nihili, &, hunc homiotem nihili. *Plaut. Caſ. 2. 3. 29.* Unde is nihili? ubi fuiſti? *Id. Pſeud. 4. 7. 2.* Nequanis eſt homo, qui nihili imperium heri ſui ſervos facit: nihili eſt autem, ſnum qui officium facera immemor eſt. *Terent. Andr. 3. 5. 6.* Pater nihili pendit. ¶ Homo nihili factus dicitur e *Plauto Mil. 2. 5. v. 16.* qui caſtratus eſt. ¶ *Nihilo æſtimare* pro *nihili. Cic. 4. de Fin. c. 23.* Non quie ſit bonum valare, ſed quia ſit non nihilo æſtimandum. *Lambin.* leg. *nihili.* ¶ *De nihilo*, ſine cauſa, *per niente. Plaut. Cuscul. 4. 1. 17.* Qui oiseri de nihilo audaſter dicunt contumeliam. *Liv. l. 34. c. 61. a med.* Mali iam aaampli eſſe, de nihilo hoſpitea corripi. ¶ *Non de nihilo*, non ſine cauſa. *Liv. l. 39. c. 29.* Maaime hoſtia fiducia, quæ non da nihilo profecto concepta eſt, perculſua. *non ſenza fondamento. & Terent. Hecyr. 5. 1. 1.* Non hoc de nihilo eſt, quod Laches me nunc conventam eſſe æxpetit. *non è per fronde di porri. Propert. l. 3. el. 16. v. 52.* Nec tic de nihilo ſulmnis ira cadit. *nè così per nulla.* ¶ *Nihilo* cum aomparativia. *Cic. 3. Fam. ep. 12. ſub fin.* Benevoleutioe tibi, quam fui, nihilo ſum factus. *niente meno amorevole. & lib. 6. ep. 3.* Nihilo ta nunc majora in diſcrimine eſſe. *& ibid.* nihilo magis. *Terent. Eun. 1. 1. 17.* nihilo plus. *Id. Andr. 3. 2. 27.* ſecius. *Caſ. l. 5. B. Gall. c. 4. & 7.* tamen ſecius. *Liv. l. 6. c. 38. a med.* ſegnius. *Plaut. Bacch. 3. 4. 21.* pluris, quam ſi, &c. *Terent. Phorm. 3. 3. 2.* Unde ego argentum inveniam miſer, cui minus nihilo aſt? *ho manco de niente. Plaut. Men. 5. 5. 49.* Quot homines ſunt ſatis? *Med.* quatuor: nihilo minus. *meute manco.* ¶ *Nihilo minus*, & copulata vocibus *nihilominus*, æqus, non minus, tamen, *meuto di meno*, *nondimeno*, *mentemeno*, ἀλλ' ὅμως. *Cic. 2. Offic. c. 21. a med.* Capeſſentibus rempubl. nihilo minus quam philoſophia, haud ſcin an magis etiam & magnificentia, & deſpicientia adhibenda ſit rerum humanarum. *Plin. l. 7. ep. 27. circa med.* Percuntatus, omnia docetur: ac nihilo minus, immo tanto magis conducit. *Cic. ad Pompei. 2. circa med. poſt epiſt. 21. l. 8. ad Attic.* Neque enim eos ſolos arbitrehamur capi, qui, &c. ſed eos nihilo minus, qui, &c. *Id. pro Mil. cap. 7. ad fin.* Minus dolendum fuit, re non perfecta, ſed puniendum certe nihilominus. *Terent. Phorm. 4. 2. 7.* Ubi Phædria ſe offenderet nihilo minus amicam eſſe, quam Antiphoni. *Lucret. l. 3. v. 96.* Permum animum dico, mentem quam ſæpe vocamus, Eſſa hominis partem nihilo minus, ac manus & pes. *Cic. Fam. 13. ep. 15.* Ait poſſe eundam ἀπὸ τρόπου καὶ ἀνίκητον videre, & tamen nihilominus Aſiæ ἀστρατείαν, &c. *Caſ. l. 3. B. Civ. c. 17.* Nihilominus tamen agi poſſe de compoſitione, ut hæc non remitteretur. Sic *Cic. Fam. 10. ep. 2.* In iis rebus, quæ nihilo minus, ut ago abſim, confici poſſunt. *Id. 2. de Invent. c. 4.* Nihilo minus eloquentiæ ſtudendum eſt, etſi ut quidam perverſe abutuntur. ¶ Omiſſo *minus*, *Plaut. Moſtell. 2. 3. 43.* Nihilo ago, quam nunc tu, amara ſum.

¶ Ni-

¶ *Nihilo aliter*, nihil diſſimiliter. *Terent. Phorm.* 3. 2. 45. Ego iſti nihilo ſum aliter, ac ſui. ¶ *Nihilum*, & *nihil* a *Lucret.* ſæpe contrahuntur (ut *vehemens* ab *ved. l.* 3. v. 153. & a *Catull. carm.* 50. *ad Licin. Calv. in fin.*) ut *lib.* 1. v. 205. Nihil igitur fieri de nihilo poſſe, fatendum eſt. Adde *verſ.* 160. 237. 265. 544. & alibi. Sic *Horat. l.* 1. *ſat.* 5. v. 67. Nihilo deterius dominæ jus eſſe rogabet. Quibus locis alii *nil* pro *nihil* (quod uſitatum eſt) & *nilum* pro *nihilum* (quod minus placet) repoſuerunt. V. *Voſſ. l.* 2. *de Gramm. c.* 18. *ſub fin.*

NIL, *aiunt*, *nulla*, *illic*, idem quod *nihil*, & ab eo factum per ſyncopen. *Nep. in Thraſyb. c.* 2. *ſub fin.* Nil attigit niſi arma, quibus indigebat. *Al. leg.* nihil. *Hirt. de B. Africo. c.* 57. Nil attinere, cum cum adverſariis colloqui. *Cæſ. l.* 5. *B. Gall. c.* 29. Si nil ſit durius. *Al. leg.* nihil. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. v. 31. Nil intra eſt oleam, nil extra eſt in nucem duri. *Id. l.* 1. *ſat.* 14. v. 14. Nil pictis timidus navita puppibus Fidit. *Id. lib.* 4. *od.* 4. *verſ.* 73. Nil Claudiæ non perficient manus. *Petron. in Satyr. c.* 34. Heu hen nos miſeros! quam totus homuncio nil eſt! *Lucret. l.* 5. v. 264. Nil opus eſt verbis. Al. leg. *nihil*. V. dicta in fine τῷ *Nihilum*. ¶ Tanz *nil*, *tanto poco*. *Perſ. ſat.* 1. *verſ.* 122. Hoc ridere meum, tam nil, nulla tibi vendo Iliade.

NILIACUS, a, um, ad Nilum pertinens. *Lucan. l.* 10. v. 192. ſpes ſit *mihi* certa videndi Niliacos fontes. & *lib.* 9. v. 1013. Niliacus gurges. *Martial. l.* 3. *epigr.* 93. Niliacus crocodilus, quem *Id. l.* 5. *epigr.* 66. Niliacam ſevam vocat. *Id. lib.* 13. *epigr.* 57. Niliacum olus, *h. e.* colocaſia, quem e Nilo metunt, caule, cum cocta eſt, eraneoſo in maſticando, ut eſt apud *Plin. l.* 21. *c.* 15. ¶ Item Ægyptius. *Ovid. 3. de tr. am. v.* 318. Niliacis carmina luſa modis. *Lucan. l.* 8. v. 281. Niliacus tyrannus. *Juvenal. ſat.* 6. v. 86. Niliſca plebs. *Martial. l.* 14. *epigr.* 150. victa eſt Pectine Niliaca jam Babylonis acus. *Lucan. l.* 10. v. 80. Tempora Niliaco turpis dependit amuri. *h. e.* Cleopatræ reginæ Ægypti. *Stat.* 3. *Thеb.* v. 478. Niliacum pecus. *h. e.* bos Apis, Ægyptiorum deus. *Martial. lib.* 8. *epigr. penult.* Non per Niliacæ bovem juvencæ. *h. e.* Ius, ſeu Iſidis Ægyptiorum dea. ¶ Niliaca ſerpens *Lucano lib.* 9. v. 816. eſt aſpis: de qua *Ammian. l.* 22. *c.* 15. (*al.* 38.) Magnitudine & decore aſpide facile ſupereminens, nunquam ſponte ſua fluenta egreditur Nili. Verius tamen *Lucan. ibid.* v. 704. Ipſa caloris egens gelidum non tranſit in urbem Spumis ſua, Niloquæ tenus mittitur arenas. *h. e.* intra Ægyti, & Africæ fines ſe continet. ¶ Niliacam lentem laudat *Martial. l.* 13. *epigr.* 9. quam Peluſiacam dicit *Virg.* 1. *Georg.* v. 228. Muniuit & *Gell. l.* 17. *c.* 8. Duo ejus genera in Ægypto naſcentis memorat *Plin. l.* 18. *c.* 12. ¶ Similiter Niliacum acetum *Id. Martial.* commendat *ibid. epigr.* 122. Pharium cognominatum a *Juvenal. ſat.* 13. v. 85. V. *Acetum*.

NILICOLA, æ, ad Nilum incolens, Ægyptius. *Prudent. l.* 2. *adverſ. Symmach.* v. 493. Iſis Niliculas, Rhodios Cytherea reliquit.

NILIGENA, æ, com. gen. Nilo genitus, Ægyptius. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 16. *poſt med.* Argutus Niligena, & gentis accola numerorum potentis. *Ovid. l.* 1. *de ar. am. v.* 77. Niligenæ Memphitica ſacra juvencæ. *h. e.* Iſidis. Al. rectius leg. *linigere*.

NILIOS, ii, ſ. νίλιος, gemma colorem habens fumidæ topazii, aut aliquando mellæ. *Plin. l.* 37. *c.* 8. India & has generat, & nilium fulgore bebeti & brevi, & cum intueare, fallaci.

NILOTICUS, a, um, Νειλωτικός, Niliacus, ut Nilotica tellus, *Martial. l.* 6. *epigr.* 80. Nilotica rura, *Lucan. l.* 9. *verſ.* 130. Nilotica aqua, *Senec. l. quæſt. nat.* 3. *c.* 25. *a med.*

NILOTIS, idis, adject. femin. Ægyptia. *Martial. l.* 12. *epigr.* 6. picti tunica Nilotide Mauri. *Lucan. l.* 10. v. 142. Quod Nilotis acus percuſſum pectine, &c. *Sidon. l.* 8. *ep.* 12. Nilotidis aquæ ſtagna.

NILUM, idem ac nihilum. *Lucret. l.* 1. v. 237. Haud igitur poſſunt ad nilum quæque reverti. V. *Nihilum* in fine.

NILUS, li, m. *Nilo*, Νεῖλος, fluvius maximus Africæ, in Æthiopia & Ægypto. *Servius ad* 4. *Georg.* v. 291. Nilum dici exiſtimat, quaſi νέον ἰλύν, hoc eſt, novum trahentem limum, quia ſua inundatione in Ægypti agros novum infert lutum, & oblimando feraces reddit. A Poetis fingitur filius Oceani & Terræ, multoſque filios genuiſſe, Minervam, Vulcanum, Dionyſium, Mercurium quartum, Herculem. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 16. 22. & 23. ¶ Quotannis certis diebus, præcipue circa ſolſtitium eſtivum, auctu magno per intam ſpatiatus Ægyptum, terram pluviis omnibus deſtitutam aquis ſuis irrigat, limo tegit, & fecundiſſimam efficit. Unde unica ſpes Ægyptiis in Nilo poſita eſt, quia fertilis, aut ſterilis annus eſt, prout illis magnus, aut parcior influxit. V. *Cicer.* 1. *de nat. Deor. c.* 52. *Vitruv. l.* 8. *c.* 2. *Lucret. l.* 6. v. 722. *Lucan. l.* 10. a *verſ.* 199. *Senec. l.* 4. *quæſt. nat. c.* 2. & *Plin. l.* 5. *c.* 9. & *lib.* 18. *c.* 18. ubi de Nilo multa. ¶ Unde revera ortum habeat, quæque cauſæ incrementi ejus Veteribus ignotum ſuit: quæ de re V. *Senec. lib.* 6. *quæſt. nat. c.* 8. & *Lucan. cit. l.* 10. ¶ In Ægyptium mare ſeptem oſtiis ſe exonerat. unde *Juvenal. ſat.* 13. v. 26. Rari quippe boni, vix ſunt numero totidem, quot Thebarum portæ, vel divitis oſtia Nili. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 187. genitus ſeptemplice Nilo. & *lib.* 1. v. 422. Nilus ſeptemBuus. *Phadr. l.* 1. *fab.* 25. v. 3. Canes currentes bibere in Nilo flumine. ¶ *Nili* quoque apud Veteres accipiuntur pro foſſis, ſeu canalibus, quibus aqua in locum aliquem deducitur; cujus generis erant ii, qui aquam in privatas domos derivabant, & qui ſpectaculis circumdari ſolebant, *aquæductus*, *canali*. *Cic. Q. Fr. l.* 3. *epiſt. ult.* Imagines iſtæ, & palæſtra, & piſcina, & nilus, multorum Philotimorum eſt, &c. *Id. 2. de Legib. cap.* 1. Duclus vero aquarum, quos iſti nilos & Euripus vocant, quis non, cum hæc videat, irriſerit?

NIMBATUS, a, um, nimbo, ideſt faſciola in fronte ligatus. *Plaut. Pœn. t.* 2. 135. Tom magis eſt nimbata, & nugæ meræ. Al. aliter interpretantur.

NIMBIFER, ra, rum, ὀμβροφόρος, ferens nimbos. *Avien. in Phænom. Arat.* v. 858. Inter nimbiferas nubes ſpectabilis exſter. *Ovid.* 4. *ex Pont. ep.* 8. v. 60. Ad Bygа oimbifero vindicis igne detos. Ita legit *Scalig.* & *Heinſ.* ea MSS. Alii *nubifero*.

NIMBOSUS, a, um, νεφελώδης, ὑετώδης, pluvioſus, gravis nimbis, afferens nimbos. *Virg.* 1. Æn. v. 539. Flectu nimboſus Orion. *Plin. l.* 18. *c.* 11. Campus eſt montibus ſubjacens nimboſis. *Ovid.* 1. *ex Pont. ep.* 3. v. 17. nimboſa tumuarunt æquora vento. *Sват. lib.* 1. *ſilv.* 3. *verſ.* 89. nimboſa bruma. *Lucan. lib.* 5. v. 631. nimboſus aer.

NIMBUS, i, m. πτῶσις ἐξαπίνης ἐπιφερομένη, ὄμβος, ὑσμίνη, pluvia repentina, præceps, & brevior: in quo differt a *pluvia*, quæ jugis eſt, & lentior. Ita *Servius ad Æn.* 1. v. 55. & *Apul. de Mundo*, *ante med.* dicunt. *Virg.* 4. Æn. v. 120. nigrane commixta grandine nimbus. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 5. Terrere animos fulminibus, tempeſtatibus, nimbis, ventis, grandinibus. *Liv. l.* 1. *c.* 16. Subito coorta tempeſtas cum magno fragore tonitruſque, tam denſo regem operuit nimbo, ut conſpectum ejus concioni abſtulerit. *Lucret. l.* 3. v. 19. Quas neque concutiunt venti, nec nubila nimbis Aſpergunt. *Plin. l.* 31. *c.* 4. Detracta collibus ſilea, continere nimbos, ac digerere conſueta. *Ovid. 1. Met. v.* 269. denſi funduntur ab æthere nimbi. ¶ Translate dicitur de ſubita, & denſa ſparſione cujuſque rei, quæ in modum nimbi ingruit. *Flor. l.* 3. *c.* 8. Ingenti lapidum fatorumque nimbo claſſem operuerunt. *Sil. l.* 5. v. 115. plorum in Pœnos nimbus fundetur. & *lib.* 9. v. 311. & 580. & *Lucan. l.* 4. v. 776. telorum. *Colum. l.* 10. v. 364. Non aliter quam decuſſa pluit arbore nimbus Vel teretis auli, vel tectæ vertice glandis. *Claudian. in nupt. Honor. & Mar. v.* 198. purpureoque ducem perfundere nimbo. *h. e.* florum copia. *Martial. de Spectac. epigr.* 3. Et Cilices nimbo hic maduere ſuis. *h. e.* ſparſione croci, quam *l.* 5. *epigr.* 26. rubrum, & *lib.* 9. *epigr.* 39. Corycium nimbum vocat. *Stat.* 10. *Thеb. v.* 535. eaundaoi ſævo fallitia nimbo. *h. e.* miſſilium multitudine. *Claudian. l.* 1. *in I. Conſ. Stilic. verſ.* 353. & *Prudent. l.* 2. *adverſ. Symmach. v.* 702. nimbos equitum. *h. e.* ingentem equitum numerum. *Virg. Æn.* 7. v. 793. Inſequitur nimbus peditum. *Martial. l.* 10. *epigr.* 38. lucerna Nimbis abria Nicerotianis. *h. e.* plena unguentis odoratis. ¶ Item de ſubitis calamitatibus. *Cic. Attic.* 15. *ep.* 9. Quid autem iſte in domo tua caſus armorum? Sed hunc quidem nimbum cito tranſiſſe lætor. ¶ Præterea *nimbus* dicitur ipſa aqua nimbo cadens. Unde *nimbos ligatos* dixit *Petron. in Satyr. c.* 123. aquam pluviam humi concretam glacie. ¶ Item nubes præſertim glomeratæ, & nbſcuræ, unde fere nimbi exſiſtunt. *Virg. Æn.* 3. v. 198. Involvere diem nimbi. & *verſ.* 587. Et lunam in nimbo nox intempeſta tenebat. *Sil. l. Thеb. v.* 97. piceo nox obvia nimbo Lucentes turbavit equos. *Pacuv.* apud *Cicer. l. de Divin. c.* 14. & 3. *de Orat. c.* 39. nocliſque & nimbum occæcat nigror. *pro* nimborum. ¶ De nube lucida, & ſplendore, qui circa caput, & corpus deorum eſſe fingitur, *Virg.* 10. Æn. v. 634. cælo ſe protinus alto Miſit, agens hiemem nimbo ſuccincta per auras. & *lib.* 8. v. 615. Ism ſummas arces Tritonia (reſpice) Pallas Inſedit, nimbu effulgens. *Serv. ad hunc loc.* Nube divina. eſt enim fulgidum lumen, quo deorum capita cinguntur: ſic etiam pingi ſolet. *Id. ad* 3. Æn. v. 585. Proprie nimbus eſt, qui deorum, vel imperantium capita, quaſi clara nebula, ambire fingitur. *Mamertin. in Paneg. Maxim. c.* 3. Trabeæ veſtræ triumphales, & faſces conſulares, & ſellæ curules, & fulgor, & illa lux divinum verticem claro orbe complectens, veſtrorum ſunt ornamenta meritorum pulcherrima. ¶ De fumo ex incendio. *Virg.* 5. Æn. *verſ.* 666. Reſpiciunt atram in nimbo volitare favillam. ¶ De globo pulveris, *Claudian. l.* 2. *in Ruſin. v.* 176. Pulveris eatolli nimbos, latequs videres, &c. Sic *Virg. l.* 3. *Georg.* v. 110. fulvo nimbus arenæ tollitur. ¶ Ufurpatur item de vento, quia nimbos adducit, impellitque. *Id.* 1. Æn. v. 55. Nimborum in patriam, loca feta furentibus auſtris, Æoliam venit. ¶ Et de tempore nimboſo & pluvio, *Vall. Flacc. l.* 1. v. 371. nimboſque educere luru. *h. e.* traducere. V. *Educo*. ¶ *Nimbus vitreus* apud *Martial.* in lemmate *diſt.* 112. *l.* 14. eſt poculi vitrei genus. Diſtichon autem tale eſt: Ab Jove qui venier, miſcenda ad pocula largas Funder nimbus aquas: hic tibi vina dabit. ¶ Denique ita dicitur faſciola transverſa ex auro affuta in lintea, quod eſt in fronte feminarum. Ita definit *Iſidor. l.* 19. *Orig. cap.* 31. Alii intelligunt ipſum linteum frontі prætentum. Ideo autem illud geſtabant mulieres, ut frontis ſpatium imminuerent, quia frons parva, ut eſt apud *Petron. in Satyr. c.* 126. inter formæ decora reputabatur. *Arnob. l.* 2. *pag.* 72. Laminas pertunderent aurium, conficiendis quærerent corporibus fucos, imminuerent frontem nimbis, ſuligine oculos obumbrarent. Al. leg. *limbis*. V. *Nimbatus*.

NIMIE, *troppo*, *aſſai*, *voglio*, nimis, aut valde. *Pallad. in Mart. tit.* 10. *poſt med.* In locis nimie frigidis præcoquas ficus ſeramus. *Macrob. l.* 6. *Saturn. c.* 6. *ante* non nimie, ſed pulcre dictum. *Capitolin. in Gordian. cap.* 6. Cupide, aut immodeſte, aut nimie aliquid facere.

NIMIETAS, atis, ſ. *troppo*, *ſoverchio*, ὑπερβολή, ſuperfluitas, redundantia, nimia copia. *Colum. l.* 6. *c.* 24. Nimietate verni pabuli pecudes exhilarata laſciviunt. *Pallad. l.* 6. *c.* 7. Sanguinis nimietatem prohibet. *Id. l.* 2. *tit.* 13. *a med.* Inter omnes nimietates temperamentum tenere. *Apul. l.* 9. *Metam.* Rei nimietate commotus. *h. e.* nimia frequantia. *Arnob. l.* 4. *pag.* 133. Quæ vel curſim perſtrinximus, vel nimietatis non attigimus tædio.

NIMIO. V. in *Nimius*.

NI-

NIMIOPERE, adverb. Idem ac nimis, vel admodum nimis. *Cic. in Parad.* 5. c. 2. Quos ædificia magnifica nimiopere delectant. Sed alii legunt disjunctim *nimio opere*, multo rectius. Idem dic de alio loco *Verr. 6. cap.* 59.

NIMIRUM, adverb. *vole* a *dire*, *per appunto*, *per certo*, *senza dubbio*, ἐίνε, δήπε8ε, scilicet, videlicet, nempe, certe, sine dubio. Est a *me* pro non, & *mirum*, ut docet *Donat.* ad illud *Terent. Eun.* 3. 3. c. Profectu quanto magis magisque cogito, nimirum dubit hæc Thais mihi magnum malom. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 4. *extr.* Sed nimirum majus est hoc quiddam, quam homines opinantur. *Id. l.* 9. *ad Attic. ep.* 9. *a med.* Itaque nimirum hoc illud est, quod Cæsar scribit in ea epistola. & *lib.* 13. *ep.* 10. *extr.* Nimirum id fuit. solvendo enim non erat. *Liv. l.* 40. *c.* 9. Aperiendæ nimirum nocte januæ fuit, & armati comissatores accipiendi. *ironia.* ¶ In respondendo, *Quintil. l.* 12. *c.* 1. *ante med.* Uter melior dicetur orator? nimirum qui homo quoque melior.

NIMIS, adverb. *troppo*, *eccessivamente*, *più del dovere*, πάθυ, ἄγαν, plus satis, ultra modum, plus æquo. *Terent. Andr.* 1. 1. 34. Id arbitror apprime in vita esse utile, ut ne quid nimis. Μηδὲν ἄγαν, dictum Pittaci, unius ex septem Sapientibus, quo monemur excelsum vitare in omnibus: *ennis gli eßremi son vizioſi.* Cic. 3. *de Legib. c.* 1. Tu eum nec nimis valde unquam, nec nimis sæpe laudaveris. *Terent. Heaut.* 5. 5. 1. Chremes nimis graviter cruciat adolescentulum, nimisque inhumana. *Nep. in Iphicr. c. ult.* In labore exercitus nimis, parumque patiens. *Cic. pro Arch. cap.* 11. De meo quodam amore gloriæ, nimis acri fortasse, veruntamen honesto, vobis confitebor. *Plin. in Paneg. c.* 45. Nimis diai. *Terent. Eun.* 2. 3. *16.* Nimis me indulgeo. *Cic. de clar. Orat. c.* 92. Nimis multa de me. *Nævius* apud *Non. c.* 5. *n.* 2. Ælepol, Cupido, cum tam pusillus sis, nimis multum vales. *Auct. ad Herenn. l.* 4. c. 19. *ad fin.* Magnam nimis dominationem habere. *Celsf. l.* 1. *c.* 3. *ante med.* Somnus plenus, & non multum nimis longus. *non troppo lunge.* ¶ Cum genitivo, Cic. *in Orat. c.* 51. Nimis infidiarum ad capiendas aures adhiberi videtur. *Ovid. 6. Fast. v.* 115. Hæc loca lucis habent nimis, & cum luce pudoris. ¶ Nonnunquam ponitur pro valde, magnopere, maxime, *assai*, *molto*, *grandemente*, Λίαν & ὑπερβολὴν quandam continet. *Terent. Eun.* 4. 7. 16. Fundam tibi nunc nimis vellem dari, ut tu illos procul cæderes. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 119. Nimis velim lapidem, qui ego illi speculo diminuam caput. *Id. Rud.* 4. 2. 15. Nimis id genus ego odi male. *Id. Amph.* 2. 1. 63. Legiones nimis pulcris armis præditæ. ¶ Prædicate negotione, *Cæs. l.* 7. *B. Gall. c.* 36. Is locus præsidio ab iis non nimis firmo tenebatur. *non molto*, *non troppo.* & *Cic. Attic.* 7. *ep.* 14. Philotimi litteræ me quidem non nimis, sed eos admodum delectarunt. & *Liv. l.* 8. *c.* 4. Est quidem nobis hoc per se haud nimis amplum. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 29. *extr.* Quæ a natura expetenda sunt, ea dicis non nimis dereſſe nobis. ¶ *Nimis quam* augendi causa dicitur. *Plaut. Mostell.* 2. 1. 79. Nimis quam formido, ne manifesto hic me opprimat. *b. c.* mirum quam.

NIMIUM, adverb. *troppo*, idem omnino, quod nimis. *Cic.* 1. *Catil. c.* 5. Nimium diu te imperetorem illa tua Manliana castra desiderant. *Terent. Andr.* 2. 6. 19. Nimium parce facem sumptum. *Ovid.* 3. *Trist. el.* 1. *v.* 8. nimium sero. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 21. Verba effervescentia, & peulo nimium mundantia. *Id. Attic. l.* 12. *ep.* 18. Tempus nimium longum. *Id. pro Cluent.* 1. 46. Ne nimium multi pœnam capitis subimus. *Tibull. l.* 3. *el.* 6. *v.* 21. iratus nimium nimiumque severis. *Ovid. Heroid. ep.* 2. *v.* 41. o nimium nimiumque oblita tuorum. *Virg. Ecl.* 2. *v.* 17. nimium ne crede colori. *Cic. pro Cluent. c.* 58. *ad fin.* Pro Cluentii voluntate nimium, pro reipubl. dignitate parum disiisa videor. *Horat. lib.* 1. *ep.* 7. *v.* 48. foro nimium distare carinas. ¶ Pro valde, maxime, *assai*, *molto*, *grandemente*, per hyperbolen. *Terent. Eun.* 3. 5. 49. Tum equidem istuc ut tuum impudens videre nimium vellem. *Virg.* 2. *Georg. v* 458. O fortunatos nimium, sua si bona norint, Agricolas! *Plaut. Mil.* 4. 2. 8. Homo nimium lepidus. *Id. Aulul.* 3. 6. 2. nimium lubenter. *Id. Trin.* 4. 2. 86. Loci nimium miris modis mirebiles. *Claudian. de* III. *Consul. Honor. vers.* 96. O nimium dilecte Deo. ¶ *Nimium quantum*, maximopere, plurimum, nimis quam, mirum quantum. *Cic.* 4. *de Fin. c.* 25. *a med.* Differt inter honestum & turpe, nimium quantum. *Id. in Orat. c.* 26. Sales in dicendo nimium quantum velcnt. *Gell. l.* 16. *c.* 6. Illo nihil cunctatus, sed nimium quantum audacter, oves, inquit, &c. Adde *lib.* 15. *c.* 1. & *lib.* 18. *c.* 3. ubi al. leg. *nimium quanto præstabilis.* ¶ *Nimium quam* idem est. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 13. Nimium quam, o Lyde, es barbarus. *Quintil. lib.* 4. *cap.* 2. *a med.* Pecunia nimium quam in animis hominum potest. ¶ *Nimium multum* idem valet. *Id. Merc.* 2. 4. 11. Nimium multum scis. ¶ *Non nimium*, non multum, *non molto*, *non troppo. Cic. sub fin. l.* 22. *Fam.* Illud non nimium probo, quod scribis, &c.

NIMIUS, a, um, *troppo*, *smoderato*, *eccessivo*, *soverchio*, ὑ ἄγαν, *vecchio*, qui modum excedit, nimis magnus, nimis multus. *Cic.* 1. *Offic. c.* 25. *ad fin.* Nunquam enim, iratus qui accedit ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimium & parum. & *cap.* 36. *a med.* Ne in festinationibus fuscipiamus nimias celeritates. *Cæs. l.* 1. *B. Civ. c.* 85. Nimia pertinacia, atque arrogantia. *Cic. de Senect. c.* 15. Vitem ferro amputans coercet ere agricolarum, ne silvescat sarmentis, & in omnes partes nimia fundatur. *Ovid.* 5. *Metam. v.* 484. Et modo sol nimius, nimius modo corripit imber. *Martial. de Spectac. epigr.* 7. in Scythica religatus rupe Prometheus Assiduam nimio pectore pavit avem. *b. c.* nimis feraci. Fingitur enim viscere rursus producere, postquam ea vultur abstumpserit. ¶ *Nimius homo*, qui modum non servat. *Cic. ad Brut. epist.* 15. Quod in honoribus decernendis essem nimius, & tanquam prodigus. *Sallust. in fragm.* apud *Arusian. Mess.* Post, ubi fiducia nimius, &c. *Tacit.* 4. *Hist. cap.* 23. Præferoces initio, & rebus secundis nimii. *Vellej. l.* 2. *c.* 32. Esse quidem præclarum virum Cn. Pompeium, sed nimium jam liberæ reipubl. *b. c.* onerosum, gravem, impotentem. *Flor. l.* 3. *c.* 15. Jam nimius & potens alterum tribunetu. *Tacit. in Agric. c.* 7. Legio legatis quoque consularibus nimia ac formidolosa erat. *Horat. l.* 2. *od.* 12. *v.* 5. Nec sævos Lapithas, & nimium mero Hylæum. ¶ De re molesta, & gravi, *Valer. Flacc. l.* 7. *v.* 21. Tum jactata toro, nimiumque experta cubile. *Claudian. l.* 1. *de laudib. Stilich. v.* 250. Et quos interior nimia plaga Solis milegat. ¶ Cum genitivo *Liv. l.* 6. *c.* 11. & *Sallust. in fragm. ex lup.* Impotens, & nimius animi est. *Liv. l.* 3. *c.* 26. *extr.* Nimius imperii. *Tacit.* 3. *Hist. c.* 75. firmonis. *Sil. l.* 6. *v.* 81. vitæ. & *lib.* 5. *v.* 232. nimius pugnæ, nimiusque cruoris. ¶ *Nimium*, absolute, quod nimium est. *Cic. in Orat. c.* 22. Magis offendit nimium, quam parum. *Enn.* apud *annal.* 2. *de Fin. cap.* 13. Nimium boni est, cui nihil est mali. *Ovid.* 2. *Amor. el.* 17. *v.* 11. nimium regni. *Al. leg. regnum. Plin. in præfat. l.* 33. *sub fin.* Auri argentique nimium fuit. *Sil. l.* 14. *v.* 670. nimium juris. Al. aliter leg. ¶ Sæpe *nimius* per hyperbolem est multus, plurimus, maximus. *Plaut. Mil.* 4. 2. 8. Homo nimia pulchritudine. *Id. Amph.* 2. *c.* 69. & 5. 1. 52. Nimia memoras mira. *Martial. lib.* 5. *epigr.* 65. Pinguiscat nimio madidus mihi crinis amomo. ¶ Ablativus *nimio* adverbii ritu, valde, magnopere, maxime. *Plaut. Trucul.* 4. 1. 6. Tum hoc nimio magnæ mellitiæ mihi est. ¶ Cum comparativis. *Id. Pœn.* 1. 2. 90. Bonam ego, quam beatam me esse nimio dici mavolo. *Id. Perf.* 1. 3. 31. Nimio melius. *b. c.* longe, aut multo melius. *Plin. l.* 24. *cap.* 12. Semen colligitur autumno: ante collectum nimio validius. *di troppo più forte.* & *Auson. ad Citer. post epist. 8. l.* 10. *ad Attic.* Quia te nimio plus diligo. *quanto mas ſi può dire.* & *Ovid.* 2. *Trist. v.* 209. Nam non sum tanti, ut renovem tua vulnera, Cæsar: Quem nimio plus est indoluisse semel. *è per troppo.* & *Horat. l.* 1. *ad.* 33. *v.* 1. Albi, ne doleas plus nimio. *più del dovere*, *smoderatamente.*

NINGIT, & Ninguit, ebat, nxit, n. 3. *nevicare*, *ſiocare*, nive pluit. *Colum. l.* 11. *c.* 2. *ante med.* X. Cal. April. pluvius dies: interdum ningit. *Acc.* apud *Priscian. l.* 10. *pag.* 882. *Postlib.* Cum ninxerit cælestium molem mihi. *Virg.* 3. *Georg. v.* 367. Interea toto non secius aere ningit. *Pers.* in antiquioribus libris omnibus *ninxerit* reperisse testatur: unde *ninguor*, *ninguis*, *ninguitur*. quod probat *Priscian. lor. cit.* Contra *Caper de verb. dub. pag.* 2249. mavult *ningit.* ¶ Passive impersonaliter *Apul. in Florid. n.* 2. (*al. l.* 2.) Totum illud spatium, quæ pluitur, & ningitur. ¶ Translate *Lucret. l.* 2. *v.* 627. ninguntque rosaruin floribus. Est qui *pregunt* leg.

NINGOR, oris, m. aivis copia decidens. *Apul. de Mundo.* Eam tempestatem nos oiogorem vocamus.

NINGUIDUS, a, um, *nevoſo*, *ſiocinoſo*, nivosus, nivelis, nivibus abundans. *Ausen. ep.* 24. *ad Paulin. v.* 68. bimaris ipse ninguida Pyrenæi. & *penia post v.* 124. jam ninguida linquit Oppida Iberorum. *Prudent. in Apotheos, v.* 749. Ninguidus Boreas. ¶ Cibus ninguidus dicitur ab *eod. Cathemer.* 5. *v.* 97. manna Hebræorum, quæ nivis instar cadebat.

NINGUIS, is, f. idem quod nix apud Veteres. *Lucret. l.* 6. *v.* 736. Albas decedere ningues. & *vers.* 964. sol exstructas ningues radiis tabescere cogit. *Apul.* apud *Priscian. l.* 6. *pag.* 724. *Postlib.* Aspera hiems erat omnia ningue canebant. Adde *Lucil.* apud *Charis. l.* 1. *pag.* 71.

NINGUIT. V. *Ningit.*

NINGULUS, a, um, nullus, nemo. *Enn.* apud *Fest.* Qui ferro ministere, atque in te ningulus mederi queat. *Al. ita leg.* Qui ferro ministaris, ut in te ningulus modo Ire queat.

NINIVITÆ, arum, cives Ninives, quæ fuit urbs maxima Assyriæ ad Tigrim fluvium: quæ a *Plin. l.* 6. *c.* 13. *sub fin.* Ninus dicitur: fallicet a conditore, vel instauratore. *Prudent. Cathemer.* 7. *v.* 131. In Ninivitas se coactus parcito Gressu retexit.

NINNIUS, ii, m. parvus equus, qui & hinnus dicebatur, ex Græco γίννος, ut docet *Scalig. ad lib.* 5. *Manilii. Mecenas ad Horatium in hujus vita.* tu tuum sodalem Ninnum videas frigoriorem. Al. aliter leg.

NIOBÆUS, a, um, ad Niobeu spectans. *Horat. lib.* 4. *od.* 6. Quem proles Niobæa magnæ Vindicem linguæ, Tityosque raptor Senſit.

NIOBE, es, & Niobe, es, f. Νιόβη, filia Tantali regis Argi, & Lydiæ, qui Jupitre dictus fuit, ex Taygete, al. ex Pleuelope, al. ex Dione, uxorque Amphionis regis Thebarum, cui septem filios, totidemque filias peperit. Cum Thebanæ mulieres (ut est apud *Ovid. Met.* 6. a *v.* 155.) jussu Mantus filiæ Timfiæ rem divinam Latonæ facerent, eas reprehendit multis verbis, se fe deæ anteferens, illisque persuasit, ut illis sacris abstinerent. Latona irata filios Apollinem & Dianam in vertice Cynthi montis admonuit, ut injuriam ulciscerentur, qui Ismenum & Sipylum fegittis confixere, cum sa esercerent in equestri certamine in campo ustra urbem: reliquos pueros in palæstra, feceruntque, ut septem virgines, cum fratres exanimatos una cum matre flerent, repentina morte concidrent. Niobe ex dolore in lapidem versa est, qui in Sipylum Lydiæ montem in Phrygiæ Magnæ confinio, ubi illa nata fuerat, turbine venti raptos est, & fluus in cacumine montis liquitur, & lacrymis etiam nunc manat. Hinc a Poetis Sipylria mater Niobe dicitur. *Cic.* 3. *Tuscul. c.* 26. Niobe fingitur lapidea propter æternum, credo, in luctu silentium. *Ovid. loc. cit.* & felicissima matrum Dicta foret Niobe, si non sibi visa fuisset. *Propert. l.* 3. *el.* 8. *v.* 8. Et Niobæ lacrymas supprimat ipse lapis. *Id. l.* 2. *el.* 16. *v.* 7. Nec tantum

Nio-

Niobe his ſce ad buſta funerbus, &c. Ex *Homero ſententiis Iliad. ult. v. 603.* Duodecim filios Niobæ tribuit, cum alii quatuordecim, alii duodeviginti, alii viginti: quidam etiam ſolos tres, ut refert *Gell. l. 20. c. 7.* Eſt tamen qui legit apud *Propert. bis ſeptenis ed buſta*. ¶ Alia fuit Ninba filia Phoronei regis Argivorum, & Cinnæ ſoror Apidas, ex qua Jupiter patrem mortalium Argum ſuſcepit. *Hyg. fab. 145.*

NIPHATES, æ, m. Niphates, pars Tauri M. inter Armeniam majorem, & Meſopotamiam: item fluvius, qui profluit ex Niphate M. & Armenios, Medos, ac Meſopotamios attingit, ac in Tigrim influit. *Virg. 3. Georg. v. 30. Serv. ibid. Plin. l. 5. c. 27. a med. & Lucan. l. 3. v. 245.*

NITIRA, neutr. n. *νίπτω*, lavacra: a *νίπτω*, lavo. Hoc nomine dicta eſt coroedis Pacuvii. *Cic. 2. Tuſcul. c. 22.*

NI QUIS SCIVIT. V. in *Ni.*

NIREUS, i, m. *Νιρεύς*, diſyllab. filius Charopi & Aglaiæ, Græcorum pulcherrimus, qui ad Trojam navigaverunt, formoſiſſimus. *Ovid. l. 4. ex Pont. ep. 13. v. 15.* Tam mala Thetidem prohibebat forma latere, Quam pulcra Nireus conſpiciendus erat. *Propert. l. 3. el. 16. v. 27.* Nirea non facies, non vis exemit Achillem. *Horat. epod. 15. v. 21.* Formaque vincas Nirea.

NIS, dat. plur. pro *nobis* apud Vet. *Feſt.* in *Calmo.*

NISÆUS, a, um, ad Niſum pertinens. *Ovid. 4. Faſt. v. 500.* & te Zanclæa Charybdis, Et vos, Niſæi, naufraga monſtra, canes. *h. e.* Scylla filia Niſi, in monſtrum marinum navibus infeſtum verſa, cujus inferior pars canum figuram referebat. Revera in Fabulis filia Niſi in ærem converſa eſt: alia Phorci filia in marinum monſtrum. V. *Scylla*, & *Ovid. l. 1. de ar. am. v. 331.* Sed Poetis hæc licet confundere. Sic *Sabin. el. 1. v. 33.* Illum non ſvidis canibus Niſeia virgo Fregit, non tamidis torta Charybdis aquis. Et Ipſe *Ovid. de remed. amor. v. 737.* Præterita cautus Niſeide navita gaudet. V. & *Virg. in Ciri, v. 44.* ¶ De Baccho Niſæo V. *Nyſæus.*

NISEIS, idis, f. patronymicum, filia Niſi, vel neptis. V. vocem præced. ¶ De Nymphis Niſæidibus V. *Nyſeis.*

NISEIUS, a, um, ad Niſum Scyllæ patrem pertinens. *Virg. in Ciri, v. 390.* Per mare cæruleum trahitur Niſeia virgo. Adde *Ovid. 8. Met. v. 35.*

NISI, *ſe non, ἐὰν μὴ*, ſi non. *Cic. 7. Attic. ep. 10.* Niſi ego inſanio, ſtulte omnia & incaute. *Cæſ. l. 1. B. Gall. cap. 32. extr.* Ne quis enuntiaret, niſi quibus mandatum eſſet. *& cap. 31. ad fin.* Non poſſe ejus imperia diutius ſuſtinere, niſi quid in Cæſare ſit auxilii. *Horat. l. 1. ſat. 5. v. 79.* Nunquam erepſemus, niſi nos vicina Trivici Villa recepiſſet. *Plaut. Aulul. 3. 2. 15.* Quid tu, malum, curas, utrum crudum, an coctum edim? niſi tu mihi es tutor. *ſe pur tu non mi fai ſtare. Nep. in Ageſil. c. 6.* Ut omnibus apparuerit, niſi ille fuiſſet, Spartam ſuturam non fuiſſe. *Cic. pro Cluent. c. 66 ad fin.* Quod niſi eſſet, certe podea non diſceſſiſſet. ¶ *Niſi ſi*, idem fere quod niſi, *ſe non ſe. Varr. l. 2. R. R. c. 9.* Niſi ſi etiam illuc pervenerint, ut, &c. *Ovid. Heroid. ep. 4. v. 111.* niſi ſi manifeſtis nagemus. *Cic. 14. Fam. ep. 2.* Noli putare, me ad quemquam longiores epiſtolas ſcribere, niſi ſi qui ad me plura ſcripſit, cui potu refcribi oportere. *Id. Catil. 2. c. 4.* Niſi vero ſi qui eſt, qui, &c. *Colum. l. 4. c. 16. extr.* Binæ materiæ ſubmittendæ erunt: niſi ſi tamen graciliras vitis alicujus anguſtiorem putationem deſiderabit. *Id. l. 3. c. 13. a med.* Præſtat non conferere, quam in ſummo terra ſuſpendere: niſi tamen ſi ſaturigo paluſtris prohibeat infodere. ¶ *Niſi ut*, idem. *Sueton. in Claud. cap. 35.* Neque convivia inire auſus eſt, niſi ut ſpiculatores cum lanceis circumſtarent. ¶ Niſi quod, *ſe non che. Cic. Fam. 13. ep. 1.* Cum Patrono Epicureo mihi omnia ſunt communia: niſi quod ie philoſophia vehementer ab eo diſſentio. ¶ *Niſi quia*, niſi quod. *Terent. Eun. 4. 5. 10.* At neſciebam, id dicere illam, niſi quia correxit miles, quod intellexi mimus. ¶ *Niſi vero, niſi forte* ſerviunt tranſitionibus. *Cic. de Fato, c. 16.* Niſi forte volumus Epicureorum opinionem ſequi, qui, &c. *Id. pro Mil. c. 3.* Niſi vero exiſtimatis, dementem *V.* Aſiaticum fuiſſe, qui, &c. ¶ *Niſi* in aſſeverationibus. *Cic. Acad. l. 16. ep. 11.* Moriar, niſi facete. *Ovid. 2. Metam. v. 514.* mentiar, obſcurum niſi nox cum fecerit orbem, Videritis, &c. *Auguſtus in quadam epiſt.* apud *Sueton. in Claud. c. 4. ad fin.* Peream, niſi admiror. *Plaut. Moſtell. 1. 3. 36.* Dii me intereſciant, niſi illam unum interfecero. ¶ Pro præterquam, *excepto. Cic. pro Roſc. Amer. c. 12.* Homo longe audaciſſimus, C. Fimbria, & quod inter omnes conſtat, niſi inter eos, qui ipſi quoque inſaniunt, inſaniſſimus. *Senec. Suaſor. 2. ante med.* Taygeti montis difficilis, niſi Lacœnibus, juga. *Colum. l. 3. c. 1.* Vitis omni pene regione, niſi tamen glaciali vel præfervida, curæ mortalium reſpondet. *Ovid. 4. Triſt. el. 10. v. 85.* Si tamen exſtinctus aliquid, niſi nomina, reſtat. *Aurel. Vict. de Cæſarib. c. 1.* Pacata exterarum gentium ferocia, niſi Germaniæ. ¶ Pro ſed, *ma, ſe non che*: ita tamen ut & adverſativam, & exceptivam ſimul vim habeat. *Cato R. R. c. 77.* Spiram ſic facito. Quantum voles pro ratione, ita uti placenta ſit, eadem omnia facito, niſi alio modo fingitu. *ſe non che. Cic. 13. Fam. epiſt. 76.* De re nihil poſſum judicare: niſi illud mihi certe perſuadeo, te talem virum nihil temere feciſſe. *Terent. Heaut. 1. 2. 127.* Quid egerint inter ſe, nondum etiam ſcio: niſi ſane curæ eſt, quorſum eventurum hoc ſiet. *Id. Adelph. 1. 2. in fin.* Ecce autem de integro. Niſi, quidquid eſt, volo ſcire. Adde *Enn. 3. 4. 10. & 5. 1. 10.* His autem locis poteſt reddi etiam per *quamquam*, aut *miſi quia*. ¶ Infulens loquendi matin eſt in illo *Plauti Men. prol. v. 59.* Ei liberorum, niſi divitiæ, nihil erat. *Niſi* enim ſimilia, & ejuſdem generis ſolet excipere: hic diſſimilis. Vult autem dicere, liberos caruiſſe, divitiis abundaſſe. ¶ Pro *non miſi. Liv. l. 34. c. 16.* Chriſtianiſſimo exercitu, procul dubio ſuis tutiſſimus, ubi ſine ullo periculo in victoria, habereut, inter medios hoſtes præſidium commiſit. *Colum. l. 7. c. 3. extro med.* Quo magis etiam propter hos caſus, niſi validiſſima (*ovis ſubmittenda eſt*) quæ non comprehendatur hieme, &c. *Cic. 1. de Legib. c. 20. ſub fin.* Zeno niſi quod honeſtum eſſet, putavit bonum. *Al. leg.* nihil putavit bonum. *Al.* nihil niſi quod, &c. *Solin. c. 37.* (*al. 32.*) Carinis ita tenaciter adcorporatur, ut niſi abraſa parte ligni ſeparetur. *Al. leg.* ægre ſeparetur. ¶ Pro etiamſi non. *Cic. pro Mil. c. 19.* Quod eſſi ſciret Milo, illum Ariciæ fuiſſe, ſuſpicari tamen debuit, &c. Al. aliter leg. ¶ Utraque in *niſi* ſyllaba paſſim a Poetis corripitur. Produxiſſe alterum putant *Sidonium carm. 15. v. 104.* cum denique ſaxa Sint tactum, penituſque niſi nihil eſſe probentur. Sed leg. alii: *nihil niſi eſſe probentur*, im ut ſynalœphe non fiat.

NISIADES, um, plur. patronym. f. *Ovid. Heroid. ep. 15. verſ. 54.* Niſiades matres, Niſiadeſque nurus. *h. e.* Siculæ Megarenſes. Eſt enim *Megara* in Sicilia oppidum, teſte *Plin. l. 3. c. 8.* & *Pompon. Mela l. 2. c. 7.* conditum a Megarenſibus Græciæ, quorum rex Niſus fuit.

NISIBENUS, a, um, ad Niſibem pertinens. Eſt autem Niſibis urbs Meſopotamiæ, ut *Servius l. 11. & 16.* & *Stephan.* docent. *Ammian. l. 18. c. 8.* (*al. 26.*) Niſibenos acerbo dolore perculit.

NISUS, i, m. *Νίσος*, rex Megarenſium, pater Scyllæ, contra quem pugnaret Minos, devictis Athenienſibus, propter filii Androgei interitum, quem Athenienſes, & Megarenſis dolo necaverant, amatus eſt a Scylla, quæ ut hoſti placeret, comam purpuream parenti abſciſſam ei ubtulit, quam Niſus ita habuerat conſecratam, ut tandiu regnu potiretur, quandiu illam habuiſſet intactam. Sed Scylla a Minoe contempta fuit. Niſus eſtinctus deorum miſeratione in halyzeti avis mutatus eſt formam: Scylla etiam, dum Minoem in Cretam cenavigantem ſequitur, in avem cirim converſa eſt: quæ aves hodie magna inter ſe flagrant diſcordia. *Ovid. 8. Met. a v. 6. Virg. in Ciri*, & *Serv. in Ecl. 6. v. 74.* ¶ Niſus itaque eſt avis genus, ex hac fabula nomen ducens, ut *Ovid.* narrat *loc. cit.* Sunt qui putant halyzetum eſſe, ut dictum eſt: alii accipitrem minorem vocant: *ſparviere, o ſmeriglio*: alii cirim. V. *Ciris. Virg. 1. Georg. v. 404.* Apparet liquidn ſublimis in aere niſus, Et pru purpureo pœnas dat Scylla capillo.

NISUS, a, um. V. *Ninus.*

NISUS, us, m. *ſforzo*, conamen, conatus: a *niter, trit. Pacuv.* apud *Cicer. 2. Tuſcul. c. 22.* Pedetentim, & ſedato niſu, ne ſuccuſſu arripiat major dolor. *Virg. 11. Æn. v. 856.* Hic dea ſe primum rapido pulcherrima niſu Siſtit. *h. e.* volata: quo ſenſu & *Horat. l. 4. od. 4. v. 8.* Ieſolitos docuere niſus. & *Lucret. l. 6. v. 634.* pinnarum niſus inanis. *Virg. Æn. 5. v. 437.* Stat gravis Entellus, niſuque immotus eodem Corpore tela modo, atque oculis vigilantibus exit. *forma poſturo, poſamento. Ovid. 5. Faſt. verſ. 371.* Hunc ſtirps Oceani maturia niſibus Æthra Edidit. *h. e.* partu. V. *Nixus, ur.*

NITEDULA, æ, f. *ſorte di topo*, muris ſeligni genus: diminut. a *mitela*: quod Vide. *Cic. pro Sext. cap. 33.* Id etiam fatum civitatis fuit, ut illa ex vepreculis extracta nitedula rempubl. conaretur arrodere. Adde *Arnob. l. 2. pag. 75.* item *Horat. l. 1. ep. 7. v. 29.* ut quidem *Bentejo* placet, quam legiſſe non pœnitebit.

NITEFACTO, is, n. 3. nitentem facio, & ſplendidum. *Gell. lib. 18. c. 12.* Ventus mare cæruleum criſpicans nitefacit.

NITEFACTUS, a, um, nitens factus, nitidus. *Juvenal. lib. 1. in Matth. c. 6. v. 607.* grato crinem nitefactus olivo.

NITELA, æ, f. verbale a *nitco*, ut *fudela* a *fundeo*, & *monela* a *moneo*. Primo ſignificat nitorem, ſplendorem, *nitidezza, ſplendore. Solin. cap. 22.* (*al. 35.*) Præcipua vitis gloria eſt in armorum nitela. ¶ Item *id*, quo quippiam nitefacimus. *Apul. in Apolog.* Miſi, ut petiſti, mundicinas dentium, Nitelas oris eo Arabicis frugibus. *h. e.* dentifricium. ¶ Deinde apud *Solin. c. 23.* (*al. 36.*) *mitela pulveris* ſunt micæ pulveris nitentes. Depurgant, inquit, in minium nitelas pulveris. ¶ Denique nitela genus eſt muris agreſtis, frumenta corrodentis, colore rubeo, ut *Servius* loquitur, putans deſcribi a *Virgil. 1. Georg. v. 181.* ſæpe exiguus mus Sub terris poſitique domos, atque horrea facit. *Plin. l. 8. c. 57. extreme. de gliribus.* Conditi & hi cubant: rurſus æſtate juveneſcunt: ſimili & nitelis quiete. *Martial. l. 5. epigr. 38.* Quæ crine vincit Rætici gregis vellus, Rhenique nodos, aureamque nitelam. Quidam hic intelligunt micas aurei pulveris. ¶ Scribitur & *nitella.*

NITELINUS, a, um, ad nitelam, h. a. murem pertinens, ut Nitelinus color, rufus, aut flavus. *Plin. l. 16. c. 37.* Viminearn ſalicem vocant eandemque purpuream: alteram nitelinam a colore, quæ ſit tenuior: tertiam Gallicam, quæ tepuiſſima.

NITENS, entis, *mirido, riſplendente, ellucente, bello, polito, limbato, ſplagno, cupido*, ſplendens, lucens, nitidus, mundus, comptus, pulcher: a *nitco. Tibull. in ſ. eleg. 3. l. 1.* Lucifer nitens. *Liv. l. 9. c. 40.* Arma nitentia ante rem, deformia inter ſanguinem & vulnera. *Ovid. 4. Metam. v. 636.* Arboreæ frondes auro radiante nitentes. *Virg. 1. Æn. v. 216.* lacrymis oculos ſuffuſa nitentes. *Horat. l. 2. od. 7. v. 7.* coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos. *Ovid. 14. Metam. v. 262.* pallamque induta nitentem. *Id. 5. Faſt. v. 543.* uſtra nitentia. *Lucan. l. 9. verſ. 669.* clipeus ære nitens. *Horat. l. 2. ſat. 2. v. 4.* inter lances menſaque nitentes. *h. e.* aureo, argenteove inſtrumento oneratas. *Ovid. 10. Met. v. 211.* Tyrioque nitentior oſtro Flos oritur. *Val. Flacc. l. 5. v. 413.* nitentes Solis equi. *Virg. 3. Æn. v. 20.* nitens taurus. *h. e.* opimus. nitent enim quæ pinguia ſunt. V. *Niteo*, & *Nitidus. Ovid. in Halieut. v. 101.* nitentes ſpumæ. *bianchegginanti.* Sic *Plin. l. 33. c. 6. ante med.*

ſpuma candida & nitans. *& Homer. in ſ. od.* 14. *lib.* 1. Cyclades nitentes. *Catull. carm.* 60. *in Epithal. Manl. v.* 193. Uxor ora Botidulo niteus. *h. e.* forma ſplendens. *Id. carm.* 2. *verſ.* 5. deſiderio meo nitenti. *h. e.* puellæ meæ formoſæ. *Ovid.* tr. *Met. verſ.* 405. Hylonome, quæ nulla nitentior inter Semiferos altis habitavit femina ſilvis. *& lib.* 15. *v.* 202. herba nitens. *Al. leg.* virens, *al.* recana. *Gell. l.* 12. *c.* 1. *circa med.* Arbor læta & nitens. *Virg.* 1. *Georg. v.* 153. nitentia culta. ¶ Transfertur & ad orationem. *Cic. in Bruto, c.* 67. Non valde nitens, non plane horrida oratio. ¶ Et ad animum. *Sener. in ſn. præf.* 5. *l.* 1. macte, oro, nitenti ingenio, cunque puer.

NITENS, entis, particip. a *niteo, ere. Gell. l.* 5. *c.* 9. Diduxit adoleſcens os, clamare nitens. *ſforzandoſi. Ovid. in Halieut. v.* 60. Et ruit oppoſiti nitens in vulnera ferri. *premendo. Virg.* 3. *Georg. v.* 172. valido nitens ſub pondere fagiaus axis Inſtrepat. *h. e.* obnitens, ſuſtentans. *Sueton. in Veſpaſ. c.* 10. Statura fuit quadrata, vultu veluti nitentis. *h. e.* cacare conantis: (*a gurſo d'uomo, che ponga*, inquit *Petrarca* in capitulo, cujus initium *Nol ſon pieta d'amoriſſimo*, &c. ſic *Martial. l.* 3. *epigr.* 89. faciem durum, Phœbe, cacantis habes.) *Gell. l.* 20. *c.* 1. Quadrigis ut diverſa nitentibus. *h. e.* cum conatu tendentibus. *Id. l.* 14. *c.* 1. *ad fin.* Lubrica conjectatione nitentes. *oppugnandoſi. Tacit. l.* 1. *Hiſt. c.* 55. Nullo tribunorum pro Galba nitente. *adoperandoſi in favore*, &c. *Id. l. Ann. c.* 11. Nitens, ut ſenſus ſuos penitus abderet. *ſtudiandoſi di naſcondere.*

NITĔO, es, tui, n. 2. *etiamere, reſplendere, στίλβω, ἀγλαΐζομαι, λάμπω*, luceo, fulgeo, ſplendeo, politus ſum. *Cic.* 2. *Cotil. c.* 3. Qui nitent unguentis, fulgent purpura. *Auct. dial. de Orator. c.* 20. *extr.* Templa marmore nitent, & auro radiantur. *Lucret. l.* 1. *v.* 9. Placatumque nitet diffuſo lumine cælum. *& lib.* 5. *v.* 703. Luna poteſt ſolis radiis percuſſa nitere. *Tibull. l.* 1. *el.* 4. *v.* 58. Ex humero Pelopis non nituiſſet ebur. *Ovid.* 6. *Met. v.* 65. in cœlo nitent mille calores. *Martial. l.* 9. *epigr.* 58. Nec qui litoribus nitent lapilli. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 126. Vere nitent terræ. *Horat. l.* 1. *ep.* 10. *v.* 19. Deterior Libycis olet, aut nitet herba lapillis? *ſa men vaga maſtro!* ¶ De lapidibus, & matallis, quæ uſu atteruntur, & ſplendidiora fiunt, *Ovid. t. Amor. el.* 8. *v.* 51. Æra nitent uſu. *Tibull. l.* 1. *el.* 11. *v.* 49. Paca bidens, vomerque nitent. *Martial. l.* 8. *epigr.* 6. Pallice de Pyliq trita columba nitet. ¶ De formoſis, & ornatis, *Horat. l.* 1. *od.* 5. *v.* 12. miſeri, quibus Intentata nites! *Martial. l.* 10. *epigr.* 89. Ore nitat tanto, quanto ſuperuſſet in Ida Judica convictas non dubitante deos. *Stat.* 2. *Achill. v.* 148. nitet ante alias regina, comeſque Pelides. *Martial. l.* 5. *epigr.* 24. Non niſi vel cocco madida, vel murice tincta Veſte nites, *& lib.* 6. *epigr. paulb.* Pfilutro nitet. ¶ De agris bene cultis, & pinguibus, *Petron. in Satyr. c.* 99. Iecultis aſperſique regionibus diutius nives hærent: aſt ubi ea aratro domefactia tellus nitet, dum loqueris, levis pruina dilabitur. *Virg.* 6. *Æn. v.* 677. campoſque nitentes Deſuper oſtentet. Sic *Cic.* 5. *Verr. c.* 18. *a med.* Campi colleſqua nitidiſſimi viridiſſimiqua. ¶ Ipſæ etiam plantæ, & ſata *nitere* dicuntur. V. *Nitidus. Ovid.* 15. *Met. v.* 202. tunc herba nitens, & roboris expers Turget. *Plin. l.* 17. *c.* 4. Non utique lætum ſolum eſt, in quo proceræ arbores nitent. ¶ De bene habitis, bene paſtis, & pinguibus, *Plin. l.* 18. *c.* 5. Cato in contemnia hoc amplius nihmari jubet, qun paſto niteant: In bona enim, inquit (*de R. R. c.* 1.) regione bene nitent. *ſeno di bel fongue; ouno buono ciera: ſono ben nutriti. Phædr. l.* 3. *fab.* 7. *v.* 4. Unde fic, quæſo, nites? Aut quo cibo feciſti tantum corporis? *Virg. Æn.* 3. *v.* 20. niteno taurus. Adde *Horat. l.* 2. *ſat.* 2. *v.* 128. ¶ Refertur etiam ad copiam, & opes, quia divitiæ ſplendidæ ſent. *Horat. l.* 2. *ſat.* 5. *v.* 12. devolet illuc, Res ubi magna nitet domi-nn ſent. *Tibull. l.* 4. *carm.* 1. *v.* 183. cum magnis opibus domus alta niteret. *Cic. Agrar. t. c.* 7. Vectigal in pace nitet, in bello non obſolefcat. *h. e.* vigeat, abundet. ¶ Translata eſt cultum, & politum aſſe, illuſtrem, ſplendidum, conſpicuum. *Cic.* 4. *de Fin. c.* 3. Sed vos ſqualidius: illorum vides quam niteat oratio. *Plin. l.* 3. *c.* 5. *ante med.* Ab altaro ejus latere ad Padum amnem Italiæ ditiſſimum, omnia nobilibus oppidis nitent. ¶ Item ſtrere, celebrem eſſe, *Vellej. l.* 2. *c.* 9. Eodem tractu temporum nituerunt oratores Scipin, Lælinſque. *& lib. t. c.* 17. Dulces Latini leporis facatie per Cæcilium, Terentium, Afranium ſub pari ætate oiterrant.

NITESCO, is, n. 3. *ſarſi ciſplendere, ἀγλαΐζομαι*, nitere incipio, ſplendidus, nitens fio: & adhiberur etiam pro *niteo. Cic. in Arat. v.* 174. Eaiquo qui ſtellarum candore nitefcit. *Virg.* 5. *Æn. v.* 134. juventus Nudatos humeros oleo perfuſa nitefcit. *Plin. l.* 37. *c.* 12. Omnes gemmæ mellis decoctu nitefcant. *Id. c.* 1. *l.* 8. Nitefcenta nova luna. *Id. l.* 17. *c.* 5. Terra poſt vomerem nitefcens. *h. e.* poſt vomerio proficiſcentem ſplendeſcens ne pinguitudine. *Manil. l.* 5. *v.* 687. tum pontus per ſolem humore nitefcit. *h. e.* candaſcit. ¶ De bene paſtis, & pinguibus, *Plin. l.* 2. *ep.* 17. *ſub init.* Equorum, boumque armenta, quæ herbis & tempore verno nitefcunt. *e' ingroſſano.* V. *Niteo.* ¶ De plantio, quæ læte proveniunt, *Plin. alter l.* 12. *c.* 25. *de balſami arbore.* Tondetur ſimiliter frutiçans, ac raſtris nitefcit, properatque naſci, &c. V. *Nitidus* ſub fin. ¶ Translate eſt ſpleodeſcere, cultiorem fieri. *Auct. ad Herenn. l.* 3. *c.* 16. Ingenin, doctrina, præceptione natura nitefcit. ¶ Item illuſtrem, clarum fieri. *Tacit.* 12. *Ann. c.* 58. Studiis honeſtis, & eloquantiæ gloria nitaſcere.

NITIBUNDUS, a, um: a verbo *Nitor, eris. Gell. l.* 1. *c.* 22. Achæos Homerus pugnam indipiſci ait non tibiarum concenta, ſed mentium conſpiratu tacito nitibundos. *h. e.* nitentes, contendentes. *Salvin. c.* 25. (*al.* 38.) *a med.* Elephanti arboribus ſe, vel ſaxis applicant, ut pondere nitibundo attritos necent angues. *col peſo premente.*

NITIDE, *chiaramente, ſplendidamente, στιλβόντως, λαμπρῶς, καθαρῶς, ἀστραπηδόν*, lucide, ſplendide, loculeater. *Plaut. Trucul.* 2. 4. 3. Ut tota floret! ut nitet! ut nitida mitet! ¶ Item ſplendide, copioſe. *Id. Caſ.* 3. 6. 19. Cœnare lepide, nitideque volo. Adde *Caſ.* 1. 1. 12.

NITIDITAS, atis, f. nitor, ſplendor, pulcritudo. *Acc.* apud *Non. c.* 2. *n.* 578. Formæ, figuræ nitiditate hoſpes regis.

NITIDIUSCŬLE, adverb. *Dalle*, aliquantum nitide, dimin. adverbii *nitide*, a comparat. *nitidior. Plaut. Pſeud.* 3. 1. 8. Neque ego amatorem mihi invenire ollum queo, Qui amet me, ut curet tandem nitidiuſcule. *h. e.* læta aliquantum unctum, & compta, ut nitidue, & pinguis fiem.

NITIDIUSCŬLUS, a, um, diminut. a comparativo *nitidior. Plaut. Pſeud.* 1. 1. 82. En encetre tu; quæ tibi tot amicos habes, tam probe oleo onuſtos: Num cupiam eſſ hodia tua tuorum opera conſervorum nitidiuſculum caput! *h. e.* aliquantum unctum, & nitens.

NITIDO, as, avi, atum, a. 1. *luſtrare, ἀγλαΐζω*, nitidum & lucidum reddo. *Colum. l.* 12. *c.* 3. *ad fin.* Ferramenta deterſa nitidentur, atque rubigine liberentur. ¶ Item levigore, polire, *liſciare. Pallad. in Februar. tit.* 17. Arborem ſerra recidemus: poſt ſerraturam, plagam ferramentis acutis nitidamus. Al. aliter leg. ¶ Item lavare. *Enn.* apud *Non. c.* 2. *n.* 583. Sotum advocant, eunt ad fnatum, nitidant corpora. Adde *Accium ibid.*

NITIDŬLUS, a, um, diminut. a *nitidus* nitidiuſculus. *Sulpic. Severr. dial.* 2. *c.* 8. Quandam viduam vagam, nitidulam, ſumptuoſam objurgare.

NITIDUS, a, um, *lucente, ciſplendente, nitido, terſo, luſtro, ἀγλαΐς, λαμπρός*, nitens, ſplendens, lucens, clarus: a *niteo. Virg.* 1. *Georg. v.* 467. Sol caput obſcura nitidum ferrugine texit. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 867. aries nitidiſſimus auro. *Id.* 2. *Metam. v.* 3. Ebur nitidum. *Plaut. Sereb.* 1. 2. 8. Facite, ſultis, nitido ut ædes meæ ſint, cum redeam domum. *Virg.* 3. *Georg. v.* 437. *de augue.* Cum poſitis novus exſuvia, nitidusque juventa, &c. *Id.* 4. *Georg. v.* 337. Nitida cæſaries. *Val. Flacc. l.* 3. *v.* 467. Nitidus æther. *puro, ſereno.* & *verſ.* 553. fons. *chiaro, limpido. Quintil. l.* 11. *cap.* 3. *ante med.* Nitida & curata vox. *Cic. in Orat. c.* 11. In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca: contra alios nitida, læta, colluſtrata delectant. ¶ *Nitida* dicuntur unguentis delibuti. unguenta enim oitent. *Ovid.* 3. *de a. am. v.* 443. Coma nitidiſſima nardo. Hinc nitidus annus apud *Ovid.* qui oleo abundat: *l.* 5. *Faſt. v.* 263. Si bene ſoruerint ſegetes, erit area dives: Si bene floruerit vinea, Bacchus erit: Si bene ſoruerint oleæ, nitidiſſimus annus. *Martial. l.* 4. *epigr.* 8. Nitide palæſtre. ¶ Itidem univerſim qui forma ſtudent, quique exquiſito ornatu, cultuque corporis utuntur. *Cic. Cæcil.* 2. *c.* 10. Quos penn capillo nitidos videtis. *Plaut. Mil.* 4. 2. 12. Illa eſt nimium lepida, nimiſque nitida femina. *Id. Aulul.* 3. 6. 4. Aliquanto facias rectius, ſi nitidior ſis filio nuptiis. *no po' più ſplendido.* ¶ Item qui ſann ſolidoque corpore ſunt, bene habiti, bena paſti, pingues. *Horat. l.* 1. *ep.* 4. *in fin.* Me pinguem & nitidum bene curata cute viſes. *ben nutrito e groſſo. Liv. l.* 28. *c.* 35. Ætao in medio virlum robore, quod plenius nitidiuſque ee morbo, velut renovatus flos juventæ faciebat. *Nep. in Eumen. c.* 5. Ut jumenta æque nitida ee caſtello educeret, ac ſi campeſtribus ea locis haberiſſet. V. *Niteo.* ¶ Dicitur & de locis bene cultis, uberibus, fertilibus. *Cic. Verr.* 5. *c.* 18. Quos ego campos antea, colleſque nitidiſſimos, viridiſſimoſque vidiſſem, hos ita vaſtatos ac deſertos videbam, ut, &c. *Horat. in ſn. ep.* 15. *l.* 1. nitidis fundata pecania villis. *h. e.* fumptuoſis, amplis, maemore ceteroque ornata ditiore ædificatio. ¶ Transfertur ad cultum animi, & vitæ uebanitetem, atque elegantiam: itam ad liberalitatem, & lautitiam. *Horat. l.* 1. *ep.* 7. *v.* 83. ex nitido ſit ruſticus, atque Sulcos & vineta crepat mera. *Plin. l.* 13. *c.* 15. *in fin.* Inter pauca nitidioris vitæ inſtrumenta. *Juvenal. ſat.* 11. *v.* 175. hæc eadem illi Cum faciant, hilares nitidique vocantur. *Martial. l.* 4. *epigr.* 54. Lautior & nitido ſis Meliore licet. ¶ Item ad ornatum cultumque orationis. *Cic. t. de Orat. c.* 18. Nitidum quoddam genus verborum, & lotum. *Id. in Partition. c.* 5. Verba conſonantiora, gravinra, leviora, & quodammodo nitidiora. *Quintil. l.* 11. *c.* 1. *a med.* Iſocrates nitidus & comptus, & palæſtro, quam pugnæ, magis accommodatus. ¶ Apud *Claudian. de conſul. Mall. Theod. v.* 193. nitidio ſenibus hauriet aliquid, eſt, iutegris, puris, nulloque prævo affactu corruptis. ¶ Quam *Plautus*, de inſtitione verba faciens, *l.* 17. *c.* 14. & 16. vocat nitidiſſimam arboris partem, intelligit eam, qua viridior eſt arbor, formoſior, ac lætior, & ut ita dicam habitior, ſine aſperitate nodorum, & corticis. Nam & plantas *nitere* dicuntur, ut in *Nitro* adpotavimus. Sic *Colum. l.* 5. *c.* 6. *ante med.* Ulmus decacuminanda eſt juxta ramulum, qui videbitur eſſe nitidiſſimus. *& Plin. l.* 5. *c.* 1. *ad fin.* Arborum proceritas ſpectabilis eundi nitore. *Lucret. l.* 2. *v.* 594. nitidæ fruges, arbuſtaque læta. *h. e.* opimæ, uberes. ¶ *Nitidum opus* apud *eund. l.* 6. *v.* 795. eſt delicatum ac tenue, qualia ſunt mulierum lanam trahentium, texentium, aeu pingentium.

NITOR, oris, m. *luſtro, ſplendore, luoentezza, nitidezza, στίλβη, ἀγλαΐα*, ſplendor, fulgor, claritas ne mundities, lævitate, aut pinguedine, cujuſcumque coloris ſit: a *niteo. Catull. carm.* 65. *de coma Beren. v* 3. Flammeus ut rapidi ſolis nitor obfcuretur. *Lucret. l.* 4. *v.* 339. Nitor euoriens aurore. *Ovid. Heroid. ep.* 18. *v.* 78. Nitor diurnus. *h. e.* lux diei. *Id. l.* 3. *ex Pont. ep.* 4. *v.* 43. argenti & auri. *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 50. gemmæ. *Vitruv. l.* 10. *c.* 1. *a med.* Plin. *l.* 7. *c.* 15. eboris. *Id. l.* 12. *c.* 1. marmorum. *Id. l.* 16. *c.* 40. *ad fin.* materiæ. *h. e.* ligni, v. gr. cupreſſi. *& lib.* 37. *c.* 9.

ante med. roſeus. *& cap.* 10. *ſub fin.* nigerrimus gemmæ. *Lucret. l.* 5. *v.* 781. herbarum viridis. ¶ In arboribus eſt ſoliditas ligni, & robur; & lævitas ſine aſperitate corticis, aut nodorum. V. *Nitidus* ſub fin. ¶ Aliquando ſumitur pro candore, *bianchezza, candore. Plin. l.* 24. *c.* 8. Cui nitorem inducere. *Id. l.* 31. *c.* 7. *extrà med.* Nitorem cutis facit ſal. ¶ Interdum pro colore. *Lucret. l.* 2. *v.* 817. omnia principiorum Formamenta queunt in quovis eſſe nitore. *Propert. l.* 2. *el.* 14. *v.* 26. Ludis & cæreno tinctæ réſore caput. *b. e.* colore adſcriptis, ſuco. ¶ *Nitor corporis*, interdum eſt ſolidítas carnis, & ſanus pinguedo. V. *Nitere*, & *Nitidus. Terent. Eun.* 2. 2. 10. Viden' me ex eodem ortum loco? qui color, nitor, veſtitus, quæ habitudo eſt corporis? *Plin. l.* 11. *c.* 18. *extr.* Apum ſanitas hilaritate & nitore æſtimatur. ¶ Interdum ipſa corporis pulcritudo. *Horat. l.* 1. *od.* 19. *v.* 5. Uret me Glycere nitor, ſplendentis Pario marmore purius. *& lib.* 3. *od.* 12. *v.* 6. Liparæi nitor Hebri. ¶ Interdum cultus, & ornatus corporis elegans, *attillatura. Cic. pro Cæl. c.* 31. *in fin.* Si quem offendit purpura genus, ſi amicorum caterva, ſi ſplendor, ſi nitor. Adde *Plin. l.* 6. *ep.* 32. ¶ Translate *Ovid.* 2. *ex Pont. ep.* 9. *v.* 17. Nitor generis. *nobiltà, ſplendore del caſato.* & *epiſt.* 5. *v.* 29. Obruit audentem rerum gravitaſque, nitorque. *lo ſplendore e nobiltà dell' impreſe.* ¶ Eſt etiam elegans, nitidiuſque vitæ cultus, & morum elegantia, atque urbanitas. *Plin. l.* 4. *c.* 12. *poſt med.* Megarica, nupidum præcipui nitoris in tam eo tractu, cultioditis Græciæ moribus. *Juſtin. l.* 43. *c.* 4. Adeo magnus & hominibus, & rebus impoſitus eſt nitor, ut Gallia in Græciam translata videretur. ¶ Item liberalitas, ſplendor rei familiaris. *Sen. l.* 3. *Suaſ.* 3. *v.* 149. Teſtis adhuc largi nitor inde affuetus Hetrufci. ¶ Sæpe refertur ad ſplendorem, & puritatem verborum, & orationis. *Cic. in Orat. c.* 32. *extr.* Sed quia ſua ſpoom ſqualidiora ſunt, adhibendus erit in his explicandis quidam orationis nitor. *Ovid.* 2. *ex Pont. ep.* 2. *v.* 51. Nunc tibi & eloquii nitor ille dameſticus adſit, Quo poteras trepidis utilis eſſe reis. *Auct. dial. de Oratorib. c.* 20. Nitor & cultus deſcriptionum. *& cap.* 23. Summus nitor & amœnus verborum. *Quintil. l.* 10. *c.* 1. *ante med.* In digreſſionibus hiſtorico nonnunquam nitore uti. *& lib.* 12. *c.* 10. *circa med.* Orationem translationum nitore illuminare. ¶ Differunt propriè *nitor*, & *ſplendor. Plin. l.* 73. *c.* 2. *ante med. de nouribus.* Splandor his ſine viribus, nitorque verius, quam ſplendor. *b. e.* lævitas quidem, & munditia, ſed non tranſmittens, aut remittens lucem.

NITTOR, eris, ſus, & xus ſum, dep. 3. *sforzarſi, far di tutto, adoperarſi, fare ogni ſforzo, affaticandarſi, ingegnarſi*, conor, contendo, labore, operam do, ſive corpore, ſive animo. Eſt qui putat eſſe per metatheſin a νίσσομαι, intendor. *Verus poeta* apud *Cicer. t. Tuſcul. c.* 5. Siſyphu' verſat ſaxum Sudam nitendo, nequa proficit hilum. *Cic. de Senect. c.* 12. Moderatio modo virium adſit, & tantum, quantum poteſt, quiſque nitatur. *Salluſt. in Catil. c.* 13. *extr.* Singulos ex Senatu ambiundo retebantur, ne gravius in eum conſulmetur. *& in Catil. c.* 39. Contra eos ſummâ ope nitebatur pleraque nobilitas. *Cæſ. l.* 2. *B. Civ. c.* 37. Nihil contra ſa regem niſurum exiſtimabat. *Nep. in Milt. c.* 4. Unus Miltiades maxime nitebatur, ut primo quoque tempore caſtra fierent. *Id. in Attic. c.* 15. Idem in mittendo quod ſemel admiſiſſet, tanta erat cura, ut non mandatam, ſed ſuam rem videretur agere. ¶ Cum infinitiv. *Nep. in Pelop. c.* 2. Ut patriam recuperare niterentur. *Salluſt. in Jug. c.* 27. Summa vi Cirtam irrumpere nititur. *Ovid.* 3. *ex Pont. ep.* 5. *v.* 34. Ingenio nitor non perſiſta meo. ¶ Niti pro aliquo, *adoperarſi in favore. Liv. l.* 35. *c.* 10. *a med.* Ne in plebejo quidem conſule, cum pro C. Lælio niteretur, Africanus valuit. *Salluſt. in Jug. c.* 35. Pro libertate nonne ſumma ope réteminl? ¶ *Niti*, eſt parturientium *ponere*: unde *enitor. Plin. l.* 9. *c.* 35. Conchas impleri roſcido conceptu tradunt: gravidas poſtea niti. ¶ Item cacaturientium. V. *Nixus.* ¶ Eſt etiam cum conatu ire, ferri, tendere, *portarſi, andare. Cic. de nat. Deor. l.* 2. *c.* 48. Quædam ſerpentes ortæ ex ære aquam, ſimul ac primum niti poſſunt, aquam perſequuntur. *Plin. l.* 2. *c.* 43. Si in nube luctetur vapor, tonitrua edi; ſi erumpat ardens, fulmina; ſi longiore tractu rétatur, fulgetra. *& cap.* 65. *ad fin.* Aquæ in interiora nituntur. *Ovid.* 2. *ex Pont. ep.* 7. *v.* 27. aves motis nituntur in æra pennis. *Id.* 2. *Metam. v.* 72. Nitor in adverſum. *Virg.* 2. *Georg. v.* 417. ad ſidera reptire Vi propria nituntur. *Quintil. in proœm. l.* 2. *poſt med.* Niti ad ſummum. *Ovid.* 3. *Amor. el.* 4. *v.* 17. Nitimur in vetitum ſemper. *Cic. de Senect. c. ult.* Optimi cujuſque animus maxime ad immortalem gloriam nititur. *Virg.* 2. *Æn. v.* 643. poſtemſque ſub ipſos Nituntur gradibus. *b.* 1. aſcendunt. *Lucan. l.* 4. *v.* 37. miles rupes oneratus in altas Nititur. *Pacuv.* apud *Non. c.* 4. *n.* 320. Ardua per loca agreſti ac trepidante gradu nititur. *Lucret. l.* 1. *v.* 1056. omnia pondera ſurſum nitier. *perangere.* ¶ Sæpe eſt incumbere, inniti, fulciri, *appoggiarſi, poſarſi, ſoſtenerſi. Virg.* 6. *Æn. v.* 760. Ille, vides, pura juvenis qui nititur haſta. *Id.* 4. *Æn. v.* 252. paribus nitens Cyllenius alis. *Cic.* 5. *Tuſcul. c.* 23. Quod ita ortum eſt a terra, ut ſtirpibus ſuis nitatur. *Virg.* 2. *Æn. v.* 380. Improviſam aſpris veluti qui ſentibus anguem Preſſit, humi nitens. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Divin.* 1. 26. Conjecture omnis, in quæ nititur divinatio. *Id. pro Cæl. c.* 10. *extr.* Ea, in quibus cauſa nititur. *Id. pro Mil.* 1. 7. Cujus in vita nitebatur ſalus civitatis. *Id.* 1. *Fam. ep.* 5. Cum maxime conſilio, ſtudio, labore, gratia, de cauſa regia niteremur. *Id.* 3. *Attic. ep.* 9. *a med.* Suſtinebiremus nos, & ſpe, qua jubes, nitemur. *Id. de Offic. l.* 2. *c.* 34. Eſt adoleſcentis majores uſu veteri, æque his deligere optimos, & probatiſſimos, quorum conſilio atque auctoritate nitatur. *Nep. in Phoc.* 1. 3. Niti patrociniis nitiorjos. *Cæſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 43. auctoritate apud exteras nationes. *Cic.*

initio pro Cluent. Niti, & magnopere confidere invidiæ judicit. *& cap.* 40. Si quis hoc non rétitur, quod ſit ignobilis. *Id. Verr.* 4. *c.* 64. Quid te ſinurum eſt? quo confugies? ubi nitera? *Id. Acad.* 4. *c.* 21. *extr.* Nitamur igitur, nihil poſſe percipi. *fermiamoci, ſtiamo ſu queſto, ſte, &c.* ¶ De Particip. *niſus, nixus*, & *nitens* V. ſuis locis.

NITRARIA, æ, ſ. locus, ubi nitrum invenitur. *Plin. l.* 31. *c.* 10. Salinis mare infundunt, Nilum autem rétrariis. *Ibid.* Nitrariæ calcamenta pretiosa conſumunt. *Ibid.* In nitrariis una lippiunt.

NITRATUS, a, um, cui nitrum admiſtum eſt. *Colum. l.* 12. *c.* 55. Nitratam aquam ſuffundito. *Martial. l.* 13. *epigr.* 17. Nitrata viridis braſſica fiat aqua.

NITROSUS, a, um, *nitroſo, ſcrpoſo*, qui nitrum habet, vel nitri ſaporem. *Vitruv. l.* 8. *c.* 3. Aquæ frigidæ genus nitroſum. *Plin. l.* 31. *c.* 10. Lacus eſt nitroſus, exiliente a medio dulci fonticulo. *& paulo ante.* Aquæ vero nitroſæ pluribus locis reperiuntur, ſed ſine viribus denſandi.

NITRUM, tri, n. *nitro, ſalnitro, νίτρον*, ſuccus quidam concretus, ſalis genus, de quo multa *Plin. l.* 31. *c.* 10. ubi docet, colligi apud Medos, caneſcentibus ſiccitate convallibus: in Thracia quoque, ſed terra ſordidum: fieri' etiam ex quercu cremata: imm in quodam lacu Macedoniæ gigré certis temporibus, h. e. circa Canis ortum: in Ægypto etiam fieri pæne eodem modo, quo ſal, infuſo Nilo in nitrarias, &c. Perſequitur inde varios ejus uſus in medicina. Habet enim vim calfaciendi, evenuandi, reordendi, ſpiſſandi, ſiccandi, exulcerandi. Nitrum eſt etiam, quod nos a parietibus, & pavimentis colligimus, *ſal petræ* quibuſdam dictum. Ipſa vox Græca eſt, quaſi a νίζω, lavo, ducunt: fortaſſe illud reſpicientes, quod aqua immiſſa fit. ¶ Dicitur & *ſal nitrum. Plin. loc. cit.* Sal nitrum ſulphuri concoctum in lapidem vertitur.

NIVALIS, le, *nevoſo, ingombrato, ingombro*, ad nivem pertinens, nivoſus. *Liv. l.* 21. *c.* 54. *a med.* Erat forte brumæ tempus, & nivalis dies. *Senec. l.* 4. *quæſt. nat. c.* 4. *extr.* Dicimus revalem diem, cum nitum frigus, & triſte cælum eſt. *giorno da neve.* (Sic *Flor.* diem pugnæ ad Traſimenum *nivalem* dicit *l.* 2. *c.* 6. *ante med.* quem *Liv. l.* 22. *c.* 4. orta ex lacu nebula obſcurum fuiſſe tradit.) *Plin. l.* 26. *c.* 8. Nivalia loca. *Id. l.* 2. *c.* 47. *a med.* Nivalus venti. *Virg.* 3. *Æn. v.* 538. equi caadore nivali. *Val. Flacc. l.* 5. *v.* 215. Nivalis axis. *b. e.* Septemtrionalis plaga. *Horat. l.* 2. *ep.* 3. *v.* 3. Hebruſque nivali compede vinctus. *b. e.* glacie. *Martial. l.* 14. *epigr.* 178. Nivales undæ. *b. e.* aqua nive refrigereta. *Gell. l.* 19. *c.* 5. Aqua révolis. *b. e.* ex nive dilnta. *Martial. l.* 7. *epigr.* 94. Nivale ſilcolum. *b. e.* frigidum, nivalí tempore datum. ¶ Translata *Prudent. l.* 2. *in Symmach. v.* 249. Templum numtis amn, non marmoris: aurea in illo Fundamenta manent Fidei: ſtructura nivali Conſurgit Pietate niteus.

NIVARIUS, a, um, ad nivem pertinens. *Nivarium calum*, ſaccus vinarius, nive repletus, qua tranſmittitur vinum, ut mitius ſit. *Martial. l.* 14. *epigr.* 103. *quod* Colum nivarium *inſcribitur.* Setinos, monco, noſtra nive frange trivotes: Pauperiore mero tingere lina potes. *Senſus eſt*: vinum nobile, quale eſt Setinum, enlo nivario per révem tranſmitte: ignobile, & quod pauperes bibere ſolant, ſimplici ſacco vinario lineo, & ſine nive percolato. ¶ *Nivarius ſaccus*, quo niv injecta colatur, & bibitur deliciarum cauſa. *Id. ibid. epigr.* 104. *cui titulus* Saccus nivarius: Attenuare mives norunt & linteа noſtra. Frigidior colo non ſalit unda tuo. ¶ *Nivaria* dicta eſt una ex Fortunatis inſulis, a perpetua nive, teſte *Plin. l.* 6. *c.* 32.

NIVATUS, a, um, *nevoſo*, réve refrigeratus. *Sueton. in Ner. c.* 27. Refotus ſæpe calidis piſcinis, ac tempore æſtivo refrigeratis. *Senec. l.* 4. *quæſt. nat. ſub fin.* Nivatæ potiones. *Petron. in Satyr. c.* 31. Nivata aqua.

NIVE. V. *Ni.*

NIVESCO, is, n. 3. nivis inſtar albeſco. *Tertull. de Pall. c.* 3. *a med.* Lini herbida poſt virorem lavacro niveſcunt. *Vet. Poeta* apud *Pithœum p.* 10. 133. Ut merſa indigenis unda réveſcat aqræa.

NIVEUS, a, um, *di neve, νιφόεις*, qui eſt ex nive. *Virg.* 3. *Georg. v.* 354. Sed jacet aggeribus niveis informis, & alto Terre gelu lata. *Catull. carm. 63. de nupt. Pel. & Thet. v.* 240. Niveus mons. *b. e.* nive tectus. ¶ Item qui cnlore eſt nivis, candidus, *bianco di neve. Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 33. Niveus candor. *Val. Flacc. l.* 1. *v.* 219. Nivel artus. *Ovid. Heroid. ep.* 20. *v.* 120. ſubeſt niveo lætus in ore rubor. *Virg.* 8. *Æn. v.* 387. Nivei lacerti. *Horat. l.* 2. *od.* 4. *v.* 3. Serva Briſeis niveo colore Movit Achillam. *Virg. Ecl.* 6. *v.* 53. *de Tauro.* Ille latus niveum molli fultus hyacintho. *& Ecl.* 2. *v.* 20. dives pecoris nivei. *Ovid. in Met. v.* 431. nivea velatæ corpora veſte. *& lib.* 13. *v.* 789. Candidior nive filio, Galatea, liguſtri. *Calpurn. ecl.* 7. *v.* 29. nivei loca denſavere tribuni. *b.* 1. albis togis induti. Sic *Juvenal. ſat.* 10. *v.* 45. niveoſque ad frena Quirites. *Ovid. Heroid. ep.* 18. *v.* 18. Niveus dens. *Senec. in Oedip. v.* 495. Niveum lac. *Id. in Hippol. v.* 504. *& in Oedip. v.* 427. Niveum ſumen. *b. e.* aquis perſpicuis ſuens, & ſpumis inter ſaxa candicans. *Niveus undas*, dixit etiare *Martial. l.* 7. *epigr.* 31. claras, puras, perſpicuas. ¶ *Idem l.* 12. *epigr.* 67. *niveam aquam* dixit nive refrigeratam: que utebantur frangendis vini viribus, & in frigidis potionibus. Qua de re *Id. lib.* 14. *epigr.* 117. cujus lemma *Niver*: Nun potare nivem, ſed aquam potare rigentem De réve, commenta eſt ingenioſa ſitis. V. *Decoſta*. Ad frangenda viua pertinet epigrammata *ejuſd. ibid.* 103. 104. *& 116.*

NIVO, is, v. 3. *nevicare*, idem quod ningo. Translate Pacuv. apud *Non. cap.* 10. *num.* 23. Sagittis, plumbo, & faxis grandinat, nivit.

NIVOSUS, a, um, *nivosa, χιονώδης, niger-ὅσης*; nive abundans, nivalis. *Liv. l. 5. c. 13.* Insignis annus hiemi gelida ac nivosa fuit. *Colum. l. 2. c. 9.* Loca frigidiora, ac nivosa. *Liv. l. 22. c. 53.* Nivosa grando. *Ovid. Heroid. ep. 12. v. 29.* Scythia nivosa. *Stat. l. 1. silv. 3. v. 95.* Pliadumque nivosum sidus. *Ovid. 5. Trist. el. 3. v. 21.* Strymon nivosus.

NIX, nivis, f. *νιφ, νιφὸς, niger-ὅσης*; aquarum cælestium spuma, ut *Plin. l. 17. c. 1.* definit. *Id. l. 2. c. 60.* docet, grandinem conglaciato imbre gigni, nivem eodem humore mollius coacto, pruinam ex rore gelido. Secundum *Priscian. l. 12. pag. 882. Pansch.* est a *ninguo, ninxi*, extrito *n*, ut a *duxi dux*, a *rexi rex*. De nive in deliciis cœnarum, V. dicta in *Novem* in fine. *Cic. 4. Acad. c. 23.* Anaxagoras nivem nigram dixit esse: ferres me, si ego idem dicerem? *Id. 2. de nat. Deor. c. 20.* Pars terrarum obriguit nive pruinaque. *Liv. l. 5. c. 2.* Multa nivibus pruinisque obrutus. *Plin. l. 17. c. 2.* Vota arborum frugumque commonia sunt; nives diutius sedere. *Val. Flacc. l. 5. v. 175.* Litora discussa æterni nive. *Plin. l. 2. c. 103. sub fin.* Nives in alto mari non cadere. *& cap. 49.* Nive jacente. *effendo la neve in terra. & lib. 8. cap. 55.* nive liquescente. *Petron. in Satyr. c. 137. in carm. & Ovid. 3. Fast. v. 236.* Pereunt nives. *si desuerint. Virg. 1. Georg. v. 310.* Niv alte. *Val. Flacc. l. 6. v. 306.* horrifera. *Lucret. l. 3. v. 20.* cana, acri concreta pruina. *& lib. 6. v. 206.* nives gelidæ. *Horat. l. 3. od. 24. v. 39.* duratæ gelu. *Ovid. 3. Amor. el. 6. v. 93.* solutæ. *Id. Heroid. ep. 16. v. 249.* puræ. *Horat. l. 4. od. 12. v. 4.* Fluvii hiberna nive turgidi. ¶ Metaphorice *Horat. l. 4. od. 13. v. 22.* te quia rugæ Turpant, & capitis nives. *Quintilian.* hanc metaphoram reprehendit, *l. 8. c. 6. ante med.* ut duram, id est a longinqua similitudina ductam. Vitiosam quidem in prosa oratione, sed in versu probam defendit *Voss. l. 4. institut. Orat. c. 6. §. 7. Horatium* imitatus est *Pendent. in præfat. Catherner. v. 25.* Sub quo prima dies mihi Quam multas hiemes volverit, & refas Pratis post glaciem reddiderit, nec capitis probat. *Apulej. de Mundo.* Tecta fulgebant eboris nive, argenti luce, flammea aurî claritate. *b. e.* candore. ¶ Olim in obliquis *ninguat, ninguet*; diaare. *Apul.* apud *Perficium. l. 6. pag. 714. Pansch.* Aspera hiems erat, omnia ningue canebant. *Lucret. l. 6. v. 736.* in campos albas decidere ningues. Adde *vers. 964. & Lucil.* apud *Charisc. l. 2. pag. 72. Pansch. & Serv. ad Æn. 4. v. 250. V. Chione.*

NIXI DI appellantur tres signa in Capitolio, ante cellam Minervæ, genibus nixa, velut præsidentes parturitum nixibus: quæ signa sunt qui memoriæ prodidarunt, Antiocho rege Syriæ superato, M. Acilium subtracta populo R. adportasse, utque ubi sunt posuisse. Sunt etiam, qui dicant, capta Corintho advecta huc: quæ sibi subjecta fuerint mensæ. *Festus.* Al. leg. *Nixii. Ovid. 9. Metam. v. 294.* Lucinam, Nixosque pares clamore vocabam. Al. aliter leg.

NIXOR, aris, dep. 1. *fore sforzo, sforzarsi*, idem quod *nitor. Lucret. l. 3. v. 1014.* adverso nixantem trudere monte Sisyphum. *Id. l. 6. v. 836.* Hic ubi nixari nequeunt, indifereque alis, &c. Al. aliter leg. V. *Nitto, or.* Rursus *Lucret. l. 4. v. 508.* Fundamenta, quibus nixarer vita, salusque. *b. e.* fulcirer, sustinetur, stat.

NIXURIO, is, n. 4. *σκωπτω*, niti volo, seu cupio, conor facere. *Nigid.* apud *Non. c. 2. n. 584.* Nixurit, qui niti vult, & in conatu saltus aliqua re perpallitur.

NIXUS, & Nisus, a, um, *appoggiato, sostenuto, sforzato*, innixus, incumbens, fultus. *Cic. Verr. 7. c. 33.* Statit soleatus Prator populi R. cum pallii purpureo, tunicaque talari, muliercula niaus, in lictore. *Id. pro Rabir. perduell. c. 7.* Scævola membris omnibus captus, hastili nixus. *Ovid. 2. ex Pont. ep. 8. v. 52.* baculo. *Id. 8. Metam. v. 727.* cubito. *& lib. 4. v. 732.* scopulo. *posatosi, posato.* & 3. *Fast. v. 752.* Constitit ipse supra tamulo stipite nixus. *Virg. 12. Æn. v. 308.* Stabat acerba fremens, Ingentem oixus in hastam. *Cic. de Senect. c. 15.* Harbescens vitiditas, qua nixa fibris stirpium sensim adolescit. *Senec. in Thyest. v. 600.* Quem genu nixæ tremuere gentes. *ingiuocchiate. Liv. l. 26. c. 9. & Plaut. Rud. 3. 3. 33.* Ambæ te obsecramus genibus nixæ. *Virg. Æn. 10. v. 736.* super abjectum positis pede nixus, & hasta. *premendo. Ovid. Heroid. ep. 21. v. 200.* Et de qua pastens arbore nixa dea est. *b. e.* Latona, quam ferunt in Delo insula, palma & oleæ innixam, Apollinem & Dianam peperisse, ut est apud *eund. 6. Metam. v. 335.* ¶ Translate *Cic. 2. de Orat. c. 7. extr.* Res, quæ mendacio nixa est. *Id. pro Balb. c. 15.* Cum pæne potens Carthago, nixa duabus Hispaniis, huic imperio immineret. *Id. pro Cluent. c. 57.* Si obtinuerit causam Cluentius, fatebitur vestra æquitate nixi confidimus. *Al. leg.* nisi. *Lucret. l. 5. v. 907.* Nixus in hoc non novitatis nomine inani. *Ovid. 3. ex Pont. ep. 4. v. 15.* Cumctaque cum nixa (*scripta seu carmina*) sint proprio nixa favore, &c. ¶ *Nixus, i*, nomen est fidei, de quo V. in *Eupeosis.* ¶ De *dicit Nixie*, V. *Nixi.* ¶ In MSS. sæpe *nisus* legitur, & in compositis omnibus, *adnisus, connisus, emnisus, innisus, obnisus, subnisus. Diomed. l. 2. pag. 371. Pansch. & Priscian. l. 10. pag. 903.* docent melius per *i*, quam per *n* scribi. Sane in ipso verbo *nitor* nulla est littera, ex qua duplex illa *n* nasci possit. *Servius ad Æn. 6. v. 148. Adnixus* antiquum est, ut *connexus*: sed & multa alia usus contra antiquitatem vindicavit. In MSS. *Livii* sæpius *visus* scribi, quam *nixus*, jam adnotarunt viri docti. Sunt qui hæc ita distinguunt, ut *nixus* ad onostum corporis referatur, *visus* ad animi. Sed hoc discrimen nulla probabili ratione fulcitur.

NIXUS, us, m. *appoggio, sostenuto*, actus nitendi & incumbendi. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 46.* In æthere astra volvuntur, quæ se & nixu suo conglobata continent, & forma ipsa figuraque sua momenta sustentant. ¶ Item conatus, nisus, *sforzo. Quintil. l. 8. c. 4. ante med.* Hic in sublime etiam currit, & ad summum pervenit, non altu, sed impetu. *b. e.* non paulatim gradatimque nitendo, & ascendendo, sed uno impete, & quasi saltu. *Id. l. 2. c. 12.* Luctatur, qui totius corporis nisu in id, quod semel invasit, incumbit. Al. leg. *nisu*: quod idem est. neque enim audiendi, qui *nisum* ad animum, *nixum* ad corpus referunt. ¶ De conatu parturientium, *pongamorato, Ovid. Heroid. ep. 4. v. 125.* O utinam nocitura tibi, pulcherrime rerum, In medio nixu viscera rupta forent! *Al. leg.* nisu. *Virg. 4. Georg. v. 199.* aut fetus nisibus eduot. *Gell. l. 12. c. 1.* Quam diutinum puerperium, & quam laboriosi niaus fuissent.

NO, nas, navi, n. 2. *nuotare, nare, νήχεσθαι*, per aquam excurrere: proprium piscium, quos etiam lumines, & alia animalia imitantur: tribuitur & alus, quæ levinre cum fiat, super aquam fuitant, ut ligna. *Festus*: Nare a nove ductum Cornificius ait, quod aqua fecatur natans, ut navis. Ennius libro septimo: Alter nare capit, alter pugnare parastu' ft. Plautus in Aulularia (4. 1. 9.) Quasi pueris, qui nare discunt, scirpea indnitur ratis. Hæc *Fest.* Alii anatius ducunt vel ab ollato *sin, in*, vel a *sin, in*, suo. *Ovid. 1. Met. v. 304.* Nat lupus inter oves. *& lib. 11. v. 358.* Nant alii, celsosque exstant super æquora colli. *Catull. immo carm. 63. de nupt. Pel. & Thet.* Pelisco quondam progenies vertice pinus Dicuntur liquidas Neptuni nasse per undas. *Tibull. l. 1. el. 7. v. 38.* in liquida nat tibi linter aqua. *Ovid. Metam. 6. v. 334. de Dolo.* tunc cum levis insula nabat. *& lib. 15. v. 336.* tempestas fuit, quo navit in undis, Nunc sedet Ortygia. *Id. Heroid. ep. 20. v. 199.* nantem delphina per undas. *Lucan. l. 8. v. 374.* nando violenti vorticis amnem frangere. *Ovid. Heroid. ep. 18. v. 210.* piger ad nandum. *Id. 2. Trist. v. 486.* ars nandi. ¶ Pro navigare *Catull. carm. 65. de coma Beren. v. 45.* Cum Medi peperere novum mare, cumque juventus Per medium classi barbam novit Athon. ¶ Pro fluctuare, æstuari, *ondeggiare, fluttuare. Catull. carm. 63. de nupt. Pel. & Thet. v. 274. de undis maris.* Post, venti crescente magis magis increbrescunt, Purpureaque procul nantes in luce refulgent. *Sil. l. 14. v. 550.* & pelago cespitantur nantia tela. ¶ Pro catachresim tefertne ad volatum. *Virg. 4. Georg. v. 59. de apib.* Nare per aëra tum liquidam suspexeris agmen. ¶ *Gregee nuotare* apud *Celsum. l. 8. c. 14.* sunt anatum, aoferam, & hujusmodi in aqua degentium. ¶ *Nare sine cortice.* V. *Cortex.* ¶ *Nare oculi* ebrioruum, apud *Lucret. l. 3. v. 481. V. Nitor.*

NOBILIS, le, *conosciuto, noto, γνωτὸς*, cognitus, notus, sive in bonam, sive in malam partem: a *nosco*, quasi *noscibilis*, ut a *mouco mobilis*, a *labor labilis. Festus*: Nobilem antiqui pro noto ponebant. *Accius* apud *Non. c. 4. v. 318.* Me Argos referam, nam hic suam nobilis: ut cui cognosci nota. *Plaut. Pœnul. 4. 7. 9.* Cum his mihi nec locus, nec sermo convenit, neque his unquam nobilis fui. *Turic. 3. Hist. c. 39.* Addidit facinori fidam nobili gaudin, Blæsum vifendo. *b. e.* palam gaudens. V. *Gaudilie.* ¶ Item insignis, famosus, excellens, eximius, celebris, conspicuus, in quacumque re, sive bona, sive mala, *nobile, insigne, famoso, illustre, sospetto, celebre, λόγιμος, ἐνίσημος, cognitus. Cic. 2. de Invent. c. 2. sub fin.* Fuit tempore eodem, qua Aristoteles, magnus & nobilis rhetor Isocrates. *Id. 6. Verr. c. 33. ad fin.* Illa nobilis taurus, quem crudelissima omnium tyrannorum Phalaris habuisse dicitur. *Id. Verr. 7. c. 26.* Illustre & nobile municipium. *& Verr. 3. c. 24.* Oppidum in primis clarum, & nobile. *Id. pro Rabir. Post. c. 9.* Demetrius au doctrina nobilis & clarus. *Ovid. 6. Met. v. 416.* & nobilis ara Corinthus. *Cic. de opt. gen. Orat. c. 6.* Gladiatorum par nobilissimum. *Aurel. Vict. in Epitom. c. 28.* Nobilissimus latronum duo. *Liv. l. 39. c. 9.* Scortum nobile libertina Hispala Fecenia. *Plaut. Rud. 3. 2. 5.* Qui se scelere nolunt fieri nobiles. *Ovid. 2. Trist. v. 384.* Nobilis est Caunce fratris amore sui, *& lib. 3. Amor. el. 18. v. 37.* Et Paris est illic, & adultera, nobile crimen. *Cic. 2. de Orat. c. 22.* Multi in philosophia præclari & nobiles. *Horat. l. 2. od. 12. v. 25.* pueriique Lædæ, Hanc equis, illum superare pugnis Nobilem. *Propert. l. 4. el. 10. v. 42.* Nobilis e tectis fundere gesa rotis. *Sil. l. 12. v. 73.* Torquatus avum fronte æquavisse severo Nobilis. *Cic. de clar. Orat. c. 32.* Nobilis oratio. *Martial. l. 7. epigr. 96.* Nobiles libelli. *Horat. l. 2. od. 2. v. 5.* Palma nobilis. *& od. 14. v. 22.* Poetica pinus silvæ filia nobilis. *& od. 12. v. 26.* Catonis nobile lirum. *Quintil. l. 1. c. 5. (al. 9.) ante med.* epigramma Catulli. *Cic. 4. Verr. c. 34.* facinus, & maltis locis sæpe commemoratum. *Id. pro Rosc. Amer. c. 35.* Tres nobilissimi fundi. *Varro. l. 2. c. 25.* Aquæ salubritate, & medendis corporibus nobilis. *Plaut. Pœn. 3. 5. 13.* Die festo celebri nobiliqua, Aphrodisiis. *Celsus. l. 5. c. 19. n. 22.* Sunt quædam emplastra nobilia ad extrahendum. Sic *Plin. l. 22. c. 37. sect. 75.* Vetulis marinis ad multe nobilis fel. *Cic. in fragm. apud Macrob. l. 2. Saturn. c. 22.* Acipenser, piscis in primis nobilis. *Liv. l. 22. c. 5. sub fin.* Ut arcendis sceleribus exemplum nobile effet. ¶ Sæpe est claro genere ortus, *nobile, gentile, de sangue illustre, ἐυγενὴς, ἐυγένειος*: quia illustri sanguine geniti notiores sunt quam plebeji, tum ob divitias, tum quia potior illis pars commisti solet reipublicæ. *Cic. pro Flacc. c. 22.* Homines apud nos noti, inter suos nobiles. *Id. pro Cæl. c. 23.* Clodia, mulier non solum nobilis, sed etiam nota. *Id. Verr. 7. c. 70.* Qui nobili genere nati sunt. *Ovid. 2. Fast. v. 472.* Esander, qui quamquam clarus utroque, Nobilior sacra sanguine matris erat. ¶ *Nobilior*, abinfinite, homo nobilis, *gentilissimo, Plin. l. 5. ep. 17. sub fin.* Cupio, ne nobiles nostri nihil in domibus suis pulcrum, nisi imagines, habeant. *Liv. l. 22. c. 58.* Missus cum his Carthalo, nobi-

nobilis Carthaginienſis. ¶ Romæ *nobiles* præcipuæ habebantur, qui avorum imagines oſtendere poterant, quorum eſſent res præclarè geſtæ in republ. ſive patricio, ſive plebejo ſanguine nati eſſent. Contra *ignobiles*, & *novi* dicebantur, qui nullas majorum imagines habebant. *Cic. Verr. 7. c. 71.* Quanta ſit in invidia apud quoſdam homines nobilis novorum hominum virtus & induſtria. *Senec. ep. 44. a med.* Non facit nobilem arrêum pleoum ſumoſis imagioibus. nemo ad noſtram gloriam vixit. Adde *l. 3. de benef. c. 38.* & *Juvenal. ſat. 8. tertio*, & V. *Ignobilis*. Patriciorum tamen nomo fere *ignobilis* dicebatur, quia ſaltem ejus imaginem oſtendere poterant, qui primus inter patricios lectus fuerat. Quia totus eorum ordo *nobilitatis* omnino ſignificari ſolet. V. in voca ſequenti. ¶ *Nobiliorum* familia Rumæ fuit in gente Fulvia: ex qua M. Fulvius Nobilior, qui fuit conſul, triumphavit de Ætolis, & caſtraram geſſit, teſte *Liv. l. 37. c. 47. l. 39. c. 5.* & *lib. 40. c. 45.* Ædem Herculi Muſarum ex pecunia Cenſoria fecit in Circo Flaminio, & in eo omnium ſigna earum ex Ambraciaſi oppido tranſlata poſuit, ut eſt apud *Eumen. de reſtaur. ſchol. c. 7.* Alium M. Fulvium Nobiliorem, ex equeſtri ordine, inter conjuratos Catilinæ enumerat *Salluſt. c. 17.* ¶ *Nobilis*, & *nobiliſſimus*, temporibus Imperatorum titulus fuit Cæſarum, filiorum, fratrum, ſororum Imperatoris, &c. qui *nobiliſſimorum* dignitate gaudere dicti ſunt. V. da his *Briſſon. de verbor. ſign. ſignific.* ubi plura ex Codice loca profert. ¶ *Nobilis* cum de jumentis dicitur, generoſum ſignificat. *Ovid. 2. Met. v. 600.* Nobiliumque greges cuſtos ſervabat agorum. ¶ In ebitivo ſæpe in i mutatur: reperitur & in *e*. *Cic. in fragm.* apud *Charif. l. 1. pag. 111. Priſcian.* Aliquo excellente ac nobile viro. *Charif. ibid. pauln ſup.* docet *nobili* de re dici, *nobile* de homine: ſed cave credideris.

NOBILISSIMATUS, us, m. ut *egregiatus*, dignitas *nobiliſſimi*. V. vocem præced.

NOBILITAS, atis, f. *fama*, *reputazione*, *nome*, γνώριμα, notitia, fama, qua res aliqua nota eſt pluribus. *Cic. pro Arch. c. 11.* Io eo ipſo, in quo prædicationem nobilitatemque ſugiunt, prædicari de ſe, ac nominari volunt. ¶ Item excellentia, dignitas, pretium, *eccellenza*, *pregio*, *ſtima*, *nobiltà*, μεγέθος. *Cic. 3. de Orat. c. 31.* Cum florere Iſocratem nobilitate diſcipulorum videret. *Ovid. 2. ex Pont. ep. 5. v. 36.* Eloquio tantum nobilitatis tuæ. *Plin. l. 14. c. 15.* Poſtea alia omnia (*vina*) in nobilitatem dederunt. *Id. l. 21. c. 3.* Lilium roſæ nobilitata proximum eſt. *& cap 6.* Nobilitas prima croco Cilicio. *Id. l. 3. c. 5.* Nobilitas locorum. *Id. l. 10. c. 47.* In cetaris (*alitibus*) nihil, præter nobilitatem looginquitate factam, memorandum occurrit. ¶ Item generoſitas, fecunditas. *Id. l. 10. c. 39. de colombis.* Nobilitatem ſingulacum, & origines narrans. ¶ Item claritas generis, *ſangue illuſtre*, *nobiltà*, *ſplendore*. *Cic. de clar. Orat. c. 16.* Ad memoriam laudum domeſticarum, & ad illuſtrandam nobilitatem ſuam. *Id. pro Roſc. Amer. c. 6.* Genere & nobilitata fui momcipii facita primus. *Ovid. 4. ex Pont. ep. 16. v. 43.* Maternos Cottas cui, Meſſallaſque paterose Maxima nobilitas ingeminata dedit. ¶ Item matonymica ultitudo & firmitas animi, fiducia, confidvotie, ſuperbia, quæ ex nobilitate oriri ſolet, *confidenza*, *ardiregge*, *ſupervivià*. nobiles enim viri, ſi cum minoribus & plebejis agant, confidentiores ſuperbioraſque eſſe conſueverunt. *Tacit. Ann. 1. cap. 29.* Druſus vocata concione, quamquam rudis dicendi, nobilitata ingenita incuſat priore, probat *præſentia*. *Plaut. Mil. 4. 8. 64.* Et quia tecum arma, propterea animo eram ferocior: eam nobilitatem omittendam video. ¶ Pro ipſis nobilibus, *la nobiltà*: & præſertim pro Patricio ordine, qui plebi oppoſitur. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 6.* Cum omni tempore nobilitatis fautor fuiſſet. *Ovid. 2. Faſt. v. 225. ad Fabios.* Quo ruitis generoſa domus? male creditur hoſti: Simplex nobilitas perfida tela cave. *Caſ. l. 7. B. Gall. c. 38.* Omnis noſtræ equitatus, nobilitas omnis interiit. *Liv. l. 26. c. 12.* Nobilitas rempubl. deſeruerat, neque in Senatum cogi poterat. *Id. ſub fin. l. 6.* Conceſſumque ab nobilitate plebi de conſule plebejo. Adde *lib. 7. c. 1.* & *lib. 39. c. 40.* & *Aurel. Victor. de Cæſarib. c. 23. 27. & 29.* ubi *nobilitas* eſt Senatus R. ¶ *Plin. l. 28. c. 6. a med.* Obſtetricum nobilitas non alio ſucco efficacius curari prooontiovit corporum pruritus. *b. c.* nobiliſſimæ & peritiſſimæ obſtetrices. ¶ In plurali numero *Tacit. Ann. 12. cap 20.* Claudius nobilitatibus externis mitis. *Vitruv. l. 9. c. 3.* Athletarum nobilitates brevi ſpatio cum ſuis corporibus ſeneſcunt.

NOBILITATUS, a, um, *reſe famoſa*, *nobilitato*, λαμπρυθείς, nobilis & inſignis factus, in utramque partem. *Cic. pro Flacc. c. 26.* Cujus civitatis ſpectata ac nobilitata virtus, &c. *Id. de Scaurk. c. 9.* Neque enim ex te unquam es nobilitatus, ſed ex latoribus & lacertis tuis. *Nep. de Iphicr. c. 1.* Non tam magnitudine rerum geſtarum, quam diſciplina militari nobilitatus eſt. *Plin. l. 7. c. 38.* Praxiteles marmore nobilitatus eſt. *Id. l. 16. c. 13.* Fraxinus multum Homeri præconio, & Achillis haſta nobilitata. *Cic. 2. Offic. c. 7. ad fin.* Phalaris, cujus eſt præter cæteros nobilitata crudelitas. *Plin. l. 29. c. 1. ante med.* Veſtius Valens adulterio Meſſalinæ nobilitatus.

NOBILITER, *inſignemente*, *famoſamente*, *nobilmente*, *eccellentemente*, ἐνδόξως, inſignite, celebriter, præclare. *Vitruv. in præfat. l. 7. a med.* Columnarum collocationem Coſſutius nobiliter ad architecturas. *Plin. l. 34. c. 8. ad fin.* Poſidonius argeotum cælavit nobiliter. *Id. ſub init. l. 33.* Pomona delicias, & odores, atque ungueota nobiliter inſtruxit. *In oper. Liv. l. 54.* Ab exercitu nobiliſſima tumulatus. *Sidon. l. & ep. 9. a med.* Nobilius philoſophari.

NOBILITO, as, avi, atum, a. c. *far ono a celebre*, *render famoſo*, *nobilitare*, γνωρίζω, κομψεύω, notum facio, celeberem & famoſum reddo, illuſtro: in utramque partem. *Cic. 1. Tuſcul. c. 25.* Poetæ poſt mortem nobilitari volunt. *Liv. l. 1. c. 17.* Manavit hæc quoque, ſed perobſcura fama: illam alteram admiratio viri, & præſens paver nobilitavit. *Terent. Eun. 5. 7. 20.* Stultum adoleſcentulum nobilitas flagitiis, & eundem indicas. *Tertian.* apud *Non. c. 4. n. 378.* Ne eam maleficiis nobilitarent. *Plin. l. 36. c. 5. ante med.* Illo ſigno Praxitelis nobilitavit Gnidum. *Pallad. l. 1. tit. 6. aere med.* Aquilo vites ſibi objectas fecundat, Auſter nobilitat. *b. c.* famam addit, & pretium. *Liv. l. 23. c. 47.* Cum jam anta ferocibus dictis rem nobilitaſſent, inſultis haſtis concitarunt equos. *b. 2.* palam feciſſent, prædicaſſentque, quanta invicam æmulatione, inſidiaque exardeſcerent.

NOBISCUM. V. in *Ego*.

NOCENS, entis, *nocevole*, *dannoſo*, βλαπτικός, noxius, noxius, perniciosus, nocivus, inutilis. *Horat. epod. 3. v. 3.* Edat cicutis allium nocentius. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 47.* Vites a caulibus, ut a peſtiferis & nocentibus, refugere dicuntur. *Claudian. de III. conſul. Honor. v. 166.* flamma noceos Gradivi. *b. a.* ſidus noxium Martis. ¶ Item *cattivo*, *ribaldo*, *colpevole*, *reo*, κακοεργός, qui injuriam, aut maleficium committit, vel commiſit. *Cic. 2. Offic. c. 14. a med.* Ita eſſe habeodum religioni, nocentem aliquando, & ſcelerioum, impiumque defendere. (Eo his verbis *Nonius* recta colligit, *cap. 5. n. 64. nocens* levius eſſe quam *noſcrius*, *turpius*.) *Id. Verr. c. c. 3.* In hac libidine hominum nocentiſſimorum. *Id. a. Verr. c. 14.* Se avaritiæ hominis cupiditati ſatisfacere poſſe, nocentiſſimæ victoriæ non poſſe. *Quintil. l. 2. c. 15. ad fin.* Nocentiſſimi mores. *Ovid. 1. ex Pont. ep. 8. v. 19.* Nec prius abſceſſit, merita quam cæde nocentum Se oimis ulciſcens aſſiſtit ipſa nocens. *Juvenal. ſat. 13. v. 3.* ſa judice nemo nocens abſolvitur. *Senec. in Phæniſſ. v. 538.* Parens ſcalere oullo nocens. *b. c.* oullius ſceleris reus. *& in Oedip. v. 235.* Regis cæde nocens. *Ovid. 1. de ac. am. v. 260.* Partaque per gladios regna nocteote mano.

NOCENTER, adverb. *con nocumento*, *con danno*, βλαβερῶς, nonie, damnoſe. *Colum. l. 8. c. 2. a med.* Sed infuſis velut fudibus oocentae aemata. *Celſ. l. 5. c. 28. fol. 21.* Abſceſſus nocentæ adoleſcit, & ſitim vigiliamque exprimit. *Tertull. in Apolog. c. 14.* Æſculapium avaritiæ merito, qui medicinam nocenter exercebat, fulmine vindicatum. Qui *nolenter* lag. mala leg.

NOCENTIA, æ, f. *nocumento*, *reità*, contrarium innocentiæ. *Tertull. in Apolog. 2. 40.* Deus innocentiæ magiſter, nocentiæ judex. Adde *lib. 2. adverſ. Marcion. c. 13.*

NOCEO, es, cui, citum, n. 2. *nuocere*, *far danno*, *pregiudicare*, βλάπτω, officio, damnum infero, fraudi ſum. *Cic. 1. Offic. cap. 4.* Ut deciioet ea, quæ nocitum videantur. *& pro Cæcin. c. 21.* Arma alia ad tegendum, alia ad nocendum. *Id. Attic. l. 12. epiſt. 47.* De quo oihil nocuerit, ſi aliquid cum Balbo ceris locutus. *Id. 3. Offic. c. 5.* Non licet ſui commodi cauſa nocere alteri. *Caſ. l. 3. B. Civ. 2. 28.* Jurejurando accepto, nihil iis nociturae hoſtes. ¶ Cum accuſativo *Plaut. Mil. a. 5. v. 28.* Jam te nociturum eſſa hominem hac de re neminem. Al. leg. *homine omnino*, præſertim cum *verſ. 21.* repetat, *ſuro me nociturum nemini*. *Salmaſ. in Spartian. in Adrian. c. 20.* addit illud *Phædri l. 4. fab. 18. v. 4.* Namque ut refecta eſt (*colubra*) nocuit hominem protinus. *b. c.* momordit. Sed plerique al. leg. *nocuit*. Item illud *Sammonici*, *cap. 46.* Quem nocuit ſerpens. Sed al. leg. *quem*. Item illud *Adriani in epiſtol. Bonifacii equi*: Pannonios nec ullus Aprus eum infequentem Dente aper albicanti Auſus fuit nocere. Sed hic quoque ſuſpecta lectio. Utcumque ſit, eleganter cegere poteſt aliquem ea accuſativis communibus. *Cic. 3. de orat. Deor. c. 35.* ſit uredo, aut grando quippiam nocuit. ¶ Dicimus etiam *nocere nocuam*, in *currere curſum*, &c. *Liv. l. 9. c. 10. in formula dedition. Feciał.* Quandoque hica homines injuſſu populi R. Quiritium fœdus ictum iri ſpoodenderunt; atque ob eam rem noxam nocuerunt. Eſt qui lag. *nova*. ¶ Paſſive impersonaliter, *Caſ. l. 5. B. Gall. c. 29.* Relinquebatur, ot tantum io agris vaſtandis, incendiiſque faciendis hoſtibus noceretur. *& cap. 36.* Ipſi vero oihil nocitum iri. *Cic. 1. Offic. c. 10.* Ut ne cui noceatur, *Id. Catil. 3. c. ult.* Mihi oihil ab iſtis noceri, poteſt. *Ulpian. Dig. lib. 9. tit. 3. leg. 1. in Edicto Prat.* Si vivet nocitumque ei eſſe dicetur. *Plaut. Curcul. 2. 3. 73.* Neque diem decet me morari, neque noctu nocerier. *nocetur noctu*, cum non tempori redituc domum cœnandi cauſa. ¶ Perſonaliter *Vitruv. l. 2. c. 9. a med.* Larix ab carie, aut e tinea non nocetur. *Solin. c. 40.* (*al. 53.*) *in f. de cicuuis*. Noceri eas, omnibus quidem locis nefas ducunt, ſed io Theſſalia vel maxima, ubi ſerpentum immania copia eſt. ¶ *Noxim*, *it*, *ire*, pro *nocuerim*, vel *nocuiſſe*, ot *ſenum. Lucil.* apud *Feſt. in Tamo*. Inguen calfiat, papula, tama, ea hoa noxit.

NOCIVUS, a, vum, adject. *nocivo*, *dannoſo*, βλαβερός, qui nocet. *Plin. l. 20. c. 2. fub fin.* Pecori præcipue oocivam. *Phædr. l. 1. fab. 29. v. 3.* Et ſibi nocivum concitant periculum.

NOCTESCIT, ebat, imp. 3. *ſorſi notte*, *ſvanotizza*, tenebræ incipiunt, aer obtenebratur. *Fauſtus* apud *Non. c. 2. n. 501.* & apud *Gell. l. 18. c. 11.* Omnia noctelcunt tanebris caliginis atræ. *Caſell. Vindex* hoc verbum improbat; *Gell.* probat; *Non.* Furium poetam eſſe ait auctoritatis incertæ.

NOCTICOLA, æ, qui noctem colit, ut Noctícola Iodus apud *Prudent. Hamartig. v. 636.* quia ſcilicet ob diurnos nimios calores noctem amat, qoa refrigeratur.

NOCTICOLOR, oris, adject. noctis colorem habens, h. e. atrum, ut Noctícolos Styx, apud *Auſon. in monoſyllab. de diis*, v. 21. Sic, Memnonem noctícolorem, dixit *Lucanus* apud *Gell. l. 19. c. 7.* quia Æthiops fuit.

NOCTICULUS, li, m. *Varr. l. 4. de L. L. c. 19. extr.* Catulus e fugaci ſen-

ci ſenſu & acuto: hinc caois: niſi quod, tuba & cornu ſignum cum dant, caneri dicuntur: quod hic item, & nocticulus in cuſtodia, & venando ſignum voce dat, cauis dictus. *noctiſculus* hic dici videtur nocte vigilans: ſed totus hic locus corruptus videtur *Voſſius in Etymol. in Comis.*

NOCTIFER, ra, rum, *νυκτοφόρος*, noctem afferens: epithetum Heſperi ſtellæ: a *nocte*, & *fero*, ut forma, quæ mane *Lucifer* vocatur. *Catull. in carm. nupt.* 61. v. 7. Jam dudum Œtæos oſtendit Noctifer ignes. Adde *Calpurn. Ecl.* 5. *in fi.*

NOCTILUCA, æ, f. noctu lucens, *νυκτιλαμπὴς*, epitheton Lunæ. *Varr. l.* 4. *de L. L. c.* 10. Luna, quod ſola lucet noctu. iteque ea dicta noctiluca in Palatio. uam ibi noctu lucei templum. *Horat. l.* 4. *od.* 6. v. 38. canentes Rite creſcentem face noctilucam. ¶ Item lucerna, *lucerna*, ob eandem cauſam. *Varro in Marcopol.* apud Non. c. 4. n. 2. Noctilucam tollo, ed focum fero, indo, ruinna muviſcit, Alii leg. *noctilugano*, alii *noctiſcalone*, alii *noctu lucano*, ideſt bovem. ¶ *Feſtus*: Noctilucam Lucilius cum dixit, obſcenum ſignificat. Al. leg. *noctilucum*, vel *noctilugum*, & dici putent de re mali ominis, ut ſunt bubones & hujuſmodi noctu lugentes. Alii *noctipugano*, h. e. *τὸ νύκτερον αἰθυῖα*.

NOCTIPUGA. V. in voce præced.

NOCTISURGIUM, noctu ſurgere. *Paulus ex Feſto* in *Egretus*: Nyctegreſia, quaſi noctiſurgium.

NOCTIVAGUS, a, um, *nocturnus*, *νυκτιφοίτης*, qui nocte vagatur. *Virg.* 10. Æn. v. 216. almaque curru Noctivago Phœbe medium pulſabat Olympum. *Luer. l.* 5. v. 1190. Noctivagæ faces cæli. *Val. Flacc. l.* 2. v. 44. Noctivagum iter. *Stat.* 10. *Theb.* v. 158. noctivagus deus. *h. e.* Somnus.

NOCTIVIDUS, a, um, qui noctu videt, ut *noctivida ales*, h. e. noctua, apud *Martian. Capell. initio l.* 6. *in carm.*

NOCTIVIGILUS, a, um, qui noctu vigilet. Noctivigilum Venerem dixit *Plaut. Curcul.* t. 3. 40. quia non amatoribus emica eſt; & ipſi noctes infomnes ducere ſolent. In quibuſdam codicib. legitur *noctivagila*.

NOCTU, f. *di noctu*, *di nocturno tempore*, *νύκτωρ*, *διὰ νυκτός*, nocte, noctis tempore: nomen ablativi caſus, ut *dium*, *noctu*, *ſpontu*, &c. *Caſ. l.* t. *B. Gall. c.* 8. Nonnunquam interdiu, ſæpius noctu. *Salluſt. in Jug. c.* 42. Diu noctuque exercitum tentabat. *Id. in fragm.* apud *Charif. l.* 1. *pag.* 185. *Puniſch.* Noctu diuque ſtationes & vigilias tentare. *Cic. Fam.* 14. *ep.* 7. Χολὴν ἐμεῖτο noctu ejeci. *Nep. in Eumen. c.* 2. *extr.* Niſi ille clem noctu ex præſidiis ejus effugiſſet. *Horat. l.* 2. *ep.* 2. v. 67. laſſus dum noctu ſtertit. *Plaut. Mil.* t. 4. 18. Noctu hæc ſomniavi. *Id. Amph.* 1. t. 116. Hæc noctu Noctumum obdormiviſſe ebrium. *Enn.* apud *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 4. Qua Galli ſurtim noctu ſumma arcis adorti Mœnia cuneubia. Ubi *Macrob.* Animadvertendum eſt, non ſolum quod *noctu concubia*, ſed quod etiam *quo noctu* dixerit: & hoc poſuit in annelium ſeptimo: in quorum tertio clarius idem dixit: Hac noctu ſilo pendebit Etruria tota. *Claud. Quadrigar. ibid.* Senatus de noctu convenire, noctu multa domum dimitti. *Macrob.* ipſe 10 *fin. cap. præced.* Ergo noctu futura, cum media eſſe cœperit, auſpicium Saturnalitium erit.

NOCTUA, æ, f. *ululæ*, γλαὺξ, avis carnivoræ genus, inde nomen habentis, quod noctu canit, & vigilet, ut eit *Varr. l.* 4. *de L. L. c.* 11. Differre ajunt a bubone, quod careat pennis in capite auriculas referentibus. V. *Bubo*. *Plin. l.* 10. *c.* 17. Noctuarum cootra aves ſolare dimicatio. Majore circumdatæ multitudine, refupinat pedibus rapugnant, collectaque in arctum, roſtro & unguibus totæ teguntur. *Id. ſub fin. l.* 18. Noctua in imbre garrula. *Id. l.* 10. *c.* 29. Noctuarum genus in Creta inſula non eſt. *Virg.* 1. *Georg.* v. 404. ſeros exercet noctua cantus. *Plaut. Men.* 4. t. 90. Egon' dedi? *Pe.* ai, tu, inquam. vin' efferri noctuam, quæ, tu, tu, uſque dicat tibi? nam nos jam defeſſi ſumus. ¶ *Noctuas Athenas mittere*, γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας, proverbium de iis, qui en quippiam afferunt, cujus ibi maxima eſt copia, *portas aquam ad mare*. Cum enim noctua ſacra ſit Palladi Athenarum præſidi ob vigilantiam in litterarum ſtudiis; noctuarum in ea urbe mira copia erat, tum vivarum, tum pictarum, fictarumque, & in nummis inſculptarum. Utitur eo Græce *Cic. l.* 6. *Fam. ep.* 3. & *lib.* 9. *ep.* 3. & *ſub fin. l.* 1. *ad Q. Fr.* atque poſtremo hoc loco Latine etiam legitur iu quibuſdam libris. V. *Ligamen*. ¶ Fabulem de Noctua habes in *Nyctimene*. ¶ Eſt cognomen Romanum, ut Q. Cædicius Noctua qui Conſul fuit cum M. Valerio Corvino A. U. C. CCCCLXIV. *Freinſhem. lib.* 11. *Liv. c.* 11. *Panvin. Cuſpinian. in Faſt. conſul. Glandorp.*

NOCTUABUNDUS, a, um, noctu vagans, vel iter faciens. *Cic. Attic. l.* 12. *epiſt.* 1. Cum complicarem hanc epiſtolam, noctuabundus ad me venit cum epiſtola tua tabellarius.

NOCTUINUS, a, um, ut Noctuini oculi, h. e. glauci, quales noctuæ ſunt. *Plaut. Curcul.* 1. 3. 35. Tun' etiam cum noctuinis oculis odium me vocas?

NOCTURNALIS, le, idem quod nocturnus. *Sidon. l.* 7. *ep.* 16. Per quos uocturnalem cucullum iranſmiſi. *Alcim. Avit. epiſt.* 33. Nocturnalis habitatio.

NOCTURNINUS. V. in voce ſequenti.

NOCTURNUS, a, um, *nocturno*, *νυκτινός*, *νυκτιφοίτης*, ad noctem pertinens. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 7. Decem horis noctumis ſex & quinquaginta millia paſſuum ciſiis pereolavit. *Id. de Senect. c.* 13. Labores diurnos nocturnoſque ſuſcipere. *Id. pro Mil. c.* 3. *ad fin.* Noctumum furem quoquo modo, diurnum, ſi ſe telo defenderit, impune interficere. *Id.* 1. *Catil. c.* 1. Noctumum præſidium Paletii. *Id.* 2. *de Legib. c.* 15. Noctuma ſacra. *Horat. l.* 4. *od.* 1. v. 37. Noctuma ſomnia. *Id. l.* 1. *ep.* 19. v. 11. non ceſſavere poetæ Nocturno certare mero, putere diurno. *Id. l.* 1. *ſat.* 5. v. 85. Nocturna veſtis. *Senec. in Hippol.* v. 420. Luna regens frena nocturna ætheris. ¶ *Nocturno ore* apud *Plaut. Pan.* 1. 2. 107. habem dicuntur feminæ deformes. ¶ *Nocturnus* dicitur, qui noctu quippiam facit. *Virg.* 3. *Georg.* v. 538. lupus gregibus nocturnus obambulat. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. v. 117. Et qui nocturnus ſacra divum legerit. & *lib.* 2. *ſat.* 6. v. 100. urbis eventes Mœnia nocturni ſubrepent. *Calpurn. Ecl.* 3. v. 73. Ut mala nocturni reſigavit brachia Mopſi Tityrus, & medio ſurem ſuſpendit ovili. *h. e.* noctu vagantis ſuraodi cauſa. *Petron. in Satyr. c.* 15. Advocati jam pæne nocturni, qui volebant pallium lucrifacere. Adde *Martial. l.* 10. *epigr.* 70. ¶ *Nocturnus*, i, deus noctis. *Plaut. Amph.* t. 2. 116. Credo ego, hac noctu Nocturnum obdormiviſſe ebrium. Eſt qui legit *Nocturnumnum*. Porro hic deus videtur eſſe Lucifer, qui veſperu oriens noctem fert (ſicut mane diem) unde *noctifer* dicitur a *Catull.* & *Calpurn.* Quo pertinet illud *Statii l.* 6. *Theb.* v. 138. Roſcida jam novies cælo dimiſerat aſtra Lucifer, & totidem Lunæ prævenerat ignes, Mutato nocturnus equo.

NOCTUVIGILUS. V. *Noctivigilus*.

NOCUUS, a, um, *nocivolus*, *nocivo*, *βλαπτικὸς*, nocens, noxius. *Ovid. in Halieut.* v. 118. Lubricus, & ſpina nocuus non gobius ulla. *Scribon. Larg. compoſ.* 114. A quibuſdem ignorantibus ejus uſus accuſatur, quaſi nocuus.

NODAMEN, inis, n. ligamen, nodus. *Paulin. Nol. in Not.* XI. *S. Fel. edit. Muratorii*, v. 593. proprii ciptus uodamine lori.

NODATIO, onis, f. *nodoſità*, nodorum in ligno frequentia, nodoſitas. *Vitruv. l.* 2. *c.* 9. *ante med.* Quæ pars eſt pmalma terræ, enodis efficitur: quæ vem eſt ſuperioe propter nodatinnis ducitiem dicitue eſſe fuſterna.

NODATUS, a, um, *annodatus*, nodo vinctus. *Ovid. de remed. amor.* v. 17. collum laqueo nodatus ab ertio. *Lactant. de epiſt. Dei*, c. 7. Solidementa corpoeis, quæ oſſa dicuntur, nodata & adjuncta inviicem uervis elligavit. ¶ Item nodos habens, nodoſus, *groppoſo*, *nodoſo*, *ἐξόζος*. *Plin. l.* 13. *c.* 11. Ferula geuiculatis nodata ſcapis. *Id. l.* 16. *c.* 38. *extr.* Cornus iucifuris nodata. ¶ Translate *Stat. l.* 9. *Theb.* v. 176. Surgentem dextra Chalerum, vulnuſque minantem Sorbebat rapidus nodato gurgite vortex. *h. e.* in morem undi contorti.

NODIA, æ, f. herba alin nomiue mularis, quæ nomsa curat, & efficaciſſima eſt adverſus ſuorpiones pota in vino, aut poſca. *Plin. l.* 24. *c.* ult.

NODO, as, n. t. *annodare*, *ligare*, *aggroppare*, *πλέκω*, nodos facio, ligo in nodos. *Cato R. R. c.* 31. Vites bene nodentur per omnes ramos. *Virg. l.* 4. *Æn.* v. 138. Crines nodantur in aurum. *Plin. l.* 37. *c.* 3. Ut eſtia accendis ſeris podium protegestie fuccinis nodarentue. *Claudian. l.* 1. *in Rufin.* v. 128. cæruleu veſtes cnuneuit engue, Nodevitque adamanes comis. *Stat.* 2. *Achill.* v. 440. Œbalios in nubila candem diſcos, Et liquidam nodam palen. *h. e.* luctando implicaes cruea & brachia. Al. leg. *undare*. Eadem lectionis variatea eſt in illo *epiſt. l.* 3. *fin.* v. 157. *ad Hercul.* Seu tibi dulce manu Libycas nodam palæſtras.

NODOSITAS, atis, f. *nodoſità*, nodorum multitudo, durities. Translate *Auguſtin. l.* 2. *Confeſſion. c. ult.* Quis exaperit iſtum toetuoſiſſimam & implicatiſſimam nodoſitatem?

NODOSUS, a, um, *nodoſa*, *groppoſa*, *noderoſa*, *nocchiuto*, *ἐζόζος*, multos habens nodos. *Ovid. Heroid ep.* 10. v. 101. Nodoſo ſtipite mactere aliquem. *Val. Flacc. l.* 8. v. 198. nodoſi roboris nueus. *Perſ. ſat.* 3. v. 11. uodoſa arundo. *Valer. Max. l.* 2. *c.* 7. u. 8. Nodoſi ictus. *h. e.* nodoſa virga, ſeu bacillo ioſticti. *Ovid.* 3. *Met.* v. 153. Nodoſa lina. *h. e.* retia. Sic *Paſſ.* 6. v. 110. nodoſas plagas tendere. *Lucan. l.* 8. v. 671. Nodoſa oſſa frangere. ¶ *Nodoſa* in plantis ſunt nimis dura, aſpera, inutilia fructui. *Senec. ep.* 18. Nodoſi & retoeridi remi. *Plin. l.* 17. *c.* 21. *ante med.* Fructus retoeridus & nodoſus. *Calum. l.* 4. *c.* 24. *ante med.* Nodoſam & ſcabram plagam (*in vite*) relinquem. ¶ *Nodoſa* dicitur podagra, quia uodos & erticalos infeſtat: & quia ipſi nodi tument & indurefcunt. *Horat. l.* 1. *ep.* 1. v. 31. & *Ovid. lib.* 1. *ex Pont. ep.* 3. v. 53. ¶ Translate eſt ſolutu difficilis, implicatus, *intricato*, *involuppato*, *difficile*. *Senec. in Oedip.* v. 101. Nodoſa fortis verba, & implexos dolos ſolvem. *Macrob. l.* 7. *Saturn. c.* 1. *a med.* Nec nodoſas & anxias, ſed utiles quidem, faciles tamen quæſtiones movere. *Auguſtin. l.* 4. *Confeſſion. ſub fin.* Nodoſiſſimi libri euodati. ¶ Translata ſunt & illa *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. v. 69. Scribe decem a Nerio: non eſt ſatis: adde Cicutæ Nodoſi tabulas centum, millé adde catenas: Effugiet tamen, &c. *tamiſſimo*. Dicitur *Cicuta* ſcribe callidiſſimus fuiſſe, qui juris formulas omnes, & quaſi nodos in tabulis adhibebat, quibus alligarentue debitores, ne quando poſſent acceptæ pecuniæ reddendæ obligationem effugere. *Val. Max. l.* 8. *c.* 9. *n.* 1. Nodoſam eſſolvite ſtipem. *h. e.* quam perſolvere multis obligationibus, & quaſi nodis tenemini. Supra dixerat: Parentes, vos alendo, nepotum nutriendorum debito alligaveruut.

NODOTUS, ti, m. a *nodus*. Hoc nomine deum agnoverunt, quem præficerent geniculis nodiſque culmorum in frumentis. *Auguſtin. l.* 4. *de Civ. Dei*, c. 8. V. *Nodutus*.

NODULUS, li, m. *puccol nodo*, *gruppetto*, parvus nodus. *Plin. l.* 21. *c.* 5. *de ferendis liliis*. Lilia ſuſpenduntue in fumo: dein nudantibus ſe nodulis, in faxa vini macerantur. *Apul. l.* 3. *Metam.* Per iſtum capilli tui nodulum, quo meum vinxiſti ſpiritum.

NODUS, di, m. *nodo*, *laccio*, *zoppia*, *groppo*, *ἅμαξα*, ligatura, nexus, vinculum, quod non facile diſſolvitur. *Cic. de Univ.* t. 4. *ad fin.* Omnia autem duo, ad cohærendum, tertium aliquid requirunt, & quaſi nodum vinculumque deſiderant. *Virg. Ecl.* 8. v. 77. Necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores. *Id.* 1. *Æn.* v. 300. crotum vinctus æneis ſoſt tergum nodis. *& lib.* 12. v. 775. tum croceam chla-

Digitized by Google

chlamydemque ſinuſque crepantes Carbaſeos fulvo in nodum collegeret auro. *& lib.* 12. *v.* 603. Et nodum informis leti trabe nectit ab alta. *Perron. in Satyr. c.* 94. Cervices nodo condere. *appiccarſi per la gola. Ovid. Met.* 2. *v.* 560. nodos manu diducere. *ſproppare. Virg. Æn.* 8. *v.* 260. Cæcum corripit in nodum complexus. *h. e.* brachiis circumdatis, veluti nodo conſtringens. ¶ *Nodus Herculeus* genus eſt vinculi arctiſſimi, & ſalutu difficillimi, quod inventum ferunt ab Hercule: ob id in religionе habitum, occultamque vim ad multa habere creditum. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 19. *ad fin.* docet, dracones, qui in caduceo Mercurii finguntur, media parte voluminis ſui invicem hoc Herculis nodo obligari. *Plin. l.* 28. *c.* 6. *circa med.* Vulnera nodo Herculis præligare, mirum quantam ocyus medicina eſt. Atque etiam quotidiani cinctus tali nodo, vim quandam habere utilem dicuntur: quippe cum Hercules eum prodiderit. *Feſtus in Cingule*; Cingulum Herculaneo nodo vinctum novæ nuptæ vir ſolvit omnis gratia, ut ſic ipſe ſetia ſit in ſuſcipiendis liberis, ut fuit Hercules, qui ſeptuaginta liberos reliquit. ¶ De nodo Gordii, quem Alexander cum alia retione non poſſet, enſe expedivit, V. *Curt. l.* 3. *c.* 1. ¶ In cælo *Nodus* eſt ſtella inter utrumque Piſcem, in ipſo Æquatore poſita, quaſi vinculum, quo caudis invicem colligantur. *Cic. in Arat. v.* 14. Atque horum e caudis duplices velut eſſe catenæ dicuntur, ſuo diverſæ per lumina ſerpunt, Atque una tandem in ſtella communiter hæreat, Quam veteres ſoliti cæleſtem dicere Nodum. *Cæſ. Germon. in Arat. v.* 243. Non illis liber curſus, ſed vincula caudæ Singula utrumque tenent, uno connexa nodo: Nodum ſtella premit. ¶ Per ſynecdochen *nodus* eſt cingulum, *vinc. Virg.* 1. *Æn. v.* 324. nodoque ſinus collecta fluentes. *Martial. l.* 6. *epigr.* 13. Ludit Acidalio, ſed non manus aſpera, nodo, Quem repuit collo, parve Cupido, tuo. *Lucret.* hac ratione *nodum* pro circulo Æquatoris poſuit *lib.* 5. *v.* 687. ¶ Synecdoche eſt & in illo *Martial. l.* 5. *epigr.* 38. Quæ crine vitiit Batici gregis vellus, Rhemique nodos. *h. e.* crines Germanorum in nodum collectos. *Tacit. de Germ. c.* 38. *& Suetan.* Inſigne gehtis obliquare crinem, nodoque ſubſtringere. Item io illo *Manil. l.* 5. *v.* 664. *de thynnis capiis*. Inctantur corpore nodis. *h. e.* retibus. ¶ Metaphorice eſt quodvis vinculum, & conjunctio, quo quippiam continetur. *Cic. in Orat. c.* 66. His igitur ſingulis verſibus queſi nodi apparent continuationis. *Id. de Amic. c.* 14. Amabiliſſimum nodum amicitiæ tollare. *Lucret. l.* 4. *v.* 7. Exſolvere animos nodis religionum. *Ovid. Heroid. ep.* 20. *v.* 39. Dii faciant, poſſim plures imponere nodus, Ut tua ſit nulla libere parte fides. ¶ Item ſæpe quæſtus res difficultatem habens, quæ removatur, & retiaet: & præſertim ænigma, obſcura quæſtio, interrogatio, cui difficile eſt ſatisfacere, & hujuſmodi, *difficultà, intoppo, queſtione difficile, imbroglio. Cic. Attic. l.* 5. *ep.* 21. Dum hic nodus expediatur, non putet Senatus, nos oportere decedere. *Gal. ad Cicer. Fam.* 8. *ep.* 11. Acriter nos tuæ ſupplicationes torſerunt. Iusideramus enim in difficilem nodum. *Cic. ad Brut. ep.* 18. *a med.* Maximus in republica nodus eſt, inopia rei pecuniariæ. *Juvenal. ſat.* 8. *v.* 50. Qui juris nodos, & legum ænigmata ſolvet. *Senec. ep.* 87. *ad fin.* Bonum animum habe: nous tibi nodus, ſed Herculaneus, reſtat. *h. e.* unum argumentum ſolvendum, ſed ceterorum difficillimum. *Gell. l.* 5. *c.* 9. Nodus linguæ. *impedimento di lingua. Flor. l.* 4. *c.* 9. Nondum ad pacis ſtabilitatem profecerat Cæſar, cum ſcopulus, & nodus, & mora publicæ ſecuritatis ſupereſſet Antonius. *Virg. Æn.* 10. *v.* 428. primus Abantem Oppoſitum interimit, pugnæ nodumque, & moramque. *Servius* hic aliam hujus vocis ſignificationem aperit. *Nodus*, inquit, proprie eſt deoſa peditum multitudo, ſicut *turma* equitum, ut lectum eſt in Diſciplina militari. Eadem habet *Iſid. l.* 9. *Orig. c.* 3. *ad fin.* additque, ita dici a difficultate, quia vix reſolvi, & fundi poteſt. ¶ Eſt etiam *nodus* in corpore animalis junctura & vinculum, quo artus, & oſſa inter ſe connectuntur, *nodi, giuncture, nocca. Plin. l.* 11. *c.* 37. *ſect.* 88. Nervi orſi a corde, nodos corporis, qui vocantur articuli, aliubi interventu, aliubi ambitu, aliubi tranſitu ligantes. *Cæſ. l.* 6. *B. Gall. c.* 26. Alces crura ſine nodis, *articuliſque* habeat. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *ſect.* 67. Cervix vertebratis orbiculatim oſſibus flexilis, articulorum nodis jungitur. *Manil. l.* 2. *v.* 333. *de ſerpente*. corpus Explicat, & nodos, ſinuataque terga per orbem. ¶ Ab eodem *Manil.* dicuntur *nodi* quatuor cæli partes, ſeu loca, quibus quatuor anni tempora incipiunt, nec deſinunt: quia ſunt quaſi juncturæ, & articuli, per quos una temperies anni deſinens cum alia incipiente jungitur: *l.* 3. *v.* 618. Quæ Tropica appellant, quod in illis quatuor anni Tempore vertuntur Signis, nodoſque reſolvunt. *Articoles* alibi vocat, ut *lib.* 2. *v.* 430. ¶ In arboribus ceteriſque plantis eſt eminens & durior ille callus, unde rami exeunt: quia junctaram in corpore imitatur, vel quia lignum eo loco in morem nodi contortum eſt, *nocchio, nodo*, ὄζος. *Colum. de arborib. c.* 3. Virgæ malleolaris imam partem ſusta nodum, ſic ne gemmam ladas, amputato. *Liv. l.* 1. *c.* 18. Baculum ſine nodo aduncum tenens. *Virg. Æn. v.* 507. Stipes gravidus nodis. *nocchierato, nocchiuto. & lib.* 11. *v.* 553. telum ſolidum nodis, & robore cocto. *Id. Ecl.* 5. *in fin.* Pedum formoſum paribus nodis. *Seneca l.* 7. *de benef. c.* 9. Lignum eo pretioſius, quo illud in plures nodos arboris infelicitas turſit. *Plin. l.* 16. *c.* 36. Gracilitas arundinis diſtincta nodis. *Id. l.* 13. *c.* 5. Cedrus remoſa, & nodis infeſta. ¶ Hinc per ſynecdochen *nodus* dicitur clava Herculis, quia tota nodoſa eſt. *Senec. in Herc. Oet. v.* 1661. Hic nodus, inquit, cuilla quem capiet manus, mecum per ignem ſagret. ¶ *Nodum in ſcirpo quærere*. V. *Scirpus*. ¶ In metallis nodus eſt materia durior. *Plin. l.* 34. *c.* 13. *ad fin.* Ipſum vero non percoqui, niſi translatum in alias fornaces, & eſſe nodum quendam materiæ. ¶ In gemmis quoque durior pars, & minus pellucida. *Id. l.* 37. *c.* 10. Baroptenus nigra, ſanguinis & albis nodis. *Eſt qui malit* notis. ¶ *Nodus arteriæ*, aut *nervi* eſt contractio, tumor, & durities en ictu aut alia cauſa, quo articulus moveri nequit, γάγγλιον. *Plin. l.* 24. *c.* 5. *a med.* Galbanum imponitur iſchiadicis, ſtrumis, articulorum nodis. *Id. l.* 30. *c.* 12. *a med.* Nervorum nodis capitis viperini cinis ex oleo cyprino.

NODUTERENSIS dea, quæ præerat frugibus terendis. *Arnob. l.* 4. *pag.* 131. ubi al. aliter leg.

NODŌTUS deus, qui ad nodos perducebat res fatas. *Arnob. l.* 4. *pag.* 131. In vulgatis apud *Arnob.* eſt *Nodutis*, quæ terminatio magis deæ convenit. Sed *Nodutus*, ſive *Nodotus* legendum eſt. *Auguſtin. l.* 4. *de Civ. Dei, c.* 8. Præfecerant Proſerpinam frumentis germinantibus, geniculiſ nodiſque culmorum deum Nodotum.

NŒGEUM, i, n. quidam dicunt amiculi genus prætextum purpura, quidam candidum, ac perlucidum: quaſi a nauco, quod putamen quorundam pomorum eſt tenuiſſimum, non ſine candore, ut *Livius* ait in *Odyſſe*: Simul us lacrymas de ore nœgeo deterſit. ideſt candido. Hæc *Feſtus. Decorius* monet, male *Feſtum* inteepretari *nugeo, id eſt candido*: dicendum fuiſſe *ideſt* amiculo. Verti nam a *Livio* illud *Homeri Odyſſ.* Θ. *v.* 88. Δάκρυ' ἐμορξάμενος παρειὰς ἀπὸ ῥῖγος ἐέργει: quod & *Scaliger* vidirat.

NOĒMA, tis, n. νόημα, figura eſt ſententiarum, cum quibuſdam prolatis, aliud quidpiam intelligi volumus. Eam deſcribit *Quintil. l.* 8. *c.* 5. Græcis tamen litteris ſcribit νόημα, non Latinis.

NOLA, æ, f. *Quintil. l.* 9. *c.* 3. In triclinio choa, in cubiculo nola. Eſt autem vox nove conficta ad ænigma conficiendum, quod expedivit adhuc usmo. V. *Choa*. A receatioribus adhibetur ad ſignificandum tiatinnabulum, vulgo *Campana*, quod hæc primum uſurpata fuerit Nola a S. Paulino Epiſcopo. Eſt autem Nola urbs Campaniæ, Romanorum colonia, a Chalcidenſibus condita. *Plin. l.* 3. *c.* 5. *Sil. l.* 12. *v.* 161. Hinc ad Chalcidicam transfer citus agmine Nolam. Campo Nola ſedet crebris circumdata in orbem Turribus, &c. *Vellej. l.* 1. *c.* 7. a Tuſcis una cum Capua conditam fuiſſe tradit. ¶ De *nola* tintinnabulo *Avien.* (qui *Paulini Nolani* fere æqualis fuit) *ſub.* 7. Hunc (*cavum*) dominus, ne quem probitas ſimulata lateret, Jufferat in rabido gutture ferre nolam. Al. rectius leg. *notam*.

NOLANUS, a, um, ad Nolam urbem pertinens. *Sil. l.* 12. *v.* 293. Nolana mœnia. *Liv. l.* 23. *c.* 14. Nolanus ager. *& lib.* 24. *c.* 13. Nolana plebs. ¶ *Nolani, orum*, Nolæ cives. *Liv. l.* 8. *c.* 25. *& 26. &c.* ¶ Primam male corripit *Prudent. periſteph.* 4. *de S. Hippol. v.* 208. Campanus Capuæ, jamque Nolanus adeſt.

NOLENSIS, ſe, Nolanus. Eſt *Auguſtinus l.* 2. *de civ. Dei, c.* 20. Paulinus noſter, Nolenſis Epiſcopus.

NOLENTER. V. *Nocenter*.

NOLENTIA, æ, f. noluntas. *Tertull. l.* 1. *adverſ. Marcion. c.* 25. *ad fin.* Indignatio, bilis, nolentia, offenſa.

NOLO, non vis, non vult, &c. nolui, nolle, anom. *non volere, ἀβούλω, ἀ βέλομαι, ἀ θέλω*, non volo: a *non*, & *volo*, eo ratione, qua ex *ne*, & *quidquam* factum eſt *nequam*, ut *Varr. ſub fin. l.* 9. *de L. L.* docet. Non omnes tamen verbi *volo* perſonæ ſic componuntur, quia *non vis, non vult, non vultis* divitia adhuc uſurpantur. Obſoletam eſt enim illud *Lucilii* apud *Diomed. l.* 1. *pag.* 381. *Puteſch.* Vultis, empta eſt: noltis, non empta eſt. *Cic. in Orat. c.* 45. Libenter etiam copulando verba jungebant, ut ſodes, pro, ſi audes; ſis, pro, ſi vis; nolle, pro non velle. *Nep. in Thraſyb. c. ult.* Ex iſtis nolo amplius, quam centum jugere. *Terent. Heaut.* 4. 3. 23. Nolo mentiam. *Id. Eun.* 5. 2. 67. Nolo, me in via cum hac veſte videat. *Id. Hec.* 5. 1. 32. Nolo, falſa fama eſſe guotum ſuſpectum tuum. *Plaut. Sticb.* 1. 2. 85. Nam quo dediſti nuptum, abire nolumus. *Terent. Eun.* 4. 7. 43. Novi ingenium mulierum: nolunt, ubi velis: ubi nolis, cupiunt ultro. *Cæſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 18. Pluribus præſentibus eas res jactari, nolebat. *Horat. l. c. ſat.* 6. *v.* 72. Noluit in Flavi ludum me mittere. *Plaut. Epid.* 4. 2. 25. Ubi voles pater eſſe, ibi eſto: ubi noles, ne fueris. *Lex* XII. *Tab.* apud *Gell. l.* 20. *c.* 1. Si nolet, arceram no ſteroito. *Cic. in Bruto, c.* 33. Noli putare, quemquam uberiorem ad dicendum fuiſſe. *Lucil.* apud *Non. c.* 10. *n.* 6. *& Horat. de or. Poet. v.* 417. Nolito, tibi me male dicere poſſe, putare. *Petron. in Satyr.* 1. 88. *in fin.* Nolito mirari, ſi, &c. *Cic. pro Flacc. c. ult.* Nolite, judices, existimare, eos, qui, &c. *Id. Agror.* 2. *cap.* 6. *in fin. & Sifin.* apud *Non. c.* 7. *v.* 106. Nolitote dubitare. *Plaut. Amph.* 2. 2. 74. Certa res eſt hanc objurgare, quæ me nolueriſt falutare. *Terent. Eun.* 2. 2. 42. Numquidnam hic, quod nolis, vides? *obe to ſpiaccio. Nep. in Epamin. c.* 4. Quod delatum accipere noluiſſem. *Liv. l.* 2. *c.* 45. Miles nolle inultos hoſtes, nolle ſuccenſum, non petribus, non conſulibus. ¶ *Nollem factum*, cum diſplicet quippiam factum eſſe. *Terent. Phorm.* 5. 3. 13. *Cbie.* Jam illi datum eſt argentum? *Dem.* curavi illico. *Chre.* nollem datum. *Id. Adelph.* 2. 1. 11. Nollem factum. *Cic.* 1. *Offic. cap.* 11. Carthaginem, & Numantiam funditus fuſtulerunt. nollem Corinthum: ſed credo aliquid ſecutos, &c. *Plaut. Amph.* 3. *n.* 8. Adjuret inſuper, nolle eſſe dicta, quæ in me inſontem protulit. ¶ *Quod nolim* interforitur, ut *quod abominor*, ad omen avertendum. *Cic. Attic. l.* 7. *ep.* 18. Videbis, ſi erit, quod nolim, arceſſendus, ne, &c. *Ovid. Heroid. ep.* 20. *v.* 100. Cum ſua, quod nolim, numina læſa videt. ¶ *Nolle alicui*, non favere, averſari. *Cic. Fam. l. & ep.* 1. *a med.* Cui qui nolunt, iidem tibi, quod eum ornaſti, non ſunt amici. ¶ *Non nolle*, non recuſare, non invitum eſſe. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 28. Cum invitatus eſſet, ut eum, ſi vellet, audiret; cumque ſe non nolle diviſſet, &c. *Id. pro Sull. c.* 26. Quos ego nominarem: neque ipſi nolunt: ſed, &c. ¶ Non negat in illo *Varron.* apud *Non. c.* 12.

n. 54. Quod a rege munera nocum noluerit nemo accipere. ¶ Participp. *nolens*, *entis*, invitus. *Flor. l.* 2. *c.* 6. Aquilæ prodire nolentes. *Senec. in Phœniſſ. v.* 90. Qui cogit mori nolentem, in æquo eſt, quique properantem impedit. *Lucan. l.* 1. *v.* 174. quamvis nolente Senatu, Traximus imperium. *& lib.* 2. *v.* 175. ſurſan nolentibus umbris. *Martial. l.* 8. *epigr.* 30. nolenti rapere aliquid. *Senec. in Thyeſt. v.* 420. Moveo nolentem gradum.

NOLUNTAS, atis, ſ. *il non volere*. *Enn.* apud *Calpurn. Piſon.* Vim tua voluntas facit imperioſa, vetando, Quem conſul meruit, cum res bene geſta, triumphum. *Paul. Merula*, qui hæc affert, & *Calpurnii* librum ſe vidiſſe teſtatur, addit, reperiri aliquoties in Gloſſariis Gallorum, & uſurpari etiam ab *Auguſtino l.* 14. *de Civ. Dei, c.* 6. ſed ibi in apt. lib. *voluntor* legitur. Suſpectus præterea eſt Eruditis *Ennii* verſus, ut *Voſſio de vitiis ſerm. l.* 3. *c.* 19. & liber *Calpurnii* adhuc MS. in biblioth. latet.

NOMADES, dum, m. *Νομάδες*, populi Africæ, iidem Græce, qui Latinis *Numidæ*, o in u mutato, qui ſtabiles ſedes non habuere: a *νέμω*, paſco, quia ſæpe loca alia, atque alia petentes permutant pabulum, quod Græce *νομὴ*. *Salluſt. in Jug. c.* 21. & *Plin. l.* 5. *c.* 3. *Feſtus* ſic ſcripſit, Numidas dicimus, quos' Graeci *Nomades*, ſive quod id genus hominum pecoribus negotiatur, ſive quod habit, ut pecora, aluntur. *Virg. Æn.* 4. *v.* 320. Libycæ gentes, Nomadumque tyranni. ¶ Nomades etiam dicti ſunt pop. *in* Scythia Europæ, qui nunc Tartari, quorum cita omnis in paſcendis gregibus habebatur. *Plin. l.* 4. *c.* 12. ¶ In ſingulari *Silvæ l.* 5. *v.* 194. Erumpunt multuſque Maces, Garamaſqua, Nomaſqua.

NOMÆ, arum, ſ. *ulcere corroſive*, *νομαὶ*, ulcera ſerpentia, & carnem depaſcentia: a *νέμω*, paſco. *Plin. l.* an. *c.* 9. *cerea med.* Compeſcen mala corporis, quæ ſerpunt: nomas cocuet. *Id. l.* 26. *c.* 8. *anter med.* Folia contra ulcerum nomas, cum melle. *& ibid. cerea med.* Ad nomas uris folium cum melle eſſue. *& cap.* 14. Cohibere nomas. *Id. l.* 24. *c.* 19. *cerea med.* curare. *Id. l.* 23. *c.* 4. repurgare. *Id. l.* 31. *c.* 13. ſanare. *Id. l.* 24. *c.* 16. ſiſtere. ¶ In ſingul. num. eſt *nome*, *es*, *νομὴ*. *Plin. l.* 31. *c.* 8. *extr.* Dyſentericis utilis eſt, etiam ſi nome inteſtina corripit.

NOMAS, ſdis, m. & ſ. *Νομὰς*, Numida. V. *Nomades*. *Nomas verſuta* apud *Propert. l.* 4. *el.* 7. *v.* 45. eſt ſaga ex Numidia. ¶ Item Numidia. *Martial. l.* 8. *epigr.* 55. marmore picta Nomas. *& lib.* 9. *epigr.* 77. De marmore omni, quod Caryſtos invenit, quod Phrygia Syenas, Afra quod Nomas mittit.

NOME. V. *Nomæ*.

NOMEN, inis, n. *nomen*, ὄνομα, vocabulum, quo ſingulæ res appellantur, & noſcuntur: a *νόστος*, *novi*, ut *Feſt.* docet. Sicut enim a *movere*, *movi* eſt *movimen* inuſit. unde *momen* per ſyncopen, ita a *noſco*, *novi* eſt *novimen*, & per ſyncop. *nomen*. *Cic. l.* 1. *de Invent. c.* 24. Nomen eſt, quod unicuique perſonæ datur, quo ſuo quæque proprio & certo vocabulo appellatur. *Id.* 3. *de Fin. c.* 1. Imponere nova novis rebus nomina. *Id.* 3. *Tuſcul. c.* 5. Qui hæc rebus nomina poſtruot. (Adde *Virg.* 7. *Æn. v.* 63.) *Liv. l.* 1. *c.* 3. *Virg.* 1. *Æn. v.* 252. & *Quintil. l.* 2. *c.* 1. Nomen alicui dare. *Plaut. Stich.* 1. 2. 20. indere. *Ovid.* 5. *Met. v.* 525. & *lib.* 9. *v.* 357. addere. *Gell. l.* 3. *c.* 16. facere alicui. *b. c.* imponere. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 56. Appellare aliquem nomine. *per nomen*. Sic *Colum. l.* 12. *c.* 1. 2 *med.* Mancipia vincta per nomina quotidie citato debebit. *& Virg.* 11. *Æn. v.* 731. nomina quemque vocans. *& lib.* 4. *v.* 674. morientem nomine clamat. *&* 4. *Georg. v.* 355. Stat lacrymans, & te crudelem nomine dicit. *Tacit.* 1. *Ann. c.* 21. Ciere nomina ſingulorum. *Cic.* in *Orat. c.* 19. Theophraſtus diceinitate loquendi nomen invenit. *Id.* 1. *de Divin. c.* 17. Lituus ab ejus litui, qui canitur, ſimilitudina nomen invenit. *& cap.* 32. *l.* 2. Ajus ille Loquens ajebat, & loquebatur, & ex eo nomen invenit. *& lib.* 1. *c.* 10. Ariſtolochia nomen ea inventore repetit. *Id. Phil.* 4. *c.* 2. Legio Martia ab eo deo nomen traxit. *Cæſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 13. Ut in locus ex calamitate populi R. nomen caperet. *Cic. in Bruto*, *c.* 61. Cui ſaltationi Titius nomen eſt. *Id.* 4. *Tuſcul. c.* 21. Eique morbo nomen eſt avaritia. *Id.* 2. *de Leg. c.* 24. *extr.* Canus, cui nomen nemæ. *Ovid. 6. Faſt. v.* 230. Eſt illis Stygibus nomen. *Liv. l.* 1. *c.* 34. Puero ab inopia Egerio inditum nomen. *Id. l.* 1. *c.* 1. *in fin.* Cui parentes Aſcanium dixere nomen. *Plaut. Men.* 1. 2. 1. Juventus nomen fecit Penſculo mihi. *Id. Caſ.* 1. 3. 6. Nam mihi eſt Anſilio nomen. *Id. Rud. prol. v.* 5. Nomen Arcturo eſt mihi. (*Gell. l.* 15. *c.* 19. duos eſſe ait loquendi modos ſatis uſitatos, *mihi nomen eſt Julio* (al. *Julius*) *& mihi nomen eſt Julii*. Tertium addit ineuſitatiorem ex *Piſone*; L. Tarquinium collegam ſuum, quia Tarquiarum nomen eſſet, metuere. Hoc, inquit *Gell.* proinde eſt, ac ſi dicas, *mihi nomen eſt Julianus*. Sed *Julium*, & *Tarquinium* adjectiva fuet: & præterea apud *Gell.* in quibuſdam MSS. habetur *Tarquinio*.) *Ovid. 1. Met. v.* 168. Eſt via ſublimis, &c. Lactea nomen habet. *Horat. l.* 2. *ſat.* 9. *v.* 3. quidam notus mihi nomine tantum. *ſolo di nomine*. *& lib.* 1. *ep.* 7. *v.* 55. Vultejum nomina Menam. *per nomen*. *& Virg. Æn. l.* 3. *v.* 166. minores Italiam diuiſſe, ducis de nomina, gentem. *& verſ.* 210. Strophades Graio ſtant nomine dictæ. *Id. l.* 15. *Met. v.* 96. At vetus illa ætas, cui ſecimus aurea nomen. *Liv. l.* 1. *c.* 34. *c med.* Urbem ingreſſi ſunt, domicilioque ibi comparato, L. Tarquinium edidere nomen. *Auſon. Edyll.* 2. *v.* 1. Nomen ego Auſonius, non ultimus arte medendi. *Eſt qui leg.* nomine. *Quintil. in proœm. l.* 1. *ante med.* Duo jam ſub nomine meo libri ferebantur artis rhetoricæ. ¶ Aliquando refertur ad familiam, quia in ea nomen commune eſt multis. *Suet. in Cæſ. c.* 83. C. Octavium in familiam nomenque adoptavit. *Plin. l.* 8. *ep.* 18. Domitius Afer, qui illos in nomen aſſumpſit, *adorò*. *& Tacit. Ann.* 3. *c.* 30. Creſpum C. Salluſtius in nomen adſcivit. ¶ Aliquando ad militiam. nam *dare*, *edere*, *profiteri nomen* eſt militiæ onus ſubire, cum magiſtratur delectum habenti nomen ſuum edit citata juventus, *arrolari*. *Liv. l.* 1. *c.* 24. Alius alium confirmare, ne nomina darent: patres militarent, patres arma caperent. *& infra*. Ne quis civem R. vinctum teneret, quo minus el nomimio ædendi apud Conſules poteſtas fieret. *& mox*. Et qui aderant ucai, profiteri extemplo nomina. *Id. l.* 7. *c.* 4. Virgis cæſi, qui ad nomina non reſpondiſſent. *b. c.* qui citati nomine, ut militiam capeſſerent, non apparuiſſent. *Quintil. declam.* 3. *c.* 5. Feſtinarunt parentes ad nomen liberos mittere. *b. c.* ad militiam. *Tacit. l.* 15. *Ann. c.* 48. Dare nomen in conjectationem. ¶ Translate *Terent. inutio prol. Eun.* Si quiſquam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis, in his Poeta nomen profiteur ſuum. *Cic. pro Dom. c.* 44. *extr.* Quem ie numerum ex multis Clodiis nemo nomen dedit, miſi aut egeſtate, aut ſcelere perditus. *Liv. l.* 1. *c.* 11. Plures inventi, qui propter ubertatem terræ, in Cruſtuminum nomina darent. *b. c.* colonos Cruſtuminî ſe fieri velleat. ¶ Pertinet etiam ad forum, & accuſationes. Nam *deferre nomen alicujus* dicitur, qui ad magiſtratum accedit, & ei cujuſpiam nomen accuſandi geatia defert, *querelam*: ipſe vero magiſtratus *recipere*, cum accuſationem admittit, *reverſa querela*. *Cic. Verr.* 4. *c.* 38. Pacilius quidam accedit: ait, ſi liceret, nomen abſentis deferre ſe velle. Ille caro, & licres, & fieri ſolere, & te recepturum: itaque defertur. *Id. pro Roſc. Amer. c.* 10. Nomen alicujus de patricidio deferre: ad eam rem aliquem accuſatorem veterem comparare. ¶ Sæpe dicitur de capite cationum, ſive debita, pecunia ſit, ſive credita, *portio*, *debita*, e *credite*. quia in tabulis rationum perſcribitur nomen ejus, qui pecuniam accepit. Ita nomen dicitur etiam ipſa pecunia credita. *Aſcon. in Verr.* 3. *c.* 10. Tituli debitorum nomina dicuntur, præſertim ea ris debitis, in quibus nominum nomina ſcripta ſunt, quibus pecuniæ commodatæ ſunt. *Cic. pro Roſc. Com. c.* 1. *a med.* Non conficit tabulas nec nomina exigendo. Non refert parva nomina in codicem, ſine nomen ſummas. Leve & tenue hoc nomen? H-S CCCIↃↃↃ ſunt. *Id. pro Quinct. c.* 11. Qui tibi, ut ego, certis nominibus grandem pecuniam debuit. *portio*, *e debita liquida*. *& Verr.* 3. *c.* 39. Hinc illæ extraordinariæ pecuniæ redundarunt: hinc ratio cum Poſtumis, multis nominibus: quorum in tabulis jus habet nullum. *& in fin. cap.* Si neque ea tuas tabulas ullum nomen refrures, cum tot ibi nominibus acceptum Curtii referrent. *Id. lib.* 6. *ad Attic. ep.* 2. *a med.* Nomen ſolvere. *pagare il debito*. *& lib.* 16. *ep.* 6. *ad fin.* expedire, exſolvere. *Id. pro Planc. c.* 18. Hoc nomen, quod urget, nunc, cum petitur, diſſolvere. *Id.* 3. *Verr. c.* 10. Nomina ſua exigere. *riſcuotor i ſuoi crediti*. *Liv. l.* 35. *c.* 7. Nomen tenaſcribere in alium. *trasportare*, *e addoſſare altrui lo portio di debito*. *Plaut. Ciſtell.* 1. 3. 40. Valè perſolvere, ut expungatur nomen, ne quid debeam. *Cic.* 7. *Verr. c.* 7. *ſub fin.* Pecuniam ſibi eſſe in nominibus: numeratam in præſentia non habere. *in crediti*. *Petron. in Satyr. c.* 117. Habere in Africa trecenties ſeſtertium, ſundis, nominibuſque depoſitum. *porre in fondi*, *porto in crediti*. ¶ *Nomina facere* eſt creditoris, qui pecuniam aut mercem alteri dat in diem ſoluturo, & debiturem ſibi facit, *far credito*. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 23. Accepi Aciauii litteras, in quibus hoc inerat libenſiſſimum, nomina ſe facturum, qua ego velim die. *Senec. l.* 1. *de benef. c.* 1. Nomina factuci diligenter in patrimonium & vaſa debitoris inquiſimus. *Id. de vita beata*, *c.* 24. Nunquam magis nomina facin, quam cum dono. ¶ Aliquando eſt debitoris, *far debiti*. *Cic.* 3. *Offic. c.* 14. Emit homo cupidus tanti, quanti Pythias voluit, & unit inſtructus: nomina facit, negotium conficit. Suot qui putant vocem *Pythias* excidiſſe, legendumque *Pythias nomina fecit*: qua ratione ad creditorem pertineret. ¶ Ceterum *nomina facere* per ſe ſignificat nomina in codice perſcribere, *pianter una portio*, ſive debiti ſint, ſive crediti. *Pompon. Dig. lib.* 15. *tit.* 1. *leg.* 4. Ut attam ſi nuda voluntate remiſerit dominus, quod debuit, deſinat ſervus debitor eſſe: ſi vero nomina ita fecerit dominus, ut quaſi debitorem ſe ſervo faceret, cum debitor non eſſet, contra puto. ¶ *Nomen locare* eſt pecuniam accipientis, & ad ſolvendum ſe obligantis. *Phædr. l.* 1. *fab.* 16. Fraudatot nomen cum locat ſponſu improbo, Nno rem expedire, ſed mala videre capotit. Sed hic locus ab interpretib. mire vexatur. ¶ *Nomen* interdum ipſum debitorem ſignificat. *Cic. Fam.* 5. *ep.* 6. *ſub fin.* Meis rebus geſtis hoc ſunt affecutus, ut bonum nomen exiſtimer. *b. c.* debitos fidelis, *buono pagatore*. *& Senec. l.* 5. *de benef. c.* 21. Lenta nomina, non mala. *b. c.* qui tarde ſolvunt, ſolvunt tamen. *Colum. l.* 1. *c.* 7. Optima nomina non appellando firei mala, fœneratoe Alphius dixiſſe veriſſime fertur. *b. c.* etiam ſi optimi ſint debitores, ii tamen diutius debitum exigere diſtulera, negligentia peſſimos fieri. *Senec. l.* 7. *de benef. c.* 29. Quædam nomina boos lentus ac ſapieos creditur ſecit, qui ſuſtinuit ac mote ſavit. ¶ *Tria nomina habere* proprium eſt Rumani hominis ingenui, & liberi: ut M. Terentius Verro, P. Claudius Pulcher, L. Napidius L. L. Philumenus, &c. nam ſirei unum tantum habebant, ut Tiro, Sofia, Stichus. *Juvenal. ſat.* 5. *v.* 126. ſi quid tentaveris unquam Hiſcere, tamquam (al. *quamquam*) habeas tria nomina. Horum primum *prænomen*, alterum *nomen*, tertium *cognomen* dicebatur. Sed *nomen* cum dicimus, cognomen quoque intelligatur, oportet, inquit *Cic.* 1. *de Invent. c.* 9. Prænomine diſtinguebar unum ab altero in eadem familia, ut *M. Tullius Cicero*, *Q. Tullius Cicero* fratres: nomen diſcereobat gentem a gente: cognomen familiam a familia. Nam *Tr. Claudius Nero* cum dicitur, ſignificatur Tiberium hunc fuiſſe e gente Claudia, & e familia Nreonum. V. ſingula ſuis locis. Si qui conveniant in iiſdem nominibus, adhibentur ante cognomen ad diſcernen, prænomen patris, & ſi opus eſſet etiam avi, & proavi, ut *C. Julius C. F. Cæſar*. *L. Munatius L. F.*, *L. N.*, *L. Pron. Plan-*

Digitized by Google

NOTA, æ, ſ. *ſigno*, *contraſſigno*, *bullo*, *martbio*, *marco*, *ſegnale*, *χαρακτὴρ*, *σύμβολον*, *σημεῖον*, *ſirma*, ſignum, quod elicut rei apponitur, vel per ſe ineſt, dignoſcendi cauſa, inſigne, veſtigium, indicium. Eſt a *noſco*, quod in ſupinie compoſitorum *agnitum*, & *cognitum* pænultimam corripit, quamvis in *ignotum* producat. *Liv. l.* 37. *c.* 31. *ſub fin.* Inde in altum lingua mille paſſuum excurrens, medium ferme ſinure velut nota diſtinguit. *Cic.* 2. *de Orat. cap.* 41. Si aurum cui, quod eſſet multiforiore deſoſſum; commonſtrare vellem, ſatis eſſe deberet, ſi ſigna & notas oſtenderem locoram. *Horat. l.* 1. *od.* 13. *v.* 11. ſive puer furens Impreſſit memorem dente labris notam. *Id. l.* 1. *epiſt.* 1. *v.* 235. trectata nutare labemque remittunt Atramenta. *Colum. l.* 7. *c.* 9. *ad fin.* Pice liquida notam porcis impone. *Virg. Æn.* 5. *v.* 87. *de unque*. Cæruleæ cui terga notæ, maculoſus & auro Squamam incendebat fulgor. *Cic. Fam.* 13. *epiſt.* 6. Reliquis epiſtolis tantum faciam, ut notam apponam eam, quæ mihi tecum convenit. *Liv. l.* 34. *c.* 61. Inſtruit etiam ſecretis notis, per quas haud dubie agnoſcerent, ſua mandata eſſe. *Suetan. in Ner. c.* 25. Poſuit ſtatuas ſuas citharœdico habitu: qua nota etiam nummum percuſſit. *con la quel impromo bastè anca une moneta. Quintil. l.* 1. *cap.* 4. (*al.* 5.) Nota aſpirationis. *& cap. ult.* a *med.* Nec moduletur, aut muſicis notis cantica excipiat. *Plerique al. leg.* reodis expediat. *Senec. in Troadib. v.* 1112. Signa clari corporis, Et ora, & illas nobiles patris notas Confudit imam pondus ad terram dotum. *Innocentes e famigliuuze*. ¶ Sæpe dicitur de ſignis, quibus formantur litteræ, *caractere*. *Cic.* 1. *Tuſcul. c.* 25. Qui primus ſonos vocis, qui infiniti videbantur, paucis litterarum notis terminavit. *Id.* 2. *de Divin. c.* 41. Sortes in robore inſculptæ priſcarum litterarum notia. ¶ Et Poetice per ſynecdochen de ſcripto, epiſtola. *Horat. l.* 4. *od.* 8. *v.* 23. inciſa notis marmora publicis. *Ovid. Heroid. ep.* 4. *o.* 6. Inſpicit acceptas hoſtis ab hoſte notas. *lectera. & epiſt.* 20. *v.* 209. Poſtmodo neſcio qua vnolſſe volubile malum, Verba ferens doctis inſidinſa notis. ¶ Item de notibus, *cenni. Ovid.* 3. *de ar. am. v.* 514. Innuet: acceptas tu quoque redde notas. *Id. Metam.* 12. *v.* 565. ſtantemque in puppe recurva Concuſſaque manu dantem ſibi ſigne manitum Prima videt, redditque notas. ¶ Item de ſignis, quibus utuntur, qui ſcribendi compendia celeritatis cauſa ſectantur, *brevigrafura*, *tiſre*: unde *notarii* dicti. Ea ſunt triplicis generis. Vel enim littera una integram vocem ſignificat, ut D. *digeſſe*, T. *Titius*, F. C. *faciendum curavit*: vel una littere pro alia ponitur ut *d* pro *a*: vel ſignum eſt conficitum ad litteram & vocem ſignificandam, ut ff pro *Digeſtis*. *Suetan. in Cæſ. c.* 56. Exſtant epiſtolæ ad familiares domeſticis de rebus t in quibus ſiqua occultius perferenda eſſent, per notas ſcripſit, id eſt lre ſtructo litterarum ordine, ut nullum verbum effici poſſet: quæ ſi quis inveſtigare, & perſequi vellet, quartam elementorum litteram, id eſt d pro a, & perinde reliquas commutet. (*per notas* dixit *Cic. Græco* ἀπὸ *σκοπου*, *lib.* 23. *ad Attic. ep.* 32. Sed & *vi per notas* uſurpavit *lib.* 2. *de Divin. c.* 21.) *Id. in Aug. c.* 88. Quoties per notas ſcribit, b pro a, c pro b, ac deinceps eadem ratione ſequentes litteras ponit: pra z autem duplex n *a*. *Id. in Tito, c.* 3. Notis excipera velociſſime ſolitus, cum amanuenſibus ſuis per ludum certans. *Manil. l.* 4. *v.* 197. Hic & ſcriptor erit velox, cui littera verbum eſt, Quique notis linguam ſuperet, curſimque loquentis Excipiat longas nova per compendia voces. *Prudent. Peristeph.* 22. *de S. Caſſiano*, *v.* 53. Verba notis brevibus comprendera cuncta peritus. Raptireque punctis dicta præpetibus ſequi. V. *Notarius*, & *Gell. l.* 17. *c.* 9. & *Iſid. l.* 2. *Orig. c.* 24. Exſtat ſignarure hujuſmodi conflictarum prælongæ ſeries apud *Grater.* in calce Inſcriptionum, *torrenio* te. 4. ¶ Huc pertinet illud *Cic. pro Mur. cap.* 21. *extr. de JCtor.* Itaque irati, quod ſunt veriti, ne, diarum ratione pervulgata & cognita, ſine ſua opera lege poſſet agi, notas quaſdam compoſuerunt, ut omnibus in rebus ipſi interciſſent. *b. a.* certa ſigna conficta ad libitum ad ſignificandas litteras & voces, quæ ſigna n ſolis JCtis, non a populo intelligerentur. Poſſunt etiam intelligi litteræ inverſo ordine poſitæ, quibus uſi *Cæſar*, & *Auguſtus*, & ideo *per notas* ſcribere dicti ſunt, ut paulo ante ea *Suetan.* diximus. Aliud eſt tamen per notas, aliud per litteras ſcribere: quia notæ non ſunt litteræ, nec ſcripture. *Paul. Dig. lib.* 37. *tit.* 1. *leg.* 6. *extr.* Notis ſcriptæ tabulæ non continentur edicto, quia, notas litteras non eſſe, Pedius ſcripſit. *Ulpian. lib.* 50. *tit.* 13. *leg.* 1. *circa med.* Ceterarum artium opificibus ſive artificibus, quæ ſunt extre litteras, vel notas poſitæ. *Paul. lib.* 29. *tit.* 1. *leg.* 40. L. Titius miles notario teſtamentum ſcribeadum notis dictavit, & antequam litteris perſcriberetur vita defunctus eſt. Reſpondi, militibus, quo modo volunt, & quo modo poſſunt, teſtamentum facere conceſſum eſſe. Adde *Senec. ep.* 90. *circa med.* & V. *Notarius*. Cum dixit *Cic.* 2. *de Divin. cap.* 21. Quam ſcita per notas nos certiores facie Jupiter! *per notas* intelleait per ſigna cælo miſſa, ut per fulmina, quæ quiddam ſignificareat, ac portenderent. ¶ Sunt etiam *notæ* ligna, quæ appingebantur libris, dum in laxando probaretur quid, aut improbaretur: qua de re aliquid dictum eſt in *Cera*: eratque hoc præcipue Grammaticorum munus. *Cic. in Piſon. c.* 30. Quoniam te non Ariſtarchum, ſed Philarire Grammeticum habemus, qui non notam apponas ad malum verſum, ſed poetam armis perſequare, &c. *Senec. ep.* 6. Mittara ipſos tibi libros, & ut multum operæ impendas, dure paſſire profutura ſectatis, imponam notas, ut ad ea ipſa protinus, quæ probo & rairor, accedas. *Iſidor.* viginti ſes preter notarum figuras, *lib.* 1. *Orig. c.* 20. quas ſententiarum notas appellat, quæ apponerentur ad dereonſtrandum unamquamque verbi ſenteatiaramque, ac verſuum rationem. In his ſuot virgulæ, obeli, aſteriſci, &c. ſua quodque vi, ac ſignificatione præditum: de quorum ætate, & auctoritate alii viderint. V. *Fabric. in Biblioth. Lat. l.* 2. *c.* 9. *ſect.* 8. ¶ Neque ſolum ſigna, ſed quæ ſcribuntur in Auctorem aliquem, aut confirmandi, aut reprobandi, aut illuſtrandi cauſa, *nota* dici poſſunt, *annotazioni*, *note*. *Impp. Theodoſ. & Valent. lib.* 1. *Cod. Theodoſ. tit.* 4. *leg.* 1. Notas etiam Pauli, atque Ulpiani in Papinitani corpus factas, ſicut dudum ſtatutum eſt, præcipimus infirmari. *Pompon. Dig. lib.* 49. *tit.* 17. *leg.* 20. Ex nota Marcelli cnoſcat, nec patribus aliquid ex cſitrenſibus bonis filiorum deberi. ¶ Item de ſignis, quæ iraponebantur cadis & amphoris, ad ſignificandum vini tempus, & præſtantiam. *Horat. l.* 1. *od.* 3. *o.* 6. Seu te in remoto gramine per dies Feſtos reclinatum beatis Interiore nota Falerni. *& lib. t. ſat.* 10. *v.* 24. ut Chio nota ſi commiata Fſalerni eſt. ¶ Item de ſtigmatibus, quæ inurebantur fronti, aut humero improborara ſervorum, & fugacium. *Suetan. in Calig. c.* 27. Multos honeſti ordinis, deformatos prius ſtigmatum notis, ad metalla condemnavit. *Cic.* Thracum morem fuiſſe indicat, ut ſe notis compungerent, 2. *Offic. c.* 7. Barbarum compunctum notis Threiciis deſtricto gladio jubebat anteire. ¶ Item de nævis, tuberculis, & maculis, quæ corpori innaſcuntur. *Plin. l.* 11. *c.* 39. *ad fin.* Mammas homo ſolus e reatibus habet: cetere emineilia reammarum notas tantum. *Suetan. in Aug. c.* 80. Corpore traditur maculoſo diſperſis per pectus atque alvum genitivis notis. *Horat.* de vitulo *in fin. od.* 2. *lib.* 4. Qua notara dusit, niveus videri, Cetera fulvus. ¶ Translate eſt indicium, ſignum. *Cic. Verr.* 4. *c.* 47. Ut multis in locis notas ac veſtigia ſcelerum ſuorum relinqui velint. *Celſ. l.* 2. *c.* 6. *poſt med.* In vicino ſæpe quædam notæ poſitæ imperitos medicos decipiunt. *& in fin.* In acutis morbis fallaces magis notas eſſe ſe ſciuris, & mortis. *Stat. l. & ſilv.* 2. *o.* 25. juvat ore (*Dominiani*) tueri Mixta notis belli, placidamque gerentia pacem. *Plin. l.* 3. *ep.* 11. Mihi quoque impendere idem exitium, certis quibuſdam notis augurebar. ¶ Translate n nore cadorum eſt genus, *forte*, *qualità*. *Colum. l.* 9. *cap.* 15. *extr.* Secundæ notæ mel. *Id. l.* 12. *c.* 17. Primæ notæ acerrimum acetum. *& cap.* 57. Caſeus Gallicus, vel cujuſcumque notæ. *& cap.* 37. Vini nota parum firma. *& cap.* 38. Hic liquor utilior eſt ad valetudinem, quam alterius myrteæ notæ compoſitio. *Senec. l.* 2. *quæſt. nat. c.* 2. *extr.* Ex hac nota corporum eſt aer. ¶ Huc pertinet illa *Curii ad Cicer.* Fam. 7. ep. 29. Perſevera nos conſervare, & Sulpicii ſucceſſori nos de meliore nota commenda. *Senec. in Med. o.* 906. Levia ſcelera & vulgaris notæ. *Senec. alter* 3. *de benef. c.* 9. Quædam beneficia non ſinot ex hac vulgari nota, ſed majore. *Petron. in Satyr. c.* 83. Eum ee hac nota litteratorum eſſe, quos odiſſe divites ſolent. ¶ Item quidquid inſervit ad rem aliquam diſcreandam: ducta metaphora a

notis,

potis, quæ imponuntur pecoribus & jumentis. *Cic. in Orat. c.* 23. Sequitur, ut cujuſque generis (*dicendi*) nota quæratur & formula. *id caraxterò. Phædr. l. 4. fab.* 23. *extr.* Tabella talis hominum diſcernit notas Eorum, qui ſe falſis ornant laudibus, & quorum virtus eahibet ſolidum decus. ¶ Translate u nota ſarvorum, vel a macula eſt nota Cenſoria, h. e. judicium ignominioſam, quo Cenſores officiabent aliquem ob delictum, Senatu, aut Tribu movendo, equo publico ſpoliando, in æmtos referendo, &c. quarum rerum exempla habes apud *Liv. l.* 4. *c.* 24. & *lib.* 39. *c.* 42. & 44. *Gell. l.* 4. *c. ult.* & *Val. Max. l.* 9. *c.* 9. &c. *Cic. pro Cluent. c.* 46. Qui pœnis addutus ſtipuerit patriam civi innocenti, it cenſoriæ ſeveritatis nota non inurstur? ¶ Hinc ſæpiſſime ignominiam ſignificat, infamiam, probrum, dedecus, *infamia, diſſonus, marco d'infamia, tacita. Lucil.* apud *Non. t.* 4. *u.* 315. Quem ſcis ſcim tuas omnes maculaſque notaſque. *Cic. Cæſil.* 2. *c.* 6. Quæ nota domeſticæ turpitudinis non inuſta vitæ tuæ eſt? quod privatarum rerum dedecus non hæmt infamiæ? *Id. de provin. conſul. c.* 10. Gabinii litteras inſigni quadam nota, atque ignominia nova condemnaſtis. *Id. pro Rabir. perduell. c.* 9. Homo omnibus notis turpitudinis inſignis. *Id.* 3. *Offic. c.* 18. O turpem notam temporum illorum! *Id. in Piſon. c.* 18. Sempiternas ſordidiſſimæ turpitudinis notas ſubim. *Senec. in Herc. Fur. v.* 634. Hanc ferat virtus notam? *Gell. l.* 4. *c. ult.* Notæ aliquem eximem. *Ulpian. Dig. lib.* 3. *tit.* 2. *leg.* 2. Nota labomm. *Plin. l.* 2. *ep.* 6. Eadem omnibus pono. *ad* conam enim, non ad notam invito. *Tert. de Pœnit.* in *fin.* Peccator omnium notaeum. *h. e.* qui omnia ſcelem admiſit, quæ notam merentur. ¶ Translate a nævis corporis eſt inſigna, monumentum. *Ovid. t. Faſt. v.* 595. Hunc Numidæ faciunt, illum Meſſana ſuperbum, Ille Numantina trauit ab urbe notam. *h. e.* cognomen Numantini.

NOTABILIS, is, *notabile, ſignalem, ſaſigne, ἐπίσημος*, qui notari poteſt, obſervani dignus, inſignia, conſpiciendus, conſpicuus in utramque partem. *Cic. Fam.* 5. *ep.* 12. *circa med.* Viri excellantia ancipitra variique caſus habeut admiratiouem, eaſpectationem, &c. ſi vero exitu notabili concluduntur, capletur animus jucundiſſima lætionis voluptate. *Ovid. Metam. t. u. v.* 169. Lactes nomen habet; caudore notabilis ipſo. *Senec. l.* 1. *de Ira, c.* 2. Aſpice nobiliſſimarum civitatum fundamenta vin notabilia; has ira dnjecit. *che appeno ſi veggono. Plin. l.* 36. *c.* 5. Hipponacti notabilis fœditas vultus erat. *Plin. alter l.* 9. *ep.* 13. *circa med.* Adjecit etiam: notabilem te futuris principibus feci8i. Eſto, inquam, dum malis. *Id. lib.* 7. *ep.* 6. Rara & notabilia res contigit Vareno. *Tacit.* 3. *Hiſt. cap.* 25. Eo notabilior cædes fuit, quia filius patrem interfecit. *Ulpian. Dig. lib.* 3. *tit.* 1. *leg.* 1. Perſonæ turpitudine notabiles. *Quintil. lib.* 1. *c.* 3. (*al.* 4.) Et ſi quid in pejus notabila eſt. *Id. l.* 9. *c.* 4. *ante med.* Quæ imperitis quoque ad reprehenſionem notabilia videntur. *Impp. Arcad. & Honor. lib.* 9. *Cod. tit.* 8. *leg.* 5. Jubemus, eos notabiles eſſe ſine venia. *h. e.* infamia notatos.

NOTABILITER, *notabilmente, ſignalatamente, inſignemente, ἐπισήμως*, notabilem in modum, inſigniter. *Quintil. declam.* 17. *cap.* 6. *extr.* Pater, qui me tam notabiliter odit. *Plin. l.* 1. *ep.* 5. *a med.* Expalluit notabiliter, quamvis paliat ſumpet. *Tacit. Hiſt.* 1. *cap.* 55. Quibuſdam, ut in tumultu, notabilius turbantibus. *Suetou. in Aug. cap.* 87. Quotidiano ſermone quædam frequentius & notabiliter uſorpavit.

NOTACULUM, i, n. nota, ſignum. *Minuc. Felic c.* 31. *ad fin.* Non noracula corporis, ſed innocentiæ ſigno facile dignoſcimus.

NOTARTA, æ, f. ſcriptura, qua aliquid notum fit: præſertim defendi & accuſandi cauſa: quæ & notoria dicitur. *Auguſtin. epiſt.* 169. & *collat.* 3. *cum Donatiſt. c.* 2. *relazione, ἀναφορά*.

NOTARIUS, a, um, ad notas pertinens, quibus in ſcribendo utimur. *Fulgent. l.* 3. *Mythol. c.* 10. In puerilibus litteris prima abecedaria, ſecunda notaria. Al. aliter leg.

NOTARIUS, ii, m. *che ſcrive in roſeo, o in abbreviatura, ſcrivano, copiſta, ταχυγράφος, σημειογράφος*, qui notis quibuſdam brevibus (de quibus in *Nota eſt dictum*) citiſſime excipit, & exſcribit quæ quis dictaverit. Erant ſervi, aut liberti, qui ſtudiſe heri aderant, excipientes, quæ ille meditatus exſcribi vellet: item qui actiones orationum in foro, dum agerent, excipiebant: item qui cauſidicis inſervibant, perſcribendis actis forenſibus. Horum am nuoc omnino perit: quod dolet etiam *Lipſ. cenſur.* 1. *ad Bilg. epiſt.* 27. ubi tota hac de m multa. *Martial. l.* 14. *epigr.* 208. cujus lemma *Notarius*. Currant verbe licet, manus 18 velocior illis: Nondum linqua ſuum, dextra peregit opus. *Auſon. epitaph. ult.* Puer notarum præpetum Solers miniſter, advola: Bipatens pugillar expedi, Cui multa fandi copia, Punctis pemcta ſingulis, Ut una vox abſolvitur. *Plin. l.* 9. *ep.* 36. Notarium voce, & din admiſſo, quæ formaveram dicto. *Quintil. l.* 7. *c.* 2. Ceteræ actiones, quæ ſub nomine meo ſarumtur, negligentia excipientium in quæſtum notariorum corruptæ. *Martial. l.* 5. *epigr.* 52. *de confidente*. Hic qui libellis prægravem gerit lævam, Notariorum quem premit chorus lævia, &c. *Senec. in apocolor. circa med.* Is multa diſcere diait, quæ notarius perſequi non potuit. *Lamprid.* in *Alex. Sev. c.* 28. Eum notarium, qui falſum cauſæ brevem in conſilio imperatarin retuliſſet, inciſis digitorum nervis, ita ut nunquam poſſet ſcribere, deportavit. ¶ Differt a tabellione, ſcriba, libnario, quod hi non per notas, & ſigna, ſed per litteras, & integras voces ſcribebant. *Paul. Dig. lib.* 29. *tit.* 1. *leg.* 40. L. Titius milen notario teſtamentum ſcribendum notis dictavit, & antequam litterit perſcriberetur, vita defunctus eſt. ¶ Faulatim tamen *notarius* aliquem eu his ſignificam coepit. Porro notarii fuerem etiam ſervi publici, qui Magiſtratibus inſervisbant: quorum mentio fit in *epiſt. Valerioni* apud *Trebell. Poll.* in *Claud. c.* 14. & alibi. Tria Notariorum genera notantur in officiis domus Auguſtæ: Tribuni, & Notarii Principis, qui & Tribuni Notariorum dicti ſunt (*Ammian. l.* 17. *c.* 5. *ſub fin.*) Tribuni & Notarii Prætoriani (*Caſſiod. l.* 6. *ep.* 3. & *lib.* 11. *ep.* 18. & 20.) Domeſtici & Notarii. V. *lib.* 6. *Cod. Theodoſ. tit.* 10. *qui eſt* de Primicerio & Notariis, &c. & *Guther. de officiis domus Aug. l.* 3. *c.* 9.

NOTATIO, onis, f. *oſſervazione, ἐπισκοπή*, actus notandi, animadverſio, obſervatio. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 42. Chaldæis in prædictione, & in notatione cujuſque vitæ ex natali die, minime iſſe credendum. *Id. in Bruto, c.* 17. Licet ex his eligant us, quæ notatione & laude digna ſint, &c. & *cap.* 19. Ego vero delector 18a quaſi notatione temporum. *Id. in Orat. c.* 55. Notatio naturæ, & animadverſio peperit artem. ¶ Item caſtigatio & animadverſio Cenſoria. V. *Notio*. ¶ Item examen, ac judicium, quod ſit de aliquo, *inquiſizione, eſame. Cic.* 5. *Phil. c.* 5. Delectus autem & notatio judicum etiam in noſtris civibus haberi ſolet. ¶ Item exornatio rhetorica, cum alicujus natum certis deſcribitur ſignis, quæ ſicuti notæ quædam, naturæ ſunt attributa. *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 50. ¶ Item propria cujuſque verbi vis, & ſignificatio, quæ habetur notando atque obſervando, unde verbum illud ortum habeat, *etimologia. Cic. in Top. c.* 2. *extr.* Tum notantin, cum ex vi verbi argumentum aliquod elicitur. & *cap.* 8. Multa etiam ex notatione ſumuntur. Ea eſt autem, cum ex vi nominis argumentum elicitur: quam Græci *ἐτυμολογίαν* vocant, id eſt, verbum e verbo, veriloquium. Nos autem novitatem verbi non ſatis apti fugientes, genus hoc notationem appellamus, quæ ſunt verba rerum notæ. Itaque hoc idem Ariſtoteles *ἐτυμολογον* appellat, quod Latine eſt nota. Sed cum intelligitur, quid ſignificetur, minus laborandum eſt de nomine. Hactenus *Cic.* cui adde *Quintil. l.* 1. *c.* 6. (*al.* 10.) *o med.*

NOTATUS, a, um, *ſegnate, notem, σεσημασμένος*, ſignatus. *Cic. poſt reditu in Sen. c.* 7. Frons calamiſtri notata veſtigiis. *Id. de provinc. conſul. c.* 2. Via illa caſtris Thmiciis diſtincta ac notata. *Martial. l.* 10. *epigr.* 38. O noa omnis & hora, quæ notata eſt Caris litoris Indici lapillis. *Lucret. l.* 5. *v.* 611. ignis nullo ſulgore notatus. *h. e.* ignis ſine ſplendore. *Ovid. 3. Amor. el.* 6. *v.* 48. Ungus notata comas, ungue notata genas. *Martial. l.* 3. *epigr.* 21. famulus ſeonts notatus. *bollato, marcato*. ¶ Item notis litterarum iaſcriptus, *ſcritto, γεγραμμένος. Ovid. 1. Amor. el.* 4. *v.* 20. Verba notata mero. *Id.* 4. *ex Pont. ep.* 3. *v.* 26. verbis charta notata tribus. *Id. Heroid. ep.* 3. *v.* 1. a rapta Beiſaide littera venit Viu bene barbarica Græca notata manu. & *epiſt.* 5. *v.* 21. Inciſæ ſervant a te mea nomina fagi, Et legor Oenone falce notata tua. *Martial. l.* 7. *epigr.* 16. libellus auctoris calamo ſui notatos. ¶ Item per *notas* non per litteras ſignatus, *ſcritto in roſeo, o abbreviatura. Suetou. in Galba, c.* 5. HS. quinquentiet, quia notata non perſcripta erat ſumma, Tiberio ad quingenta revocaaie, na hæc quidem accepit. ¶ Item animadverſus, obſervatus, *oſſervato, notato. Horat. l.* 2. *ſat.* 7. *v.* 8. ſæpe notatus Cum tribus annellis, modo læva Priſcus inani. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 18. Ratione aut conjectum obſervata ac notata ſigna. *Id. in Top. c.* 2. Demonſtratus & notatus locus. *Id.* 1. *de Divin. c.* 7. Animadverſus & notatus. *Auct. ad Herenn. l.* 3. *c.* 22. Si aliqua in exornabimus, quo notatior ſit ſimilitudo. Al. leg. *notabilior*: al. *notior*. ¶ Item deſcriptus, explicatus, illuſtratus. *Cic.* 3. *Tuſcul. c.* 5. Molto meiius hæc notata ſunt verbis Latinis, quam Græcit. *Id.* 7. *Fam. ep.* 31. Equidem ſperabam, ita notata me reliquiſſe genera dictorum meorum, ut cognuſci ſua ſponm poſſent. *Nep. in Attic. c.* 18. Nulla res illuſtris eſt populo R. quæ non in eo volumine ſuo tempom ſit notata. ¶ Item caſtigatus, ignominia affectus, infamiæ nota inuſtus, turpit, infamis, *notato d'infamia, infamato, diſonorato, ἄδοξος. Plin. l.* 33. *c.* 12. Propter quinqus pondo notatum a Cenſoribue triumphalem ſenem. *Cic. in fragm. contra C. Anton.* apud *Aſcon.* Graviſſimis veſtrit decretis abſem notatus eſt. *Id. pro Cluent. c.* 22. Judicia ſcootoria inſigni turpitudine notata, atque operta dedecore & infamia. *Id. 6. Fam. ep. 6. a med.* Bout cives nulla ignominia notati. *Id. pro Dom. t.* 9. Homo teterrimus, omuium ſcelerum libidinumque maculis notatiſſimus. *Id. pro Font. c.* 1. Galli modo bellu domiti, modo triumphia ac monumentis notati, modo agtie multati. *Plin. l.* 7. *c.* 3. Nafica in toga caadida bis mpulſa noratua a populo. *Cic. pro Dom. c.* 16. Hominis ſcelem ac furom notato, ſimilia a republ. labes in poſterum demovebatur.

NOTESCO, is, tui, n. 3. *farſi noto, γνωζομαι*, notus fio. *Propert. l.* 2. *el.* 10. *v.* 37. Nec minus hæc noſtri notefcet fama ſepuleri. *Lucan. l.* 10. *v.* 197. cælicolis gratum reor, im per omnea Hoc opus, & ſacras populis notefcure leges. *Tacit. t. Ann. c.* 73. Quæ ubi Tiberio notusre, ſcripſit conſulibus. & *lib.* 12. *c.* 8. At Agrippina, na malis tantum facinoribus notefceret, veniam exſilii pro Seneca impetmr.

NOTHUS, a, um, *baſtarde, illegitimo, naturale, traligname, νόθος*, non legitimus, non ejuſdem generis, aut originis, ſpurius: a voce Græca allata. In hominibus *notbi* ſunt, qui en illegitimis nuptiis naſcuntur. *Feſtus:* Nothum Græci natum ex unom non legitima vocant: qoi apud nos ſpurio patre natus dicitur. *Quintil. l.* 3. *c.* 6. *ad fin. Nόθοι*, qui uoo ſit legitimus, Græci vocant: Latinum rei nomen, ut Cetu quoqus in oratione quadam teſtatus eſt, non habemus: ideoque utimur pemgrino. *Virg. 9. Æn. v.* 697. Antiphaten Thebana de matre nothum Sarpedonis alti. ¶ De beſtiis etiam dicitur, quæ su diverſi generis, aut regionis parentibus procreantur. *Colum. l.* 8. *c.* 2. *al fin.* Omniam horum generum nothi ſunt optimi pulli, quos conceptos ex peregrinis maribus noſtmtes ediderunt. *Virg. Æn.* 7. *v.* 281. *de equis*. Samiue ab æthesio, ſpirantes nasibus ignem, Illorum de gente, patri quos dædala Circe Suppoſita de matre nothos furata creavit. *h. e.* filios equorum Solis immor-

mortalium, & equæ mortalis. *Plin. exer. c. 1. l. 8.* nothos dici ait elephantorum genus, qui ceteris minores ſunt. ¶ Translate *Catull. carm. 62. de Att, v. 27.* Simul hæc comitibus Atys cecinit notha mulier. *b. a.* non vera mulier, ſed vir exſectus. *Al. leg.* nova. *Id. carm. 34. ad Dian. v. 15. & Lucret. l. 5. v. 575.* Luna notho fertur loca lumine luſtrare. *b. e.* non ſuo, ſed alieno. *Arnob. l. 5. pag.* 182. nothæ atque adulteræ lectiones. ¶ Aliter nothum definit *Iſidor.* hic verbis *l. 9. Orig. c. 5.* Nothus dicitur, qui de patre nobili, & matre ignobili gignitur, ſicut ex concubina. Huic contrarioe eſt ſpurius, qui de matre nobili, & patre ignobili naſcitur. Hæc *Iſidor.* quæ nullo veterum Scriptorum teſtimonio firmat.

NOTIA, æ, f. *νότια*, gemma, quæ cum imbribus cadere dicitur: nempe a Noto, qui ventus eſt humidiſſimus, & maxime imbrifer. Eadem dicitur & *ombria*, ab ὄμβρος, imber. *Plin. l. 37. c. 10.*

NOTIALIS, le, adject. ad Notum pertinens, auſtralis. *Avien. in Phænom. v. 550.* jecet in Notiale nubila prenus.

NOTIFICO, as, avi, atum, a. 1. *fare notæ, notificare, γνωρίζω*, notum facio, indico, monſtro. *Pompon.* apud *Non. c. 2. n. 585.* Nunc te obſecro, ſtirpem ut evolvas, monumqus genus notifices mihi. *Gell. l. 9. c. 3.* Philippi vim toti Græciæ cavendam, Demoſthenis orationes notificant. *Al. leg.* vocificent. *Ovid. 2. ex Pont. ep. 2. v. 12.* Atque imulum culpæ (al. *pœnæ*) notificare meæ. Sed hic verſus merito a Criticie ſuſpectus habetur, & *Ovidio* indignus.

NOTIO, onis, f. *idea, tenacitas, cognitio, νόησις, νοημα*, cognitio, notitia, intelligentia, ſpecies, quam in animo habemus ex concipiendis percipiendiſque rebus. *Cic. in Top. c. 7.* Genus & formem definiunt hoc modo: Genus eſt notio ad plures differentias pertinens: Forma eſt notio, cujus differentia ad caput generis, & quaſi fontem referri poteſt. Notionem appello, quod Græci tum *ἔννοιαν*, tum *πρόληψιν* dicunt. Ea eſt inſita, & ante percepta cujuſque formæ cognitio, quodatione indigene. *Id. Tuſcul. 1. c. 24.* Nec fieri poſſe, ut a pueris tot rerum atque tantarum inſitas, & quaſi conſignatas in animis notiones, quas *ἐννοίας* vocant, haberemus, niſi animos, antequam in corpus intreviſſet, in rerum cognitionem viguiſſet. *Id. de Fin. l. 3. c. 6.* Simul ac homo cepit intelligentiam, vel notionem potius, viditque, &c. *Id. 1. de nat. Deor. c. 16.* In omnium animie deorum notionem impreſſit natura. *& lib. 2. c. 5.* In animis hominum informatas deorum eſſe notiones. *Id. 3. Offic. c. 20.* Exeute intelligentiam tuam, ut videae, quæ ſit in ea ſpecies, formæ, & notio viri boni. ¶ Item vis & facultas cognoſcendi. *Id. 1. de nat. Deor. c. 23.* Aperta, ſimplexque mens, nulla re adjuncta, fugere intelligentiæ noſtræ vim & notionem videtur. ¶ Cum accuſ. quia verbale eſt a *noſco*. *Plaut. Truculi. 2. 7. 62.* Quid tibi hanc aditio eſt? quid tibi hanc notio eſt, inquam, amicam meam? ¶ Item vis & ſignificatio. *Cic. 5. Tuſcul. c. 20.* Nique alis huic verbo, cum beatum dicimue, ſubjecta notio eſt, niſi, ſecretis malis omnibus, cumulata bonorum complexio. ¶ Item cognitio cauſæ, quæ ſit a magiſtratu cum jurisdictione, & ipſa jurisdictio. *Tacit. 3. Ann. c. 59.* Tiberiue dilata notione de jure Flaminie, decretas cæremonias temperavit. *Ulpian. Dig. lib. ult. tit. quando. leg. 99.* Nationem accipere debemus, & cogaitionem, & jurisdictionem. *Id. lib. 42. tit. 1. leg. 5.* Prætor ait: cujus de ee re jurisdictio eſt. malius ſcripſiſſet: cujus de ea re notio eſt. itraim notionis nomen etiam ad eos pertinet, qui jurisdictionem non habent, ſed habent de quavis alia cauſa notionem. *Cic. pro Dom. c. 13.* Quæ omnie notio, cum adoptarete, pontificum iſſe debuit. *Ulpian. lib. 49. tit. 2. leg. 10.* Si quis pluribus ſummus ſit condemnatus, quotum ſingulæ notionem principis non faciunt, omnes autem conjunctæ faciunt; puterit ad principem appellare. ¶ Speciatim dicitur de judicio, & puntione Cenſoria. *Cic. pro Sext. c. 25.* Ut Cenſoria notio, & graviſſimum judicium ſanctiſſimi magiſtretus tollaretur. *Id. 3. Offic. c. 31.* Notionee, animadverſioneſque Cenſoriæ. *Id. de provinc. conſul. c. 19. & in Piſon. c. 5.* Cenſorium judicium ac notio. *Liv. l. 27. c. 25.* Ad Cenſores, non ad Senatum notionem de eo pertinere dicentes. Adde *Gell. l. 17. c. 21.* Suot qui hie locie *notationem* ſubſtituant.

NOTITIA, æ, f. *notitia, cognitione, ἔννοια, γνῶσις*, cognitio, notio. *Cic. 2. de Legib. cap. 8.* Itaque ex tot generibue nullum eſt animal præter hominem, quod habeat notitiam aliquam dei. *Id. Offic. 2. c. 24. a med.* Valetudo conſervatur notitia ſui corporie. *Id. 4. Acad. c. 10.* Notitiæ rerum, quæ Græci tum *ἐνάρειας*, tum *προλήψεις* vocant. *Id. de Fin. l. 5. c. 21.* Neture ingenuit ſius doctrina notitiae parvae rerum maximarum. *Ovid. 4. Met. v. 59.* Notitiam, primoſque gradus vicuia fecit. *Lucret. l. 5. v. 225.* Notitiam præbere. *Ovid. 2. ex Pont. ep. 10. v. 5.* eripere. *Quintil. l. 6. c. 4.* habere alicujue rei. *Celſ. l. 6. c. 6. fell. 14. extr.* Quippiam notitiæ ſubtraheze. *Quintil. l. 4. c. 2. ante med.* ſuſtruere judicem notitia rerum. *Ovid. de nuce, v. 29. & Plin. l. 7. cap. 2.* Hoc venit mihi in notitiam. *Plin. l. 3. c. 5. circa med.* Tradere aliquid notitiæ hominum. *Plin. alter l. 10. ep. 15. & 18.* Perferre in notitiam alicujus. *ſur ſapere. Vellej. l. 2. c. 7.* Res parum ad notitiam pertinene. *che poco importa il ſapere.* ¶ Paſſive *Ovid. 4. ex Pont. ep. 8. v. 48.* virtus Notitiam ferax poſteritatis habet. *b. e.* noſcitur a poſteritate. *Id. ibid. l. 3. ep. 2. v. 49.* Expoſuit mea me populo fortuna videndum, Et plus notitiæ, quam fuit ante, dedit. *ma ſi più conoſcere. & Nepos in Dione, c. 9.* Hi præter notitiam ſunt intromiſſi. *b. e.* quia noti, & familiares. *Senec. epiſt. 19.* Tanta notitia ta invaſit. *tanto ſai ta conoſcuta.* ¶ Notitiam feminæ habere, eſt cum ea concumbere. *Caſ. l. 6. B. Gall. c. 20.* Iatra annum vigeſimum feminæ notitiam habuiſſe in turpiſſimis hebent rebus. *γνῶσιν γυναικὸς.* ¶ *Notitiæ* antiquum pro notitiæ. *Lucret. l. 2. v. 103.* Exemplare dare, & veſtigia notitiai. ¶ In variis locis *Codicis Juſtin.* ut *lib. 1. tit. 27. §. 4. & lib. 12. tit. 60. leg. ult. &c.* notitia eſt libellus, in quo deſcripti ſunt Officiales, qui publice inſerviont, & retio omnis adminiſtretionis eorum, & annonæ, quæ unicuique ab Imperatore præſtatur, &c. Exemplum habes priore *loco citat. Cod.*

NOTITIES, ei, f. idem ac notitia. *Vitruv. in proœm. l. 6. a med.* Ideo notities parum eſt affecute. *Lucret. l. 5. v. 1046.* unde inſita notities eſt Utilitatis? Adde *vers. 183.*

NOTIUS, a, um, adject. *Νότιος*, auſtrelie, a Noto vento. *Manil. l. 1. v. 436.* Quæ Notii antiqui diserunt ſidera vates. *& vers. 407.* Tum Notius piſcie, venti de nomine dictus, Exſurgit de parte Noti. ¶ Græcorum aliqui, teſte *Plin. l. 3. c. 5. ad fin.* Notium mare vocant, quod alii Tyrchenum, & Latini Inferum. Sic Notius polue eſt Auſtralie, apud *Hygin. Poet. Aſtron. l. 2. c. 5. & 6. & lib. 4. c. 11.*

NOTO, as, avi, atum, a. 1. *ſignare, notare, mortare, bollare, σημαίνω*, notam, ſignum appono, diſtinguo: a *nota. Ovid. 2. Amor. el. 7. v. 52.* ungue notare genas. *& lib. 3. el. 2. v. 21.* equorum terga notare verbere. *Id. de nuce, v. 155.* fuſco fucco notare digitos. *Id. Met. 4. v. 329.* pueri rubor ora notavit. *Cic. 4. Verr. c. 32. extr.* Notare tabellam cere, aut ſanguine. *Petron. in Satyr. c. 89.* Reducta auſpide uterum (*equi lignei*) notavit. *b. e.* feziendo ſignavit. *Colum. l. 8. c. 11. a med.* nva atramento. *Pallad. in Februar. 12. 9. a med.* lineam candidis ſignie. *Martial. l. 7. epigr. 27.* corpus nulla litura notat. *b. e.* nolla ruga, aut macula deformat. Sic *Ovid. 3. de ar. am. v. 785.* cui rugis uterum Lucina notavit. ¶ De ſcribeate *Id. Met. 9. v. 562.* Incipit, & dubitat: ſcribit, damnetque tabellas: Et notat, & delet. ¶ Et de iis qui compendioſe, ac per notas ſcribunt, *ſervuere in abbreviatura, e in cifra, Quintil. in proœm. l. 1. ante med.* Alterum quantum notaodo conſequi potnerant, editionie honore vulgaverene. ¶ Eſt etiam videndo obſervare, animadvertere, videre, *oſſervare, notare, videre*: idque non videndi cauſa ſolure, ſed memoriæ, & doctrinæ, & operie gratia. *Cic. 3. de Orat. c. 48. a med.* Numerum in cadentibus guttis notare poſſumus, in annis præcipiteate non poſſumoe. *Id. 1. de Divin. c. 42. ad fin.* Arabes & Phryges, campoe & montes peragrantes faciliue caatus avium, & volatue notaverunt. *& lib. 2. c. 43.* Animadvertere, & notare ſidera. *Ovid. 3. Faſt. v. 108.* Helicen Graja carina notat.. *Petron. in Satyr. c. 6.* Dum hæc diligentius audio, non notavi mihi Aſcylti fugam. *Virg. Ecl. 3. v. 68.* Parta meæ Veneri ſunt munere. namqus notavi Ipſe lacum, aeriæ qno congeſſera palumbes. *Cic. Fam. 7. ep. 22.* Id caput, ubi hæc controverſia eſt, notavi, & deſcriptum tibi miſi. *& Verr. 7. c. 20. ſub fin.* Verie initium iſte non a Favonin notabat, ſed, cum inſem videnat, &c. *Plin. l. 2. c. 8.* Apuil nos quoque id liquore olei notamus accidere. *Ovid. Faſt. 5. v. 20.* ſilent aliæ, dictaque mente notant. *Quintil. l. 3. c. 2.* Notare aliquid ad imitandum, vitandumque. *Val. Flacc. l. 2. v. 311.* Ecce procul velidis Lemnon tendentia remis Aruna notant. *ſcargono, ſcuoprono. Martial. l. 5. epigr. 50.* Nudum eſt ire medio caput, nec ullus in lunga pilus area notatur. *ſi vede.* ¶ Item docere, monſtrare, deſignare, ſignificare, *moſtrare, ſpiegare, ſignificare. Cic. in Partition. c. 22.* Infunt etiam in temporibue illa, quæ temporie quaſi notaram, notant, ut hieme, ver, æſtas, autumnus. *Id. 3. de Fin. c. 2.* Agricultura eas res, in quibus verſatur, nominibue notavit novis. *Id. 2. de Orat. c. 58.* Hæc ridentur vel maxime, quæ notant & deſignant turpitudiem aliquam non turpiter. *Plin. l. 17. c. 22. a med.* Quæ genere vitium, & in queli ſolo cæloque *aſſint* conferenda, cum enumeremus naturas earem, notavimus. *Id. l. 8. c. 36. ſub fin.* Annalibus notatum eſt, Domitrum nrſos Namidicos centum in Circo dediſſe. *Sueton. in Ner. c. 30.* Hiſtrio in noviſſima clauſula Senatum geſtu notavit. *accennò.* Sic *Quintil. l. 11. c. 1.* L. Craſſus, cum apud ſummos oratores dicat, ſatie habet partem hanc velut notare inter agnoſcentes. *accennare, toccar di paſſaggio.* ¶ *Notare* etiam dicuntur, qui libris aliorum adſcribunt aliquid vel aeguendi, vel confirmandi, vel caplicandi cauſa. *ſar note. Ulpian. Dig. lib. 3. tit. 5. leg. 9.* Idque & Labeo prebat: ſed Proculus apud eum notat, non ſemper debere dari. *Id. lib. 35. tit. 1. leg. 19. extr.* Marcellue apud Julianum libro vicaſimoſeptimo Digeſtorum notat: Nno dubitamus, quin, &c. *Accad. lib. 50. tit. 4. leg. ult. a med.* Mixta munera ſunt *ἀναμφίλογα, ἀναντιρρητα*, ut Herennius Modeſtinus, & notando, & diſputando, bene & optima retiona decrevit. ¶ Sæpe dicitur de judice, qui cauſa cognita, reum ſententia, & punitione ignominioſa afficit, aut factum improbat, & damnat: & ignominia, infamiaque dignum eſſe declarat: & præcipua de Cenſoribus, ut in *Nota* dictum eſt. *Cic. pro Cluent. c. 42. extr.* Quos cenſores ſurti, & captarum pecuniarum nomine notaverunt. *Id. pro Mil. c. 12. extr.* Ita Senatue rem, non hominem notavit. *Id. pro Cluent. c. 47.* Homines, quos ceterie vitiie, atque omni dedecore infames videbant, noc hac quoque ſubſcriptione notare enluerunt. *Id. Phil. 7. c. 9.* Ignominia notendos cenſuerunt eue, ſi qui militiam ſubterfugiſſent. *Martial. l. 6. epigr. 22.* Ne lea te Julia notare poſſit. *Arnob. l. 4. pag. 142.* notare aliquem probri. ¶ Hinc accipitur univerſim pro reprehendere, arguere, improbare, damnare, tanquam ignominioſum & infamem obſervare, infamare, *tacciare, diſonorare, infamare, cenſurare. Cic. pro Balb. c. 25.* Luxurie Cornelii non crimine aliquo libidinie, ſed communi maledicto notabatur. *Id. pro Quinct. in f.* Ne is dedecore, macula, turpiſſimaque ignominia notetur. *Id. in Brut. c. 62. ad fin.* Cujus improbitatem veteres Atticorum comœdiæ notaverunt. *Id. a. de Orat. c. 85. ad fin.* Nec bonum virum propitio & copioſe laudari ſine virtatum, nec improbum

nota-

notari ac vituperari ſine vitiorum cognitione poſſe. *Horat. l. 1. ſat. 3. v. 24.* Stultus & improbus hic amor eſt, dignuſque notari. *Senec. in Nat. c. 5.* Notare aliquem joco. *Id. in Domit. c. 8.* ſcriptis famoſis.

NOTOR, oris, m. *γνωρίζ*, qui notitiam dat alterius: idem qui *cognitor*: quod Vide. *Perron. in Satyr. c. 92.* Ne mea quidem vaſtimenta ab officioſis recepiſſem, niſi notorem dediſſem. *Sidon. in Apollinar. ante med.* Si quis a me notorem petiſſet, te fui nominaturus, qui me optime noſti. *& epiſt. 39.* Qui notorem det, ignotus eſt.

NOTORIUS, a, um, notus, vel notum faciens. *Notoria epiſtola*, & *notoria* abſolute, eſt, qua notitiam rei cujuſpiam alteri damus. *Gallien. in quadam epiſt.* apud *Trebell. Poll. in Claud. c. 17.* Nihil me gravius accepit, quam quod notoria tua iatimaſti, Claudium graviter iraſci. ¶ Speciatim *notoria & notorium* eſt delatio, & denuntiatio, qua crimen ad judicem defertur, *denunzia, querela, accuſa. Paul. Dig. lib. 48. tit. 16. leg. 6.* Nuntiatores, qui per notoria, indicia produnt, notoriis ſuis adſiſtere jubentur. *Imp. Gordian. l. 9. Cod. eit. a. leg. 7.* Si falſis, nec ne, notoriis infimulatus ſit, perpenſo judicio inſpici debet. *Apul. l. 7. Metam.* Ille, qui falſum de me notoriam pertulerat.

NOTRIX pro *nutrix* olim dictum fuit, teſte *Quintil. l. 1. c. 4. (al. 6.)*

NOTULA, æ, f. parva nota. *Martian. Capella l. 1. pag. 17. extr.* Multicoloribus notulis variate pictura.

NOTUS, a, um, *noto, renoſciuto, ſapnie, γνωτὸς, γνώριμος*, cognitus, manifeſtus, patens. *Cic. a. Verr. c. 26.* Ejuſmodi res, ita notas, ita teſtatas, ite manifeſtas poſſeram, ut, &c. *& Verr. 4. c. 34.* Cupiditas nota, atque apud omnes peervulgata. *& Verr. 5. c. 58.* Res nota & manifeſta omnibus. *& Verr. 7. c. 13. a med.* Unum illud, quod ita fuit illuſtre notumque omnibus, ut, &c. *Id. pro Mil. c. 28.* Fingi hæc putetis, quæ patent, quæ nota ſunt omnibus, quæ tenentur? *Id. Phil. 11. c. 5.* Noti atque inſignes latrones. *Id. in Orat. c. 33. ad fin.* Habere omnes philoſophiæ notos & tractatos locos. *Horat. l. 1. ſat. 9. v. 3.* notus mihi nomine tantum. *Virg. 1. Æn. v. 383.* fama ſuper æthera notus. *Tibull. l. 2. el. 6. v. 42.* Nota loquor. *Cic. Fam. 5. ep. 12. & de provinc. conſul. c. 13.* Facere aliquid alicui notum. *Id. pro Mur. c. 7.* Tua nobilitas hominibus litteratis eſt notior, populo obſcurius. *Id. pro Sull. c. 26.* Vita P. Sullæ vobis populoque R. notiſſima. *Caſ. l. 2. B. Civ. c. 19.* Nullus fuit civis R. paulo notior, quin ad diem conveniret. ¶ Cum genit. *Horat. l. 2. od. 2. v. 6.* Notus in fratres animi paterni. *Stat. l. 1. Theb. v. 274.* laborum Cyclopes, notique operum Telchines amica Certatim jovare manu. *Sil. l. 17. v. 148.* notuſque fugarum Vertit terga. ¶ Sequente infinito *Sil. l. 12. v. 330.* Delius averſet propiora pericula vates, Trojanos notus ſemper minuiſſe labores. ¶ *Noti, orum*, ſunt amici, domeſtici, vicini, familiares, qui nobis noti ſunt, noſque noverunt. *Cic. pro Cal. c. 2.* De dignitate Cœlius notis ac majoribus natu facile reſpondet: quibus autem non æque eſt cognitus, hi ſic habeant, &c. *Horat. l. 1. ſat. 1. v. 84.* Non uxor ſalvum te vult, non filius: omnes Vicini oderunt, noti, puſci, atque puellæ. *Virg. in Cirri, v. 260.* Nec mihi notorum deflectunt lumina voltus. ¶ Interdum enim *notus* in melam partem ſumitur pro infami. *Cic. pro Cal. c. 13.* Clodia, mulier non ſolum nobilis, ſed etiam nota. *Id. Verr. 2. a. 6.* Qui non tam me impediunt, quod nobiles ſunt, quam adjuvant, quod noti ſunt. ¶ Activa ſumitur pro *no*, qui novit, ut *ignotus*, qui non cognoſcit. *Plaut. Pſeud. 4. 2. 39.* Herus meus eſt impetioſus. *Ba.* novi, notis prædicas. V. *Ignotus*.

NOTUS, & Notus, i, m. *auſtro, oſtro*, Νότος, Græco nomine eſt ventus idem, qui auſter Latino: a *nore*, humor, humiditas, ut *Gell.* docet *l. 2. c. 22.* Eſt enim fere nebulinſus atque humectus. *Virg. 6. Æn. v. 355.* Tres notus hibernas immenſa per æquora nocles Vexit me violentus aqua. *Horat. epod. in. v. 19.* Jonius udo cum remugiens ſinus Noto carinam ſuperit. *Ovid. 1. Metam. v. 264.* madidis notus evolat alis. *Id. Heroid. ep. 3. v. 58.* & *Val. Flacc. l. 2. v. 506.* nubifer. *Senec. in Agamemn. v. 481.* nimbis gravis. *Ovid. Heroid. ep. 2. v. 12.* procelloſus. *Id. 1. Amor. el. 4. v. 12.* tepidus. ¶ Græca poſitione *Lucan. l. 7. v. 363.* Quidquid ſigniferi compreſſum limite cæli Sub noton, & boream hominum ſumus. Adde *Iſid. 10. v. 243.* ¶ Per ſynecdochen eſt ventus quilibet. *Virg. 3. Æn. v. 268.* Tendunt vela noti.

NOVACULA, æ, f. *coltello tagliente, raſoio*, ξυρὸς, enitet acuta acie, & ad radendum apta, qualis eſt tonſorius. Dictum putant, quia membra, quæ raduntur, quodammodo novantur. *Perron. in Satyr. c. 103.* Mercenarius meus, ot ex novacula comperiſtis, tonſor eſt. *Martial. l. 2. epigr. 66.* Novacula nudara caput. *& lib. 11. epigr. 59.* Quid ſi me tonſor, cum ſtricta novacule ſupra eſt, &c? *Plin. l. 29. c. 6.* Alopecias præparari oportet novacula, & ſinapi. *b. c.* caput radendo, & ſinapi confricando. *Tertull. de Spectac. c. 23.* Vultus ſuos novacula mutant. *Senten. in Calig. c. 23.* Novacula ſecare fauces. *Colum. l. 12. c. 54.* Raporum ſummam cutem novacula decerpito. *Plin. l. 22. c. 23.* Fungos præparare ſuccineis novaculis. *b. c.* manubriam e ſuccino habentibus. *Martial. l. 7. epigr. 60.* Stringitur in denſa nec cæca novacula turba. *b. c.* occulta ſica, pugio, gladius ad confodiendos homines. ¶ De cote diſciſſa novacula verba facit *Cic. 1. de Divin. c. 27. Liv. l. 1. c. 36. & Valer. Maxim. l. 1. c. 4. fett. 1.* ¶ Eſt & piſcis hoc nomine, quo tecta quæ ſunt, ferrum nlent. *Plin. l. 32. c. 1.*

NOVALIS, le, adject. *novris. Novalis ager*, & *novalis*, aut *novale* abſolute eſt ager aratre poſt ceſſationem renovatus. Et primo ac proprie dicitur de agro nova, cui nunc primum immiſſum eſt aratrum, cum notea aut ſilva eſſet, aut terra nunquam proſciſſa & culta in ſegetem, *campo di freſco ridotto a coltura. Quintil. declam. 3. c. 4.* Humum ſcindem, ſegnem futuris novalibus eruere ſilvam. *Plin. l. 17. c. 5. a mid.* Talis fere eſt in novalibus, cæſa vetere ſilva. Adde *Calliſtrat. Dig. lib. 47. tit. 21. leg. 3. ſub fin.* ¶ Deinde de agro, qui alternis ceſſat, & renovatur, *maggeſe, maggeſato, riuova. Varr. l. 4. de L. L. c. 4. ſub fin.* Ager reſtibilis, qui reſtituitur, ac miſeritur quotquot annis: contra qui intermittitur, a novando novalis ager. *Plin. l. 18. c. 19.* Quod vere ſemel aretum eſt, a temporis argumento vervactum vocatur. Hoc in novali æque neceſſarium eſt. Novale eſt, quod alternis annis feritur. *Colum. l. c. c. 2. ante med.* Expediendi cudis agri rationem ſequitur cultorum novalium cura. ¶ Femin. genere, *Virg. 1. Georg. v. 71.* Alternis idem tonſas ceſſare novales, Et ſegnem patiere ſitu durescere campum. *Subendi terras. Pallad. in Januar. tit. 10.* Terra tota debet effodi, ubi ager immundus eſt: ubi autem mundæ ſunt novales, ſcrobibus paſtinemus, aut ſulcis. *& lib. 1. tit. 6. a med.* Si tibi agee eſt ſilvis inutilibus tectus, ita eum divide, ut loca pinguia puras reddas novales, loca ſteriliu ſilvis tecta eſſe patiaris. ¶ Interdum univerſim accipitur pro agro culto, *campo, campagna. Virg. Ecl. 1. v. 71.* Impius hæc tam culta novalia miles habebit? Barbarus has ſegetes? *Stat. 3. Theb. v. 644.* miſeri quid pulcrum ſanguine victo Aoniam, & diri ſaturare novalia Cadmi? ¶ Item pro ſolo nunquam arato, & herboſo. *Colum. in præfat. l. 6.* Agricola quam maxime ſubacto & puro ſolo gaudet, paſtor novali graminoſoque.

NOVAMEN, inis, n. res nova, novatio. *Tertull. l. 1. adverſ. Marcion. 1. 20. a med.* Hoc novamen, illas vetuſtates.

NOVARIENSIS, ſe, *Novarieſe*, ad Novariam pertinens, quæ eſt urba Inſubriæ, *Novara*: ut Novarienſis agricola, *Plin. l. 17. c. 23. ad fin.*

NOVATIANUS, i, Romanæ urbis presbyter, viait medio fere ſæculo Chriſti tertio, primus Catholicus, deinde Novati Carthaginienſis hæreſim amplexus. Scripſit varia, ea quibus exſtant libri de Trinitate, & epiſtola de cibis Judaicis (quæ cum Operibus *Tertulliani* edi ſolent) filio non illiterato, neque infavi.

NOVATIO, onis, f. *rinnoverzione, rinovo*, actus novandi, renovatio, innovatio. *Tertull. l. 4. adverſ. Marcion. c. 1. circa med.* Cum manifeſtius novetur prædicetur a creatore. *Paulin. Nolan. carm. 25. Nat. in S. Fil. v. 185.* bis eam (*cellam*) gemiaata novatre comit. *Arnob. l. 5. pag. 182.* Novatio, & revelatio pudendorum. V. *ibid. pag. 174.* ¶ Apud JCtos eſt prioris debiti in aliam obligationem, vel civilem, vel naturalem transfuſio atque translatio: hoc eſt, cum ea præcedenti cauſa ita nova conſtituitur, ut prior periraatur. Ite *Ulpian. Dig. lib. 46. tit. 2. qui eſt* de novationib. & delegationib. *leg. 1.* Adde *Scævol. in fi. tit. 3. lib. 34. & lib. 33. tit. 1. leg. 21. circa med.*

NOVATOR, oris, m. *rinnovatore, riſtoratore*, νεωτὴς, qui novat, in uſum revocat quæ obſoleverant. *Gell. l. 1. c. 15. ſub fin.* Quod *Iocutio* novatori verborum Salluſtio maxime conpraerat. *Anſon. epiſt. 16. v. 32.* Stirpis novatni Annii. Dicitur *Salluſt.* novator verborum, quia maxime delectatus eſt priſcis atque obſoletis verbis *Catonis*: unde vetus Poeta apud *Quintil. l. 8. c. 3.* Et verba noviqui multum furate Catonis, Criſpe Jugurthinæ conditor hiſtoriæ.

NOVATRIX, icis, f. quæ novat. *Ovid. 15. Met. v. 252.* rerumque novatrix Ex aliis alius reparat natura figuras.

NOVATUS, us, m. novatio, mutatio. *Anſon. Edyll. 14. v. 39.* Tot ſpecies, tantoſque ortus, varioſque novatus Una dies aperit, conficit una dies.

NOVATUS, a, um, *fatto di nuovo, inventato*, νεοδὴς, factus, nove inventus. *Cic. 3. de Orat. c. 38.* Verbum aut inuſitatum, aut novatum, aut tranſlatum. ¶ Item in novum mutatus, *mutato totalmente. Ovid. 2. Met. v. 674.* utque vagi crines per colla jacebant, In dextras abiere jubes: pariterque novata eſt Et vox, & facies, *b. e.* in novam mutata. *& lib. 4. v. 279.* Nec loquor, ut quondam, naturæ jure novato, Ambiguus fuerit, modo vir, modo femina, Scython. ¶ Item inſtauratus, renovatus, *rinnovato. Tacit. l. 2. Hiſt. c. 51.* In funere ejus novata luctu ac dolore militum furate Catonis, Criſpe Jugurthinæ conditor hiſtoriæ. *Cic. pro Cal. c. 13.* Clodia, mulier non ſolum nobilis, ſed etiam nota. *Id. Verr. 2. a. 6.* Qui non tam me impediunt, quod nobiles ſunt, quam adjuvant, quod noti ſunt. ¶ Activa ſumitur pro *no*, qui novit, ut *ignotus*, qui non cognoſcit. *Plaut. Pſeud. 4. 2. 39.* Herus meus eſt impetioſus. *Ba.* novi, notis prædicas. V. *Ignotus*.

NOTUS, & Notus, i, m. *auſtro, oſtro*, Νότος, Græco nomine eſt ventus idem, qui auſter Latino: a *nore*, humor, humiditas, ut *Gell.* docet *l. 2. c. 22.* Eſt enim fere nebulinſus atque humectus. *Virg. 6. Æn. v. 355.* Tres notus hibernas immenſa per æquora nocles Vexit me violentus aqua. *Horat. epod. in. v. 19.* Jonius udo cum remugiens ſinus Noto carinam ſuperit. *Ovid. 1. Metam. v. 264.* madidis notus evolat alis. *Id. Heroid. ep. 3. v. 58.* & *Val. Flacc. l. 2. v. 506.* nubifer. *Senec. in Agamemn. v. 481.* nimbis gravis. *Ovid. Heroid. ep. 2. v. 12.* procelloſus. *Id. 1. Amor. el. 4. v. 12.* tepidus. ¶ Græca poſitione *Lucan. l. 7. v. 363.* Quidquid ſigniferi compreſſum limite cæli Sub noton, & boream hominum ſumus. Adde *Iſid. 10. v. 243.* ¶ Per ſynecdochen eſt ventus quilibet. *Virg. 3. Æn. v. 268.* Tendunt vela noti.

NOVACULA, æ, f. *coltello tagliente, raſoio*, ξυρὸς, enitet acuta acie, & ad radendum apta, qualis eſt tonſorius. Dictum putant, quia membra, quæ radantur, quodammodo novantur. *Perron. in Satyr. c. 103.* Mercenarius meus, ot ex novacula comperiſtis, tonſor eſt. *Martial. l. 2. epigr. 66.* Novacula nudara caput. *& lib. 11. epigr. 59.* Quid ſi me tonſor, cum ſtricta novacule ſupra eſt, &c? *Plin. l. 29. c. 6.* Alopecias præparari oportet novacula, & ſinapi. *b. c.* caput radendo, & ſinapi confricando. *Tertull. de Spectac. c. 23.* Vultus ſuos novacula mutant. *Senten. in Calig. c. 23.* Novacula ſecare fauces. *Colum. l. 12. c. 54.* Raporum ſummam cutem novacula decerpito. *Plin. l. 22. c. 23.* Fungos præparare ſuccineis novaculis. *b. c.* manubriam e ſuccino habentibus. *Martial. l. 7. epigr. 60.* Stringitur in denſa nec cæca novacula turba. *b. c.* occulta ſica, pugio, gladius ad confodiendos homines. ¶ De cote diſciſſa novacula verba facit *Cic. 1. de Divin. c. 27. Liv. l. 1. c. 36. & Valer. Maxim. l. 1. c. 4. fett. 1.* ¶ Eſt & piſcis hoc nomine, quo tecta quæ ſunt, ferrum nlent. *Plin. l. 32. c. 1.*

NOVALIS, le, adject. *novris. Novalis ager*, & *novalis*, aut *novale* abſolute eſt ager aratre poſt ceſſationem renovatus. Et primo ac proprie dicitur de agro nova, cui nunc primum immiſſum eſt aratrum, cum notea aut ſilva eſſet, aut terra nunquam proſciſſa & culta in ſegetem, *campo di freſco ridotto a coltura. Quintil. declam. 3. c. 4.* Humum ſcindem, ſegnem futuris novalibus eruere ſilvam. *Plin. l. 17. c. 5. a mid.* Talis fere eſt in novalibus, cæſa vetere ſilva. Adde *Calliſtrat. Dig. lib. 47. tit. 21. leg. 3. ſub fin.* ¶ Deinde de agro, qui alternis ceſſat, & renovatur, *maggeſe, maggeſato, riuova. Varr. l. 4. de L. L. c. 4. ſub fin.* Ager reſtibilis, qui reſtituitur, ac miſeritur quotquot annis: contra qui intermittitur, a novando novalis ager. *Plin. l. 18. c. 19.* Quod vere ſemel aretum eſt, a temporis argumento vervactum vocatur. Hoc in novali æque neceſſarium eſt. Novale eſt, quod alternis annis feritur. *Colum. l. c. c. 2. ante med.* Expediendi cudis agri rationem ſequitur cultorum novalium cura. ¶ Femin. genere, *Virg. 1. Georg. v. 71.* Alternis idem tonſas ceſſare novales, Et ſegnem patiere ſitu durescere campum. *Subendi terras. Pallad. in Januar. tit. 10.* Terra tota debet effodi, ubi ager immundus eſt: ubi autem mundæ ſunt novales, ſcrobibus paſtinemus, aut ſulcis. *& lib. 1. tit. 6. a med.* Si tibi agee eſt ſilvis inutilibus tectus, ita eum divide, ut loca pinguia puras reddas novales, loca ſteriliu ſilvis tecta eſſe patiaris. ¶ Interdum univerſim accipitur pro agro culto, *campo, campagna. Virg. Ecl. 1. v. 71.* Impius hæc tam culta novalia miles habebit? Barbarus has ſegetes? *Stat. 3. Theb. v. 644.* miſeri quid pulcrum ſanguine victo Aoniam, & diri ſaturare novalia Cadmi? ¶ Item pro ſolo nunquam arato, & herboſo. *Colum. in præfat. l. 6.* Agricola quam maxime ſubacto & puro ſolo gaudet, paſtor novali graminoſoque.

NOVAMEN, inis, n. res nova, novatio. *Tertull. l. 1. adverſ. Marcion. 1. 20. a med.* Hoc novamen, illas vetuſtates.

NOVARIENSIS, ſe, *Novarieſe*, ad Novariam pertinens, quæ eſt urba Inſubriæ, *Novara*: ut Novarienſis agricola, *Plin. l. 17. c. 23. ad fin.*

NOVATIANUS, i, Romanæ urbis presbyter, viait medio fere ſæculo Chriſti tertio, primus Catholicus, deinde Novati Carthaginienſis hæreſim amplexus. Scripſit varia, ea quibus exſtant libri de Trinitate, & epiſtola de cibis Judaicis (quæ cum Operibus *Tertulliani* edi ſolent) filio non illiterato, neque infavi.

NOVATIO, onis, f. *rinnoverzione, rinovo*, actus novandi, renovatio, innovatio. *Tertull. l. 4. adverſ. Marcion. c. 1. circa med.* Cum manifeſtius novetur prædicetur a creatore. *Paulin. Nolan. carm. 25. Nat. in S. Fil. v. 185.* bis eam (*cellam*) gemiaata novatre comit. *Arnob. l. 5. pag. 182.* Novatio, & revelatio pudendorum. V. *ibid. pag. 174.* ¶ Apud JCtos eſt prioris debiti in aliam obligationem, vel civilem, vel naturalem transfuſio atque translatio: hoc eſt, cum ea præcedenti cauſa ita nova conſtituitur, ut prior periraatur. Ite *Ulpian. Dig. lib. 46. tit. 2. qui eſt* de novationib. & delegationib. *leg. 1.* Adde *Scævol. in fi. tit. 3. lib. 34. & lib. 33. tit. 1. leg. 21. circa med.*

NOVATOR, oris, m. *rinnovatore, riſtoratore*, νεωτὴς, qui novat, in uſum revocat quæ obſoleverant. *Gell. l. 1. c. 15. ſub fin.* Quod *Iocutio* novatori verborum Salluſtio maxime conpraerat. *Anſon. epiſt. 16. v. 32.* Stirpis novatni Annii. Dicitur *Salluſt.* novator verborum, quia maxime delectatus eſt priſcis atque obſoletis verbis *Catonis*: unde vetus Poeta apud *Quintil. l. 8. c. 3.* Et verba noviqui multum furate Catonis, Criſpe Jugurthinæ conditor hiſtoriæ.

NOVATRIX, icis, f. quæ novat. *Ovid. 15. Met. v. 252.* rerumque novatrix Ex aliis alius reparat natura figuras.

NOVATUS, us, m. novatio, mutatio. *Anſon. Edyll. 14. v. 39.* Tot ſpecies, tantoſque ortus, varioſque novatus Una dies aperit, conficit una dies.

NOXIUS, a, um, *nocevole, damnosus, perniciosus*, βλαβερὸς, qui nocet, damnosus, perniciosus. *Cic. 3. de Legib. c. 3.* Magistratus nec obedientem, & noxium civem coercito. *Plin. l. 9. c. 48.* Araneus aculeo noxius. *Id. l. 17. c. 4.* Quibusdam locis afflatus maris noxii, in plurimis iidem utiles. *Ovid. 5. Trist. el. 10. v. 22.* noxia tela. *Virg. 7. Æn. v. 326.* noxia crimina. *Martial. l. 2. epigr. 61.* noxia linguæ. *maledica*. & *lib. 10. epigr. 5.* Noviæ aves. *h. e.* cadaverum aviditate, & mali ominis. ¶ Item nosæ res, culpæ obnoxius, malus, *corrivo, reo, culpevole. Liv. l. 39. c. 41. extr.* Multos, qui citati non adfuerant, noxios judicavit. *Ovid. Met. 10. v. 349.* Nec metues atro crimine angues forores, Quas, facibus sævis oculos atque ora petentes, Noxia corda vident? *Calum. l. 1. c. 9.* Nec malim per noxios, quam per innocentes rura colere. *Sarten. in Virgil. c. 17.* Reducto coma capita, ceu noxii solent. ¶ Cum genit. *Tacit. 5. Ann. in fin.* Ut noxium conjurationis ad disquisitionem trahebat. *Ulpian. Digest. lib. 29. tit. 5. leg. 3.* Nuntia facinoris. *ceu.* ¶ Comparat. *noxior* quidam leg. apud *Senec. de clement. l. 2. c. 13. ul. obnoxior.* De superlat. *noxissimus* V. in *Noxiosus.*

N U

NUBECULA, læ, f. *nuvoletta, νεφέλιον*, parva nubes. *Plin. l. 28. c. nic. a med.* Nubecula quamvis parva ventum procellosum dabit. ¶ Per similitudinem dicitur de aliis rebus. *Id. l. 28. c. 6. Jub fin.* Mala urina, in qua veluti furfures, atque nubeculæ apparent. *Id. l. 37. c. 5.* Smaragdi variæ nubeculæ improbati. Aliud est hoc, quam umbra. Nubecula enim albicantis aër vitium, cum viridis non pertranſit aſpectus, ſed aut intus occurrit, aut excipit in ſua viſum candor. *Id. l. 34. c. 18.* Plumbum derasum lavatur dulci aqua, donec nubeculæ omnes eluantur. *Id. l. 29. c. ult. circa med.* Nubeculæ, & caligationes, ſcintillioneſque oculorum. *Id. l. 28. c. 8.* Ramentis eboris nubeculæ in facia tolluntur. *Id. l. 20. c. 7.* Nubeculas oculorum ſanare. *Id. l. 22. c. 22.* diſcutiera. ¶ Translate eſt torvitas, triſtitia ſupercilii, ſeveritas vultus. *Cic. in Pison. c. 9.* Neque tam fui timidus, ut qui in maximis turbinibus reipubl. navem gubernaſſem, frontis tuæ nubeculam, tum collegæ tui contaminatum ſpiritum perhorreſcerem.

NUBES, is, f. *nuvola, nube*, νεφέλη, vapor denſatus in aere, & obumbrans. *Senec. l. 2. quæſt. nat. c. 30. extr.* Eſt autem nubes ſpiſſitudo aeris craſſi. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 39. Jub fin.* Aer concretus in nubes cogitur, hamoremque colligens terrem auget imbribus. *Id. 4. Acad. c. 32.* Qui ſub nube ſolem non ferunt. *Virg. 1. Æn. v. 91.* Eripiunt ſubito nubes cælumque diemque. *Horat. l. 2. od. 16. v. 2.* atra nubes coodidit lunam. *Petron. in Satyr. c. 124.* Nubes undique adductæ obruunt tenebris diem. *Virg. 1. Georg. v. 323.* ſedem glomerant tempeſtatem imbribus atris Collectæ ex alto nubes. *& lib. 4. v. 312.* effuſus nitivis nubibus imber. *Ovid. l. 8. Metam. v. 339.* excuſſis aliis nubibus ignes. *Id. 2. Trist. v. 142.* Nube ſolet pulſa candidus ire dies. *Virg. 1. Æn. v. 147.* Collectaſque fugat nubes, ſolemque reducit. *Plin. l. 18. c. 35.* Nubes globantur. *Id. l. 2. c. 47. a med.* Venti nubes abigunt. *& cap. 43.* Fulgetris nubes fiditur, fulminibus perrumpitur. ¶ *Sabææ nubes* apud *Stat. l. 4. ſilv. 8. v. 2.* ſunt fumi ex ture incenſo. ¶ Nubes epitheta ſunt ferme, nigra, atra, umbroſa, picea, fuſca, rubens, opaca, aquoſa, gravida, bibula, cæca, cava, tenuis, deoſa, ſpiſſa, fulva, obſcura, ætheria, ficca, glauca, accenſa, volucris, gelida, &c. *Virg. Ovid. Horat. Val. Flacc. Senec. Tyag. Plin. Lucan.* &c. ¶ Nube deprendere volucrem jaculis, *Sil. l. 16. v. 566.* h. e. in nube, ſub nube, alte volantem. Sic *Maxil. l. 5. v. 291.* Pendentemque ſuo volucrem deprendere cælo. *& Virg. 5. Æn. v. 516.* Pianſentem nipra figit ſub nube columbam. Ponitur enim *nubes* ad ſignificandam altitudinem. *Sil. l. 6. v. 272. de augue ingenti.* & ſolitum in nubes tolli caput. *Horat. l. 3. od. 29. v. 10.* molem propinquam nubibus arduis. ¶ Nubes & inania captare, *Horat. de ar. Poet. v. 230.* proverbialis locutio de eo, qui inutilia dicit, vana, & nimis alata, laſſata, futilia. Nihil enim tenat, qui nubem captat. ¶ Translate dicitur de macula, umbra, & ſuſcitate *in* rebus ſplendidis. *Plin. l. 33. c. 8. extr.* Eſt aliud experimentum politi argenti in habitu hominis, ſi ſudet protinus, nubemque diſcutiat. *Id. l. 37. c. 2. circa med.* Cryſtalla infectatur plurimis vitiis, ſcabra ferramine, maculoſa nube, &c. *Petron. in Satyr. c. 108.* Liquefactum per totum ut atramentum omnia lineamenta fuligine nube conturbarat. ¶ Transfretur etiam ad ſignificandam vim, & multitudinem inſtar nubis denſam, & obumbrantem, ut *nimbus. Liv. l. 42. c. 12.* Nubes locuſtarum. *Plin. l. 29. c. 6.* muſcarum. *Virg. 12. Æn. v. 254.* volucrum. *Liv. l. 38. c. 26. ad fin.* Velut nubes levium telorum conjecta obruit aciem Gallorum. *Val. Flacc. l. 2. v. 521.* Occupat Alcides arcum, tntaque pharetræ Nube premit. *Sil. l. 6. v. 336.* nubes denſa Laconum. *h. e.* cohors. *Liv. l. 35. c. 49.* Rex peditum, equitumque nubes jactat. *Virg. 9. Æn. v. 33.* nigro glomeratur pulvere nubes. *Val. Flacc. l. 4. v. 495.* Cocytia nubes. *h. e.* harpyiarum cœtus menſis involitans. *Stat. l. 2. Theb. v. 321.* talem ſub pectore nubem Conſilio volvens. *h. e.* cogitationum, & curarum multitudinem. *Serm. Samnonic. c. 3. v. 34.* farrea nubes. *h. e.* porrigo capitis, furfures. ¶ *Nubes belli* eſt belli moles, & vis ingruens. *Juſtin. l. 29. c. 3.* Videre ſe ait conſurgentem in Italia nubem illam trucis & cruenti belli. *Virg. 10. Æn. v. 808.* ſic obruta undique telis Æneas nubem belli, dum detonet, omnem Suſtinet. ¶ Elegantor dicitur de ebrietata, & ſopore, quibus mens quaſi nube obruitur. *Val. Flacc. l. 3. v. 65.* Rhœtus iniqui Nube meri geminam Pholoen, majoraque cerneus Aſtra. *Stat. l. Achill. v. 646.* Bacchi cumites, diſcuſſa nube ſoporis, &c. *Id. 12. Theb. v. 280.* ut quamqua ligatum Infelix tellure ſopor, ſupereamaqua nubes Obruerat. *Id. l. 4. ſilv. 6. v. 72.* jam mortis opacæ Nube gravis. ¶ De ætate. *Stat. 4. Theb. v. 512.* Ne tenues annos, nubemque hanc frontis opacæ Spernuta. ¶ De triſtitia, & cura, calamitate, infortunio. *Stat. l. 1. ſilv. 3. extr.* omni detectus pectora nube. *& lib. 3. ſilv. 3. v. 146.* Dextra bis naſtnois fluxerunt fæcula luſtria, Atqua ævi ſine nube tenor. *Ovid. 5. Triſt. el. 5. v. 22.* Para vitæ triſti cetera nube vacet. *Cic. pro Dom. c. 12.* Illis reipubl. tenebris, cæciſque nubibus, & procellis, cum Senatum a gubernaculis dejecitis, &c. ¶ De triſti ſeveritate *Horat. l. 1. ep. 18. v. 94.* Deme ſupercilii nubem. *Sil. l. 8. v. 612.* non ille egoris Ingratis laudes, nec nubem frontie amabat. ¶ De umbra *Stat. 6. Theb. v. 586.* Deſerpitque genis, nec ſe lanugo fatetur Intonſæ ſub nube comæ. ¶ De obſcuritate, tenebris, ſilentio, arcano. *Horat. l. 1. ep. 16. v. 60.* Labra movet metuens audiri, pulcra Lavema, Da mihi fallere, da juſto ſanctoque videri: Noctem peccatis, & fraudibus obice nubem. *h. e.* effice, ut peccata mea, & fraudes lateant, ut impune ſic mihi fraudibus utenti. ¶ In illo *Quintil. declam. 1. c. 17.* Quæ obſoletam protinus nubem, & tempori accommodata lugubria ſammeo revertente mutabis: *nubem* intellige tenuiſſimam veſtem, aut velum pellucidum. Quo facit illud *P. Syri* apud *Petron. c. 55. Barm.* Æquum eſt induere naptam ventum teſtilem, Palam proſtara nudam in nebula linea. Alii veſtem pullam interpretantur. ¶ *Nubes* in recto ſingulari, & maſcul. gen. *Plaut. in eſt Merc. 5. 2. 38.* Nubis ater, imberque inſtat. Locus tamen ſuſpicione mendi non caret. Eſt etiam qui leg. *nubs ater.* Nam & *Ausom. Edyll. 12. de monoſyll. hiſtor. v. 4.* Perjurum Lapitham Junonia judificat nubs. Adde *Liv. Andron.* apud *Serv. ad Æn. 10. v. 636.* ſed improbat ipſe *Servius* tum hic, tum *ad Æn. 1. v. 591.*

NUBIFER, a, um, *annuvolato, nuvoloſo*, νεφεληγερέτης, *nubilus*, nubes ſuſtinens, aut afferens. *Ovid. 2. Met. v. 226.* Arcinque Alpes, & nubifer Apenninus. *h. e.* adeo excelſus, ut verticem inſerens nubibus eas portare videatur. Sic *Val. Flacc. l. 4. v. 599.* nubifera ſurgentem rupe Carambia. *Ovid. Heroid. ep. 3. v. 58.* dare nubiferis linea vela notis. *Sil. l. 12. v. 383.* nubifer Eurus. *Lucan. l. 5. v. 415.* Perfida nubiferi vetat inconſtantia veris.

NUBIFUGUS, a, um, qui nubes fugat. *Colum. l. 10. v. 288.* Nec tam nubifugo Borea Latonia Phœbe Purpureo exdiat vultu.

NUBIGENA, æ, com. *νεφεληγενὴς*, genitus ex nube. *Colum. l. 10. v. 115.* Mox ubi nubigenæ Phryxi, nec portitor Helles, &c. *h. e.* filius Nephales, quæ *Nebula* dicitur ab *Hygin. fab. 1. 2. & 3.* Nam *νεφέλη* nubem, nebulamve ſignificat. *Stat. 1. Theb. v. 365.* Amnes nubigenæ. *torrentes.* & *Prudent. in Hamartig. v. 486.* nimbi. ¶ Speciatim *nubigena* dicuntur Centauri, quod ea nube nati ſint. Cum enim Ixion Junonem deperiret, oblata eſt illi nubes, quæ faciem Junonis repræſentaret, cum qua congreſſus genuit Centauros. *Stat. 5. Theb. v. 263.* ſi quando profundo Nubigenæ clypeos, *lorentes*, *Stat.* vocat ancilia, *lib. 5. ſilv. 2. v. 131.* quia cæla lapſi ſunt, ut ait *Virg. 8. Æn. v. 664.* Al. leg. *nubigeras.*

NUBIGER. V. in voce præced.

NUBILAR, is, n. V. in voce ſequenti.

NUBILARIUM, ii, n. *portico, porticale*, locus in villa, in quo meſſis trituranda reponitur, cum nubilum ſit cælum, & pluvia timetur. *Varr. l. 1. R. R. c. 13.* Ædificium facere oportet, ſub quod tectum totam ſundi ſubjicera poſſis meſſem: quod vocant quidam nubilarium. Id ſecundum aream faciundum, ubi trituus ſit frumentum, magnitudius pro modo ſundi, ex una parta apertum, & id ab area, quo & in trituram prorture facile poſſis, & ſi nubilare cœpreit, inde ut rurſus celeriter rejicere. *Colum. ſub fin. cap. 6. l. 1.* Areæ nubilarium applicari debet, propter inconſtantiam cæli, quo collata femitrita fiumenta protagantur, ſi ſubitaneus imber inceſeerit. *Id. l. 2. c. 21.* Si ſeges cum parte culmi demeſſa ſit, in nubilarium congeritur, & ſubinde opportunis ſolibus torrefacta proteritue. Quidam *nubilar* hic leg.

NUBILIS, le, *da marito, nubile, ἀνδρὸς ἐπαίων, ἐυήνωρ*, quæ eſt apta, ut viro in matrimonium jungatur. *Cic. pro Cluent. c. 5.* Reliquit grandem, & nubilem filiam. *Virg. 7. Æn. v. 53.* Jam matura

viro,

viro, jam plenis nubilis annis. *Ovid.* 14. *Met. v.* 335. Hæc ubi nubilibus primum maturuit annis, &c.

NUBILO, as, a. t. *annuvolare, τεφόω*, nubilum facio, nubes induco. Absolute ut *hiemat, pluit*, & hujusmodi, *l'arr. l. 1. R. R. c.* 13. Si nubilare cœperit. ¶ Passive *Cato R. R. c.* 88. Usque adeo *in* sole habeto, donec concrevcrit: ubi nubilabitur, noctu sub tecto ponito. ¶ Translate *Plin. l.* 37. *c.* 7. Fulgorem cæruleum debere candidum esse positi, extremo visu nubilantem: si attollatur, coærdescentem. *Poulm. Nolan. carm.* 10. *v.* 37. Quam (*lucem Dei*) vis sophorum callida, arque rhetorum, & Figmenta vatum nubilant.

NUBILOSUS, a, um, *nuvoloſe*, nubilus. *Apul. l.* 11. *Metam.* Cælum, nubilosa caligine directa, splendore candebet.

NUBILUS, a, um, *nuvoloſe, annuvolato, effuſcato, νεφώδης*, nubibus obductus. *Plin. l.* 16. *c.* 26. Nubilum cælum. *Id. l.* 2. *c.* 35. Nubilus dies. *Tibull. l.* 2. *el.* 5. *v.* 76. Nubilus annus. *Plin. l.* 18. *c.* 25. Nubilus occasus sideris. ¶ *Nubilum, i*, est cælum, tempus nubiluro, vel nubes in aere collectæ. *Plin. l.* 2. *ep.* 17. Ibi omnes silent venti, exceptis qui nubilum inducunt. *Senec. in Ner. c.* 13. Cum Armeniæ regem destinato per edictum die offensurus populo, propter nubilum distulisset. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. *ante med.* Vitare soles atque ventos, & nubila etiam ac siccitates. *a tempe nuvoloſi.* Hinc ablativus *nubilo*, nubilo die, tempore, aere. *Plin. l.* 7. *in fin.* Etiam tum tameo nubilo incertæ fuere horæ. *Id. l.* 11. *c.* 14. *ad fin.* Aranei serene texunt, nubilo retunt. ¶ *Nubila, orum*, sunt ipsæ *nubes, nuvole*: idque fere apud Poetas. *Plin. l.* 2. *c.* 62. Rhodi nunquam tanta nubila obduci, ut non aliqua hora sol cernatur. *Horat. l.* 1. *od.* 7. *v.* 15. Albus ut obscuro deterget nubila cælo Sæpe Notus. *& od.* 34. *v.* 5. Dispiter igni corusca nubila dividens. *Ving.* 4. *Æn. v.* 177. Ingrediturque solo, & caput inter nubila condit. *Ovid. t. Met. v.* 328. Disjicere nubila. *& vers.* 572. conducere. *& lib.* 7. *v.* 201. ioducere & pellere. *& lib.* 11. *v.* 435. venti vexant. *Id.* 1. *Amor. el.* 8. *v.* 9. toto cælo glomerantur. ¶ Est etiam *nubilus, nubifer*. Ovid. 2. *ex Pont. ep.* 1. *v.* 16. & *Propert. l.* 2. *el.* 13. *v.* 56. Nubilus Auster. *Plin. l.* 2. *c.* 47. *a med.* Auster Africæ serenus, Aquilo nubilus. *Claudian. l.* 1. *de laudib. Stilich. v.* 287. Nubilus Orion. ¶ Item tenebrosus, umbrosus, *tenebroſo, embroſo. Ovid.* 3. *Fast. v.* 302. Nubila Styx. *Id.* 4. *Met. v.* 432. Est via declivis, sunctis nubila taxis. *& lib.* 14. *v.* 447. lucosque petunt, ubi nubilus umbra Ia mare cum flava perrumpit Tibris arena. *& vers.* 514. antræ nubila multa silva. *Stat.* 4. *Theb. v.* 483. Nubilus Arcas. *b. c.* in Inferis degens luce carentibus. ¶ Item obscurus, fuscus, *fosco. Plin. l.* 9. *c.* 35. Nubilus color margaritæ. *Martial. l.* 8. *epigr.* 51. *de phiale.* nec odit Eeplacatores nubila massa focos. ¶ Item turbatus, *rouſuſo, turbato. Plaut. Cas.* 2. 1. 5. Ita nubilam mentem animi habeo: ubi sum, ibi non sum. *Stat.* 3. *Theb. v.* 230. Mars nubilus ira. ¶ Item tristis, *mestizia cunico. Ovid. de Cerere, l.* 5. *Met. v.* 512. toto nubila vultu Ante Jovem passis stetit invidinsa capillis. *Stat. l.* 5. *silv.* 3. *v.* 12. Frigida damnatæ produxit nubila menti. *Plin. l.* 2. *c.* 6. Sol cæli tristitiam discutit, atque etiam humani nubila animi serenat. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. *ante med.* Oculi hilaritate mitescunt, & tristitia quoddam nubilum ducunt. ¶ Item calamitosus, *sclamitoſo. Ovid.* 1. *Trist. el.* 1. *v.* 39. Carmina proveniunt animo deducta sereno: Nubila sunt tristis tempora nostra malis. Adde *el.* 9. *v.* 6. ¶ Item infaustus, adversus, *contrario, infauſto. Ovid.* 5. *Trist. el.* 3. *v.* 14. Nubila nascenti seu mihi Parca fuit.

NUBIVAGUS, a, um, inter nubes vagans. *Sil. l.* 12. *v.* 102. *de Dædalo.* Hic pro nubivago gratus pia templa meata Instituit Phœbo.

NUBO, is, psi, & nuptus sum, ptum, a. 3. *coprire, velare, κρύπτω*, tego, operio, velo: unde *obnubo. Colum. l.* 10. *v.* 158. tellus depositis cupiet se nubere plantis. *Arnob. l.* 3. *pag.* 118. Quod aqua nubat terræ, appellatus est, inquiunt, cognominatusque Neptunus. *Auctor Pervigil. Veu. v.* 22. Ipsa (*Venus*) jubet, mane ut udæ virgines nubant rosæ. ¶ Quoniam vero sponsa apud Veteres, cum viro tradebantur, flammeo nubere, ideo velare capita solebant: factum est, ut per metonymiam ufurpetur pro in matrimonium collocari, *maritarſi, ſpoſarſi, γαμίζομαι, γαμέομαι*: & de sponsa solum dicatur. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 15. Quo illæ nubent divites dotatæ, si illud jus peeuperibus ponitur? Quo lubeat, nubant, dum dos ne fiet comes. *Ovid. Heroid. ep.* 9. *v.* 32. Si qua voles apte nubere, nube pari. *Cic.* 1. *de Divin. c.* 46. Virgo nupsit ei, cui Cæcilia nupta fuerat. *Id.* 15. *Fam. ep.* 3. Regis Parthorum filius, qun cum esset nupta regis Armeniorum soror. *Id. pro Cal. c.* 14. Cum ex amplissimo genere in familiemsclarissimam nupsisset. *Id. pro Cluent. c.* 66. Tum denique in familiæ luctum, atque in privignorum funus nupsit. *Tacit. 4. Ann. c.* 40. Posse ipsam Liviam statuere, nubendum post Drusum, aut in penatibus isidem tolerandum haberet. *Gell. l.* 1. *c.* 23. Unus ne et duas uxores haberet, an ut una apud duos nupta esset. *Terent. Oig. lib.* 35. *ar.* 1. *leg.* 60. *ed fin.* Cum vir uxori, si a liberis non nupserit, in annos singulos aliquid legavit. *b. e.* nubendo non discederet. ¶ Supinum *nuptum* cum aliis verbis elegantes conjungitur. *Nep. in Pausan. c.* 2. Des ei filiam tuam nuptum. *Plaut. Stich.* 1. 2. 83. Hostis est uxor, invita quæ ad virum nuptum datur. *& vers.* 85. Nam quo dedisti nuptum, abire nolumus. *Terent. Phorm.* 5. 1. 25. Nuptum virginem locavi huic adolescenti. *Cæs. l.* 1. *B. Gall. c.* 18. Propinquas suas nuptum in alias civitates collocasse. *Sallust. in fragm.* apud *Arusian. Mess.* Neque virgines nuptum a parentibus mittebantur. *Plaut. Cas. prol. v.* 86. Ultro ibit nuptum. ¶ Aliquando de viro dicitur: sed Vel cum præpositeras nuptias significamus. *Juvenal. sat.* 2. *v.* 135. nubit amicus, Nec multos adhibet. Licest modo vivere: fient, Fient illa palam, cupient & in acta referri. Adde *Martial. l.* ee. *epigr.* 42. *Lamprid. in Heliogab. c.* 10. & *Impp. Constantin. & Constant. lib.* 9. *Cod. tit.* 9. *leg.* 31. Hæc sententia *Suetou. in Ner. c.* 29. & *Tacit. Ann.* 15. *c.* 37. verbo *duabus* usi sunt. ¶ Vel cum vir uxori subjicitur, servitque aut propter dotem, aut propter nobilitatem. *Pompon.* apud *Non. c.* 2. *n.* 577. Meus frater nupsit posterius dotatæ vetulæ, varicosæ, vafræ. *Martial. l.* 8. *epigr.* 12. Uxorem quare locupletem ducere nolim, Quæritis? uxori nubere nolo meæ. ¶ Reperitur etiam simpliciter de viro dictum. *Tertull. l.* 1. *ad Uxor. c.* 7. *sub fin.* Pontificem max. rufus nubere nefas est. *& l.* e. *c. ult.* Nec filii sine consensu patrum rite & jure nubent. Hinc *veri nuptæ*, matrimonio junctæ. *Varr.* apud *Non. c.* 7. *n.* 98. Viris nuptis, sacrificabantur in cubiculo viduæ. Sic *nupta populus*, h. e. juncta viti, *Plin. l.* 18. *c.* 28. ¶ Jocularitor apud *Plaut.* eß concumbere, *Cistell.* 1. 1. 45. Hæc quidem ecastor cotidie viro nubit, nupsitque hodie, nubet mox noctu: nunquam ego hanc viduam cubare sivi. Nem si hæc non nubat, lugubre fame familie perent. ¶ Passive impersonaliter, *Plaut. Pers.* 3. 1. 58. Cujusmodi hic cum fama facile nubitur. *Tertull. l.* 4. *contra Marcion. c.* 38. *ante med.* Præstruxit, hic quidem nubi, ubi sit & mori. ¶ Transfertur ad plantas, ut *maritæ*, ee. *Plin. l.* 14. *c.* 1. Vites in Campano agro populis nubunt, maritasque complexæ, atque per ramos earum scandentes, &c. *Horat. epod.* 2. *v.* 9. adulta vitium propagine Altas maritat populos. *Menal. l.* 5. *v.* 238. Et te, Bacche, tuas nubentem jungat ad ulmos. *Colum.* de terra veris tempore parturiente, *l.* 10. *v.* 157. Alma sinum tellus pandet, adultaque poscens Semina, depositis cupiet se nubere plantis. ¶ *Perfectum. l.* 8. *pag.* 789. *Prisc.* docet, antiquissimos etiam *nubo te* dixisse activa ratione pro *nubo tibi*. Unde est Nuptus, a, um, *maritato*. ¶ *Valer. Prob. in Cathol. pag.* 1485. ponit etiam præterium *nubsi* pro *nupsi*: sed hoc est obsoletum.

NUBS, f. nubes. Negat quidem *Servius ad Æn.* 1. *v.* 501. Latine dici. *Ausou.* tamen *in Technopæg.* usurpavit. V. *Nubes* in fine.

NUCALIS, le, adject. *di noce. Cal. Aurelian. Acut. l.* 2. *c.* 37. *ante med.* Palmulæ nucales, quas caryotas appellant.

NUCAMENTA, orum, n. *κάρυωμα*, paniculæ squamatim compactæ, quæ pendent ex ramis piceæ, & aliarum arborum nuces ferentium; *Plin. l.* 16. *c.* 10. E eamie generum borum panicularum modo nucamenta squamatim compacta dependent, præterquam larici. *& mox.* Nucamenta compressiora.

NUCELLA, æ, f. parva nux, ut Nucella cocta, *Apicius* apud *Bart. l.* 34. *c.* 18. (qui tamen *Apicii* locum non indicat) & præterea Auctor admodum exiguæ est, & fortasse nullius auctoritatis.

NUCERINUS, a, um, ad Nuceriam pertinens, ut Nucerinus ager, *Plin. l.* 3. *c.* 5. *a med.* & *Liv. l.* 9. *c.* 38. & Nucerini, orum, Nuceriæ cives, *Liv. l.* 27. *c.* 3. Est autem duplex eo nomine oppidum: in Campania alterum ad Sarnum fluvium: alterum in Umbria ad radices Apennini in via Flaminia. *Plin. l.* 3. *c.* 14. & *loc. cit.* V. Geographos. Græce est Νουκερία. *Sil. l.* 8. *v.* 534. Illic Nuceria, & Gaurus navalibus æda.

NUCETUM, ti, n. locus nucibus consitus, ea ratione, qua *olivetum*, & *lauretum* dicitur. *Stat. l.* 1. *silv.* 6. *v.* 12. Quicquid nobile Pontica nucetis, Fecundia cadit aut jugis Idumes.

NUCEUS, a, um, de *nuce*, *κρυώδης*, qui est ex nuce. *Cato R. R. c.* 31. & *Plin. l.* 16. *c.* 39. Ulmeam, pineam, nuceam, hanc, atque aliam materiam omnem cum effodies. *Hieronym. ed Paulin. post med. ubi de Jerem.* Virga nucea.

NUCIFRANGIBULUM, i, n. dens, quia dentibus nuces solent confriagi. *Plaut. Bacch.* 4. 2. 16. Mihi cautio est, ne nucifrangibula excussit ex malis meis.

NUCINUS, a, um, qui est ex nuce, ut Nucinæ mensæ, quæ fuera in pretio prius, quam citreæ essent cognitæ. *Varro Interpres* in illud *Juvenal. sat.* 11. *v.* 117. nostraque ex acbore mensas.

NUCIPERSICUM, i, n. fortasse est Persicum nuci insitum, ut *nucipruuum* prunum insitum nuci. Habetur *in lemmate epigr.* 46. *l.* 13. *Martial.*

NUCIPRUNUM, i, n. *κρυοκοκκυμηλέα*, prunum insitum nuci. *Plin. l.* 15. *c.* 13. Appellata ab utroque nucipruna.

NUCLEATUS, a, um, id cui nucleus ademptus est. *Seribon. Larg. compos.* 233. Uva passa nucleata, contusa, ac mista. *Rhodius* mallet *enucleata.*

NUCLEUS, i, m. *nocciole, κρόκη*, quod durum, & osseum in quibusdam pomis includitur, ut in oles. *Plin. l.* 37. *c.* 11. & *Ulpian. Dig. lib.* 32. *leg.* 53. Virgæ, carbones, nuclei olivarum. *Plin. l.* 23. *c.* 7. *a med.* Nuclei persicorum. *& ibid. sub fin.* ceraforum. *& lib.* 23. *c.* 17. Nucleus osseus loti. *& cap.* 19. Malum Punicum, cui liquosus nucleus abest. *Pallad. in Septembr. c.* 14. Tuberes feremus fobole, vel nucleis. ¶ Nucleus acini, *vinacciuolo*, vinaceum. *Plin. l.* 23. *c.* 1. *& lib.* 31. *c.* 10. *ante med.* ¶ Quod Cato R. R. *c.* 37. & ex eo *Plin. l.* 17. *c.* 19. *ad fin.* præcipit, nucleos in fegetem ita indamus, figaficat, non esse spargendos in agro quoscumque nucleos duro cortice, quales sunt oleæ, persici, ceraſi, &c. ¶ Per similitudinem dicitur nucleus in pavimentis media & interior eorum pars rotiseus ac durior: quam vulgus Italorum *anmue* vocat. *Plin. l.* 36. *c.* 25. Ruderi novo tertiam partem testæ tusæ addi, deinde rudus, in quo duæ quintæ calcis misceantur, pedali crassitudine sistucari: tum nucleo crasso seu digitos induci, &c. *Vitruv. l.* 7. *c.* 1. Insuper ex testa nucleus inducatur, &c. ¶ Nucleus corporis concha apud *Plin. lib.* 9. *cap.* 35. est ipse unio, seu margaritum, *perla*: ¶ Nucleus ferri, *acciaio*, pars ferri durior, qua utimur ad indurandam aciem, ut ait *Plin. l.* 34. *c.* 14. ¶ Est etiam *nucleus* tenerum illud edule, quod invenitur in nucibus, ut in juglande, avellana, amygdala, nuce pinea, &c. Est autem hæc prima hujus vocis notio,

a *nuce*

a nuce dictæ, quaſi *nuculeus*. Hinc provarb. apud *Plaut. Curcul.* 1. 2. 55. quod refertur atiam a *Macrob. l.* 2. *Saturn. c.* 14. *extr.* Qui e nuce nucleum eſſe vult, frengit nucem. *h. e.* qui commodum appetit, laborem ſubit: *è non ſi può pigliar peſce franco immollarſi*: & *è non ſi può aver il mele ſenza le pecchie*. Aliud proverb. apud *enad. Capt.* 3. 4. 122. Nucleum amiſi: reliquit pigouri putamina. Verba ſunt Hegionis quarentis, amiſiſſe ſi eum captivum, qui cum heres eſſet, magno ſibi lucro eſſe poterat, ſi redimeretur: relictum autem ſibi eſſe pignori ſervum viliorem, ea quo parum ſibi emolumenti obventurum ſit. His *Plauti* locis quidam MSS. *nuculeus* habent. *Plin. l.* 15. *c.* 13. Nucleus amygdalæ. *mandorlo*. & *lib.* 37. *c.* 4. avellanæ. *nocciuola*, *nocella*. & *lib.* 15. *c.* 20. acilis pinearum nucum. *pinocchio*, apud nos vulgo *pignole*: quem ita deſcribit *Id. ibid.* Grandiſſimus fructus pineis nucibus, altiſſimoque ſuſpenſus, intus ceriles nucleos lacunatis includit toris, veſtitos alia ferruginis tunica: mira Naturæ cura mollitur ſeminæ collocandi. *Celſ.* vocat *l.* 2. *c.* 22. nucleum pineum. *Plin. l.* 15. *c.* 28. *ſub fin.* Carne palmæ placent, cruſta Thebaicæ, ſucco uvæ, callo pire, corpore melimela, more cartilaginee, nuclei grano. ¶ Gallæ nucleus eſt, quod intus eſt in galla. *Plin. l.* 24. *c.* 4. Nucleus gallæ commanducatus dentium dolorem ſedat. ¶ Nucleus myrrhæ, eſt myrrhæ granum excuſſum. *Id. l.* 12. *c.* 16. ¶ Nucleus terræ eſt creſſior & lentior glutinoſiorque terræ pars veluti in nucleum coalaſcens. *Plin. l.* 17. *c.* 6. Eſt quidam terræ adepe, ac velut glandia in corporibus, ibi denſante ſe pinguitudinis nucleo. ¶ Nucleus alii, *ſpicchio*, *Id. l.* 19. *c.* 6. *a med.* Allium tenuiſſimis in univerſum veſtatur membranis, mox pluribus coagmentatur nucleis, & his ſeparatim veſtitis. ¶ Quoties apud *Apic.* legimus *nucleos* in condimentis, pineos intelligere debemus, ut *lib.* 7. *c.* 11. & *lib.* 2. *c.* 2. &c.

NUCULA, æ, f. *nocelle*, κραυΐτης, minuta nux. *Plin. l.* 15. *c.* 22. *de nuce juglande*. Tinguntur cortice earum lanæ, & rufatur capillus primum prodeuntibus nuculis. *Feſtus*: Nuculas Præneſtinos appellabant, quod incluſi a Pœnie Caſilini famem nucibus ſuſtentarunt: vel quod in eorum regione plurima nux minuta naſcitur. V. *Præneſtinæ*.

NUDATIO, onis, f. veſtium detractio, *nudezà*. *Plin. l.* 28. *c.* 6. *in fin.* Ne deum aliquem nudatio offendat.

NUDATUS, a, um, *nudato*, *ſpogliato*, *nude*, *ſcoperto*, γυμνωθὲις, veſtibus ſpoliatus, detactus, nudus. *Virg.* 5. *Æn.* v. 134. populeo velatur fronda juvenis, Nudatoſque humeros oleo perfuſa niteſcit. *Id.* 2. *Georg.* v. 7. crura derepta nudata colburnis. *Id.* 12. *Æn.* v. 313. Ænea dextrem tendebat inermem Nudato capite. *ſcoperto*. *Val. Flacc. l.* 5. v. 136. Quæ pelta latue, atque humeros nudata pharetræ Fugerit. *Horat. l.* 1. *ep.* 3. v. 19. moveat cornicula riſum Furtivis nudata coloribus. *Nep. in Datem. in fi.* Telum nudatum vaginæ, veſte texit. *ſguainate*. ¶ Translate aſt detectus, privatus, cerens. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 86. Libenter enim is cognitum jam artificem, aliquendoque evolutum illis integumentis diſſimulationis tuæ, nudatumque perſpicio. *Ovid.* 1. *Met.* v. 345. creſcunt loca decreſcentibus undis, Poſtque diem longam nudata cacumine ſilvæ Oſtendunt. *h. e.* libera ab aquis. *Val. Flacc. l.* 3. v. 332. nudati montes. *ſpogliati d' alberi*. *Liv. l.* 27. *c.* 4. *a med.* Jovis ædis culmen prope omni tecto nudatum. *Cæſ. l.* 1. *B. Civ. c.* 7. Nudata omnibus rebus tribunitia poteſtas. *Hirt. de B. Alex. c.* 11. Naves omnes epibatis nudatæ. *Cæſ. l.* 2. *B. Gall. c.* 6. Murus nudatus defenſoribus. *Salluſt. in Jug. c.* 93. Jugurtha præſidiis nudatus. *Plaut. ad Cicer.* 10. *Fam. ep.* 17. Acerbiſſimo interitu conſulum nudata reſpublica. *Cic. t. de Orat. c.* 38. Vir ingenii ſcientia joris nudata.

NUDE, adverb. *Laſtant. l.* 3. *c.* 1. *a med.* Quæ quidem tradita ſunt breviter ne nude. *h. e.* aperte, & ſimpliciter, *ſchiettamente*.

NUDIPEDALIA, um, n. γυμνοπέδια, ſacra, quæ nudis pedibus peragebantur. Porro multa fuera apud Veteres tum Romanos, tum Græcos, ac Barbaros, in quibus hic ritus ſervabetur, ad oſtendendam majorem animi demiſſionem, atqua arga deos reverentiam. *Tertullian.* tamen peculiari ſacro eum tribuere videtur, videlicet cum plovia in ſiccitate petanda erat, *de Jejun. c.* 16. *a med.* Cum ſtupat cælum, & aret annus, nudipedalia denuntiantur, magiſtretus purpuras ponunt, faſces retro avertunt, precem indigitant, hoſtiam inſtaurent. Eadem ferme habet *in Apolog. c.* 40. *ſub fin. Hieronym. l.* 2. *commen. in epiſt. ad Galat. cap.* 4. Paulus nt Judæos lucrifaceret, & in Cenchris ex voto comam totondit, & nudipedalia, atque calvitium Hieroſolymis in templo exuncuit.

NUDIPES, adis, pedee nudos habens. *Tertull. de Pall. c.* 5. Non expedit in algore, & ardore rigere nudipedem.

NUDITAS, atie, f. *nudità* \ γυμνότης. Translate ponitur pro inopia. *Quintil. l.* 10. *c.* 2. *ed fin.* Si tenuitas, aut nuditas in aſperis gravibuſque cauſis ponderi rerum parum reſpondeant.

NUDIUS, vox ex *nunc*, & *dies* conſecta, ut *Feſt. docet*, jungitur cum nominibus numerelibus, tertius, quartus, quintus, &c. Itaque nudius tertius ſignificat *altertero*, *l'altro ieri*, ante duos dies, q. d. nunc dies tertius eſt: ſic nudius quartus, *ero giorno ſa*, nunc dies quartus aſt, &c. *Cic. Attic. l.* 14. *ep.* 11. Nudius tertius dedi ad te epiſtolam longinrem. *Id. Phil.* 5. *c.* 2. Recordemini, qui dies nudius tertiuſdecimus fuerit. *Plaut. Trucul.* 2. 6. 28. Heri nudius quintus natus ille eſt. *Id. Moſtell.* 4. 2. 40. Heri, & nudius tertius, quartus, quintus, ſeatuſque; poſquam hinc peregre abivit, nunquam deſitum aſt, &c.

NUDO, as, avi, atum, a. *r. nudare*, *ſpogliare*, *ſcoprire*, γυμνόω, veſtibus ſpolio, detracta veſte detego, aperin. *Enn.* apud *Cicer. Tuſcul.* 4. *c.* 33. Flagitii principium aſt, nudare inter cives corpore. *Cic. Verr.* 7. *c.* 62. Hominem proripi, atque in forn medio nudari, ac deligari, & virgas expediri jubet. ¶ Item univerſim detegere, aperire. *Virg.* 1. *Æn.* v. 215. Targora deripiunt coſtis, & viſcera nudant. *& lib.* 5. v. 585. pugnaque cient ſimulacra ſub armis: Et nunc terga fuga nudant, nunc ſpicula vertunt Infenſi. *Ovid.* 2. *Faſt.* v. 693. & *Liv. l.* 28. *c.* 33. Nudare gladius. *ſguainare*. ¶ Et privare, ſpoliare. *Petron. in Satyr. c.* 117. Nudare crine caput. *Ovid.* 3. *Faſt.* v. 557. nudare meſſes. *h. e.* terere, excutere, folliculis ſpoliare. *Sil. l.* 8. v. 503. ſilvis mourem. *Plin. l.* 16. *c.* 22. Nudantur urbores foliis. *Senec. in Hippol.* v. 966. canæ frigore brumæ nudant ſilvas. *Stat. l.* 4. v. 87. humeroſque manu nudare niteutes. *ſeil.* comam tonſorio opere rondando. *Cæſ. l.* 3. *B. Civ. cap.* 15. Nequs ſibi nudanda litora, & relinquendos portus exiſtimabant. *h. e.* præſidiis ſpolianda. *& lib.* 7. *B. Gall. cap.* 70. Jubet portas claudi, ne cabre nudentur. *Horat. l.* 1. *ep.* 18. v. 21. quem præceps alea nudat. *ſpoglia*, *impoverifce*. & *Ovid. l.* 1. *Triſt. el.* 6. v. 7. Tu facis, ut ſpolium ne ſim, neu nudor ab illis, Naufragii tabulas qui petiere mei. *neu ſe rubare*. & *Cic. Verr.* 2. *c.* 5. Quæ victorres ervitatibus Siculis aut dederunt, aut reddiderunt, ſpoliavit nudavitque omnia. *Id. pro Dom. c.* 1. Utrum amentes ne perditos magiſtretus improborum ac ſcalsratorum civium præſidio nudare, an etiam deorum immortalium religione armare malitin. ¶ *Nudari* dicuntur loca, unde aqua diſcedit. *Tacit. 6. Ann. c.* 33. Brevia litorum nudantur. *Liv. l.* 36. *c.* 45. *ad fin.* Ventus nudaveret vada. *Plin. l.* 36. *c.* 6. *ſub fin.* Æſtus nudans arenas. ¶ Arcana, & latensia detegere, paſefacere. *manifeſtare*, *paleſare*. *Virg. t.* Æn. v. 359. Crudeles aræ, trajecteque pectora ferro Nudavit, cæaumque domne ſcalus omne protexit. *Horat. l.* 2. *ſat.* 5. v. 47. ne manifeſtum Cælibis obſequium nudet te. *h. e.* te prodat. *& ſat.* 8. v. 74. ingenium res Adverſo nudare ſolant, celare ſecundæ. *Liv. l.* 35. *c.* 32. Jam enim, & id magis in dies, Ætoli defactionem nudabant. *Id. l.* 24. *c.* 27. Nec illi primo ſtatim creati nudare, quid vellent. *laſciarſi intendere*. *Id. l.* 42. *c.* 63. Fama equeſtria pugnæ nudavit voluntates hominum.

NUDULUS, a, um, diminut. a *nudus*. *Adrian. Imp. in carm.* apud *Spartian. in ejus vita*, *c.* 25. Animula vagula, blandula, Quæ nunc ebibis in loca Pallidula, rigida, nudula.

NUDUS, a, um, *ignude*, *nudo*, *ſpogliato*, γυμνὸς, ἀσκεὼν, qui ſine veſta aſt, aut tegmine quocumque. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 66. Tanquam nudue nucee legeret, in ventrem abſtulit. *Horat. l.* 1. *ſat.* 8. v. 24. nudis pedibus, peſloque capillo. *Virg.* 8. *Æn.* v. 425. nudus membre Pyracmon. *Ovid. Met.* 7. v. 183. Nuda pedem. *ſcalzo*. *Virg. Æn.* 11. v. 642. nudo cui vertice ſulva cæſaries. *capo ſcoperto*. *Sil. l.* 5. v. 449. Coſtæ nudæ tegmine. ¶ *Nudi* atiam dicuntur, qui togas tantum depoſuere, & in ſolis tunicis ſunt. Toga enim propria veſtis dicirer, & togati veſtiti. Hoc multis conetur oſtendere *Burman.* ad illud *Petron. in Satyr. c.* 92. Ex altera parte juvenis nudus, qui veſtimenta perdideret, &c. ¶ *Nude veſtimenta detroheer*, proverb. h. e. commodum ſpreara ab ea, qui nihil habet: *trarre dalle cape ſangue*: aquam a pumice poſulare. *Plaut. Aſin. t.* 1. 79. Nudo detrehere veſtimenta me jubes. ¶ Tranſertur ad alia. *Catull. carm.* 61. v. 49. Ut vidua in nudo vitie quæ naſcitur arvo, Nunquam ſe exrollit. *h. t.* ſina pedamentia. *Virg. Ecl. t.* v. 15. ſilice in nuda. *h. e.* nullo gramine veſtita. Sic *Ovid.* 4. *Met.* v. 261. Sedit humo nuda. *ſulle nude terre*. (Et cum genit. *Salluſt. in Jug. c.* 81. Per loca inæqualia, & nuda gignentium. *& Ovid.* 12. *Met.* v. 512. parvoque in tempore nudus Arborie Othrys erat.) *Senec. in Herc. Oet.* v. 381. nudum nemus. *h. t.* ſine foliis & frondibus. *Id. in Oedip.* v. 43. nuda vada. *h. e.* ſicca, ſina aqua. *Ovid. de medic. fac.* v. 56. nuda hordea. *h. e.* ſina folliculis, & freſe. Contre *Petron. in Satyr. c.* 135. grana putaminibus veſtita. *Val. Flacc. l.* 2. v. 170. nudiſque ſub aëris Condenſæ ſetus acuum. *allo ſcoperto*, *ſotto il ciel ſereno*, ſub dio. *Virg.* 12. *Æn.* v. 306. Nudus anſis. *ſpada ſguainata*. ¶ Et ſæpe univerſim ſpoliatus, privatus, carens, *privo*, *nudo*. *Horat. l.* 2. *ſer.* 3. v. 184. Nudus agris, nudus nummie. *Id. l.* 1. *ed.* 14. v. 4. Navis latus nudum remigin. *Cic.* 7. *Attic. ep.* 13. Urbs nuda præſidiis. *Sil. l.* 16. v. 46. Cantaber ingenio membrorum, & mole rimeri Val nudus telis poterat. *anche ſenz' armi*. Cum genit. *Id. l.* 4. v. 607. Namque inhonoratam Fibrenos perdere mortam, Et famæ nudam impatiens, &c. Et cum ablat. & præpoſit. e, vel *ab*, *Cic. Verr. 6. t.* 2. Meſſana ab hic rebus, quibus ille delectatur ſane eucua, atque nuda eſt. *& Verr.* 4. *c.* 34. Domum ejus exornatam, atque inſtructam, fere jam iſte reddiderit nudam atque inanem. *Id. ad Quir. poſt redit. c.* 6. Nudus a propinquis, nulla cognations munitus. *Id. pro Dom. c.* 22. *a med.* Reſpublica nuda a magiſtretibus. ¶ In his ſatis egeſtatem, inopiem, paupertatam ſignificat. *Id. pro Flacc. c.* 21. Quem tu ſemper nudum eſſe voluiſti. *Ovid. Heroid. ep.* 9. v. 154. Æneas defertum nuda ſenecta premit. *Juvenal. ſat.* 7. v. 35. facunda, & nuda ſenectus. ¶ Sæpe aſt ſolus, *ſole*. *Ovid.* 3. *Triſt. el.* 11. v. 17. Ut mala nulla feram, niſi nudam Cæſaris iram, Nuda parem nobis Cæſarie ire mali eſt? *Martial. l.* 1. *epigr.* 44. Nudus aper, ſed & hic minimus. *ſeil.* menſæ illatus aë. *Plin. ſub init. l.* 3. Locorum nuda nomina, & quanra debitur brevitete, ponentur. *Cic. Parad.* 3. *c.* 2. Nuda iſta ſi ponas, judicari, qualia ſint, non facile poſſunt. *Petron. in Satyr. c.* 88. Priſcis temporibus, cum adhuc nuda virtus placeret. *h. e.* ſine aliis bonie, puta divitiis, honoribus. *Senec. l.* 3. *de benef. c.* 18. Virtus non aligit domum, nec cenſom: nudo hominc contenta aë. *Senec. alter in Hippol.* v. 519. Quam juvat nuda manu captaſſe fontem! *h. e.* nullo poculo inſtructa. *Veller. l.* 2. *c.* 61. *in fi.* Antonius turpi & nuda fuga coactus deſerere Italiam. *h. e.* ſolus, & ſine exercitu comitante. Adde *Sil. l.* 1. v. 219. & *lib.* 13. v. 198. & *Ovid.* 2. *Triſt.* v. 408. ¶ Apud Juriſconſultos ſæpe hoc ſenſu adhibetur. *Paul. ſentent. l.* 5. *tit.* 2. Poſſeſſionem

ſionem acquirimus & animo, & corpore. Sed nudo animo adipiſci quidem poſſeſſionem non poſſumus: retinere tamen nudo animo poſſumus. *Modeſtin. Dig. lib. 44. tit. 7. leg. 52. verr.* Etiam nudus conſenſus fuffcit obligationi: quamvis verbis hoc exprimi poſſit. *Cajus lib. 7. tit. 8. leg. 1.* Conſtituitur enim & nudus uſus, ideſt ſine fructu: Sic *paſtum nudum, nuda proprietas, traditio, voluntas*, &c. ¶ Aliquando eſt ſimplex, ſine fuco. *Scheretio, ſemplice. Cic. in Brut. cap. 75.* Commentarios quoſdam ſcripſit rerum ſuarum, valde quidem probandos. nudi enim ſunt, recti, & venuſti, omni ornatu orationis, tanquam veſte, detracto. ¶ *Nuda verba*, aperta, & intellectu facilia, qualia ſunt fere obſcena. *Plin. l. 4. ep. 14.* Summos illos & graviſſimos viros, qui talia ſcripſerunt, non modo laſcivia rerum, ſed & verbis quidem nudis abſtinuiſſe. ¶ *Nudi capilli*, nullo nexu, aut ornatu compoſiti. *Ovid. 4. Met. v. 261.* Sedit humo nuda, nudis incompta capillis. *& lib. 7. v. 283.* nudos humeris infuſa capillos. ¶ *Nudus ſudor* apud *Quintil. l. 11. c. 3. ante med.* eſt, qui a nudis elicitur, ut fit in gymnaſiis, & palæſtra. ¶ Comparat. *nudior. Cic. t. de Legib. c. 2.* Annales pontificum, quibus nihil poteſt eſſe nudius. Al. leg. *jucundius*, al. *jejunius*, al. *juncidius*, aut *ejuncidius*.

NUGACITAS, atis, f. nugarum ſtudium. *Auguſtin. ep. 67. in fin.* Omnes ab eo deleta eſt nugacitas. Adde *lib. 6. de Muſica ſub init.*

NUGÆ, arum, f. *ciancie, beze, bagatelle, frottole, ſciocchezze, coſe da nulla, freſcherie*, φλύαρος, λῆρος, proprie ſunt nænia, ſive carmina a præficis cani ſolita in laudem mortuorum. Hinc *Plaut. Aſin. 4. 2. 63.* Hæc ſunt non nugæ; non enim mortualia. ¶ Per ſynecdochen dicuntur ſermones levium rerum, ſcurriles, nullius pretii. Hinc *Catullus carm. 1. & Martial. l. 9. epigr. 2. & lib. 12. epigr. 2.* &c. poemata ſua nugas vocant. *Cic. l. 2. de Divin. c. 23.* Hunccine hominem tantis delectatum eſſe nugis? *Horat. l. 2. ſat. 9. v. 2.* Neſcio quid meditans nugarum. *Terent. Heaut. 4. 2. 8.* Næ iſta hercle magno jam conatu magnas nugas dixerit. ¶ Univerſim tricæ, gerræ, ineptiæ, res nihili. *Plaut. Trucul. 4. 4. 7.* Quid agitur, voluptas mea? *Di.* non voluptas. aufer nugas. *& a. 2. 20.* Nec nequam quiſquam probus erit amator, niſi qui rei inimicus eſt ſuæ. Nugæ ſunt, niſi quod modo cum dederit, dare jam labeat denuo. *Id. Trin. 2. 4. 40.* Hic poſtulet frugi eſſe; nugas poſtulet. *Id. Mer. 2. 4. 2.* Pentheum diripuiſſe ajunt Bacchas. nugas maximas fuiſſe credo, præut quo pacto ego divorſus diſtrahor. ¶ *Nugas agere*, eſt nugari, ineptire. *Plaut. Men. prol. v. 54.* Niſi qui argentum dederit, nugas egerit; qui dederit, magis majores egerit. *Id. Aſin. 2. 1. 78.* Maximas nugas agis. ¶ Et omiſſo verbo per ellipſim. *Id. Perſ. 4. 7. 7.* Quo illum ſequar? in Perſas? nugas. *Id. Moſtell. 5. 1. 38. Ter.* Quid ait. *Therm.* ſarvoe pollicitus eſt dare ſuos mihi omnes quæſtioni. *Ter.* nugas. nunquam edepol dabit. ¶ *Nugæ* etiam dicuntur levis hominis, & nugatoris. *Cic. Attic. l. 6. ep. 3.* Amicos habet meas nugas, Matinium, Scaptium. *Id. Q. Fr. l. 2. ep. 2. c. 2.* Ego Apamenſem Hephæſtum, ego leviſſimum hominem Megaſthum Antandrium, ego Niciam Smyrnæum, ego nugas maximas omni mea comitate ſum complexus. *Id. pro Mil. cap. 21.* Semper ille antea cum uxore; tum ſine ea: nunquam non in rheda; tum in æquo: comites Græculi, etiam cum in caſtra Etruſca properabat; tum nugarum in comitatu nihil. ¶ Item mendacia, & doloſa verba ad fallendum, fmudandumque. *Plaut. Trin. 4. 2. 13.* Nunc adeo ſi quid addidero amplius, eo conductor melius de me nugas conciliaverit. ¶ *Nenius a. n. 587.* tradit, omnia, quibus matronæ utuntur, nugas *Plautum* voluiſſe appellari. Hinc *nugivendos* dici omnes eos, qui aliquid mulieribus vendunt: *Aulod. 3. 5. 51.* Ubi nugivendis res ſoluta eſt omnibus. Al. leg. *nugigerulis*. Hujuſmodi homines nos hodie diceremus *mercanti di galanterie*.

NUGALIS, le, *pieno di ciancie, e bejè, e inezzie, frivola, da nulla*, φλυαρώδης, nugatorius, futilis, vanus. *Gell. l. 12. c. 2.* Sc in theorematibus tantum nugalibus, & puerilium ſſagogarum commentationibus oblectantes. *Id. l. 4. c. 1.* Oſtentabat quiſpiam grammaticæ rei doctor ſcholica quædam nugalia, de generibus & caſibus vocabulorum differens. *Id. l. 7. c. 17.* Quin potius hæc mittis nugalia, & affers ea, quæ digna quæri tractarique ſint?

NUGAMENTA, orum, n. idem ac nugæ. *Apul. l. 2. Metam. ſub fin.* A quo iſtorum nugamenta hæc comparaſti. De piſciculis quibuſdam viribus loquitur.

NUGARIUS, a, um. *Varr. l. 6. de L. L. c. 3. ad fin.* Nugarium unguentum. Ubi *Scalig. in conjectan.* interpretatur eo ſenſu dictum, quo Veteres omnia, quæ ad mulierum ornatum pertinebant, *nuges* vocabant, ut in *Nuga* dictum eſt. Monet etiam a *Petro Victorio* legi *nugatorium*, h. e. futile, & vilis pretii.

NUGAS, adject. V. in *Nugax*.

NUGATOR, orie, m. *ciancistatore, ſciolo, faccente*, φλύαρος, qui nugas, & inania dicit, nugax, ſtultiloquus, vaniloquus. *Cic. de Senect. c. 9.* Milo adſpexiſſe lacertos ſuos dicitur, illacrymanſque dixiſſe: at hi quidem jam mortui ſunt. Non vero tam iſti, quam tu ipſe, nugator. *b. c.* non tam iſti lacerti mortui ſunt, quam tu, ſtulte. *ſcioccone. & pro Flacc. c. 26.* Neque in iſtum nugatorem, tanquam in aliquem teſtem, invehar. *Gell. l. 11. c. 8.* Eam orationem cum legiſſet M. Cato, ne tu, inquit, Aule, nimium nugator es, cum mauluiſſe culpam deprecari, quem culpa vacare. *Auſon.* nugatorem libellum vocat Edyllium ſuum undecimum, qui eſt *Griphus*, ubi multa ludit de ternario numero. *Gell. l. 12. c. 2.* Senecam *nugatorem* appellat, quod Ciceronis errores deprecatur. *Id. l. 15. c. 1.* Homo nihili & nugator, atque in Græcæ facundiæ gloria jactabundus. *Perſ. ſat. 5. v. 127.* ceſſas, nugator? *frafca, merzzina*. dictum eſt heri ſervum increpantis. Apud *Auſon.* quoque *in Ephem. v. 27.* eſt convictum in fomniculoſum, & tarde mane ſurgentem. ¶ Eſt etiam *nugator*, qui mendacia congerit ad fallendum, *birbo, furbo, aggiratore*, ſycophanta. *Plaut. Trin. 4. 2. 91.* Nimium graphicum hunc nugatorem. *Id. Mil. 4. 2. 86.* Et pueri annos octingentos vivunt. *Milph.* væ tibi, nugator. *& Curcul. 4. 1. 1.* Edepol nugatorem lepidum hunc nactus eſt. halophantam, an ſycophantam hunc magis eſſe dicam, neſcio. ¶ De ſcortatore etiam dici videtur, in illo *Prudent. Cathemer. 2. v. 29.* Quis mœos ſumptis nequiter Non erubeſcit poculis? Cum ſit libido temperans, Caſumque nugator ſapit?

NUGATORIE, per nugas, leviter, inaniter. *Auſt. ad Heronn. 4. 36. l. 4.* Non apertiſſimæ res erant crimini datæ? non omnes teſtibus comprobatæ? non contra tenuiter & nugatorie reſponſum?

NUGATORIUS, a, um, *frivola, vano, da nulla*, φλυαρώδης, nugis plenus, levis, inanis, futilis, vanus. *Cic. pro Cæcin. c. 23.* Omnino ad probandum utramque rem video infirmam nugatoriamque eſſe. *Id. Fam. 21. ep. 2. ad fin.* Illud valde leve eſt, ac nugatorium. *Id. pro Roſc. Amer. c. 25.* Quod Erucio accidebat in mala nugatoriaque accuſatione, idem mihi nſuvenit in cauſa optima. *Auſt. ad Herenn. l. 2. c. 20.* Genus argumentationis nugatorium. *b. c.* quod nihil pertinet ad cauſam. *Plaut. Trin. 4. 2. 2.* Nugatoriæ artes. *b. c.* mendacia & doli, quibus aliquem quis capere ſtudet, *furberie, birbonerie*. ¶ Nugatorios eſſe boves Lanuſinos, dicit *Varr. l. 2. R. R. c. 5.* h. e. infirmiores, & parvi pretii: opponitque Gallicis, quos ait eſſe boni generis ad opus. Etiam *Colum. l. 7. c. 2.* in Liguria parvos boves naſci, ſcribit.

NUGATRIX, icis, f. *Prudent. in Pſychomach. v. 433.* nugatricem faciem dixit de luxuriæ copiis, & apparatu.

NUGAX, ácis, φλύαρος, nugator, putidus, ineptus, moleſtus. *Col. ad Cæcr. Fam. 8. ep. 15.* Ecquando tu hominem ineptiorem, quam tuum Cn. Pompejum vidiſti, qui tentas turbas, qui tam nugax eſſet, commorit? *tanta da poco. Petron. in fragm. Tragur. cap. 52. Burm.* Hæc dum refert, puer calicem projecit. ad quem reſpiciens Trimalchio, cito, inquit, te ipſum cæde, quia nugax es. *ſei infolente. &* mox. Snadeo, a te impetrem, ne ſis nugax. ¶ Veteres dixere *hic, hæc, hoc nuger* indeclinab. ut *ſes, requies, frugi*, &c. ut teſtantur *Chariſ. l. 1. pag. 15. 22. & 120. Donat. l. 1. pag. 186. Priſcian. l. 5. pag. 649. & lib. 6. pag. 701. & Valer. Prob. in Cathol. pag. 1464. & 1478. Pauſch.* & alii. *Varr.* apud *Non. c. 4. n. 328.* Quod ſi Actæon occupaſſet, & ipſe prius ſuos canes comediſſet, non nugax ſaltatoribus in theatro fieret. Al. leg. *nugas*: alii aliter. Major eſt etiam lectionis incertitudo in loco *Plauti Trin. 3. 3. in fin.* de quo V. *Taubman.* ſi lubet. In Vet. quoque Gloſſ. legimus: Nugax, *cunpic. b. c.* putidus.

NUGIGERULUS. V. *Nuga* in fine.

NUGIPOLYLOQUIDES, vnx hybrida, ex *nuga*, πολὺ, & *loquor* joculariter conflata a *Plaut. Perſ. 4. 6. 21. h. e.* multas nugas loquens. Alii leg. *nugidoliloquides*, h. e. nugas, & dolos loquens.

NUGIVENDUS. V. *Nugo* in fine.

NUGO, onis, m. nugator, nugax. *Apul. l. 3. Metam. circa fin.* Sed utique præſumis nugo, & corruptor. *& paulo poſt.* Caſtigare aſperrime nugonem iſtum. Intelligit autem adoleſcentulum amoribus deditum.

NUGOR, aris, atus ſum, dep. 2. *fraſcheggiare, ſcherzare, chiacchierare*, φλυαρεῖν, nugas ago, vana loquor, ludo. *Cic. t. de Divin. c. 13.* Democritus non inſcite nugatur, ut phyſicus. *Horat. l. 2. ep. 1. v. 93.* Ut primum poſitis nugari Græcia bellis Cœpit, & in vitium fortuna labiet æque, Nunc athletarum ſtudiis, nunc arſit equorum. *Id. l. 2. ſat. 1. v. 73.* Nugari cum illo, & diſcincti ludere, donec Decoqueretur olus, ſoliti. ¶ Item mentiri, imponere, fallere. *Plaut. Caſ. 5. 4. 11.* Nugatur ſciens. nam ecaſtor nunc Bacchæ nullæ ludunt. *Id. Trin. 4. 2. 55.* Mihi quoque edepol, quoniam hic nugatur, contra nugari lubet. *Id. Epid. 3. 4. 42.* Non mihi nugari potes. *non me la puoi ſcrare.*

NUGULÆ, arum, f. parvæ ac leves nugæ. *Martian. Capell. initio l. 2.* Nugulas ineptas aggarrire.

NULLATENUS, in *niuna maniera, nullamente*, nullo modo, minime. *Martian. Capell. l. 2. pag. 35.* Immortalitatis ſedem nullatenus obtinebit. *Imp. Zeno lib. 8. Cod. tit. 10. leg. 12. §. 3.* Nullatenus competens ædificantibus.

NULLIBI, *in niun luogo*, nullo in loco. *Vitruv. l. 7. c. 1. tires med.* Si teſſeris ſtructum erit, ut ea omnes angulos habeant æquales, nullibique a fricatura eaſtantts. Sed primæ quæque editiones. & opt. Cod. MSS. teſte *Jac. Paleno*, non habent illa verba *nullibique*, &c.

NULLIFICAMEN, inis, n. &

NULLIFICATIO, onis, f. *ſprezzo*, contemptus. *Tertull. l. 4. adverſ. Marcion. c. 14. ad fin.* Quæ ignominia? quæ nullificatio? *& lib. 3. c. 7. & 17. ex Pſalm. 21. v. 7.* Ignominia hominis, & nullificamen populi.

NULLIFICO. V. *Anuibilare*.

NULLUS, a, um, *niuno, neſſuno, chiſi*, non aliquis, ne unus quidem: ex *ne*, & *ullus*, ut *nemo* ex *ne*, & *homo*. Dicitur autem fere de rebus, ut *nemo* de perſonis. V. *Nemo. Cic. Fam. 13. ep. 1. id*, quod mea intelliges, tua nullam in partem multum intereſſe. *Id. ad Brut. ep. 15. a med.* Nullum bellum civile fuit, in quo non, &c. *Id. 1. Offic. c. 37.* Contentionis præcepta rhetorum ſunt; nulla ſermonis. *Id. 2. de Orat. cap. 26.* Nullæ lites, neque controverſiæ ſunt, quæ, &c. *Id. l. 1. de nat. Deor. c. 35.* Elephantu belluarum nulla prudentior. *Plin. l. 29. c. 1.* Olera nulli animalium obnoxia. *Id. l. 8. c. 22. ſub fin.* Nullum omnium præſtantius. *Cic. 5. de Fin. c. 13.* Ei de virtutibus nulla deſit. *Id. pro Marcell. c. 7.* Nulli ſuper-

NUMISMA, & Nomiſma, atis, *n. moneta, medaglia, danaro*, pecunia ſignata, nummus. Græca vox a *νομίζω*, lege ſancita, moribus inſtituta: quia nummi tum pretio ſuo, tum inſtitutis legum, & recepto hominum more valent. Primam ſyllabam alii ſcribunt per *o*, per *u* alii: quod *Donſquio* videtur receptius. Neutram neutri ſcribendi rationem prætulerim. *Horat. l. 2. epiſt. 1. verſ. 233.* inſultis qui verſibus, & male natis Rettulit acceptos, regale numiſma, Philippos. *Martial. l. 2. epigr. 12.* Cum data ſint equiti bis quina numiſmata, quare Bis decies ſolus, Seatiliane, bibis? *Severi. Sammon. c. 28. v. 525.* fruſtraque immenſa nomiſmata fundes. *multiſſima denari. & Pompon. Dig. lib. 7. tit. 1. leg. 28.* Nomiſmata aurea, vel argentea veterа, quibus pro gemmis uti ſolent. ¶ Specialiter ſæpe aliquem nummum ſignificare videtur, in illa *Ulpiani lib. 34. tit. 2. leg. 28. ad fin.* Si aurum, vel argentum ſignatum legatum eſt, id paterfamilias videtur teſtamento legaſſe, quod ejus aliqua forma eſt expreſſum, veluti quæ Philippi ſunt, itemque nomiſmata, & ſimilia. Forſaſſe *ſolidum* deſignat, quæ monata aurea fuit. *In Gloſſ. ſiderea*, ſolidum. ¶ Interdum ſumitur pro imagine in nummo impreſſa. *Prudent. περὶ στεφ. 3. de S. Laurent. v. 95.* In Cæſar agnoſcit ſuum Nomiſma nummis inditum.

NUMMARIUS, a, um, *χρυσωνικός*, ad nummos & pecuniam pertinens. *Cic. 4. Verr. c. 28. ſub fin.* In ſumma difficultate eſſe nummaria. *eſſer aſſai ſcarſo di ſoldo.* & *Verr. 6. c. 6.* Tanta difficultas eum rei nummariæ, tanta egeſtas oppreſſit. *Id. l. 3. Offic. cap. 20.* Ut res nummaria de communi ſenſentia conſtitueretur. *ſi foceſſe un regolamento delle monete.* & *lib. 4. ad Attic. ep. 7.* Nummaria theca. & *Nevius* apud *Non. c. 9. n. 1.* Arca nummaria. *ſcrigna. Ulpian. Dig. lib. 4. tit. 8. leg. 11.* Nummaria pœna. *pecuniaria.* Ruſus *Cic. 3. Verr. c. 42.* Lex Cornelia nummaria. *h. e.* quæ ſanxit, ne quis privatus pecuniam faceret, ut aut *Afran. Calliſtratus Dig. lib. 40. tit. penult. leg. ult.* Quæſtio nummaria. ¶ *Nummarios* dicitur, qui pecunia accepta corrumpi ſe patitur, mercenarius. *Cic. Attic. l. 1. ep. 16. ante med.* Inſectari, & exanimare nummarios judices. *Id. Verr. 5. c. 57.* Ecquod judicium Romæ tam diſſolutum, tam perditum, tam nummarium fore putaſti, &c? *Id. pro Cluent. c. 36. a med.* Nummarius interpres pacis & concordiæ non probabatur. *Senec. l. 1. de benef. c. 9. extr.* Provincias ſpoliare, & nummarium tribunal, audita utrinque licitatione, alteri addici.

NUMMATIO, onis, f. *πολυχρηματία*, nummorum abundantia, affluentia. *Cic. 2. Phil. cap. 45.* Confer eum cum nummationis tua, tuoemque. Al. leg. *nundinatione*.

NUMMATUS, a, um, *danaroſo, πολυχρήματος*, nummis abundans. *Cic. 1. Agrar. c. 22.* Veritat enim ante oculos iſtorum Jubæ Regis filius adoleſcens, non minus bene nummatus, quam bene capillatus. *Apul. l. 1. Metam. poſt init.* Nummatior reviſtur.

NUMMOSUS, a, um, *danaroſo*, bene nummatus. *Nigid.* apud *Gell. l. 4. c. 9.* Hoc inclinamentum bujuſcemodi verborum, ut vinoſus, mulieroſus, religioſus, nummoſus, ſignat copiam quandam immodicam rei, ſuper qua dicitur.

NUMMULARIOLUS, i, m. diminut. parvus, vel vilis nummularius. *Senec. in Apocolocynth. c med.* Deſignatus Conſul nummulariolus.

NUMMULARIUS, ii, m. *banchiere, ſombiſta, κολλυβιστὴς, τραπεζίτης*, menſarius, argentarius. *Sueton. in Galb. c. 9.* Nummulario, non ex his verſanti pecunias, manus amputavit, meniæque ejus affixit. *Ulpian. Dig. lib. 16. tit. 3. leg. 7.* Quotiès foro cedunt nummularii, ſolet primo loco ratio haberi depoſitariorum, hoc eſt eorum, qui depoſitas pecunias habuerint, non quas fenore apud nummularios, vel cum nummularius, vel per ipſos exercebant. ¶ Differunt tamen aliquid argentarius, & nummularius. *Paul. Dig. lib. 2. tit. 13. leg. 9. a med.* Nummularios quoque non eſt iniquum rationes edere, *quia* & hi, ſicut argentarii, retiones conficiunt: & quia recipiunt pecuniam, & erogant per partes: quarum probatio ſcripturæ codicibuſque eorum maxime continetur: ideo frequentiſſime ad fidem eorum decurritur. ¶ Diſcrimen eſſe videtur, quod *nummularii* proprie ſunt, qui pecuniam tractant, verſant, probant, appendunt, numerant, quales ſunt apud nos *roſſieri*, aut *cambiadori*: at *argentarii* latius patet munus, & nobilius officium eſt. *Martial. lib. 12. epigr. 57.* Hinc otioſus fordidam quatit menſam Neronianæ nummularius maſſæ. *Petron. in fragm. Trogur. c. 56. Turnb.* Quod putamus difficillimum eſſe artificium? Ego puto medicum, & nummularium: medicus, qui ſcit, quid hominiones intra præcordia ſua habeant, & quando ſubris veniat: nummulariue, qui per argentum æs videt.

NUMMULUS, i, m. *quattrinetto*, parvus nummus. *Cic. Attic. lib. 1. ep. 16. circa med.* Si judicium eſt, triginta homines populi R. liviſſimos ac nequiſſimos, nummulis acceptis, jus ac fas omne delete. *ciceruno poco danaro.* & *ep. 19. ad fin.* Si tuis blanditiis a Sicyoniis nummulorum aliquid expreſſeris.

NUMMUS, & Numus, i, m. *moneta, danaro, ſoldo, pecunia, ſdenaro*, pecunia ſignata, monata, numiſma. *Verr. l. 4. de L. L. c. 36.* videtur ſignificare eſſe Siculam vocem. In argenta, inquit, nummi: id a Siculis. *Feſtus* ducit a *νέμεσθαι*. Plura V. apud *Voſſ.* De ſcriptione ſic habeto, in antiquis monumentis & ſimplici, & duplici *m* exaratum legi: *Mummium* tamen, *Donſq. Voſſ.* duplicem præferre. Ex allatis *Varronis* verbis colligi videtur, *nummum* primo & proprie dici de pecunia argentea. Paſſim tamen de quacumque dicitur. *Cic. 3. Offic. c. 21.* Jactabatur enim temporibus illis nummus, ſic ut nemo poſſet ſcire, quid haberet. *h. e.* mutabatur in dies monetarum pretium. *& cap. 23.* Si ſapiens adulterinos nummos accepiſſet imprudens pro bonis. *Id. l. 5. ad Attic. ep. ult. a med.* Affident, ſubducunt: ad nummum convenit. *ſin all'ultimo ſoldo.* & *lib. 2. de Invent. c. 4.* Ad mercatum proficiſcens, & ſecum aliquantum nummorum ferens. *Id. 12. Phil. c. 8.* Cum aquilæ primi pili nummos aureos daret. *Id. 8. Attic. epiſt. 10.* Habere in nummis. *h. e.* in pecunia numerata, *in contanti.* Al. leg. *in nominibus.* Sic *Valerius. in epiſt.* apud *Trebell. Poll. in Claud. cap. 14. ſub fin.* in nummo exigere. ¶ Speciatim dicitur de pecunia ærea, uſitatiſſima Romanis, quæ alia nomina *feſtertius*, vel conjunctim *nummus feſtertius* appellatur. *Cic. Verr. 5. c. 58. extr.* Fuſta eſt ſponſio H S. quinque millium. *& cap. 60. ſub fin.* Cogit Scandilium quinque illa millia nummum dare, atque adnumerare Apronio. ¶ Item de nummo aureo Græcorum. *Plaut. Pſeud. 3. 2. 19.* Illi drachmis iiſſent miſeri: me nemo poteſt minorie quiſquam nummo, ut furgam, ſubigere. *Id. Men. 2. 2. 16.* Quibus hic pretiis porci veneunt facres finceri? *Cpl.* nummo. ¶ Item de denario apud Græcos. *Id. Epid. 1. 1. 30.* Eam emit quadraginta menis. Id adeo argentum ab damiſta ſumpſit ſenors, in dies, minaſque argenti ſingulas, nummis. ¶ *Eſſe*, aut *verſari in nummis*, pecuniam habere. *Cic. 6. Verr. c. 6.* Hominem eideo non modo in ære alieno nullo, ſed in ſuis nummis multis eſſe, ac ſemper fuiſſe. *Id. pro Roſc. Com. c. 8.* Debebat? immo in ſuis nummis verſabatur. ¶ *Nummo*, & *nummo feſtertio addiverc, eſtimare, vendere*, &c. Latine eſt nullo, aut viliſſimo pretio, *a viliſſimo prezzo, per un pezzo di pane. Cic. pro Rab. Poſt. c. 17.* Ecquis eſt ex tanto populo, qui bona C. Rabirii nummo feſtertio ſibi addici velit? *Vitruv. in fin. c. 4. l. 1.* Mercatus eſt poſſeſſionem loco ſalubri, conſtituit mœnia, & ædes diviſit, nummoque feſtertio ſingulis municipibus mancipio dedit. *In Epitom. Livii, l. 55.* damnatus ſub furca diu virgis cæſus eſt, & feſtertio nummo venit. *Senec. ep. 95. a med.* Quæ maxima inter vos habentur, divitiæ, gratia, potentia, feſtertio nummo æſtimanda ſunt. *Suetan. in Cæſ. cap. 50.* Ampliſſima prædia ex auctionibus haſtæ ei nummo addixit. *Id. leg. minimo. Plaut. Moſt. 1. 2. 34.* Si quid nummo farciri poteſt, uſque mantant, neque id faciunt donicum parietes ruont. *con pochiſſimo ſpeſa.* ¶ Nummo, aut nummis conducere, locare, colere, *a contanti*, nonna pecuniæ penſione, cui opponitur *partibus*, h. e. fructus, aut lucrum dividendo. *Plin. l. 9. epiſt. 37.* Medendi una ratio, ſi non nummo, ſed partibus locem. *Paul. Dig. lib. 47. tit. 2. leg. 26.* Colonus qui nummis colit. *Cenſus* conducere ad pecuniam numeratam, *lib. 19. tit. 2. leg. 25. a med.* dixit. ¶ In genitivo plur. ſi cum *feſtertium* jungatur, *nummum* dicimus, ita uſu poſtulante: ſi cum adjectivis numerelibus *nummorum* ſcripſus, quam *nummorum. Cic. in Orat. c. 46. extr.* Aliæ loquor, ut neceſſe eſt, cum *trecentorum*, non *trecentum*; cum *feſtertium nummorum*, non *nummorum*, quod in his confuetudo varia non eſt. *Nevius* apud *eund. l. 2. de Orat. c. 63.* & *Terent. Heaut. 3. 3. 45.* Quanti addictus? mille nummum. *Hirt. de B. Gall. l. 8. c. 4.* Duo millia nummum pollicetur. *Plin. l. 17. c. 1. a med.* Multarum arborum fructus ndditus binis millibus nummum. *Plaut. Trin. 1. 2. 115.* Nummorum Philippeum ad trin millia. *Id. Men. 3. 3. 18.* Inauree da mihi faciundæ ponda duum nummum. *Horat. l. 2. ep. 2. v. 5.* Fiet, critique tuus nummorum millibus octo. *Sueton. in Aug. c. 46. extr.* Singula nummorum millia pro ſingulis dividebat. *Id. in Domit. c. 4. ad fin.* Conjiarium populo nummorum trecentorum ter dedit. *Plin. l. 8. c. 43. ad fin.* Quadringentena millia nummorum. In his *nummus feſtertius* intelligitur, ut ſupra dictum eſt.

NUMNAM. V. *Num*.

NUNC, *ora, adeſſo, preſentemente, ὄτι*, adverb. quod præſens hoc tempus ſignificat, hoc tempore, in præſentia. *Cic. Phil. 7. c. 5.* Erat tunc eacuſatum oppreſſi, nunc nulla eſt. *Terent. Andr. 3. 3. 13.* Arum eſſe eenſes nunc me, atque olim, eum debam? *& 5. 4. 33.* Puſilla nunc primum audin, quid illo ſit factum. *Id. Adelph. 2. 1. 2.* Nunc jam illico hic conſite. *adeſſo adeſſo.* (quod *Virg.* dixit *Æn. 5. v. 180.* Nunc nunc inſurgite remis.) *& verſ. 14.* I intro nunc jam. *& 2. 2. 25.* Nunc demum venis? *Ovid. Heroid. epiſt. 10. v. 135.* Nunc quoque non oculis, ſed, qua potes, aſpice mente. *Suetan. in Claud. c. 2.* Foſſas immenſi operis effecit, quæ nunc adhuc Druſinæ vocantur. *Cic. 1. de Invent. c. 33. extr.* De inductione ſatis in præſentia dictum: nunc deinceps ratiocinationis naturam conſideremus. *Id. de prætur. conſul. c. 14. in fin.* Nunc denique eſt perfectum, ut, &c. ¶ *Nunc ipſum*, ſubſtantivi more, hoc ipſo tempore. *Cic. Attic. l. 7. ep. 3.* Quin nunc ipſum non dubitabo rem tantam objicere. *& lib. 12. ep. 40.* Nunc ipſum ea lega, ea ſcribo, ut ii, qui mecum ſint, difficilius otium ferant, quam ego laborem. Adde *lib. 8. ep. 9.* ¶ Interrogando, pro *nunc ne* dictimus *nuncine* inſerta *ce* euphoniæ cauſa, ut in *hiccine, ſiccine. Terent. Andr. 4. 1. in fin.* Hem, nuncine demum? ¶ Jungitur interdum cum verbis præteriti, & futuri temporis, & deſignat tempus, quod circa nos eſt, *in queſto tempo, en queſti dì. Cic. Attic. l. 2. ep. 24. a med.* Nunc reus erat apud Craſſum Divitem Vettius de vi. *Petron. in Satyr. c. 126.* Nunc erat in tenera ſubmittem cornua fronte. *h. e.* nunc erat tempus. *ὥλλαξε. Horat. plene l. 1. od. 37. v. 2.* nunc Salinibus Ornare pulvinar deorum Tempus erat dapibus, ſodales. *Cic. pro Planc. cap. 23.* Illud crimen da nunmic caiut re recenti, nunc in cauſa refricuit. *Plaut. Moſt. 2. 2. 46.* Id adeo nos nunc factum inventimus. *Terent. Eun. prol. v. 9.* Idem Menandri Phaſmo nunc nuper dedit. *in Andr. Catull. carm. 8. verſ. 16.* Quic nunc ta adibit? cui videberis bella? Quem nunc amabis? ¶ Poſt verbum præ-

præteriti temporis aliquandó Italice vertitur ut *nunc*. *Nepos in Timol. ſub fin.* Dixit, nunc demum ſe vnti eſſe damnatum. *che allora*, &c. Hue ſpectant illa, in quibus *nunc* pro *tunc* ponitur, tempus præteritum, ut præſens, fingendo. *Ovid. de remed. amor. verſ.* 773. Quid, Meuelae, doles? ibas ſine conjuge Creten: Et poteres nupta ſenſus abeſſe tua. Ut Paris hanc rapuit, nunc demum uxore carere Non potes. *Id. 1. Met. v.* 311. Fatidicamque Themin, quæ nunc *oracula* tenebat. Adde alia, quæ congeſſit *Burmann. ad Heroid. ep.* 18. *v.* 95. in quibus libentius accuſat, quod male *eum* repoſuerint. ¶ Geminatur interdum pro *modo*. *Virg. Æn.* 5. *verſ.* 441. Nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pereſcat Arte locum. *et quæſit*, *et quæſiti*. & *Ovid. Heroid. ep.* 12. *v.* 19. Nunc huc, nunc illuc, & utroque ſine ordine curro. *et quæ*, *et ibi*. & *Liv. l.* 4. *c.* 12. Tribuni pleb. nunc fiaudem, nonc negligentiam conſulum accuſabant. *Juſtin. l.* 4. *c.* 1. Frequenter, & compluribus locis nunc flammas, nunc vaporem, nunc fumum eructat. ¶ Interdum alterum *nunc* omittitur. *Virg. Æn.* 5. *v.* 830. pariterque ſimillros, nunc dextros ſolvere ſinus. ¶ Pro *modo* eſt etiam in illo *Velleji l.* 2. *cap.* 63. Plancus nunc adjutor Bruti: moa ejuſdem proditor. ¶ Noonunquam vim habet particulæ adverſativæ, *at*, *ſed*, *verum*, neſcitque orationem. *Cic.* 1. *de Divin. cap.* 30. Quæ quidem multo plura evenirent, ſi ad quietem integri iremus: nunc onuſti cibo & vino perturbata & confuſa cernimus. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 8. Abſque te eſſet, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum: nunc propter te pravus factus eſt. *Cic. Verr.* 7. *c.* 67. Si hæc non ad cives R ſi non ad homines, verum ad beſtias conqueri vellem; tamen tanta rerum atrocitate commoverentur. Nuec vero eum loquar apud Senatores populi R. &c. *Quintil. l.* 2. *c.* 1. Nam bons facile mutatur in pejus: nunc quando in bonum verteris vitia? ¶ Pro ergo, igitur. *Propert. in fin. el.* 9. *lib.* 4. Nunc quoniam manibus porgatum ſanxerat orbem, &c. *& lib.* 5. *el.* 7. *v.* 75. Nunc quoniam iſta tibi placuit ſententia, eedam. *Bronkuſ.* ¶ *Nunc homines* per ὑπὸν, qui nunc ſuat homines: ut *ante malorum* apud *Virg.* 1. *Æn. v.* 201. malorum præteritorum. *Plaut. Perſ.* 3. 1. 57. Tace, ſtulte: non tu nunc hominum mores vides? τὸν νῦν ἄνθρωπον. Plene autem *Plin. l.* 22. *c.* 25. *a med.* Noſtri, qui nunc ſunt, herbarii Latine ſalviam vocant. *Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. *c.* 15. Non eſt tibi hic ſolis utendum auſtimſtionibus, aut judiciis, qui nunc ſunt, hominum, ſed iis cuiſm, qui futuri ſint. ¶ *Ut nunc eſt*, pro præſenti rerum ſtatu. *Aſin. Poll. ad Cicer. l.* 12. *Fam. ep.* 31. *in f.* Conſtitui, ut nunc eſt, cum cæreita proficiſci. *Cic. Attic. lib.* 15. *ep.* 19. Quæ cauſæ ſi inuchunt, quæreuda erit excuſatio: &, ut nunc eſt, manſuræ videntur. *per quæ ſhe corre preſentemente*.

NUNCCINE. V. *Nunc*.

NUNCIO, &c. V. *Numero*.

NUNCUBI, *forſe*, *o ſu in qualche luogo*, num in alique loco: ex *nunc*, & *alicubi*. *Varr. R. R. l.* 3. *c.* 2. Nuncubi hic vides citrum, aut autem? num minium, aut armenium? numquod emblema, aut liuboſrotum? quæ illic omoia cootra. *& lib.* 2. *cap.* 5. Ut ſi quis quid ignoiet, dicat: ſi quis ſcit, nuecubi labar, obſervet. *Alii leg.* nunc, ubi labar, obſervet. ¶ Significat etiam oumquo tempore, numqua in *ce*. *Terem. Eun.* 1. 2. 83. Nuncubi mesm benignitatem ſenſiſti in te claudier?

NUNCUPATIM, *nominatamente*, nominatim. *Sidon. in fin. carm. epiſt. ult.* Singulos, quos nunc pia nuncupatim Non valent verſu cohibere verba. Adde *Claud. Mamert. de ſtatu anim. lib.* 2. *cap.* 9. *ſub fin.*

NUNCUPATIO, onis, f. *nomina*, ἐπώνυμον, actus nominandi, appellatio. *Apul. lib.* 2. *de doctr. Plat.* Hanc ille juſtitiam modo nominat, modo univerſæ Virtutis nuncupatione complectitur, & item Fidelitatis vocabulo nuncupat. *Id. de Mundo*. Nomen dei regum nuocupatione prædicari. *h. e.* appellando eum regem. ¶ De en, qua quis aliquem in teſtameato nominat heredem faciens. *Sueton. in Caligᵃ.* 38. Quo metu injecto, cum jam & ab ignotis inter familiares; & a parentibus inter liberos palam heres nuncuparetur, deciſores vocabat, quod poſt nuncupatiouem vivere perſeverarent. *Ulpian. tit.* 20. *Regular.* Nuncupatur teſtamentum in hunc modum: Tabulas teſtamenti teſtator tenens ita dicit: hæc, ut in his tabulis cerciſve ſcripta ſunt, ita do, ita lego, ita teſtor: itaque vos, Quirites, teſtimonium præbitote. quæ nuecupatio, & teſtatio vocatur. *Id. Dig. l.* 28. *tit.* 6. *leg.* 18. Si pater ſibi per ſcripturam, filio per nuncupationem, vel contra, fecerit teſtamentum, valebit. ¶ Item de ea, qua quis alteri quid nocupat, h. e. inſcribit. nomine enim ſuo appellat, ipſumque nomen operi præfigit. *Plin. in præfat. Hiſt. nat.* Sed hæc ego mihi nunc patrocinia adnmi nuncupatione. ¶ *Nuncupatis votorum* eſt eorum conceptio & ſuſceptio. oominoetur enim ea, quæ in vntie petimus. *Sueton. in Ner. c.* 46. Votorum nuncupatione, magna jam ordinum frequentia, vix repertæ Capitolii claves. *Tacit. Ann. 16. c.* 22. Votorum nuncupatiouibus non adeſſe. *Val. Max. l.* 5. *c.* 2n. Cum ædem pontifex dedicaret, interque nuncupationem ſolemnium verborum poſtem tenens, &c. *nel pronunziare le ſolenni parole*.

NUNCUPATOR, oris, m. nominator. *Apul. in Florid. num.* 15. (*al. lib.* 2. *ſub fin.*) Pythagoras primus Philoſophiæ nuncupator & conditor.

NUNCUPATUS, a, um, *nominato*, *eſpreſſo*, nominatus. *Varr. l.* 5. *de L. L. c.* 7. Nuncupare, nominare valere, apparet in legibus, ubi nuncupatæ pecuniæ ſunt ſcriptæ. *Feſtus:* Nuncupata pecunia eſt, ut ait Cincius, nomina certa, nominibus propriis pronuntiata. *Liv. l.* 8. *c.* 11. Hæc hsud ab re duci, verbis quoque ipſis, ut tradita nuncupataque ſunt, ceſſere. *eſpreſſe a ſproposito*. Loquitur de vetere formula, & lege ſe devoventis. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 25. Res utiles & ſalutares deorum vocabulis nuncupare. *chiamare*. ¶ *Nuncupatæ heres*, qui voce, non ſcripta a teſtatore eſt deſignatus coram idoneis teſtibus. *Juſtin. Dig. lib.* 37. *tit.* 11. *leg.* 8. *extr.* Quamdo nodum ſcripto herede filio ſeparatim ab heredibus patris, ita nuncupato potaſt videri ſeparatim a ſcriptis patris heredibus bonorum poſſeſſio dari. *Juſtin. in fin. cap.* 15. *l.* 25. Nam niſi non voce nuncupatus heres, judicio tamen aleſtur eſſe videbatur. *Plin. l.* 8. *ep.* 18. Reliquit teſtamentum note octo & decem nonus nuncupatum. *h. e.* pronuntiatum, verbis expreſſum coram teſtibus, noo ſcriptum tantummodo. V. *Nuncupo*. ¶ *Vota nuncupata*, dicuntur, quæ Conſules, Prætores cum in provincias proficiſcuntur, faciuat: ea in tabulas, præſentibus multis, referuntur. Ita *Feſtus*. Dicuntur autem *nuncupata*, quia certis ſolemnibuſque verbis palam concipiuntur, & voce exprimuntur. *Val. Max. in fin. c.* 2. *l.* 2. Solvere vota nuncupata pro incolumitate exercitus.

NUNCUPO, as, avi, atum, a. 1. *nominare*, *chiamare*, *eſprimere*, ὀνομάζω, *nuncupo*, nomino, appello, nomine voco, verbis exprimo. *Voſſius* putat eſſe factum ea *nomen & capio*. *Varr. l.* 5. *de L. L. c.* 7. Nuncupare, nominare valere, apparet in legibus, ubi nuncupatæ pecuniæ ſuet ſcriptæ. Item in choro, in quo eſt: Æneas quis eſt qui meum nomen nuncupat? (*Diomed. l.* 3. *pag.* 447. *Putſch.* hæc verba *Ennio* tribuit.) Item in Medea: Quis tu es mulier, qua me infueto nuncupaſti nomine? Hæc *Varro*. *Cic.* 2. *de nat. Deor. cap.* 23. Quod erat a deo natum, nomine ipſius dei nuncupabant. *Suet. in Aug. c.* 31. Sextilem menſem e ſuo cognomine nuncupavit. *Ovid. 14. Met. v.* 607. quem turba Quirini Nuncupat Indigetem. *Enn.* apud *Non. c.* 2. *n.* 165. Extemplo Ægiſthi filem nuncupantes, conciebant populum. *h. e.* invelamantes, invocantes. *Cic.* 3. *Offic. c.* 16. Cum ex XII. Tabulis ſatis eſſet ea præſtari, quæ eſſent lingua nuncupata. *Leᵃ* XII. *Tab.* apud *Feſt.* Cum ocnum facies, manciplumque, uti lingua nuncupaſſit (ita uti nominarit, locutuſve erit) ita jus eſto. Verba illa *ita uti nominaſſit*, *locutuſve erit* ſuet *Feſti* illud *nuncupaſſit* (quod antiquum eſt pro *nuncupaverit*) explicantis. *Juſtin. l.* 24. *c.* 2. Nuncupare aliquam reginam. *chiamare e dichiarare*. *Liv. l.* 1. *c.* 10. *ſub fin.* Nec irritam conditoris templi vocem eſſe, qua luturos eo ſpolia poſteros, nuncupavit. *pronunziò*, *diſſe*. *Plin. l.* 4. *c.* 12. *in fin.* Reliqua hujus ſinus dicantur: & maria quidem ajus nuncupavimus. *h. e.* nomine ſuo indicavimus, receſuimus, enumeravimus. *Id. l.* 7. *c.* 26. Ad decus impenii R. pertinet, Pompeji M. titulos omoes, triumphoſque hoc in loco nuncupari. *Id. l.* 7. *c.* 45. Divus Auguſtus, quem univerſa mortalitas in hac ceoſura nuncupat. *h. e.* ponit io hoc albo & numero homioum ſelicium. ¶ *Nuncupare vota*, eſt conceptis ſolemnibuſque verbis palam, clariaque voce pronuntiare, quæ a diis ia poſteoum optamus. Id fiebat maxime a Prætoribus & Conſulibus in Capitolio, initio Januarii, aut cum in provioclas eairent, ut in *Nuncupatus* dictum eſt: item a Magiſtratibus in previncliis pro ſalute imperii, & incolumitata Imperatorum. *Cic. Verr.* 7. *c.* 13. *ſub fin.* Cum paludatus exiſſet, votaqus pre imperio ſuo, communique populi R. nuncupaſſet. *Id.* 3. *Phil. c.* 4. *ſub fin.* Negleciſque facrificiis ſolemnibus, vota ea, quæ auequam ſolveret, nuncupavit. ¶ *Nuncupare heredem*, eſt heredem in taſtamento nominare. *h. e.* voce palam, coram teſtibus, adere nomen ajus, quem heredem nobis eſſe volumus poſt mortum. Sic *nuncupare teſtamentum*, voce cocaus teſtibus facere. His npponitur *heredem*, aut *teſtamentum ſcribere*, eum non voce, ſed ſcripto conficitur: de quibus ſubtiliue JCti. V. *Nuncupare*. *Ulpian. Digeſt. lib.* 28. *tit.* 1. *leg.* 21. Heredes palam, ita ut exaudiri poſſint, nuncupandi ſont. Licebit ergo teſtanti vel nuncupsie, vel ſcribere: ſed ſi nuncupat, palam debet. Quid eſt palam? non utique in publicum, ſed ut auaudiri poſſit a teſtibus, &c. ¶ Univerſim eſt heredem inſtituere. *Sueton. in Claud. c.* 4. *extr.* Ac ne heredem quidem, niſi ioter tertios, ac pæne extraneos, a parte ſexta nuncupavit. *Id. in Calig.* 1. 38. Cum a parentibus inter liberos palam heres nuncuparetur. *Plin. l.* 14. *c. ult. de ebrie*. Alii teſtamenta ſua nuncupant: alii mortifera loquuntur. *h. e.* proouet, manifeſtant. Abſolute *Plin. alter in Paneg. c.* 43. Nec quia offendit alius, nuncuparis, ſed quia ipſe meruiſti. ¶ De hoc verbo ita loquuatur *Cic.* 3. *de Orat. c.* 38. & *Quintil. l.* 8. *c.* 3. *ante med.* ut inter priſca ponant, & minoris uſus, atque ab oratoribus, aut neceſſitate, aut præparce uſurpanda.

NUNCUSQUE, *vel* Nunc uſque, *fino a quello tempo*, uſque ad hoc tempus. *Ammian. l.* 14. *c.* 2. (*al. c.* 7.) Ubi conduntur nuncuſque commeatus, diſtribui militibus aſſueti.

NUNDINA, æ, f. Romanorum dea, præſes ejus luſtrationis, qua infantes die nono luſtrabantur. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 16. *ad fin.*

NUNDINÆ, arum, f. *fera*, *mercato*, πανήγυρις, πανηγύριον, ἀγορά, mercatus, ſeu feriæ ruſticorum, quibus Romam proficiſcebantur, negotiis domeſticis proviſuri: quaſi *novendinæ*, quia nono quoque die fiebant. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 16. *a med.* Rutilius ſcribit, Romanos inſtituiſſe nundinas, ut octo quidem diebus in agtia ruſtici opus facerent, nono autem die intermiſſo rure, ad marcatum legeſque accipiendas Romam venirent, & ut ſcita atque conſulta frequentiore populo refurrentur, quæ trinundino die propoſita a ſingulis, atque univerſis facile noſcebantur. V. *ibid.* hac de re plura. *Feſtus*: Nundinas feriarum diem eſſe voloerunt antiqui, ut ruſtici convenirent mercaodi vendendique cauſa: eumque neſaſtum, ne, ſi liceret eum populo agi, interpellarentur nundiatores. *Plin. l.* 18. *c.* 3. Nundinis urbeus reviſitabant: & ideo omitia nundinis haberi non licebat, ne plebs ruſtica avocaretur. *Varr. inter l.* 2. *R. R.* Annum ita diviſerunt, ut nonis modo diebus urbaoss res uſurparent, reliquis VII. ut rura colerent. Al. leg. *reliquis* VIII. alii notam numeraleus omittunt, propter ea, quæ ex *Rutilio* modo recitatus locus *Macrobii* habet. Hac de re *Drakenborc. ad Liv. l.* 3. *c.* 35. faſe differit. *Cic. Attic.*

Attic. l. 2. ep. 14. Res agebatur in circo Flaminio : & erat in an ipſo loco illo die nundinarum *πανήγυρις*. *Plin. l. 28. cap. 2. ſub fin.* Ungues refecari nundinis Romanis tacenti, atque a digito indice, multorum pecuniæ religioſum eſt. *Id. l. 18. c. 3.* Minucius Auguri nus farris pretium in trinis nundinis ad aſſem redegit. ¶ Tranſfertur etiam ad celebres mercatorum conventus immunes liberoſque. *Cic. in Rull. n. c. 33.* Illi Cepuum nundinae tuſticorum, horreum Campani agri eſſe voluerunt. Adde *Colum. in præfat. l. 1.* ¶ Imo dicitur de quacumque negotiatione. *Cic. in Phil. 5. c. 4.* In laterio re medium parte tutina reipubl. nundinæ erant. Adde *Phil. 2. c. 14.* ¶ Nundinas inſtituere, *plantar una feria. Plin. l. 5. ep. 4.* Vix prætorius a Senatu petiit, ut ſibi inſtituere in agris ſuis nundinas permitteretur. ¶ In ſingulari num. *Sidon. l. 7. ep. 5.* In nundinam & auctionem mitti, ſi emptor inveniatur. ¶ Legitur & *nundinum*, *i*, n. cum numerale adjectivum adjungitur. *Cic. pro Dom. c. 16.* Si, quod in ceteris legibus trinum nundinum eſſe oportet, id in adoptione ſatis eſt, trium horarum, non reprehendo. *Liv. l. 3. c. 35.* Comitia decemviris creandis in trinum nundinum indicta ſunt. *b. e.* poſt trium nundinarum tempus, *ἐκ τρίτου ἀγορᾶς*. *Al. leg.* in trinundinum. *Quintil. l. 2. c. 4 ad fin.* Rogatio ſive una trino forte nundino promulgata, ſive non idoneo die. *Lamprid. in Alex. Sev. c. 28.* Primo nundino ſibi alios ſemper ſuffecit. ¶ Et abſolute. *Varr. apud Non. c. 2. n. 490.* Pueri exſpectant nundinum, ut magiſtri dimittat luſum. *Id. Non. c. 2. n. 490.* hæc eadem verba referens, *nundinum*, vel *nundinas* habet. ¶ *Inter nundinum*, tempore, quod inter duas nundinas intercedit. *Varr.* apud *Non. c. 3. n. 145.* Ruſticus Romanus inter nundinum barbam radebat. *Lucil. ibid.* Si nihil guſtat inter nundinum. ¶ Scribunt & junctis vocibus *internundinum*.

NUNDINALIS, le, *ἀγοραῖος*, nundialis. *Plaut. Aulul. 2. 2. ſc. 4. v. 45.* Cocus ille nundinalis *eſt* : in nonum diem ſolet ira coctum. Ubi ſignificatur coquus buſtuarii ordinis, quique magis noſſet coquere cœnam feralem, quæ nono die fiebat, quam iis, quorum ingenioſa eſſet gula. Alii interpretantur coquum vulgarem & vilem, qui non niſi nundinis conducitur, cum plebs ex agris convenit. Firmat priorem interpretationem illud *ejusd. in Pſeud. 3. 2. 6.* Quin ob tam rem Orcus recipere ad ſe unlunt, Ut eſſet hic, qui mortuis cœnam coquat. Nam hic ſolum illis coquere, quod placet, poteſt.

NUNDINARIUS, a, um, *de mercato*, *πανηγυρικός*, ad nundinas pertinens, vel nundinis aſſignatus. *Plin. l. 8. c. 51.* Nundinarium forum. *Suetonius. Id. l. 12. c. 17. ad fin.* His commerciis Carthoe oppidum aperuere, quod eſt illis nundinarium. ¶ *Nundinaria epula*, cibi, qui dantur ad nundinas itantibus. *Ulpian. Dig. lib. 17. tit. 1. leg. 60.* Cum ſocietas ad emendum coiretur, & conveniret, ut unus reliquis nundinarias epulas præſtaret.

NUNDINATIO, onis, f. *traffica*, *negotio*, *ἀγόρασμα*, nundinandi actus, mercatus. Fere in malam partem uſurpatur da corruptiona legum pecunia pecte. *Cic. Verr. 7. c. 5.* Tum potuit a Lenoida nummorum aliquid auferre, cum denuntiavit, ut adeſſet. fuit nundinatio aliqua, & iſti non nove, ne cauſam diceret. *& Verr. 3. c. 46. a med.* Redite in memoriam, judices, quæ libido iſtius in jure dicundo fuerit, quæ verſetas decretorum, quæ nundinatio. *Id. Agrar. c. 3. extr.* Nundinatio juris & fortunarum. ¶ In bonam *Imp. Honor. & Theodoſ. lib. 7. Cod. Theodoſ. tit. 4. leg. 32.* Etiam pretium his depoſuerus juxte nundinationem, quæ fora rerum venalium continetur. *b. e.* æſtimationem, *il prezzo della piazza*.

NUNDINATITIUS, a, um, adject. *Tertull. de virg. veland. c. 3.* Capita nundinatitia vocat virginum non velatarum, q. d. expoſita procorum & amatorum oculis, & veluti venalia.

NUNDINATOR, oris, m. *ἀγοραστής*, *πανηγυριστής*, qui nundinas frequentat. *Feſt.* in voca *Nundinas* : Ne interpellarentur nundinatores. ¶ Tiensleus *Quintil. declam. 12. c. 3.* Dum tu ſalutio publicæ nundinator proximum quemque emptorem dimittis. ¶ In veteri lap. apud *Reinef. cleſſ. 1. n. 80.* eſt epitheton Mercurii.

NUNDINATUS, a, um, venditus, addictus, ut Nundinatus pudor, *Jul. Firmic. l. 6. c. 31. ante med.* h. e. quæſtus cauſa proſtitutus. *Prudent. περὶ στεφ. 14. in Rem. v. 969.* nundinatum arguit. *b. e.* pecunia corruptum.

NUNDINO, as, a. r. idem ac nundinor. *Firmic. l. 6. Math. c. 31. ſub fin.* Quæſtus & libidinis cauſa pudorem duobus fratribus nundinabit. *vendet*. Et paſſive *Miſcellanea Gordiani III. fotur ea quadam epiſt.* apud *Capitolin. in Gordian. c. 24. extr.* Delectat ſane, boni eſſe principis foceum, & qui populerit hominet, per quos antea, velut in auctione poſitus, nundinatus eſt. *& ſtare vendere*. Adde *Tertull. de virg. veland. c. 13.*

NUNDINOR, aris, atus ſum, dep. t. *comperare*, a *vendere ai mercare*, *negotiare*, *πανηγυρίζω*, palam emo, aut vendo, ſicut in nundinis fit. Fere adhibetur in malam partem de iis, qui pecunia accepta venduot, quæ vendere eſt nefas, vel data emunta. *Cic. 4. Verr. c. 49. ſub fin.* Pueri annorum ſenum, ſuptenumque denum ſenatorium nomen nundinati ſunt. *& 3. c. 46.* Qui ab iſto jus ad utilitatem ſuam nundinarentur. *Id. Phil. 3. c. 4.* Una in domo omnes, quorum intererat, totum imperium Populi R. nundinabantur. *Suet. in Tito, c. 7.* Conſtabat, in cognitionibus patriis nundinari, præmiaticos ſolitum. *negoziare e guadagnare. Apul. l. 10. Metam.* Judices ſententias ſuas pretio nundinantur. ¶ Jocus eſt, & fortaſſe ſubfrigidus in illa *Cicer. a. de Divin. c. 32.* Ut in cunio fuerit anguis, non tam eſt mirum, in Solonio præſertim, ubi ad focum angues nundinari ſolent. *b. e.* adeo in eo agro abundant angues, ut vel in foco plerumque conveniant, velut homines in nundinis. Simili ratione *nundinas* de formicis dixit *Plin. l. 11. c. 30.*

NUNDINUM. V. *Nundina* in fine.

NUNQUA. V. in voce ſequenti.

NUNQUAM, & Numquam, *non mai*, *ἀδύνατον*, nullo tempore : ex *ne* & *unquam*. *Terent. Andr. 1. 3. 9. Da.* dic te ductarum. *Pam.* egone dicam? *Da.* cur non? *Pam.* nunquam faciam. *Id. Adelph. 4. 2. 25.* Nihil ne in mentem? *Cic.* nunquam quidquam. *Cic. Attic. l. 14. ep. 13. extr.* Quæ Cæſer nunquam neque feciſſet, neque paſſus eſſet. *& lib. 7. ep. 1.* Videra mihi videor tantam dimicationem, quantam nunquam fuit. *Liv. l. 38. c. 33.* Nunquam alias; axſules Achæi ſecum adduxerant. *Id. l. 41. c. 49.* Perfei nunquam, ex quo regnum accepiſſet, deſitum celebrari nomen. *Caſ. l. 1. B. Gall. c. 44.* Nunquam ante hoc tempus. *Salluſt. in Jug. c. 15.* Nunquam ne ergo familia noſtra quieta erit? *Cic. pro Sext. c. 63. ad fin.* Illum nunquam, dum hæc natio viveret, ſine cura futurum. *Liv. l. 34. c. 23.* Nunquam, donec Demetrius, Chalciſque tenerentur, libertam Græciam fore. *Terent. Eun. ſub fin.* Nunquam fui uſquam, quin me omnes *amarent* plurimum. *Cic. Fam. 6. ep. 6. a med.* Numquam, niſi honorificentiſſime, Pompejum *appellat*. ¶ *Nunquam non*, ſemper, *ſempre*. *Cic. 2. de Orat. c. 24. extr.* Cum idipſum dicere, nunquam non ſit inaptum, niſi cum eſt neceſſarium. Adde *Cæſ. l. 2. c. 2. ad fin.* ¶ Pro non, *Plaut. Aſin. 3. 3. 40.* Qui odie nunquam ad veſperum vivam. ¶ Pro num aliquando, *Id. Mon. 1. 2. 34.* Dic mihi nunquam tu vidiſti tabulam pictam in pariete, ubi, &c.? *hai tu mai veduto in alcun luogo*, &c? ¶ *Manuz. in Orthogr.* monet a *numquamne*, *numquit*, *numquid*, & ſimilia in veteribus monum. ſcribi per *m* note *q*, quemadmodum *quamquam*, *tamquam*, *uterque*, *quemquem*, *nemque*, &c. Fatetur tamen, & *unaquam*, & *tanquam* etiam per *n* legi : quod & uſus retinere videtur, cum *m* non facile eo loco pronuntiari poſſe vidratur : præſertim cum hoc tempore ratio Latine pronuntiandi fere omnie periitir. *Dauſquius* præfert *n* : neutrum *Cellarius* improbat.

NUNQUANDO, & Numquando, *ſe qualche volte*, num aliquando. *Cic. de Amic. c. 19.* Exſiſtit hoc loco quæſtio, numquando amici novi veteribus ſint anteponendi. *Id. Phil. 5. c. 11.* Si Romam redierit, numquando perditis civibus veretlum, quo concurrant, defuturum putatis? Adde *in Verr. a. 6.* ¶ Scribitur & diviſim *num quando*.

NUNQUID, & Numquid, *ſe*, *forſe*, *ἆρα μή*, num, an, utrum : & ſervit interrogationi. *Cic. Attic. l. 12. ep. 8.* Scire velim, nunquid neceſſe ſit comitiis eſſe Romæ. *ſe ſia neceſſario. & lib. 2. de Legib. c. 2.* Nunquid duæ habetis patrias? *avete voi ſorſe?* & *Terent. Eun. 3. 1. 31.* Quid illud, Gnato, numquid dixi tibi? *nol' ho io detto mai?* & *Andr. 5. 4. 40.* Numquid memineli? *te le ricordi tu?* & *Eun. 5. 9. 13.* Numquid, Gnatho, tu dubitas, quin ego perierim? *Quintil. l. 7. c. 1. a med.* Nunquid non? hoc cogitet, neceſſe eſt, niſi qui ſe plane hebes? *b. e.* cur non? quid ni? *Arnob. addit ad. l. 2. pag. 88.* An nunquid oeandus es, ut beneficium a Deo digneiis accipere? Adde *lib. 3. pag. 108.* ¶ Item dubitationi. *Plaut. in ſuppoſ. Mcet. ſcena, quæ incipit* Syra non redit, *verſ. 19.* Rure eſſe antumant : atque, numquid redeat, incertum hodie. *Ulpian. Dig. lib. 38. tit. 15. leg. 2.* Si dubitare cœperit, nuoquid teſtatus deceſſerit, vel nunquid vivat. ¶ *Numquid*, & diviſim *num quid*, h. e. num aliquid, pertinet ad *Nunquis*. ¶ De ſcriptione V. in *Nunquam*.

NUNQUIS, & Numquis, & *diviſim* Num quis, quæ, quod, & quid, *ſe alcuno*, *forſe alcuna*, *ad no*, utrum aliquis, ao num aliquis : & interrogationi, ac dubitationi ſervit. *Cicer. 3. Agrar. ſub fin.* Nunquis veſtrum ud vim, *ad* facinus accommodatus eſt? *Id. pro Deiot. cap. 7.* Num quæ trepidatio? num qui tumultus? num quid, niſi moderate, niſi quiete? *Terent. Eun. 2. 2. 52.* Nunquem evocari hinc vis foras? *Plaut. Bacch. 4. 4. 17.* Nunqui nummi eccidernnt, here, tibi, quod ſic terram obtuere? *Cic. 13. Attic. ep. 8.* Velim, des alicui negotium, qui quærat fundus nunc quis io Pompejano venalis ſit. *Id. pro Cluent. c. 38.* Si interrogarentur, num quo crimine *in* eſſet accuſatus, negarent. *Id. 1. Offic. c. 3.* Quæſtio eſt, num quod officium aliud alio majus ſit. *Horat. l. 1. ſat. 3. v. 34.* denique teipſum Concute, numqua tibi vitiorum inſeverit olim Natura. ¶ *Numquid vis?* formula, qua diſcedentes ſe abire ſignificant, & officioſe faciunt cum iis, a quibus diſcedunt. Habatur apud *Plaut.* ſæpe, ut *Ampb. 1. 3. 44. & 46. & 3. 3. 15. Aulul. 2. 2. 85. Cæpt. 1. 2. 88. Curcul. 4. 2. 30. & 36. & 39. &c.* Sic *Id. Caſtell. 1. 1. 119.* Nunquid me vis, matter, intro quin eam? *Id. Mil. 2. 6. 92.* Nunquid nunc aliud me vis? *& Prof. 4. 6. 10. & 26.* Nunquid ceterum voltis? *Terent. Eun. 2. 3. 49.* Dum hæc dicit, abiit hora. rogo, nunquid velit : recte, inquit. *eben.* Ubi *Donatus* : Hoc eſt, ſignifico, me abire. nam abuturi, ne id dure faceremt, *nunquid vis?* dicebant, quibuſcum conſtitiſſent. *Cic. 6. ad Attic. ep. 3. a med.* Nec, cum poſtea in caſtra veniſſet, atque inde diſcederet, numquid vellem, rogavit : & fuit aperte mihi, neſcio quare, non amicus. Adde *lib. 5. ep. 1. & Liv. l. 6. c. 34.* ¶ Omiſſo verbo, *Plaut. Pœn. 3. 6. 6.* Nunquid me? ¶ Si addetur *nam*, vim addit interrogationi. *Cic. 2. de Orat. c. 3.* Quid vos tandem? Craſſus, numquidnam, inquit, novi? *Id. pro Roſc. Amer. c. 37.* Qui ſnat in iſtis bonis? deo Roſcii. numquiſnam præterea? nemo. *Al. leg.* nonquiſquam. *Terent. Eun. 2. 2. 41.* Nunquidnam hic, quod nolis, vides? *Par.* te. ¶ De ſcriptione V. in *Nonquam*.

NUNQUO, & Num quo, num in aliquem locum. *Plaut. Capt. 2. 2. 69.* nunquo foras vocatus ad cœnam?

NUNTIA, & Nuncia, æ, f. *annunziatrice*, *apportatrice*, *meſſaggiera*, *ἀγγελίστρια*, quæ nuntiat. *Prius Puna* apud *Cic. l. 1. de Legib. c. 1.*

Nun-

Nuntia fulva Jovis, miranda viſa figure. *h. r.* aquila. *Virg.* de Fama, 4. Æn. v. 188. Tam ficti pravique tenax, quam nuncia veri. *Cic.* 2. *de Orat.* c. 9. Hiſtoria nuntia vetuſtatis. *Ovid. l.* 1. *de ar. am.* v. 437. Cera vadum tentet, raſis inſuſa tabellis, Cum tuæ primum nuntia mentis erit. *Martial. l.* 8. *epigr.* 32. Fratre reverſuro, nuntia venit avis. V. *Nuntium*.

NUNTIATIO, & Nunciatio, onis, ſ. *annunciamento, relazione*, ἀγγελία, actus nuntiandi: & ſumitur in re augurali, pro manifeſtatione eorum, quæ augur viderit. *Cic.* 2. *Phil. cap.* 32. Nos nuntiationem ſolum habemus: conſules etiam inſpectionem. *& Phil.* 5. *c.* 3. *exer.* Cum eo collega, quem ipſe fecit ſua nuntiatione viſum. V. *Spectio*. ¶ *Novi operis nuntiatio* apud *Ulpian. Dig. lib.* 39. *tit.* 2. qui ſic inſcribitur *leg.* 1. 3. 5. 8. &c. eſt denuntiatio de novo opere, quod quis facere molitur vel in noſtro ſolo, vel cum damno rerum noſtrarum, aut publicarum, inhibendi cauſa. ¶ Item delatio bonorum vacantium, caducorum, vel ex aliis cauſis in fiſcum cadentium. *Colliguv. lib.* 49. *tit.* 14. *leg.* 1.

NUNTIATOR, & Nunciator, oris, m. *annunziatore, dimunziatore*, ἄγγελος, qui nuntiat, delator. *Ulpian. Dig. lib.* 39. *tit.* 1. *leg.* 20. *in fin.* Si aliquando ſtetit per nuntiatorem, quo minus ſatisfaceret. *h. c.* qui novi operis nuntiationem fecit. *Paul. lib.* 48. *tit.* 16. *leg.* 6. Nuntiatores, qui per notoria indicia produnt. *Arnob. ſub fin. l.* 1. Apparuit Chriſtus rei maximæ nuntiator. Adde *Tertull. de corona Chriſti*, c. 7.

NUNTIATRIX, icis, f. nuntia. *Caſſiod. l.* 2. *ep.* 14. Ciconia redeuntis anni nuntiatrix.

NUNTIATUS, & Nunciatus, a, um, *annunziato, riferito*, delatus. *Cæſ. l.* 2. *B. Gall. c.* 29. Hac pugna nuntiata, & *cap.* 32. Rs nuntiata ad ſuos. *Tacit. Ann.* 1. *c.* 52. Nuntiata ea Tiberium lætitia affecere. *Sueton. in Claud.* c. 37. Irrumpere Appius nuntiatus, arceſſi ſtatim, ac mori juſſus eſt. *Plin. l.* 12. *c.* 19. Alexandri claſſibus Arabia odore primum nuntiata in altum.

NUNTIO, & Nuncio, as, avi, atum, a. r. *annunziare, apportare, riferire, dar nuova, far ſapere*, ἀγγέλλω, renuntio, per nuntium ſignifico, nuntium fero, apporto, moneo. *Cæſ. l.* 5. *B. Gall. cap.* 10. Equites ad Cæſarem venerunt, qui nuntiarent, prope omnes navis aflictas eſſe. *& lib.* 4. *c.* 11. *exer.* Ad præfectos mittit, qui nunciarent, ne hoſtes præſidio laceſſerent. *Nep. in Themiſt. cap.* 4. Miſit ad regem, ut ei nuntiaret ſuis verbis, adverſarios in fuga eſſe. *Terent. Heaut.* 4. *c.* 5. Abi intro, atque illa ſi jam laverit, mihi nuntia. *Id. Phorm.* 5. 7. 13. Id ad vos venio nuntiatum, paratum eſſe me. *Cic. Attic.* 1. *ep.* 15. Non dubito quin celerius tibi hoc rumor, quam illius noſtrum litteræ nuntiarint. *Terent. Hecyr.* 4. 4. 20. Bene nuntias. *mi dei una buona nuova*. & *Heaut.* 1. 2. 10. Voluptatem magnam nuntias. *Plaut. Stich.* 2. 2. 67. Nuntiare nuntium exoptabilem. *Cic.* 4. *Acad.* c. 25. Quid eſt quod percipi poſſit, ſi ne ſenſus quidem vera nuntiant? *Dicamo ſi vero? Tacit.* 16. *Ann.* c. 11. Ergo nuntiat patri, objicere ſpem, & ati neceſſitate. ¶ Paſſive, & imperſonaliter *Caſ. l.* 3. *B. Gall.* c. 36. Hoc adeo celeriter fecit, ut ſimul adeſſe, & venire nuntiaretur. *& lib.* 1. *c.* 14. Jam jam adeſſe ejus equites nuntiabantur. *ſi dicea, che*, &c. *Plaut. Moſtell.* c. 3. 76. Utinam meus nunc mortuus pater ad me nuntietur. *Plin. l.* 3. *ep.* 7. Modo nuntiatus eſt Silius Italicus inedia vitam finiſſe. *Cic. init.* 1. *Acad.* Nuntiatum eſt nobis a M. Varrone, veniſſe eum Roma. *da parte di M. Varrone*. & *Fam.* 11. *ep.* 12. Ita Romam erat nuntiatum, fugiſſe Antonium. *Id.* 7. *Verr. cap.* 16. Cum paulo eſſet de hoc incommodo nuntiatum. *Tacit. Ann.* 1. *c.* 64. Simul nunciatu, regem Artaxiam Armeniis a Germanico datum, decrevere patres, ut, &c. *h. c.* cum nuntiatum eſſet. ¶ Nuntiare ſalutem, *portar un ſaluto*. *Plaut. Curcul.* 4. 2. 38. Salutem multam dicito patrono. *Cure.* nuntiabo. *Cr.* 4. *Attic. ep.* 10. Miſit ad me ſtatim, qui ſalutem nuntiaret. ¶ *Nuntiare horas*, quota hora ſit, docere. *Martial. l.* 8. *epigr.* 67. Horas quinque puer nondum tibi nuntiat. *Id. l.* 10. *epigr.* 48. Nuntiat octavam Phariæ ſua turba juvencæ. *Tacit. Ann.* 15. *c.* 30. Initia vigiliarum per centurionem nuntiari. ¶ Eſt etiam denuntiare, indicere, jubere, *intimare*. *Tacit. Ann.* 2. *c.* 65. Deligit centurionem, qui nuntiaret regibus, ne armis diſceptarent. *& cap.* 79. item *lib.* 11. *c.* 37. Jubet nuntiari miſeræ, dicendam, ad cauſam poſtero die adeſſet. ¶ Item deferre, manifeſtare, *denunziare*. *Paul. Dig. lib.* 49. *tit.* 14. *leg.* 44. Delator non eſt, qui protegendæ cauſæ ſuæ gratia, aliquid ad fiſcum nuntiat. Ita *Terentius.* at *Heloond.* habet *denuntiat*. & *Papinian. ibid. leg.* 39. Cauſam pecuniæ fiſco nuntiare. *Paul. lib.* 29. *tit.* 5. *leg.* 22. Cum heres deceſſiſſet, exſtitit qui bona nuntiaret. ¶ *Nuntiare novum opus*, eſt denuntiare, ut quid novi operis fiat. V. *Nuntiatio*. *Ulpian. lib.* 4. *tit.* 7. *leg.* 3. Opus novum ſi tibi nuntiaverim, tuque eum locum alienaveris, & emptor opus fecerit. *Pompeu. l.* 11. *tit. ult. leg* 3. Si propius ædes tuas quis ædificet ſepulcrum, opus novum nuntiare poteris. *intimare, che deſiſta*. Ruſtus *Ulpian. lib.* 43. *tit.* 20. *leg.* 3. *ad fin.* Si quis rivum teſcienti opus novum nuntiet. ¶ De ratione ſcribendi V. in *Nuntius, ii*.

NUNTIUM, & Nuncium, il, n. *nuovo, ambaſciata, novità*, idem quod nuntius, res, quæ nuntiatur. *Servius ad Æn.* 6. *v.* 456. Qui nuntiat, genere tantum dicitur maſculino: quod autem nuntiatur, licet neutro dicatur apud Catullum, tamen juvenitur etiam maſculino. *Id. ad* 11. *Æn.* v. 896. Nuntius eſt, qui nuntiat: nuntium, quod nuntiatur. *Varr. l.* 5. *de L. L.* c. 9. Ubi noctu in templum cenſura aſpicatur, atque de cælo nuntium erit. *Al. leg.* nuntiatum. *Cenſl. carm.* 62. *de Aſy*, v. 75. Geminas deorum ad aures nova nuntia referens. *Plaut. Mercat.* 5. 2. 66. Opta ergo ob iſtunc nuncium quidvis tibi. *Al. leg.* iſtunc. *Sedul. l.* 2. *v.* 474. Sævumque tyrannum Grandia follicitis perturbant nuntia dictis. Adde *Lucret. Liv. Tibull. Apulej.* quorum loca affetunt Critici magni nominis, neutrum genus conſtanter defendentes. Contra alii non minoris ſubſilii negant niſi maſculine aſurpari: locaque allata vel ea MSS. vel ea conjectura mutant, aut aliter interpretantur. ¶ Adjective adhiberi videtur (alii volunt ſubſtantive poni) apud *Tibull. l.* 3. *el.* 4. *v.* 5. Divi vera moment. venturæ nuntia ſortis Vera moment Thuſcis exta probata viris. *Al. ita diſtinguunt*. Divi vera moment venturæ nuntia ſortis: Vera moment Thuſcis exta probata viris. *Lucret. l.* 6. *v.* 75. ſimulacra feruntur In meates hominum divinæ nuntia formæ. (Adde *lib.* 4. *v.* 705. & 1027.) *Ovid. Heroid. ep.* 16. *v.* 10. habes animi nuntia verba mei. ¶ Item in feminino. *Tibull. l.* 2. *el.* 1. *v.* 25. viden', ut felicibus extis Significer placidos nuntia fibra deos? *Ovid. Heroid. ep.* 6. *v.* 9. Cur mihi fama prior, quam nuntia littera venit?

NUNTIUS, a, um. V. in voce præced.

NUNTIUS, & Nuncius, ii, m. *novella, nuova, avviſo, ambaſciata*, ἄγγελμα, res quæ nuntiatur. *Cic. pro Balb. c. ult.* Nolite, hunc illi acerbum nuncium velle perferri, ut, &c. *Id. Attic. l.* 3. *ep.* 17. De Q. Fratre nuntii nobis teiſſes, nec varii veocerunt. *Virg.* 1. *Æn.* v. 896. Interea Turnum in ſilvis ſæviſſimus implet Nuntius, & juveni ingeotem fert Acca tumultum. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 7. Exoptatum nuntium alicui afferre. *Id.* 2. *Fam. ep.* 10. Optatiſſimum nuncium accipere. *Terent. Heaut.* 3. 1. 18. apportare alicui. *Plaut. Stich.* 2. 2. 67. exaptabilem nuntiare. *Cic. pro Legat.* c. 3. perferre. *Liv. l.* 4. *c.* 41. ferre ad aliquem. *Id. l.* 3. *c.* 6. Pro triſti nuntio triſtiorem domum referentes. *Apul. initio l.* 7. *Metam.* Talem collegii ſuo nuntium fecit. ¶ Item mandatum, juſſum, *intimazione, comando. Nep. in Chabr. c.* 3. Athenienſes certam olim Chabriæ præſtituerunt, quam ante, &c. Hoc ille nuntio, &c. *Cic. Fam.* 12, *ep.* 24. Quos Senatus ad denuntiandum bellum miſerat, niſi legatorum nuntio paruiſſet. ¶ Eſt etiam qui nuntiat, *meſſo, meſſaggiere, nunzio*, ἄγγελος. *Plaut. Stich.* 2. 1. 1. Mercurius, Jovis qui nuntius perhibetur, nunquam æquus patri ſuo nuntium lepidum attulit, quam ego nunc meæ heræ nuntiabo. *Cic. pro Quinct. c.* 25. *exer.* O hominem fortunatum, qui ejuſmodi nuncios, ſeu potius Pegaſos habet! *Id.* 12. *Fam. ep.* 10. Nos de Dolabella quæridie quæ volumus, audimus, ſed adhuc ſine capite, ſine auctore, rumore nuntio. *Virg.* 2. *Æn. v.* 547. referes ergo hæc, & nuntius ibis Pelidæ genitori. *Cic.* 14. *Phil.* 2. 7. *ad fin.* Litteris, nuntiis, cohortationibus omnes ad patriæ præſidium excitare. *Cæſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 16. Litteras & nuntios mittere ad aliquem. *& lib.* 4. *c.* 19. dimittere in omnes partes. *Cic. Attic. l.* 11. *ep.* 24. Facere aliquem certiorem per nuntium, quid actum ſit. *Paul. Dig. lib.* 18. *tit.* 2. *leg.* 1. *text.* Emptio & inter abſentes contrahi poteſt, & per nuntium, & per litteras. *per via de terza perſona*, per internuntium. ¶ *Nuntium uxori remittere* apud *Cicer. l.* 1. *de Orat. c.* 40. & 56. & 1. *ad Attic. ep.* 13. eſt uxorem dimittere, & cum ea divortium facere, *far divorzio*. Porro *remittere* pro ſimplici *mittere* hic ponitur: & ipſum *mittere* uſurpatur ab *Ulpiano Dig. lib.* 24. *tit.* 2. *leg.* 4. & *tit.* 3. *leg.* 22. *circa med.* Dicitur etiam de uxore a viro per divortium diſcedente, ut eſt apud *Cicer. in Top. c.* 4. Præterea *nuntium* intelligimus ipſum divortii libellum, in quo perſcribebatur, *res tuas tibi habeto*, ut in *Divortium* adnotavimus. Unde *Papinian. lib.* 24. *tit.* 2. *leg.* 7. Si pernituit eum, qui libellum divortii tradendum dedit. ¶ Etiam in ſponſalibus locum habet, cum diſſolvuntur, perſcripta formula, *conditione tua non stor*, quam *Cajus lib.* 24. *tit.* 2. *leg.* 2. recitat. *Ulpian. lib.* 23. *tit.* 2. *leg.* 45. Si invito patrono nuntium ſponſa libertа remiſerit. ¶ Denique etiam pareates, ec tutores dicuntur nuntium remittere, cum nuptialem contractum dirimunt. *Plaut. Trucul.* 4. 3. 74. Ego adeo jam illi remittam nuntium affini meo: dicam, ut aliam conditionem filio inveniat ſuo. *Ulpian. lib.* 23. *tit.* 2. *leg.* 6. Si puellæ tutorem ad infringenda ſponſalia nuntium miſerint. *Id. lib.* 24. *tit.* 1. *leg.* 32. *a med.* Si fuces mutui nuotium miſerit. ¶ *Nuntius* de femina, ut *dux, auſtor*. *Val. Flacc. l.* 2. *v.* 141. Huic dea cum lacrymis, & nota veſte Neæræ, Ictra genas: utinam non hic tibi nuntius eſſem, O foror. ¶ Ad ſcriptionem quod attinet, *Manut.* & *Danſqu.* per e ſcribi volunt, ita præferentibus lapidibus aliquot: ſed non deſunt qui per i, & *Virgilius Carpenſis* & antiquiſſimum horum *Ceutaph. Piſanum C. Cæſaris*, quod orthographiam aureæ ætatis demonſtrat. Quare e retinent *Noriſius*, & *Cellar.*

NUPER, *non è molto, poco innanzi, poco fa, ultimamente, ecordi*, νεάτο, ἄρτι, non longo ante tempore, paucis ante diebus: quaſi *novi per*, inquit *Feſtus*: vel quaſi *novo spere*, ut *sopper*, toto opere, ut *Scalig.* placet. *Cic. Verr.* 6. 2. 3. Nuper: & quid dico, nuper? immo vero modo, ac plane paulo ante vidimus. *Id. Attic. l.* 14. *ep.* 7. De quo ſum nuper tecum locutus. *Id. c. de Orat. c.* 19. Is, qui nuper Romæ fuit, Menedemus hoſpes meus. *Id. pro Legar.* 2. *ult.* Fac quod feciſti nuper in curia, nunc idem in foro. *Id. in Divin. Verr.* c. 20. Nuper, cum in Gabinium Piſo delationem nominis poſtularet. *Id. c. de Invent. c.* 17. 2. *med.* Ab adverſarii dicto exordiri, & ab eo potiſſimum, quod ille nuperrime dixerit. *Horat. l.* 1. *od.* 14. *v.* 17. Nuper ſollicitum quæ mihi tædium, Nunc deſiderium, curaque non levis. *Gell. l.* 2. *c.* 23. Nuper adeo uſus hujus rei nobis venit. *Plaut. Trucul.* 2. 4. 43. Nunc huc remiſit nuper ad me epiſtolam. *Apulej. l.* 9. *Metam.* illud, quod nunc nuper commentus eſt. *Symmach. l.* 1. *ep.* 6. (*al.* 3.) Nunc nuper ad vos prædium lege venit. *nuoc nuper* idem fere eſt quod *nuper*. ¶ De longiori ante tempore, *Cic. l. de Divin. c.* 39. *ad fin.* Neque ante philoſophiam patefactam, quæ nuper inventa eſt. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 50. Ea, quæ nuper, id eſt paucis ante ſæculis reperta ſunt. ¶ Antea, & uſque ad hoc tempus. *Horat. l.* 1. *od.* 26. *v.* 2. Vitæ puellis

nuper

super idoneus, Et militavi non ſine gloria: Nunc, &c. *ſimo à poro ſo, ſim qui*.

NUPORUS, a, um, *novus, recens, freſcus*, qui nuper fuit, recens, νέος. *Plaut. Capt.* 3. 5. 60. Recens captum hominem nuperum & novitium te perdocere. *Terent. Heaut.* 2. 2. 1. Quamquam hæc inter nos nupera nuptia admodum eſt. Al. leg. *nuper*. & *Flor. l.* 4. 2. 2. *a med.* Elephanti bellorum rudes, & nuperi a ſilva. Al. leg. *nuper*. ¶ De ſuperlativo hæc *Priſcian. l.* 3. *pag.* 606. *Putſch.* Nuperrimus etiam proferebant antiquiſſimi: unde adverbium poſuit Cicero, nuperrime. qui ſuperlativus magis ab adverbio in er deſinente videtur naſci.

NUPTA, æ, f. *ſponſa, maritata*, γάμος, quæ nupſit. *Terent. Adelph.* 4. 7. 33. Et nova nupta eadem hæc diſcet. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 794. Et venit in thalamus, nupta pudica, tuos. *Id.* 3. *de ar. am. v.* 613. Nupta virum timeat: rata ſit cuſtodia nuptæ. *Id. de remed. amor. v.* 773. Quid, Mearlæ, dolee? ibas ſine conjuge Creten, Et poteras nupta leotue abeſſe tua.

NUPTALITIUS. V. *Nupciarius*.

NUPTIÆ, arum, f. γάμος, *maritagio, ſponſalitio, matrimonio*, γάμος, uſtus matrimonii dies, ritus & hilaritas in uxore ducenda: a *nubo*. *Cic. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 3. *ad fin.* Eo die apud Pomponium in ejus nuptiis eram ornatuſus. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 54. Renuntiare rapudium, rabus paratis, atque ceornatis nuptiis. & 2. 1. 35. Nuptias adornare. & 2. 2. 83. & 2. 4. 9. facere. *Terent. Phorm.* 4. 4. 20. apparare. *Plaut. Aulul.* 3. 2. 15. Coquere conam ad nuptiae. *Cic. pro Cluent.* 1. 22. *extr.* Quæ nuptiæ non diuturnæ fuerunt. erant enim non matrimonii dignitata, ſed ſceterie ſocietate conjunctæ. *Id.* 13. *Attic. ep.* 29. Corafiſcia vetula ſane, & multarum nuptiarum. *Horat. l.* 3. *od.* 12. *v.* 11. Nuptiarum expers. *non mortiſera. Nep. in Attic. c.* 5. Conciliare nuptias. *Valer. Max. l.* 9. *c.* 2. *n.* 9. Nuptiæ inter ſe jungi. *Terent. Andr.* 3. 4. 23. In nuptias aliquem conjicere. & *ibid. v.* 16. Nuptiae alicui efficere. *b. e.* conciliare. *Id. Phorm.* 2. 2. 28. confiſcia. ¶ De concubitu *Juſtin. l.* 31. *c.* 6. *Petron.* in *Satyr. c.* 26. & *Auſt. ad Heronn. l.* 4. *c.* 34.

OBAUDIO, is, a. 4. idem ac obedio. *Apul. l.* 3. *Metam.* Secreta, quibus obaudiunt Manes. *Tertull. l.* 2. *adverf. Marcion. c.* 2. *ante.* Adam non obaudiit.

OBAURATUS, a, um, *indorato*, inauratus. *Apul. l.* 11. *Metam.* Alius soccis obauratis, indutus serica veste, mundoque pretioso.

OBBA, æ, f. *forte di bucchiere*, e *vaso da vino*. *Gloss.* Obba (lege *Obba*, ut monet *Voss. in Etymol.*) ἄμφιξ, ἐν ᾧ τοῖς νεκροῖς σπένδουσι, h. e. quo libant mortuis. Ἄμφιξ autem aliis est calix, poculum; aliis olla, aut cadus. *Plin. l.* 33. n. 8. vertens locum *Diofcoridis l.* 5. *c.* 110. ubi de hydrargyro conficiendo sermo est, ἄμφικυπελλον vertit calicem, seu operculum, quo ferrea concha contegitur. *Athenæus l.* 11. *c.* 8. *ad fin.* dicit, ἄμφικυπελλα esse pocula in acutum subsigmata. Quare si *Gloss.* credimus, obbas esse ποτήρια, erunt ex similes iis, quæ Itali dicunt *corosse*, aut *corossini*, fundo & ventre lato, collo & ore angusto. *Nonius* quoque rem. a. *n.* 597. scribit obbam esse poculi genus, quod nunc obba dicitur. & *cap.* 15. *n.* 14. esse poculi genus vel ligneum, vel ex sparto. *Varr. ibid.* & n. 20. Dolia, atque apothecas triclinia, melicas Calenas, obbas, & Cumanos calices. *Id. ibid.* Utrum meridie, an vesperi lubentius ad obbam accedas, locus, actus, adventus declarabit. In his *Varronis* verbis & pocolum intelligi potest, & ea: at vas aptius intelligitur & quidem non modicum, & lato fundo, ut facile fedeat, in illo *Persii sat.* 5. v. 146. Tun' mare transilias? tibi torta esonabe fulta Coæ sit in transtro? Vejentanumque rubellum Exhalet vapida laxum pice fessilis obba? ¶ *Obbam* panico tribuit *Plinius*, cujus hæc verba sunt *l.* 18. *c.* 7. Panicum a paniculis dictum, cacumine languide nutante, paulatim extenuato culmo pene in furculum, prædensis asservatur granis, sum longissima pedali obba. Ubi *Hardouin.* in MSS. legit *Obsa*. Libentius vero, inquit, multo agnoverim, litteris permutatis, *fabo*, vel potius *phobo*. Est enim φόβη *Theophrasto l.* 8. *c.* 3. bruudinacea coma frugum omnium, quæ sd mihi similitudinem furgunt: τὸ μὲν ἄγυ σπάχυ, τὸ δὲ χαίτωμα λεβὲ, τὸ δὲ περιχαίτιον φόβην. ἡ γὰρ πλατυφύλλος ἀνίσους, φόβη.

OBBATUS, a, um, in obbæ figuram factus. *Apul. l.* 10. *Metam.* Castor & Pollux, quorum rapita essidus obbatæ Sallarum apicibus insignes conregabant. Apud *Helmesbosst. pag.* 254. legitur *obata*: unde quidam suspicantur esse pro *ovata*, facili mutatione *b* in *v*. Apud *Peiresium pag.* 234. est *ovato*. Al. aliter leg. Si *obbato* retinemus, erunt easdides infra latæ, supra in acutum desinentes, ut in *Obba* est dictum. Si *ovatæ*, ferme idem.

OBBIBO, is, n. 3. idem ac bibo, vel celeriter bibo. *Cic.* 1. *Tusc.* 1. 40. Qui cum conjectus in carcerem triginta jussu Tyrannorum venenum ut sitiens obbibisset. *P. Victor* & *Genier.* ex MSS. quamplurimis leg. *obdormisset*.

OBBLATERATUS, a, um, contra aliquem blateratus. *Apul. l.* 9. *Metam.* His & aliis similibus affaniis frustra obblatereris. Al. aliter leg.

OBBRUTESCO, is, *n.* 3. *perdere la vegione*, ἄλογος γίνομαι, est brutum fieri, sensum, rationem, vitam amittere. *Lucret. l.* 3. v. 546. An contracta fuis e partibus obbrutescat. *Afran.* apud *Fest.* in *Obstrumat*. Non possum verba facere, obbrutui. *l.* 1. obstupui, ut idem *Festus* exponit. *Prudent.* in *Hamartig. v.* 652. Damna asres, Pater alme, meas, & claude meatus Obbrutescentis capitis. Al. leg. *obbrutescentis*. Apud *Fest.* unico *b* scribitur.

OBCÆCATIO, vel Occæcatio, onis, f. idem est ac occatio, hoc est ocsasiatio seminis terra superinducta. *Serenus* apud *Non. c.* 1. n. 306. Occatio occæcatio est. *Id. Nonius ibid. n.* 321. Occæsationem ab occæcatis seminibus, qua id efficitur, dici, M. Tullius voluit de Senectute. V. *Obæco*. Ea his autem discimus, *obcæcationem* de occatione metaphorice dici. nam proprie est *accæcamento*, τυφλώσει. *Plaut. Men. a.* 2. in *fin.* Solem vidas, sstin' ut occæcatus est præ hujus corporis candoribus! *h. e.* obscuratus. *Cic. Fam.* 15. *ep.* 2. a *med.* Quod ego negotium, non sultitia obcæcatus, sed verecundia deterritus, non recusavi. *Column. l.* 3. *c.* 7. *sub fin.* Quæ ratio (*h. e. modus colendi vites*) velut ignorantiæ tenebris obcæcata, luce veritatis caruit. *Id. l.* 6. *c.* 36. *extr.* Velut incensus & obcæcatus cupidine. *Cic. t. de Fin. c.* 20. Qui quas molestias exceperit finit, obcæcati cupiditate non provident. ¶ *Obcæcatum femen*, terra obrutum. *Cic. de Senect. c.* 15.

OBCÆCO, & Occæco, as, avi, atum, a. 1. *accecare*, *offuscare*, ἐπτυφλόω. *Plin. l.* 10. *c.* 3. Respersu pinnarum hostem obcæcantes. *Liv. l.* 33. *c.* 7. Densa caligo obcæcaverat diem. *Virg. in Cul. v.* 198. timor obcæcaverat artus. *h. l.* stupidos reddiderat. ¶ *Obcæcare fossas*, est obtegere, ne pateant. *Column. l.* 2. *c.* 2. *ante med.* Ubi solutior est humus, aliquæ fiunt patentes, quædam etiam obcæcantur, ita ut in patentes ora hiantia cæcarum competant. ¶ *Ora cæcare femen*, est occultare, terra obrutre. *Cic. de Senect. c.* 15. Terra cum sparsam semen excepit, primum id occæcatum cohibet, ex qua occatio, quæ hoc efficit, nominata est. *Nonius c. t. n.* 306. videtur legisse, *ex quo occæcatio*. ¶ Translate *Liv. l.* 5. *c.* 37. Occæcat animos fortuna. *Id. l.* 42. *c.* 43. Ni spes exua pacis obcæcasset consilia. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 80. *sub fin.* Obscura narratio totam obcæcat orationem. *ofcura*.

OBCÆDES, is, f. idem ac cædes. *Plaut. Stich.* 5. 4. 32. Obe, jam satis: nolo obcædas. *h. e.* nolo hic quicquam tragicum & cruentum. Alii aliter legunt. V. *Taubman.*

OBCALLATUS, & Occallatus, a, um, *incallito*, callo obductus. *Sueet. sub fin. l.* 4. *quæst. nat.* Quid fantire possunt emortuæ fauces, & obcallatæ cibis ardentibus?

OBCALLESCO, & Occallesco, is, lui, n. 3. *incallire*, *fare il calle*, ἐπτυλόω, callum obduco, durus, & callosus fio. *Cels. l.* 4. *c.* 24. Ubi dolor vehemens urget, interest, sine tumore is fit, an tumor cum calore, an tumor jam etiam obcalluerit. *Plaut. Asinar.* a. 4. 13. Utinam nunc stimulus in manu mihi sit, qui latera conteram tua, quæ occallucre plagis. *Ovid.* 14. *Met.* de in fusem verso, v. 282. Oique meum sani pando occallascere mitro. ¶ Translate *Cic. l.* 2. *ep.* 18. *in fin.* De Statii manumissio, & nonnullis aliis rebus angor equidem: sed jam prorsus occallui. *h. e.* diutina malorum consuetudine jam obfirmavi animum ad ferendum. *Plin. l.* 2. *ep.* 15.

ep. 65. Longa patientia obcalluit. *Colum. l.* 8. *c.* 16. Sic mores obcalluere, ut non hæc uſitata, verum ut maxime laudabilia & honeſta judicentur.

OBCANO. V. *Occano*.

OBCANTATUS, a, um, *ſummoliatus*, *incantatus*, incantatus, veneficio læſus. *Apul. in Apolog.* Mulier obcantata, vecors, amans, amens.

OBCANTO, as, avi, atum, a. t. *incantare*, *immolitare*, incantamentis devincio, ligo. *Paul. JCtus lib.* 5. *Sentent. tit.* 23. *n.* 9. Qui facta impia, ut quem obcantarent, defigerent, obligarent, fecerint, &c.

OBCENSUS, a, um, *incenſus*, accenſus, combuſtus. *Enn.* apud *Feſt.* in *Ob*. Omnes occiſi, obcenſique ſe nocte ſerena.

OBCINO, &c. V. *Occano*.

OBCLAUDO, is, a. 3. occludo. *Imp. Conſtant. & Julian. Conſ. lib.* 11. *Cod. Theodoſ. tit.* 24. *leg.* 1. Aditum implendæ devotionis obclaudant.

OBCŒNO, as, a. t. idem quod cœno. *Plaut. in fragm.* apud *Varron. l.* 6. *de L. L. c.* 3. *ad fin.* De lumbo obcœnabis.

OBDITUS, a, um, oppoſitus, objectus, occluſus. *Flor. l.* 3. *c.* 6. *a med.* Propontidis fauces Porcius Cato ſic obditis navibus, quaſi portam obſeravit. *Plin. l.* 6. *c.* 21. Portæ Caucaſiæ, ingens naturæ opus, montibus interruptis repoſitis, ubi fores obditæ ferratis trabibus, &c. *Apul. l.* 5. *Metam.* Domus feris & catenis obdita. *ferreis*. ¶ Item obvolutus, implexus, *involutus*, *intricatus*. *Apul. l.* 10. *Metam.* Feralibus amiculis inſtructus atque obditus, deportatur ad judicium puer. *& lib.* 3. Sic illos capillos in mutuos nexus obditos atque nodatos, cum multis odoribus dat vivis carbonibus adolendos.

OBDO, is, didi, ditum, a. 3. *opponere*, *ἐναντίωσις*, oppono, objicio: *ea ob*, & *de*. *Terent. Eun.* 3. 5. 55. Peſſulum oſtio obdo. *Plaut. Caſ.* 5. 1. 25. Foreis obdo, ne foras me opprimat. *b. c.* claudo. *Ovid.* 2. *ex Pont. ep.* 2. v. 41. Da precor, acceſſum lacrymis, mitiſſime, noſtris, Nec timidis rigidam vocibus obde foram. *Senec. ep.* 31. Sapiens auris, ſi claſſeris aures, qaibus ceram parum eſt obdere. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. v. 59. oullique malo letus, obdit apertam.

OBDORMIO, is, ivi, itum, n. 4. *dormire*, *καταυκάσθαι*, *ἀφυπνίω*, idem quod dormio, aut valde dormio. *Cic. t. Tuſcul. c.* 38. Endymioo neſcio quando ita Latino obdormivit: nondum, opinor, eſt experrectus. *Plaut. Ampb.* 1. 1. 116. & *Curcul. a.* 3. v. 45. Credo, hac nocta Nocturnum obdormiviſſe ebrium. *Criſ. l.* 3. *c.* 18. Somnus medicamentis arceſſendus eſt, habita moderatione, ne, quem obdormire volumus, ſuccitare poſſas non poſſimus. *Plin. l.* 16. *c.* 10. *ſub fin.* Qui obdormiant ſub taxo, cibumve capiant, moriantur. *Suetan. in Aug. c.* 94. Atiam, poſita *in* templo lectica, dum eſteræ matronæ dormirent, obdormiſſe. *Plin. l.* 20. *c.* 14. *ad fin.* Nepetam ſubſternere obdormituris, otile eſt.

OBDORMISCO, is, a. 3. *dormitare*, *κατακοιμίζω*, obdormire incipio, dormito. Item ſimpliciter dormio, obdormio. *Sueton. in Claud. c.* 33. Ut interdiu nonnunquam in jure dicendo obdormiſceret. *& ſep.* 8. Quoties poſt cibum obdormiſcerer, olearum ue pulmularum oſſibus iocceſſebatur. *Plin. l.* 9. *c.* 10. Teſtudines ſumma in aqua obdormiſcere: id prodi ſtertentium ſonitu. *Cic. t. Tuſcul. c.* 49. Si ſupremus ille dies perimit ac delet omnino, quid melius, quam in mediis vitæ laboribus obdormiſcere, & ita conniventem ſomno ſopiri ſempiterno?

OBDÚCO, is, xi, ctum, a. 3. *conducere*, *in conducere reuere*, *ἐναντίγω*, contra duco, adduco, oppono: *ea ob*, quod & *contra*, & *ad* valet. *Plaut. Pſeud.* 2. 1. 13. Poſt ad oppidum hoc vetus continuo mecum exercitum protinus obducam. *Accius* apud *Non. c.* 3. *n.* 203. Vim Gallicam obduc coorta in acie, exercituve. *Cic. Attic. l. & ep.* 1. Thermus cum Silano contendere exiſtimatur: qui ſic inopes & ab amicis, & exiſtimatione ſunt, ut mihi videatur non eſſe *dicturus*, Curium obducere. *b. c.* adducere, ot iis adverſetur in conſulatu petendo, tanquam civalis & æmulus. *Auct. argum. t. Mercat. Plautus*, v. 6. Eum putat uxor illius obdaviſſe ſibi ſcortum. ¶ Item ſuper, vel ante, vel circum duco, *tirar ſopra*, *a avanti*, *a torno*. *Plin. l.* 23. *c.* 4. *a med.* Caryotæ macro corpore exiles, cruſtam vetius, quam cutem obducunt. *Id. l.* 17. *c.* 4. Terra rubiginem ferro obducit. *Id. l.* 23. *c.* 7. *ante med.* Fici eiois roſaceo ſubactus ambuſtis cicatricem tenuiſſimam obducit. *Cic. 9. Fam. ep. c. a med.* & *Tuſcul. c. c.* 25. *extr.* Obducere callum. V. *Callum*. *Flor. l.* 4. *c.* 1. *a med.* Caſtra vallo obducere. *circumdare*. *Caſ. l.* 2. *B. Gall. c.* 8. Ab utroque latere collis tranſverſam foſſam obduxit. *Plin. l.* 2. *ep.* 17. *a med.* Diæta, ſpecularibus & velis obductis, reductiſque, modo adjicitur cubiculo, modo auferetur. *Apul. l.* 1. *Metam.* Tigillo injecta, atque obducta parte funiculi, & altera firmiter in nodum conſta. *b. c.* circumvoluta. ¶ Item tegere, operire, *coprire*. *Virg. Ecl.* 1. v. 48. quamvis lapis omnia nudus, Limoſoque palus obducat paſcua junco. *Plin. l.* 25. *c.* 14. Lanata mala lanugo obducit. *Id. l.* 29. *c.* 4. *circa med.* Faciem lentigine obducit. *Senec. in Hippol.* v. 586. Et ora morti ſimilis obduxit color. *Lucan. l.* 9. v. 809. caput ferali obduxit amictu. *incappucciò*. & *lib.* 4. v. 31. Et prope conſertis obduxit caſtra maniplis. *coprì*, *naſcoſe*. *Stat. Theb.* v. 700. clypeis obducunt pectora fractis. *Cic. t. de nat. Deor. c.* 47. Obducuntur libro, aut cortice trunci, quo fiat a ſcigoribus & calaribus tutiores. *Id.* 2. *de Legib. c.* 22. Redditur terræ corpus, & ita locatum ac ſitum, quaſi operimento matris obducitur. ¶ Item contrahere, *reſtringere*. *Quintil. l.* 10. *c.* 3. *ante med.* Obducere frontem. *Senec. de conſol. ad Marc. c.* 1. Vultus, quem tot annorum continua triſtitia, ut ſemel obduxit, tenet. ¶ Item claudere, *ſbiudere*, *ſerrare*. *Petron. in Satyr. c.* 94. Oſtium cellæ obduxit. *Al. leg.* adduxit. V. *Obnubere*. *Plin. l.* 8. *c.* 26. Venam io erure vulneret, & plagam limo curſus obducit. *Id. l.* 2. *c.* 63. *extr.* Terra tandem ipſa ſe obduxit, & ſcelera quoque mortalium occultat. *Colum. in ſ. rep. tit. l.* 3. Malleolus radices e capite, qua recilium eſt *ex*-gos mittit: quæ cum excreverunt, cicatricem obducant. ¶ Item inducere, offundere. *Plin. l.* 22. *c.* 25. *a med.* Helichphacos turporem obducit percuſſo loco. *Cic.* 4. *Acad. c.* 6. Clariſſimis rebus tenebras obducere. ¶ Item educere, ebibere, exhaurire: & notat aviditatem ſitientis. *Senec. de provid. c.* 3. *a med.* Socrates illem potionem publice miſtam, non aliter quam medicamentum immortalitatis obduxit. *Petron. in fragm. Tregur. c.* 42 *Burm.* Cum multi pultarium obliti. *Senec. in Troadib. v.* 1162. ooo ſtetit fuſus cruor, Humoque ſumma ſtetit. obduxit ſatim, Sævuſque tutum ſanguinem tumulus bibit. Aliud en *Cicer.* exemplum V. in *Obbibo*. ¶ Pro detegere, aperire. *Lucil. l.* 29. Vos foterea lumeo affette, atque nullea obducite. Ita *Non. cap.* 4. *n.* 340. Al. leg. *lumen auferre*: qua ratione contrarium fortaſſe ſignificat. ¶ *Obducere diem*, educere, ducere, conterere, tranſigere, conſumere. *Cic. Attic. l.* 16. *ep.* 6. Nono cal. ad Sicam. ibi tanquam domi meæ ſilicet: itaque obduci poſſerum diem. *ut transeam*, *ut conſumam*, *ut poſſet*. ¶ *Obducere oculos*, tegere, obſcurare, caligine offuſa. *Petron. in Satyr. c.* 19. *extr.* Mors non dubia miſerorum oculos ecpit obducere. *Lucan. l.* 3. v. 735. Nox ſubit, atque oculos vaſtæ obducere tenebræ.

OBDUCTIO, onis, f. *κρυπτόλυψις*, tegumentum, obvolutio. *Arnob. l. t. pag.* 7. Nubila inimica obductionis pendent. ¶ Reis mortis addicti caput obnubebatur. Hioc illud apud *Cicer. pro Rabir. perduell. c.* 4. & *Liv. l. c. t.* 26. Caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito. *Cic. ibid. c.* 5. Carnifex vero, & obductio capitis, & omnem ipſum crucis abſit. *incappucciamento*. *Ammian. l.* 14. *c.* 7. (*al.* 14.) *ſub fin.* Cauſarum legitima ſilente defenſione, carnifex capitinarum ſequeſtur, & obductio capitum, & honorum ubique mœrorio verſabetur per orientales provincias. Apud *Cicer.* eſt qui malit *obmutio*: ſed nihil eſt mutandum.

OBDUCTO, as, a. 1. frequent. ab *obduco*. *Plaut. Mert.* 4. 4. 46. Nec pol ego patiar, ſic me nuptam tam male, Meaſque in ædes ſic ſortra obductarier. *b. c.* induci.

OBDUCTUS, a, um, *tirato ſopra*, *ἐναντιωθείς*, ſuper ductus, inductus. *Tacit. t.* 3. *Ann. c.* 35. Ut obducta glacie, oſi effoſſa humus, tentoriis locum non præberet. *Ovid. t. de ar. am. v.* 285. Myrrha patrem, ſed non quo filia debet, amavit: Et nunc obducto cortice preſſe latet. *Virg. t. Georg. v.* 116. Amnis & obductio late tenet omnia limo. *Tacit. Ann.* 4. *c.* 70. Et trahebatur dacnoetus, quanam obducta veſte, & addictis faucibus niti poteret, elaboraret. *b. t.* capiti obvoluta. *Lucan. l.* 3. v. 570. eruor altus in undis Spamat, & obducto concreſcuot ſanguine fluctus. Al. leg. *obduſis*. h. e. fluctus tacti ſanguine. ¶ Item adductus, oppoſitus, objectus. *Plin. l.* 7. *ep.* 21. Cubicula obductis velis opaca, nec tamen obſcure facio. *Senec. in Herc. Oet. v.* 1548. Obductæ fores. *chiuſe*. *Propert. l.* 4. *el.* 5. v. 47. Janitor ad dantes vigilet: ſi pulſet inanis, Surdus in obductam ſomniet uſque ſeram. *Virg. Æn.* 2. v 603. nubes obducta tuenti Morteles hebetat viſus. *b. t.* prætente, objecta. *Nepos in Annib. c.* 5. Obducta nocte, farmenta ex cornibus jumentorum deligata incendit. *b. c.* cum ſe non calo obtendiſſet. ¶ Item clauſus, *chiuſo*, *ſerrato*. *Lucan. l.* 5. v. 69. multoſque abducta par annos Delphica fatidici referat penetralia Phœbr. ¶ Item tectus, opertus, *coperto*. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 47. Animantium pluma alias, alias ſquama videmus obductas. *Plin. l.* 24. *c.* 12. Folia obducte araneoſa lanugine. *Id. l.* 19. *c.* 7. Semina obducta cortice. *Ovid. t. Metam. v.* 349. Nam pater (*ſol*) obductos, luctu miſerabilis ægro, Conſiderat vultus. Et translets *Senec. in Oedip. v.* 851. Obducta longo temporum tractu movet. *b. c.* tecta oblivione. ¶ *Obducta frons*, contracta, adducta, triſtis. *Horat. epod.* 13. v. 5. obducte ſolvatur fronte ſenectus. Adde *Quintil. l.* 10. *c.* 3. *ante med.* & *Juvenal. ſat.* 9. v. 2. ¶ *Obductio cicatrix*, ſuperioducta vulneri, & clauſa, *rammarginata*. *Cic.* 3. *Agrar. c.* 1. Ne cetricare obductam jam reipublicæ cicatricem viderer. Et tranſlate *Virg.* 10. *Æn.* v. 63. quid me alta ſilentia cogis Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem? *Ovid. ex. Met. v.* 542. quid me meminiſſe malorum Cogis, & obductos annis reſcindere luctus? ¶ *Obductæ tenebræ*, contractæ, denſæ. *Propert. l.* 3. *el.* 24. v. 5. obductis committam mane tenebris?

OBDULCO, as, a. t. *indolcire*, *addolcire*, dulcem facio, induleo. *Cnl. Aurelian. Tard. l.* 1. *c. t. ad fin.* Coqueuies atque obdulcatoles fals & oleo. *b. t.* condientes. *& lib.* 3. *c.* 8. *a med.* Obdulcatus panis.

OBDURATIO, onis, f. *induramento*, actus obdurandi. *Auguſtin. epiſt.* 105. *ante med.* & *Enarr. in Pſalm.* 77. & alibi, de ea, qua Deus obdurat impios non impertiendo miſericordiam.

OBDURATUS, a, um, *indurato*, durus factus. Translate *Nazar. in Panegy. ad Conſtantin. c.* 23. Ingeſtos quotidie luctus callo quodam obduratæ patientiæ ſuſtinere. *Capitolin. in Pertin. c.* 9. Alimentaria compendia, quæ novem annorum debebantur, obdurata verecundia ſuſtulit. *Imp. Conſtantin. lib.* 10. *Cod. tit.* 19. *leg. c.* Si quis in obdurata nequitia permanebit.

OBDUREFACIO, is, a. 3. obduro. Eſt *Novii cap.* 1. *n.* 87.

OBDURESCO, is, rui, *e.* 3. *indurare*, *indurire*, *πλωθύνεσθαι*, durus fio. *Propert. l.* 2. *el.* 19. v. 53. Gorgonis & fatius fuit obdurefcere vultu. *Cato* R. R. *c.* 50. Ea poſtremum arato, dum ne prius obdurefcant. *Plaur. Trucul. a.* 5. v. 64. Ite miſer cubando ia lecto hic exſpectando obdurui. *Varr. l.* 3. R. R. *c.* 14. *ſub fin.* Semen diuturnitate obdurefcit. ¶ Metaphorica eſt hebetem ac ſtupidum fieri, non ſentire, callum obducere, ſicut membra calloſa, aut ge-

lu

In obdurata dolorem non ſentiunt. *Cic. Attic.* 13. *epiſt.* 2. Jam ad iſta obduruimus, & humanitatem omnem exſtinximus. *Id. pro Mil.* c. 28. Sed neſcio quomodo jam uſu obduruerat, & percallueraț civitatis incredibilis patientia. *Id. Attic. l.* 10. *ep.* 9. Adventûs Philotimi examinavit omnes, qui mecum erant, nam ipſa obdurui. *Id. Fam.* 2. *ep.* 16. Niſi diuturna deſperatione rerum obduruiſſet animus ad dolorem novum. *Id. Phil.* 2. c. 42. His quidem jam inveteratis conſuetudine obduruimus. *Id. Verr.* 7. c. 13. *a med.* Cum in ejuſmodi patientia turpitudinis, aliena, non ſua fatietate obduruiſſat. *Id. Tuſcul.* 3. c. 28. Idque indicarut eorum patientia, qui cum multa ſint ſæpe perpeſſi, facilius ſtruunt quidquid accidit: obduruiſſeque ſe ſe contra fortunam arbitrantur. *Ib.* c. conſtantiam induiſſe. *Id. Fam.* 5. *ep.* 15. Ad amicos ut confugiam? quorum alii occiderunt, alii neſcio quo pacto obdurverunt. *Ib.* c. benevolentiam in me minime moveri videntur. *Id. ad Brut. ep. ult. a med.* Obdureſcunt enim magis quotidie boni viri ad vocem tribuni. *Ib.* a. non flectuntur, reſiſtunt, recuſant. Eſt qui malit *obſurdeſcunt*.

OBDŪRO, as, avi, atum, a. 1. *indurare*, σκληρύνω, durum facio. *Obdurare* abſolute eſt durare, firmare animum, perſtare, fuſtinere, patienter & conſtanter ferre, *ſtare ſolido, ſuſtinere, perſiſtere*. *Plaut. Aſin.* 2. 2. 56. Pernegabo, atque obdurabo, perjurabo denique. *Horat. l.* 2. *ſat.* 5. v. 30. Perſta, atque obdura. *Ovid.* 5. *Triſt. el.* 11. v. 7. Perſer, & obdura: multo gravinre tuliſti. ¶ Paſſive impersonaliter, *Cic.* 12. *Attic. ep.* 3. Quare obdoretur hoc trideum. *ſi paziemti, ſi ſoffra.*

OBEDIENS, entis, *obediente*, Ἐυπειθὴς, parens, obſequens, morem gerens. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 30. *a med.* Nulli eſt naturæ obediens, aut ſubjectus deus. *Id.* 1. *Offic.* c. 36. *extr.* Appetitum rationi obedientem præbere. *Id. in Piſon.* c. 34. *a med.* Natin ſamper obediens heic imperio. *Salluſt. in Jug.* c. 35. Obedientem eſſe juſſis alicujus. *& cap.* 36. Vivere obedientem alicui. *Liv. l.* 25. c. 38. Ut imperiis vivorum nemo obedientior me uno fuerit. *Id. l.* 28. *c.* 16. *a med.* Ut ad nova conſilia gentem quoque ſuam obedientem haberet. *Id. l.* 7. *c.* 13. Imperiis obedientiſſimus miles. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 35. Populi primi honorem capiebat ſuffragio, quam magiſtro deſinebat eſſe dicto obediens. Sic *dicto audientem eſſe alicui* V. in *Audio*. ¶ Interdum *obedire* dicitur qui ſervus eſt, ſubjectus, obnoxius. *Salluſt. in Jug. c.* 36. *ad fin.* Quid erit reliquum, niſi ut illis, qui ea fecere, obedientes vivamus? ¶ Translate *Plin. l.* 16. *c.* 43. Obedientiſſima quocumque in opere fraxinus. *Ib.* c. quæ facilliroe cædi, duci, flecti poteſt. *Salluſt. in Jug. c.* 17. Virtute, ac diis volentibus magni ætia, & opulenti: omnia fecunda & obedientia ſunt. *proſpere, e ſuggeſtu*.

OBEDIENTER, adverb. *obbedientemente*, Ἐυπειθῶς, cum obedientia. *Liv. l.* 5. *c.* 12. *extr.* Collatum obedienter, miſſumque ad exercitum eſt. *Id. l.* 21. *c.* 34. Obedienter imperata facere. *Id. l.* 30. *c.* 53. *ad fin.* Obedienter facere adverſus aliquem. *Ib. c.* alicui parere. *Id. l.* 38. *c.* 34. Nihil obedientius fecerunt, quam ut muros diruerent. *Auguſtin. de Civ. Dei, l.* 22. *c.* 8. *poſt med.* Obedientiſſime paruit.

OBEDIENTIA, æ, f. *obbedienza*, Ἐυπειθεία, obtemperatio, obſequium. *Cic. Parad.* 5. *c.* 1. *extr.* Servitus eſt obedientia fracti animi, & arbitrio carentia ſuo. *Id.* 1. *Offic. c.* 20. Appetitus relinquunt, & abiiciunt obedientiam, nec rationi parent. *Plin. l.* 11. *c.* 17. *de apib.* Mire plebi circa regem obedientia. *Id. lib.* 8. *cap.* 1. *de elephant.* Intellectus illiz ſermonis petrii, & imperiorum obedientia.

OBEDĪO, ĕdis, ivi, itum, n. 4. *obbedire*, πείθομαι, pareo, obtempero, obſequor, auſculto, audiens ſum: ex *ob*, & *audio*. *Cicer.* 5. *Tuſcul.* 2. 22. *in fin.* Parere, & obedire præcepto. *Id. l.* 1. *de nat. Deor. c.* 8. Obedire, & parere voluntati. *Id.* 3. *de Legib. c.* 2. *ad fin.* Obtemperare, & obedire magiſtratibus. *Id. pro Cæcin. c.* 18. Si ſervulis hoc noſtrin conceſſerimus, ut ad verba nobie obediant, non ad id, quod ea verbia intalligi poſſit, obtemperent. *Nep. in Epamin. c.* 8. Obedire legi. ¶ *Obedim* etiam dicitur, qui alteriue conſilium ſequitur. *Nep. in Datam.* 2. 5. Quod quibus rer maeime obediar, eos habeat inimiciſſimos. ¶ Paſſive impersonaliter *Liv. l.* 4. *c.* 26. *extr.* Utrimque enixe obeditum dictatori eſt. ¶ Pro inſervire, *Salluſt. initin Catil.* Vlnti pecora, quæ natura prona, & ventri obedientia fiueit. *Cic.* in *Brut*o, *c.* 69. Multorum obedire tempori, multorumque vel honori, vel periculo ſervire. *accommodarſi*. ¶ Translata *Plin. l.* 17. *c.* 19. Ramus niax quam maximz ſequax, atque obediturus. *Ib. c.* facile flectendus. ¶ Cum accuſativo *Apul. l.* 11. *Metam.* Atque hæc omnia perfacile obediebam. Al. leg. *adque hæc*, &c. rectius. ¶ *ibam*, & *ibo* pro *iebam*, & *iam*, poſitiones ſunt in quarta conjugatione ab antiquis uſitatæ. *Feſtus.* apud *Non. cap.* 10. *num.* 24. Meo ut obſequae amori, obedibo tibi. ¶ Apud *Plaut. Perſ.* 2. 4. 2. & 3. 1. 50. in MSS. eſt *obeadere*. *Taubman.*

OBELISCOLYCHNIUM, ii, n. ὀβελισκολύχνιον, inſtrumentum militare, ſcilicet lucerna parvo veru præfixa. Legit apud *Quintil. l.* 8. *cap.* 6. *Turnebus lib.* 22. *adverſar. cap.* 22. dubitantes tamen. Alii alia.

OBELISCUS, i, m. *obeliſco*, *guglio*, ὀβελίσκος, parvum vero, vox Græca diminutiva. *Ammian. l.* 17. *c.* 4. (*al.* 7.) *de Thebis Ægypti*. In hac urbe inter labra ingentia, diverſaſque moles, figmenta Ægyptiorum numinum exprimeotes, obeliſcos vidimus plures, aliaſque jacentes & comminutos: quos antiqui Reges, bello domitis gentibus, aut proſperitatibus ſummarum rerum elati, montium venis, vel apud ſatremos orbis incolas perſcrutatis, excifos erectoſque diis ſuperis in religione dicarunt. Eſt autem obeliſcus aſperrimus lapis, in figuram metæ cujuſdam ſenſim ad procetitatem consurgens excelſam, utque radium imitetur, graciliſcens, pauliſper ſpecis quadrata in verticem producius anguſtum, manu levigatus artifici. Hæc *Ammian.* Dicti ſunt *obeliſci*, quia in cuſpidem deſinunt veruculo ſimilem. Diffeuet a pyramidibus, quæ longe ſunt latiores, & ſtructilas. *Plin. l.* 36. *c.* 8. *a med.* Trabes ex Syenite marmore ſtcera reges. quodam certamina, obeliſcos vocantes, Solis numini ſacratos. V. ibi, & *cap.* 9. 12. & 11. & apud *Ammian. loc. cit.* varios obeliſcorum hiſtorias. ¶ *Auſon. Edyll.* 14. v. 25. *de roſa*. Hæc aperit priori faſtigia calſa obeliſci, Mucrone abſolvens purpurei capitie. *obeliſcum* vocat ipſum roſam adhuc clauſam, & coni, ſeu pyramidis parvæ figurom referentem. ¶ Præterea obeliſcus eſt virgula jaceus veruculi figura, adſcripta in libris, admotandi gratin: quæ & *obelus* dicitur. *Auguſtin. epiſt.* 10. V. *Aſteriſcus*, & vocem ſequent.

OBELUS, li, m. ὀβελὸς, veru apud Græcos. Sic dicitur etiam nota quædam, vere jacentis figura, quæ adſcribebatur libris, ubi quid aſſet notatu dignum, præſertim ſi dubium, aet improbandum, *more critico*: quæ & *obeliſcus*. *Hieronym. epiſt.* 104. Aſteriſco, & obelo opus omne diſtinguens: dum aut illucefcere facit, quæ mines ante fuerunt; aut ſuperflua quæque jugulat, & confodit. *Iſid. l.* 1. *Orig. c.* 20. Obelus, ideſt virgula jacens, appanitur in verbis, vel ſententiis ſuperflue ireratis, ſive in iis locis, ubi lectin aliqne falſitate notata eſt, ut quaſi ſagitta jaguiet ſupervacua, atque falſa confodiat. Sagitta enim Græca ὀβελὸς dicitur. *Auſon. in proem.* VII. *Sapient. v.* 13. Pone obelos igitur, ſpuriorum ſtigmata vatum.

OBEO, in, ivi, & ii, itum, n. 4. *ſcorrere*, *girare*, *andare intorno*, ἐπελθεῖν, circumeo, percurro, pzrago, luſtro: ea *ob* circum, & *eo*, *is*. *Cic. lib.* 5. *de Fin. cap.* 29. Tantas eginnes barbarorum pedibus obiit. *Id. Fam.* 7. *ep.* 1. Ut noſtras aillas obire, & mecum ſimul lecticula concurſare poſſis. *Virg. 6. Æn.* n. 802. Nec vsen Alcides tantum tellurie obivit. *Cic. 7. Verr. c.* 11. Præteres tam patant obeundam eſſe maxime provinciam, tum in areis frumzota ſunt. *Ovid. Heroid. ep.* 16. v. 175. Sceptra parens Aſiæ, que nulla beatior ora Finibus immenſis via obeunda, tenet. *Cic.* 3. *Catil. c.* 10. *extr.* Tantum reſtitiſſet urbia, quantum flammæ obire non putuiſſet. ¶ *Obire oculis*, luſtrare, circumſpicere, *ſcorrere con l'occhio*. *Plin. l.* 3. *ep.* 7. *ad fin.* Xerſem, cum immenſum exercitum oculis obiſſet, illacrymaſſe. *Virg. Æn.* 10. v. 447. obitque truci procul omnia viſu. *Plin. l.* 8. *ep.* 18. *a med.* Quippe nmaibus mmmbris extortus & fractus, tantas mpra ſolis oculis obibat. *Ib. c.* videbat tantummodo, non feuebatur. ¶ Eſt etiam intervenire, incurrere, occurrere, *intravenire*, quaſi contra ire. *Lucret. l.* 1. v. 222. Donec viz obiit, quæ res diverberet idtu. & *verſ.* 246. Incolumi remanent rea corpore, dum ſatis acris Vis obeat pan textura cujuſque reperta. *Sil. l.* 4. n. 343. Uſeatem collapſum poplite cæſo Enſis obit. *Ib.* a. enſis incurrit in Uſentem, ſomque trasfabit. ¶ Item circumdare, *circondare*. *Virg.* 10. *Æn.* v. 481. clypeum, tot ferri terga, tot æris, Cum pellis tutius obeat circumdata tauri, &c. *Ovid.* 5. *Metam.* v. 51. chlamydem lirobus obibat aureus. *Id. l.* 11. v. 417. Obit ora pallor. *Ib. c.* tegit, perfundit, occupat. *Valer. Flacc. l.* 3. v. 179. Sonitus obit oculos. ¶ *Obire oratione*, dicendo percurrere. *Cic.* 4. *Verr. c.* 51. Nolite exſpectare, dum nmnes obeam orationa mea civitates. ¶ Sæpe ſit huc illuc ire, hic illic edeſſe quippiam præſtandi cauſa, cum ſcilicet de iis ſermo eſt, quæ præſentium hominis variis in locis requirunt, *aſſiſtere*, *andar in perſona*, *trovarſi preſente*, *intervenire*, *girsm qua e là per far qualche coſa*. *Nep. in Dione*, *cap.* 1. Legationes illuſtriores per Dionem adminiſtrabantur, quas ille diligenter obeundo, fideliter adminiſtrando, &c. *Caſ. l.* 5. *B. Gall. c.* 33. Cum propter longitudinem agminis minus facile per ſe omnia obire, & quid quoque loco faciendum eſſet, providere poſſent. *Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 4. Venias ad id tempus, quod ſcribis: obieris Q. fratris comitia. *& l.* 9. *ep.* 13. *a med.* Obire cœnas. *Ib. c.* diſcurrere cœnandi gratia modo apud hunc, modo apud illum. ¶ Hæc ratione ponitur pro peragere, perficere, exſaqui, fungi, *fare*, *eſeguire*, *eſercitare*, *maneggiare*. *Cic. pro Arch. c.* 6. Quanrum ceteris ad res ſuas obeundas conceditur tempotis. *Id.* 1. *de Orat. c.* 38. Judicia privata magnarum rerum obire. *Liv. l.* 2. *c.* 8. Non ſufficientibus viribus ad conſularia munera obeunda. *Id. l.* 3. *c.* 6. *ſub fin.* Munus vigiliarum Senatores, qui per ætatem ac valetudinem poterant, per ſe ipſi obibant. *Juſtin. l.* 41. *c.* 3. Equiz omni tempore vacantur: illis bella, illis conviain, illis publica ac privata officin obeunt. *Cic. pro leg. Manil. c.* 17. *extr.* Ita clauſa erant maria, ut neque privatam rem tranſmarinam, neque publicam jam obire poſſemus. & *cap.* 12. Obeundi negotii, aut conſequendi quæſtus ſtudio tot loca adire. *Colum. l.* 12. *c.* 3. *circa med.* Cum frigoribus aut pruinis mulier ſub dio ruſticum opus obire non poterit. *Plin. in Paneg. c.* 71. Obire omnes numeros comitatia. *Cic. Agror.* 2. *c.* 3. Obeundarum hereditatuum cauſa. *Ib. c.* vifendarum, & adeundarum. *Lin. l.* 1. *c.* 20. Obire ſacra. *Id. l.* 4. *c.* 7. Quia dun conſules obire tet ſimul bella nequirent. *Cic.* 1. *Catil. c.* 10. Obire ſacinus. *Sten. l.* 1. *Achill. v.* 149. imperia. *eſeguire i comandi*. *Val. Flacc. lib.* 3. *v.* 710. miniſteria. ¶ *Obire diem*, *annum*, eſt certa ſtatutoque die adeſſe, præſto eſſe, ſe præſentem exhibere, ad diem ſe ſiſtere. *Cic. Fam.* 12. *epiſt.* 24. Multi clariſſimi viri, cum reipublicæ darent operam, annum petitionis ſuæ non obierunt. *laſciarono correre*, *non ſi preſentarono a concorrere*. & *de Amic. c.* 2. Cum in hortos Bruti commentandi cauſa veniſſemus, tu non affuiſti, qui diligentiſſime ſemper illum diem, & illud munus ſolitus eſſes obire. *Id.* 3. *Phil. c.* 8. Antonius diem edicti obire neglexit. *Id. Attic. l.* 13. *ep.* 24. Obire anchimis diem facile poterunt. ¶ *Obire vadimonium*, ad vadimonium ire, ad diem ſe ſiſtere. *Cic. pro Quinct. c.* 17. Vadimonium mihi non obiit quidam ſocius meus. *Plin. l.* 8. *ep.* 12. Si litibus tereter, obtri-

Stanislaus Langlois

ſtum eſſe me craderem obeunti ad vadimonia mea. *b. e.* diſcurrenti, & adſiſtenti mihi, dum mea vadimonia exſequor. ¶ *Diem ſuum, ſupremum obire*, & *diem obire* eſt mori, *morire*: quaſi ſiſtere ſe ad diem a Deo conſtitutum. *Sulpic. ad Cicer. Fam. 4. ep.* 12. *a med.* Paulo ante lucem Marcellum diem ſuum obiiſſe. *Nep. in Milt. c. 7. exit.* & *in Dione, c.* 2. *exit.* Somno ſopitus diem obiit ſupremum. *Id. in Dione*, *in fin.* & *Sueton. in Veſpaſ. c.* 1. Diem obiit exiciter annos quinquaginta natus. ¶ *Obire mortem*, quaſi adire, *incumbere in mortem, morire. Paul. ex Feſto in Mortem.* Mortem obiiſſe ea conſuetudine dicitur, qua diacrunt antiqui, ob Romam legiones ductas, &, ob Trojam duxit exercitum, (V. *Ob.*) pro ad: ſimilitet vadimonium obiiſſe, id eſt ad vadimonium iſſe, & obviam, ad viam. *Terent. Andr. 2. 3. 18.* & *Plaut. Aulul. prol. v.* 15. Fuit olim quidam ſenex mercator: is obiit mortem. *Cic. Phil. 5. c. 17. ſub fin.* Alexander tertio & triceſimo anno mortem obiit. *Id. pro Cluent. cap.* 17. Quis dubitet, quin aut obeunda mors Cluentio, aut ſuſcipienda accuſatio fuerit? ¶ *Obire*, abſolute eodem ſenſu. *Plaut. Epid. 3. 4. 76.* Malo cruciatu ut pereas, atque obeas celo. *Lucret. l. 3. v.* 1056. Ipſe Epicurus obit decurſo lumine vitæ. *Horat. l. 3. od. 9. in fin.* Tecum vivere amem, tecum obeam libens. Adde *lib. 2. ſer. 8. v.* 59. & *lib. 1. od.* 20. *v.* 7. Sic *Plin. l. 7. c.* 53. Obire gaudin. & *lib. 11. c. 37. fell. 71.* morbo. ¶ Pro adire, ſubire, eſt etiam in illa *Livii l. 1. c. 54.* Apud milites vero, obeundo pericula ac laboree, tanta caritate erat, ut, &c. *Enn.* apud *Feſt. in Ob.* Acheruntem obibo, ubi mortis theſauri objacent. ¶ *Obire ſidera* dicuntur cum occidunt, aut evaneſcunt. *Lucret. l. 4. v.* 433. In pelago oſtuis ex undis ortus, in undia Sol fit uti videatur obire, & condere lumen. *Plin. l. 2. c. 26.* An ſidere obitent, naſcerenturve. *Stat. l. 5. ſilv. 1. v.* 209. omnia ſunčta, Aut monitura vides: obeunt noctesque, dieſque, Aſtraque. Cic. *in Arat. v.* 467. Abditur Orion, obit & Lepus abditus umbra. & *verſ.* 474. obit infera Perſeus in loca. *Id. in ſomn. Scip. c. 6. ſub fin.* In reliquis orientis, aut obeuntis ſolis partibus. ¶ Et oppida, quæ intereunt excidin, aut ruina. *Plin. l. 5. c. 31. ſub fin.* Ex Agamede obiit, & Hiera. & *cap. 29. a med.* Obiit & Archæopolie, &c. ¶ Paſſive *Ovid. 2. Faſt. v.* 464. Hic ubi virginea campus obitur aqua. *b. e.* aditur, alluitur. *Cic. pro Quint. c. 16. extr.* Qua tibi vadimonium non ſit obitum, eadem te hora conſilium cepiſſe, &c. ¶ *Obiet* pro *obibit* V. *Eo, is*, in fin.

OBEQUITO, as, n. 1. *cavalcare intorno*, περιϊππεύω, circumequito. *Liv. l. 2. c. 45.* Obequitando caſtris, provocandoque. & *lib. 21. c. 54.* & *lib. 29. c. 34.* Obequitare jubet hoſtium portis, jaculandoque in ſtationes elicere ad pugnam hoſtem. ¶ Cum accuſ. *Curt. l. 3. c.* 10. Cum agmen obequitaret, varia oratione militas alloquebatur. ¶ Pro equitare ſimpliciter. *Liv. l. 24. c. 31. a med.* Tanto clamore ad arma diſcurſum eſt, ut prætores intra tumultum obequitaverint Syracuſas. *Al. viſtius leg.* adequitaverint.

OBERRO, as, avi, atum, n. 1. *errare intorno, andar vagando qua e là*, πλανάομαι. *Perſ. ſat. 4. v. 26.* Dives arat Cutibus, quantum non milvus obeiret. *Plin. l. 29. c. 4.* Muſtela, quæ in domibus noſtris obertat: *Tacit. 1. Ann. cap. 65.* Cum ipſi paſſim adjacerent vallo, oberrarent tentoriis, infomnes magis, quam pervigiles. *Claudian. l. 2. in Ruſin. v.* 93. Magna quidem per rera lues, ſed major oberrat Intra tecta timor. *Perſ. ſat. 5. v.* 155. ſubeas alternus oportet, Anuipiti obſequin dominos alternus oberres. *Claudian. l. 1. de rapt. Proſ. v.* 260. Vitales utrinque duas (*zonas, plagas cæli*) quas utiris oberrat Temperies habitanda vitre. ¶ Paſſive *Apul. l. 9. Metam.* Pancis caſulis, atque caſtellis oberretia, divertimus ad quempiam pagum. ¶ Vagari contra, vel ante aliquem. *Senec. in Hippol. v.* 1077. Sequitur aſſiduus comes, nunc æqua carpens ſpatia, nunc contra obvius oberrat. *Id. in Herc. Fur. verſ.* 1180. Jamdudum mihi monſtrum impium ſævumque oberrat. *b. e.* obverſatur. ¶ Peccare, errare. *Horat. in ar. Poet. v.* 355. ut citharœdus Ridetur, chorda qui ſemper oberrat eadem.

OBESCET, obeſit, vel adeſit. *Paul. ex Feſto.* Nempe *eſcit* dicebant pro *mit*, & *ſupereſcet*, ſupererit. Ergo hic *obeſcet* eſt pro *obeſſit*.

OBESCO, as, a. 1. ἐμπαίζω, oſcam præbeo, paſco. *Colum. l. 8. c. 7. ad fin.* Madefacto triticeo panis obeſcant avem. Al. leg. *obeſſent*. hoc eſt ſaginant.

OBESITAS, atis, f. *groſſezza*, πελωρία, pinguedo. *Sueton. in Domit. cap.* 18. Poſtea calvitio quoque deformis, & obeſitate ventris, & crurum gracilitate. *Id. in Claud. c.* 41. Obeſitata cujuſdam fractis ſubſelliis. *Colum. l. 6. c.* 24. Ne ſteriles eas reddat ulmia corporis obeſitas. *Plin. l. 17. c.* 24. Laborant arbores & fame, & crudita te: aliquæ vero & obeſitate.

OBESO, as, a. 1. *ingroſſare*, ſagino. V. *Obeſco*.

OBESUS, a, um, *corroſo*, adeſus, caeſus: ex *ob*, & *edo. Sever. in Ætna, v.* 434. nec obeſa cavamina terra eſt. ¶ Item *magro, conſunto, eſile, gracile*, exilis, macet. *Lævius in Alceſt.* Corpore, pectoreque undique obeſo, Ac mente exenſa, tardigenulo ſenio oppreſſum. Ubi *Gellius*: Obeſum hic notavimus proprie magis, quare uſitate dictum pro exili, atque gracilento. *Nonius cap. 4. n.* 345. eadem docet eundem *Lævii* locum afferens. ¶ A'πώρως, vel *non abrioſamo*, ut ait *Gell. ibid.* h. e. impoprie, vel per antiphraſin ſignificat uberem, pingoem, *groſſo, pingue, corpulento. Paul. ex Feſto* putat ita dici, quaſi ob edendum factus: quod non placet. *Celſ. l. 2. c. 1.* Corpus habiliſſimum quadratum eſt; neque gracile, neque obeſum. *Virg. 3. Georg.* de notis equi generoſi, *verſ.* 80. brevis alvus, obeſaque terga. *Apul. l. 7. Metam. de equo.* Ille terga pulpoſis toris obeſa convertens. *Horat. l. 1. ep.* 15. *v.* 40. cum ſit obeſo Nil melius turdo. *Colum. ſub fin. c. 2. l. 6.* Habilie & modica corporatura pecoris operarii debet eſſe, nerviſque & muſculis robuſtis, non adipibus obeſa. *Plin. l. 11. c. 37. ſect. 79.* Iidem minus ſolertes, quibus obeſiſſimum venter. *Id. l. 8. c. 26.* Crocodilus mumia ſatietate obeſus. *Martial. l. 13. epigr.* 84. Scarus obeſus. *Claudian. l. 1. in Eutrop. v.* 132. obeſus lacte canis. *Suetan. in Ner. c.* 51. Obeſa ſterilia. *Apul. l. 10. Metam.* Cibis aſſatim ſaginatum, corpus obeſa pinguitie complevetam. ¶ Dicitur etiam *obeſus* tumens, ſimplus, craſſus, ſine reſpectu ad pinguedinem. *Colum. l. 7. c.* 10. *a med. de ſue.* Non eſt contentum potione aqua, niſi obeſam illuviem, atque diſtentam pabulis alvum demerſerit ut refrigeravezit. *Apul. l. 11. Metam.* Cutis craſſa tenuatur, ventet obeſus reſidet. *Virg. 3. Georg. v.* 497. quatit ægros Tuſſis anhela ſues, ac faucibus angit obeſis. *b. e.* angina tumentibus. ¶ Translate eſt hebes, tardus, obtuſus, ſtupidus, *ottuſo, tardo, rozzo, groſſo*, quia pinguedo ſagacitatem, & ſolertiam impedit, & acrem ſenſum. *Horat. epod.* 16. *v.* 5. Munera quid mihi, quidve tabellas Mittis nec firmo juveni, neque mattis obeſæ? Nempe ſagacius unus odorat, Polypus, an gravis hiſtutis cubet hircus in alis. *Calpurn. Ecl. 4. v.* 147. Ruſtica credebam tumorales carmina vobis Conceſſiſſe deos, & obeſis auribus apta. *Auſon. ep. 7. v.* 51. Numerumque doctis involutum ambagibus Ignorat alto mens obeſa viſcere. ¶ *Obeſa ſomno mori* dicuntur apes a *Sulpitia in Sat. v.* 56. eum oblitæ favorum deſidiæ ſe dedere, & ſitu veluti marceſcunt.

OBEX, obicis, & obicis, m. & f. *sbarre, sbarro, ferrame, oſtacolo*, quidquid objicitur, & opponitur ad impediendure, & claudendum: ab *obicio. Paul. ex Feſto*: Obices, peſſuli, ferræ. *Virg. 2. Georg. v.* 480. maria alta tumeſcunt Obicibus ruptis. *è ſeparti, gli argini*. Hoc loco *obicibus* ſimplici i legebat *Sulpicius Appollinaris* apud *Gell. l. 4. c. 17.* ſed ita ut e littaſem paulo uberius latgiuſque pronuntiaret. Etiam *Pierius ad Virg. Æn. 10. v.* 377. teſtatur, *obice* unico i ſcribi in antiquis codicibus, quamvis ibi ſit dactylus. Unde fit, non ſemper eſſe verum, quod quidam docuere, cum duplici *ic* primam producere, cum ſimplici *cueripere. Virg. 4. Georg. v.* 425. Intus ſa vaſti Proteus tegit obice ſaxi. *Id. 8. Æn. v.* 227. ſuliſoque emuaſit obiice poſtes. *Tacit. 3. Hiſt. c.* 30. Ferreti portarum obices. & *Ann. 13. c. 39.* Obices portarum ſubverſi. *Virg. 10. Æn. v.* 377. Ecce maris magna cloudit nos obice pontus. Ubi *Servius*: modo uſus habet, ut *hoc obex* dicamus: unde quidam *magno obice* legunt. *Senec. in Herc. Fur. v.* 909. Huc eat & illuc aula diuſtu obice. & *verſ.* 237. Utrinque montes ſolvi abrupto obice, Et jam ruenti fecit Oceano viam. *Ovid. 14. Metam. v.* 780. portaſque petunt, quas obice firma Clauſerat Iliades. *Al. leg.* firma. *Priſcian. l. 5. pag.* 585. *Purſeb.* leg. obice ſultas. *Plin. in Paneg. c.* 47. *a med.* Nullæ obices, nulli cuntumeliarum gradus. *Claudian. l. 2. in Eutrop. v.* 34. cicta prorupetat obice Nereus. *Al. leg.* victu. *Apul.* apud *Priſcian. l. 3. pag.* 615. infirma ſcamellarum obice ſultæ fores. *Plaut. Perſ. 5. 2. 51.* Commorandum eſt mihi apud hanc obicem. *b. e.* apud hanc aunillam, quæ me remoratur. Al. *aliter leg. Gell. l. 17. c. 21. in fin.* Quadam quaſi obice ſuſtentatus. *Sil. l. 4. v.* 24. robora portis, Et fidos exrtant obices arceſſere ſilva. ¶ In tecto quidam ponunt *obices*, unde *obiices*, & *obex*, unde *obices*, ſed non prebant.

OBFIRMATE, & Offirmate, adverb. *coſtantemente, oſtinatamente, βεβαίως. Sueton. in Tib. c.* 25. Quamquam obſtinate reſiſtentam.

OBFIRMATUS, & Offirmatus, a, um, *coſtante, perſuaſo*, firmus, conſtans. *Plaut. Amph. 5. 2. 55.* Perſeram abitum ejus animo forti atque obfirmato. *Cic. 5. Attic. ep. 21.* Inaredibile eſt, quanto mihi videatur illius voluntas obſtinatior, & in hac iracundia obfirmatior. Al. leg. *offirmatior*. ¶ Proprie *Apul. l. 7. Metam.* Nam eorum offirmatum cinetis inſperſu dominis referemus. *b. e.* indurarum, perfectum. Al. leg. *offirmatum*.

OBFIRMO, & Offirmo, as, avi, atum, a. 1. *veſſadare, ſaldare, βεβαιόω*, firmum facio, durum reddo. Transfertur ad animum, quem *obfirmare* dicimus, cum adverſus quippiam reddimus firmum, conſtantem, invictum, obſtinatum. *Plaut. Merc. prol. v.* 81. Ut ut animum offirmo meum: dico: eſſe iturum me mercatum, ſi velit. ¶ *Obfirmare ſe*, propoſitum tuere ſuum, perſtare, obdurare, *oſtinarſi, perſiſtere, ſtar ſaldo, intesterſi. Terent. Heaut. 5. 5. 8.* Age quæſo, ne tam obfirma te, Chreme. ¶ *Obfirmare animo*, tenere propoſitum, ſequi conſilium ſemel initum, in incepto perſtare. *Terent. Hecyr. 3. 5. 4.* Certum obfirmare eſt viam me, quam decrevi perſequi. Ubi *Donat.* adverſus omnia obſtinate agere. ¶ *Obfirmare* abſolute, idem obfirmare animum. *Terent. Eun. 2. 1. 11.* Cenſen' poſſe me obfirmare, & perpeti, ne tedeum interea? *Plaut. Perſ. 5. 2. 40.* Obfirmaſtio' occultare, quo te immittas, peſſumus? *ei ſo' to oſtinato a naſcondere?*

OBFUSCATIO, onis, f. *Tertull. l. 1. ad Nation. c.* 10. Pertinet ad obfuſcationem deorum veſtrorum. *b. e.* ad elevandam exiſtimationem. Adde *de reſurrect. carn. c.* 43.

OBFUSCO, & Offuſco, as, *offuſcare*, obtenebra. Translate *Tertull. l. 2. adverſ. Marcion. c.* 15. Obfuſcare judiciam. *Id. de Spectac. c.* 22. Quale judicium eſt, ut ob ea quis offuſcetur, per quæ promeretur? *b. e.* ignominis officiatur.

OBFUTŪRUS. V. *Obfuturus*.

OBGANNIO, & Oggannio, is, ivi, & ii, n. 4. idem quod gannio, vel contra aliquem ganuio, muſſo, murmuro, ſecreto & ſæpius dico. *Plaut. Agu. 2. 4. 14.* Sine, me hunc perdere, qui ſempet me incendit ira, cui nunquam unam rem me licet ſemel præcipere fuzi, Quin centies eadem imperem, atque oggannium. *vidi'to, e cicanti. Terent. Phorm. 5. 8. 41.* Habet hæc, ei quod, dum vivat, uſque ad aurem obganniat. *cidico, e cinfoccì. Apul. l. 2. Metam. ſub init.* Et ſtatim, incertum quidnam, in aurem mulieris obganuit. *ſu furrò, pispigliò all' orecchio*. ¶ Tribuunt etiam *Ennio*. V. *Obgutta*.

OBHÆREO, es, æsi, n. 2. *attaccarsi, appiccarsi, fermarsi, ἀντέχομαι, προσκολλάομαι*, idem ferme quod hæreo, adhæreo. *Lucret. l. 4. v. 432.* ubi in medio nobis equus acer obhæsit flumine. *Sueton. in Tiber. c. 2.* Claudia navem cum facis manibusque deum Idææ obhærentem Tiberino vado extraxit. *Id. in Ner. c. 19.* Cum in æde Vestæ refediſſet, conſurgenti ei laciniæ obhæſit. ¶ Translate *Senec. de Tranquill. c. 8.* Utriſque (*pauperibus & locupletibus*) pecunia ſua obhæſit, nec ſine fletu revelli poteſt.

OBHÆRESCO, is, n. 3. *eſſer attaccato*, adhæreſco. *Apul. l. 6. Metam.* Lanoſum aurum reperies, quod paſſim ſtipibus connexum obhæreſcit.

OBHERBESCĔRE, herbam increſcere. *Paul. ex Feſto.*

OBHORRĔO, es, n. 2. horridus undequaque fum. *Plin. l. 37. c. 8.* Cujus alterum genus ſanguineis punctis obhorret.

OBJACĔO, es, cui, n. 2. *giacer contro*, e *all' incontro, ἀντίκειμαι*, contra, ante, vel e regione, aut obviam jaceo, ſeu poſitus fum. *Tacit. 5. Hiſt. c. 6. de Judæa.* A meridie Ægyptus objacet: ab occaſu Phœnices, & mare. *Pompon. Mela, l. 2. c. 3.* Græcia Inniis fluctibus objacet. *Plin. l. 6. ep. 31. a med.* In ore portus inſula aſſurgit, quæ illatum vento mare objacens frangat. *Stat. 4. Theb. v. 61.* quaque objacet altus iſthmos, & terris maria inclinata tepellit. ¶ Item circum jaceo, circum poſitus fum. *Liv. 1. ult. l. 2.* Saxa objacentia pedibus iagerit in ſubeuntes. *Colum. l. 2. c. 18.* Omnes lapides, & ſi quis objacent falcibus obnoxia, colligi debent. *Frontin. de aquæduct. urbis. 93.* Paucis circa ipſum oppidum objacentibus cultis. *Ennius* apud *Feſt.* in *Ob.* Acheruntem obibo, ubi mortis theſauri objacent. ¶ Objacuiſſe, ante jacuiſſe, apud Veteres. *Feſtus.*

OBJECTACULUM, i, n. obex, obſtaculum. *Varr. l. 3. de R. R. c. 17. ſub fin.* Objectaculo, quo æſtus (*maris*) bis quotidie ab exorta Luna ad proximam novam introire, ac redire, rurſus in mare poſſet.

OBJECTAMENTUM, ti, n. *rinfacciamento*, objectatio, exprobratio. *Apul. ſub init. apolog.* Quæ cum intelligerem non tam crimina judicio, quam objectamenta jurgio prolata, &c.

OBJECTATIO, onis, ſ. *rinfacciamento*, oppoſitio, exprobratio. *Caſ. l. 2. B. Civ. c. 60.* Cum ex altorum objectationibus, tum etiam ex domeſtico judicio.

OBJECTATUS, a, um, crimini datus, exprobatus. *Apul. in Flovid. num. 3. ſub fin.* (*al. lib.* t.) Hoc genus crimina Apollini objectata.

OBJECTIO, onis, ſ. actus objiciendi, *i. e.* opponendi coatta aliquem. *Arnob. l. 6. pag.* 191. Deos convenit tectorum muniticnibus claudere, ſæmorum aut objectione tutari. ¶ Item exprobratio. *Tertull. lib. 2. ad Uxor. cap. 5. extr.* Objectio nominis. *Martian. Capell. l. 5. pag.* 142. Intentio eſt objectus ejus facti, quod io judicium venit.

OBJECTO, as, avi, atum, a. 1. *eſporre, ſottoporre, mettere a cimento, προβάλλω*, objicio, expono: frequentativum ab objicio. *Salluſt. in Jug. 1. 7. & Virg. 2. Æn. v. 751.* caput objectare periculis. *& lib. 12. v. 219.* Non pudet, o Rutuli, pro cunctis talibus unam Objectare animam? *Id. 4. Georg. v. 218.* corpora bello. *Tacit. 2. Ann. c. 5.* aliquem dolo & caſibus. ¶ Item injicere, immergere. *Virg. Georg. l. 1. v. 386.* pelagi volucres Nunc caput objectare fretis, nunc currere in undas. *arruſſare, eſtendere il capo nell' acqua.* ¶ Item interponere. *Ovid. in Halieut. v. 91.* Objectare moras. ¶ Item exprobare, opponere, crimini dare, *apporre, rinfacciare, accuſare. Cic. pro Dom. c. 29.* In iſto tuo maledicto probrum non modo mihi nullum objectas, ſed etiam laudem illuſtras meam. *Plaut. Trin. 3. 2. 28.* Objectare alicui inopiam. *Salluſt. in Jug. c. 99.* vecordiam. *Tacit. 4. Ann. cap. 52.* crimen impudicitiæ, veneficia in principem, & devotiones. *Ovid. 2. Met. v. 400.* natumque objectat, & imputat illis. *Plaut. Mure. 2. 3. 76.* Uxori meæ, mihique objectant lenocioium facere. ¶ Item univerſim quippiam alicui dicere, quod diſpliceat. *Id. Moſtell. 3. 2. 123.* Cavo tu, illi objectes ounc in ægritudine, te has emiſſe.

OBJECTUS, us, m. *oppoſizione, interpoſizione, προβολή*, objectio, oppoſitio. *Plin. l. 2. c. 10.* Solem interventu Lunæ occultari. Lunamque tertia objecto. *Virg. 1. Æn. v. 163.* inſula portum Efficit objecta laterum. *Tacit. 3. Hiſt. c. 9.* Tutus loco, cum terga flumine, latera objectu paludis tegerentur. *Gell. l. 12. c. 13. ſub fin.* Regiones, quæ Tauri montis objectu ſeparantur. *Tacit. 14. Ann. cap. 8.* Hi molium objectus, hi proximas ſcaphas ſcandere. *le prominenze. Lucret. l. 1. v. 845.* Parmæ objectum dare. *i. e.* parmam objicere ad ictum vitandum. ¶ Item quod vifui objicitur, *oggetto. Nep. in Annib. c. 5.* Sarmenta in cornibus jumentorum delegata incendit, ejuſque generis multitudinem magnam diſpalatam immiſit. Quo repentino objectu viſo, tantum terrorem injecit exercitui Romanorum, ut, &c.

OBJECTUS, a, um, *gettato avanti, e contro, offerto, preſentato, προβεβλημένος*, ante jactus, oblatus, propoſitus. *Virg. Æn. 6. v. 420.* Melle ſoporatam, & medicatis frugibus offam Objicit: ille fame rabida tria guttura pandens Corripit objectam. *Plin. l. 32. c. 2. circa med.* Piſces ditiplunt carnes objectas. *Cic. de Haruſp. reſp. c. 23. a med.* Omnium objecta tela virtute perfregit. *Id. 1. de Divin. c. 16. ſub fin.* Signo objectu monuit Craſſum, quid eventurum eſſet. *Id. 4. Acad. c. 16.* Viſum a deo objectum dormienti. *Tacit. 4. Ann. c. 60.* Spes objectu principis loci. *Cic. 1. de Fin. c. 14. a med.* Species objectu voluptatis. ¶ Item expoſitus, *iſpoſto, ſottopoſto. Cic. Fam. 6. ep. 4. circa med.* Ad omnes caſus ſubitorum periculorum objecti ſumus. *Id. 1. Tuſcul. c. 46. a med.* Objectus fortunæ. *Plin. l. 29. c. 2. a med.* Cato objectus invidiæ. ¶ Item oppoſitus, *oppoſto. Cic. pro Paet. 1. 1. ſub fin.* Propugnaculum iſtis ipſis nationibus oppoſitum, & objectum. *Caſ. l. 6. B. Gall. c. 9.* Silvæ pro antivo muro objectæ, Cheruſcos a Suevis incurſionibus prohibet. *Horat. de ar. Poet. in fin.* uſus Objectos caveæ valuit ſi frangere clathros. ¶ Item ante poſitus, e regione ſitus, *poſto in faccia, a derimpetto. Caſ. l. 3. B. Civ. c. 112.* Hæc inſula objecta Alexandriæ portum efficit. *Plin. l. 5. c. 31.* Cyprus Syriæ objecta. ¶ Item crimini datus, exprobratus, *obiettato, rinfacciato, rimproverato. Cic. pro Cluent. cap. 41.* Nego, rem eſſe ullam in quemquam illorum objectum, quæ Fidiculanio objecta non ſit. *Tacit. 3. Ann. cap. 12.* Oro, ne objecto crimine pro approbatis accipiatis. *Plin. l. 36. c. 5. ante med.* Praxitelis Cupido objectus a Cicerone Verri. ¶ *Objecta, arma*, res objecta, crimine, *obiettati, accuſati, rinfacciamenti. Cic. pro Dom. c. 35.* Non tam ſum exiſtimandus de geſtis rebus gloriari, quam de objectis non confiteri. *Quintil. l. 7. c. 2. circa med.* Patrono id agendum eſt, ut objecta vel neget, vel defendet, vel minuat. *Id. lib. 4. cap. 2. ante med. & lib. 9. cap. 2. poſt med.* Objecta diluere.

OBIENS, entis. V. *Obeo*.

OBIGITO. V. *Obigito*.

OBII, orum, m. mortui. *Apul. de mundo.* Geniis miniſtratur, obiis libatio perfunditur. Al. leg. *obitis*.

OBSCENITAS, atis, f. *ſporcizia, diſonestà, αἰσχρότης, οἱ ἀισχροὶ*, impuritas, turpitudo, impudicitia. *Cic.* 1. *Offic. c.* 29. *&* 35. & *lib.* 2. *de Orat. c.* 59. Rarum, verborum, orationie obſcenitas. *Id. Fam. 9. ep.* 22. Si quod ſit in obſcenitate flagitium, id aut in re eſſe, aut in verbo. *Auuob. l.* 5. *pag.* 176. Propudioſa corporum monſtratus obſcenitae. *Plin. in proœm. l.* 33. *a med.* In poculie libidines cælare juvit, ne per obſcenitates bibere. *b. e.* quod ait *Juvenal. ſat.* 2. *v.* 95. vitreo bibit ille Priapo. *& Lamprid. in Heliogab. c.* 19. Vaſa ſchematibus libidinoſiſſimis inquineta. ¶ Speciatim eſt turpioris libidinis flagitium, de quo *Sueton. in Tiber. c.* 45. *in Claud. c.* 25. *a med.* & *in Ner. c.* 29. & *Phædr. l.* 4. *fab.* 13. Sic *Ulpian. Dig. lib.* 2. *tit.* 12. *leg.* 2. In obſcenitatem aliquem compellrea. ¶ Refretur atiam ad malum augurium, triſte omen. *Arnob. l.* 1. *pag.* 10. Lævum augurium non ſum, nec adverſus ſpes bonas mali omnis obſcenitate traducor. V. *Obſcenus*.

OBSCÆNO, as. V. *Obſcevo*.

OBSCENUS, a, um, *di mal augurio, infauſto, porcentoſo, ἀγνιστὸς*, malum augurium, triſte omen afferens, propter tutpitudinem, deformitatem, & immunditiam: ex *ob*, & *ſcevus*, quia quæ turpia ſunt, niſi in ſcena palam dici non debent, ut ait *Varr. l.* 6. *de L. L. c.* 5. vel quaſi *obſcevinum*, quod bonæ ſcævæ obſtat, ut *Id. ibid.* ait: unde & *obſcenus* ſcribi quibuſdam placet: vel ab *Oſtus*, qui olim *Oſſes*, qui turpi conſuetudine olim laboraſſe dicuntur; quæ

quæ fuit opinio *Verrii* apud *Fest.* in *Ofcum*. Vel ab *obe*, & *cano*, quia in auguriis contrarium ſignificat: vel ab *obſ*, & *canum*, quia turpia immunda ſunt: vel a *sonis*, quod interdum notat ſordidum: quæ tria poſtremo *Priſcian. l.* 9. *pag.* 872. *Pauſ.* tradit. Fuſe de his in ſua *Etymol. Feſt.* diſſeruit. *Accius* apud *Non. c.* 4. *n.* 330. Ominibus fauſtis auguſtam adhibeant faventiam, nec obſcena dicta ſegregent. *h. e.* verba male ominata. *Meſſala* apud *Gell. l.* 13. *c.* 14. *ad fin.* Mons avibus obſcenis uminoſus. *h. e.* Aventinus, unde Remo anſpicanti, ut eſt apud *Liv. l.* 1. *c.* 7. aves infauſtæ adfuerunt. *Marcus* apud *Varron. loc. cit.* Obſceni interpres, ſuoeſtique uminis auctor. *Sueton. in Galb. c.* 4. Obſcenum oſtentum. *Feſt.* in *Alitenſis*. Dies obſcenifſimi omnis. *Virg.* 1. *Georg. v.* 470. Obſcenæ canes. *Id.* 4. Æn. *v.* 455. Fuſaque in obſcenum ſe vertere vina cruorem. & *lib.* 3. *v.* 367. Obſcena fames. & *lib.* 12. *v.* 876. Obſcenæ volucres. *h. e.* nocturæ. & *lib.* 3. *v.* 241. & 262. obſcenæ pelagi volucres. *h. e.* harpyiæ. *Id.* 7. *Æn. v.* 417. *de Alecto.* in vultus ſe fe transformat aniles, Et frontem obſcenam rugis arat. *Horat. epod.* 5. *v.* 97. Vos turba vicatim hinc & hinc ſaxis petens Contundet obſcenas anus. *Ovid. Heroid. ep.* 5. *v.* 119. obſcenam ponto Dii mergite puppim. *h. e.* navem, qua vehebatur Helena a Paride rapta, excidium Trojæ futum. *Catull. carm.* 67. *ad Manl. v.* 99. Troja obſcena. *h. e.* malis auſpiciis condita: vel quam impiſſe condere fata & religiones vetuſti. Unde *Horat. l.* 3. *od.* 3. *v.* 61. Trojæ renaſcens alite lugubri Fortuna triſti clade iteratur. ¶ *Obſcenos vites* dixit *Albinovan. el.* 1. *v.* 180. in quibus projiciebantur a carnifice damnatorum cadavera, quia tanquam ominoſa vitari ſolebant. ¶ Sæpe eſt turpis, impudicus, impurus, *oſceno, diſoneſto, impudico, αἰσχρὸς. Varr.* apud *Non. c.* 4. *n.* 330. Obſcena verba. *Cic. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 3. Obſcenifſimi verſus. *Id.* 5. *Tuſcul. c.* 38. *a med.* Illud Antipatri eſt paulo obſcenius. *Id.* 1. *Offic. c.* 29. Jocandi genus illiberale, petulans, flagitioſum, obſcenum. *Id.* 1. *de nat. Deor. c.* 40. Delicatæ & obſcenæ voluptates. *Ovid.* 2. *Triſt. v.* 212. Obſcenum adulterium. & *vers.* 409. Obſceni riſus. *Propert. l.* 2. *el.* 5. *v.* 19. obſcenas tabellas pingere. *Tacit. Ann.* 15. *c.* 37. Geſtus motuſque obſceni. *Valer. Max. in fi. c.* 5. *l.* 3. Abjectior & obſcenior vita. *Velleij. l.* 2. *c.* 83. Obſcenifſimarum rerum auctor, & miniſter. *Plin. l.* 2. *c.* 25. *a med.* Obſceni mores. *Juſtin. l.* 1. *c.* 6. *a med.* Obſcena corporis. *αἰσχύνη*. *Senec. ep.* 70. *a med. obſcena* dixit anum, podicem. *Ovid. de remed. amor. v.* 437. Obſcene reddere. *h. e.* venterm exonerare. ¶ *Obſcenum avem* vocat *Plin. l.* 10. *c.* 29. *ſub fin.* upupam, quæ e ſtercore humano nidum conficere traditur. *Obſcenos hauſtus* dixit *Lucan. l.* 4. *v.* 312. cum miles colluviem limo turbidam ſiti adactus bibit. ¶ *Obſcenus homo*, qui obſcenis voluptatibus deditus eſt, impudicus, impurus, mollis. *Ovid.* 3. *Metam. v.* 537. Obſcenique greges, & ſimia tympana. *h. e.* Galli Cybeles. *Plin. ſub fin. c.* 1. *l.* 28. Æque moriere, etiam cum obſcenus vixeris, aut nefandus. *Senec.* in *præfat. l.* 4. *excerpt. controverſ. ſub fin.* Ea eo impudici & obſceni aliquandiu officioſi vocati ſunt.

OBSCURATIO, onis, ſ. *ofcuramento, ofcuratione, σκότωσις*, actus obſcurandi, obſcuritas. *Cic. in fragm.* apud *Auguſtin. l.* 3. *de Civ. Dei, c.* 15. *Quinctil. l.* 1. *c.* 10. (*al. c.* 18.) *ad fin.* & *Plin. l.* 36. *c.* 27. Obſcuratio ſolis. *eccliſſe. Auct. de B. Hiſpan. c.* 6. Incidit, ut matutino tempore nebula eſſet craſſiſſima. Itaque in illa obſcuratione, &c. ¶ Translate *Cic.* 4. *de Fin. c.* 12. In quibus voluptatibus, propter earum exiguitatem, obſcuratio conſequitur; ſæpe accidit, ut nihil intereſſe noſtra fateamur, ſint illa, nec ne ſint: ut in ſole lucernam adhibere nihil intereſt. & *cap.* 13. De iſtis ipſis obſcurationibus, quæ propter exiguitatem vix, aut ne vix quidem apparent.

OBSCURATUS, a, um, *ofcurato, offuſcato*, obſcurus factus, *ἠμαυρωμένος*. *Salluſt. in Jug. c.* 42. Cælum nocte atque nubibus obſcuratum. *Tacit.* 14. *Ann. c.* 12. & *Valer. Max. l.* 8. *c.* 11. *n.* 1. *ratem.* Obſcuratus ſol. *eccliſſatus. Plin. l.* 37. *c.* 5. Quin & ab intentione alia obſcurata, aſpectu ſmaragdi recreatur oculos. & *l.* 8. *c.* 27. Anguis hiberna latebra viſu obſcuratus, marathro herbæ ſe ſe affricans, oculos inungit ac refovet. ¶ Item contectus, obvolutus, *opertus, involutus. Perron. in Satyr. c.* 134. Obſcuratum deatre caput ſuper pulvinar inclinavi. *Val. Max. l.* 7. *c.* 3. *n.* 8. Quid illa neceſſitate miſerius, quæ Magiſtratum populi R. abjecta honoris præteata, a lienigenæ religionis obſcuratum inſignibus, &c? *maſchorato*. Loquitur de Ædili pleb. ſub Iſiuei habitu præſcriptionem vitanta. Sic *Horat. l.* 2. *ſat.* 7. *v.* 55. caput obſcurante lacerna. (Hue trahit *Burman.* & illud *Val. Flacci, l.* 3. *v.* 526. Crinis ad obſcuræ decurrens cingula mammæ. *h. e.* tectæ, veſtitæ, præciuctæ. Al. aliter leg. aut explicant.) *Salluſt. in Jug. c.* 53. Inter virgulta equi Numidæque conſederant, neque plane occultati humilitate arborum, & tamen incerti, quidnam eſſet, cum natura loci, tum dolo ipſi, atque ſigna militaria obſcurati. *coperti, naſcoſti*. ¶ Translate *Horac. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 115. Obſcurata diu populo bonos erunt, atque Proferet in lucem ſpecioſa vocabula rerum. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 23. Poſtea quam, extinctis his, omnis eorum memoria ſenſim obſcurata eſt, & evanuit. *Id. in fragm.* apud *Marrium. Capell. l.* 5. *pag.* 168. Latent iſta, Varro, magnis obſcurata & circumfuſa tenebris.

OBSCÙRE, *ofcuramente, ἀσαφῶς*, ſine lumine. *Cic. in fragm.* apud *Non. c.* 7. *n.* 57. Si quando nos demerſimus, ut qui urinantur, aut nihil ſuperum, aut obſcure admodum cernimus. ¶ Item tecte, clam: *cui opponitur* aperte, palam, *coperiamente, celeramente, occultamente. Cic.* 4. *Catil. c.* 3. Malum obſcure ſerpens multas jam provincias occupavit. *Id. pro Quinct. c.* 15. *a med.* De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem tacite obſcureque conceditur. *Id.* 6. *Verr. c.* 24. Avertere aliquid de publico quam obſcuriſſime per magiſtratum ſolebant. *Id. ſub fin. ep.* 5. *l.* 1.

Fam. Amicum ex conſulatibus neminem tibi eſſe video præter Hortenſium, & Luculium: ceteri ſane partim obſcurius iniqui, partim non diſſimulanter irati. ¶ *Non obſcure*, manifeſto, palam. *Hirt. de B. Gall. l.* 8. *c.* 54. Neque obſcure hæ duæ legiones uni Cæſari detrahuntur. *Sueton. in Veſpaſ. c.* 6. *in fin.* Depoſita ſimultate, quam ex æmulatione non obſcure gerebat. ¶ *Non obſcure ferre aliquid*, minime diſſimulanter ferre, ſed ita ut omnes agnoſcant natas animi commoti, *cum aperto ſentimento, e ſpeculo. Cic. Paſcal.* 6. *c.* 1. *extr.* Itaque iſtam pauperiatem tuam nunquam obſcure tuliſti. *Id. pro Cluent. c.* 19. *ad fin.* Neque id obſcure ferebat, nec diſſimulare ullo modo poterat. ¶ Referre ad tenebras orationis. *Cic.* 2. *de Fin. c.* 5. Heraclitus, cognomento qui *σκοτεινὸς* perhibetur, quia de natura nimis obſcure memoravit. *Id. Catil.* 1. *c.* 4. Non agam obſcure, *palàm chiaro. Gell. l.* 11. *c.* 16. *in fin.* Qui ne pluribus quidem verbis potuerim non obſcuriſſime dicere, quod a Græcis uno verbo planiſſime dicitur. *Id. l.* 17. *c.* 13. Quadrigarium particula iſte uſum eſſe obſcuriſſimi. ¶ Et ad ignobilitatem generis. *Macrob. l.* 7. *Saturn. c.* 3. *a med.* Commendat ſcomma & coadtio dicentis, ut ſi irrideat obſcure natum natus obſcure. *Ammian. l.* 29. *c.* 1. (*al.* 2.) Palladius quidam obſcuriſſime natus.

OBSCUREFACIO, is, *e.* 3. obſcuro. Eſt *Nonii c.* 2. *n.* 601.

OBSCURITAS, atis, ſ. *ofcurità, ſcurezza, σκότος*, obſcuratio, tenebræ, opacitas, caligo. *Tacit.* 3. *Hiſt. c.* 11. Obſcuritas latebrarum, quibus occulebatur, vacantium forte balnearum fornacibus abditus. *Plin. l.* 2. *c.* 18. Atra obſcuritas. *Id. l.* 23. *c.* 1. *circa med.* Falernum eruditum eſt obſcuritatem viſus facere. *Id. l.* 37. *c.* 3. *ad fin.* Medetur oculorum obſcuritatibus. ¶ Translate eſt obſcuratio rei aut orationis, unde oritur intelligendi difficultas, & dubitatio. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 13. *ſub fin.* Tanta inſolentia ac turba verborum, ut oratio, quæ lumen adhibere rebus debet, ea obſcuritatem & tenebras affectat. *Id. pro Cluent. c.* 27. In ea obſcuritate ac dubitatione omnium, Cannutio placuit, &c. *Id. a. de Fin. c.* 5. Cum rerum obſcuritas, non verborum, facit, ut non intelligatur oratio. *Id.* 1. *de Divin. c.* 18. Non reperio cauſam. Latet fortaſſe obſcuritata inoluta naturæ. & *lib.* 2. *c.* 54. Adhibuit etiam latebram obſcuritatis, ut iidem verſus alias in aliam rem poſſe accommodari viderentur. & *cap.* 64. Obſcuritates & ænigmata ſomniorum. ¶ Item ignobilitas generis, *ofcurità di natale*, qua quis parum notus eſt alius. *Cic. e. Offic. c.* 13. Quorum prima ætas, propter humilitatem & obſcuritatem, in hominum ignoratione verſatur. *Tacit.* 1. *Hiſt. c.* 84. Cujus ſplendore & gloria ſordes & obſcuritatem Vitellianarum partium peſtringimus. *Flor. l.* 1. *c.* 6. Nec obſcuritas inhibuit, quamvis matra ſerva natum. *Id. l.* 3. *c.* 1. *a med.* Obſcuritas generis.

OBSCURO, as, avi, atum, a. t. *ofcurare, offuſcare, ἐκσκοτίζω, exuro*, obſcurum reddo, tenebrat affero, noctem offundo, opaco. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 38. Tenebeas cogitamus tantas, quantæ quondam eruptionis Ætnæorum ignium finitimas regiones obſcuraviſſe dicuntur. *Id.* 3. *de Fin. c.* 14. Obſcuratur & offunditur luce ſolis lumen lucernæ. *Salluſt. in fragm.* apud *Non. c.* 8. *n.* 45. Nebula cælum obſcurabat. *Virg. Æn.* 12. *v.* 253. Volucres æthera obſcurant pinnis. *Plin. l.* 2. *c.* 10. Nullum aliud ſidus eodem modo obſcuratur. *ſi eccliſſe.* quo ſenſu uſurpat etiam *Catull. carm.* 65. *de coma Beren. v.* 3. ¶ Pro officere lumiaibus, *Ulpian. Dig. lib.* 8. *tit.* 2. *leg.* 8. Qui tollendo obſcuraat vicini ædes. ¶ Pro cuntegere, obvolvere, *Horat. l.* 2. *ſat.* 7. *v.* 55. & *Cic.* 1. *Catil. c.* 3. V. *Obſcuratus.* ¶ Translate *Plaut. Trin.* 3. 2. 40. Scin, te ſponte non tuapte erraſſe, ſed amorem tibi pectus obſcuraſſe. ¶ Sæpe eſt legere, abſcondere, ſupprimere, ut videri, cerniique plane non poſſit, *coprire, naſcondere, Cic.* 4. *de Fin. c.* 12. Quæ minimæ ſint voluptatis, eas obſcurari ſæpe, & obrui. & *ibid. ſub fin.* Nummus in Cræſi divitiis obſcuratur. *ſi perde.* & *Verr.* 5. *c.* 57. Magnitudo luces obſcurabat periculi magnitudinem. *non laſciava vedere.* & *pro Marcell. c.* 9. *extr.* Tues laudes nulla unquam obſcuratura eſt oblivio. & *pro Arch. c.* 1. Neque enim eſt hoc diſſimulandum, quod obſcurari non poteſt: ſed præ nobis ferendum. Trahimur omnes laudis ſtudio, &c. *Quinctil. l.* 4. *c.* 2. *a med.* Qui obſcurare veritatem vult, narret falſa pro veris. *Cic. in Partition. c.* 5. Firmamenta ad fidem poſita aut per ſe dilauda., aut obſcuranda, aut digreſſionibus abruenda. *h. e.* declinanda, & diſſimulatione tegenda. ¶ Item ignobilem, ſiu ignotum reddere. *Salluſt. in Catil. c.* 8. Fortuna res cunctas ex lubidine magis, quam ex vero, celebrat, obſcuratque. *Plin. in Paueg. c.* 69. Nobilitas non obſcuratur, ſed illuſtratur a principe. *Id. ibid. c.* 55. Arcus, & ſtatuas, aras etiam templaque demolitur, & obſcuret oblivio, negligit, carpitque poſteritas. *Ennius* apud *Macrob. l.* 6. *Saturn. c.* 1. *a med.* Multi alii adventant, pauperias quorum obſcurat nomina. ¶ Item dicendo involvere, ut minus intelligatur. *Cic.* 2. *Attic. ep.* 20. Si erunt mihi plura ad te ſcribenda, *ἀσυγγράφως* obſcurabo. *le dirò ſotto metafora.* & *pro Cluent. c.* 1. Nihil me ſubterfugere voluiſſe retinendo, nec obſcurare dicendo. *Suetou. in Tib. c.* 70. Affectatione, & moroſitate nimia obſcurabat filium. *Quinctil. l.* 8. *c.* 2. *a med.* Apud T. Livium invenio, fuiſſe præceptorem aliquem, qui diſcipulos obſcurare, quæ dicerent, juberet, Græco verbo utens, *ἐκσκοτοῦν*. ¶ *Obſcurare literas* eſt loquendo parum exprimere. *Quinctil. l.* 9. *c.* 4. *ante med.* M littera quoties ultima eſt, & vocalem verbi ſequentis ita contingit, ut in eam tranſire poſſit, etiam ſi ſcribitur, tamen parum exprimitur, ut (*Virg. Æn.* 1. *verſ.* 7.) Multum ille. &c. adeo ut pæne cujuſdam novæ litteræ ſonum reddat. neque enim eximitur, ſed obſcuratur, & tantum aliquos inter duas vocales velut nota eſt, ne ipſæ coeant. ¶ *Obſcurare vocem*, minus claram reddere, fuſcam, obtuſam. *Id. l.* 11. *c.* 3. Ut tibiæ, eodem ſpiritu accepto,

alium clauſis, alium apertis foraminibus, alium non ſatis purgatæ, aliuve quaſſæ ſonum reddunt; ita fauces tumentes ſtrangulant vocem, obtuſæ obſcurant, raſæ exaſperant, convulſæ fractis ſunt organis ſimiles.

OBSCŪRUS, a, um, *obſcuro, tenebroſo, bujo, caverris*, luce carens, tenebricoſus, caliginoſus, opacus. Sunt qui putant eſſe ex *ob*, & ioculato *ſcurus*, quod ſit a *umbra*, umbroſus. *Horat. lib. 1. od. 7. v. 15.* Albus ut obſcure deterget nubila cælo Sæpe Notus. *Virg. 9. Æn. v. 87.* locus Nigrati picea, trabibuſque obſcuras acervis. *& lib. 12. v. 416.* Venus obſcuro faciem circumdata nimbo. *Id. 1. Georg. v. 468* Sol caput obſcura nitidaro ſtrrugine texit. *Salluſt. in Jug. c. 57. & Virg. 2. Æn. v. 420.* obſcura nox. *& lib. 6. v. 453.* obſcura umbra. *& verſ. 139.* obſcuræ convalles. *& 4. Georg. v. 60.* nubes. *Liv. l. 24. c. 21.* Poſt occaſum ſolis, jam obſcura luce. *Salluſt. in Jug. c. 14.* Ubi plurumque noctis proceſſit, obſcuro etiam tum lumine. *Horat. in art. Poet. v. 240.* obſcuræ tabernæ. *Ovid. 4. Metam. v. 300.* obſcurum antrum. *Id. 4. Feſt. v. 758.* obſcuræ aquæ. *turbide*. ¶ Abſolute *Tacit. 4. Hiſt. c. 50.* Obſcuro adhuc cœptæ lneis. *Virg. 1. Georg. v. 478.* ſub obſcurum noctis. ¶ *Obſcurum*, adverbii more, obſcure. *Lucan. l. 5. v. 631.* nec fulgura currunt Clara, ſed obſcurum niroboſus diſſilit aer. ¶ *Obſcurior* etiam dicitur, qui in tenebris eſt, qui non cereitur, qui latet. *Virg. 6. Æn. v. 268.* Ibant obſcuri ſola ſub nocte per umbram. *& lib. 2. v. 135.* Limoſoque lacu per noctem obſcurus in ulva Delitui. *& lib. 4. Georg. v. 424.* ipſa procul nebulis obſcura reſiſtit. *Martial. l. 2. ep. 50. v. 15.* Æſtus ſerenos aureo franges Tago, Obſcurus umbris arborum. ¶ Translate eſt involutus, implicitus, opertus, latens, cerei, intelligive difficilis, *ſcura, coperto, difficile. Cic. 1. de Divin. c. 51. a med.* Quod erant multa obſcura, roulta ambigua, explanationes adhibitæ ſunt interpretum. *Id. 1. de Orat. c. 39.* Obſcurum & ignotum jus. *Id. 2. Agrar. c. 14.* Cur hoc tam eſt obſcurum atque cæcum? *Stat. l. 5. ſilv. 3. v. 109.* Si famæ obſcura jaceres. *b. e.* famæ incognita, ut ait *Liv. l. 42. c. 52.* ¶ *Non obſcurus*, manifeſtus, pateas. *Cic. Fam. 13. ep. 70.* Non eſt obſcura tua in me benevolentia. *Virg. 1. Georg. v. 219.* Haud obſcura cadens mittet tibi ſigna Bootes. ¶ *Obſcurus* de eo, qui in dicendo eſt implicatus, abſtruſus, difficilis. *Horat. in ar. Poet. v. 25.* brevis eſſe laboro, Obſcurus fio. *Cic. 2. de Divin. c. 64.* Quid? poeta nemo, nemo phyſicus abſtruſus? ille vero nimis etiam obſcurus, Euphorion: valde Heraclitus obſcurus. ¶ ignotus, latens. *Nep. in Datam. 2. 1.* Obſcuriore ſunt ejus geſta plerique. *Caſ. l. 2. B. Civ. cap. 62.* Cæſaris autem in Barbaris erat nomen obſcurius. ¶ ignobilis: metaphora ade ducta, quod viri nobiles omnibus conſpicui ſunt & cogniti: contra qui humili geneie ſunt orti, tanquam in tenebris agentes, nemini innotefcunt. *Cic. 2. Offic. cap. 32.* Obſcuris orti majoribus. *Id. 7. Verr. c. 70.* Pompejus humili atque obſcuro loco natus. *Velleii. l. 2. c. 76. ſub fin.* Silvidienus natus obſcuriſſimis initiis. ¶ tectus, ſimulatus, fictus, aſtutus, cujus animum non facile perſpicias. *Cic. 3. Offic. c. 13. in fin.* Hoc celandi genus nec eſt hominis aperti, ſimplicis, ingenui; verſuti potius, obſcuri, aſtuti, fallacis, malitioſi, callidi, veteratoris, vafri. *Horat. l. 1. ep. 18. v. 94.* plerumque rodentus Occupat obſcuri ſpeciem, taciturnus acerbi. *Tacit. in Agric. c. 42.* Domitiani natura præceps in iram, & quo obſcurior, eo irrevocabilior. *Id. 4. Ann. c. 1.* Tiberium variis actibus deviaſſe adeo, ut obſcurum adverſum alios, ſibi uni incautum intectumque effi.eret. *Ovid. Met. 6. v. 36.* Talibus obſcuram refocuta eſt Pallada dictis. *b. e.* ſub imagine anus latentem. Adde *Cic. Verr. 1. c. 2.* ¶ *Obſcura vox*, fuſca, obtuſa, non plene emiſſa. *Quintil. l. 11. c. 3. ante med.* Vox in miſtatione debet eſſe flexa & flebilis, & conſulto quaſi obſcurior: at in egreſſionibus ſuſa, & fecuræ claritatis. ¶ *Obſcurus cantus*, vocis conformatio cantui proetms. *Id. ibid.* Non & Cicaro dicit, eſſe aliquem in oratione cantum obſcuriorem! ¶ *Obſcura mumina* apud *Val. Flacc. l. 3. v. 526.* eſt tecta, veſtita, ſtrophio præcincta. V. *Obſcuratus*. ¶ *Obſcurus locus*, abditus, occultus, *Liv. l. 10. c. 1.* Ex eo loco obſcuro multa vulnera accepta. *Obſcura fundo*, tecta, occulta, non viſa. *Val. Flacc. l. 6. v. 193.* Dyſanta Careſus, Serymonaque obſcura ſpargentem vulnera funda Dejecit. ¶ *Per obſcurum*, latendo. *Senec. epiſt. 19.* Vitam per obſcurum tranſmittere.

OBSECRATIO, onis, *f. pregbiera affettuoſa, ſcongiuro, ſupplica, λιτὴ, κρανγὴ*, actus obſecrandi, obteſtatio, deprecatio. *Cic. 1. de Invent. c. 16.* Prece & obſecratione humili ac ſupplici uti. *Id. pro Font. c. ult.* Alicujus obſecrationem repudiare. *Quintil. l. 6. c. 1.* Obſecratio judicum, per cariſſima pignora, utilis erit. *b. e.* ad judices facta. *Juſtin. l. 24. c. 8.* Proinde ne cunctarentur hoſtem cædere, & victoriæ deorum ſocios ſe adjungere, ſummis obſecrationibus monebant. ¶ De publica ſupplicatione. *Cic. ds Haruſp. reſp. in fin.* Conſtituendæ nobis quidem ſunt procurationes, & obſecratio. *Liv. l. 4. c. 21.* Obſecratio a populo Duumviris præeuntibus, eſt facta. *Id. l. 26. c. 23. & lib. 27. c. 11.* Supplicatio circa omnia pulvinaria, & obſecratio in unum diem indicta. (in ſupplicatione liberum erat cuilibet quibus liberet veebis uti: in publica obſecratione præſcripta formula utebantur.) *Id. l. 31. c. 9.* Supplicationibus habitis jam, & obſecratione circa omnia pulvinaria facta. *Supplicium* his locis eſt univerſus ille ritus, qui erga deos in obſecrando publice adhibebatue: *obſecratio* ipſæ preces. ¶ Item exſecratio, juramentum. *Juſtin. l. 24. c. 2.* Quo præſente apud deos patrios, quibus vellet obſecrationibus, ſe obligaret. ¶ A *Cicerone l. 3. de Orat. c. 53.* inter figuras ſententiarum enumeratur: ſitque cum per deos & facta quippiam expoſcimus. V. dicta in *Deprecatio*: Græce eſt λιτὴ. *Jul. Ruſinian. inter Rhet. Priſcos, pag. 27.* Deeſis obſecratio, vel obteſtatio, qua deos oramus, aut homines. *Cic. pro Deiot. c. 3.* Per deaterum te iſtam oro, &c. *Virg. 3. Æn. v. 599.* pee ſidera teſtor, Per ſuperos, atque hoc cæli ſpirabile lumen, Tollite me, Teucri.

OBSECRATUS, a, um, *pregato iſtantemente, ſcongiurato*, unise rogatus. *Salluſt. in Jug. c. 27.* A Numidis obſecrati, triduo navim aſcendere. *Cæſ. l. 2. B. Civ. c. 5.* Nominatim evocati, atque obſecrati.

OBSĒCRO, as, nvi, atum, a. 1. *pregare iſtantemente, ſupplicare, ſcongiurare*, κρανγάζομαι, παρακαλῶ, entire oro, precor, obteſtor, deprecor: ex *ob*, & *ſacer*, quaſi pee ſacra & deos peto, vel ut ait *Paul.* ea Feſta, opem a ſacris peto. Plus eſt, quam *oro*. *Terent. Adelph. 3. 4. 26.* Venit ipſus ultro, lacrumans, orans, obſecrans. Ubi *Donatus*: Orare eſt placidos petere: obſecrare, iratos rogare: unde plus facit obſecrans, quam orans. *Cic. 4. Verr. c. 17.* Quod, multis lacrymis cum eum oraret atque obſecraret, impetrare non potuerat. *Id. Attic. l. 11. ep. 2. ad fin.* Oro, obſecro, ignoſce. *& epiſt. 2. & pro Sext. in fin* Id ut facias, te obteſtor atque obſecro. *Id. pro Quint. c. 30.* Te obſecrat obteſtaturque Quintius per ſenectutem ac ſolitudinem ſuam. *Id. poſt redit. ad Quirit. c. 7.* Pro mea vos ſalute non rogavit ſolum, verum etiam obſecravit. *Plaut. Bacch. 4. 9. 102.* Nunc ſi me ſas eſt obſecrare abe te, patet, da mihi ducentos nummos, te obſecro. *Terent. Heaut. 5. 5. 4.* Mi vir, te obſecro, ne facias. *& ibid.* Pater, obſecro, mihi ignoſcas. ¶ Obſecrare precibus *Marcell. ad Cic. Fam. 4. ep. 11.* Cum non ſolum conſilium daret, ſed precibus quoque roe obſecraret. *Plin. l. 4. ep. 9. circa med.* Baſſus multis precibus, pæne etiam lacrymis. obſecrabat, implerem meum tempus. *Plin. alter l. 28. c. 2.* Vidimus certis precationibus obſecraſſe Magiſtratus. ¶ Cum accuſat. res, *Cic. pro Quinct. ſub fin.* Itaque te hoc obſecrat, ut, &c. *Plin. l. 9. ep. 29. extr.* Laus potius ſpetanda, quam venia obſecranda eſt. *Plaut. Amph. 2. 1. 217. & Trucul. 4. 3. 30.* Tuam fidem obſecro. Sed *tuam fidem* potsſt ab *obſecro* non pendere. ¶ Sæpe interſeritue ſermoni, more adverbii, ut *quæſo, amabo. Turpil.* apud *Non. c. 2. n. 488.* Eho dic mihi, an oblita, obſecro, es cæſbras ejus manſiones, &c? *Terent. Eun. 5. 5. 21.* Obſecro, an is eſt? *dimmi di grazia. & Adelph. 4. 5. 21.* Miletum uſque, obſecro? *Mt. ita. Cic. Attic. l. & ep. 13. in fin.* Attica mea, obſecro te, quid agit? *Id. Parad. 5. c. 2.* Sed obſecre te, ita venuſta habeamur iſta, non ut vincula vitorum ſint, ſed ut obleſtamenta puerorum. ¶ *Obſecro*, formula deprecantis verbera. *Terent. Eun. 4. 4. 2.* At etiam ceſtitas, fugitive! perodi, male conciliate. *Do.* obſecro. Adde *Plaut. Amph. 1. 1. 217. & Men. 5. 7. 27.* ¶ Inverſo ordine olim dixere *ob vot ſacro* in antiquis precationum formulis, pro *vos obſecro*, teſte *Feſto* in *Ob*. Sic *ſub vot ploco* pro *ſupplico*.

OBSECUNDANTER, *ſecondando*, obſecundando. *Nigid.* apud *Non. c. 2. n. 607.* Obſecundanter naturæ vivere.

OBSECUNDATIO, onis, f. obſequium. *Impp. Gratian. Valentinian. & Theodoſ. lib. 12. Cod. Theodoſ. tit. 2. leg. 92.* Qui immemor libertatis & generis, infamiſſimam ſuſcipiens ſtlitatem, exiſtimationem ſuam ſervili obſecundatione damnaverit.

OBSECUNDATOR, oris, m. *Impp. Gratian. Valentinian. & Theodoſ. lib. 6. Cod. Theodoſ. tit. 26. leg. 3.* Obſecundatoribus ſacrorum ſcriniorum, quorum mentibus ingeniſque commetirens, quidquid in aliis quoque perennium ſæpe proferamus ſanctionum, &c. *b. e.* qui obſequium præbent, & navant operam, in ſacris ſcriniis militantes.

OBSECUNDO, as, avi, atum, *ſecondare, compiacere, andare a verſo, ευαρεστέω*, eſt obſequi, omnia ad alterius nutum facere: ex *ob*, & præp. *ſecundum. Cic. pro leg. Manil. c. 16. a med.* Ut ejus ſempee voluntatibus non modo vives aſſenſerint, ſocii obtempesrarint, hoſtes obedierint, ſed etiam venti tempeſtatesque obſecundarint. *Liv. l. 3. v. 35.* Propalam obviam ire cupiditatibus parum auſi, obſecundando mollire impetum aggrediuntur. *Terent. Heaut. 4. 6. 23.* Obſecundare in loco. *Ammian. l. 17. c. 10. (al. 21.)* in *fin.* Obſecundare imperiis. *b. e.* impenita facere. *Quintil. l. 11. c. 3. circa med.* Eſt geſtus ille maxime communis, qua medius digitus in pollicem contrahitur cupliciris tribus, modice prolatus, ſimul capite atque humeris ſeaſim ad id quo manus feratur, obſecundantibus.

OBSECUTIO, & Obſequutio, onis, f. obſequium. *Arnob. l. 7. pag. 215.* Inviolabili obſecutione ſervare. *& l. 6. pag. 203.* voluntariæ obſecutionis aſſenſus.

OBSECŪTOR, & Obſequutor, oris, maſ. qui obtemperat. *Tertull. l. 4. cont. Marcion. c. 9. ad fin.* Obſecutores legis.

OBSEPIO, is, pſi, ptum, a. 4. *circondare di ſiepe, chiudere*, περιφράττω, ſepibus circumdo, claudo. *In ver. S. C.* apud *Frontin. de aquæduct. artic. 129.* Neque quis in eo loco quid opponit, malit, obſepit, figit, ſtatuit, &c. *Tacit. Ann. 15. c. 27.* Mos iter, apertis quæ vetuſtas obſepſerat, pergit. ¶ Translate *Cic. pro Mur. c. 23.* Hæc omnia tibi accuſandi viam muniebant, adipiſcendi obſepiebant. *Liv. l. 9. c. 34.* Hæc plebi ad Curulis Magiſtratus itee obſepſit. ¶ Olim *obſipio* dixerunt teſte *Diomed. l. 2. pag. 378. Priſcian.* ubi recitat hæc *Cæcilii* in *Hymnide*: Habes Miletidam: ago illam huic deſpondebo: ex nato ſaltum obſipiam.

OBSEPTUS, a, um, oom. ex particip. *obſitus, ſerrato. Liv. l. 25. c. 29* Alii obſeptis itinaribus ſuper vallum ſaliunt. *Sil. l. 12. v. 120.* Obſepta viarum. *Plaut. Caſ. 5. 2. 35.* Ubi illum ſaltum video obſeptum. ¶ Translate *Plin. in Panag. cap. 66.* Obſepta diutina ſervitute ora reſeramus, frenatamque tot malis linguam reſolvimus.

OBSEQUĒLA, æ, f. *cerimſcondenza, compiacenza, Συμπάθεια*, morigeratio, obſequium. *Plaut. Aſin. 2. 2. 50.* Omnes parentes, Libare, liberis

beris ſuis, qui mihi auſcultabunt, facient obſequelam. *Salluſt.* in *fragm.* apud *Non. c.* 3. *n.* 251. Qui regi per obſequelam uretionis ceri erant. *b. c.* quic ad voluntatem loquebantur. *Turpil. ibid.* Neque eret tuæ benignitatis atque obſequelæ. Adde *Afran. ibid.*

OBSEQUENS, entis, *ærvendvole, piegbevole*, facile ſequens, flexibilis. *Plin. l.* 16. *c.* 36. Creticæ calamus obſequens, quo libeat flecti, calefactus. ¶ Translate eſt obediens, morigerus, indulgens, *obbediente, compiacente, oſſequioſo, ὑπήκοος, ἐυπειθὴς. Terent. Heaut.* 2. 3. 18. Meo patri minus fuit obſequente. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 55. Obſequens obedienſque eſt mori & imperiis patriæ. *Plaut. ad Caſſ. Fem.* 10. *ep.* 8. *a med.* Legiones habeo noſtra liberalitate nobis obſequentes. *Colum. l.* 3. *c.* 8. *ſub fin.* Curæ mortalium obſequentiſſimum eſſe Italiam, quæ paene totius orbis fruges, adhibitu ſtudio colonorum, ferre didicerit. *Senec. ep.* 50. *a med.* Quanto facilius animus accipit formam, flexibilis, & omni humore obſequentior? ¶ *Dii obſequentes*, ſunt faciles, benigni, clementes, propitii. *Plaut. Rud.* 2. 5. 3. Bonam atque obſequentem deam, atque haud gravatam patronam exſequuntur, benignamque multum. *ſcil.* Venerem. Magnæ deæ obſequenti legitur in Inſcript. apud *Murator. To.* 1. *pag.* 94. *n.* 8. V. *Poſtvota.* ¶ Spectatim huc nomine culta olim eſt Fortuna. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 74. *n.* 6. Fortunæ obſequenti Ord. Comenſ. votn pro ſalute civium ſuſcepto. *P. Victor* vicum Fortunæ obſequentie collocat in prima regione Urbis Romæ. *Plaut. Aſin.* 3. 3. 126. Quem te autem nominem deum? *Le.* Fortunam, atque obſequentem. ¶ *Plaut. Merc.* 1. 2. 39. Vin' tu te mihi, ob eſſe ſequentem? *rmeſe.* Ita in MSS. & veterib. edit. *Taubmon.*

OBSEQUENTER, *obbedientemente, oſſequioſamente, condiſcendendo, με Σεβασ, obſequendo*, obedienter. *Liv. l.* 41. *c.* 10. *ſub fin.* Hæc collegæ obſequenter ſecta. *Plin. l.* 4. *ep.* 11. *ad fin.* Vides, quam obſequenter parcam tibi, qui non ſolam res urbanas, verum etiam peregrinas eam ſedulo ſcribo. *Id. l.* 7. *ep.* 24. Visit in contabercio aviæ delicatæ ſeveriſſime, & tamen obſequentiſſime.

OBSEQUENTIA, æ, ſ. idem ac obſequium, *condiſcendenza. Caſ. l.* 7. *B. Gall. c.* 29. Factum imprudentia Bituriqum, & nimia obſequentia reliquorum, uti hoc iocommodum acciperetur.

OBSEQUIÆ, arum, ſ. idem quod exſequiæ. *Inſcript.* apud *Pebvert, pag.* 782. Me decuit morti prius occubuiſſe ſupremæ, Teque mihi tales, nate, dare obſequias.

OBSEQUIALIS, le, adject. obſequioſus. *Fortun. l.* 6. *carm.* 7. *a med.* Solvit & exſequias obſequialis amor.

OBSEQUIBILIS, le, *obbediente, Σημαντικὸς*, qui obſequitur. *Gell. l.* 2. *c.* 29. *a med.* Cognatos affineſque nulles ferme tam obſequibiles eſſe ait.

OBSEQUIOSUS, a, um, *ὑπηκοος*, qui facile obſequitur. *Plaut. Capt.* 2. 3. 57. Nam ſi ſervus meus eſſes nihilo ſeciue mihi obſequioſus ſempee fuiſti.

OBSEQUIUM, ii, n. *obbedienza, compiacimento, condiſcendenza, convenenza, oſſequio, ὑπουργία*, officium, quo quis id ſequitur & facit, quod alteri placiturum novit, indulgentia, obedientia, morigeratio, patientia: tum in bonam, tum in malam partem. *Terent. Andr.* 2. 1. 41. Obſequium amicos, veritas odium parit. *Cic.* huno *Terentii* locum referens, *de Amic.* ita ſubdit *cap.* 24. Moleſta veritas, ſi quidem ex ea naſcitur odium: ſed obſequium multo moleſtius, quod peccatis indulgens præcipitem amicum ferri ſinit. *Id. in Piſon. c.* 2. Ego Antonium collegam, multa in republica molientem, patientia atque obſequio meo mitigavi. *Id. l. de Legib. c.* 23. Cum animus a corporis obſequio, indulgentiaque diſceſſerit, voluptatemque, ſecut labem aliquam decoris nppreſſerit. *Id. Attic. l. & ep.* 6. Delectari obſequio & comitate alicujus. *& lib.* 10. *ep.* 4. *ante med.* Omne meum obſequium in illum (*Q. Ciceronemo fratris filium*) fuit cum multa ſeveritate. *Liv. l.* 5. *c.* 3. *ſub fin.* Indulgere potius comitati patrum, atque obſequio plebis oportuit. *ſecondare la ſoggezione* e *'l riſpetto delle plebe verſo i patrizi. Plaut. ad Cicer. Pom.* 10. *ep.* 21. *ad fin.* Omnia ei obſequia polliceor, ſi modo rempubl. reſpicere volet. *egni ſervigio. Ovid.* 5. *Triſt. el.* 6. *v.* 32. Obſequium alicui tribuere. *Tacit.* 3. *Ann. c.* 12. Exſuere obſequium erga aliquem. *perdere il riſpetto.* & in *Agric. c.* 42. Obſequium ac modeſtiam, ſi induſtria ac vigor adſint, eo laudin excedere, quo, &c. *il riſpetto e obbedienze al Principe. Horat. l.* 2. *ep.* 18. *v.* 82. Prnnue in obſequium plus æquo. *Juſtin. l.* 13. *c.* 2. *extr.* Jurare in obſequium alicujus. *giurar fedeltà.* ¶ De indulgentia & patinatia in re turpi, *Petron. in Satyr. c.* 123. *Colum. l.* 6. *c.* 27. & 37. & *Curt. l.* 6. *c.* 7. *& lib.* 10. *c.* 2. ¶ De lie, qui animo indulgent, & pergræcantur. *Plaut. Bacch.* 4. 10. 7. Ego dare me ludum meo guato inſtitui: ut animo obſequium ſumſra poſſit, æquum eſſe puto. *Horat. l.* 2. *ſat.* 7. *v.* 104. Obſequium ventrie. *golaſità.* ¶ Eleganter refertur ad res inanimas. *Ovid.* 2. *de ar. em. n.* 279. Flectitur obſequin curvatus ab arbore ramus: Frengis, ſi eires experiere tuas. Obſequio tranantur aquæ: nec vincere poſſis Flumina, ſi contra, quam rapit unda, nates. *Id. Metam.* 9. *v.* 116. Nec dubitat, nec qua ſit clementiſſimus amnis Quærit, & obſequin deferri ſpernit aquarum. *a ſeconda.* & *Stat. 6. Theb. v.* 770. Et patria vigil arte Lacon hos rejicit ictus, Hos cavet: interdum nutu, cæpitiſque citati Integer obſequin, manibus nunc obvia tela Diſcutiens, &c. ¶ Scribit *Quintil. l.* 8. *c.* 3. *ante med.* putaſſe *Ciceronem*, primam omnium *obſequium* dixiſſe *Terentium*: idque colligere videtur ex illo *de Amic. c.* 24. In obſequin autem (quoniam Terentiano verbo libentar utimur) comitas adſit, aſſentatio procul amoveatur. Idem cum *Quintil.* ſentit *Donatus ad loc. Terent.* viii. reprehendens idcirco *Tullium*, quia & *Plaut.* & *Nævius* ante uſurpaverant. Fallitur uterque tamen. Nam quod *Terentianum verbum* appellat *Cicero*, non ideo facit, quod adhibitum primo a *Terentio* putet, ſed quia ibi eo utitur ter in illa ſignificatione, qua in ea ſententia *Terentius* uſurpaverat.

OBSEQUOR, eris, utue ſum, dep. 3. *ſeccondare, compiacere, condiſcendere, obbedire, andar a verſo, accomodarſi all' altrui genio, ὑπείκω, χαρίζομαι*, alterius voluntatem ſequor, morem gero, indulgea, inſervio, gratificor. *Cato R. R. c.* 5. Bubulcis obſequitor, partim quo libentius boves curent. *Cic. Fam.* 1. *ep.* 9. *e med.* Navigando tempeſtati obſequi, artis eſt. *Quintil. l.* 6. *c.* 2. Judex æſtu ſervat, & velut rapido flumini obſequitur. *Cic.* 5. *Tuſcul. c.* 20. *in fin.* Cum huic obſequutus ſis, illi eſt repugnandum. *Id. pro Cluent. c.* 54. *ſub fin.* Quamobrem, Cluenti, de te tibi obſequor. *Id. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. *c.* 11. Publicanis obſequi in nnmibus rebus. *Id* 2. *de Pin. c.* 6. voluntati alicujus. *Tacit.* 1. *Hiſt. c.* 84. Ne miles centurioni, ne centurio tribuno obſequatur. *Cæſ. ad Cicer. poſt ep.* 8. *l.* 10. *ad Attic.* Obſequi fortunæ. *Juvenal. ſat.* 10. *v.* 343. & *Senec. in Phœniſſ. v.* 591. imperio. *Plin. l.* 30. *c.* 2. Lenitgioem habentibus non obſequi numina. *ſcil.* in magicis incantamentis non obedira, non adeſſe, non favere. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. *ante med. de geſtu.* Caput manibus ac lateribus obſequetur. *b. c.* maouum ac laterum motum ſequatur. ¶ *Obſequi animæ*, geoin indulgere, *darſi bel tempo, godarſi. Plaut. Mil.* 3. 2. 83. Es, bibe, animo obſequere mecum, oneca te hilaritudine. *Id. Pſeud.* 5. 2. 26. Illos accubantes, potantes, amantes reliqoi, cordi iaque animo ſuo obſequentes. Adde *Pœn.* 1. 2. 48. & *Terent. Adelph.* 2. 1. 8. ¶ Pro inſervire, operem dare. *Plaut. Trin.* 2. 1. 5. Amorin' me, an rei obſequi potius par ſiet. *Nep. in Attic. c.* 2. Idoneum tempus retue ſtudiis obſequendi ſuæ, Atheaæ ſe contulit. *Terent. Heaut.* 3. 2. 7. Ita ut filium meum amico, atque æquali ſuo video inſervire, & ſocium eſſe in negotiis; nos quoque ſenes eſt æquum ſenibus obſequi. ¶ Cum accuſ. communi. *Plaut. Aſin.* 2. 2. 62. Et id ego percupio obſequi gnato meo. *Gell. l.* 2. *c.* 7. Sed ea tamen, quæ obſequi non oportet, leniter & verecunde declinanda eſſe, *b. c.* in quibus non eſt parendum. ¶ Tributus & rebus inanimis. *Plin. l.* 34. *c.* 8. *ad fin.* Æs regulara malleis obſequitur, ab aliis ductile appellatum. *cede al martello.* ¶ Paſſive impeſſonaliter *Plaut. Aſin.* 2. 2. 62. Volo amori obſecutum illius: volo amet me patrem.

OBSERATUS, a, um, *chiuſo, ſerrato*, ſere clauſus. *Liv. l.* 5. *c.* 41. Plebis ædificiis obſeretis, patentibus atriis principum. *Martial. l.* 7. *epigr.* 19. *extr.* Seque obſerata clauſit anetus cella. *Suetan. in Tito, c. ult.* Obſeratit adhuc foribus, deinde apertis. ¶ Translate *Horat. epod. ult. v.* 53. Quid obſeretis curibus fuodis preces?

OBSERO, as, avi, atum, a. 1. *ſerrare, chiudere, ἐπιπλάω*, ſera claudo, occludo. *Terent. Eun.* 4. 6. 25. Tu abi, atque obſera oſtium intus. *chiudi e catenaccio. Propert. l.* 4. *el.* 11. *v.* 8. Obſerat herboſos larida porta rogos. *Colum. l.* 9. *c.* 1. Per tranſverſa laterum cava tranſoitnotur ramices, qui exitus ferarum obſerent. *Cerull. carm.* 55. *ad Comer. v.* 21. Vel, ſi vis, licet obſeres palatum. *b. c.* ue claudae, fileatin utaris.

OBSERO, is, evi, itum, a. 3. *ſeminare, piantare, ἐυτυτεύω*, idem ac ſero, vel ſupra, aut circum ſero, ſemino, planto. *Cic.* 2. *de Legib. c.* 25. Hoc jus terra humandi: quam cum prosimi injecerant, obductaque terra erat, frugibus obſerabatur. *Plaut. Trin.* 2. 4. 129. Frumenti cum alibi meſſis maxima eſt, Tribus tantis illi minus reddit, quem obſeverie. *Colum. l.* 2. *c.* 9. Uberem campum in ſingula jugera tritici quinque, & adorei octo modios obſerere præcipiunt. *Verr. l.* 1. *R. R. c.* 14. Netorale ſepimentum, quod obſeri ſolet eirgultis aut ſpinis. *Colum. de arborib. c.* 3. *e med.* Agrum vinne obſerem. ¶ Translate *Plaut. Epid.* 4. 1. 30. Tun' ie es, qui per voluptatem tuam in me ærumnam obſeviſti gravem? ¶ Joculariter *Id. Men.* 5. 7. 23. Hiſce ego jam ſementem in ore faciam, pugnoſque obſeram. ¶ *Obſeſſe* ſyncope pro *obſevviſſe* eſt *Accii* apud *Non. c.* 4. *n.* 417.

OBSERVABILIS, le, *oſſervabile*, quem obſervare poſſumus. *Quintil. l.* 9. *c.* 1. *ante med.* Manue averſæ & tactæ minus ſuot obſervabiles. *b. c.* minus caveri poſſunt. *Apul.* 11. *Metam.* Patientia obſervabilis. *degna di ammirazione.*

OBSERVANS, tis, nom. ex particip. *oſſervante, riſpettoſo, riverente, σεβαστικὸς. Cic. ad Plaut. 16. Attic. ep.* 16. Ut mehercule paucos æque obſervantes, atque amantes me habere exiſtimem. *Id. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 2. *c.* 3. Obſervantiſſimos mei homo. *Plin. l.* 7. *ep.* 30. Obſervantiſſimus omnium officiorum. *Claudian. de* IV. *Conſul. Honor. n.* 296. obſervantior æqui Fit populus. *Grat. in Cynget. v.* 204. Haud ſuit in terris divom obſervantior altes.

OBSERVANTER, adverb. obſervando. *Macrob. l.* 1. *in Somn. Scip. c.* 2. Idem obſervanter ſecutue eſt in illis præcipue voluminibus, quibue ſtatum Reipubl. formandum præcepit. *b. c.* diligeater, conſtantes. *Apul. in Apolog.* Facit omnia circa honorem meum obſervanter, circa ſalutem ſollicite. *In lenimento cap.* 21. *l.* 10. *Gellii.* Cicero hin omnino verbis *nuviſſime*, & *neviſſimue* uti obſervantiſſime citavit. *Ammian. l.* 23. *c.* 6. *a med.* (*al. c.* 30.) Ita obſervantius hæc aliaque pudenda declinant.

OBSERVANTIA, æ, ſ. *oſſervazione*, obſervatio, animadverſio. *Vellej. l.* 2. *c.* 106. Felicitate & cura ducie, temporum quoque obſervantie, claſſis, quæ Oceani circumnavigaverat ſinus, ſlumine Albi ſubvecta. ¶ Item cuſtodia, obedientie, *oſſervanza, cuſtodia, obbedienza. Val. Max. l.* 2. *c.* 7. *extern.* Maſſilienſes quoque ad hoc tempus uſurpaot diſciplinæ gravitatem, peiſci morie nbſervantia coaſpicui. *Pompon. Dig. lib.* 1. *tit.* 2. *leg.* 2. *ante med.* Verginius indignatue, quod vetuſtiſſima jurie obſervantia in perſona filiæ ſuæ defeciſſet, &c. *Ulpian. lib.* 29. *tit.* & *leg.* 1. Teſtamenta, quæ poſſint in controverſiam deduci, ſi ed diligentiam legum, & obſervantiam revocentur. ¶ Præterea obſervantia eſt, inquit *Cic.* 2. *de Invem. c.* 22. per quam ætate, aut ſapientia, aut honore, aut aliqua dignitate

genitate antecedentes veremur, & colimus, *riſperte, obſervanze, riverenza*. *Id. pro Bell. c. plt.* Conſilium hominis probavit, fidem eſt complexus, officia obſervantiamque dilexit. *Liv. l.* 1. c. 35. Obſequium & obſervantia in regem cum omnibus cartaſſe. *Cic. pro Quinct.* c. 18. *ad fin.* Id egit, ut animos obſervantiæ, eam parſimonia retineret. *Id. Fam.* 12. *ep.* 27. Sex. Aufidius obſervantia, qua me colit, accedit ad proximos. *Id. Fam.* 13. *ep.* 23. *extr.* Hominem ſumma probitate, humanitate, obſervantiaque cognoſces. *& ep.* 28. Eſt enim in eo cum virtus, & probitas, & ſummum officium, ſummaque obſervantia; tum ſtudia illa noſtra, &c. ¶ Pro cultu divino, & religione, *Impp. Gratian. Valentinian. & Theodoſ. lib.* 16. *Cod. Theodoſ. tit.* 5. *leg.* 12. Sectæ, quas veræ religionis venerabili cultu Catholicæ obſervantiæ fides ſincera condemnat. *Impp. Honor. & Theodoſ. ibid. leg.* 54. Niſi ad obſervantiam Catholicam, mentem propoſitumque converterit.

OBSERVATE, adverb. *offervando*, obſervanter. *Gell. l.* 2. c. 17. Obſervate, cuiuſmodi animadvertit M. Tullius.

OBSERVATIO, onis, f. *offervazione, παρατήρησις*, actus obſervandi, animadverſio, notatio. *Cic. de Clar. Orat.* 1. 8. Verborum quaſi ſtructura, & quædam ad numerum concluſio natura magis tum, cuſuque noſcuntur, quam aut ratione aliqua, aut obſervatione fiebat. *Id.* 1. *de Divin.* c. 1. Chaldæi diuturna obſervatione ſiderum ſcientiam putantur effeciſſe. *Id.* 2. *Offic. cap.* 24. *a med.* Valetudo ſuſtentatur notitia ſui corporis, & obſervatione, quæ tee aut prodeſſe ſoleant, aut obeſſe. *& l.* 1. c. 11. *ad fin.* Adeo ſumma erat obſervatio in bello movendo. *circonſpezione, riguarde. Plaut. Mil.* 2. 6. 5. Obſervationi operam dare. *ſtar in offervazione. Plin. lib.* 17. 1. 21. *ad fin.* Quondam in obſervatione erat, ut defringerentur ex limpatata buno. *ſi offervava, ſi oſſervava. Id. l.* 18. *cap.* 25. *ad fin.* Varro in fabæ ſatu hanc obſervationem cuſtodiri præcepit. *Id. l.* 22. c. 23. Dare obſervationes aliquas coquendi. *Id. l.* 2. 1. 46 *& lib.* 7. c. 51. Cato de hac re obſervationem prodidit. *Sneton. de Grammat. in fin.* Reliquit non mediocrem ſilvam obſervationum ferinonis antiqui. *Quintil. lib.* 8. c. 3. *ante med.* Tarrhasyla vitium videri poteſt: in quod ſæpe incidit etiam Cicero, ſecurus tam parvæ obſervationis. ¶ Item obſervantia, reverentia, cultus, *offervanze. Val. Max. l.* 1. 1. *a.* 8. Quo minus religionibus ſuæ tenos, ſuæque obſervatio tedleretur. *Impp. Gratian. Valentinian. & Theodoſ. lib.* 12. *Cod. Theodoſ. tit.* 2. *leg.* 12. Obſervatio Chriſtianitatis. *Idem ibid. leg.* 104. Animi divina obſervatione devincti.

OBSERVATOR, oris, m. *offervatore*, custode, qui obſervat. *Plin. in Panæg. c.* 40. Nemo obſervatur, nemo cuſtigator aſſiſtet. *Senec. epiſt.* 41. Sacat intra nos ſpiritus ſedet, malorum bonorumque noſtrorum obſervator & cuſtos. *Imp. Conſtantin. lib. Cod. Theodoſ. 16. tit.* 5. *leg.* 1. Catholicæ legis obſervatores.

OBSERVATRIX, icis, f. *offervatrice*, quæ obſervat. *Tertull. de coron. Mil. c.* 4. Conſuetudo conſtimatrix, fidei obſervatrix.

OBSERVATUS, us, m. idem ac obſervatio. *Varr. l.* 2. *de* R. R. c. 7. Ex obſervatu dicunt, eum equum habere annos ſeedecim.

OBSERVATUS, a, um, *offervato*, animadverſus, notatus, conſideratus. *Virg.* 2. *Æn. v.* 754. *& lib.* 9. *v.* 303. veſtigia retro Obſervata legit. *Ovid.* 15. *Metam. v.* 373. res obſervata cognoſcit. *Plin. l.* 7. *c.* 51. Signa lethalia Hippocrati obſerveta. *Val. Max. l.* 5. c. 4. *n.* 7. Curioſius obſervetus. *Gell. l.* 14. c. 1. *ante med.* Stellæ a Chaldæis obſervatæ. ¶ Servatus, cuſtoditus. *In temmere cap.* 18. *l.* 7. *ejuſd.* De Obſervata cuſtodiaque apud Romanos juriſprudentia ſanctimonia. ¶ Cultus. *Cic. pro Planc. c.* 16. Eæ tribue officiis ab hoc obſervatas, non largitione.

OBSERVIO, is, a. 4. inſervio, ſubſervio. *Apul. de dogmat. Plat. lib.* 1. Cetera membra ancillari, & obſervire capiti. *Al. leg.* ſubſervire.

OBSERVITO, as, a. 1. frequentativum ab *obſervo. Cic. l.* 1. *de Divin. c.* 45. Deorum voce Pythagorei obſervitaverunt. *Al. leg.* obſervaverunt. *Meſſur. Sebin.* apud *Gell. l.* 10. c. 15. *ed fin.* Eadem ferme cæſimoniæ ſunt, quas Flaminicæ Dialis feorſum ajunt obſervitare. *Apud. de den Secret.* Obſervittere omina. Adde *lib.* 8. *Metam.*

OBSERVO, as, avi, atum, a. 1. *offervare, over l' eſſere aſſiſſa, por noeme, ſpezolare, guardare, d'auzuvàu, παραφυλάττω*, curaum ſervo, oculie animoque adverto, noto, ſpeculor. *Plaut. Aulul.* 1. 1. 14. Oculos ego illos, improba, effodiam tibi, ne me obſervare poſſis, quid rerum geram. *Id. Trucul.* 4. 1. 12. Procul hinc obſervabo, meis fortunis quid ſuet. *ſtarò a vedere. Virg.* 4. *Georg. v.* 512. philomela Amiſſos queritur fetus, quos durus arator Obſervans, nido implumes detraxit. *h. e.* captans inſidioſa. *Plaut. Cuſtell.* 1. 3. 20. Clam obſervavit ſervus, quo hæc puellam deferat. *Id. Trin.* 1. 2. 133. Lupus obſervavit, dum dormitarent canes. *Cic.* 2. *Verr.* c. 16. Hominues in ſpeculis ſunt, obſervant, quemadmodum ſe ſe unuſquiſque gerat. *Q. Cic. de petit. conſul. c. ult.* Fac, ut ſe ubi te cuſtodiri atque obſervari ſciant. *Plaut. Men.* 2. 2. 13. Malo cavebis, ſi ſapis: virum obſervare deſinee. *ſpeare i ſoteì del merrite. Trabee* apud *Cicer.* 4. *Tuſcul.* c. 31. Lena delimita argento nutum obſervabit meum, quod velim, quid ſudasm. *ſtarà attenta a' nutes nostri. Cic.* 1. *de Divin.* c. 1. Obſervare motus ſtellarum. *Id. pro Reſc. Amer. cap.* 8. occupationem alicujus, & aucupari tempus. *Id. Fam.* 11. *ep.* 16. tempus apiſtolæ alicui reddendæ. *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 48. Aranea ex inopinato obſervant, & ſi quid incidit, arripiunt. *Id. in Oecet.* c. 62. Inſidiari & obſervare. *Varr. l.* 3. R. R. *c.* 9. *a med.* In ſupponendo ova obſervant, ut numero ſint impania. ¶ Translate *Calliſtrat. Dig. lib.* 5. *tit.* 1. *leg.* 46. Obſervandum eſt, ne is judex detur, quem altera nominatim pars petit. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 21. Etſi cauſæ non reperiantur iſtarum rerum, res tamen ipſe obſervari animadvertique poſſunt. ¶ De iis, qui animadvertunt reprehendendi cauſa, *Terent. in prol. Adelph. v.* 1. Poſquam poeta ſenſit, ſcripturam ſuam ab iniquis obſervari. *Cic. de clar. Orat. c.* 82. Nimium inquirens in ſe, atque ipſe ſe obſervans, metuenſque, ne vitioſum colligeret, etiam verum ſanguinem deperdebat. 18 etiam verbum Augurum, ut *ſervare. Virg. 6. Æn. v.* 198. Obſervans, quo ſigna ferant (*Columba*) quo tendere pergant. Ubi *Servius*: Obſervare, & de cælo, & de avibus verbo Augurum dicitur. ¶ Ponitur & pro cuſtodire, *far la guardia, aver la cuſtodia. Plaut. Aſin.* 1. 2. 7. Illic homo ædes compilavit. Væ illi, qui indiligenter obſervat januam. *Id. Mil.* 2. 3. 57. *& Sen. in Hippol. v.* 223. Obſervare fores. *Ovid.* 1. *Met. v.* 513. Non ego ſum paſtor: non hic armenta gregeſque Horridus obſervo. ¶ Et translate ſervare, tueri, obtemperare, *offervare, obbidire, adempire. Cic.* 2. *Offic. c.* 11. *a med.* Quin etiam leges latronum eſſe dicuntur, quibus pareant, quas obſervent. *Cæſ. l.* 5. *B. Gall. c.* 35. Obſervare præceptum diligentiſſime. *Salluſt. in Jug. c.* 82. imperium. *Sil. l.* 17. *v.* 78. fœdus. *Tacit. 4. Ann. c.* 37. Facta dictaque Auguſti vice legis obſervare. *Cic. pro Cluent. c.* 42. Neque periode, ut rem judicatam, obſervaverunt animaduerſionem auctoritatemque cenſoriam. *Id. Fam.* 13. *ep.* 27. Gratias ago, quod meas commendationes tam diligenter obſerves. *Tacit. de Germ. c. 9. extr.* Auſpicia ſortesque, ut quæ maxime, obſervant. *Salluſt. in Jug. c.* 55. Pars cedere, alii inſequi: neque ſigna, neque ordines obſervare. *Cic. Attic. l.* 5. *ep. ult. a med.* Obſervare centeſimas. ¶ Pro conſiderare. *Tacit. 14. Ann. c.* 6. Obſervans atiam Acceniæ necem, ſimul ſuum vulnus aſpiciens. ¶ Pro conſervare, ſervare, *conſervare, Lepid. ad Senat. Fam. in. ep. ult.* Exercitus conſuetudinem ſuam in civibus obſervandis retinuit. Al. leg. *conſervandis*. ¶ Sæpe eſt colere, venerari, aſſidue cum aliquo eſſe honoris & officii cauſa: quaſi attente obſervando tempora, & loca, quibus adeſſe, inſervire, & gratificari alicui poſſis, *coltivare, eſpreſſare, riverire, onorare, ſervire. Feſtus*: Obſervare dicitus, qui obſervat, quod cujuſque cauſa facere debeat. itaque is obſervat, qui colunde aliquem dicitus. *Cic. pro Planc. c.* 18. Neque hoc liberis noſtris intardicendum eſt, ne obſervent tribulee ſuas, ne diligant. *Virg. 4. Georg. v.* 210. regem non ſic Ægyptus, & ingens Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaſpes Obſervant. *Cic. Fam. 5. ep.* 8. *a med.* Me, ut alterum parentem, & obſervat, & diligit. *& lib. 4. ep.* 3. *extr. & lib.* 2. *ad Attic. ep.* 19. *extr.* Colere, & obſervare aliquem. *& lib. 6. Fam. ep.* 10. Aliquem obſervare & colere. *& lib. 9. ep.* 20. *ad fin.* Obſervare aliquem peroſſiciose & amanter. *& lib. 6. ep.* 10. diligenter.

OBSES, idis, m. & f. *oſtaggio, ſtatico, geggio*, ὅμηρος, qui in bello traditur alterius partis imperio, ea lege, ut ſi qui deait, *a* fide recedat, is qui accepit, jus habeat & poteſtatem in corpus vitamque ejus, qui traditus eſt. *Cæſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 14. Ut obſides acciperet, non dare conſueverint. *Cic. pro Leg. Manil. c.* 12. Obſides alicui impeare. *Salluſt. in Jug. c.* 58. dedere. *Juſtin. l.* 7. c. 3. dare in pignue futuræ pacis. *Liv. l.* 34. c. 35. *ſub fin.* Obſides, ea ita futura, daret quinque, quos imperatori Romano placuiſſet. *Nep. in Themiſt. c.* 7. Retinere aliquem obſidem. *Ovid. 8. Met. v.* 47. Me tamen accepta poterat deponere bellum Obſide. ¶ Ita dicitur etiam extra belluro, quicumque in alicujus rei fidem traditur, ſponſor. *Nep. in Phoc. c.* 2. *a med.* Phocion negavit eſſe periculum: ſeque ejus rei obſidem fore, pollicitus eſt. *Cic. Verr.* 5. *c.* 53. Tantum quod aratoribus Metellus obſides non dedit, ſe nulla in re Verri ſimilem futurum. *ſicurtà. & pro Cluent. c.* 66. Accipere aliquem obſidem nuptiarum. *& Catil. 4. cap.* 2. Parvulus filius, quem mihi videtur amplecti reſpublica, tanquam obſidem conſulatus mei. *Cæſ. l. 6. B. Gall. c.* 2. Civitatee jurejurando inter ſe confirmant, obſidibuſque de pecunia caveut. *Ovid. Heroid. ep.* 2. *v.* 34. Qui mihi conjugii ſponſor & obſes erat. *Senec. in Hippol. v.* 89. Cui me in penates obſidem miſos datam, hoſtique nuptam, degere ætatem in malis lacrymisque cogis? ¶ De rebus inanimis. *Cic.* 4. *Catil. c.* 5. Habemus a C. Cæſare ſententiam, tanquam obſidem perpetuæ in reipublicam voluntatis. *Id. pro Cal. c. ult.* Habet a M. Cælio reſpublica duas accuſationes vel obſides periculi, vel pignora voluntatis. *h. e.* certe argumenta, ne periculum ab eo timeatur. *Quintil. l.* 12. c. 7. Creditl ſunt etiam clari juvenes obſidem reipublicæ dare melioren civium accuſationem. Adde *Cicer. pro Cluent. c.* 30. *& ſa.*

OBSESSIO, onis, f. *aſſedio, πολιόρκησις*, actus obſidendi. *Cic. pro Dom. cap.* 3. Obſeſſione temptorum, occupatione fori. *Cæſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 83. Obſeſſionem omittere. *levat l' aſſedio. Suetou. in Cæſ. c.* 68. Obſeſſione caſtrorum muntreta. *Cic. in Piſon. c.* 17. Obſeſſio militaris vitæ. *h. e.* intercluſio, occupatio.

OBSESSOR, oris, m. *aſſediatore, πολιορκητὴς*, qui obſidet. *Cic. pro Dom. c.* 5. Fori depopulator, obſeſſus curiæ. *Liv. l.* 9. *c.* 15. Obſeſſor Lucerinæ urbis. *Tacit. 3. Hiſt. cap.* 73. Plus pavoris obſeſſis, quam obſeſſoribus intulit. ¶ Item qui ſedet, & moratur in aliquo loco. *Plaut. Pſeud.* 3. 2. 18. *de coque*. Hoc ego fui hodie ſolus obſeſſor foci. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 259. hydrus obſeſſor aquarum.

OCCŌ, as, avi, atum, a. 1. *rapicare*, *βοκανεύειν*, glebas infringo, & comminuo, & in pulverem redigo, ut jacte ſemina operiri poſſint. Aratur enim terra ſemel, aut bis, deinde crate vel raſtro franguntur glebæ aretro excitatæ: & hoc eſt *occare*: dictum vel ab *occædendo*, ſeu *acrædendo*, ut putant *Varro l.* 1. R. R. *c.* 31. & *Verrius* apud *Feſt.* quia glebæ cæduntur, & comminuuntur: vel ut ait *Cic. de Senect. cap.* 15. ab *ecrecando*, quia operiuntur ſemina. V. *Occatio*. Hoc fiebat tum ante ſationem, tum poſt, pro ratione agri ita poſtulantis. *Plin. l.* 18. *c.* 20. Aratione per tranverſum iterata, occatio ſequitur, ubi res poſcit, crata, vel raſtro, & ſato ſemine iteratio. (*Virg.* hæc ita exſequitur *l.* 1. *Georg. v.* 94. Multum adeo, raſtris terree qui ſtangit inertes, Vimineaſque trahit crates, juvat arva.) *Plaut. Merc. prol. v.* 72. Tibi aras, tibi occas, tibi feris, tibi eidem metis. *Horat. l. & ep.* 2. *v.* 161. Cum fegetes occat tibi mox frumenta daturus. *Plin. l.* 18. *c.* 21. Siliginem, far, triticum occato, farrito, cuncatu. *Colum. l.* 2. *c.* 4. Compluribus iterationibus ſic reſolvetur vervactum in pulverem, at vel uullam, vel exiguam deſideret occationem, cum ſeminaverimus. nam veteres Romani dixerunt male ſubactum agrum, qui ſatis frugibus occandus ſit. ¶ Habet locum etiam in cultura vineæ. *Varr. loc. cit.* Vites novellas fodere, aut arare, & poſtea occare, id eſt comminuere, ne ſit gleba. quod ita occidunt, occare dicunt. *Pallad. in Maio*, *c.* 4. Hoc uenſe urbores & vites, quæ ablaqueatæ fuerant, occare, hoc eſt operire jam convenit.

OCCŒPI. V. in *Occipio* in fine.

OCCUBITUS, us, m. mors. Eſt *Hieronymi epiſt.* 27. *ad Euſtoch. epitaph. Paulæ*, *ad fin.*

OCCŪBO, as, a. 1. *jacere*, *cadere*, *morire*, occumbo, jaceo. *Senec. in Hippol.* a. 997. Hippolytus flebili leto occubat. *Virg.* 5. *Æn. v.* 371. ad tumulum, quo maximus occubat Hector. *morte gravi*. Sic *lib.* 12. *v.* 706. urbe paterna occubat. *Id. l. c. v.* 550. ſi veſcitur aura Ætheria, neque adhuc crudelibus occubat umbris. *h. e.* degit inter mortuos. ¶ Præteritum *occubui* cum *accumbo* eſt commune.

OCCULCATUS, a, um, *calpeſtare*, calcatus, conculcatus. *Varr. l.* 1. R. R. *cap.* 13. Chare exterior operta ſtramentis ac palea occulcatu pedibus pecudum. *Al. leg.* conculcata. *Liv. l.* 27. *c.* 14. Et partim occulcatis, partim diſſipatis qui circa erant, nudaverant una parte aciem. Hic quoque alii leg. *conculcatis*.

OCCULCO, & Obculco, as, avi, atum, a. 1. *calpeſtare*, *καταπατέω*, proculco, conculco, calco. *Cato* R. R. *c.* 49. Ponito in ſcrobe, aut in ſulco, operitoque, & bene occulcato.

OCCULO, is, lui, cultum, a. 3. *coprire*, *celare*, *naſcondere*, *occultare*, *καλύπτω*, operio, abdo, condo, tego. Eſt ex *ob*, & *cela*: & proprie dici volunt, cum agrum colendo, arando, occando, ſemina aut plantas terra condimus, & contegimus. Hinc illud *Virg.* a. *Georg. v.* 346. quæcumque premes virgulta per agros, Sparge ſimo pingui, & multa memor occule terra. ¶ Utcumque ſit, univerſim udhibetur pro obſcondere, celare. *Cic. Arnic. l.* 5. *ep.* 15. Appii vulnera non refrico: ſed apparent, nec occuli poſſunt. *Id. Tuſcul.* a. *c.* 15. Feminæ parietum umbrie occuluntur. *Plaut. Maſtell.* 1. 3. 118. Iſtæ vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fuco occulunt. *Nep. in Alcib. c.* 9. In Thraciam ſe abdidit, ſperans ibi facillime ſuam fortunam oculi poſſe. *Virg. c. Æn. v.* 373. Claſſem in convexo nemoram ſub rupe cavata Occulit. *Liv. l.* 33. *c.* 1. Haſtatos anfractus viarum, velleſque interjecta occulebant. *Ovid.* 1. *Amor. el.* 8. *v.* 21. Fors me ſermoni teſtem dedit. illa monebat Talia: me duplices occuluere fores. *Id.* 2. *Faſt. v.* 216. Silvaque montanas occalere apta feras. *Id.* 14. *Met. v.* 816. Annuit omnipotens, & nubibus aëre cæcis Occuluit. *Senec. in Hippol. v.* 875. Effare: fido pectore arcana oculam. *Tacit.* 3. *Ann. c.* 16. Quorum ueutrum adſeveraverim: neqor tamen occulere debui narratum ab iit, qui, &c. *peſſer ſotre ſilenzio*, *ommettere*.

OCCULTATE, adverb. occulte. *Cic. pro Deiot. c.* 6. Quod igitur & occultatius conari, & efficere cautius potuit. Meliores codices habent *occultius*.

OCCULTATIO, nis, ſ. *naſcondimento*, *occultazione*, *κατακρύψις*, actus occultandi. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 50. *ad fin.* Cornibus tauri, aprі dentibus, morſu leones: uliæ fuga ſe, uliæ occultatione tutantur. *Id. c. de Fin. c.* 22. *c med.* Qua libido ſe non præripiet, ac projiciet aut occultatione propoſita, aut impunitate, aut licentia? *Plin. l.* 7. *c.* 45. Occultatio in ſpelunca.

OCCULTATOR, oris, m. *naſcanditore*, *occultatore*, *κατακρύπτων*, qui occultat, celator. *Cic. pro Mil. c.* 19. Suſtinuiſſet hoc crimen ipſe ille latronum occultator & receptator locus.

OCCULTATUS, a, um, *naſcoſto*, *occultato*, *ἀποκεκρυμμένος*, abditus, celatus. *Salluſt. in Jug.* t. 53. Neque plane occultati humilitate arborum. *Cic.* 4. *Acad.* t. 30. Latent iſta omnia craſſis occultata & circumfuſa tenebris. *Ovid.* 1. *ex Pont. ep.* 1. *v.* 17. & epiſtola cui ſit, Non occultato nomine, miſſa docet.

OCCULTE, *di naſcoſto*, *accuratamente*, *ἀφανῶς*, clam, obſcondite, latenter. *Plin. l.* 36. *c.* 2. Nec clam illud occulteque factum eſt. *Cic.* 1. *Agrar. initio*. Quæ ita uperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis oppugnatur. *Cæſ. l.* 7. *B. Gall. c.* 83. Quid agi placeat, occulte intra ſe conſtituunt. *Id. l.* 1. *B. Civ. c.* 66. Cum paucis equitibus occulte ad explorauda loca proficiſcitur. *Salluſt. in Catil. c.* 17. Eranc præterea complures pauln occultius conſilii hujus participes. *Cæſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 67. Diverſi itinere, quam potuit occultiſſime reliquas cohortes duxit. *Terent. Adelph.* 3. 2. 30. Amare occepit alium: neque id occulte ſert. *e non ſi naſcondo*. *Lucret. l.* 1. *v.* 314. Ferreus occulte decreſcit vomer in arvis. *inſenſibilmente*. Sic *Ovid.* 1. *Amor. el.* 8. *v.* 40. Labitur occulte, fallitque volubilis ætas.

OCCULTERIPĒDA. V. *Oculiscrepide*.

OCCULTIM, adverb. occulte. *Salm. c.* 4. (*al.* 10.) Occultim reparare.

OCCULTO, as, ui, atum, a. 1. *naſcondere*, *coprire*, *occultare*, *κρυπτάω*, abſcondo, abdo, celo, obtego: frequentat. ab *occule*. *Cic. l.* 2. *de nat. Deor.* c. 20. Stellæ tum occultantur, tum rurſus aperiuntur. *Id.* 1. *Offic. c.* 35. Quæ enim natura occultavit, eadem omnes, qui ſana mente ſunt, removent ab oculis. *Id. pro leg. Manil. c.* 3. Latebris ſe occultare. *Cæſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 27. Occultare fugam. *& lib.* 7. *c.* 73. inſidias. *& cap.* 45. legionem ſilvis. *Petron. in Satyr. c.* 123. gremio Penates. *Cæſ l.* 7. *B. Gall.* 1. 85. aliquid *in* terram. *& cap.* 83. ſe poſt montem. *& lib.* 6. *c.* 30. ſe in inſulis. *& rep.* 16. aliquid apud ſe. *Stat. 9. Theb. v.* 617. culpam ſub entris. *Plaut. Trin.* a. 2. 2. Neque latebroſe me ubi too conſpecta occultabo. *&* 3. 2. 1. Sta illico, noli averſari, neque te occulesſis mihi. *dixquiſis pro occultaveris*. *Cæſ. l.* 1. *B. Civ. c.* 31. Quippiam diſſimulare & occultare. *Cic.* 1. *Offic. c.* 30. Occultare & diſſimulare uppetitum voluptatis. *Id.* 2. *de Fin. c.* 24. Ue in fronte oſtentatio ſit, intus veritas occulretur. ¶ Sequaste infinito, *Plaut. Perſ.* 4. 3. 12. Res eſt quædam, quam occultabam tibi dicere.

OCCULTO, adverb. occulte. *Afrem.* apud *Chariſ. l.* 2. *pag.* 186. *Putſch.* Age, curre curſim ad Numiſium occulto.

OCCULTUS, a, um, *occulto*, *ſecreto*, *naſcoſto*, *κρυπτός*, latens, abditus, abſconditus, abſtruſus, involutus: ab *occule*, *te*. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* t. 18. Res occultæ & penitus abditæ. *Id.* 1. *Acad. c.* 4. Res occultæ, & ab ipſa natura involutæ. *Id. pro Roſc. Amer. c.* 36. Occultior, atque tectior cupiditas. *Id. Fam.* 11. *ep.* 21. *extr.* Si quid erit occultius, &, ut ſcribis, reconditum. *Id.* 3. *Verr. c.* 15. Occultum, inteſtinum, ac domeſticum malum. *Id.* 4. *Acad. c.* 19. Res occultiſſimas aperire, in lucemque proferre. *Virg.* 9. *Æn. v.* 383. Rara per occultas ducebat ſemita calles. *& lib.* 3. *v.* 695. occultas vias ugere ſub mare. *Ovid. l.* 3. *de ar. am. v.* 630. Et ferat occultas pura tabella notas. *Virg.* 3. *Georg. v.* 397. Et ſalis occultum referunt in lacte ſaporem. *Horat. l.* 1. *ad.* 12. *v.* 45. Creſcit occulta velut urbor ævo, Fama Marcelli. *Salluſt. in Catil. c.* 24. Tale periculum reipubl. ſtand occultum habuit. *non tenue ſecreto*. ¶ Abſolute *Cic. pro Cal.* t. 23. *ad fin.* Servi, quibus occulta creduntur. *ſi effidano i ſecreti. Tacit.* 15. *Ann. c. ultimo.* Occulta conjurationis tetevere. *& lib.* 1. *c.* 61. Occulta falſtuum ſcrutari. *& lib.* 4. *c.* 71. *extr. & lib.* 5. *c.* 4. *& lib.* 6. *c.* 7. (item *Claudian. in conſul. Mall. Theod. v.* 134.) Delationes exercebant alii propalam, multi per occultum. *occultamente*. *& lib.* 3. *c.* 18. In occulto tenere aliquid. *tener occulto*. *Liv. l.* 21. *c.* 20. *extr.* Silueret, fata in occulto eſſe. *Plaut. Trin.* 3. 2. 86. Nihil ego in occulto agere ſoleo. *Cic. pro Cluent. c.* 18. *extr.* Stare in occulto. *ſter naſcoſto*. *& rep.* 16. *ſub fin.* Multi viri boni cum eu occulto interveniſſent. *Terent. Eun.* 4. 7. 17. Fundam tibi vellem dari, ut illos procul hinc eu occulto caderes. ¶ *Occultus homo*, tectus, fictus, diſſimulator. *Cic. Fam.* 3. *ep.* 10. *a med.* Si me aſſatum & occultum lubat fingere. *Liv. l.* 25. *c.* 16. Ab occultis cavendum hominibus, conſultiſque. *Tacit. 6. Ann. ſub fin.* Occultus ac ſubditus fingendis virtutibus. *& lib.* 4. *cap.* 7. Occultus odii. *h. e.* odium celans. ¶ *Occultus* pro *occulte*, *Id. Ann.* 3. *t.* 29. Neque tum fuiſſe dubitaverim, qui ejuſmodi preces occulti illuderent. *& lib.* 4. *t.* 12. Domum Germanici revirefcere, occulti lætabantur. *& cap.* 40. Exceſſiſſe te jampridem equeſtre faſtigium, non occulti ferunt. *h. e.* palam agre ferunt. ¶ Occultum offerre (*al.* effere) ſignificat ſub terrum ferre, ponere. *Feſtus*.

OCCUMBO, is, occubui, bitum, n. 3. *cadere*, *tramontare*, *καταλήγειν*, cado, occido. *Velleï. l.* 2. *c.* 70. Et ita in gladium occubuit. *Al. leg.* incubuit. *Juſtin. l.* 37. *c.* 2. Cometes cum oriretur, occumberetque, quotuor horarum ſpatium conſumebat. ¶ Fere de eo

ſu mortis dicitur, *morire*, *cadere morte*, quaſi ob mortem cadere, morti ſuccumbere: & præſertim illata ab alio nece cadere. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 18. Fartur & aute annoe occubuiſſe ſuoe. *Val. Flacc* l. 3. v. 169. occumbens Herculis armis. *Lucan. l.* 9. v. 567. occumbere in armis. *morire armato*. *Suetou. in Aug. c.* 12. *extr.* Pro libertate eos occubuiſſe. *Juſtin. l.* 7. *c.* 52. Inſidiis matris appetitue occubuit. ¶ Dicimus *occumbere mortem*, *morte*, & *morti*. *Sil. l.* 13. v. 380. & *Enn.* apud *Priſcian. ſub fin. l.* 6. licuit pugnanti occumbere letum. *Cic.* referens dictum cujuſdem Lacænæ t. *Tuſcul. c.* 42. *extr.* Idcirco genueram, ut eſſet, qui pro patria morteio non dubitaret occumbere. *Al. leg.* morte. *Curt. l.* 4. *c.* 25. *a med.* Anta oculne fui quiſque regit moctem occumbere decebant agreqium. *Liv.* vertens Græcam Inſcriptıon. *l.* 26. *c.* 25. *a med.* Qui pro patcia pugnantee mortem occubuerunt. *Al. leg.* appetierunt. *Id. l.* 31. *c.* 28. Qui pagnentes mortem occubuiſſent. *Al. leg.* morte. *Suetou. in Aug. c.* 13. Filius quoque voluntariam occubuiſſet necem. *Hoc quoque el.* voluntaria nece. *Liv. l.* 1. *c.* 7. Cacus ictus clova morte occubuit. *Val. Flacc. l.* 1. v. 633. ſegni occumbere leto. *Virg.* 2. *Æn.* v. 62. Seu verſare dolos, ſeu certæ occumbere morti. *Enn.* apud *Serv. hoc loco*. Pro voſtra vita morti occumbant fociter. *Ovid.* 15. *Met.* v. 499. & *Phædr. l.* 4. *fab.* 1. v. 14. Occumbere neci. ¶ *Occumbere aliquo*, manu alicujus. *Sil. l.* 5. v. 260. Rullo diſſidiamus agei Occumbis, generoſe Volume. *per modo de Rullo*. & *Claudian. de B. Get.* v. 74. dum vellere Pelion Otus Natıpæ, occumbit Phœbo. ¶ Legitur & *obcumbo*.

OCCUPATIO, onis, f. *præoccupatione*, *occupatione*, *occupamento*, ὑφάλωσις, προκατάληψις, actus occupandi, nbſeſſio, invaſio. *Cic. pro Dom. c.* 3. Obſeſſio templorum, occupatio fori, oppreſſio curiæ. *Id.* 1. *Offic. c.* 7. Sunt autem privata nulla natura, ſed aut veteri occupatione, ut qui quondam in vacue vevecunt, aut victoria, aut lege, &c. ¶ Apud Rhetores eſt figura ſeatentiæ, quæ & *præſumptio* dicitur, cum id, quod nbjici poteſt, occupamus, & diluimus. *Ante occupato* dicitur a *Cicer.* 3. *de Orat. c.* 53. *ad fin.* & *præſumptio* a *Quintil. l.* 9. *c.* 2. ubi pluree ejus ſpecies, præmunitionem, confeſſionem, prædictionem, emendationem, præparationem, &c. ſubjectis etiam exempiis, exponit. *Occupationis* exempla V. ip *An.* ¶ Præterea *Occupatio* eſt, cum dicimue, nos præterire, aut non ſcire, auc nolla dicere id, quod tuac maxime dicimus. Ita *Auſt. ad Herenn. l.* 4. *c.* 27. Alius dicitur *præterire*. ¶ Sæpe eſt negotium, res agenda, quæ detinet animum, & impedimento eſt, ne aliis rebus vacet, *occupazione*, *affare*, πράγμα. *Cic. in Orat.* c. 10. In maxime occupationibue tuie nunquem intermittis ſtudia doctrinæ. *Cæſ. l.* 4. *B. Gall. c.* 22. Neque has tantularum rerum occupationes ſibi Britanniæ anteponendae judicabat. *Nep. in Attic. c.* 20. Cum propter ſuas infinitas occupationes minus ſæpe Attico frueretue. *Cic. Fam. 7. ep.* 17. *a med.* Cum ille aut occupatione, aut difficultate tardior tibi erit viſus. *Id. Attic. l.* 1. *ep.* 19. Vie huic tantulæ epiſtolæ tempus habui, atque id ereptum a ſummis occupationibus. *& lib.* 3. *ep.* 20. Ab omai occopatione ſe expedire. *& lib. & ep.* 16. Relaxare ſa occupatione. *libroruſ*, *ſcriptoruſ*. & *Fam.* 10. *ep.* 28. & *lib.* 12. *ep. ult.* Maximis occupationibus impediri. *Id.* 1. *de nat. Deor. c.* 19. implicari. *Id.* 2. *Attic. ep.* 23. Ex eo colligere poteris, quanta occupatione diſſimeat. *Senec. de conſol. ad Marc. c.* 2. *a med.* Studia, hareditarium & paternum bonum, ſurdas aures, icrita ac vie ad brevem occupationem proficienta ſolatia tranſeuot. *b. c.* avocamentum a dolore.

OCCUPATITIUS AGER, κατακτηθὲν χωρίον, qui defectus a culeoribus proprtis, ab alue occopatur. *Feſtus*.

OCCUPATORIUS AGER, idem fere, quod occupatitius. V. *Arceſinatis*.

OCCUPATUS, us, m. occupatio. *Cloud. Mamert. ep. ad Sidon.* (*qua eſt inter ejuſdem Sidonii epiſt. l.* 4. *ep.* 2.) Æquus tam ee occupatu unquam implicabere, quin, &c?

OCCUPATUS, a, um, *occupare*, *preſo*, *præoccupato*, προκατειλημμένος, captue, ante captus, invaſus, nbſeſſus. *Cæſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 109. Alter accepto vulnere occupatus, per ſuos pro occiſo ſublatus eſt. *Id. l.* 6. *B. Gall. c.* 11. Partam finitimi agri per vim occupatam poſſidebant. *Hirt. de B. Alex. in fin.* Tetrarchia occupata & poſſeſſa a Dejotaro. *Martial. l.* 3. *epigr.* 82. Jacet occupato galbenatus in lecto. *b. c.* quem totum mole ſui corporie implet. *Salluſt. in mar. Lepidi contra Sull.* Res per ſcelus occupatas dimittare. *Tacit.* 3. *Hiſt. c.* 35. Tranſitus Alpium præſidiis occupati. *Juſtin. l.* 5. *c.* 8. *in fi.* Citam itinere miſerunt, qui eum intercıperent: a quibus occupatus, &c. *exagitatus*, *ſorpreſo*, *oppreſſo*. & *lib.* 2. *c.* 12. a *med.* Græci adventu hoſtium occopati prælium capaſſunt. *prevenuto*. *Curt. l.* 9 *c.* 7. *a med.* Macedo gladium corperat ſtringere: quem occupatum compleeu, pedibus repeate ſubductis, Dorippus arietavit in terram. ¶ Translate *Liv. l.* 27. *c.* 21. Beneficiis Scipioate occupatos omaium animos publice privatimque eſſa. ¶ *Occupata pervenire*, quam quis ad aliquid emendum impendit, *denaro inveſtito*. *Plaut. Epid.* 2. 2. 113. Atque id non decem tibi erit occupatum argeatum dies. ¶ *Occupare urbi*, plena quidem ædificiis, ſed ſine ordine. *Liv. l.* 5. *in fin.* Feſtiuſtio curam exemit vicos dirigendi, dum, omiſſo fai alteraique diſcrimine, ta vacuo ædificant. Ea eſt cauſa, ut forma urbis ſit occupatæ magia, quam diviſæ ſimilis. ¶ Sæpe eſt diffentes, diſtractus, implicatus, impeditus negotm aliquo, ita ut non poſſit alii rei operam dare, *occupato*, *imbarazzato*, *impedito*, ἄσχολος: cui opponitur osmſus, vacuus, liber. *Cic. 3. Tuſcul. c.* 3. Ut ſi occupoti proſumus aliquid civibus aoſtrie, profimus atiam, ſi poſſumus, otioſi. *Id. Attic. l.* 20. *ep.* 9. Feſtinabam, eramque occupatior. *& lib.* 12. *ep.* 38. Non dubito, quin occupatiſſimus fueris, qui ad me nihil litterarum. *Id. l.* 2. *de Orat. c.* 56. *a med.* Suſpenſo & occupato animo aliquid facere. *Cæl. ad Cicer. ſ. Fam. ep.* 4. Comitiorum dilationet occupationem me habebant. *Cic. pro Cæl. c.* 19. Amores autem, & hæ, deliciæ quæ vocantur, nunquim hunc occupatum impeditumque tanuerunt. *Plaut. Moſtell.* 4. 3. 16. Niſi quid magie ex occupatus, operam mihi da. *Id. Merc.* 2. 2. 16. Quamquam negotium eſt, ſi quid vie, Demipho, non ſum occupatus unquam amico operam dare. *b. c.* quia amico operam dem, aut dare queam. *Terent. Phorm.* 3. 2. 17. Alia cum occupatue eſſet ſolicitudina. *Nep. in Annib. c.* 7. Cum in apparando ueerrime eſſet occupatos. *Id. in Alcib. c. ſ.* In eo erat occupatus, ut bellum quam diutiſſime duceret. *Cic. pro Planc. c.* 27. Ecquid ego dicam de occupatis meis temporibus, cui fuerit ne otium quidem unquem ociofum. *Id.* 1. *de Legib. c.* 3. Neque enim occupata opera, neque impedito animo res tanta ſuſcipi poteſt. *Phædr. l.* 2. *fab.* 5. Eſt ardelionum quædam Romæ natio Trepide concurſans, occupata in otio, Gratis anhelans, multa agendo nihil agens. ¶ *Occupatus alicui rei*, h. e. in aliqua re. *Plin. l.* 26. *c.* 2. Sedere hic in ſcimlie auditioni occupatus gratius erat, quam, &c. Ita quædam Editiones, præſertim veteres: ſed *Hardouin.* cum *Aldo*, & al. *operatus*. ¶ Scribebat meretria in fronta callæ, *occupatam eſſe ſe*, cum uno admiſſo amatore, alios excluſos volebat. *Plaut. Aſin.* 4. 1. 15.

OCCUPO, onis, m. cognomen Mercurii, qui furum deus eſt aliena bona occupantium. *Perſon. in fragm. Tragor. cap.* 58. *Burm. a med.* Sed res, & lectio incerta eſt.

OCCUPO, ae, avi, atum, a. 1. *occupare*, *invadere*, *impoſſeſſorſi*, προκαταλαμβάνω, iovado, obſideo, capio, uſurpo, teneo, præſertim cum aot ſubito, aut celeriter id fit: ex *ob*, & *capio*. *Cic. Agrar. 2. c.* 28. Totam Italiam fuæ præſidiis obſidere atque occupare cogitat. *Id.* 3. *de Fin. c.* 20. Theatrum cum commune ſit, recte tamen dici poteſt, ejus eſſe eum locum, quem quiſque occuparit. *Id. Phil.* 13. *cap.* 5. Agri Luctai poſſeſſiones occupare. *Liv. l.* 33. *c.* 31. Patent urbes opportunæ ad occupandum. *Cæſ. l.* 1. *B. Civ. c.* 11. *extr.* Piſaurum, Fanum, Anconam ſingulis cohortibus occupat. *Terr.* 4. *Hiſt. c.* 47. Valida manu montem occupat. *Horat. l.* 1. *od.* 14. v. 2. Occupare portum. *Cic. de Amic. c.* 12. & *Phil.* 5. *c.* 6. regnum. *& lib.* 2. *Offic. c.* 23. tyrannidem. *Plaut. Trin.* 5. 2. ca. Familiam optimam occupavit. *b. c.* ingreſſus eſt, nactus eſt. *Ovid.* 3. *Faſt* v. 509. Occupare aliquem ampleu. *tenere abbracciando*. ¶ Pro implere, impedire, *ingombrare*, *occupare*, *Horat. l.* 3. *od.* 29. v. 44. atra nube polum, patec, occupatu. *& od.* 24. v. 3. Cæmentis licet occupes Tyrrhenum omne tuis. *Propert. l.* 2. *el.* 5. v. 28. Et malo defertos occupat herba deos. ¶ Pro implece ſerendo, *Colum. l.* 2. *c.* 10. *de lente*. Jugerum agri paulo plue quam modius occupat. Adde *cap.* 11. ¶ Pro ferire, *percuotere*, *ferire*, *Virg.* 10. *Æn.* v. 699. Sed Latagum ſaun, atque inpenti fragmine montis Occupat ne faciemque adverſam. Ubi *Servius*: pro Latagi os occupat: & eſt Græca figura in Homero frequens, ut ſi dicas, ἔκυρσε Λ' ἐπὶ ῥῖν τῷ ἐπὶ ὀφθαλμῷ, Achillem percuſſit pedem, pro Achillis pedem. *Id. 9. Æn.* v. 770. gladio occupare aliquem. *Ovid. Met.* 3. v. 48. Occupare aliquem morſu. *Propert. l. & el.* 4. v. 82. vocalee occupat enſe canes. ¶ Pro tenere, capere, ligare, prehendere, *tenere*, *prendere*. *Virg.* 4. *Georg.* v. 440. Cum clamore ruit magno, manuſque jacentem Occupat. *& verſ.* 190. ſeſſos ſopoc occupat artus. ¶ aggredi, & conficere, *aſſalire*, *ammazzare*, *Propert. l.* 4. *el.* 10. v. 13. Hunc vidit ante cavae vibraatem ſpiculo turres Romulus, & votit occupat anta catis. *Terent. Andr.* 1. 5. 62. Mors continuo ipſam occupat. ¶ anteice, præire, *andar innanzi*, *precorrere*. *Ovid.* 1. *Triſt. el.* 10. v. 5. *de novi*. Nec comites volucri contenta eſt vincere curſu: Occupat egreſſas quamlibet ante rates. ¶ detinere, *trattenere*. *Tibull. l.* 1. *el.* 11. v. 39. Quam potius laudandus hic eſt, quem proſa parata Occupat in parva pigra ſenecta caſa. ¶ *Occupare pecuniam* eſt ponere, collocare vel fenore, vel in emptione rei cujuſpiam, *inveſtire*. *Cic. pro Flacc. c.* 21. Pecuniam adoleſcentulo grandi fenore, fiducia tamen accepta, occupavifti. *Id.* 3. *Verr. c.* 36. Pecunias occuparat apud populos, & ſyngraphae fecerat. *Colum. l.* 1. *c. ſ. a med.* Occupare pecuniam animalibus, aut alia rebue promercalibus. *& l.* 11. *c.* 1. *a med.* Occupace pecuniam in pecore. Contra *otioſam pecuniam* dicimus, quæ in arca detinetur, & nullas pacit uſurae. V. *Otioſus*. ¶ Translate a primit ſignificationibus *Cic. pro Font. cap.* 5. Vult magnitudine rei ſic occupare animos eorem, qui audiunt, ut difficilis aditus veritati inveniatuc. *Id. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. *c.* 13. Ante occupatue animus ab iracundia, quam providere cario poruit, ne occuparetur. *Id. 6. Verr. cap.* 51. Superſtitio mentee Siculorum occupavit. *Virg. Æn.* 3. v. 104. Incredibilis rerum fama occupat aures. *& lib.* 4. v. 409. pallor occupat nca. *& lib.* 7. v. 446. juveni ſubitus tremor occupat artus. *Cæſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 39. Tantus timor omnem aaercitum occupavit. *Liv. l.* 5. *c.* 38. Pavor fugaque occupaverat animoe. *Tibull. l.* 4. *carm.* 4. v. 5. macies tsbeates occupat artus. ¶ Sæpe eſt prævenire, ante capere, antevortere, præſumere, præcipere, *prevenire*, *preoccupare*, φθάνω. Hanc *Nonius c.* 4. *n.* 318. putat primam & propriam hujus verbi vim & notionem. *Cic. in Orat. c.* 40. Ut ante occupet, quod videat opponi. *Id. Tuſcul.* 5. *c.* 9. *ad fin.* Occupavi, inquit, te Fortuna, atque cepi, omneſque aditus tuos interclusi, ut ad ma adſpirare non poſſes. *Phædr. l.* 5. *fab.* 8. v. 2. Calvus, comoſa fronta, nudo corpore, Quem ſi occuparis, teneas. *ſe tu le ſorprenda*. *Plaut. Stich.* 3. *c.* 33. Ego per hortum amicam tranſibo meam, mihi hanc occupatum nolitem. *ad impegnare*, a *fermare per me*, *prima che altri mi tolga il luogo*. *Senec. ep.* 70. *ante med.* Stultitia eſt, timore mortis mori. exſpecta. quid occupas? *Sreec. oitre in Phœniſſ.* v. 416. Occupa, matet, preces. *b. c.* feſtina

Digitized by Google

re precari, antequam fratres ſe mutuo petant. *Id. in Herc. Oet. v.* 435. & *in Agam. v.* 193. & *in Thyeſt. v.* 203. Occupare ſcelus. *h. e.* facere, antequam alter faciat. *Phædr. l.* 2. *in epil. v.* 5. Quoniam occuparat alter, ne primus foram, Ne ſolus eſſem, ſtudui. *Plin. in Paneg. c.* 10. Illa jure principis occupavit, primuſque fecit, quod omnes facturi erant. Adde *Pacuv.* & *Varron.* apud *Non. loc. cit.* ¶ Cum infinito *Liv. l.* 1. *c.* 14. Priuſquam tantum tabocis eſſet, quantum futurum apparebat, occupant bellum facere. *& cap.* 30. *ad fin.* Occupat Tullus in agrum Sabinum tranſire. *Horat. in ſ. od.* 18. *l.* 2. repere occupat. *Plaut. Pſeud.* 4. 1. 15. Volo, tu prior ut occupes ndire. Addè *Pon.* 1. 2. 107. & alibi, & *Turin.* & *Varron.* apud *Non. loc. cit.* ¶ De eo, qui prior loquitur, *Stat. Theb.* 7. *v.* 538. hic juſtæ Tydeus memor occupat iræ: Me potius fuci, &c. ¶ *Occupare ſibi aliquid confiſtum*, *Plaut. Men.* 5. 2. 94. ante capere, invenire. ¶ Nonnunquam eſt diſtinere, impedire, ita ut ad alia neqeas animum & operam adcartere, *tener occupate. Plaut. Men.* 3. 1. 6. Illum dii omnes perduint, qui primus commentus eſt cunctionem, hacque ra homines occuparos occupat. *Col. ad Cicer. Fam.* 8. *ep.* 10. Hæc cauſa primos menſes occupabit. *Plaut. Pſeud.* 1. 5. 134. Da operam, quæſo, mihi, ut quod te ad aliud occupes negotium. *Terent. Hecyr. prol. v.* 4. Ita populus ſtudio ſtupidus, *in* funambulo animum occupabat. *Liv. l.* 33. *c.* 40. *ad fin.* Occupari aliarum rerum cura. ¶ *Occupo* eſt illud *Senec. in Troad. v.* 497. Miſer occupet præſidia, ſecurus legat. *h. e.* quod primum ſe offert, arripiat. ¶ *Occupoſſim*, *as*, *at*, antique pro *occupaverim. Plaut. Aſin.* 4. 2. 9. & *Muſtell.* 5. 1. 48.

OCCURRO, & Obcurro, is, occurri, & *aliquando* occucurri, curſum, *v.* 3. *andare*, a *venire*, *e correre*, *e forſi incontrare*, *dwavrdw*, obviam eo, aut venio: ex *ob*, & *curro. Caſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 79. *extr.* Domitius ad Ægiolum Cæſeri venienti occurrit. *Brut. ad Cicer. ep.* 6. Scripſi ad eum, ut mihi Heracleam occurreret. *Plaut. Merc.* 1. 2. 88. Illico occucurri, atque interpellо. *Sallaſt. in fragm.* apud *Perſian. l.* 10. *pag.* 882. *Putſch.* Quos adverſum multi as Bithynia volentes occurrêre. *Plaut. Epid.* 2. 2. 30. & *Liv. l.* 4. *c.* 40. Occurrere obviam alicui. *Horat. l.* 1. *ep.* 1. *v.* 94. Si cortatus inæquali toeſore capillos Occurri, rides. *ſe mi ei preſeuse*, *ſe mi ei ſa vedere. & lib. c. ſat.* 4. *v.* 135. ſic dulcis amicis occorram. ¶ Item obvium ſio reſiſtendi, & pugnandi cauſa, *apporſi. Caſ. l.* 1. *B. Civ. c.* 40. Legiones quatuor tmaſjecit, duabuſque Fabianis legionibus occurrit. *& lib.* 2. *cap* 27. Etiam inermes armatis occarrebant. ¶ Eſt etiam iocidere, caſu iocurrere, *obbatterſi. Id. l.* 4. *B. Gall. c.* 26. Quibuſcumque ſignis occurraiat, ſa aggregabat. *& lib.* 3. *c.* 6. Alio ſe ſa io hiberna conſilio veniſſe meminecat, aliis occurriſſe rebus videbat. ¶ Ratione loci aſt contra ſitum eſſe, adverſum ſtare, oppoſitum eſſe. *Plin. l.* 5. *c.* 24. *de Euphrate*. Apud Elegiam occurrit ai Taurus mons. *Id. l.* 6. *c.* 26. Media oblique Parthiæ occurreos. *& lib.* 3. *c.* 10. Quem locum occurrens Therinæus ſinus pæninſolam efficit. *Stat.* 1. *Theb. v.* 114. abrupta quæ plurimus ærea Citharon Occurrit cælo. *h. e.* contra cælum acigitur. ¶ Eſt etiam occurrere, advenire in tempore, *occorrere*. eum *ob* pro *ad* olim uſurpatum eſt. *Plaut. Pon. prol. v.* 43. Nunc dum ſcribiltæ æſtuaot, occurrite. *Cic. Verr.* 5. *c.* 27. Quamprimum aliam aivitatem occurrere. *h. e.* ad aliam civitatem feſtine tranſire. *Id. Phil.* 1. *c.* 4. Non quo me ud tempus occurſurum putarem, ſed, &c. *Valer. Max. l.* 4. *c.* 4. *n.* 7. Quod ad cauſam dicendam non occurriſſet. *Liv. l.* 31. *c.* 29. Conciliam Ærolorum futurum erat. Huic ot occurrerent, legati regis itæ accelererunt. *& mox*. Athenienſium quoque legati ad id concilium occurrerunt. *Hirt. de B. Afric. c.* 68. Suppetias occurrere alicui. ¶ Cum iofinito *Lucret. l.* 3. *v.* 909. nec dulces occurreot oſcula nati præripere. ¶ Translata aſt offerre ſe vel animo, vel oculis, io mentem venire, *ſovvenire*, *forſi vedere*, *preſentarſi. Colum. l.* 2. *c.* 2. *circa med.* Oculis ejus tot paludes, tot atiam campi ſalinarum occurrerent. *Caſ. l.* 7. *B. Gall. c.* 85. Utriſque ad animum occorrit, unum illud eſſe tempus, quo maxime conveniat. *h. e.* ad animum addendum. *Cic. 2. de Orat. c.* 24. *ad fin.* Cum rem penitus cauſamque cognovi, ſtatim occurrit animo, quæ ſit cauſa ambigui. *Plin. l.* 29. *c.* 1. Occurrit cogitatioci, quonam modo, &c. *Cic.* 4. *de Fin. c.* 17. Qui quodcumque io mentem veniat, aut quodcumque occorrat, ſa ſequi dicaot. *Id.* 1. *de Orat. c.* 33. Omnes loci aoquirentibus nobis offendunt ſe & occurrunt. *& lib.* 2. *c.* 34. *extr.* Omne, quod *exit* io re, occurret atque iuoidet. *Id.* 3. *de Orat. c.* 49. *a med.* Neque vos paon, aut herous ille conturbet. ipſi occurrent omtioni: ipſi, inquam, ſe offerent & reſpondebunt non vocati. *Id. pro Mil. c.* 9. Occurrebat, mancam ac debilem prætumm ſuam futuram, conſule Milone. *Senec. de Provid. c.* 6. Illi, quos pro felicibus aſpicitis, ſi non, qua occurrunt, ſed qua latent, videritia, miſeri ſuot. *h. e.* appareot, videntur. *Cic. in Orat. c.* 32. *in fi.* Hæc tenenda ſunt oratori. Iæpe enim occurrunt. *h. e.* offeruntur & uſuveniunt, *occorrono*. ¶ Cum infinito *Plin. l.* 24. *c.* 17. Occurrit aliqua dicere & de magicis herbis. ¶ Item ultro venire, ultro offerri. *Cic. pro Dejot. c.* 14. Non deben, C. Cæſar, teotara, quonam modo miſericordiam tuam commovere poſſim. aihil opus eſt. occurrere ipſa ſolet ſupplicibus & calamitoſis, nullius oratione evocata. ¶ Irem reſiſtere, repugnare, opponere ſe, *apporſi. Cic. Catil.* 3. *c.* 7. *ſub fin.* Omnibus ajus conſiliis occueri atque obſtiti. *Id. de Fato*, *c.* 18. Itaque illi mtioni, quam paulo aote concluſi, ſic occurrit: ſi omnia fato fiant, &c. *Brut. ad Cicer. Fam. l.* & *ep.* 11. Malivolentiæ homioum io me, ſi poteris, occurres. ¶ Item reſpondere. *Val. Flacc. l.* 7. *v.* 222. tum cetera rumpit Occorritque Venus: tu nunc mihi cauſa viarum, &c. *Quinctil. l.* 1. *c.* 5. (*al.* 9.) Ut ſi dicenti, *quem video?* ita occurras, *ego*. ¶ Paſſive imperſonaliter *Cic.* 4. *Acad. c.* 14. Si negabant, vera a falſis poſſe diſtingui, qui poteruot longius progredi? occurretur enim, ſicut occurſum eſt. *ſi reſpondetà*, *ſi obbiettetà*. & *lib.* 2. *Offic. c.* 2. Occurritur autem nobis, & quidem a doctis & eruditis, quærentibus, ſatiſne conſtanter facere videamur, qui, &c. *Quintil. l.* 7. *c.* 6. Contra ſcriptum tribus generibus occurritur. ¶ Pro impedira, præcenire, mederi, remedium afferre, *evvitare*, *rimediare*, *provvedere*: præſertim ſi de malo agatur, quod nondum accidit. *Cic. 6. Verr. c.* 47. Sentio occurreodum eſſe fatietati aurium animoeumque veſtrorum. *Val. Max. l.* 8. *c.* 5. *n.* 1. Ne potentia inimicorum oppreſſiſſe videretur, occurſum eſt. *Perſ. ſat.* 3. *v.* 64. *nenienti* occurrite morbo. *Plin. l.* 32. *c.* 9. Tuoninibus & loſtationibus occurrunt. *Cic. pro Cluent. cap.* 23. Sed ego occuram exſpectationi veſtræ, judices. *Nep. in Pelop. c.* 1. Utrique rei occuram quantum potero, & medebor cum ſatietati, tum ignorantiæ lectorum. *Perſ. ſat.* 1. *v.* 62. poſticæ occurrite ſannæ. ¶ Item præveoire, occupare, *anticipare*. Cum accuſativo communi *Pallad. in Aug. c.* 7. Nunc etiam, quæ Julio non occurerimus, aſequemur. ¶ Pro *occucurri* dixerunt etiam *occucurri*, ut *memordi*, *pepoſci*, mollioda, credo, vocis cauſa. *Ælius Tubero* apud *Gell. l.* 7. *c.* 9. Si generalis ſpecies occecurrit.

OCCURSACULUM, i, o. quidquid alicui occorrit. *Apul. in Apolog.* Noctium occurſacula. *h. e.* ſpectra.

OCCURSATIO, onis, f. actus occurſandi, *dvvarrvors*. *Cic. pro Planc. c.* 12. Facilis aſt illa occurſatio, & blanditia popularis. *h. e.* oltro citroque, forſum prorſum curſitatio vel ſalutandi, vel conveniendi, vel prendendi cauſa. *Id. pro Mil. c.* 35. Veſtras & veſtrorum ordinum occurſationes, ſtudia, ſermones ſecum ablaturum eſſe dicit.

OCCURSATOR, oris, m. qui occurſat. *Auſon. Edyll.* 2. *v.* 25. Non occurſatus, non garrulus obvia cerneus. *h. e.* opportune importune aliis occurreus ſciſcitandi, colloquendi, ſalutandi cauſa.

OCCURSATRIX, icis, f. occurſans. *Feſt.* in *Spinptrix*. Occurſatris artificum, perdita ſpinptyroix.

OCCURSIO, onis, f. *incontro*, *dvdevrwo*, actus occurrendi. *Suipic. Severi. dial.* 1. *cap.* 21. Gaudet ſalutationibus, ioſtatur occurſionibus.

OCCURSITO, as, idem ac occurſo. *Solin. c.* 25. (*al.* 38.) *de elephantis*. Si conſertis pecoribus occoeſtent.

OCCURSO, as, avi, atum, o. t. *forſi incontro*, *dvavrdw*, obvius fio: frequentativum ab *occurro*. *Virg. Ecl.* 9. *v.* 24. & inter agendum Occurſara capro, comu facit illa, caveto. *Turit.* 3. *Ann. cap.* 20. Promptus inter tela occurſat fugientibus, ioerepat ligniferos. *Caſ. l.* 5. *B. Gall. c.* 43. *a med.* Occurſat actus gladio, comminuſque rem gerit Vareous. *Gell. l.* 3. *c.* 7. Promptiſſimus ad occurſandum pugnandumque. *Plin. l.* 16. *c.* 2. Occurſantes inter ſe radices. *Id. l.* 37. *c.* 51. Mobili occurſente membrana iutus. *h. e.* adverſa, & quaſi ſe opponeota. ¶ Pro accurrere, advenire. *Plaut. Trucul.* 2. 2. 27. Quid tu hinc occurſas, in nebem quotieſcumque adveniens? ¶ Pro in mentem veoire. *Plin. l.* 2. *ep.* 3. Occurſant varha, fed qualia? quæſita & exculta. *& lib.* 5. *ep.* 5. *ad fin.* Occurſaot aoimo mea mortalitas, mea ſcripta. ¶ Cum accuſatioeo *Plaut. Mil.* 4. 2. 56. Ita me occurſoe multæ: meminiſſe haud poſſum. ¶ Traoslate *Plin. in Paneg. c.* 25. *ſub fin.* Iatercedere caſibus, occurſara fortunæ. *h. e.* obviam ire, & prævenira *Sallaſt. in Jug. c.* 87. Et ea agera ioter invidve, occurſantes factioſos, opinione, Quirites, aſperitus aſt. *h. e.* contra nirentes, adverſantes. *Plin. in Paneg. c.* 81. Pia meote adire lucos, occurſare numinibus. *h. e.* ante ea ſe ſiſtere, & adoeare.

OCCURSIO, onis, f. *incontramento*, occurſus. *Senec. de conſol. ad Marc. c.* 18. Videbis oocturnam lunæ ſucceſſionem a fraterois occurſionibus leue remiſſumque lumeo mutuantem. *Al. leg.* occurſibus. *Sidon. l.* 7. *ep.* 10. Supereſt, ot ſollicito veneratori aolpam iarz occeſſionis indulgeas. *h. e.* quod rero te viſae.

OCCURSOR, oris, m. qui occurrit. *Auguſtin. l.* 6. *de Muſic. c.* 6.

OCCURSORIUS, a, um, adject. *Apul. l.* 9. *Metam.* Ut primum occurſoriam potionem, & inchoatum guſtum extremis labiis contingebat adoleſceos, &c. *h. e.* quæ prima occurrit, & guſtatur io cœna. *ſuſtorie* etiam dicta, & *promuſſa*.

OCCURSUS, os, m. *incontramento*, *incontro*, *dvdvrnoo*, actus occurreodi, obviam itio, incurſio. *Ovid. 14. Met. v.* 255. Milla lupi, mixtæque lopis urſæque, lezque Occurſu ſecere metum. *Tacit. Ann.* 4. *c.* 60. Occurſum alicujus vitare. *& lib.* 3. *Hiſt. c.* 85. declinare. *Plin. l.* 36. *c.* 13. *de labyrintho*. Itiverem ambages, occurſuſque ot recurſus ioexplicabiles. *Ovid. 15. Met. v.* 522. Rota ſtipitis occurſu fracta ac disjecta. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *ſect.* 61. Dentes ferrati pectinatim cocuntes, ot contrario occurſu atterantur. *Id. l.* 2. *c.* 47. Jugi modici occurſo tantus ille ventorum coercetur. *h. e.* objectu.

OCEANITIS, dis, f. filia Oceani, Ω'κεανῖτις. *Virg. l.* 4. *Georg. v.* 341. Clioque, & Beroe ſoror, Oceanitides ambæ. Adde *Hygin. in præfat.*

OCEANUS, i, m. *Oceano*, *mare Oceano*, Ω'κεανὸς, mare magnum, quo tota ciogitur terre: ex quo inBuit inter Afeicam, Aſiam, & Europam, quod dicitur mediterraneum; inter Germaniam & Scandinaviem, quod Balticum, &c. A teris, quas alluit, varia habet nomina, ut Atlanticus, Scythicus, Indicus, Arabicus, Germanicus, Æthiopicus, &c. ut eſt apud *Solin. c.* 23. (*al.* 36.) *ad fin.* Dictum volunt a celeritate, ot *Id. ibid.* paulo ſupra tradit, oempe ab ὠκὺς, celer, & *vdw*, fluo, mano. *Cic. in ſomn. Scip. cap.* 6. Omnis terra parva quædam iofula aſt, circumfuſa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quem Oceanum appellatis io terris. *Id. pro leg. Manil. c.* 12. Nunc nullam intre Oceani oſtium prædonum aavem eſſa. *dalle ſtretto in qua*. *Horat. l.* 4. *od.* 14. *ſub fin.* beluoſus qui remo-

tis Obſtrepit Oceanus Britannis. ¶ Quod *Virg.* appellat Oceanum patrem rerum *l. 4. Georg. v. 382.* reſpicit opinionem eorum, qui ex aqua omnia gigni putarunt: quæ ſententia Thaletis fuit. *Serv. ibid.* & *ad verſ. 364.* & *ad Eclog. 6. v. 31.* ¶ In Fabulis eſt filius Cæli & Terræ, ut eſt apud *Cicer. de Univ. cap. 11.* & *Hygin. in præfat.* Ejus uxor eſt Tethys, ex qua Fluvios & Nymphas genuiſſe dicitur: quorum numerus, & nomina alis ab aliis produntur. *Catull. carm. 86. in Gell. v. 5.* quantum non ultima Tethys, Noa genitore Nympharum abluit Oceanus. Adde *Calum. l. 10. v. 200.* ¶ Jungitur interdum cum alio ſubſtantivo, eo modo, quo *flumen Rhenum* dicimus. *Cæſ. l. 3. B. Gall. c. 7.* Mare Oceanum. ¶ Etiam adjective *Oceano ſluctu*, *Oceano litore* quidam leg. apud *Juvenal. ſat. 12. v. 94.* & *123.* ubi alii utroque loco *Oceano*. *Venant. Fortun. l. 3. carm. 9. v. 4.* Qua vagus (*ſol*) Oceanus eſit, & intrat aquas. Al. leg. *Oceanus*. & *lib. 7. carm. 12. v. 56.* Quidquid ab Oceanis circulus ambit equis. Al. leg. *Oceani*.

OCELLA, æ, m. cognomen Romanum in gente Servia, ut Servius Ocella, apud *Cæl. ad Cicer. Fam. 8. ep. 7.* Adde *Sueton. in Galb. c. 4. Cicer. e. Fam. ep. 15.* & *lib. 10. ad Attic. ep. 13.* & *17.* & *lib. 16. ep. 12.* ¶ Ductum eſt ab oculorum parvitate. *Plin. l. 11. c. 37. ſect. 55.* Qui altero lumine orbi naſcerentur, ocelites vocabantur: qui parvis utriſque, ocellæ.

OCELLATUS, a, um, adject. *Sueton. in Domit. c. 8.* Ocellatas forores Veſtales memorat: quæ fortaſſe nomen ex eo habuere, quod patrem, aut ex majoribus alium Ocellam appellatum habuerunt. ¶ *Ocellatis ludere*. *Id. in Aug. c. 83.* Animi laxandi cauſa modo piſcabatur hamo, modo talis, aut ocellatis, nucibuſque ludebat cum pueris minutis. *h. e.* parvis lapillis rotundis, & ocellum referentibus. *Varr.* apud *Non. c. 3. n. 238.* Altero exorat patrem libram ocellatorum, altero virum femoralium margaritarum. Apud *Suetou.* ſunt qui lectionem ſollicitant.

OCELLULUS, li, m. *occhietto*, parvus ocellus. Agnoſcitur e *Dioned. l. 1. pag. 313. Putſch.*

OCELLUS, li, m. *occhietto*, ὀφθαλμίτης, ὀφθαλμίτις, parvus oculus. Vox fere Poetica. Adhibetur autem tum ſignificandæ parvitatis cauſa, tum ſæpius blanditiæ. *Plaut. Rud. 2. 4. 8.* Ut in ocellis bilaritudo eſt! ejus corpus cujuſmodi! *Catull. carm. 3. in fi.* meæ puellæ Fiendo turgiduli rubent ocelli. *Ovid. 3. Faſt. v. 19.* Blanda quirs victis furtim ſubrepit ocellis. *Id. 2. Amor. el. 8. v. 15.* iratos to te deſinit ocellos. ¶ De ea valde cara, *Plaut. Trin. 2. 1. 18.* Ocelle mi, fiat: & iſtuc, & ſi amplius vis dari, dabitur. *Id. Moſtell. 1. 3. 11.* Volo meo placere Philolachi, meo ocello, meo patrono. *Id. Aſin. 3. 3. 103.* O Libane, ocellus aureus. *Auguſtus in epiſt. ad Cæſarem* apud *Gell. l. 15. c. 7.* Ave, mi Caj, meus ocellus jucundiſſimus. Adde *Catull. carm. 50. ad Licin. v. 19.* ¶ Pro oculo univerſim. *Propert. l. 2. el. 10. v. 17.* Quandocumque igitur noſtros nox (*al.* mors) claudet ocellos. *Id. l. 1. el. 3. v. 19.* intentis hærebam fixus ocellis. ¶ De re præſtanti, aut valde pulcra. *Cic. Attic. l. 16. ep. 6.* Cur ocellos Italiæ, villulas meas non video? *Catull. carm. 31. de Sirmione.* Peninſularum, Sirmio, inſularumque Ocelle. ¶ Bulbus radicis arundinis, qui *oculus* dicitur a *Plin. l. 17. c. 20.* & *lib. 26. c. 36. extr.* appellatus etiam *ſcillus* ob *eadem lib. 21. c. 4. ſub fin.*

OCHRA, æ, f. *terra gialla*, ὤχρα, ὠχρός, genus terræ lutei coloris: ab ὠχρός, pallidus: cujus duo ſunt genera. aliud enim naſcitur, aliud fit. Hoc exſiſtit ex rubrica exuſta in ollis novis luto circumlitis, ut *Plin.* docet *l. 35. c. 5.* Adde *Vitruv. l. 7. c. 7.* & *Colſ. l. 5. c. 18. ſect. 19.*

OCIMUM, Ocimum, & Ocymum, i, n. ὤκιμον, & ὤκιμος, apud Antiquos, ioquit *Plin. l. 18. c. 16.* erat pabuli genus, quod Cato ocymum vocat, quo ſiſtebant (*al.* cicibant, *vel* citabant) alvum bubus. Id erat e pabulis, ſegete viridi deſecta, antequam genicularet (*al.* geniculeret, *vel* ſiliquaret.) Sure Mamilius id aliter interpretatus, & tradit labæ modios decem, vicæ duos, taetondem erviliæ in jugero autumno miſceri, & feri ſolitum. Melius & avena Græca, cui non cadit ſemen admixta. Hoc vocitatum ocymum, boumque cauſa feri ſolitum. Varro, appellatum a celeritate proveniendi, a Græco, quod ὠκέως dicunt. Hæc *Plin.* qui etiam *l. 19. c. 22. extr.* hujus rei oblitus eſt. Loca autem *Catonis*, quæ tangit, ſunt *cap. 27.* & *54. R. R.* ubi multi leg. *ocimum*. *Varro* autem ſic habet *l. 1. R. R. c. 31.* Omne pabulum, primum ociosum, ſarraginem, viciam, ocimum ſecari. Ocimum dictum a Græco verbo ὠκέω, quod valet cito. Hoc emplius dictum ocimum, quod citat alvum bubus: & ideo iis datur, ut purgentur. *Id ex fabuli ſegete viridi factum, antequam genat ſiliquas.* Hæc *Varro*, ex quibus merito videtur differre a ſarragine in eo, quod ocimum ex fabuli ſegete viridi maxime conſtat: ſarrago autem ex ordeo, vicia, & leguminibus. ¶ Eſt etiam peculiare nomen herbæ hortenſis odoratæ: quæ item a celeritate naſcendi nomen habuit, ut *Varr. loc. cit.* tradit. Græce dictum volunt βασιλικὸν: unde nobis *baſilico*, & *ſcazum*. Heſychius: Ὤκιμον, βασιλικὸν ἄνθος, τὸ λεγόμενον βασιλικόν. *Plin. l. 19. c. 12.* Ocimum ſub Canis ortu palleſcit. & *cap. 7.* Nihil ocimo fecundius: cum maledictis ac probris ferendum præcipiunt. Hinc *Perſ. ſat. 4. v. 22.* Cum bene difficto cantaverit ocima vernæ. *h. e.* probra & convicia, qualia in ocimi fatione dici ſoleat. Vires ejus varias in medicina perſequitur *Plin. l. 20. c. 18.* Enumerat *Colſ. l. 2. c. 22.* inter herbas, quæ ocrem foccum habent. ¶ Sunt, qui hoc ſenſu *ocymum* ſcribere maluot, ut ſit ab ὄζω, oleo. ¶ Maſculino gen. *Æmil. Macer* apud *Chariſ. l. 1. pag. 55. Putſch.* Inter præteritas numerabitur ocimus herbas.

OCIOR, & Ocyor, & *ſuperlat.* Ociſſimus, & Ocyſſimus, *pro preſto*, *più veloce*, ὠκίων, ὠκύτερος, velocior, celerior, citior: comparativum ſine poſitivo, ab ὠκύς, celer, unde ὠκέως. Qui ſcribunt per υ, e Græco poſitivo ducunt: qui per ι, e comparativo. Retinent *Voſſius*, *Douſa.* & alii ex vererib. libris. Hos libentius ſequimur. *Vire. 10. Æn. v. 247.* fugit illa per undas Ocior & ventis, & fulminis ocior alis. *Horat. l. 2. od. 16. v. 23.* Ocior cervis, & agente nimbos Ocior Euro. *Plin. l. 8. c. 18.* Tigris pondere ocior octa remeat, iterumque conſequitur. *Id. l. 2. c. 8. ſub fin.* Mercurii ſidus inferiore circulo fertur (*quam Venus*) novem diebus ociore ambitu. & *cap. 19.* Signa, quæ obliqua conſurgunt, ociore tranſeunt ſpatio, *più breve*. & *lib. 8. c. 43. de aſinis*. Partus a triceſimo menſe ociſſimus. *Id. l. 27. c. 2.* Omnium venenorum ociſſimum eſt aconitum. *Id. l. 6. & cap. 15.* Ociſſima pira. *l. c.* quæ celerrime matureſcunt. *Id. l. 16. c. 31.* Ficorum longiſſimæ radices, ociſſima fructus.

OCIOR, aris. V. *Otior*.

OCITER, & Ocyter, *velocemente*, *preſto*, ὠκέως, ὠκύτερον, citò, celeriter. *Apul. l. 1. Metam.* Cetera huic eidem uſui profer ociter. & *lib. 2.* Ociter ſurrexit.

OCIUM cum derivat. V. *Otium*.

OCIUS, & Ocyus, & *ſuperlat.* Ociſſime, & Ocyſſime, *più velocemente*, *più preſto*, ὠκύτερον, ὠκέως, celerius, citius. De ratione ſcribendi V. *Oeuſr. Cic. pro Quinct. c. 13.* Ut ocius ad tuum perveniat. *Id. Tuſcul. 4. c. 14.* Illi in morbum & iocidunt tardius, & recreantur ocius. *Horat. l. 2. od. 3. v. 26.* omnium Verſatus urna, ſerius, ocius Sors exitura. *Salluſt. in Jug. c. 27.* Quam ociſſume ad proviectam accedat. *Plaut. in fragm.* apud *Feſt.* Ociſſime nos liberi poſſumus fieri. *Terent. Heaut. 3. 5. 61.* Perlonge eſt: fed tanto ocius properemus. *Plin. l. 17. c. 11. ſub fin.* Ficus, ſi in ſcilla ſeratur, ociſſime ferre traditur pomum. *Id. l. 34. c. 18.* Plumbi foracinum halitus peſtilens canibus ociſſime. & *cap. 10.* Ulcera ociſſime ſanantur. ¶ Nonnunquam *ocius* pro poſitivo uſurpatur, h. e. ſine ulla comparatione, ſaltem aperta. *Cæſ. l. 5. B. Gall. c. 43. a med.* Occurſat ocius gladio, comiuſque rem gerit Varenus. *Terent. Hecut. 4. 7. 4.* Sequere hinc me ocius. *Virg. 12. Æn. v. 681.* e curru ſaltum dedit ocius arvis. & *Ecl. 7. v. 8.* ocius, ioquit, Huc ades, o Melibœe. (Adde *Æn. 8. v. 555.*) *Horat. l. 2. ſat. 7. v. 34.* nemoe' alrum fert ocius? acquis Audit? *Plaut. Amph. 4. 1. 17.* Ocius accurro, ut ſciſcam quid velit. *Id. Curcul. 2. 2. 26.* Heus exi, Phædrome, exi, exi, exi, inquam, ocius. ¶ Pro facilius, aut potius, *più toſto*, *più facilmente*, *Horat. l. 2. ep. 14. v. 28.* Angulus ille feret piper, & tus ocius uvo. ¶ Pro *ociſſime* dixerunt etiam *eorme*, *Paul. ex Feſto*.

OCLIFERIA. V. *Oculiferia*.

OCLUS. V. *Oculus* in fine.

OCNUS, i, m. Ὄκνος, idem qui Bianor, Mantuæ conditor, fatidicæ Maotus, & Tuſci filius amnis, ut ait *Virg. Æn. 10. v. 198.* ¶ Alius eſt ille, de quo *Propert. l. 4. el. 3. v. 21.* Dignior, obliquo ſenem qui torqueat Ocno, Æternuſque tuum paſcat, aſelle, ſamem. Fuit enim quidam Socrates pictor, cujus opus inter alia, fuit, ut *Plin.* narrat *l. 35. c. 11. circa med.* piger, qui appellatur Ocnos, (*ſuos* pigrum *ſignificat*) ſpartum torquens, quod aſellus arrodit. Quam picturam Polygnoto tribuit, atque ita explicat *Pauſan. l. 10. in Phocic. p. m. 345.* Vir eſt quidam ſedens, quem inſcriptio indicat Ocnum eſſe. Pictus eſt torquens ſpartum: adeſt aſella abrodens aſſidue, quæ tum tantum ſurrit. Hunc dicunt fuiſſe hominem induſtrium & laboriouſum, qui uxorem habuerit ſumptuoſam, e qua quidquid ille laborando compararet, brevi conſumeretur. Unde proverb. apud Jones, quoties viderint hominem valde quidem laborantem, ſed nullo emolumento, ἐ πόνος ἔσος ἀνύσῃ τὸ Ὄκνου τὸν Θάσκυγα. Hæc *Pauſan.* ex quibus intelliges *Propertii* ſententiam, imprecantis mala ei, qui vallum, tubas, & caſtra primus invenit, & homines in miſeriæ laboribus occupavit. Suot qui commiſcuntur Ocnum quendam apud Inferos damnatum torquendo ſparto, rodente aſello, ut dictum eſt.

OCQUINISCO, is, n. 3. ioclinor, me demitto. V. *Conquiniſco*. *Pompon.* apud *Non. c. 2. n. 600.* Niſi ipſius orare ultroque acquiniſceret. *Id. ibid.* Qui acquiniſcat, quo compingam terminum in tutum locum.

OCREA, æ, f. *armatura delle gambe*, *ſchiniera*, *maniè*, κνημίς, κνημὶς ἀνδρική, munimentum crurum militare, tibialis armatura. *Varro* docit ex *ob*, & *ceno*. *Feſtus* ab *ocrit*, mons confragoſus, quod ſit inæquaiiter protuberata. *Varr. l. 4. de L. L. c. 24.* Lorica e loris: balteum, quod cingulum e corio habebant bullatum: ocrea, quod opponebatur ob crus. *Liv. l. 9. c. 40. de armatura Samnitum.* Spongia pectori tegumentum, & ſiniſtrum crus ocrea tectum. *Juvenal. ſat. 6. v. 256.* vel ſi diverſa movebit Prælia, tu ſelie, ocreas vendente puſilla. *Apul. l. 11. Metam.* Alium ocreis, ſcuto, galea, ferroque inſignem, e ludo putares gladiatorio procedere. & *de Mundo*. Galea caput, vel crura ocreis involvere. *Plin. l. 7. c. 56.* Galeam, gladium, haſtam invenere Lacedæmonii: ocreas & creſtas Cares. ¶ Etiam venatores ocreis uſos fuiſſe, diſcimus ex *Horat.* & vellentes ſpartum, ex *Phædo*. (V. vocem ſequent.) & aratores, ex *Anſt. Moreti in fi.*

OCREATUS, a, um, ocreis crura munitus. *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 234.* Tu nive Lucana dormis ocreatus, ut aprum Cenem ego. *Plin. l. 19. c. 2. de ſparto.* Ad reliquos uſus laboriuſe evellitur, ocreatis cruribus, manu, textiſque manicis, &c.

OCRICULANUS, & Ocricolanus, a, um, ad Ocriculum pertinens, quod eſt Umbriæ oppidum. *Cic. pro Mil. c. 24.* Ocriculana villa. ¶ *Ocriculana tribus* ab eo oppido nomen habuit. Ejus mentio habetur in *Inſcriptionib.* apud *Gruter. pag. 23. n. 6. Sex.* Pompejus

Sex.

Sex. fil. Ocric. &c. & *pag.* 194. *n.* 2. C. Juaius C. F. Ocric. Fupianus Eq. R. &c. ¶ *Ocriculani*, *orum*, ejus oppidi cives. *Liv. ea fin. c.* 41. *l.* 9. *Plin. l.* 3. *c.* 14. ¶ Eſt qui leg. *Otriculanus*.

OCRIS, is, m. *Feſtus* : Ocrem aotiqui, ut Atheius Philologus in libro Gladiatorum refert, montem confragoſum vocabant, ut apud Livium : Sed qui ſunt hi, qui aſcenduot altum ocrim ? Et : celſoſque ocres, arvaque patria, & mara magnum. Et : haud ut quem Chiro in Pelio docuit ocri. Unde fortaſſe etiam ocreæ fiot dictæ, inæquabiles tuberatæ. Hæc *Feſtus*. Eſt autem Græca voa, qua illi ſummum cacumen ſignificant : ἀκρος ab ἄκρος, ſummus.

OCTACHORDOS, m. & f. & Octachordum, o. ὀκτάχορδος, octo habens chordas. *Vitruv. l.* 10. *c.* 13. ¶ Scribitur & *octochordos*.

OCTAGONOS. V. *Octogonus*.

OCTANGULUS, a, um, *octangulare*, ὀκτάγωνος, res, vel figura, quæ octo angulos habet. *Apul. l.* 1. *de dogm. Plat.* Octangula ſphæra.

OCTANS, tis, *l'octava parte*, pars octava. *Vitruv. l.* 10. *c.* 11. Dividuntur circinationes tetrentibus in partus quatuor, vel octantibus, in partes octo ductis lineis.

OCTAPHORUM. V. *Octophorum*.

OCTASTYLOS, ὀκτάστυλος, octo columnas habens. *Vitruv. l.* 3. *c.* 2. V. *Amphiproſtylos*.

OCTAVANI, orum, milites legionis octavæ. *Plin. l.* 3. *c.* 4. & *Pomp. Mela l.* 2. *c.* 5. Forum Julii octavanorum colonia. ¶ In nummo Auguſti apud *Goltzium*, referente *Hardoin. ad loc. Plin.* cit. habetur Col. Julia Octavienorum. Sed hi nomen habere poſſunt ab *Octavio*, quo nomine ipſe Auguſtus appellabatur : vel potius error eſt nummum deſcribentium.

OCTAVARIUM, ii, n. octavæ partis vectigal. *Impp. Grat. Valent. & Theodoſ. lib.* 4. *Cod. tit.* 61. *leg.* 8. Octavarii vectigal accipiunt. V. *Octavus*.

OCTAVIA GENS, una ex gentibus Romanis. Velitris olim fuiſſe præcipuam, ſcribit *in Auguſto Suetonius cap.* 1. In duas familias Romæ diſtinguebatur. Prima a Tarquinio Priſco rege in Senatum lecta, & a Serv. Tullio inter Patricias cooptata, procedente tempore ad plebem ſe contulit. Longo deinde intervallo a C. Cæſare Caſſia lege in Patriciatum revocata eſt. In hac primus Cn. Rufus Magiſtratum eſt adeptus, *Suetonio* teſte *ibid.* qui Quæſtorius mortuus eſt. Ejus filius Cn. Octavius primus in eam familiam attulit Conſulatum, quæ deinde omnibus dignitatibus floruit. *Cic.* 1. *Offic. c.* 39. & 9. *Phil. cap.* 2. ¶ Altera vero, in qua Octavius, ſeu Octavianus Auguſtus natus eſt, nullis neque ibus geſtis, neque honoribus floruit. Tebis eſt ipſe Auguſtus, qui nihil amplius, quam equeſtri familia ortum ſe ſcribit, vetera ac locuplete, & in qua primus Senator pater ſuus fuerit. V. *Suetou. in Aug.* c. 1. 2. &c.

OCTAVIÆ PORTICUS, duæ appellantur, quarum alteram Theatro Marcelli propioram Octavia ſoror Auguſti fecit : alteram Theatro Pompeji proximam Cn. Octavius Cn. F. qui fuit Ædilis Cenſilis, Prætor, Conſul, Decemvir ſacris faciendis, & triumphavit de rege Perſe navali triumpho : quam combuſtam reficiendam curavit Cæſ. Auguſtus. *Feſt. Veller. l.* 1. *c.* 11. & *lib.* 2. *c.* 1. & *Suetou. in Aug. c.* 29.

OCTAVIANUS, m. cognomen Auguſti, inde tractum, quod ea Octaviorum familia in Cæſarum gentem fuerit adoptatus. *Cic. Fam.* 12. *ep.* 25. *Tacit. 13. Annal. c.* 6. *Aurel. Vict. de vir. illuſtr. c.* 79. & *de Cæſarib. c.* 1. & *Eutrop. cap.* 1. 6. 7. & 8.

OLIVINA, æ, f. rectius olri, vel olei maxima copia, vel cella olivaria. *Plaut. Pſeud. 1. 2. 76.* Cujus amatorus domi olivinum habent maximam. Alii leg. *olivi dynamin domi habent maximam.* Eſt autem *dynamis* Græce δύναμις, vis, copia. Alii *olivetum*, ſcil. pro *olivetum*, ſeu *olivetatem*, de qua *Feſtus:* Olivetam antiqui dicebant, cum oles colligebatur; ut meſſem, cum frumenta; vindemiam, cum uva.

OLIVITAS, atis, f. *il raccolto delle ulive*, olivarum proventus, collectio, & legendarum tempus, oleitas. *Varr.* apud *Non. c. 2. n. 611.* Omnis eum lucrosa combuſta eſt in lucubrando, olivitaſque conſumpta eſt. *Colum. l. 1. c. 1.* Regiones, mitigato frigore, lætiſſimis olivitatibus, Liberiques vindemiis exuberant. *Id. l. 12. c. 50.* Media eſt olivitas plerumque initium menſis Decembris.

OLIVITOR, orie, m. qui olivas arbores colit. *Sidon. l. 2. ep. 9.* Colles auxerentur vinitori, & olivitori. *Apul. in Florid. n. 15.* (*al. l. 2. ad fin.*) Agri fecundior oliveto, nec vinitori, nec olivitori ſcalpitur. Al. rectius leg. *olitori.*

OLIVO, as. V. *Oliuano.*

OLIVUM, i, n. *olio, ἔλαιον*, oleum ex olivis. Vox fere Poetica. *Lucret. l. 2. v. 391.* ſubito per colum vina videmus Perfluere: at contra tardum cunctatur olivum. *Virg. Ecl. 5. v. 68.* Crateraſque duo ſtatuam tibi pingues olivi. *Horat. l. 2. ſer. 4. v. 50.* piſces perfundere olivo. *Val. Flacc. l. 6. v. 358.* bovis aſſuvias multo frangere olivo. *Ovid. 10. Met. v. 176.* Corpora veſtis levaot, & ſucco pinguis olivi Splendeſcunt. Adde *Plaut. Pſeud. 1. 3. 67. Martial. l. 4. epigr. 90. Sil. l. 14. v. 137. Perſ. ſat. 1. v. 64.* &c. Profæ ſcriptorem, qui uſurpaverit, præter *Apul. l. 9. Metam.* inveni adhuc neminem. ¶ Pro unguento *Catull. carm. 6. v. 8.* Sertis, ac Syrio fragrans olivo. *Propert. l. 3. el. 15. v. 31.* Levis odorato cervix madebit olivo.

OLLA, æ, f. *olla, pignatta, pentola, χύτρα*, vas plerumque fictile ad coquendum, aut ſervandum: cujus varios uſus ex ſubjectis exemplis colliges, & ex iis, quæ ſo *Ambo*, quæ idem ſignificat, dicta ſunt. *Varr.* apud *Non. c. 15. n. 2.* Oculis obſervare ollam pultis, ne aduratur. *Cic. 9. Fam. ep. 18.* Ollam denariorum implere. *Colum. l. 12. c. 43. ad fin.* Ternæ, aut etiam quaternæ uvæ, pro capacitate vaſorum, in ollas demittuntur. *& in fin.* Bibulas, aut male coctas ollas emere. *Martial. l. 12. epigr. 32.* plena turpi olla reſina, Sumnœnianæ qua pilantur uxores. *Plin. l. 37. c. 10.* Achates in olla plena olei cocta. *Id. l. 30. c. 9.* Sal cum vipera crematum in olla nova. *Id. l. 17. c. 20.* Pineæ ſeruntur nucleis ſeptenis ſere in ollas perforatas additis. *Id. l. 15. c. 22. a med.* Nuces conditas ollis in terra ſervari virides. ¶ In *Inſcript.* apud *Gruter.* ſæpe fit mentio ollarum ſepulcralium, quibus pauperiorum cineres condebantur. Verbi gratia *pag. 864. n. 10.* Claudiu Aphra ..... V. A. XXV. L. Antonius Pothus ollam cum titulo benemerenti. *& pag. 883. n. 15.* Itu decreverunt locum L. Sempronii D. L. Hilari, & ollas V. dari, adſignari, &c. Apud *Reinef. claſſ. 16. n. 53.* Co. Maolius Sotericus fecit ſcholam ollarum XX. ſibi & ſuis. *h. e.* ſepulcrum & in eo ollas viginti. V. *Schola.* ¶ *Fervet olla, vous aumentez, ζὰ χύτρα, ζὰ φαῦλα*, proverbium de paraſitis, qui ſo uſque colunt ulique, dum cœnandi apud illum locus eſt. *Petron. in fragm. Tragur. c. 38. Burm.* Sociorum olla male fervet, & ubi ſemel res inclinata eſt, amici de medio. ¶ *Ipſa olera olla legit*, aliud apud *Catull. carm. 98.* quod ita quidam interpretantur, ut *olera* dixerit a quodam fure, qui olera furtiva auferret, deprehenſuſque diceret excuſandi cauſa, non ſe eſſe, qui legeret, ſed ollam, quam ſecum geſtabat. Alii aliter.

OLLAR, ris, n. ollæ operculum. *Varr. l. 3. R. R. c. 15.* Cum ollar impoſitum eſt. Ita legit *Scalig.* Alii *cum cumulatum impoſitum eſt.*

OLLARIA, æ, f. temperatura æris. *Plin. l. 34. c. 9.* Noviſſima eſt, quæ vocatur ollaria, vaſa nomen hoc dante, ternis, aut quaternis libris plumbi argentarii in centenos æris additis.

OLLARIS, re, χυτρίνος, ad ollam pertinens, ut *Ollares uvæ*, quæ in ollis fictilibus conduntur, de quibus *Colum. l. 12. c. 43. Martial. l. 7. epigr. 19.* Illis & uvæ collocantur ollares.

OLLARIUM, ii, n. Ollaria ſunt loculi ad mortuorum cineres adſervandos. *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 935. n. 9.* Macerium, & olluria libertis, libertabuſque ſuis fecit. V. etiam apud *Fabretti.* plura *pag. 10. & ſequentib.*

OLLIC pro illic, et olli pro illi. *Paul. ex Feſto.*

OLLULA, æ, f. *χυτίον*, parva olla. *Varr. l. 1. R. R. c. 54.* Inde in ollulas addatur. *Apul. l. 2. Metam.* Ollulam intorquere.

OLLUS, a, um, *quegli, quelui, quella*, idem quod illa, ille, illud, ſed apud Antiquos. *Varr. l. 6. de L. L. c. 3.* Apud Ennium, Olli reſpondet ſuasis ſonus Egeriai. Olli valet dictum illi, ab olla, & ollus, quod alterum comitis cum recitatur, u præcono dicitur, olla cecinit, nos illa: alterum apparet in funeribus iadictiis, cum dicitur, ollus leto datus eſt. *Cic. a. de Legib. c. 9.* Noctuma mulierum ſacrificia ex ſumo, præter olla, quæ, &c. *Lucret. l. 6. v. 207.* Flammens eſt plerumque coloe & ſplendidus ollis. *Virg. Æn. 2. v. 258.* Olli ſubridens hominum ſator atque deorum. *& lib. 5. v. 107.* olli certamine ſummo procumbunt. *Quinct. l. 8. c. 3. ante med.* Propriis verbis dignitatem dat antiquitas. namque & ſanctiorem, & magis admirabilem facinat orationem, quibus non quilibet fuerat uſurus. Eoque ornamento acerrimi judicii P. Virgilius unica uſus eſt. *olli* enim, & *quianam*, & *mis*, & *pone*, pellucent, & aſpergunt illam, quæ etiam in picturis eſt gratiſſima, vetuſtatis inimitabilem arti auctoritatem. Sed utendum modo, &c. Hæc *Quintilian.*

OLO, is. V. io *Olim*, *es.*

OLOES. *Feſtus:* Ab oloes, dicebant pro ab illis. antiqui enim litteram non geminabant.

OLOLYGONES, um, *ἀλολυγόνες*, ranarum quædam ululatus ſimilem vocem edentes. *Plin. l. 11. c. 37. ſect. 65. Hard.*

OLOR, oris, m. *cigno, ὀλόρ*, idem qui cycnus. Quidam putant eſſe Græcam vocem, alii Latinam. V. *Voſſ. in Etymol. Plin. l. 10. c. 23.* Olorum morte narratur fibulia cantus (falſo ut arbitror) aliquot auperimeotis. *Ovid. Heroid. ep. 7. v. 1.* Sic, ubi fata vocant, udis abjectus in herbis Ad vada Mæandri concinit albus olor. *Virg. 9. Ecl. v. 35.* Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinna Digna, ſed argutos inter ſtrepere anſer olores. *Martial. l. 1. epigr. 54.* Inter Ledæos ridetur corvus olores. *Id. l. 8. epigr. 18.* Olor Spartanus. *Stat. l. 2. ſilv. 2. v. 142.* Amyclæe ad frena citavit olores. *Val. Flacc. l. 6. v. 102.* Olorea nives. *Horat. l. 4. od. 1. v. 10.* purpurei. *Sil. l. 13. v. 116.* Quæ candore nivem, candore anteiret olorem. V. *Cycnus.* ¶ Item odor: ab *oleo, es*: cum hoc tamen diſcrimine, quod *odor* ferre de bono, *olere* ſere de malo dicitur, *odor grave, pueræ. Apul. l. 2. Metam.* Ille olore ſpurciſſimi humoris perfuſus. *& mox.* Cauſas corpit hujus oloris comiter inquirere. *Armil. l. 2. pag.* 85. Ut non alios ſapores, alios olores, alios colores habere debuerint. *Al. leg.* odores. *& mox.* Amara ſunt elementa, vel dulcia? odoris ſunt alicujus, vel oloris. Al. rectius leg. *coloris.* Etium apud *Pallad. l. 2. tit. 19. & 33.* in MSS. legitur *olor:* in editis non item.

OLORIFER, a, um, adject. *Claudian. in ep. ad Serenum, v. 12.* Cycnus oloriferi venit ab amne Padi. *h. e.* ubi plures olores habitant.

OLORINUS, a, um, *di cigno*, ad olorem pertinens. *Virg. 10. Æn. v. 189.* Olorinæ pennæ. *Ovid. 10. Met. v. 718.* ala. *Stat. l. 3. ſilv. 4. v. 45. de Venere.* Iaves ſecum ipſa per auras Tulit, olorinaque jubet conſidere biga. *Plin. l. 37. c. 10.* Gaſidanem (*genomem*) Medi irrtuot, coloris oloini. *h. e.* albi. *Harduin.* leg. *cerebini.*

OLOSTRÆ, arum, m. Indorum gens. *Lucan. l. 3. v. 249.* Tum furor extremos movit Romanus Oloſtras. Adde *Plin. l. 6. c. 20. a med.* Apud *Lucan.* al. aliter leg.

OLVATIUM, Antiſius Labeo ait eſſe menſuræ genus. *Paul. ex Feſto.* Cenſet *Scalig.* legendum *oluſoratum*, & interpretationem corruptam eſſe. Alii *olvatium* ratinent, & eſſe ajunt, quod in olla coctum eſt, ut *teſtuatum* apud *Varron.* quod in teſta, ſeu ſub teſtu.

OLUS, & Holus, oleris, n. *erbaggi, ramangiare, λάχανα*, omnis herba ſativa, quæ in cibum hominum venit. Volunt eſſe ab *oleo*, creſco. Uade recte ſine adſpiratioce ſcribitur, probante *Martinio in Lexico*, & *Cellar. in Orthogr.* item *Varr.* qui *l. 4. de L. L. c. 20.* dixit ab *olla*, ſeu, ut olim ſcribebant, *ola*, in qua coquuntur. Quæ notatio ſi vera eſſet, dicerentur *olera* proprie, quæ cocta edantur, ut *acetaria*, quæ cruda. *Monet. & Dauſq.* ſcribi volunt cum adſpiratione, quibus favent *Feſtus*, qui docet, *holus* olim pro *holus* dictum eſſe, & *Scalig.* qui ab ἅλς deducit, & fragmentum veteris Calendarii apud *Gruter. pag. 134.* ubi *forum holitorium* habetur, & *Non.* qui *cap. 8. n. 57. & cap. 17. n. 2. & Priſcian.* qui *lib 6. pag. 710. Parſch.* ita ſcribunt. Fuit quantidianus Antiquorum victus, qui frugali tenuique menſa contenti, parvo coemptos cibos adamaverunt. Creſcentibus inde divitiis, inveſtoque carorum & piſcium uſu, pauperiorum cœnas inſtraxit. *Horat. l. 2. ſat. 2. v. 74.* donec Diſcoquerttur olus. *Id. l. 2. ep. 2. v. 168.* Emptum cœnat olus. *& lib. 1. ep. 17. v. 23.* Si pranderet olus patieotes, ragibus uti Nollet Ariſtippus. ſi ſciret regibus oti, Fuſtidirat olus, qui me notat. *Perſ. ſat. 6. v. 19.* ſolis natalibus eſt qui Tingat olus ſiccum muria vaſer in calice empta. *Plin. l. 22. c. 22. ſect. 38. & 39.* Olus ſilveſtre. *h. e.* herba edulis quidem, ſed non ſativa. ¶ De rapis, eorumque foliis, *Colum. l. 2. c. 10. a med.* Magis otilia rapa ſunt, quia non hominem ſolum, verum etiam boves paſcunt præcipus in Gallia, ubi biberna cibaria prædictis pecudibus id olus præbet. ¶ Per antonomaſiam dicitur de braſſica, *cavolo*, quia hæc Veteribus uſitatiſſima. *Varr. l. 1. R. R. c. 16. extr.* Vitis adſita ad olus. *Auſt. Moret* (qui *Virgil.* eſſe dicitur) *verſ. 72.* Hic olus, hic late fundentes brachiu betæ, Fecunduſque rumex, mulvæque, inulæque viretant. *Plin. l. 27. c. 8.* Folia trita, cocta cinere io folio oleris. *& ſup. 11.* Fel capeinum aſſumunt ad palpebras cum ſucco oleris. *Id. l. 29. c. 4. a med. & lib. 32. c. 9.* Olus marinum. *h. e.* braſſica marina. Loca etiam aliata *Horatii*, & *Perſii* de braſſica commode intelligantur. ¶ *Multa Syrorum olera, πολλὰ Σύρων λάχανα*, proverb. Græcum, quem Syria io hortis operoſiſſima eſt, inquit *Plin. l. 20. c. 5.* ¶ *Olorum* in plural. genitivo pro *olerum*, dixit *Lucil.* apud *Non. c. 8. n. 57.* & *oleris* pro *oleribus Cato R. R. c. 149.* Oleris, aſparagis, lignis, &c.

OLUSATRUM, oluſatri, & Olus utrum, oleris atri, o. *ἰπποσέλινον*, herba miræ naturæ, inquit *Plin. l. 19. c. 8. poſt med.* a lacryma canis ſui naſcatur. Seritur & radice. Succum ejus colligunt, & myrrha ſaporem habere dicunt: auctorque eſt Theophraſtus, myrrha ſata natum. *Id. ibid. c. 20.* Libanotis radicem habet oluſatri. *Colum. l. 11. c. 3. ante med.* Circa Vulcanalia optima ſatio napi, & ſiſeris, nec minus oleris atri. *Id. l. 10. v. 213.* olus pullum vocat. *Id. l. 11. c. 3. circa med.* Atrum olus, quod Græcorum quidam vocant *ἱπποσέλινον*, nonnulli *σμύρνιον*, paſtinato loco ſeminet debet confoſſi, ma-

maxime juxta macerium, quoniam & umbra gaudet, & qualicumqua convaleſcit locu: idqua cum ſemal ſeveris, ſi non totum radicitus tollas, ſed alterne frutices in ſemen ſubmittas, ævo manet, parcamque farrimiuis exipit culturam. V. *Smyrnium*.

OLUSCOLUM, li, n. *pocnlo, e pochi erbaggi*, diminut. ab *olus*: pauca olera, vel minuta. *Cic. Attic. l. 6. ep.* 2. a *med.* In ſelicatie lancibus, & ſplendidiſſimis cantharis aluſculis nos ſoles paſcare. *Juvenal. ſat.* 11. v. 78. Curius, parvo quæ legerat horto, Ipſa ſuciz brevibus ponebat oluſcula, quæ nunc Squalidus in magna faſtidit compede foſſor.

OLYBRIA'NUS, a, um, ad Olybrium aliquem pertinens. Olybriue cum fratre Probino conſul Romæ fuit ſub Theodoſio: quibus carmen, ſeu panagyrin *Claudianus* inſcripſit. *Pandect. l.* 2. *contra Symmach. v.* 556. Quin & Olybriaci generiſque, & nominis herer.

OLYMPIA, æ, ſ. Ὀλυμπία, regio Peloponnaſi in Elide, per quam fluit Alpheus amnis. In ea eſt Piſa urbs, quæ & ipſa Olympia dicta eſt, & templum Jovis Olympii, certamine gymnico, & ſingulari ſanctitate, ipſo quidem ſimulacro, quod Phidiæ opus eſt, maxime nobile: quæ ſunt verba *Pomp. Mela l.* 2. *c.* 3. Adde *Plin. l.* 2. *c.* 103. & *lib.* 4. *c.* 5. & *lib.* 7. *c.* 47. & *lib.* 29. *c.* 6. Sic *Cic.* 3. *de Orat. cap.* 32. Eleus Hippias cum Olympiam veniſſet, maxima illa quinquennali celebritate ludorum. V. *Olympius*.

OLYMPIACUS, a, um, ad Olympiam, & Olympios ludos pertinens. *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 3. Quaſi ſi quis ad Olympiacum venerit curſum. *Virg.* 3. *Georg. v.* 49. Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ. *Juſtin. l.* 13. *c.* 5. Litteræ recitatæ præſente univerſa Græcia, in marcatu Olympiaco. *Suetou. in Ner. c.* 25. Corona Olympiaca. *Lucan. l.* 4. *v.* 614. Olympiacæ ſervato more palæſtræ. *Stat. 6. Theb. v.* 554. Olympiaci tumi. *b. c.* oleaſtar. V. *Oleaſter*.

OLYMPIAS, adis, ſ. Ὀλυμπιάς, ſpatium annorum quatuor, vel, ut quidam tradunt, quinquaginta menſium, ex eo ita dictum, quod juxta Olympiam Elidis urbem, quinto quoque anno iuruute fierent certamina gymnica in honorem Jovis Olympii. Græci enim tempora per Olympiades ſupputare cœperunt, ita numerantes, Olympiadis primæ, aut ſecundæ, aut centeſimæ anno primo, vel ſecundo, vel tertio, vel quarto. Atque ut Conſules, ita & in Olympiæ victores *ſterum*, & *tertium* dicebantur. Initium Olympiadum ſecundum aliquos eſt XXIII. annis ante urbem R. conditam, ſecundum alios XXXV. ſunt etiam qui aliter computant, ut eſt in ducendis temporeum rationibus multiplex & varia, valdaque incerta ſententia. *Velleſ. l.* 1. *c.* 8. Sexta Olympiade, poſt duos & viginti annos, quam prima conſtituta fuerat, Romulus Martie filius Romam urbem Parilibus in Palatio condidit. *Plin. l.* 2. *c.* 8. Olympiada circiter XXXII. qui fuit urbis Romæ annus CXIII. (*Hardouin.* corrigit XCIII. V. ejus notas.) *Id. ibid. c.* 12. Olympiadis XLVIII. anno quarto. *Manil. l.* 3. *v.* 591. numero niſi deeſſet Olympias una. ¶ Poetæ, qui liberiore licentia uti ſolent, Olympiadem pro luſtro accipiunt, h. e. quinqus annorum ſpatio. *Ovid.* 4. *ex Pont. ep.* 6. *v.* 5. In Scythia nobis quinquennis Olympias acta eſt: Jam tempus luſtri tranſit in alterum. *Martial. l.* 7. *epigr.* 39. *de Eroſco patre*. Hic prope tas ſenae vidit Olympiadas. *Stat. l. & ſilv.* 3. *v.* 146. *de eodem Eroſco*. Dextra hic octonis fluxarunt ſecula luſtris, Atque ævi ſtat nube tenor. ¶ Eſt & hoc nomine ventus Eubœæ proprius, qui & Argeſtes, ut Iapyx & Atabulus Apuliæ. *Plin. l.* 2. *c.* 47. & *lib.* 17. *c.* 24. a *med.* ¶ Eſt & nomen filiæ Neoptolemi regie Maloſſorum, quæ Philippo Macedoni nupſit, & Alexandrum M. peperit. *Juſtin. l.* 8. & 9. *Cic. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 27. *lib.* 2. *de Divin. c.* 23. & *lib.* 2. *c.* 66. ¶ Deniqua *Olympiades* dictæ ſunt Muſæ, quia Olympum colere credebantur. *Ennius* apud *Varron. l.* 6. *de L. L. c.* 2. a *med.* Muſæ quæ magnum pedibus pulſatis Olympum. *Varro ibid.* Cælum dicunt Græci Olympum, montem eum in Macedonia nunnes, a quo portus puto dictas Muſas Olympiadas. (Adda *l.* 3. *R. R. c.* 26.) *Pomp. Mela l.* 2. *c.* 3. Hinc non longe aſt Olympus, Pelion, Oſſa, montes gigantum fabula belloque memorati: hic Muſarum parens domuſque Pieria.

OLYMPICUS, a, um, ad Olympiam, & ludos Jovis Olympii pertinens. *Horat. l. c. od.* 2. *v.* 3. Sunt quos curriculo pulverem Olympicum Collegiſſe juvat. *Senec. in Thyeſt. v.* 231. Alpheue ſtadio notue Olympico. *Val. Max. l.* 8. *cap.* 7. *ſect.* 2. *extern. & Juſtin. l.* 12. *c.* 16. Olympicum certamen. ¶ *Olympicum* pro *Olympicorum* habet *Plaut. Trin.* 2. 4. 23.

OLYMPIONICES, æ, m. Ὀλυμπιονίκης, qui in Olympiaco certamine victor avaſit: ab *Olympia*, & νίκη, victoria. *Cic. pro Flacc. c.* 13. Quid, ſi etiam occiſus eſt a piratis Adramyteus homo nobilis, cujus eſt fere nobis omnibus nomen auditum, Acimas pugil, Olympionices? Hoc eſt apud Græcos (quoniam de eorum gravitate dicimus) prope majus & glorioſius, quam Romæ triumphaſſe. *Id. l.* 1. *Tuſcul. c.* 46. Cum Rhodius Diagoras, Olympionices nobilis, uno die duos ſuos filios victores Olympiæ vidiſſet. & *mox*. Permagnum exiſtimans, tres Olympionicas una e domo prodire. ¶ Adjective *Colum. l.* 3. *c.* 9. Nos quoque velut Olympionicarum equarum, ita feeciſſimarum Aminearum ſeminibus electis, largæ vindemiæ ſpem capimus.

OLYMPIUS, a, um, Ὀλύμπιος, ad Olympum montem, vel Olympiam urbem pertinens. *Olympius Jupiter* ita dictus eſt, quia ut ait *Laſtant. l.* 1. *c.* 11. in monte Olympo maximam partem vitæ celebat: Alii quia in cælo regnat, qui Olympus a Poetis dicitur: Alii, quia prope Olympiam urbem nobile templum habuit. Ibi enim ludos ei celeberrimos poſt quartum quemque annum, Græciæ totius conventu, Hercules primum inſtituit, Augia Elidis Tyranno ſuperato (alii Pelopem auctorem faciunt, aut Atreum ejus filium. *Velleſ. l.* 1. *c.* 8.) deinde Iphitus inceruiſſe inſtauravit: qui proinde *Olym-*

piæ, *orum*, dicti ſunt. V. *Eleus*. In iis Græca juventus quadrigarum curſu, ſaltu, palæſtra, diſcu, exſtribue per dies quinque ſe exercebat: victores nleaſtro coronabantur, tantuſque ere honos habebatur, ut non per portas urbis patriæ, ſed per muri ruinam aditu patefacto, ſublimes in curru ad proprios lares revertentur. V. *Iſelaſticus*. *Cic. de clar. Orat. c.* 69. Pugiles atia n ſi pugnos & plagas, Olympiorum cupidi farre poſſunt, ſolem tamen ſæpe ferre non poſſunt. *Id. l.* 2. *de Divin. c.* 70. Curſos ad Olympia proficiſci contans, viſus eſt in ſomnis curru quadrigarum vahi. *Enn.* apud *eund. de Senect. c.* 5. Sicut fortis equus, ſpatio qui ſæpe ſuperemo Vic: Olympia. *Horat. l.* 1. *ep.* 1. *v.* 49. Quis circum pagos, & circum compita pugnax Magna coronari contemnat Olympia? *Juſtin. l.* 7. *c.* 2. *extr.* Olympium certamen. *Liv. l.* 28. *c.* 7. a *med.* Olympiorum ſolemne ludicrum parantes Elei. ¶ Olympii Jovis templum fuit etiam Syracuſis: de quo *Liv. l.* 24. *c.* 22. & 33. item Athenis, de quo *Suetou. in Aug. c.* 60. ¶ *Olympus equus* apud *Plin. l.* 28. *c.* 11. *ſub fin.* 28, quæ in Olympiis decucurrit. ¶ *Olympus* cognomen a Græcis datum eſt excellentibus viris, & in cælum tranſferri dignis, ut Pericli oratori apud *Plin. l.* 34. *c.* 8. a *med.* & *Val. Max. l.* 5. *c.* 10. *n.* 1. *extern.* item Romanis quibuſdam Imperatoribus divinos honores affectantibus, præſertim qui aliquot ex majorib n inter deos per conſecrationem relatos haberent, quaſi jura quodam hereditario cælum iis deberatur, ut Adriano, Commodo, Alexandro Severo, ut in eorum Græcis nummis videre eſt, quos affert *Hardouin. ad Plin. l.* 34. *ſect.* 19. *n.* 14.

OLYMPUS, i, m. *Olimpo*, Ὄλυμπος, mons inſignis altitudine, adeo ut ejus cacumen nubes excelat: quaſi διὰς ἀκρωτήρ, totus liceus. Eſt hoc nomine in Bithynia, *Plin. l.* 5. *c. ult.* ad cujus radices Pruſa urbs: item in Lesbo, *Id. ibid. c.* 31. *ſub fin.* item in Lycia, *Id. l.* 12. *c.* 6. a *med.* item in Ionia non longe a Smyrna, *Id. l.* 5. *c.* 29. ad *fin.* item in Myſia, *Id. ibid. c. ult.* & *Pompon. Mela l.* 1. *c.* 19. item in Peloponnaſo, prope Arcadiam, ſi *Servius* credimus, qui ad *Æn.* 8. *v.* 352. ſcribit, primum Æacum in Arcadia templum Jovi conſtituiſſe, non longe a monte Olympo. Sed præcipua celebratur a Poetis mons Theſſaliæ, eam a Macedonia diſterminans, Oſſæ vicinus, & Pelio, quibus alin ſuper alium impoſitis Gigantes dira bellum intuliſſa fabulati ſunt. *Plin. l.* 4. *c.* 8. *Pompon. Mela l.* 2. *c.* 3. *Lucan. l.* 2. *v.* 272. & *Virg.* 1. *Georg. v.* 282. In hoc monte lupos non eſſe, *Plin.* tradit *l.* 8. *c.* 58. ¶ Sæpe a Poetis pro cælo ponitur, *cielo*. *Virg. Ecl.* 6. *extr.* invito proceſſit veſper Olympo. *Id.* 1. *Georg. v.* 96. Flava Ceres alto nequidquam ſpectat Olympo. *Id. l.* 9. *Æn. v.* 106. *de Jove*. Annuit & totum nutu tremefecit Olympum. *& lib.* 6. *v.* 579. Olympus ætherius. *Senec. in Herc. Oet. v.* 1907. Belliger. ¶ Eſt etiam ſedes Muſarum. V. *Olympiæ*. ¶ Deniqus nomen eſt viri proprium, hoc eſt Marſyæ diſcipuli, qui Athiarum cantu cum Pane certavit, & in ludis Acaſti victor eodem certamine fuit, at *Hygin. fab.* 273. narrat. Hic præceptorem ſuum ab Apolline excoriatum ſepulturæ tradidit. *Ovid. 6. Metam. v.* 393. & 3. *ex Pont. el.* 3. *v.* 42. *Hygin. fab.* 165. & *Plin. l.* 36. *c.* 5.

OLYNTHIUS, a, um, Ὀλύνθιος, ad Olynthum pertinens, quæ aſt urbs Thraciæ in Sithonia regione, inter Athon & Pallenem. *Plin. l.* 4. *c.* 22. & *Pompon. Mela l.* 2. *c.* 2. *ad fin.* & *Senec. l.* 5. *controv.* 34.

OLYRA, æ, ſ. ὄλυρα, genus frumenti, quod *Plin. l.* 18. *c.* 20. & *lib.* 22. *c.* 25. idem eſſe docet cum arinca, & ab *Homero*, ὀλύρη eum dixit (*Iliad.* 5. *v.* 196. & 8. *in fin.*) arincam ſignificari. Quidem putant eſſa *ſcandela*. *Id. l.* 18. *c.* 7. *ante med.* Far in Ægypto ex olyra conficitur. *Id. l.* 22. *c.* 25. Ex olyra decocta fit medicamentum, quod Ægyptii atheram vocant, infantibus utiliſſimum: ſed & adultos illinunt ea.

OLYSSIPO. V. *Olyſiponenſis*.

O M

OMASUM, ſi, n. in Gloſſis exponitur *ſilum κάτω λευκὸν*, τῇ Γάλλων γλώττῃ, h. l. fruſtum pingue bubulæ carnie, Gallorum linguæ: item ἀγκὼν, venter bubulus, h. e. ut opinor, inteſtina bubula, quæ nos *trippe*. Unde alii intelligunt inteſtinum bubulum craſſius, & pinguius: quod erat apud plebejos in cibo gratiſſimum. *Plin. l.* 8. *c.* 45. Damnatus a popnio, dia dicta, qui concubino procaci rure omaſum ediſſe ſe negante, occiderat bovem. *Horat. l.* 1. *ep.* 15. *v.* 34. patinas cœnabat omaſi, Vilie & agninæ, *uno buon piatto di trippe*. *Plin. l.* 28. *c.* 10. *ad fin.* Omaſi jure poto venena expugnari putant. ¶ Pro ipſo ventre, *Horat. l.* 2. *ſat.* 5. *v.* 40. pingui tentus omaſo Furius.

OMBRIA, æ, f. ὀμβρία, gemmæ ſpecies, quam nonnulli notiam vocant, quæ cum imbribus, & fulminibus ſertur in terram decidere, quemadmodum ceraunia, & brontia: & eundem, quem illæ, effectum habet. *Plin. l. ult. c.* 29.

OMEN, inis, n. *augurio, ὀμὸς*, proprie aſt augurium, quod hominum ora ſit, ut explicat *Cic.* 1. *de Divin. c.* 45. quaſi *oremen*, inquit *Feſt.* Etiam *Varro l.* 5. *de L. L. c.* 7. *extr.* ab ore derivat. Sed accipitur etiam pro quovis auſpicio, & augurio ſive lætu, ſive triſti. *Cic. lor. cit.* Neque ſolum deorum voces Pythagoræi obſervaverunt, ſed etiam hominum, quæ vocant omina, quæ quia valere cenſebant majores noſtri, idcirco omnibus rebus agendis, Quod bonum, fauſtum, felia, fortunatumque eſſet, præfabantur. *Id. Phil.* 12. *c.* 5. Hoc detaſtabile umen avertat Jupitar. *Id. de Harusp. reſp. c.* 20. Quod dii omen abruant. *Virg.* 2. *Æn. v.* 190. quod dii prius omen in ipſum Convertant. & *verſ.* 178. Nec poſſa Argolicis exſcindi Pergama telis, Omina ni repetant Argis. *Ovid.* 5. *Metam. v.* 550. Bubo dirum omen mortalibus. *Liv. in fin. præfat. l.* 1. Cum bonie ominibus ali-

quid incipere. *Horat. in fin. od. 11. l. 3.* i ſecundo omine. *Cic. 1. de Divin. c. 46.* Omen capere. *Id. Fam. 3. ep. 12.* fauſtis omnibus proſequi, *h. e.* precationibus. *Ovid. 3. Amor. el. 12. v. 1.* triſtia ſemper ammoti Omina non albæ concinentis aves. *Propert. l. 1. el. 21. v. 38.* Nigraque funeſtum concinit omen avis. *& lib. 4. el. 1. v. 67.* date candida, cives, omina. *Ovid. 10. Met. v. 453.* & *Plin. l. 15. c. 19. ſub fin.* Omen facere ulcini. *Tacit. in fin. cap. 86. lib. 1. Hiſt.* Id ipſum a fortuitis vel notoriis cauſis in prodigium & omen imminentium cladium vertebatur. ¶ *Accipere omen* eſt fortuitum ulicujus dictum in omen fauſtum vertere rei cujuſpiam. *Cic. 1. de Divin. c. 46. L.* Paulus, cum ei, bellum ot cum rege Perſa gereret, obtigiſſet, filiolam ſuam Tertiam oſculans, animadvertit triſticulam. quid eſt, inquit, mea Tertia? mi peter, inquit, Perſa periit. Tum ille arctius puellam complexus, accipio, inquit, mea filia, omen. erat autem matronis cæteſtee eo omine. *Liv. c. ult. l. 5.* Centurio in comitio exclamavit: ſignifer, ſtatue ſignum: hic manebimus optime. quo voce audita, Senatus accipere ſe omen exclamavit. Adde *lib. 1. c. 7.* Simile eſt illud *ejuſd.* de Scipione *l. 29. 1. 27. a med.* Quod eſſet proximum promontorium, percontatus, cum Pulcri promontorium id vocari audiſſet, placet omen, inquit: huc dirigite naves. V. alia apud *Val. Max. l. 1. c. 5.* ¶ Omine triſtiu bene multa recenſet *Sil. l. 8. a verſ. 616.* plura *Lucan. l. 1. a verſ. 526.* aliquot *Apulej. l. 9. Metam. poſt med.*

OMENTATUS, a, um, omento involutus, ut Iſicia omentata, *Aper. l. 1. c. 1.*

OMENTUM, i, *c. vetr.* κίρβος, *omentum*, ἐπίπλοον, membrana pinguia, qua inteſtina involvuntur: ſortaſſe ab ὠὰς, membrana. *Celſ. l. 4. c. 1. a med.* Contegit ooiverſa hæc omentum, eu inferiore parte læve & adſtrictum, eu ſuperiore mollina: eni udepi quoque innaſcitur. *Plin. l. 11. c. 37. ſect.* 80. Ventriculus, utque inteſtina pingui ac tenui omento integuntur. Adde *Senec. in Oedip. v. 370.* ¶ Non membranam ſolum, ſed etiam ipſa viſcera, ſeu cata ſignificare volunt *Perſ. ſat. 1. v. 47.* Tot tibi cum in ſtamnia jumicum omeota liqueſcant. & *Juvenal. ſat. 13. v. 116.* in carbone tuo charta piu tura ſolum Ponimus, & fractum vituli jecur, ulbaque porci Omenta. ¶ Dicitur & de adipe, ac pingui. *Perſ. ſat. 6. v. 74.* aſt illi tremat omento popa venter. ¶ De membrana, qua involvitur ne, & cerebrum, *Macrob. l. 7. Saturn. c. 9. circa med.* Ut ne ſecetur, omentum, quod impoſitum eſt oſſi, cruciatem, dum ſectionem patitur, importat. περίφραγμα. *& paulo poſt.* Cerebrum, quod tactu ſui hominem torquet, non ſuo ſenſu, ſed veſtitus ſui, ideſt omenti huoc importat dolorem. *h. e.* duræ, ut vocant Anatomici, & piæ matria.

OMETIS, idis, f. *Ovid. 3. de art. am. v. 273.* Cooveniuot tenues ſcapulæ ometides altis. *h. e.* humerales faſciæ: ab ὠμὸς, humerus. Ita legit & exponit *Turneb.* V. *Analectidas.*

OMINATIO, onis, f. *augurium*, actus ominandi. *Feſtus:* Faveotia bonam ominationem ſignificat.

OMINATOR, ris, m. qui ominetur. *Plaut. Amph. 1. 1. 90.* Ob iſtuc omen ominetor capice, quod te comlecet.

OMINO, as, a. 1. idem ac ominor apud Vet. *Pompon.* upud *Non. c. 7. n. 53.* Ita ſit & tibi bene, qui rafte ominas. *Propert. l. 1. el. 17. v. 3.* Nec mihi Caſſiope ſolito viſura carinam Ominet. *h. e.* nec auguror, nec ſperu, carinam & nautas vifuros Caſſiopeæ aſtrum, & alia fidera, quæ curſum dirigunt nevigantium. Sunt qui hic aliter leg.

OMINOR, aris, dep. 1. *augurare*, οἰωνίζω, omen capio, auguror, futurum aliquid pronuntio. *Cic. 2. Offic. c. 21.* Malo enim alteri, quam noſtræ ominari. *Plin. l. 4. ep. 25.* Optamus enim tibi, ominamurque in proximum annum conſulatum. *Vellej. l. 2. c. 92.* Vera de exitu Antonii ominatus eſt. *Liv. l. 26. c. 18.* Clamore & favora omineti ſunt felia fauſtumque imperium. *Plin. l. 28. c. 2. a med.* Primum anni incipientis diem lætie precationibus invicem fauſtum ominamur. *Sueton. in Ner. c. 48.* Clamor militum & ſibi adverſa, & Galbæ proſpera ominantium. *Liv. l. 29. c. 35.* Naves, quæ prædam in Siciliam vexerant, cum commeatu rediere, velut ominatæ, ad alteram prædam repetendam ſe ſe veniſſe.

OMINOSE, *cum nisi augurio*, malo omine. *Quintil. declam. 6. c. 5.* Prorſus ominoſe retentus.

OMINOSUS, a, um, *di mal augurio*, δυσοιώνιστος, qui eſt mali ominie. *Plin. l. 3. ep. 14. ad fin.* Notabilia, utque etiam, ut euitea docuit, ominoſa res accidit. *Meſſala* apud *Gell. l. 13. c. 14. ad fin.* Mone avibus obſcenie ominoſus.

OMISSIO, onis, f. *omiſſion*, actus omittendi, prætermiſſio. *Symmach. l. 3. ep. 48.* Illam veluti omiſſionem laudis ſuæ plus honoris habuiſſe. Adde *lib. 10. ep. ult.* (*al. ep. 70.*)

OMISSUS, a, um, *omeſſe*, ἐκλελειμμένος, παρελειμμένος, prætermiſſus. *Caſ. l. 7. B. Gall. c. 34.* Ut omnibus omiſſis rabus, huic bello ſervirent. *Salluſt. in Jug. c. 70.* Omiſſa dedítione bellum incipit. *Horat. l. 1. ep. 6. v. 30.* Si virtus hoc une poteſt dara, forte omiſſis Hoc age deliciis. *Tacit. l. 1. Hiſt. c. 86.* Prodigia iuſuper terrebant: in veſtibula Capitoli omiſſas habenas bigæ, cui Victoria iolitterat. *h. e.* dimiſſas. ¶ Translate eſt remiſſus, neglipene, ut qui ea omitit, quæ ad rem ſuam pertinent, *neglegens, trajecrotus, diſſeiuuto. Salluſt. in orat. Philippi cons. Lepid.* Pro dii boni, qui hanc urbem omiſſa cura adhuc regitis! *Terent. Heaut. 5. 2. 9.* Ubi te vidi uoimo eſſe omiſſo, &, ſuſvla su præſentia quæ eſſent, prima habere, neque coofulare in longitudinem. *Id. Adel. 5. 3. 44.* At enim metuas, ne ub re ſint tamen omiſſiores paulo.

OMITTO, is, iſi, iſſum, 3. *laſciare, evolaſciare, laſciar andare, omettere*, παρίημι, prætermitto, relinquo, miſſum facio, prætereo: ex *ob*, & *mitto*: ſed tamen primam ſyllabam corripit. *Cic. 2. ad Q. Fr. ep. 6.* Primare nevigationem, dummodo idonea tempeſtas ſit, ne omiſeris. *Id. in Brutu, c. 76. ad fin.* Næ ego, ut omittam cætera, doleo, nihil tuam auctoritatem velniſſe. *& mox.* Itaque omittamus lugere. *Horat. l. 1. ep. 6. v. 48.* Hoc primum mpetas opus, hoc poſtremus omittas. *Id. in ar. Poet. v. 44.* Pleraque differat, & peræeos in tempus omirtat. ¶ Pro ceſſare, deſinere. *Plaut. Perſ. 3. 3. 16.* Iam omitto iratus eſſe. *& 4. 4. 90.* Jam de iſtoc regam omitte. ¶ Pro abjicere, deponere, *Cic. 3. Offic. c. 10.* Omiſit hic & pietatem, & humanitarem, ot id, quod utile videbatur, aſſequi poſſet. *Id. in ſomn. Scip. c. 1. extr.* Omittere timorem. *Luc. l. 21. v. 11. extr.* arma. *Terent. Adelph. 2. 4. 3.* triſtitiam. *& 4. 7. 36.* iracundiam. ¶ Pro dimittere. *Id. Phorm. 1. 2. 91.* Nunc omitte quæſo hunc. *Plerique ed. leg.* amitte. *Id. Adelph. 2. 1. 18.* Hem ſerva, omitra mulierem. *Plaut. Mil. 4. 3. 2.* Nullo pacto poteſt prima hæc in ædes recipi, quam illem omiſerim. *Nep. in Eumen. c. 9.* Certos omittit homines ad infimos montes. *ſpedifco.* Al. leg. *mittit.* ¶ *Omittere animam*, emittere, mori. *Plaut. Amph. 1. 1. 85.* Animam omittunt, priuſquam locu demigrent. Sic ibi *Taubmau.* legendum monet ex MSS. & veterib. editionib. non *omittunt.* ¶ Silentio præterire, *paſſus ſeeno ſilentio. Cic. in Piſon. c. 22.* De reditu Gabinii omittamus. *Id. pro Sext. c. 24.* Omitto gratulationes, epulas, prædam, lætitiam, &c. *& rap. 12.* Omitto, quid illi tribunus, omnium rerum diviuerum humanarumque prædo, fecerit. *Nep. in Amyot. c. 1.* Nam, ut omittam Philippum, omnium potentiſſimus Antiochus fuit. *per non div nulla.*

OMMENTANS: Livius in Odyſſea cum ait: in Pylum advenies, aut ibi commentane; ſignificat obmutuene, ſed ea ſignificatione, qua ſæpe fieri dicitur. id enim eſt mantare. Hæc *Feſtus.*

OMNICANUS, a, um, omnia canens, val ſemper canens. *Apul. in Florid. n. 13.* (*al. l. 2.*) Philoſophi ratio & oratio tempore jugis eſt, & audita venerabilis, & intellecta utilis, & modo omnicana.

OMNICARPUS, a, um, adject. omnia carpens. *Varr. l. 4. de L. L. c. 19.* ea ver. *Scriptore.* Omnicarpæ capræ.

OMNICOLOR, is, adject. *de cpni colore*, ut Omnicolos pictura, apud *Prudent. in paſſ. Petri & Pauli*, παντόχρως. *v. 6. v. 39.*

OMNIFARIAM, *in omni parte, in tutte le parti*, in omnibus partibus. *Gell. l. 12. c. 13. a med.* Cum oceanus omnes terras omniſariam & undiqueverſum circumſtet. *Macrob. l. 7. Somn. cap. 13. ante med.* Senarius numerus omoifariam plenus, perfectus, atque divinus eſt. *Capitolin. in M. Anton. Philoſ. c. 11.* Gladiatoria ſpectacula omoifariam temperavit. *Vopiſc. in Aureliano, c. 27.* Pones profecto ſuperatium, quo quac mihi deditionem, quaſi omniſurium victor, imperas. *Apul. l. 2. Metam.* Ore undique omniſariam deformato. *Id. in Florid. n. 23.* (*al. l. 4. ed fin.*) Lapis prone omnifarium complanatus. Adde *Tertull. l. 2. adverſ. Marcion. c. 19.*

OMNIFER, a, rum, παντοφόρος, omnia ferens. *Ovid. 2. Met. v. 275.* Tellus Sublit omniferos collo tenue arida vultus.

OMNIFORMIS, e, adject. omnium formarum, παντοιόμορφος. *Apul. in Trifmegiſto.* Mundus receptaculum omniformium ſpecierum. *Prudent. in Rom. v. 339.* Verbo creavit omniformem machinam. Adde *Sidon. in carm. l. 9. epiſt. 15.*

OMNIGÉNUS, a, um, *di ogni genere, d' ogni ſorta*, παντοῖος, omnis generis. *Lucret. l. 2. v. 758.* E quibus omnigenos gignunt, variatque colores. *Id. l. 5. v. 440.* omnigenis e principiis. *Gell. l. 14. c. 6.* Dat mihi librum doctrinæ omnigenæ præſatentem. *Virg. 8. Æn. v. 698.* Omnigenumque deum monſtra, & latrator Anubis. *pro* omnigenorum. Loquitur autem de diis Ægyptiorum, apud quos eumen eaat piſces, canes, porrum, cæpe, &c. V. *Juvenal. ſat. 15. v. 7.* ¶ Iram omnia gignens. *Prudent. l. c. adverſ. Symmach. v. 22.* quæ Patris ura eſt omnigeni.

OMNIMÉDENS, entis, παντιάτωρ, qui omoibus medetur. *Paulin. Nolan. carm. 27.* (*al. 26.*) *v. 17.* (*al. 45.*) cupiens avertere nnnbos Omnimedens Dominee.

OMNIMÓDE, adverb. *in ogni modo*, παντοίως, omnibus modis. *Lucret. l. 2. v. 488.* Omnimode expertus fueris, quam quiſque det nedo, &c. *Al. leg.* Omnimodis expertus vris.

OMNIMÓDIS, *in tutti i modi*, παντοδαπῶς, omoibus modis, ut *multimodis*, multis modis. *Lucret. l. 2. v. 699.* Nec tamen omnimodis conoeſti poſſe potandum eſt Omuie. nam vulgo fieri portenta videres. (Adue *lib. 2. v. 683. l. 3. v. 407. & alibi.*) *Apul. in Florid. v. 4.* (*al. l. 1.*) Tibicen omuia voculæ melleve modulator, & idem omoimodis peritus modificator. Al. leg. *omnes modi.*

OMNIMÓDO, *in ogni modo*, παντοδαπῶς, omnino, omnimodis. *Senec. l. 2. de benef. c. 1.* Evitemus omnimodo, ne deliberaſſe videamur. *Cic. l. 7. c. 4. fect. 3. extr.* Sed non ommimodo res ſe deſperationem habet. *Gell. lib. 18. c. ult.* Quod omnimodo quintus ſemipes verbum fuiret. *Pompon. Dig. lib. 29. tit. 2. leg. 11.* Impuberibus liberis omoimodo abſtinendi poteſtas ſit. *Lactant. l. 6. cap. 12.* Teoeadum eſt omnimodo, ut ab officio miſericordiæ ſpes recipiendi abſit omnino. ¶ Scribi poteſt etiam divifim.

OMNIMÓDUS, a, um, *di ogni modo, d' ogni ſorta*, παντοδαπός, qui eſt omais modi, aut generis. *Apul. in Apolog.* Cutim vitiligine infigiat, & omoimodis maculationibus conariat. *Id. l. 5. Metam.* Eam voculas omnimodas edocens recinere. *Lucret. l. 1. verſ. 683.* Ignia enim foret omnimodus. Al. leg. *omnimodæ.*

OMNINO, adverb. *totalmente, del tutto, affatto, onninamente*, πάνυ, ὅλως, παντελῶς, prorſus, plane, funditus, uſquequaque: ab *omnis. Cic. intro l. 1. Tuſcul.* Cum defenſionum laboribus, Senmoriſque muneribus aut omnino, aut magna ex parte eſſem aliquando liberatus. *Id. de Amic. c. 6.* Eos omittamus, qui omnino nuſquam reperiontue. *Id. 2. de Orat. c. 13. extr.* Cauſas omnino nunquam uttigerunt. *Id. 1. Tuſcul. c. 3.* Ut non multum, aut nihil omnino Græ-

cis

cis cederetur. *Id. Attic.* 3. *ep.* 23. Clodium fanxiſſe, ut vix, aut omnino non poſſet Infirmari lex. *Enn.* apud *eund.* 2. *de Orat.* c. 37. *ad fin.* Decrevi philoſophari pauciis. nam omnino haud placet. *Cic. pro Balb.* c. 19. Quæ quotidie labore bujus & ſtudio, aut omnino, aut certe facilius conſequuntur. *Id. Fam.* 9. *ep.* 15. *circa med.* Mihi licere res has non omnino quidem, ſed magnam partem relinquere. *Caſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 34. Sibi mirum videri, quid in ſua Gallia aut Cæſari, aut omnino populo R. negotii eſſet. ¶ Ponitur & pro ſolum, tantummodo, *ſolumeme. Caſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 6. Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire poſſent. *Cic. pro Quinct. c.* 24. Mihi pardifficile eſſe, contra tales oratores non modo tantam cauſam perorare, ſed omnino verbum facere conari. *Plin. l.* 5. *ep.* 4. Pleraque tacita tantum, & omnino commodo, latiſſime ſerpunt. ¶ Junctum nominibus numeralibus habet num τῶ admodum. *Cic. pro Cluent.* c. 28. Quinque omnino fnetunt, qui Oppianium abſolverent. *cinque, e non più: cinque in tutti. Caſ. B. Gall. l.* 4. *c.* 19. *extr.* Diebus omnino decem & octo trans Rhenum conſumptis. *Cic. lib.* 2. *ad Q. Fr. ep.* 1. Sane frequentes fumes: omnino ad ducentos. *Nep. in Pelop. c.* 2. Cum omnino non eſſent amplius centum, qui tanto ſe offerrent periculo. ¶ Videtur etiam poni pro univerſim, generaliter. *Cic.* 5. *de Fin. c.* 12. *a med.* De hominum genere, aut omnion de animaliem loquor. ¶ In principio ſententiæ, ut *lib.* 1. *Offic. c.* 20. Omnino fortis animes & magnus duabus rebus maxime ceruitur. *in facis, certamente. & de Amic. c.* 21. Omnino omnium horum vitiorum atque incommodorum una cautio eſt, ut, &c. ¶ Adhibetur etiam a Poetis. *Virg.* 9. *Æn. v.* 248. Non tamen omnino Teucros delere paratis. *Horat. l.* 2. *ſat.* 1. *v.* 6. ne faciam, inquis, Omnino verſus. *Martial. l.* 3. *epigr.* 45. Sed oihil omnino, te tecitante, placet. *Catull. carm.* 96. *in Veſtium, verſ.* 5. Si nos omnino vis omnes perdere.

OMNIPARENS, antis, παντοτόκος, qui omnia parit, ſeu gignit: ab *omnia*, & *parens*. *Virg. 6. Æn. v.* 595. Nec non & Tityon terræ omniparentis alumnum. *Al. leg.* omnipotentis. *Lucret. l.* 2. *v.* 705. per terras omnipamntes. *Apul. l.* 8. *Metam.* Omnipotens, & omniparens dea Syria. *Id. de Mundo.* Omniparentis mundi amœnitas. Adde *Nemeſian. Eclog.* 1. *v.* 35.

OMNIPATENS, entis, omnino, vel omnibus patens. *Virg. lib.* 10. *Æn. v.* 1. Panditur interea domus omnipatentis Olympi. *& lib.* 12. *v.* 791. rex omnipatentis Olympi. Ita quidam leg. ſed invitis MSS. teſte *Pierio*, qui ubique *omnipotentis* reperit: invito etiam *Erythræo*, qui multa in indice hac de re.

OMNIPATER, tris, omnium rerum pater. *Prudent. καθ' ἡμ. 9. in poſt. Enod. v.* 70. omnipotremque negare Deum.

OMNIPAVUS, a, um, adject. qui omnia timet. *Col. Aurel. Aem. l.* 3. *c.* 12. Pantophobus, ideſt omnipavus.

OMNIPERITUS, a, um, omnium peritus. *Albinov. el.* 2. *verſ.* 110. Viſcera directi mutaverat arietis agno Æetis fucsis omniperita fais. Al. leg. *omne perito* per hyphen, ὦ ἄν.

OMNIPOLLENS, tis, adject. omnipotens. *Prudent. Apotheoſ. in præfat. v.* 31. Statum laceſſunt omnipollentis Dei.

OMNIPOTENS, antis, *omnipotente*, παντοκράτωρ, omnia potens. *Turpil.* apud *Cic.* 4. *Tuſcul. c.* 34. Teque, omnipotens Neptune, invoco. *Catull. carm.* 63. *de nupt. Pel. & Thet. v.* 171. Jupiter omnipotens. *Val. Flacc. l.* 1. *v.* 81. Regina omnipotens. *b. e.* Juno. *& lib.* 8. *v.* 70. Somne omnipotens. *Virg.* 8. *Æn. verſ.* 334. Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum. *Macrob. l.* 1. *in ſomn. Scip. c.* 17. *a med.* & *Auguſtin. l.* 1. *Confeſſion. cap.* 4. Deus ille omnipotentiſſimus.

OMNIPOTENTIA, æ, f. *omnipotenza*, παντοκρατία, rerum omnium facultas. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 16. Omnipotentium quoque Fortunæ tribuit.

OMNIS, ne, *ogni, ciaſcuno, ognuno, tutti*, πᾶς, ἅπας, cunctus, univerſus, unuſquiſque. *Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. *c.* 9. Omnium nomine, quicumque ludos facient, pecunia eroganur. *Id. l.* 1. *Offic. c.* 35. *a med.* Ab omni, quod abhorret ab oculorum auriumque approbatione, fugiamus. *Id.* 5. *Tuſcul. cap.* 23. Quis eſt omnium, qui modo cum muſis habeat aliquod commercium, qui non malit, &c? *Id.* 1. *de Orat. cap.* 22. Cum ta unum ex omnibus ad dicendum maxime natum aptumque cognoſſem. *Id. pro Rob. perduell. c.* 7. Omnes omnium ordinum homines. ¶ Pro quilibet, quicumque, *qualunque. Caſ. l.* 5. *B. Gall. c.* 6. Omnibus precibus petere contendit, ut, &c. *con ogni ſorta di preghiere. Horat. l.* 1. *ep.* 5. *v.* 2. Nec modica cernere times olus omne patella. ¶ Interdum ſubſtantivi naturam induit. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 2. Omnia, quæcumque in hominum diſceptationem cadere poſſunt. *Liv. l.* 31. *c.* 45. Macedonum fere omnibus, & quibuſdam Andriorum, ut manerent, perſuaſit. *Lucret. l.* 1. *v.* 520. Tum porro ſi nil eſſet, quod inane vacaret, Omne foret ſolidum. *& verſ.* 999. Omne quidem vero nihil eſt quod finiat extra. *& verſ.* 1022. Sed quia multa modis multis mutata per omne, &c. *Cic.* 3. *Verr. c.* 10. Poſcet omne, quantum exaravero. quid omne? immo plus atiam, ſi volet. *& ſup.* 77. *extr.* Unum da mihi, qui ſibi dicat pro frumento omne eſſe, quod oportuerit, ſalutum. *Terent. Adelph.* 2. 4. 16. At ut omne reddat. *Sy.* omne reddet: taca modo. *Propert. l.* 4. *eleg.* 8. *v.* 30. Sobria grata parum cum bibit, omne decet. *Horat. l.* 2. *ſat.* 6. *verſ.* 30. tu puſſes omne quod obſtat. ¶ *Omnia facere*, tentare, experiri, *far di tutto*, πάντα ποιεῖν. *Cic. de Amic. c.* 10. *ad fin.* Profiteri, omnia ſe amici cauſa eſſe facturos. *Id. Fam.* 1. *ep.* 9. *ad fin.* Scribis, te omnia fallerum, ut negotium aonficias. *Perron. in Satyr. c.* 107. Quid ita omnia feciſti, ut quos tuebatis, obſconderes? *Martial. l.* 6. *epigr.* 93. Omnia cum fecit, Thaida Thais nlet. Sic *Terent. Andr.* 2. 2. 12. Omnia experiri certum eſt, priuſquam pereo.

¶ *Omnis fere primo abhorrer, quam*, &c. q. d. cælum ruiturum. *Cic. ad Pompej. poſt epiſt.* 11. *l.* 8. *ad Attic.* Nam ſuſpicione aſſequi non potui, quod omnia prius arbitratus ſum fore, quam ut hæc reipubl. cauſa in Italia non poſſet, duce te, conſiſtere. ¶ *Omnes mihi ſunt cum aliquo*, coocordes inecem ſumus in nonnibus, vel omnia ſunt mihi cum aliquo cincula & officia familiaritatis, & amicitiæ. *Cic.* 13. *Fam. ep.* 1. Cum Patrone Epicureo mihi omnia ſunt: niſi quod in philoſophia vehementer ab eo diſſentio. Contra *Id. Attic.* 12. *ep.* 17. Mihi ante zdilitatem meam nihil erat cum Cornificio. ¶ *Eſſe omnia in aliqua re ducimus*, cum in ea re omnia præſidia, & vim ineſſe affirmamus. *Cic.* 2. *de Legib. c.* 10. Caſte leu jubet adire ad deos, animo videlicet, in quo ſunt omnis. *Id.* 15. *Fam. ep.* 14. *ad fin.* Sic velim entere, quaſi in eo ſint mihi omnia. *ſia il tutto.* ¶ *Eſſe omnia alicui*, eſſe alicui in ſummo gradu exiſtimationis & gratiæ, inſtar omnium eſſe, unum valere, quod omnes alii, ἴσον τοῖς πᾶσιν. *Ovid. Heroid. ep.* 12. *v.* 161. Deſeror (amiſſo regno, patriaque, domoque) Conjuge, qui nobis omnia ſolus erat. *Liv. l.* 40. *c.* 11. Demetries his unos omnia eſt: eum jam regem vivo patre appellant. Sic *Perron. in Satyr. c.* 37. Nunc, nec quid, nec quare, in cælum abit, & Trimalchionis tapanta (*vel ut alii edidere, ni mârra*) eſt. ¶ *Ante omnia.* V. in *Ante.* ¶ *Per omnia*, omnibus rebus, in omni re, omnino, *in tutto. Quintil. lib.* 5. *c.* 2. Vix ullu res eſt per omnia alteri ſimilis. *Colum. l.* 4. *c.* 2. Quare per omnia prætulerim, duobus potius feminibus depoſitis, quem unico periclitari. *Vellej. l.* 2. *c.* 33. Vir ſhoqui per omnia laudabilis. *& cap.* 40. Pompejus per omnia fortunam homiois egreſſus. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 613. *n.* 2. T. Flavius Aug. L. Felix conjugi kariſſimæ de ſe per omnia bene meritæ. ¶ *Eadem omnia, παντὰ ταὐτὰ. Terent. Hecyr.* 2. 1. 2. Utin' omnes mulieres eadem æque ſtudeaut, nolintque omnis. *Plaut. Aſin.* 3. 3. 23. Mihi certum eſt efficere in me omnia eadem, quæ eu in te fexis. *Plin. l.* 7. *ep.* 17. Supervacuum tamen eſt recitare, quæ diſeris: etiam: ſi eadem omnia, ſi iiſdem omnibus, ſi ſtatim recitas. ¶ *Alia omnia*, contrarium. *Plin. l.* 7. *ep.* 15. Requiris quid agam? quo noſti diſtringor officio, amicis deſervio, ſtudeo interdum, &c. Ta alia omnia, quam quæ velis, agere, moleſte ferrem, &c. tuti' *altro.* ¶ Aliquando *alio* omittitur, ſequente *quam. Cic. pro Quinct. c.* 24. Quid hæc feſtinatio tanta ſignificat? non vim? non ſcelus? non latrocinium? non denique omnia potius, quam jus, quam officium, quam pudorem? *Liv. l.* 2. *cap.* 39. Plebs omnia, quam bellum malebat. *Salluſt. in Catil. c.* 26. Sed ai cariora ſemper omnia, quam decus atque pudicitia fuit. ¶ *Ire, cranſire, diſcedere in alia omnia* eſt Scotatoris diſſentientis in Senatu ab alterius ſententia. Utebantur autem his verbis *alia omnia*, cæmnis cauſa, ne dicerent, *qui non conſentit*, vel *qui contrarium conſentit*, quæ verba mali omnes eſſe videbantur, ut *Feſtus* docet in *Qui hoc*, V. *Eo, ir.* ¶ *Omnis* abſolute, Græco more, per omnia, omnino. *Senec. de conſol. ad Marc. in fin. cap. penult.* Tremites, omnia plani, & ex facili mobiles. *Lipſ.* vellet aliter legi, invito *Geranov.* Sic *Aurel. Vict. de Cæſarib. c.* 9. Veſpaſianus ſanctus omnia, facundiæ haud egens. ¶ Aliquando *omnis* eſt ullus. *Terent. Andr.* 2. 3. 17. Sine omni periclo. ¶ *Omnes*, ſinguli. *Cic.* 2. *de Fin. c.* 31. Iisemque omnibus menſibus, vicefimo die lunæ, dent ad eorum epulas, &c. *Plin. l.* 12. *c.* 25. *ante med. de balſame arbore.* Tee omnibus percutitur ætatibus, poſtea deputatur. ¶ *Omne* ſing. num. pro *omnes*, & eadem ſignificatione. *Val. Flacc. l.* 1. *v.* 707. & viſu laſſatur inani Omnis eques. *Albinov. el.* 1. *verſ.* 202. Funeris exſequias adſumus omnis eques. *Coto* apud *Gell. l.* 3. *c.* 7. Omnis Græcia decorsvere. *Ovid. l.* 1. *Amor. el.* 9. *verſ.* 2. Militat omnis amans. *Stat. l.* 1. *ſilv.* 3. *v.* 85. huc omnis turba coimus. *Val. Flacc. l.* 2. *v.* 202. pariterque toris exhorruit omnis mater. *& lib.* 1. *v.* 14. Spargentemque faces, & in omni turre furentem. *Stat. l.* 1. *ſilv.* 2. *v.* 119. Proteaque atque omnem Nereida quarere juſſi. *Cic. Attic. l.* 7. *ep.* 3. *circa med.* Hic omnia facere omnes debet, ne armis decernamus. *Al. teſtimus leg.* omnes debent. ¶ *Omnes* de duobus, aut nibus tantum. *Cic. pro Mur. c.* 15. Perfecta ab Lucollo hæc ſunt omnis, *ut* nbs fideliſſimorum ſociorum defenderetur, ut omnes copiæ regis diuturnitate obſidionis conſumerentur. *Quintil. l.* 3. *c.* 7. *extr.* Quamquam omnes tres ſtatus cadere in hoc opus poſſint. ¶ Redundat in illo *Varron. l.* 9. *de L. L. cap.* 4. Harum analogiarum primam ſequi debet populus, ſecundam omnes ſinguli e populo, tertiam poetæ. ¶ Hactenus *omnis* refertur ad quantitatem diſcretam, ut vocant, h. e. ad numerum: in quo differt *a totus*, quod pertinet ad continuam, & integrum corpus aliquod ſignificat, nulla cui deſit pare. Sæpe tamen *omnis* pro *totus* ponitur. *Caſ. l.* 5. *B. Gall. c.* 13. *extr.* Omnis inſula eſt in circuitu vicies centena millia paſſuum. *Cic.* 2. *de Fin. c.* 34. Omne cælum, totamque cum univerſo mari terram mente complexus. *Id.* 2. *Tuſcul. c.* 22. *extr.* In profundenda voce omne corpus intenditur. *Id. pro Cluent. c.* 6. *ad fin.* Sanguinem ſuum omnem profundere. *Id.* 2. *de Orat. c.* 22. *extr.* Tota mente atque omni animo intueri. *Id. pro Quinct. c.* 21. Ut in hoc ſingulare judicium cauſa omnis concluderetur. *Id.* 3. *Tuſcul. c.* 15. M. Craſſus, quem ſemel ait in omni vita riſiſſe Lucilius. *Horat. lib. & epiſt.* 1. *v.* 11. Quid verum atque decens, auro & rogo: & omnis in hoc ſum. *Aurel. Vict. de vir. illuſtr. c.* 34. Cenſuram ſolum omni quinquennio obtinuit. *ſtinque annui inirent. Stat. Theb.* 6. *v.* 766. at ille nocendi Prodigus, incautuſque ſui, ruit omnia, & ambas Conſumit ſine lege manus. ¶ *Omne* pro *tantum* videtur eſſe in illo *Cicer. Verr.* 5. *c.* 10. Apronius poſcet omne, quantum exaravero. ¶ Primam in *omnibus* aorripit *Lucret.* more Græco, propter *n* ſ, ut in *Clytemneſtra*: *lib.* 3. *v.* 440. Cum ſemel au omnibue membris ablata receſſit.

OMNI-

Digitized by Google

OMNISONE. V. in voce ſequenti.

OMNISONUS, a, um, *d' ogni ſuono*, omnem ſonum reddens. *Paulin. Nolan. in Nat. IX. S. Fel. v.* 81. (*quod eſt carmen* 24.) Omniſone harmonia. *Martian. Capell. l. 9. pag.* 309. *in carm.* chelys, Bis plenum omniſona cui recinunt mela. *& pag.* 312. Melodia omniſonis convenienſ pulſibus modulatrum. ¶ Hinc adverb. *omniſone* quidam leg. apud *Quintil. l. 9. c.* 2. Diſponenda atque variandā ſunt, ut auditorem, quod in fidibus fieri eidemus, omniſone permulceant. Sed lege cum aliis *omni ſono*.

OMNITENENS, entis, omnia tenens, *παντοκράτωρ*. *Tertull. in carm. l. 5. adverſ. Marcion. rep. 9.* Omnitenentis enim ſolus quia verba miniſtrat.

OMNITUENS, entis, *παντόπτης*, qui omnis tuetur & cernit. *Lucret. l. 2. v.* 940. Contulit inter ſe motus, quibus omnituentes Accenſi ſenſus animantum quamque ruentur. *Val. Flacc. l. 5. v.* 247. *de Sole*. fatorum genitor tutela meorum Omnituens.

OMNIVAGUS, a, um, *παντοπλανὴς*, qui per omnia loca vagatur. *Cic. lib. 2. de nat. Deor. cap.* 27. Disne omnivaga dicitur, non a venando, ſed quod in ſeptem numeratur tanquam vagantibus. Al. leg. *omnivaga*.

OMNIVOLUS, a, um, *che vuole ogni coſa*, omnia volens. *Catull. carm. 67. ad Mall. verſ.* 140. Noſcens omnivoli plurima furta Jovis.

OMNIVORUS, a, um, *παντοφάγος*, qui nullo diſcrimine quibuelibet eſcitur. *Plin. l.* 25. *c.* 8. *a med.* Quoniam bovem omnivoræ fere ſunt in herbis.

OMOPHAGIA, æ, f. *ὠμοφαγία*, crudæ carnis uſus in cibis: ab *ὠμὸς*, crudus, & *φάγω*, comedo. *Arnob. l. 5. pag.* 169. Bacchanalia prætermittamus immania, quibus nomen Omophagiæ Graecum eſt: in quibus furore mentito, & ſequeſtrata pectoris ſanitate, circumplicatis vos anguibus: atque ut vos plenos dei numine ac majeſtate docentia, caprorum reclamantium viſcera cruentatis oribus diſſipatis.

OMPHACIUM, ii, n. *ὀμφάκιον*, ſuccus ex olea, aut uva expreſſus, priuſquam cibo aut vino maturæ ſint: Ex olea quidem, cum adhuc alba eſt, vel cum colorem quidem mutare incipit, adhuc tamen eſt cibo immatura: ex uva autem aut pſythia, aut amminea, cum ſunt acini cicerie magnitudine: vel cum in mortarium ues immatum teritur, ſiccataque in ſole, paſſea degeritur in paſillos. Hæc *Plin. l.* 22. *c.* 27. ubi, & *lib.* 14. *c.* 16. intsr varia uleorum, ſeu unguentorum genera receaſet, & *in præfat. l.* 23. *& cap.* 4. reſert varios eius uſus in medicina.

OMPHACOCARPOS, i, *ὀμφακόκαρπος*, herbe eadem quæ aparine. *Plin. l.* 27. *c.* 5.

OMPHACOMEL, ellis, n. conditura ex umphacio, h. e. uvæ ſemiacerbæ ſucco, & melle. Legitur in lemmate *cap. penult. Palladii in Auguſto*.

OPTIME, & *antiqu.* Optume, *bonifſime, attimamente, attimiſſimamente, ἄριστα*, omnino bene, præclare, eximie, perfecte. *Cic. 4. Fam. ep. 13. ſub fin.* Sed hæc tu melius, vel optime omnium. *Plaut. Bacch. 3. 4. 3. Illum exoptavit potius? habeat. optime eſt. Terent. Andr. 3. 4. 14.* Optima factum. *Id. Phorm. 1. 3. 1.* Qui mihi conſulsum optime vult eſſe. *Cic. l. 1. de Orat. c. 26.* Optime dicere. *Nep. in Con. 1. 4.* Qui optime ſuos noſſe deberet. *Cæſ. l. 1. B. Gall. c. 45.* Optime meritos ſocius non deſerere. *Salluſt. in Catil. c. 62.* Miles optime armatus. *Id. in Jug. c. 10.* Optume & diligentiſſime omnium. *Plin. l. 24. c. 6. extr.* Pinga teſine capitis vulneribus optime medetur. ¶ Aliquando ſignificat prorſus, opportune, in tempore. *Terent. Andr. 2. 1. 35.* Davum optime video. *& 4. 2. 3.* Optime te mihi offers. Adde *Enn. 5. 2. 66. & Plaut. Men. 2. 2. 57. & Men. 4. 2. 9.*

OPTIMITAS, atis, f. vox eſt minime Latina. *Mertuon. Capell. l. 4 pag. 109.* Cognoſcendum eſt, dici quaſdam ſubilantias ut qualitatibus, quarum nomina non inveniuntur. Nam ut bonum dicimus a bonitas, non ita optimum ab optimitate. V. *Optimus.*

OPTIMUS, & *antiqu.* Optumus, a, um, *attimo, perfetto, bunnifſimo, ἄριστος*, omnino bonus, præſtantiſſimus, perfectus, lectiſſimus, ceximius, præclarus. Superlationem ſignificat poſitivi *bonus*: & videtur eſſe ſyncope ab *optatiſſimus*: vel ab *opto* eligo, quaſi electiſſimus. *Cic. de opt. gen. Orat. 1. 2. extr.* Quod omnes laudes habet, id eſt optimum. *Ulpian. Dig. lib. 45. tit. 1. leg. 75.* Si quis ita ſtipulatus ſit, *uvas bonas* emptoras centum, incertum videtur ſtipulari, quia bono melius invenire poteſt, quod ipſum quoque bonum eſt: at cum optimum quis ſtipulatur, id ſtipulari intelligitur, cujus bonitas principalem gradum bonitatis habet: quæ res efficit, ut ea appellatio certi ſignificativa ſit. *Cæſ. l. 1. B. Gall. c. 31.* Ager Sequanus, qui eſt optimus totius Galliæ. *Cic. Phil. 7. c. 2.* Fortiſſimus conſul atque optimus. *Id. 3. de Legib. c. 11.* Optimi & dulciſſime frater. *Id. 2. de Orat. c. 33.* Stilus optimus & præſtantiſſimus dicendi effectos ac magiſter. *Plaut. Caſ. 2. 6. 23. & Rud. 4. 3. 90. & Strib. 5. 4. 46.* Optimum, atque æquiſſimum illud eſſe, jure judico. *Id. Trin. 2. 4. 84.* Semper hoc facito cogites, id optimum eſſe, tate uti ſis optimus: ſi id nequeas, ſaltem ut optimis proximus. *Salluſt. in Jug. c. 97. extr.* Optimus quiſque cadere, aut fauciari. *h. e. fortiſſimus. Id. in Catil. c. 33. & in Jug. c. 115.* Optimum factum credens, exercitum augere. *Al. leg.* factu. *Plaut. Pſeud. 1. 2. 52.* Nunc adeo hoc factum eſt optimum, ut nomine quemque appellem ſuo. *Id. Aulul. 3. 6. 30.* Cædundum illum ego conduxi. *Eu.* tum tu idem optimum eſt loces efferendum. *à ertimo eſſe. & Aſin. 5. 2. 58.* In oculos iovadi nunc eſt optimum. *Id. Capt. prol. v. 10.* Jam hoc tenetis? optimum eſt. *bonifſime, vu benifſime. Cæſ. l. 3. B. Civ. 1. 50.* Optima valetudine uti. *& cap. 59.* alicujus & fortiſſima opera uti. *& lib. 1. 1. 12.* Omnium eſſe Iguvinorum optimam ergie voluntatem. *eſſe tanti benifſimo uſſeti verſa di ſe. Cic. in Orat. 1. 8.* Oratio longe optima. ¶ *Optimus maximus*, Jovis appellatio. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 25.* Jupiter a majoribus noſtris dictus eſt optimus maximus: & quidem ante optimus, ideſt beneficentiſſimus, quam maximus, quia magis eſt, certeque gratius prodeſſe omnibus, quam opes magnas habere. ¶ De hominibus etiam dicitur, aliiſque rebus. *Papinian. Dig. lib. 27. tit. 1. leg. 30.* Optimi maximique principes noſtri conſtituerunt, &c. *Id. lib. 31. leg. 80.* Optimus maximusque princeps noſter Severus Auguſtus. ¶ Si fundus ita legatus ſit, vel venditus, *ut optimus maximuſque eſt*, liber præſtandus eſt, h. e. ab omni ſervitute immunis, ut docent *Cujac lib. 30. leg. 68. a med. & Proculus lib. 50. tit. 16. leg. 216. & Paul. ibid. leg. 169.* Sic *Cic. Agrar. 3. c. 2. ad fin.* Optimo jure ea ſunt profecto prædia, quæ optima conditione ſunt. Libera meliore conditione ſunt, quam ſerva. ¶ *Optima lex* eſt, quæ pleniſſimum alicui jus, & ſine exceptione tribuit. Itaque optima lege cicari dictus eſt Dictator, donec ſine provocatione creatus fuit. Poſtquam vero provocatio ab eo ad populum data eſt, deſitum eſt dici optima lege, utpote ejus jure imminuto. *Feſtus.* Etiam in formula capiendæ Veſtalis, apud *Gell. l. 1. c. 12.* habetur: Uti quod optima lege fiat, ita te, amata, capio.

OPTIO, onis, f. *elezzione, erâsmos di eleggere, liberà, αἵρεσις*, electio, & eligendi facultas, arbitramium. *Plaut. Caſ. 2. 4. 13.* Optio hæc tua eſt: utram harum vis conditionem, accipe. Cic. *de Fato*, c. 2. Utra frui malis, optio ſit tua. *Id. pro Cæcin. cap. 23. & 10 fragm.* apud *Quintil. l. 5. c. 10. circa med.* Optio vobis datur, utrum velitis, &c. *Id. in Divin. Verr. c. 14.* Poteſtatem optionemque facere alicui, ut eligat, &c. *Id. in Verr. c. ult.* Ac erit hæc optio & poteſtas tua, ut, &c? *Id. in Brut. c. 50. ſub fin.* Dare alicui optionem eligendi patroni. *Id. 5. de Fin. c. 29.* Si optio eſſet. *Plaut. Mil. 3. 1. 75.* Si optio eveniat tibi. *Salluſt. in Jug. c. 81. ſub fin.* Græci optionem Carthaginienſium faciam. *h. e.* dant Carthaginienſibus optionem, ut, &c. *Plaut. Caſ. 2. 2. 15.* Vir une habet peſſumis deſpicatam modis, nec mihi jus meum obtinendi optio eſt. *non ho liberà, non poſſo.* ¶ Metonymice *optio* dicitur, qui vicariam alicui operam in militia præſtat, *inoſtecature, aiutante, ſoſtituto. Feſtus*: Optio qui nunc dicitur, antea appellabatur accenſus. *Ia* adjutor dabatur centurioni a tribuno militum: & dictus eſt *optio*, quia aliquando ab ipſo centurione optabatur, hoc eſt eligebatur. *Varr. l. 4. de L. L. c. 16. ad fin.* Quos in (*decurione*) primo admiſtros ſibi ipſi adoptabant, optiones vocari cœpit: quos nunc propter ambitionem Tribuni faciunt. *Vegat. l. 2. de re milit. c. 7.* Optiones ab optando appellati, quod antecedentibus ægritudine præpedita, hi tanquam adoptati eorum, atque vicarii ſolent univerſa curare. *Inſcripc.* apud *Gruter. pag. 551. n. 3.* C. Lucilius C. F. Val. Vindex, principalis beneficiarius Tribuni, deinde optio ie centuria. Adde alium in *Antiquit. Beneven. claſſ. 7. n. 12.* (V. *ibid. Differtat. 9. pag. 243.*) & *Aurel. Arcel. Dig. lib. 50. tit. 6. leg. ult. & Non. 1. 1. n. ult.* ¶ Dicitur etiam de cujuſque rei adjutore. *Plaut. Aſin. 2. 2. 88.* Tibi optionem ſumito Leonidam: fabricare quidvis, quidvis comminiſcere. *Aurel. Arcel. Dig. lib. 50. tit. 6. leg. ult.* Optio fabricæ. Adde *Cellarium. lib. 48. tit. 20. leg. 6.* ubi ſpiculatorum optiones, &c. Plura de Optionibus congeſſit *Reinef. claſſ. 1. Inſcript. 3. pag. 11.* ¶ Sub his qui curabant, adjutorum ſubadjuvæ, *ſubaptiones* dicti. *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 529. n. 8.* ¶ In veteri Inſcripc. apud *Donium claſſ. 6. num. 70.* corrupte legitur *optum.*

OPTIONATUS, us, m. gradus, & munus Optionis. *Cato* apud *Feſt.* Majores ſeorſum, atque diverſum pretium paravere homia atque ſtrenuis, decurionatus, optionatus, haſtas donaticas, alioſque honores.

OPTIVUS, a, um, adoptivus, adſcitus, adjunctus. *Horat. l. 2. ep. 2. v. 99.* Diſcedo Alcæus puncto illius: ille meo quis? Quis niſi Callimachus? ſi plus adpoſcere viſus, Fit Mimnermus, & optivo cognomine creſcit.

OPTO, as, avi, atum, 1. *ſtreghiere, eleggere, volere, αἱρέομαι*, eligo, malo. Volunt eſſe ab ὄπτω, ſeu ὄπτομαι, video, conſidero, quia qui

qui electurus eſt, prius videt & conſidenat, quid ſit melius. Hinc *coepto, adepto*. *Cic. 1. Offic. c.* 20. Nihil homines, niſi quod honeſtum ſit, aut admirari, aut optare, aut expetere oportet. *Calum. l.* 10. *v.* 277. Telluriſque comas ſacris optate canſtris. *b. e.* legite, colligite. *Al. leg.* aptata. *Terent. Andr.* 4. 5. 2. Quæ ſa ſe iohoneſte optavit parere hic divitias, potius quam lo patria honeſte pauper vivere. *Virg.* 1. Æn. *v.* 429. Pars optare locum tecto, & concludere ſulco. *& lib.* 3. *v.* 109. Optavitque locum regno. *& lib.* 6. *v.* 501. Quis tam crudeles optavit ſumere pœnas? Cui de te taotum licuit? *Plaut. Rud.* 3. 6. 14. Opta ocius, repi te obtorto collo mavis, an trahi. Utrum via, opta, dum licet. *Lucil.* apud *Non. c.* 4. *n.* 334. Non video hic, quid magnopere optem. ¶ Item peto, quæro, volo, *cavere, obtendere*. nam qui petit, jam elegit quod peteret. *Virg.* 1. Æn. *v.* 80. tuus, o regius, quid optes, Explorare labor. *Terent. Eun.* 5. 9. 27. Hoc ſi effeceris, quodvis donum, & præmium a me optato, id optatum feres. Ubi *Donat.* Totum militariter. nam & *optavia* dicitur & *optare* a militibus, & alibi: *vir fortis optat quod vultet premium. Cic.* 3. *Offic. c.* 25. Sol Phaetonti filio factum ſe eſſe dixit, quidquid optaſſet. optavit, ut io currum patris tolleretur. *Virg.* 10. Æn. *v.* 279. Optam aliquid votis. *Cic.* 2. *Catil. c.* 7. Nunquam a diis immortalibus optabo, ut, &c. ¶ Item ſumo, adſcifco, *pigliare*. *Virg.* 8. Æn. *v.* 502. Nulli fas Italo taotum ſubjungere gentem: Externos optate duces. ¶ Item cupio, aspero, enopto, *deſiderare, bramare*. Hoc ſenſu quidam ducunt a ὀπτὸς, (quod idem ſignificat) per metathefim. *Cic. Phil.* 14. *c.* 2. & *de Amic. c.* 16. Cum ſemel ad eum, quem cupimus, optumuſque, veſtitum redierimus. *Id. in Piſon. c.* 14. Optandam duco mihi fuiſſe illam, experiendamque fortunam. *Id. ibid. cap.* 20. Hæc ego ſemper de vobis expetivi, hæc optavi, hæc precatus ſum. *Terent. Adelph.* 5. 4. 20. Illum, ut vivat, optaot, meam autem mortem aſpectant. *Id. Hecyr.* 4. 4. 29. Hunc videre ſæpe optabamus diem. *Salluſt. in orat. Philippi contra Lepid.* e *med.* Qui videmini inteota maia, quaſi fulmen, optam, ſe quiſque ou attiogat. *Ovid.* 2. *Triſt. v.* 57. Optavi, petores cæleſtia fidere tarde. ¶ *Optare alicui quippiam*, precari, vel imprecari, *augurare, pregare, far imprecazione*, tum io bonam partem, tum in malam. *Cic. in Bruto, c.* 97. Tibi ſavemus, te tua frui virtute cupimus, tibi optamus eam rempublicam, lo qua, &c. *Id. in Piſon.* c. 20. Mihi non venerat io mentem, furorem & inſaniam optare vobis, in quam incidiſtis. ¶ *Optare hoc quidem eſt, non docere*, & *optare hoc quidem eſt, non diſputare*, dicitur a *Cicer.* 4. *Acad. c.* 38. *ſub fin.* & *lib.* 2. *Tuſcul. c.* 13. & *de Fato, c. ult.* de iis, qui ita diſputant, ac docent, ot potius oſtendant, quid ipſi maxium velint, quam quid maxium verum ſit: quod eſt eorum, qui ooo pro veritata, ſed pro affectu pugnaot. *Plato l.* 6. *de republ. p.* m. 499. Οὕτω γὰρ ἂν ἥκιστα ἐγκαλοῖμεν, *de* ἅπαξ ἐγχεῖν ἄκρον λέγοντες. ¶ *Optaſſis* pro *optaverit* habes apud *Plaut. Mil.* 3. *c.* 75.

OPULENS, entis, & Opulentus, a, um, *dovizioſo, opulente, ricco, abbondante*, πλούσιος, opibus abundans, locuples, dives, copioſus. *Paul.* ex *Feſto*, io *Opis*. Opulenti terreſtribus rebus copioſi. *Nep. io Chabr. c.* 3. Neque animo æquo paupems alienam opulantiom iotuentur fortunam. *Auſon. Edyll.* 2. *v.* 7. Non opulens, nec ugens. *Salluſt. in Jug. c.* 72. Civitas magna & opulens pœnæ cuncta, aut prædæ fuit. *Apulej. l. ſi. Metam.* Caſtellum frequens, & opulens. *& lib.* 10. Matrona pulleus, & opulans. *Cic. 3. de nat. Deor. c.* 33. Opulentiſſima & beatiſſima civitas. *Cæſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 80. Potiri oppido pleno atque opulento. *Liv. l.* 21. *c.* 43. Opulenta ac ditia ſtipendia facere. *Plaur. Bacch.* 2. 2. 64. Tu facito, obſonatum ſit nobit opulentum obſonium. *Id. Epid.* 2. 2. 125. Adoleſcens auro opulentus. *Salluſt. in Jug. c.* 19. Quæ pars Numidiæ Mauritaniam attingit, agro viriſque opulentior. *Virg.* 1. Æn. *v.* 450. Hic templum Junoni ingens Sidonia Dido Condebat, donis opulentum, & numine divæ. *Sueton. in Aug. c.* 30. Ædes ſacras opulentiſſimis donis adornavit. ¶ Cum genitivo *Horat. l.* 2. *od.* 17. *v.* 14. hic tibi Copia Manabit ad plenum benigno Ruria honorum opulenta corno. *Tacit.* 2. *Hiſt. c.* 6. *ſub fin.* Provinciæ nec virorum inopes, & pecuniæ opulentæ. *Liv. l.* 35. *c.* 1. *ſub fin.* Eo victorem opulentum prædæ exercitum P. Cornelios reduxit. Al. leg. *prado*. ¶ Item potens, *potente. Liv. l. & cap.* 32. Opulentior factio, excluſis Ætolis, tenoit urbem. *Salluſt. in Catil. c.* 57. Cognoveram, pervis copiis bella geſta com opulentis regibus. ¶ Item nobilis, *nobile. Ennius* apud *Gell. l.* 11. *c.* 4. Nam cum opulenti loquantur pariter, atque ignobiles, Eadem dicta, eademque oratio æqua non æque valet. ¶ Translate *Gell. ſub fin. c.* 3. *l.* 7. Opulenta oratio. *copioſa, pieno di facondia*. & *lib.* 14. *c.* 6. *ſub fin.* Opulentiſſimus liber. *ricco d' erudizione*.

OPULENTE, & Opulenter, *riccamente, abbondantemente, ſplendidamente, διαπρεπῶς*, cum opulentia, ſumptuoſe, ſplendide, large, copioſa. *Salluſt. in Jug. c.* 89. Neque illos arcte colam, aut opulenter. *Liv. l.* 2. *c.* 35. *a med.* Ludos opulentius, ioſtructiuſque, quam priores reges facit. *Juſtin. l.* 3. *c.* 3. Nec upolari opulentius, ac imitatio ia luxuriam verteretur. *Apul. in Apolog.* Grandis domus opulenta ornata.

OPULENTIA, æ, ſ. &

OPULENTITAS, atis, ſ. *opulenza, abbondanza, ricchezza, dovizia*, opum cupia, divitiæ. *Plaur. Mil.* 4. 4. 35. Quaſi ejus opulentitatem reverearis. *Gaoil.* apud *Non. c.* 2. *n.* 598. Opulentitate noſtra ſibi injoriam factam. *Salluſt. in Catil. c.* 56. Habemus publice egeſtatem, privatim opulentiam. *Juſtin. l.* 2. *c.* 14. Caſtre referta regalis opulentiæ capta. *Plin. l.* 2. *c.* 113. Metallorum opulentia tam varia, tam dives, tam fecunda, tot ſaculis fuborians. ¶ *Opulentia* non divitias modo, ſed potentiam ſimul, quas *apes* dicimus, ſignifi-

cat. *Salluſt. in Catil. c.* 6. Poſtquam res eorum civibus, moribus, agria aucta, ſatis proſpera, ſatiſque pollens videbatur, invidia ac opulentia orta eſt. *Nep. in Cim. c.* 2. *ſub fin.* Thaſia opulentia ſanctos ſuo advento fregit. *Tacit. Ann.* 4. *c.* 55. *ed ſq.* Auctam Lydorum opulentiam, miſſis io Græcium populis. ¶ Io plurali oom. *Plaut. Bacch.* 3. 4. 52. Antequam illa meis opulentiis rameota fiat gravior, &c. *Gell. l.* 20. *c.* 5. *a med.* Doctrina anteire maium, quam copiis atque opulentiis. *Ammian.* ¶ Translate *Claudian. de Conſul. Mall. Theod. v.* 21. Moa undam foro victria opulentia liogua, Tutarique reos.

OPULENTO, as, a. 2. *arricchire, render abbondante*, πλουτίζω, opulentum, copioſum facio. *Horat. l.* 1. *ep.* 16. *v.* 1. Ne perconterit, fundus meus, oprime Quinti, Arvo paſcat herum, an baccis opuleotet olivæ. *Colum. l.* 8. *c.* 1. Villaticæ paſtiones menſam pretioſis dapibus opoleotiont.

OPULENTUS. V. *Opulens*.

OPULESCO, is, n. 3. *arricchire*, diteſco. *Furius* apud *Gell. l.* 18. *c.* 11. Quo magis in patrils poſſiot opulaſcere campis. *Caſellius Vindex* Grammaticus hoc verbum reprehendebat, ut miout Latinum: *Gellius* defendit, & probat.

OPULUS, i, ſ. *oppio*, acer minus, arbor maritandis idonea vitibus. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 8. Arbuſta, obi iraduces paſſint fieri vitium, ut Mediolanenſes faciunt in arboribus, quas vocant opulos. *Colum. l.* 5. *c.* 6. & *de arborib. c.* 16. Vitem maxium opulus alit, deinde ulmus, deinda fraxinus. *Id. l.* 5. *c.* 6. Opulus, quia rerum, eaque idoneaus frondam pecori præbet, a plerifque repudiata eſt. *& cap.* 7. Eſt & alterum genus arbuſti Gallici, quod vocatur rumpotianum. Id deſiderat arborem humilem, nec froodoſam: cui rei maxime videtur idonea opulus. ea eſt arbor corno ſimilis.

OPUNCULO, avis genus, quod opilionis cantas Iroitatur. *Paul. ex Feſto* ea lectione *Dacerii*.

OPUNTIUS, a, um, Ὀπούντιος, ad Opuntem pertinens. Eſt enim *Opus, untis*, Ὀποῦς, oppidum Locrorum Epicnemidiorum io Boeotia, prope mare, ad Euripum. Unde Opuntius ſinus, *Plin. l.* 4. *c.* 7. & Opuntia herba, circa Opuntem naſcens, *Id. l.* 21. *c.* 17. Philodamus Opuntius, *Cic. 4. Verr. c.* 44. ¶ *Opuntes, orum*, ejus oppidi cives, *Liv. l.* 28. *c.* 6. *extr.*

OPUS, eris, n. *opera, lavoro, faccenda*, ἔργον, id quod fit operando. Differt ab *opera*, quæ eſt actio, qua fit opus. Utrumque *Terent.* complectitur *Horat.* 1. 1. 21. Quod io opere faciundo operæ confimis iux. *b. e.* in agro colendo. *Cic. 6. Verr. c.* 24. Inſtituit officinam Syracuſia: eo conducit magnam hominum multitudinem: menſes octo continuos opus his ooo dafuit, cum vas nullum fieret, niſi aureum. *Id.* 2. *de Orat. c.* 17. Oratio io cauſarum contentionibus magoum eſt quoddam opus, atque haud ſciam, ao de humanis operibus longe maximum. *Virg. Ecl.* 3. *v.* 37. pocula ponam Fagina, cælatum divini opus Alcimedontis. *Id. 6. Æn. v.* 128. Sed revocare gradum, ſuperaſque evadere ad auras, Hoc opus, hic labor eſt. *b. e.* opus arduum, διέργον. *Cic. Attic. l.* 9. *ep.* 11. Utinam aliquod io hac miſeria relpublicæ πολίτευμα opus officere, & navare mihi liceat! *Id. l. Acad. c.* 2. Habeo opus magnum in manibus. *Id. pro Marcell. c.* 4. Nihil eſt opere, aut manu factum, quod aliquando non conficiat, & conſumat vetuſtas. *opere factum* eſt, quod arte fit; *manu*, quod virtute bellica: vel *opere*, quod ingenio maxime; *manu*, quod artificio: vel *aut* ponitur pro *&*. ¶ Sumitur ioterdum pro opera. *Cic. l.* 2. *de Divin. c.* 27. Ita leves atque inconſiderati ſumus, ut ſi mures corraſerint aliquid, quorum eſt opus hoc unum, monſtrum putemus. *che fanno qualche male meſtiere. Virg.* 8. Æn. *v.* 515. ſub te tolerare magiſtro Militiam, & gnave Martia opus, tua cernere facta Aſſueſcat. *fatica. Ovid. Met.* 12. *v.* 118. opuſque meæ bia ſenſit Telephus haſtæ. *b. e.* volnus, & auxilium. ¶ De quocumque ædificio, *Cic. Verr.* 2. *c.* 4. & *pro Dom. c.* 20. Ædium ſacrarum, publicorumque operum dspopulatio. *delle pubbliche fabbriche*. & *Suetou. in Tiber. c.* 30. Ad patres conſcriptos referre de vectigalibus oc monopoliis, ds exſtruendis reficiendiſve operibus. ¶ De militaribus munitionibus. *Nep. in Milt. c.* 7. Urbem operibus clauſit. *b. e.* vallo, foſſa, aggere, vineis, turribus, &c. *Cic. Phil.* 13. *c.* 9. Mutiuam operibus munitionibuſque ſepſit. *Liv. l.* 35. *c.* 22. *extr.* Fuſis Vectonibus, operibus Toletum cepit. *Id. l.* 37. *c.* 5. *a med.* Non corona, ſed operibus oppugoare urbem aſt adortus. *Vellej. l.* 2. *c.* 4. Circumdatam operibus Numaotiam, excitamque æquovit ſolo. *Cæſ. l.* 5. *B. Gall. c.* 21. Locus agregie oatura, atque opere munitus. *per ſite, e per arte*. ¶ De meliificio, & melle, *Phædr. l.* 3. *fab.* 13. *v.* 9. Alveos accipit, & ceris opus infundit. *Varr. l.* 3. R. R. *c.* 16. Foris paſcuntur, intus opus faciunt, quod dulciſſimum quod eſt, diis & hominibus eſt acceptum. ¶ De opere ruſtico, ſeo agricultura. *Terent. Eun.* 2. 1. 14. Opus faciam, ut defatiger uſque. Adde *Cicer. de Senect. c.* 7. *Terent. Phorm.* 2. 1. 20. *Adelph.* 4. 1. 2. & *Horat. l.* 1. *ſat.* 21. & *Ovid. Met.* 11. *v.* 34. item *Plaut. Aſin.* 5. 2. 23. ubi *dimegopoiàs* rem turpem ſignificat. ¶ Nonnunquam ponitur pro artificio, *fattura, lavoro, artificio. Cic. 6. Verr. c.* 56. Bullas aureas omnes ex his valvis non dubitavit auferre: quarum iſte non opere delectabatur, ſed pondere. *& cap.* 14. Hydria Boeti mano facta præclaro opere, & grandi pondere. *& cap.* 21. Hac autem omoia aotiquo opere, & ſummo artificio facta. *Valerian. Imp. io epiſt.* apud *Trebell. Pollion. in Claud. c.* 14. Argenti io opere annua pondo quinquagiota. *b. e.* argenti facti. ¶ Ablativus *opere* eſt magnopere, *ſommamente. Plaut. Truculi.* 2. 7. 27. juſſit opere orare, ut hæc grata haberes tibi. V. *Magnopere*.

OPUS, indeclinab. *uopo, biſogno, neceſſità*, indigentiam, neceſſitatem ſignificat. *Opus eſt mihi*, eſt mihi oſui, neceſſe habeo, indigeo, *ho biſogno*, mi *fa d' uopo, ho neceſſità, dei*, χρεία. Modo ſubſtantive

accipitur. *Cic.* 13. *Amic. ep.* 25. Hoc fieri & oportet, & opus eſt. *V. Oportet*, *Id. Fam.* 5. *ep.* 12. Ut quidquid opus eſſet, mihi denuntiaret. *& mox.* Eamque, ſi opus ade vidabitur, conveniam. *Caſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 42. Ut præſidium amiciſſimum, ſi quid opus facto eſſet, haberet. *Terent. Andr.* 1. 1. 5. Nihil iſtac opus eſt arte ad hanc rem, quam paro. *Salluſt. in Catil. c.* 1. Prius quam incipias, conſulto, & ubi conſuleris, mature facto opus eſt. *Cic. pro Mil. c.* 19. Nihil erat, cur properato opus eſſet. *Liv. l.* 1. *c.* 58. Ita facto & maturato opus eſſe. ¶ Cum infinito *Cic. de Amic. c.* 24. *ſub fin.* Atque haud ſcio, an ne opus ſit quidem, nihil unquam omnino deeſſe amicis. *Ovid. t. Amor. el.* 12. *v.* 23. Quid digitos opus eſt graphio laſſare tenendo! *Plin. l.* 28. *c.* 13. Quæcumque mulieri opus eſt. ¶ Cum conjunctivo & *ut* particula, *Plaut. Trucul. a.* 5. *v.* 12. Opus nutrici autem, utrem ut habeat veteris vini largiter, ut dies noctesque potet. *& a. 6. 19.* Nunc tibi opus eſt, ægram ut te aſſimules. ¶ Sequente accuſativo, rarum eſt. *Plaut. Trucul. a.* 5. *v.* 20. Puero opus eſt cibum. ¶ *Opus habeo*, opus eſt mihi. *Colum. l.* 9. *c.* 1. *a med.* Parat ut graminibus, ita frugibus roborneis opus habent. ¶ *Opus eſt*, minus eſt, quam *neceſſe eſt. Cato* apud *Senec. ep.* 94. *ante med.* Emas non quod opus eſt, ſed quod neceſſe eſt, *ſibi che è puramente neceſſario*. ¶ Aliquando idem ſunt. *Cic. a. de Divin. c.* 4. Sortes, quam, ſi neceſſe ſit, Latino verbo licet acervalem appellare; ſed nihil opus eſt. *Id. l.* 1. *Fam. ep.* 9. *ad fin.* Legum curiatam conſuli ferre opus aſſa, ſibi neceſſe eſſe. ¶ Adjective. *Cato R. R. c.* 14. Materiem, & quæ opus ſunt, dominus præbebit. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 18. Minus multi opus ſunt boves. *& lib.* 3. *c.* 14. Cochleis parvus cibus opus eſt. *Lucret. l.* 5. *v.* 230. Neç crepitacula eis opus ſunt. *Plaut. Capt.* 1. *a.* 61. Maritumi omnes milites opus ſunt tibi. *Claud. Quadriger.* apud *Gell. l.* 17. *c.* 2. Nihil ſibi divitias opus eſſe. *Terent. Heaut.* 5. 1. 20. Sponſæ veſtem, aurum, atque ancillas opus eſſa. *Cic. a. Fam. ep.* 6. *a med.* Dux nobis, & auctor opus eſt. *Id. a. de Invent. c.* 19. Hujus nobis exempla permulta opus ſunt. Adde *in fragmeot. de Reo publ.* & *Varron.* apud *Non. c.* 9. *n.* 5.

OPUSCULUM, i, n. *operetta*, *τσυμάτιον*; parvum opus. *Cic.* 4. *Acad. c.* 38. Ut etiam inter deos Myrmecides aliquis minutorum opuſculorum fabricator fuiſſe videatur. *& in proam. Perod. ſub fin.* Accipies igitur hoc parvum opuſculum lucubratum hic contractioribus noctibus. *Horat. l.* 1. *ep.* 19. *v.* 35. mea cur ingratus opuſcula lector Laudet, ametque domi.

O R

ORA, æ, f. *eſtremità*, *margine*, *lido*, *δεξαμὲ*, extrema cujuſque rei pars. Volunt eſſe ab *ὁρος*, terminus, quamvis obſtet quantitas. *Cic. a. de Fin.* 1. 31. Regiones, quarum nulla eſſet ora, nulla extremitas. *Id. a. de nat. Deor.* 2. 40. Æther, extrema ora & determinatio mundi. *Lucret. l.* 4. *v.* 13. prius pocula circum Contingunt mellis dulci flavoque liquore. *gli orli. Virg. 4. Georg. v.* 39. *de apib.* tenuia cera Spiramenta linunt, fucoque & floribus oras Eoplent. *Plin. l.* 37. *c.* 10. *poſt med.* Ora gemmæ. *Colſ. l.* 5. *c.* 26. *fect.* 23. Oras vulneris futura jungit. *Feſt.* Ora veſtimentorum. *orlo*, *lembo*. *Virg. Æn.* 10. *v.* 243. clipei oras ambiit auro. *& lib.* 9. *v.* 528. Et mecum ingentes oras evolvite belli. Ubi *Servius*: non tantum initia, ſed ultima extrema bellorum. nam oræ ſunt extremitates. Eſt autem Enimanum: Qui potis ingentis oras evolvere belli. ¶ Sæpe dicitur de fine terrarum, quo mare illuit, *ſpiaggia*, *lido*, *littorale*. Differt tamen a litore, quia *ora* latius patet: quia aſt alicubi *ora*, ubi tamen *litus* non eſt. *Cic.* 12. *Fam. ep.* 5. A prima ora Græciæ, uſque ad Ægyptum. *Id. a. de nat. Deor. c.* 39. Multitudo & varietas inſularum, amœnitates orarum & litorum. *Nep. in Alcib. c.* 3. *ad fin.* Multas præterea Græcas urbes, quæ in ora ſitæ ſunt Aſiæ. *Plin. l.* 3. *c.* 4. *& alibi ſæpe*. Intus regio Allnbrogum: at in ora Maſſilia Græcorum, &c. *Caſ. l.* 3. *B. Gall. cap.* 8. Hujus civitatis eſt longe ampliſſima auctoritas omnis oræ maritimæ regionum earum. *Virg. a. Georg. v.* 44. primi lege litoria uram, *caſteggio*. Sic *Liv. l.* 21. *c.* 51. Decem navibus oram Italiæ legens. ¶ Hinc *oram ſolvere* aſt a limre funem ſolvere, & navim in altum immittere, *ſciogliere dal lido*, *ſalpare*. *Liv. l.* 22. *c.* 19. *ad fin.* Vix dum omnes conſcenderant, cum alii reſolutis oris in ancoras evehuntur. *Al. leg.* reſolvunt oras, ancoram vellunt. Al. aliter. *Id. l.* 28. *c.* 36. *ad fin.* In ipſis quoque trepidatum eſt navibus, dum ne hoſtes cum ſuis ſimul irrumperent, trahunt ſcalas, uraſque & nocoras, ne in mollendo mora eſſet, præcidunt. *Quintil. l.* 4. *c.* 2. *ante med.* Navim proſpexi; conſcendi, ſublatæ ſunt ancoræ, ſolvimus oram, proveſti ſumus. *Orom* multi hic locis (quib. adde *Quintil. in epiſt. ad Trypho.*) funem nauticum intelligunt, quo ad oram litoris navis religatur. Sunt etiam qui putant, *oram* minime mutare ſignificationem, ſed eſſe veluti formulam nautarum, qui dicerent *oram ſolvere*, pro ſolvere funem, quæ nra navem adneſtit, vel pro oram linquere, ab ora abſcedere. ¶ Per ſynecdochen ſumitur pro quavis regione, atiam ſi mari non alluatur, *parſe*, *tratto*. *Cic.* 1, *de nat. Deor. c.* 66. Omnibus hominibus, qui ubique ſunt, quacumque in ora oc parte terrarum. *Horat. l.* 1. *od.* 26. *v.* 3. quis ſub Arcto Rex gelidæ metuatur oræ. *Ovid. 9. Met. v.* 254. defunctum terra cælleſtibus oris Accipiam. *Virg.* 3. *Æn. v.* 97. Hic domus Æneæ cunctis dominabitur oris. *Id. Æn.* 10. *v.* 708. ignarum Laurens habet ore Mimanta. ¶ Eſt etiam plaga, cardo, pars cæli. *Plin. l.* 17. *c.* 2. a *med.* Connexa arbuſtorum ratio eſt, quas in oras debeant ſpectare. Virgilius ad occaſus ſeri dammavit, &c. ¶ Pro zona terræ, *Cic.* 1. *Tuſcul. c.* 28. Globum terræ fivum in medio mundi, duabus oris diſtantibus habitabilem: quarum altera, quam nos incolimus, ſub axe poſita, altera Auſtralis ignota nobis, quam vocant Græci *ἀντίχθονα*: ceteras partes inculta, quod aut frigore rigeant, aut urantur calore. ¶ *Oræ Acheruntes* ſunt Inferi. *Lucret. l.* 6. *v.* 763. hinc animas Acheruntis in oras Ducere ſorte deos Manes inferne reamur. ¶ *Oræ luminis* vocat *Id. l.* 1. *v.* 22. & 170. & 179. & *lib.* 2. *v.* 577. *& alibi*, regionem hanc terrarum, ubi luce fruimur & vita. Sic *Virg.* 7. *Æn. verſ.* 660. Furtivum partu ſub luminis edidit oras. Al. leg. *ourat*, ut *lib.* 2. *Georg. v.* 47. Sponte ſua quæ ſe tollunt in luminis auras. Alicubi apud *Lucret.* quoque *aurum* quidam legendum putarunt: & eſt etiam qui credat *oras* eum pro *aurae* diciſſe, ut *plaſtrum* dicitur pro *plauſtrum*, *cado* pro *cando*, &c. Sed non eſt neceſſe ad hanc recurrere. ¶ *Oram*, inquit *Feſt.* pro initio rei poſuit *Cæcilius* (eſt enim initium altera rei antremitas) cum ait: Oram reperire nullam; quam expediam, quoo. Al. leg. *qua me expediam*. ¶ Denique *Ora*, vel *Hora*, *Ὥρα*, & *Ὦρα*, dea eſt pulcritudinis, & juventutis: & Græca ipſa vox id ſonat. V. *Horſilius*. *Ovid. in fin. l.* 14. *Metam.* & priſcum pariter aum corpore nomen Mutat, Oramque vocat: quæ nunc des junctæ Quirino eſt. V. *Hora* in fin.

ORACULUM, i, *τὸ. oracolo*, *χρηστήριον*, *μαντεῖον*; deorum reſponſum. *Cic. in Top. c.* 20. Oracula ex eo ipſo appellata ſunt, quod ineſt in his deorum oratio. *Senec. in prafat. l.* 1. *controverſ. ante med.* Quid eſt enim oraculum? nempa voluntas divina hominis ore annuntiata. *Cic. 1. de Divin. c.* 18. Cujus generis oracula etium habenda ſunt, non aa, quæ aquatis fortibus ducantur, ſed illa, quæ inſinctu divino afflatuque fundantur. *& cap.* 43. Lacedæmonii de rebus majoribus ſemper aut Delphis oraculum, aut ab Hammone, aut a Dodona petebant. *Id. 1. Tuſcul. c.* 48. *ſub fin.* Quod oraculum erat datum, ſi rex interfectus eſſet, victrices Athenas fore. *& mox.* Mœrecem, oraculo edito, largitus eſt patriæ ſuum ſanguinem. *Id. 2. Offic. c.* 22. Apollo Pythius oraculum edidit, Spartam nulla re alia, niſi avaritia perituram. *Al. leg.* oraculo. *Id. pro Roſc. Amer. cap.* 24. Cum præſertim deorum immortalium juſſis atque oraculis id feciſſe dicantur. *Id. de Senect. cap.* 22. Socrates, qui ad omnium ſapientiſſimus oraculo Apollinis judicatus. *Virg. 2. Æn. v.* 114. Suſpenſi Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi Mittimus. *Id. 4. Georg. v.* 449. Venimus hinc lapſis quæſitum oracula rebus. *Id.* 3. *Æn. v.* 456. Oracula poſcere. *Ovid.* 3. *Met. v.* 8. conſulere. ¶ De ipſo loco, in quo reſponſa dantur. *Cic. t. de Divin. c.* 19. Numquam illud oraculum Delphis tam celebre & tam clarum fuiſſet, neque tantis donis refertum omnium populorum atque regum, &c. *Plin. l.* 11. *c.* 23. Hammonis oraculum, juxta quod gignitur arbor. Adde *Liv. l.* 23. *c.* 11. ¶ Eſt & oraculum, cum in ſomnis parens vel alia ſancta graviſque perſona, ſeu ſacerdos, vel etiam deus, aperte eventurum quid, aut non eventurum, faciendum, vitandumque denuntiat. Ita *Macrob. l.* 1. *in ſomn. Scip. c.* 3. Itaque accipitur pro vaticinio, univerſim, ſive a deo, ſive ab homine fiat. *Cic. t. de Divin. c.* 50. *extr.* Credo etiam anhelitus quoſdam fuiſſe terrarum, quibus inflatæ mentes oracula funderent. *& cap.* 32. Expoſui ſomnii & furoris oracula: ¶ Item pro dicto, & ſententia celebri, ac notatu digna. *Id. t. de nat. Deor. c.* 24. Hæc ego nunc phyſicorum oracula laudo: vera, an falſa, neſcio. *Plin. l.* 18. *c.* 6. Inde illa reliqua oracula: usquam agricolam *olla*, &c. ¶ *Oraculum* ſyncope, ut *periculum*. *Ovid. Met. l. v.* 321. Fatidicamque Themin, quæ tunc oracla tenebat.

ORAMENTUM, i, n. oratio, preces. *Plaut. Trucul.* 2. *a.* 63. Illum ſpero mutari blandimentis, oramentis ceteris meretriciis. Ita leg. *Meurſius*, & *Goldaſt.* alii *ornamentis*.

ORARIUM, ii, n. *ſazzoletto*, *mezzetibino*, parvum linteum ori tergendo. *Caſaubon. ad Vopiſc. in Aurel. c.* 48. *extr.* docet fuiſſe linteum oblongum & latum: cujuſmodi vocant Eccleſiaſtici ſcriptores, quod brachio ſacerdotis imponitur. *Vopiſc. loc. cit.* Ipſum primum donaſſe oraria populo R. quibus uteretur populus ad favorem. *h. e.* in plauſibus Circi, & Theatri: cum antea togea jactare mos eſſet. *Lipſ. elect. l.* 2. *c.* 10. putat fuiſſa velum, quo facies & os velaretur, fieretque vox acclamantium reſonantior: quod *Caſaubon.* improbat. *Auguſtin. l.* 22. *de civit. Dei*, *c.* 8. *fell.* 7. Tunc ſicut potuit, oculum lapſum atque pendentem, loco ſuo revocatum, ligavit orario. *Prudent. περὶ στεφ.* 1. *v.* 86. Hic ſui dat pignus oris, ut ferunt, orarium. Etiam *Lucilium* hac voce uſum quidam putarunt illo verſu, apud *Non. c.* 24. *n.* 16. Ricini aurati rica, atque oraria, mitra. Sed *Caſaubon.* duo tantum priora verba *Lucilii* eſſe cenſet, cetera *Nonii* illa explicantis. Uſurpat etiam *Hieronym. ep.* 2. *ad Nepotian.* & cum fudario conjungit. ¶ De aliis *orarii* uſibus ſequiori ævo multa ibi *Caſaubon.* item *Du Freſne in Gloſſar.*

ORARIUS, a, um, adject. ab ora, ut Oraria navis, parvæ molis, & ad legendas tantum oras litorum apta. *Plin. lib.* 10. *epiſt.* 26. Nunc deſtino partim orariis navibus, partim vehiculis proviacium petere.

ORATA, æ, f. genus piſcis appellatur a colore auri, quod ruſſici *orum* dicebant, ut auriculas, oriculas. Itaque Sergium quendam prædivitem, quod duobus anulis aureis, & grandibus uteretur, Oratam dicunt eſſe appellatum. *Feſtus*. V. *Aureus*. *Varr. l.* 3. *R. R. t.* 3. *in fin. & Colum. l.* 8. *c.* 16. *circa med.* Sergium illum inde dictum volunt, quod ejus piſcis ſtudioſiſſimus fuerit. V. *Sergius*.

ORATIM, adverb. per oras, ut oppidatim, vicatim. *Salin. cap.* 3. (*al.* 9.) Ut oratim omnes inſulas legamus. *Al. leg.* ut moratim omnium inſularum oras legamus.

ORATIO, onis, f. *diſcorſo*, *parlare*, *λόγος*, locutio, ſermo, compoſitum ex pluribus dictionibus ſeu vocibus, quæ homines animi ſui ſenſa

Digitized by Google

ſenſa exprimunt; ab *ore*. *Cic. l. 1. Offic. cap.* 4. Natura ni rationis hominem conciliat homini & ad orationis, & ad vitæ ſocietatem. (Adde *lib. 6. Famil. epiſt.* 14.) *Terent. Andr.* 1. 5. 16. Oretio hæc me miſeram exanimavit meta. *Cato* apud *Plin. in præfat. Hiſt. nat. ad fin.* Scio, quæ ſcripta ſunt, ſi proferantur, multos fore qui vitiligent. Eorum ego orationes ſino præterfluere. *Caſ. lib.* 2. *B. Civ. c.* 39. Videtis, ne milites, captivorum orationem cum perfugio convenire? *Cic. in fin. l.* 1. *de nat. Deor.* Epicurus re tollit, oratione relinquit deos. *Gell. vaſtio l.* 11. *& in fi. cap.* 10. *l.* 18. In hiſtoriis, quas Timæus oratione Græca de rebus populi R. compoſuit. *10 Gram. Caſ. l.* 1. *B. Civ. c.* 2. Ingreſſus in eam orationem, non oportere, &c. *exordio commendato a deos, ede*, &c. ¶ Speciatim dicitur de locutione oratoria. *Cic. in Orat. c.* 29. Quamvis omnis locutio oratio eſt, tamen unius oratoris locutio hoc proprio ſignata nomine eſt. *Id.* 3. *de Orat. c.* 43. *extr.* Collocatio verborum junctam orationem efficit, cohærentem, lævem, æquabiliter fluentem. *& cap.* 25. Oretio gravis, erudita, liberalis, admirabilis, polita, conſperſa quaſi verborum ſententiarumque floribus. *& lib.* 1. *c.* 54. diſerta & oratoria. *& l.* 3. *cap.* 25. concinna, diſtincta, ornata, feſtiva. *& ibid.* mollis, inculta, vulgaris, obſoleta. *& lib.* 2. *c.* 53. varia, copioſa. *& in Bruto, c.* 79. ſplendida, & grandis. *& cap.* 24. incitata, gravis, vehemens. *& cap.* 55. incitata & volubilis, nec ea redundans tamen, nec circumfluens. *& cap.* 95. cum incitatus & vibrans, tum accurata & polita. *Id.* 2. *de Orat. c.* 43. Non ſemper fortis oratio quæritur, ſed ſæpe placida, ſubmiſſa, lenis. *Quintil. l.* 4. *c.* 1. *poſt med.* ſimplex atque illaborata. *Id. l.* 10. *c.* 1. ſancta, gravis, & caſtigata. *& lib.* 8. *c.* 3. ſublimis, florida, jucunda. *& ibid.* hebes, ſordida, jejuna, triſtis, ingrata, vilis. *Cic. in Orat. c.* 20. contorta, & acria. *& ibid.* tracta, & fluens. *Perron. in Satyr. c.* 2. Grandis, &, ut ita dicam, pudica oratio non eſt maculoſa, nec turgida, ſed naturali pulcritudine exſurgit. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 48. *& in Bruto, c.* 8. Oratio polita, accurata, & facta quodammodo. *& cap.* 79. facta & peruibana. *& in Orat. c.* 5. aſpera, triſtis, hæcida, neque perfecta, neque concluſa. *& ibid.* lævis, inſtructa, terminata. *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 10. *a med.* Oretio, quæ turget, & inflata eſt. *& cap.* 11. Aridum & exſangue genus orationis, quod non alienum eſt, exile nominari. *Cic. lib.* 1. *de Orat. c.* 14. *extr.* Orationem facere, & polire. *Id.* 2. *de Invent. c.* 15. diſtinguere, & illuſtrare. *Id.* 3. *de Orat. c.* 43. translatia verbis, tanquam ſtellis quibuſdam, notare & illuminare. *Caſ. l.* 2. *B. Civ. cap.* 18. verba atque orationem habere adverſus rempublicam. *Cic.* 5. *Tuſcul. c.* 33. habere multam de re aliqua. *Id. pro Planc. c.* 30. habere in Senatu. *& ibid.* recitare. *& ibid.* de ſcripto dicere. *Quintil. l.* 2. *c.* 17. ſcribere. *Cic. Attic. l.* 25. *ep.* 2. *a med.* Oratio ſcripta elegantiſſime. *Caſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 17. Orationem inſtituere. *Perron. in Satyr. c.* 2. Lævibus atque inanibus ſonis lædibria quædam excitando, effeciſti, ut corpus orationis enerveretur & caderet. *Nep. in Cat. c.* 3. Orationes confecere. *Cic.* 2. *de Fin. c.* 2. *ad fin.* Cum ſertur quaſi torrens, oratio, quamvis multa cujuſquemodi repiat, nihil tamen teretes, nihil apprehendas, nuſquam orationem rapidam coerceas. *Id. de Senect. c.* 20. *de Noſtr.* Ex ejus lingua melle dulcior fluebat oratio. *Id.* 5. *de Fin. c.* 28. Proclivius currit oratio. ¶ Interdum publici libelli, & litteræ, in quibus aliquid ad rempublicam pertinens perſcribitur, orationes vocantur. *Sueton. in Ner. c.* 15. De quibuſdam rebus orationes ad Senatum miſſæ, præterito Quæſtoris officio, per Coſſ. plerumque recitabat. *Id. in Tito, c.* 6. Orationeſque in Senatu recitaret, etiam Quæſtoris vice. *Tacit. Ann. 16. c.* 27. Ea oratio Principis per Quæſtorem ejus audita eſt. Patres arguebat, &c. *Sueton. in Aug. c.* 65. De filii abſente, ac libello per Quæſtorem recitato, notum Senatui fecit. ¶ Pro facultate dicendi, ſeu eloquentia. *Cic. in Bruto, c.* 45. Satis in eo fuit orationis atque ingenii, quo, &c. *Martial. l.* 5. *epigr.* 29. Pietate fratres Curios licet vincas, Oratione Regulos, jocis Paulos. ¶ De proſa oratione, *Cic. in Orat. c.* 21. Sapiſſime & in poematis, & in oratione peccatur. ¶ Apud Eccleſiaſticos ſcriptores eſt ſermo, & precatio, quæ ad Deum habetur, *precibus, oratione*. nam orare eſt etiam precari, petere. *Tertull. Hieronym. Auguſtin.* multis in locis. Quod ait *Gell. l.* 13. *c.* 22. Comprecationes deorum immortalium, quæ ritu Romano fiunt, expoſitæ ſunt in libris ſacerdotum populi R. & in pleriſque antiquis orationibus, *orationes* intelligo habitas in cauſis, in quibus Oratores interdum ſolent deos invocare, & ad eos verba dirigere: quod *Cic.* facit *Verr. alt. cap. ult. pro Mil. c.* 31. *pro Dom. c.* 57. &c.

ORATIUNCULA, æ, f. *orationcella*, λογάριον, parva oratio. *Cic. in Bruto, c.* 19. *extr.* Indicant orationculæ, tum hiſtoria quædam Græce ſcripta dulciſſime. *Id.* 3. *de nat. Deor. c.* 17. Orationcula aureola. Adde *lib.* 13. *ad Attic. ep.* 19. *& lib.* 15. *ep.* 3.

ORATOR, oris, m. *orateur, ὑπογραφεύς*, qui dicendi peritus eſt, & publicas privataſque cauſas agit: qui poteſt dicere prudenter, copioſe, & ornata de omnibus rebus, quæcumque in diſceptationem cadunt: ab *ore*, dico. De univerſa ejus facultate, officio, & laudibus legendi auctores ſunt *Ciceronis* libri, & ſtudioſo eloquentiæ vel memoriter addiſcendi. ¶ Differt a rhetore, qui oratoriam artem aliis docet: orator autem exercet. *Sidon.* tamen oratorem pro rhetore poſuit, *lib.* 5. *ep.* 5. Puerilium tuam competenter ſcholis liberalibus meminit imbutam, & ſæpenumero acriter eloquenterque declamaſſe coram oratore, &c. Contra rhetorem pro oratore poſuiſſe videtur *Cic.* 2. *de Fin. cap.* 6. *& 1. de Orat. cap.* 3. V. *Rhetor.* ¶ Per antonomaſiam *orator* eſt Cicero. *Lactant. l.* 1. *c.* 9. ¶ Etiam legatus *orator* dicitur, *ambaſciadore*: vel quia *ores* etiam agere ſignificat, ut *Feſt.* docet. (V. Ora.) vel ab oratione, ut placet *Varroni l. 6. de L. L. c.* 23. *ante med.* quia verba facit apud eum, quo legatur. Unde *Ennius ibid.* Oratores doctiloqui. *Id. ibid.* Orator ſine pace venit, regique refert rem. *Liv. l.* 2. *c.* 15. *a med.* Vejentes pacem petitum oratores Romam mittunt. *Id. l.* 30. *c.* 16. Oratores ad pacem petendam mittunt triginta ſeniorum principes. *Id. l.* 9. *c.* 45. *extr.* Ut Frentani mitterent Romam oratores pacis petendæ, amicitiæque. *& cap.* 43. *ad fin.* Ad Senatum pacis oratores miſſi. *Cic. de clar. Orator. c.* 14. C. Fabricius ad Pyrrhum de captivis recuperandis miſſus orator. *Id.* 2. *de Legib. c.* 9. Fœderum, pacis, belli, inducturum oratores feciales, &c. ¶ Neque ſolum petendi cauſa aliquid, ſed & repetendi *orator* dicitur. *Ovid.* 13. *Met. v.* 196. Mittor & Iliacas audax orator ad arces, Accuſoque Parin, prædamque, Helenamque repoſco. Al. leg. *horator. Varr.* apud *Non. c.* 12. *n.* 43. Feciales legatos res repetitum mittebant quatuor, quos oratores vocabant. ¶ *Orator*, ſimpliciter precator, rogator, *pregatore*. nam *orare* eſt precari, petere. *Plaut. Pœn.* 2. 2. 144. *Mi.* Quid faciam? *Ago.* orora, blandire, ſupplica. *Mi.* faciam ſedulo. Sed vide ſi, ne tu oratorum hunc pugnas pectus poſtea. *Id. Rud.* 3. 2. 38. cum Epignomun draſſei Parafito petenti admitti ad cœnam *verſ.* 38. non æquum eſſe eum inter omtorca Ambracienſes accipi; reſpondet Parafitus *verſ.* 39. Equidem hercle orator ſum, ſed procedit parum. *b. e.* peto quidem cœnam, ſed parum proficio.

ORATORIE, adverb. *oratoriamente, ῥητορικῶς*, more Oratorum. *Cic. in Orat. c.* 68. Nihil eſt enim aliud pulcre, & oratorie dicere, niſi optimis ſententiis, verbiſque lectiſſimis dicere.

ORATORIUS, a, um, *oratorio, ῥητορικός*, ad Oratorem ſpectans. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 54. Sic illum orationem diſertam ſibi & omtoriem, ſortem & virilem non videri. *Id. de clar. Orat. c.* 75. Ornamenta oratoria. *Id.* 1. *Acad. c.* 8. Oratoria via dicendi. *Quintil. l.* 21. *c.* 3. *a med.* Oratoriæ geſtus. *Id. l.* 9. *c.* 4. *ante med.* omnerus. ¶ *Oratoria* abſolute, h. e. oratorii artis. *Quintil. l.* 2. *c.* 14. ¶ *Oratorium*, abſoluta, locus fundendis ad Deum precibus deſtinatus, *oratorio. Auguſtin. epiſt.* 109. In oratorio nemo aliquid agat, niſi od quod factum eſt: unde & nomen accepit.

ORATRIX, icis, f. *oratrice*, mulier quæ orat. *Plaut. Mil.* 4. 2. 80. Me oratricem haud ſpreviſti. ¶ Alre ſenſo *Quintil. l.* 2. *c.* 14. Rhetoricem 10 Latinum tranſtereotes, tum oratorium, tum oratricem nominaverunt.

ORATUS, us, m. *priego*, precatio, rogatio. In ſexto caſu ſingul. *Cic. pro Flacc. c.* 37. An etiam ſcripſit oretu tuo?

ORATUS, a, um, *pregato*, rogatus. *Horat. l.* 1. *ep.* 13. *v.* 18. prece multa oretus. *Id. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 176. Oratus per divos. *Vellej. l.* 2. *c.* 70. Oratus a medico. *Plaut. Mil. a.* 3. *v.* 52. Oratus ſum od re venire huc. *Macrob. l.* 3. *Saturn. c.* 2. Oratus ſis, inquit, Euſtathi, ut hæc quoque communicata nobiſcum velis. ¶ *Orata, orano*, poſtulata, preces, *pregbiere. Terent. Hecyr.* 3. 3. 25. Cum orata ejus remiſiſſet.

ORBATIO, onis, f. *privazione, vitium*, privatio. *Senec. epiſt.* 87. *ſub fin.* Paupertas non per poſitionem, ſed per detractionem dicitur, vel, ut antiqui dixerunt, per orbationem: Græci dicunt στέρησιν.

ORBATOR, oris, m. qui privat. *Ovid. Met.* 13. *verſ.* 500. Exitium Trojæ, noſtriqne orbator Achilles. *b. e.* qui nos filiis privavit.

ORBATUS, a, um, *privato, privatus, στερηθείς. Cic. pro Cluent. c.* 15. *in fin.* Mater orbata filii. *Id. Fam. 6. ep.* 6. Omni ſpe ſalutis orbatus. *& lib.* 4. *ep.* 9. *ad fin.* Patria multis claris viris orbata. *Id.* 1. *Tuſcul. a.* 6. Pompejus tanta gloria, dignitate tanta orbatus. *Id. in Bruto, c.* 2. Forum voce erudita ſpoliatum atque orbatum. *Suet. in Oltav. verſ.* 209. Orbata fratre. *Suetan. in Veſpaſ. c.* 7. Lumiebus orbatus.

ORBICULATIM, adverb. *in giro*, κυκλοῖδὸν, per orbes & circulos, quaſi circulatim. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *ſect.* 67. Sed quibus cervix e multis, vertebratiſque orbiculatim oſſibus ſcailis, &c.

ORBICULATUS, a, um, *tondo, rotondo*, κυκλοειδὴς, in orbem & circuitum conformatus. *Plin. l.* 27. *c.* 13. Caulium capita orbiculata. *Id. l.* 24. *c.* 15. *a med.* Orbiculatus foliorum aothitus. *Col. ad Cæcer. Fam.* 8. *ep.* 15. Quid eſt? nunc tibi noſtri milites, qui duriſſimis & frigidiſſimis locis teteatima hieme bellum ambulando confecerunt, mollis orbiculatis paſti videntur? *b. e.* delicate & laute nutriti. Nam mala orbiculata, quæ ut *Plin.* docet *l.* 15. *cap.* 14. *a med.* dicta ſunt a figura orbis in rotunditatem circumacti, inter laudatiora recenſentur *a Varr. l.* 1. *R. R. c.* 59. *Colum. l.* 5. *c.* 10. *ad fin. Plin. loc. cit.* & *Macrob. l.* 2. *Saturn. c.* 15. Ea ſine cura toto anno ſervari poſſe, ſcribit *Palla. in Februar. lib.* 25. *a med.* Inter ea, quæ ſtomacho idonea ſunt, *Caſſ.* enumerat *l.* 8. *c.* 24. *Plin.* vero *ibid.* ita Epiro primum provenille, argumento eit eſſe Græcos, qui Epirotica vocant. Etiam pira orbiculata memorat *Macrob. loc. cit.*

ORBICULUS, li, m. *circoletto, rotella, girella, σφαιρίδιον*, parvus orbis, circulus, rotula. *Cato R. R. c.* 3. Trochleas Græcanicas binas, quæ ſumbus ſparteis ducantur. Orbiculis ſuperimtibus octonis, inferioribus ſenis citius duces. *girelle. Sic. Vitruv. l.* 10. *c.* 5. Hoc genus machinæ polyſpaſtos appellator, quod multis orbiculorum circumtionibus & facilitatem ſummam præſtat, & celeritatem. *Colum. l.* 4. *c.* 30. *a med.* Orbiculus dipondiarius. *Plin. l.* 25. *c.* 13. Radix concila in orbiculos ſervatur in vino.

ORBICUS, a, um, *circolare, κυκλοτερὴς*, in orbem actus. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 614. Sidere cæli, circum terram atque axem quæ volvuntur mota orbico. Adde *Arnob. l.* 2. *pag.* 83.

ORBIFICO, as, a. 1. orbum facio, privo. *Accius* apud *Non. c.* 2. *n.* 852. Pernici orbificor liberorum læto, & tabificabili.

ORBILE, is, n. volunt eſſe externam rotæ partem, quæ radiis ſuſtinetur

netur in illo *Varron. l.* 3. R. R. *c.* 5. *ad fin.* Ita ut ad extremum, ubi orbulis ſolet eſſe acutum, tabula cavata ſit, &c.

ORBIS, is, m. *circulo, cerchio, sfera, ruota, giro, κύκλος, σφαῖρα*, circulus, ſphæra, globus. Volunt eſſe ab antiquo *orvum*, mutatum, ſurſum inflexus. *Cic. de Univ. cap.* 7. *ad fin.* Hanc omnem conjunctionem in orbem torſit. *Juvenal. ſat.* 6. *v.* 495. pectitque comas, & volvit in orbem. *Ovid.* 2. *Met. v.* 715. Curvam aliquid in orbem. *& lib.* 12. *verſ.* 468. certumque equitavit in orbem. *Id.* 2. *Amor. el.* 15. *v.* 6. *de anulo*. Et digitum juſto commodus orbe tegat. *Id. in Ibin, v.* 178. Quique agitur rapidæ vinctus ab orbe rotæ. *Propert. l.* 4. *el.* 6. *v.* 6. Torquo focum circa laneus orbis eat. *h. e.* lanea vitta. Sic *Virgil. Eclog.* 8. *v.* 64. molli cinge hæc altaria vitta. ¶ Propriè differt a globo. *orbis* enim de plano corpore circulari dicitur, *globus* de ſolido rotundo. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* 6, 18. Cum duæ formæ præſtantes ſint, ex ſolidis globus (ſic enim σφαῖρα interpretari placet) ex planis autem circulus, aut orbis, qui κύκλος Græce dicitur. *Id. or ſomn. Scip. c.* 4. Novem orbibus, vel potius globis connexa ſunt omnia. ¶ Hoc tamen diſcrimen non ſemper ſervatur. Dicitur enim orbis de re quacumque rotunda. *Senec. epiſt.* 86. Niſi pariſtes magnis & pretioſis orbibus refulſerunt. *h. e.* marmoribus in rotundum ſectis. Sic *Juvenal. ſat.* 11. *v.* 173. Qui Lacedæmonium pytiſmate lubricat orbem. ¶ Itaque uſurpatur de mundo, *id mundo*. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 85. Jupiter arce ſua totum cum ſpectet in orbem. *Silii l.* 5. *v.* 56. *orbis renatus* eſt dies orientis ſole rediens. ¶ De terra, *la terra*. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 93. Hic, ubi nunc Roma eſt orbis caput, arbor & herbæ, &c. Hinc *orbis terrarum* eſt terræ globus: & metonymice ipſi homines. *Cic. Verr.* 6. *c.* 48. Ceres dicitur orbem omnium peragraſſe terrarum. *Id.* 2. *Agrar. c.* 13. Permiſtitius infinita potuſſas orbis terrarum, gentiumque omnium. *& cap.* 18. Ager Campanus orbis terræ pulcherrimus. *Id.* 5. *Fam. ep.* 7. *ad fin.* Scito, ea, quæ nos pro ſalute patriæ geſſimus, orbis terræ judicio ac teſtimonio comprobari. *Ovid.* 2. *de ar. am. verſ.* 174. atque ingeos orbis in urbe fuit. ¶ De parte terræ, ſeu regione. *Plin. l. & cap.* 12. Io auſtro orbe proximo laudatur Syriacum, mox Gallicum. *Juvenal. ſat.* 2. *verſ.* 108. Quod nec in Aſſyrio pharetrata Semiramis orbe Fecit. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 466. Eoo dives ab orbe redit. ¶ De diſco. *Ovid. in Ibin, v.* 590. Quo puer Œbalides, ictus ab urbe cadas. Adde *Stat. l. Theb. v.* 656. ¶ De lancibus libræ. *Tibull. l.* 4. *carm.* 1. *v.* 43. Inæquatum ſi quando onus urget utrinque, Inſtabilis natat alterno depreſſior orbe. ¶ De diſco, ſan corpoin ſolis & lunæ. *Virg.* 1. *Georg. v.* 438. At ſi, cure referetque diem, condetque relatum, Lucidus orbis erit, neuſum terrebere nimbis. *Ovid. Met.* 7. *verſ.* 530. quoter junctis impievit cornibus orbem Luna, quater plenum tenuata retexuit orbem. ¶ De operculo rotundo, *coperchio*, ut videtur. *Cato R. R. c.* 10. a *med.* Abacum unum, urbes aheneos duos. Adde *cap.* 135. ¶ De menſa rotunda, *tavola, menſa. Martial. l.* 2. *epigr.* 43. Tu Libycos Indis ſuſpendis dentibus orbes: Fulcitur iſta fagina menſa mihi. Adde *lib.* 9. *epigr.* 60. Orbem menſæ dixit *Ovid. Heroid. ep.* 17. *v.* 87. ¶ De ſpeculo *Martial. l.* 9. *epigr.* 18. Addidit & nitidum facratis crinibus orbem, Quo ſalix facim judice tota fuit. ¶ De ſcuto, *ſcudo. Petron. in Satyr. cap.* 89. Gladios retractant, commovent orbes manu. *Val. Flacc. l.* 6. *v.* 345. ingentem Telamon procul extulit orbem, Examinem te, Canthe, tegeus. *Stat.* 4. *Theb. v.* 130. latus omne ſub armis Ferrea ſcuta tenunt: humeros ac pectora late Flammeus orbis habet. Adde 2. *Achill. v.* 177. *Virg.* 10. *Æn. v.* 783. & *Sil. l.* 4. *v.* 328. ¶ De mola, quæ in trapeto vertitur ad exprimendum oleum. *Cato R. R. c.* 22. & 135. ¶ De circulo rotæ, quam radii ſuſtinent, *cerchio della ruota*: & de ipſa rota, *ruota. Virg.* 3. *Georg. v.* 361. Undaque jam tergo ferratos ſuſtinet orbes. *Plin. l.* 8. *c.* 16. a *med.* Rotarum orbes circumactæ. ¶ De cavis oculorum foraminibus, *le caſſe degli occhi. Ovid.* 14. *Met. v.* 210. *de Polyphemo*. Crudeleſque manus, & inanem luminis orbem. *Stat.* 1. *Theb. verſ.* 53. *de Oedipo cæco*. Tum vacuos orbes, crudum ac miſerabile vitæ Supplicium, oſtentat cælo. ¶ De ipſis oculis, *gli occhi. Ovid.* 1. *Amor. el.* 18. *v.* 16. gemino lumen ab orbe venit. *Val. Flacc. l.* 4. *v.* 235. Sanguineoſque rotat furiis ardentibus orbes. *Id. l.* 6. *v.* 246. lævum per luminis orbem Tmoſigiter. *Virg.* 12. *Æn. v.* 670. Ardentes oculorum orbes ad mœnia torſit. ¶ De ſpiris anguium. *Virg.* 2. *Æn. v.* 204. immenſis orbibus angues incumbunt pelago. Adde *Stat.* 5. *Theb. v.* 514. ¶ *Orbis ablaqueationis* eſt foſſura in orbem facta circa imos arborum truncos. *Colmel. lib.* 4. *cap.* 4. Dum exaltare fortius orbem ablaqueationis foſſor ſtudet, obliquum vitem plerumque ſaucias. *Id.* dixit *l.* 5. *c.* 9. *ſub fin.* altis gyris ablaqueare. ¶ In illo *Statii l.* 1. *ſilv. ult. v.* 86. Deſcendit media oiteos arena Denſas flammeus orbis inter umbras, Vinceus Gneſiacæ facem coronæ: *orbis* videtur eſſe lychnuchus ingens, plures habens faces in orbem diſpoſitas. ¶ Sæpe *orbes* dicuntur cæleſtes circuli, quibus ioſixa aſtra aſſiduo volvuntur, *ſferr. Cic. in ſomn. Scip. c.* 3. *ad fin.* Splendidiſſimo candore inter flammas circus elucros, quam vos, ut a Grajis accepiſtis, orbem lacteum nuncupatis. *Lucan. l.* 1. *v.* 77. fratri contraria Phœbe Ibit, & obliquum bigas agitare per orbem Indignata, diem poſcat ſibi. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 20. Mercurii ſtalla anno fere vertente ſigniferum ſoſtrat orbem. *Plin. l.* 2. *c.* 3. Circumactorum ſimul ſinuitus ſiderum, ſuoſque volventium orbes. ¶ Item ipſi curſus aſtrorum circumvolventium ſe, *corſa delle ſtelle. Cic. in ſomn. Scip. cap.* 3. Sidera circulos ſues orbeſque conficiunt celeritate mirabili. ¶ Aliarum item rerum, quæ in gyrum aguntur. *Vel. Flacc. l.* 6. *v.* 230. Orbibus hos mpndis, mollique per æquora Caſtor Auſtractu levioria equi deludit aahelos. *con preſti giri. Plin. l.* 10. *c.* 34. Columbarum crebris pedum orbibus adulatio. ¶ De re convoluta. *Ovid.* 12. *Met. v.* 96. telum Torſit in Æaciden, quod & æs, & proxima rupit Terga novena boum, decimo tamen orbe moratum. ¶ De curſu annuo, *anno, corſa d' un anno. Virg.* 1. *Æn. v.* 273. Triginta magnos volvendis menſibus orbes Imperio explebit. *regnerà trent' anor. & lib.* 5. *v.* 46. Annuus exactis compleitur menſibus orbis. ¶ Sæpe etiam de ordine aciei in gyrum diſpoſitæ. *Cæſ. l.* 5. *B. Gall. c.* 33. Ut impedimenta relinquerent, atque in orbem conſiſterent. *& lib.* 4. *c.* 37. Cum illi, orbe facto, ſe defenderent. *Sil. l.* 13. *v.* 683. Tunc hoſtis ſocio defertos milite multum Dittor ipſe citis, ſpiſſo circumdedit orbe. *h. e.* denſa militum corona. *Salluſt. in Jug. c.* 101. *extr.* Romani orbes facere, atque ita ab omnibus partibus ſimul tecti & inſtructi hoſtium eim ſuſtentabant. *Liv. l.* 4. *c.* 28. Orbem volvereſque ſuos increpans. *h. e.* alio fugæ cauſa inclinantes aciem. ¶ Tremulare de iis, quæ certo ſpatio recurrunt. *Liv. l.* 3. *c.* 16. Ecce, ut idem in ſingulos annos orbis volveretur, Hernici monitant, Vulſcos & Æquos reſicare exercitus. *& cap.* 36. Cum ira priores decemviri ſervaſſent, ut unus faſces haberet, & hoc inſigne regium in orbem, ſuum cujuſque vicem, per omnes iret. *in giro.* ¶ De periodo in oratione. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 51. Cum circuitum, & quaſi orbem verborum conficere non poſſent. *Id. in Orat. c. ult.* In Thucydide orbem modo orationis deſidero, ornamenta comparent. *& cap.* 44. Ut forma ipſa concinnitaſque verborum conficiat orbem ſuum. ¶ Etiam illa ſunt metaphorica. *Cic. Artic. l.* 2. *ep.* 9. Minore fonitu, quam putaram, orbis hic in republica eſt converſus. *Id. pro Planc. c.* 38. Stare omnes debemus, tanquam in orbe aliquo reipublicæ: qui quoniam verſetur, eam deligere partem, ad quam nos illius utilitas ſaluſque converterit. *Quintil. l.* 1. *cap.* 10. (*al.* 16.) Ut efficiatur orbis illa doctrinæ, quam ἐγκυκλοπαιδείαν vocant. *Juvenal. ſat.* 5. *v.* 21. Tota ſalutatria jam turba peregerit orbem. ¶ Pro rotunditate, *rotondità. Plin. l.* 9. *c.* 35. Duo omnis unionum in candore, magnitudine, orbe. ¶ In ablat. habet etiam *orbi. Cic. in fragm.* apud *Chariſ. l. c. pag.* 111. *Putſch.* Orbi terrarum comprehenſus. *P. Rutil. ibid.* Ex orbi terrarum. *Lucret. l.* 5. *verſ.* 75. terrarum qui in orbi ſancta tuetur Fana, lacus, &c. ¶ *Orbi* in recto dictum eſt a *Veneur. Ferrum. l.* 8. *carm.* 5. 10 *fin.* & *lib.* 9. *carm.* 2. *ſub fin.* non imitando. ¶ *Orbis* eſt etiam genus piſcis, qui duriſſimus omnium habetur, rotundus, & ſine ſquamis, totuſque capite coſtans. *Plin. l.* 32. *c.* 2.

ORBITA, æ, f. *traccia, carreggiata*, veſtigium rotæ decurrentis. *Cic.* 2. *Aſtric. ep.* 21. Via impreſſam orbitam videre poſſemus. *Id. Verr.* 5. *c.* 3. Qui ex theatrum orbitis pradari ſit auſus. *h. e.* exigendo vias, per quas theatræ, h. e. ſacra vehicula ducebantur. V. *Verr.* 3. 1. 59. & *Verr.* 7. *c.* ult. *circa med.* ¶ Item pro veſtigio vinculi, quo vltis alligatur. *Plin. l.* 17. *c.* 23. a *med.* Orbitas vinculi ſentiunt vexatione non dubia. ¶ *Sever. in Æmn, verſ.* 230. Solis ſcire modum, & quanto miaor orbita Lunæ. *h. e.* curſus in orbem circumactus. ¶ Tranſlate *Varr.* apud *Non. c.* 14. *n.* 37. Neque id ab orbita matrum familias inſtituti, quod, &c. *Juvenal. ſat.* 14. *v.* 37. Et mouſtreta diu vetaria trahit orbita culpæ. *h. e.* pravum exemplum. ¶ Orbita, inquit *Aſcon. Paduan. in Ver. de præt. Urb.* 1. 50. duas res ſignificat: nam orbita & rota ipſa intelligitur, & veſtigium in molli ſolo.

ORBITAS, atis, f. *privazione, orfanezza, orbità*, ἔρημία, privatio liberorum, aut parentum, ideſt ſtatus patrum poſt amiſſos liberos, vel filiorum, cum parentes amiſerunt. *Cic.* 5. *Fam. cap.* 28. Bonum liberi, miſam orbitas. *Id.* 2. *de Orat. c.* 53. Ac ſe pop. Rom. tutorem inſtituiſſe diviſſet filiorum orbitati. ¶ Item viduitas, *vedovanza, Juſtin. l.* 2. *cap.* 4. Horum uxores cum eiderent ſuſſilio additam orbitatem, &c. ¶ Tranſlate pro quacumque privatione. *Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 3. *a med.* Maxima orbitate reipubl. errorum talium. *Plin. l.* 7. *c.* 37. Citm deformitatem dea curata orbitas luminis. *Id. l.* 35. *c.* 3. *ad fin.* Orbitas tecti. ¶ *Orbatus* in plur. num. uſurpat *Arnob. l.* 5. *pag.* 188. & *Solin. c.* 40. (*al.* 53.) *terra med.*

ORBITOSUS, a, um, multis rotarum orbitis impreſſus. *Inſcr. Anct. in Catalect. Virg. carm. de Sabino pag. m.* 95. Et inde tot per orbitoſa rectlia Jugum tuliſſe, læva, ſive dextera Stringere mules, &c.

ORBITUDO, inis, f. idem ac orbitas, apud Vet. *Accium* apud *Non. c.* 2. *n.* 509. Miſeret lacrymarum, luctuum, orbitudinis. Adde *Turpil.* & *Pacuv. ibid.*

ORBO, as, avi, atum, a. 2. *privare, ἐρημόω*, proprie eſt filios parentibus, aut parentes filiis privare: ab *orbus. Cic.* 1. *Offic. c.* 10. Theſeus filio Hippolyto non eſſet orbatus. *Ovid. Met.* 2. *v.* 398. Orbatum patres aliquando fulmina ponat. ¶ Tranſlate ſumitur pro privari generatim. *Cic. in Piſon. c.* 24. Cum orbabas Italiam juventute. *Id.* 4. *Acad. c.* 23. Non ergo in excæcat nos, aut orbat ſenſibus. *Plin. l.* 12. *c.* 8. Pens equitatu orbavit Alexandrum.

ORBONA, æ, f. dea, quæ præeſt parentibus liberis orbatis, teſte *Plin. lib.* 2. *cap.* 7. & *Arnob. lib.* 4. *pag.* 131. & *Tertull. l.* 2. *ad Nation. c.* 14.

ORBUS, a, um, *ſenza figliuoli, orfano*, qui ſine filiis eſt, ἄτεκνος, vel ſine parentibus, ἔρημος. *Cic. Parad.* 5. *c.* 2. *ſub fin.* Quem autem locupletis orbi ſuoi non obſervat? *Quintil. l.* 7. *cap.* 4. *circa med.* Liberalitas in paupem gratior, quam in diciie: patm, quam orbo. *Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 3. *ſub fin.* Filii mei, te incolumi, orbi non erunt. *orfani. Terent. Phorm.* 1. 2. 75. Ut orbæ, qui ſunt genere proximi, iis nubant. *Ovid. Heroid. epiſt.* 6. *v.* 156. A totidem natis orba ſit, aque viro. *Juvenal. ſat.* 6. *v.* 269. orba tigride pejor. ¶ Cum genit. *Id.* 13. *Met. verſ.* 505. Memnonis orba mei venio. ¶ Tranſlate Cic. *poſt redit. ad Quirit. c.* 5. Poſtaquam orba reſpublica conſulis fidem, tanquam legitimi tutoris, imploravit.

vit. *Id.* 3. *de Legib.* c. 3. *ad fin.* Neve plebem orbam tribunis relinquunto. *Id. pro Flacc.* c. 23. Usque eo urbs fuit ab optimatibus illa concio. *Ovid.* 1. *Triſt.* el. 7. v. 35. Orba parente ſuo quicumque volumina tangis. ¶ Sæpe univerſum ſumitur pro carente quacumque re. Cic. 4. *Fam. ep.* 13. *ante med.* Orbus iis rebus omnibus, quibus & natura ms, & voluntas, & conſuetudo aſſuefecerat. *Horat.* 1. 4. *od.* 2. v. 43. Forum orbum litibus. *Ovid.* 3. *Triſt.* el. 2. v. 11. mare portubus orbum. *Id.* 3. ex *Pont. ep.* 2. v. 52. ſtat baſe urba dea. *Id.* 1. *Met.* v. 72. regni orba animantibus. *Id. Heroid. ep.* 3. v. 93. orba fratribus. *& ib.* 1. ex *Pont. ep.* 2. v. 44. ſolitis non venit urba malis. *& lib.* 4. el. 2. v. 5. Epiſtola urba numerie. *Iterum in proſa.* & *lib.* 1. ep. 3. *verſ.* 54. æquum ſemper Ventorum rabie, ſolibus orbe, tument. *Id.* 13. *Met.* v. 195. lintea orba ventis. *Id.* 2. *Amor.* el. 2. v. 42. pectora urba fide. *& Heroid. ep.* 21. v. 141. verba orba viribus. *Vellej.* l. 1. mp. 5. *extr.* Orbus omnibus ſenſibus. *Stat.* l. 1. *Theb.* v. 74. Orbus viſu regnique. *& lib.* 10. *verſ.* 7. Funeta urba regis. ¶ Cum genitivo *Plaut. Rud.* 2. 3. 19. Orbus auxilii opumque. *Lucret.* l. 5. v. 838. Orba pedum. *Ovid.* 3. *Met.* v. 528. *& lib.* 14. v. 189. Orbus luminis. *cinco, orbo.* Sic *Plin.* l. 7. *cap.* 43. *ad fin.* Orbam luminibus ſenectam exigere. *Sid.* l. 13. v. 725. Hic fraudes pacis, Pyrrhumque a limine portæ Dejecit, viſus urbus. *h. e.* Appius Claudius cæcus. Sed *viſus* poteſt eſſe etiam accuſat. pluralis. *Id. l.* 14. v. 407. Orba gubernacli ſubeuntem munera Taurum. ¶ *Orbi palmites* dicuntur, qui oculo, ſeu gemma carent, & nihil pariunt. *Colum.* l. 4. c. 27. Nec orbos tantum detrahere palmites, verum etiam frugiferos. ¶ *Orbum cubile*, nuptialis thalamus altero conjuge viduate, *vedovo letto. Cornell. torm.* 65. *de causa Berem.* v. 21. Et tu vero orbum læti deſerta cubile.

ORCA, æ, ſ. *orca*, ἄρυξ, ὄργυα, belluæ marinæ genus. *Feſtus*: Orca genus marinæ belluæ maximum dicitur: ad cujus ſimilitudinem vaſa quoque ficaria orcæ dicuntur. ſunt enim teretes, atque uniformi ſpecie. *Plin.* l. 9. c. 6. In Gaditano oceano belluæ tradunt condi ſtatie temporibus in quodam ſinu placido & capaci, mire gaudentes ibi parere. Hoc ſcire orcas, infeſtam bis belluam, & cujus imago aulla repræſentatione exprimi poſſit alia, quam caruis immenſæ dentibus truculentæ. Irrumpunt ergo in ſecreta, ac vitalos earum, aut fetus, vel etiamnum gravides lancinant morſu, incurſuque, cæ libuntjcarum ruſtris, fodiunt, &c. ¶ Vas fictile falſamentis, ficis, vinis quoquo condendis uſum habens. Hoc ſenſu quidam volunt eſſe ab ὄρχη, ves fictile, Æolica lingua. *Horat.* l. 2. *ſer.* 4. v. 65. At pingui miſcere mero, mariaque decebit Non alia, quam qua Byzantia patruit orce. *barile, orcio. & Perſ. ſat.* 3. v. 76. Mænaque quod prima nondum defecerit orca. *Colum.* l. 12. c. 15. In urcas bene picatas ficum condere. *Plin.* l. 15. r. 19. *a med.* Ubi ficorum copia abundat, implentur urcæ in Aſia, cadi autem in Ruſpina Africæ urbe. *Varr.* l. 1. *R. R.* r. 13. *ad fin.* Ubi conditum novum vinum, orcæ in Hiſpania fervore multi ruptæ, neque non & dolia in Italia. *Vopiſc. in Aureliano*, in *fin.* Phagon aſque eo multam comedit, ut uno die ante menſam ejus aprum integrum, centum panes, vervecem & porcellum comederet, biberet autem infundibulo appoſito plus orca. ¶ Habet etiam alios uſus. *Plin.* l. 35. r. 7. *ante med. de ceruſſa.* Cerufſa in orcis cremata. ¶ Etiam pyrgum talorum *orcam* dici vult *Voſſ. in Etymol.* afferens illud *Perſ. ſat.* 3. v. 48. quid dexter ſenim ferret, Scire erat in voto, damnoſa canicula quantum Raderet, anguſtæ collo non fallitur urcæ. *& Pompon.* apud *Feſtum. l.* 3. *pag.* 615. Interim dum contemplor orcam, taxillos perdidi. V. *Caſaubon. in Perſ.* ¶ De *orca* gemma V. *Olca*.

ORCHAS, adis, ſ. V. *Orchis*.

ORCHESTOPOLARIUS, ii, m. ὀρχηστοπολάς, qui rotando, & circumagendo ſe ſaltat: ab ὀρχηστής, ſaltator, & πολέω, verto. *Jul. Firmic.* l. 8. c. 15. Ephalmator, orcheſtopolarius, petauriſtarius. Alii leg. *orciſcopolarius*, & urinatorem intelligunt.

ORCHESTRA, æ, ſ. ὄρχηστρα, ab ὀρχέομαι, ſalto, apud Græcos locus erat in Theatro, ubi chorus ſaltabat. Apud Latinos, eodem Theatri loco ſita alium uſum habuit, nempe deſtinata fuit Senatoribus ad ſpectandum. *Vitruv.* l. 5. c. 6. In orcheſtra Senatorum ſuat ſedibus loca deſtinata. *Sueton. in Cæſ. cap.* 39. Ludit D. Laberius eques R. mimum ſuam egit, donatuſque quingentis ſeſtertiis & anulo aureo, ſeſſum in quatuordecim e ſcena per orcheſtram tranſiit. *Id. in Aug.* r. 35. Senatoribus excuſantibus ſervavit infigne veſtis, & ſpectandi in urcheſtra, epulandique publice jus. *Id. in Cæſ.* r. 76. Honoree nimios recepit, perpetuum conſulatum, ſtatuam inter reges, ſuggeſtum in orcheſtra. *Id. in Claud.* c. 66. Ludos dedicationis Pompejani theatri e tribunali poſito in orcheſtra commiſit. ¶ Metonymice eſt ipſe Senatus. *Juvenal. ſat.* 3. v. 177. Æquales habitus illic, ſimilemque videbis Orcheſtram, & populum.

ORCHIA LEX, fuit de cœnis, lata ab Orchia Tribuno pleb. de Senatus ſententia, tertio poſt anno, quam Cato Cenſor fuerat, quæ certum numerum convivarum præſcribebat, cavebatque, ut patentibus januis cœnaretur, nequa legi fraus fieri poſſet. Hæc fuit prima omnium, quæ de ſumptibus ad populum lata ſunt. *Macrob. Saturn.* l. 2. r. 13.

ORCHIS, is, & Itis, ſ. ὄρχις, herbæ genus. *Plin.* l. 26. c. 10. Inter pauca mirabilia eſt orchis herba, ſive ſerapias, ſolitæ porri, caule palmeo, flore purpureo, gemina radice teſticulis ſimili: (*unde & nomen. nam ὄρχις teſticulus eſt.*) Quidam ſolin ſcillæ eſſe dicunt, læviore ac minore, caule ſpinoſo. ¶ Alia eſt, quæ & *tynoſorchis*. V. ¶ Item genus oleæ, eſcæ magis, quam oleo aptæ. *Colum.* l. 5. c. 8. & *de arborib.* c. 17. & *Pallad. in Februar.* r. 18. De his *Virg.* 2. *Georg.* v. 86. Orchitas, & radii, & amara paſſis baccha. Al. leg. *orchades* ab *orchas*, *adis*, eod. ſenſu.

ORCHITA, æ, ſ. &

ORCHITIS, is, ſ. ὀρχῖτις, genus oleæ, quæ & *orchis* dicitur. *Cato R. R. cap.* 6. Oleam conditivam, radium minorem, orchitem, poſeam. *& cap.* 7. Orchitas ubi nigræ erant, & ſiccæ, ſale confricatu, &c. *Varr.* l. 1. R. R. r. 60. Oleas eſſe optime conſ ſcribit Cato, orchites, & paſſeas aridas. *Colum.* l. 12. *cap.* 47. Albam paſſeam, vel urchitam, vel radiolum, &c. *& poſt.* Eadem conditura poſſet etiam regia componi, vel orchita.

ORCHOMENIUS, a, um, Ὀρχόμενος, ad Orchomenum pertinens, quod eſt oppidum, & ſtuvneu Bœotiæ, cujus meminit *Plin.* l. 8. c. *penult.* & l. 31. c. 1. Item oppidum Arcadiæ mediterraneæ. *Id.* l. 4. c. 6. & *Ovid. Met.* 5. *verſ.* 607. ¶ Item Bovim Theſſaliæ Myrsus antea dictus. *Plin. ibid.* r. 8. Hinc Orchomenius calamus apud *eund.* l. 16. *cap.* 36. genus arundinis perpetuo foraminis perviæ, tibiiſque faciendis utilis. Provenit circa lacum Orchomenium Bœotiæ. V. *Plin. ibid.* Orchomenium linum, genus lini, quod ex ejus arundinis paniculo fit. *Id.* l. 19. c. 1. ¶ *Orchomenii, orum*, ejus oppidi homines in Bœotia. *Juſtin.* l. 21. r. 3.

ORCINIANUS, a, um, ad Orcum pertinens. *Martial.* l. 10. *epigr.* 5. Vocet beatos, clamiteque felices, Orciniana qui ferentur in ſponda. *nel ſeretro, cella bara.* V. *Sondaside*.

ORCINUS, a, um, ad Orcum pertinens. *Nov.* apud *Gell.* l. 1. c. 24. poſiquam eſt Orcino traditus theſauro, Obliti ſuat Romæ loqui lingua Latina. *h. e.* Acheronti, ubi mortis theſauri objacent, ut *Enn.* loquitur apud *Feſt.* in *Ob*. Sunt qui leg. *Orci traditur theſauro*: item qui *Orcio*, & *Orcivo*, eodem ſenſu quidem, ſed minus *recte*. ¶ *Orcini liberti*, a domiuie teſtamento libertate donati, quam ſolum viderunt, cam is Orco traditm eſt, & in Orci familia numeratus, ut *Apul.* l. 3. *Metam.* loquitur. *Ulpian. Dig. lib.* 33. *tit.* 4. *leg.* 1. *Julian. lib.* 28. *tit.* 5. *leg.* 8. *Jabolen. lib.* 33. *tit.* 8. *leg.* 22. &c. Item *Juſtinian. Inſtitut. lib.* 2. *tit.* 14. ¶ *Orcini Senatores*, Χαρώνιοι, Χαρωνικοὶ dicti ſunt Auguſti tempore, qui poſt Cæſarie necem in Senatum irrepſerant, ejus commentariorum auctoritate jactantes, cum ſe ab illo gradum obtinuiſſe. *Sueton. in Aug. cap.* 35. ¶ Omnibus his locis al. leg. *Orcivus*, & *Orcivs*, & *Orcivus* eod. ſenſu.

ORCULA, æ, ſ. *orciuolo*, parva orca, parvum vas. *Cato R. R. c.* 117. Oleas in orculam calcato manibus ſiccis. *Cajus*, & *Theodoſ. inter ver. Auctor. de limnib. pag.* 253. *Gorſ.* Lagenas, & orculas in finibus poſuimus.

ORCUS, i, m. *dio dell' inferno*, *Plutone*, *Orco*, deus Inferorum, idem qui Pluto, & Dis Pater. Volunt eſſe ab ὅρκος, juramentum, quia ſit jurameuti deus, & per Plutonem, & Stygiam Inferorum paludem jurare atiam dis mos fuerit, & magna religio. *Verrius* autem apud *Feſt.* olim dictum eſſe ait *Uragum*, vel *Urguum*, poſtea *Orcum* per ſyncopen: *Uragumo* vero, quod is deus maxime urgeat. In Gloſſ. veterib. Χαρὼν dicitur. *Plaut. Moſtell.* 2. 2. 68. Nam me Acheruntem recipere Orcus noluit. (hoc loco, ut & *Pan.* 1. 2. 131. videtur Orcum pro Charonte accipere.) *Cic. Verr.* 6. c. 50. Ut Veres, alter Orcus, vrutiis Ennæa, & non Proſerpinam aſportaſſe, ſed ipſam abripuiſſe Cererem videretur. *Petron. in Satyr.* c. 34. Sic minue cunctı, poſquam nos auferet Orcus. ¶ Quod *pallidum Orcum* dixit *Virgil.* 1. *Georg.* v. 277. & metonymia eſt, quia pallidos facit: & ita dictus etiam videtur, quia cum ſit jurejurandi deus, ſolent jurantes trepidatione pallefcere. *Servius ex Cælio*. ¶ Metonymice eſt ipſa mors, *morte*. *Horat.* l. 2. *ep.* 2. v. 178. ſi metit Orcus Grandia cum parvis, non exorabilis auro. *Lucret.* l. 5. *verſ.* 993. tremulas ſuper ulcera tetre teneates Palmas, horriferis acciebant vocibus Orcum. ¶ Item ipſe Inferorum locus, *l'Inferno*, ἅιδης. *Virg.* 6. *Æn.* v. 273. Veſtibulum ante ipſum, primiſque in faucibus Orci. *Propert.* l. 3. el. 17. v. 27. Minos ſedet arbiter Orci. ¶ Mittere, demittere, mactare aliquem Orco, *ammazzare*: ſuat *Horat.* l. 3. *od.* 4. v. 75. *Virg.* 2. *Æn.* v. 398. *Liv.* l. 9. r. 40. ¶ Orcum morari, *Horat.* l. 3. *od.* 27. v. 50. mortem differre altre quam par eſt. ¶ Cum Orcn ratinoem habere, apud *Varron.* l. 1. *R. R.* r. 4. periculo mortis ſe ſe exponere, quod faciunt agricolæ, qui peſtilentem agrum colunt. Verba *Varronis* ſunt: Eteuim ubi ratio cum Orco habetur, ibi non modo fructus eſt incertus, ſed etiam colentium vita. *Colum.* in eandem ſententiam ita loquitur *lib.* 1. r. 3. Nam ubi ſit cum Orco ratin ponenda, ibi non modo perceptionem fructuum, ſed & vitam colonorum eſſe dabiam, vel potius mortem quæſtu certinem. Itaque *rationem cum Orco ponere*, aut *habere* eſt ſubjici Orci dominio, & quaſi debitorem ſe ei facere: qui ſcilicet crebrie mortibus incolas ad exiculos quodammodo vocet. ¶ Veteres *Orchus* ſcripſere, atque ita reperiſſe ſe inſtantur in MSS. Virgilii *Pierius*, Terentii *Georg. Fabricius*, & probat *Valet. Probus in Corbol. pag.* 1455. & 1465. *Puſch.* Contra impeobant *Servius*, & *Paulanus*, (V. *Brunchuſ. ad Tibull.* l. 3. el. 3. *in fi.*) & uſus frequentior.

ORCYNUS, i, m. ὄρκυνος, piſcis marinos, pelamidum generis maximus, ſimilis tritoni, vetuſtate melior. *Plin. e. uh.* l. 32. ubi *Hardum.* adſcribit, a Narbonenſibus dici *Tan*, ab *Athenæo* Σῶνος μέγας, ab *Oppiano* Σῶνος μεγαλώτατος.

ORDIA. V. *Primordia*.

ORDINALIS, le, *ordinale*, ordinem ſignificans, ut Ordinale nomen, v. gr. *primus, ſecundus, tertius* apud Grammaticos. *Priſcian.* l. 2. *par.* 581. *Puſch.*

ORDINARIE, *ordinatamente*, ordinate, ordine. *Tertull. de reſurr. carn. cap.* 2. Hæretici ex conſcientia infirmitatis nunquam ordinarie tractant.

ORDINARIUS, a, um, *ordinato*, τακτὸς, ordine diſpoſitus, ordinatus. *Colum.* l. 3. c. 13. Conſitis compluribus inter ordinaria ſemina malleo-

meliualis, & cap. 36. Malleolus ordinariis vitibus interſerendus eſt. ¶ Item in quo ſernatur ordo, & mos, & lex, nihilque diſcreditur a conſuetudine, & ceteri inſtituto, *ordinario*. *Liv. l.* 27. *c.* 43. Non id tempus eſſe reipubl. motus, quo conſiliis ordinariis provinciæ ſuæ quiſque finibus bellum gereret: audendum ac novandum aliquid improviſum, inopinatum, &c. *Id. l.* 41. *c.* 18. *extr.* Quando duo ordinarii conſules ejus anni, alter morbo, alter ferro perifſet, ſuffectum conſulem negabant comitia habere poſſe. *Sueton. in Galb. c.* 6. Mox conſulatum per ſex menſes ordinarium geſſit. V. *Conſul*. *Id. in Cloud. c.* 25. Alium interpellatum ab adverſario de propria lite, negantemque cognitionis rem, ſed ordinarii juris eſſe, agere cauſam confeſtim apud ſe coegit. V. *Cognitio*. *Ulpian. Dig. lib.* 38. *tit.* 6. *leg.* 2. Fuit enim ordinarium, ante de judiciis taſſantium, ſic dein de ſucceſſione ab inteſtato loqui. *Senec. epiſt.* 53. *a med.* Philoſophia non eſt res ſubſciva: ordinaria eſt, domina eſt. *b. e.* non eſt ſubſeciva de exercenda, & ſubſiciſeia horis, ſed ſemper, & perpetuo ordina actionum vitæ. *Id. epiſt.* 39. Vida, ne plus profectura ſit oratio ordinaria, quam hæc, quæ nunc vulgo breviarium dicitur: olim cum Latina loquerentur, ſummarium vocabatur. *b. e.* oratio perpetua, longa, & integre ſuſeque ea perſequens, qualis Philoſophis in uſu fuit. ¶ *Ordinarii gladiatores*, qui legitimo & conſueto modo, loco, tempore, & apparatu educebantur. *Senec. ep.* 7. Hoc plerique ordinariis paribus, & poſtulaticiis præferunt. *Sueton. in Calig. c.* 26. *extr.* Gladiatorio munere, remoto ordinario apparatu, rabidis feris ciliſſimos ſenio confectos ſubjiciebat. *Id. in Aug. c.* 43. Spectaeit pugiles, non legitimos atque ordinarios modo, ſed & catervarios nppidanos. ¶ *Servus ordinarius* eſt, qui certum aliquod miniſterium habet in familia, & aliis ſervis præeſt, vulgari & omnis generis ſervitiis fungentibus: ipſumque ejus officium *ordinaria* dicitur. *Senec. epiſt.* 110. Unicuique noſtrum pædagogum dari deum, non quidem ordinarium, ſed hunc inferioris notæ, ex eorum numero, quos Ovidius (*Metam.* 1. *v.* 595.) ait de plebe deos. *Id. de benef. l.* 3. *c.* 28. Te illi offeruot ad hortos alicujus ne ordinariam quidem habentis officium. *Ulpian. lib.* 14. *tit.* 4. *leg.* 5. Si vicarius ſervi mei negotietur, ordinario ſcieute. *Sueton. in Galb. c.* 12. Ordinario diſpenſatori breviarium rationum offerenti, &c. ¶ Ordinarium hominem Oppius ait dici ſolitum ſcurram & improbum, qui aſſidue in litibus moraretur, ob eamque cauſam in ordine ſtaret adeuntium Prætorem. At Ælius Stilo, qui minime ordina eiveret. Catonem in ea oratione, quam ſcribit de ſuis virtutibus contra Thermum: Quid mihi fieret, ſi non ego ſtipendia in ordine omnia ordinarius meruiſſem ſemper? Sunt quidam etiam qui manipulorem ſum, qui inſimi ordinis ſit, appellatum credant ordinarium. Hæc *Feſtus*. Ex verbis *Catonis* colligitur, *ordinarium* dici militem, qui per omnes ordines & gradus ſtipendia meruit. *Vopiſc. in Firmo*, &c. *de Bonoſo*, *c.* 14. Militaeit primum inter ordinarios, deinde inter equites. *Ordinarii* hic eidrotur eſſe pedites legionarii. V. *Salmoſ.* Præterea *ordinarii* in legione ſunt primaipes, qui primum in acie locum tenent, primique pugnam ineunt ante haſtatos, & triarios, ut *Veget. l.* 2. *de re milit.* c. 15. docet. At in Inſcript. apud *Gruter. pag.* 542. *n.* 8. *Ordinarius legionis* videtur eſſe, qui in legione ordinem ducit. ¶ *Ordinarii ſiſcere* ſunt, quibus uti mos eſt in ſtructuris, quando nec lapide quadratu, neque latere ſtruitur. *Vitruv. l.* 2. *c.* 8. ¶ *Ordinarium oleum* dicitur a *Colum. ſub fin. cap.* 50. *l.* 12. quod ex oleis maturis legitime & ex more expreimitur: cui apponitur *cibarium*, quod ea oleis fit caducis, vel in lutum deſluentibus, atque adeo eſt multo deterius. V. *Cibarius*.

ORDINATE, &

ORDINATIM, *ordinatamente*, *con ordine*, *ſcalcuna*, *τετυγμένως*, ordine, ex ordine, compoſite. *Caſ. l.* 2. *B. Civ. c.* 20. Muſculus ita faſtigiatus, atque ordinatim ſtructus. *Brut. ad Cicer. Fam.* 11. *ep.* 13. Antonius itinera fecit multo majore fugiens, quam ego ſequens. illa enim iit paſſim, ego ordinatim. *Sulpic. ad Cicer. Fam.* 4 *ep.* 5. Honores ordinatim petere in republica. *Auct. ad Herenn. in fi. l.* 4. Diſtincte & ordinate diſponere. *Tertull. l.* 2. *adverſ. Marcion. c.* 19. Quo plenius, & ordinatius retractentur. *Auguſtin. l.* 1. *Retract. c.* 24. Ordinatiſſime ſubjunxit.

ORDINATIO, onis, f. *diſpoſizione*, *regolamento*, *amminiſtrazione*, *ordinamento*, *ordine*, *διανέμησις*, actus ordinandi, diſponendi, diſtribuendi, diſtributio, adminiſtratio, ordo. *Plin. l.* 9. *epiſt.* 28. Cum certius de vitæ noſtræ ordinatione aliquid audieris. *Vellej. l.* 2. *cap.* 124. Primum principalium ejus operum fuit ordinatio comitiorum, quam motu ſua ſcriptam Auguſtus reliquerat. *Colum. l.* 4. *c.* 29. *a med.* Atque hæc vitium per ſulluram inſitarum eſt ordinatio. *Sueton. in Aug. cap.* 31. Annum a D. Julio ordinatum, ſed poſtea negligentia conturbatum, rurſus ad priſtinam rationem redegit: in cujus ordinatione Sextilem menſem a ſuo cognomine nuncupaeit. ¶ In architectura *ordinatio* quid ſit, docet his verbis *Vitruv. c.* 2. *l.* 1. Architectura conſtat ex ordinatione, quæ græce τάξις dicitur, & ex diſpoſitione: hanc autem Graci διάθεσιν vocant, *&c.* Ordinatio eſt modica membrorum operis commoditas ſeparatim, univerſæque proportionis ad ſymmetriam comparatio, *aggiuſtatezza del modello*. *Bald. in Lex. Vitruv.* ſic breviter definit: Ordinatio eſt totius, & partium, pro mediocris moduli ſumptionem commoda diſpoſitio. ¶ In re publica eſt compoſitio, adminiſtratio, gubernatio, *governo*, *amminiſtrazione*. *Sueton. in Ner. c.* 40. Spoponderunt tamen quidam deſtituto ei ordinationem orientis. *Plin. l.* 8. *ep. ult.* Te meminiſſe oportet, quale quantumque ſit ordinare ſtatum liberarum civitatum. nam quid ordinatione civilina? porro quam turpe, ſi ordinatio everſione, libertas ſervitote mutetur? ¶ In ordinationibus provinciarum illud erat præcipuum, idoneos creare magiſtratus, qui ad eas regendas mitterentur: unde *ordinatio* pro creatione magiſtratuum. Qua ratione in Eccleſia ſumitur pro creatione inferiorum Miniſtrorum. *Sueton. in Domit. c.* 4. Ecquid ſciret, cur ſibi viſum eſſet ordinationi proxima Ægypto præcipere Metium Rufum. V. *Ordino*. ¶ *Ordinationes* etiam dicuntur conſtitutiones Principum ad ordinandam rem publicam pertinentes. *Nerva Imp.* in quadam epiſt. apud *Plin. l.* 10. *poſt epiſt.* 66. Cum rerum omnium ordinatio obſervanda ſit; tum epiſtolis etiam Domitiani ſtandum eſt.

ORDINATIVUS, a, um, *ordinativo*, ordinem ſignificans. *Tertull. adverſ. Hermog. c.* 19. *ſub fin.* Principii vocabulum, quod eſt ἀρχή, non tantum ordinativum, ſed & poteſtativum capit principatum. *Priſcian. l.* 15. *pag.* 1020. *Putſch.* Ordinativa adverbia ſunt deinde, continuo, poſtea, &c.

ORDINATOR, oris, m. *ordinatore*, διανομεύς, qui ordinat, & diſponit. *Senec. ep.* 109. *a med.* Advocatus, & litis ordinator.

ORDINATRIX, icis, f. *ordinatrice*, quæ ordinat. *Auguſtin. epiſt.* 56. *poſt med.* Mens ordinatrix, & moderatrix rerum omnium.

ORDINATUS, a, um, *ordinato*, *diſpoſto*, τακτός, διανεμητός, ordine poſitus, diſpoſitus. *Nep. in Iphicr. c.* 2. Ut cum prælii ſigeum ab imperatore eſſet datum, copiæ ſine ducis opera ſic ordinatæ conſiſterent, ut ſinguli a peritiſſimo imperatore diſpoſiti eiderentur. *Cic. a. de nat. Deor. c.* 40. Ignea formæ curſus ordinatos definiunt. *Colum. l.* 4. *c.* 17. Ordinata vinera. *Martial. l.* 3. *epigr.* 58. Villa non ntnoſis ordinata myrtetis. *b. e.* myrtetis ordine poſitis ornata. *Colum. l.* 12. *c.* 3. *a med.* Valetudinaria bene ordinata, & ornata, & ſalubria. *ben all' ordine*. *Plin. l.* 7. *c. ult.* Horologiorum diligentia ordinatum. *Liv. l.* 2. *c.* 21. Tanti errores implicant temporum, aliter apud ulina ordinatis magiſtratibus. *b. e.* alia annorum ordine collocatis. *Apul. de deo Socrat.* Stellæ certo & ſtato curſu meatue longe ordinatiſſimus efficiunt. *Senec. ep.* 74. *a med.* Non dices vitam juſtiorem faleia liberis, quam amiſſis, nec ordinatiorem, nec prudentiorem, nec honeſtiorem. *Id. de vita beata*, *c.* 8. Compoſitus ordinatuſque eſt.

ORDINO, as, avi, atum, a. 1. *ordinare*, *diſporre*, *diſtribuire*, *ordire*, ordine pono, diſpono, compono, digero. *Horat. epod.* 17. *v.* 9. Ordinare agmina. *Juſtin. l.* 11. *c.* 9. *ſeiem*. *Colum. l.* 3. *c.* 23. vineam paribus inſervallis. *Id. l.* 5. *c.* 3. *a med.* Si per ſanos pedes locum vitibus placuerit ordinare. *Cic. l. de Invent. c.* 14 *ſub fin.* Ordinare partes orationis. *Sueton. de Grammat. c.* 21. bibliothecas. *Senec. in Thyeſt. v.* 713. Quem prius mactat ſibi, Dubitat; ſecunda deinde quem eæde immolet: Nec intereſt, ſed dubitat, & ſævum ſcelus juvat ordinare. *Cic. de Invent. l.* 2. *c.* 11. *ad fin.* Ordinare litem. *mettere all' ordine*, *olleſtire*, *pleitare*. *Paul. Dig. lib.* 40. *tit.* 12. *leg.* 24. cauſam. *Cujus ibid. leg.* 25. judicium. *Liv. l.* 29. *c.* 1. Scipin voluntarios milites ordinavit, ceatoriaeitque. *b. e.* in ordinas militares redegit, & diſtribuit, *diviſe*, *riduſſe in compagnie*. Sic *Flor. l.* 3. *c.* 19. *ad fin.* Familiam ergaſtulo liberatam ſub ſignit nedinat. ¶ Translate *Senec. ep.* 10. Nemo eſt ex imprudentibus, qui ſibi relinqui debeat. Tunc mala conſilia agitant: tunc cupiditates imprmbas ordinant. *b. e.* diſponunt tanquam in acie milites, ut ordina quodam uoam poſt aliam expleant. Sic *de vita beata*, *c.* 6. Ordinare ſpes ſuas, & dum corpus in præſenti ſagina juvat, cogitationes ad futura præmittere. ¶ Pro ſcribere ordine, *Horat. l.* 2. *ed.* 1. *v.* 10. mox, ubi publicas Res ordinaris, grande munus Cecropiam repetes cothurno. Sic apud Græcos τασσόμενος: unde τάγμα, liber. ¶ Eſt etiam politicum verbum, & ſignificat rogare, adminiſtrare, conſtituere, *dar feſta*, *mettere in offizio*, *regolare*: non mutata gubernandi ratione, ſed reſtituta quæ interciderat. *Flor. l.* 4. *c.* 3. Gratulandum tamen in tanta perturbatione eſt, quod potiſſimum ad Auguſtum ſumma rerum redit, qui ſapientia ſua atque ſolertia perculſum undique, & perturbatum ordinavit Imperii corpus. *Plin. l.* 8. *ep.* 24. Ordinare ſtatum liberatum civitatum. *Flor. l.* 4. *cap.* 2. & *Sueton. in Galb. c.* 7. Ordinare provinciam inteſtina diſſenſione, & barbarorum tumultu inquietam. *Id. in Aug. cap.* 17. Ordinare deſideria militum. *Id. in Cloud. c.* 25. Equeſtrem militiam ita ordinavit, ut poſt cohortem alam, poſt alam tribunatum legionis daret. *fece tale regolamento*, *che*, &c. ¶ *Ordinare magiſtratus*, conſtituere, creare homines regendæ rei publicæ. *Sueton. in Caſ. c.* 76. Eadem licentia ſpreta reipublicæ more, magiſtratus in plures annos ordinavit. *Juſtin. l.* 30. *c.* 2. Apathocles civitatem regebat, tribunatus, præfecturas, & ducatus mulieres ordinabant. ¶ *Ordinare aliquem*, in magiſtratu collocare, creare, deſtinare reipubl. adminiſtrandæ. *Sueton. in Veſpaſ. c.* 23. Quædam e cariſ miniſtris diſpenſationem cuidam, quaſi fratri, petentem cum diſtuliſſet, ipſum candidatum ad ſe vocavit, exactaque pecunia, quantam ea cum ſuffragatore ſuo pepigerat, ſine mora ordinaeit. *Juſtin. l.* 17. *c.* 2. Filius, quem in ſucceſſionem regni ordinaverat. ¶ In re privata eſt diſponere, conſtituere. *Senec. ep.* 9. *a med.* Suo arbitrio res ſuas ordinare. *Martian. Dig. lib.* 5. *tit.* 2. *leg.* 2. & 5. Ordinare teſtamentum. *Senec. l.* 4. *de benef. c.* 1. Cum in ipſo vitæ fine conſtituimus, cum teſtamentum ordinamus, non beneficia nobis nihil profuture dividimus?

ORDIOR, iris, orſus ſum, dep. 4. *ordire*, *cominciar la tela*, *teſſere*, ὑφαίνω, texere incipio, texo. *Senec. in apocolac.* At Lacheſis plena orditur manu, & Neroni multos annos de ſua donat. Ita ex MSS. legit *Lipſ. epiſt. quæſt. l.* 2. 24. & alii. *Plin. l.* 12. *c.* 24. Araneus orditur telas. ¶ Sæpius eſt rei principium facere, ut ait *Feſt.* incipere, inchoare, *cominciare*. *Cic. Attic. l.* 4. *ep.* 1. *in fin.* Alterius vitæ quoddam initium ordimur. *Nep. in Themiſt. c.* 1. Ab initio eſt ordiendum. *Cic. l. de Legib. c.* 7. Ab eo nobis cauſa nedienda eſt potiſſimum. *Id. l. de Orat. cap.* 22. *ad fin.* Craſſus princeps ejus ſermonis ordiendi fuit. *Id. ſ. Fam. ep.* 12. Dixeras autem mihi, te reliquas res ordiri. Sic *Nep. in Alcib. in fin.* Sed ſatis de hoc;

hoc: reliquos ordiemur. *& Propert. l. 3. el. 7. v. 49.* Celſaque Romanis decerpta paletia tauris Ordiar, & cæſo mœnia ſiſma Remo. *h. e.* canere aggrediar. *Cic. pro Marcell. c. ult.* Unde eſt orſa, in eodem texuiſſe oratio. *Id. Verr. 6. c. 47.* De quo ſi paulo altius ordiri, ac repetere memoriam religionis videbor, ignoſcite. *Id. in Brut. c. 6.* Eloquentia, de qua diſputare ordimur. *Virg. 6. Æn. v. 105.* Cum ſic orſa loqui vates. ¶ *Orſus* abſolute, *Id. 2. Æn. v. 1.* toro pater Æneas ſic orſus ab altu. *h. e.* cœpit loqui. Adde *lib. 1. v. 325.* At *orſus* pro locutus, *Id. 9. Æn. v. 656.* ſic orſus Apollo Mortales medio aſpectus ſermone reliquit. *& lib. 10. verſ. 806.* ſic Jupiter orſus, Sic dea ſubmiſſo contra Saturnia vultu. ¶ *Stat. lib. 1. Theb. v. 80.* tu ſaltem debita vindex Hæc ades, & totos in pœnam ordire nepotes. *h. e.* incipe punire filios, & proſequere uſque ad nepotes omnes. ¶ *Ordior* pro *ordiri*, *διγκατικῶς*, *Accius* apud *Non. c. 1. n. 183.* Non parvam rem ordibor. ¶ Particip. *ordiens* pro *orſus*, & quidem paſſiva ſignificatione, *Sidon. l. 2. ep. 9. a med.* Narratiuncules bifariam orditas lætitia peritiaque comitabantur. *Venant. Fortun. l. 2. carm. 10. ad fin.* Verſibus orditum carmen amore trahit. *Dionyſ. in præfat. l. 2.* Ut lectio probabilitate ordita crimen prolixitatis evadat.

ORDITUS, a, um. V. in fin. vocis præced.

ORDO, ordinis, m. *ordim, diſpoſizione, diſtribuzione, ſerie, volta, diſpoſizione*, digeſtio, diſpoſitio unius rei poſt aliam, ſuo quamque loco collocanda. *Cic. 1. Offic. c. 40.* Ordinem ſic ſervabit, compoſitionem rerum apeis & accommodatis locis. *Id. ibid.* Vis ordinis & collocationis. *Id. 1. de Divin. cap. 55.* Fatum appello ordinem ſeriemque cauſarum. *Colum. l. 12. c. 2.* Nihil eſt pulcrius in omni retione vitæ, diſpoſitione atque ordine. *Id. ibid.* Neque Imperator ſine ordine ac diſpoſitione quidquam valet vaplicare. *Cic. 1. Offic. c. 5. extr.* Adhibere modum quendam & ordinem rebus. *Id. de Haruſp. reſp. c. 9. a med.* Ordo rerum, ac viciſſitudo. *Al. leg.* neceſſitudo. *Id. 4. Acad. c. 20. ne fin.* Ut præpoſtere tecum agam, mox referam me ad ordinem. *Id. pro Roſc. Com. c. 2.* Ordinem conſervare. *Id. 5. Phil. c. 13.* eundem tenere. *Id. in Brut. c. 69.* ſequi. *& cap. 62.* perturbere. *Id. in Orat. c. 63.* immutare. *Id. 4. Acad. c. 37. & de Univ. c. 3.* Res in ordinem adducere. *Auct. ad Herenn. c. 9. l. 3.* redigere. *Quintil. l. 12. c. 5.* Puerorum ſtudiis ordinem dare. *Ovid. 2. Amor. el. 12. v. 20.* Nec tibi ſimplicitas ordine major ineſt. *più dell' ordinario, ſingolare.* ¶ *Cogere ne ordinem* dicitur privatus, qui magiſtratui reſiſtit, eumque jure ſuo uti vetat, vel ejus majeſtatem lædit: quod eſt, quaſi in ordinem ac numerum vulgi rediget, ad privati conditionem trahat, ac pro vili abjectoque habeat. *Plin. l. 2. ep. 13.* Tribunatum eſſe poteſtatem ſacroſanctam, & quam in ordinem cogi, ut a nullo, ita ne a ſe quidem deceat. *Liv. l. 3. c. 51. extr.* Decemviri querentes, ſe in ordinem cogi, non ente, quam perlatis legibus, depoſituros imperium ſe ajebant. *Sueton. in Claud. c. 38.* Oſtenſibus, quia ſibi ſubeuoti Tiberim ſcaphas obviam non miſerant, gravitate correptis, eaque cum invidia, ni in ordinem ſe coactum conſcriberet, &c. Adde *Lam. l. 6. c. 38. ſub fin. l. 65. c. 3. extr. & lib. 43. c. 16.* Sic *Sueton. in Veſpaſ. c. 15.* Helvidio Priſco non ante ſuccenſuit, quam altercationibus infolentiſſimis pene in ordinem redactus. Adde *Senec. de conſol. ad Helv. c. 13.* ¶ Tranſlate *Senec. ſub fin. l. 1. de clem.* Tyrannus unum occidi jubere, aut alterum, parum imperatorium credit: niſi eodem tempore grex miſerorum ſubjectus ſtetit, crudelitatem ſuam in ordinem coactam putet. *Plin. l. 2. ep. 6.* Gula reprimenda, & quaſi in ordinem redigenda eſt. *Liv. l. 3. c. 35.* Applum nimium in ordinem ſe ipſum cogere, & vulgari cum privatis. *Quintil. l. 12. c. 4. (al. 5.)* Grammatici, Auctores alios in ordinem redegerunt, alios omnino vemerunt numero. *h. e.* in turba Scriptorum poſuerunt, ioter viles & abjectos connumerarunt. Sic *Liv. l. 30.* apud *Priſcian. l. 18. pag. 1173. Poeſeb.* Tribuni plebis in ordinem redacti. *h. e.* pro contemptiſſimis habiti ſunt. ¶ *Ordine, in, & per ordinem, in ordine*, ve *ordior*, ſecundum ordinem, *in ordine, eco ordior, per ordine, ordinatamente. Cic. in Parrit. c. 1.* Ordine interrogare. *Terent. Adelph. 3. c. 53.* Hegioni rem enarrato omnem ordine. *Virg. Ecl. 1. v. 74.* pone ordine vites. *Cic. pro Roſc. Com. c. 1.* Tabulæ in ordinem conſectæ. *Quintil. l. 4. c. 2. a med.* Sortiti nocte ſinguli per ordinem cum ferro cubiculum intrarunt. *Virg. Ecl. 7. v. 20.* Hos Corydon, illos referebet in ordine Thyrſis. *Cic. 6. Verr. c. 64.* Ut quiſque ætate & honore natecedebat, ite ſententiam dixit ex ordine. *Auct. ad Herenn. l. 3. c. 18.* Locis (*memoriæ*) ex ordine vollocatis. *& cap. 17.* Ex ordine hos locos habere. ¶ *Ordine* interdum eſt recte, ſapienter, prudenter. *Cic. pro Quint. c. 7.* Eti-ſima, modo & retione omnia Romæ Nævium feciſſe, ſi hoc recte atque ordine factum videtur. *Id. Verr. 5. c. 84.* An id recte, ordine, e republica factum eſſe defendes? ¶ *Ex ordine*, ſine intermiſſione, *ſucceſſivamente. Virg. 4. Georg. v. 507.* Septem illum totos perhibent ex ordine menſes Fleviſſe. ¶ *Extra ordinem* eſt neglecta & poſthabita ordinis notione, præter conſuetudinem, aut leges, *ſtraordinariamente. Cic. pro Dom. c. 8.* Pompejo plurima, maxima terra marique bella extra ordinem eſſe commiſſa. *Id. de provinc. conſul. c. 8.* Provinciam alicui extra ordinem decernere. *Paul. Dig. lib. 48. tit. 2. leg. 8.* Duranta tamen pœna legum, dum extra ordinem crimina probantur. *h. e.* omiſſis juris ſolemnitetibus. ¶ Item incidenter, *inavdentemente. Quintil. l. 10. c. 3. ſub fin.* Debet etiam (*in cera*) vecare locus, in quo notentur, quæ ſcribentibus ſolent extra ordinem, id eſt ex aliis, quam qui ſunt in manibus loci, occurrere. ¶ Item eximie, & quaſi præter ceteros. *Cic. Fam. 6. ep. 5.* Ad eam ſpem, quam vetra ordinem de te ipſo habemus, accedunt tua præcipue, &c. ¶ *Ordo* nonnunquam eſt ſeries rerum fluentium, & invicem ſuccedentium; *ſerie, corſo*, *Cic. in Brut. c. 4.* Explicatis ordinibus temporum, uno in conſpectu omnia videre. *Virg. 3. Æn. v. 376.* ſic fate deum rex Sortitur, volvitque vices: is vertitur ordo. *Id. 7. Æn. v. 44.* majos rerum mihi naſcitur ordo. ¶ *Item* fetum & ſeries cauſarum *divinitus* diſpoſitarum. *Perſ. ſat. 3. v. 66.* Diſcite, o miſeri, & cauſas cognoſcite rerum, Quid ſumus, & quidnam victuri gignimur, ordo Quis datus. *Manil. l. 2. v. 531.* Non caſus opus eſt, magni ſed numinis ordo. *Cic. 2. de Divin. c. 55.* Fatum appello ordinem ſeriemque cauſarum. ¶ Sæpe dicitur de diſpoſitione arborum in agris, *ſtare. Cic. pro Cæcin. c. 8.* Ejus fundi cetremem perrem oleæ directo ordine deſiniunt. *Id. de Senect. c. 17.* Proceritates arborum, directos in quincuncem oſtines. *Virg. 2. Georg. v. 276.* Sin tumulis accline ſolum, colliſque ſupini, Jugibus ordinibus. *h. e.* vitium ordine fac laxiores. ¶ Item de ſtatu & conditione hominum in civitate, *rango, grado, condizione*: ut Ordo ſenatorius, equeſter, plebejus (triplex diviſio celebris apud Romanos) aratorum, mercatorum, publicanorum, &c. *Cic. pro Cluent. c. 37.* Fidiculanium cujus erat ordinis? ſenatorii. *Id. pro Dom. c. 18.* Proximus eſt hunc dignitati equeſter ordo. *Id. Verr. 4. c. 6.* Si cuiquam generi hominum ſive Siculorum, ſive noſtrorum civium; ſi cuiquam ordini ſive aratorum, ſive pecuariorum, ſive mercatorum probatas ſit. *Sueton. in Aug. c. 41.* Liberalitatem omnibus ordinibus per occaſiones frequenter exhibuit. *Cic. Fam. 13. ep. 9.* Cum noiverſo ordini publicanorum ſemper libentiſſime tribuerim. *Suetan. de Grammat. c. 18.* L. Craſſitius, genere Tarentinus, ordinis libertini. *Cic. Verr. 3. c. 48. in fin.* Homo ornatiſſimæ loco, ordine, nomine, virtute, ingenio, copiis. Apud *Gruter.* legitur etiam Ordo ſacerdotum, haruſpicum Vlvitalium, &c. *pag. 310. n. 10. pag. 304. n. 7. pag. 306. n. 2.* &c. ¶ Ampliſſimus ordo eſt Senatorius. *Cic. pro Cæl. cap. 2.* Quem abſentem in ampliſſimum ordinem cuopterunt. V. *Amplus* ſub fin. Sic Splendidiſſimus ordo, apud *Gruter. pag. 390. Inſcript. 5.* Sic abſoluta Ordo Beneventanus *ibid. n. 1.* h. e. Senatus, vel Decuriones Beneventanorum. & Ordo Mutinenſis, apud *Tacit. 2. Hiſt. c. 51.* quib. adde *Inſcripe.* apud *Gruter. pag. 485. n. 1.* Item *pag. 1094. n. 3.* ubi Ordo populuſque Salernitanus. *In* vet. Tab. apud *Gruter. pag. 443. n. 6.* Peltuini (*in*) Veſtinis in Curia Aug. Ordinem habenibus T. Avidiacco Reſtituto & Blæſio Natale Edd. QQ. &c. *h. e.* ſenatum habentibus. Sic *Ulpian. Digeſt. lib. 50. tit. 9. leg. 3.* Ut Ordo non aliter habeatur, quam duobus partibus (*ſenatorum*) adhibitis. ¶ Quamquam plebs tertius eſt ordo populi, ſæpe tamen *ordo* ſolet *de* duobus prioribus uſurpari. *Suetan. in Aug. c. 15.* Trecentoe ex dedititiis electos utriuſque ordinis, ad aram hoſtiarum more mactatos. *Velliy. l. 2. c. 100.* Aliique minoris nominis utriuſque ordinis viri. ¶ In militia primo eſt *ipſa* aciei *diſpoſitio*, *ordinanza, file. Hirt. de B. Alex. c. 14.* Poſt hunc ordinem reliquas naves ſubſidio diſtribuit. *Cæſ. l. 2. B. Civ. c. 26.* Auxilia regis nullo ordine, & ſine timore iter feceraut. *Salluſt. in Jug. c. 101.* Sine ſigno, ſine ordinibus, equites pedites permixti. *& cap. 54.* Conturbare ordines. *& cap. 55.* obſervare. *& ibid.* reſtituere. ¶ Deinde certe militum manus, *ſchiera, compagnia, banda. Cic. Phil. 12. c. 8.* Viri fortiſſimi atque honeſtiſſimi, qui ordines duxerunt. *Cæſ. l. 1. B. Civ. c. 13.* L. Pupiue primipili centurio, qui hunc eundem ordinem in exercitu Pompeji antea duxerat. *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 391. n. 4.* Ordinem accepit in legione quinta. *Vet. Tab. an. Herculenſ.* apud *Muratch. pag. 413. n. 47.* Cuive apud exercitum ignominiæ cauſa ordo ademptus eſt. *h. e.* centurionatus. ¶ Non ſolum imperatoris, ſed etiam Tribunorum militum erat aſſignare cuilibet *ordinem* ducendum, ut colligitur ve *Liv. l. 41. c. 34. a med.* Hic autem *ordo* fere erat militum manus minor centuria, v. gr. manipulus. *Liv. ibid.* Tertio anno virtutis cauſa mihi T. Quintius decumum ordinem haſtatum aſſignavit. *& paulo poſt.* Me imperator dignum judicavit, cui primum haſtatum priorie centuriæ aſſignaret. ¶ Ipſi centuriones, qui ordinibus præſunt, *ordines* dicuntur. *Cæſ. l. 6. B. Gall. c. 6. ad fin.* Labienus noctu tribunie militum, primiſque ordinibus convocatis, quid ſui conſilii ſit, proponit. ¶ In re navali *ordines remorum* ſunt eorum ſeries utrinque diſpoſitæ: habentque ſinguli binos verſus, dextrum, & ſiniſtrum: v. gr. triremis tres ordines, verſus ſex, &c. V. *Scheffer.* Alii *verſum*, & *ordinem* unum & idem intelligunt. *Virg. 5. Æn. v. 129.* triplici pube quam Dardana verſu Impellunt, remo conſurgum ordine remi. *Plin. l. 7. c. 56. ed fin.* Sex ordinum novem invenit Xenagoras. ¶ In theatris ordines ſubſelliorum, ſeu graduum diſtincti erant, & variis populi ordinibus aſſignati. Primus ordo, ve decreto Auguſti, vacabat Senatoribus: ſui erant etiam plebi, ſui militibus, maritis, præteetatis, feminis, &c. V. *Suetan. in Aug. c. 44.* Sed poſt Senatores ve vetere inſtituto quatuordecim graduum ordines Equeſtri ordini aſſignati fuere. *Cic. Phil. 2. c. 18.* Sediſti in quatuordecim ordinibus, cum eſſet lege Roſcia decoctoribus certus gradus conſtitutus. *Suetan. in Aug. c. 14.* Cum ſpectaculo luderum gregarium militem in quatuordecim ordinibus ſedentem excitari per apparitorem juſſiſſet. *Juvenal. ſat. 14. v. 323.* effice ſummam Bis ſeptem ordinibus, quam lex dignatur Othonis. Hinc *ſedere in quatuordecim. Suetan. in Caſ. c. 39.* Seſſum in quatuordecim e ſcena per orcheſtram tranſiit. Adde *in Aug. c. 40.* ¶ Apud Grammaticos *ordo* eſt naturalis, & non artificioſa verborum compoſitio, & ſtructura. *Feſtus in Pedum*: In eo verſu, qui eſt in Iphigenio Ennii: Procede gradum proferre pedum nitare: ceſſas? id ipſum baculum ſignificari cum ait Verrius, mirari fatis non poſſum, cum ordo ſit talis, & per eum ſignificatio aperta: gradum proferre pedum nitere: ceſſas?

ORFÆ, arum, *f. morſa, freno, χαλινὸς*, frenum, ita dictum, quod *ore* inſeritur, ut ait *Feſt.* vel ab *ouero, as*, quod V. ſuo loco. *Tirin.* apud *Feſt.* Et ſi tacebit, tamen gaudebit ſibi permitti oreas.

Navium : Deprandi autem leonis obdas oreas . *Cato ibid.* Oreas mihi inde , tibi cape flagellum . *Cultus ibid.* Oreas equo detrahe-re. .

OREAS, adis, *f. Ninfa montana* , Ὀρειάς , Nympha degens in monti-bus : ab ὄρος , mons . *Virg.* 1. *Æn.* v. 501. Qualis in Eurotæ ripis , aut per juga Cynthi Exercet Diana choros, quam mille ſecutæ Hinc atque hinc glomerantur Oreades . *Calpurn. Ecl.* 4. v. 136. Per juga ſiccata velox pede currit Oreas . *Ovid.* 8. *Met.* v. 786. montani nuncupantur minis unam Talibus agreſtem compellat Oreada dictis.

OREON. V. *Oreus* .

OREOSELINON, i, n. ὀρεοσέλινον, genus apii. V. *Helioſelinon*.

ORESTES, æ, & is, Ὀρέστης , ου , m. Agamemnonis & Clytemneſtræ filius , ſic appellatus ob ferinam atque agreſtem , & quaſi montanam naturam : ab ὄρος, mons . Hunc ſoror Electra , necem ei parari ab Ægiſtho, qui patrem Agamemnonem interfecerat, & cum matre in adulterio vivebat , metuens , per pædagogum in Phocidem clam ablegavit : quo loco duodecim annos commoratus , cum pædagogo ſuo Argos rediit , ubi ſub ſpecie hoſpitii intromiſſus ad Clytemneſtram , eandem in ultionem patris occidit . Deinde Pylthum quoque Macharei ſacerdotis ope in Apollinis templo interfecit , eo quod Hermionem Menelai filiam , ſibi prius deſponſatam , rapuiſſet. Propter quæ ſcelera agitatus eſt furiis, quibus non ante liberari potuit, quam judicium in Areopago expertus ſit , ubi com a ſee diis condemnaretur , & ſex abſolveretur , tandem a Pallade & abſolutus , & a furiis liberatus eſt . Amicum habuit Pyladem , perpetuum nominum ſuorum profectionum comitem , periculorumque ſocium , cum quo tam ſancte amicitiam coluit , ut alter pro altero mori non recuſaret, cum in Cherſoneſum Tauricam profectus , ad aram Dianæ mactandus eſſet. Ibi ab Iphigenia ſorore agnitus , cum ea profugit, ſignumque deæ in Italiam aſportavit , & juxta Ariciam conſtituit . *Cic. de Amic. c.* 7. Cum Pylades Oreſtem ſe eſſe diceret, ut pro illo necaretur. *Stat. Theb.* 12. v. 511. & a miſero matrem ſubmovit Oreſte. *Ovid, Heroid. ep.* 8. v. 9. clamantem nomen Oreſtæ. *Al. leg.* Oraſtis . *Id.* 2. *Amor. el.* 6. v. 15. Quod ſuit Argolico juvenis Phoceus Oreſtæ. *Al. leg.* Oreſti . *Cic.* 4. *Tuſcul. c.* 29. Cum Oreſtis fabulam doceret Euripides. *Ita hg. cum aliis Priſcian. l.* 6. *pag.* 705. *Putſch. Alii* Oreſtem . *Salluſt in fragm.* apud *eund. ibid.* Eam ſeditionem Senatus per nuntios Oreſtis cognitam approbat . *Macrob. l.* 6. *ſatyr.* 21. Nec melior panis, turdiſve dabatur Oreſti . *Gell. l.* 7. *c.* 5. Geſtare urnam cum Oreſti oſſibus . (pro *Oreſtæ* , ut *Ulyſſi* , *Achilli* .) *Ovid.* 2. *Triſt. el.* 5. v. 22. Fecerunt furiæ, triſtis Oreſta, tuæ . *Al. leg.* Oreſte . *Cic. in Piſon. cap.* 20. Tragico illo Oreſte demention . ¶ *Scenis agitatus* dicitur a *Virg.* 4. *Æn.* v. 471. quia multæ de eo Græcis conſcriptæ tragœdiæ fuere. *Juvenal. ſat.* 7. *v.* 6. Scriptus & in tergo, nec dum finitus Oreſtes . ¶ Fuit etiam *Parrhaſii* libri inſcriptus *Oreſtes*, vel *de inſomnia*, teſte *Gell. l.* 13. *c.* 4. ¶ Oreſtis fabulam præter Græcos narrant *Hygin. fab.* 117. 119. 120. 122. 257. & 261. item *Serv. ad Æn.* 3. v. 332. & *ad Æn.* 4. v. 471. ¶ Ejus cineres Aricia, ubi conditi fuerant , Romam poſtea translati ſunt, & ante templum Saturni compoſiti : habiti una ex iis rebus, iis quibus Romanæ Reipubl. fatum contineretur , ut in *Auriſice* dictum eſt .

ORESTEUS, a, um, adject. ad Oreſtem pertinens, Ὀρεστεῖος, ut Oreſtea Diana, cujus ſimulacrum Oreſtes juxta Ariciam collocavit, *Ovid. l.* 15. *Met.* v. 489.

ORÉUS, & Oreos, a, um, *montanus* , ὀρεῖος , montanus , monticola : ab ὄρος, mons . *Feſtus :* Oreos Liber Pater, & Oreades Nymphæ appellantur , quod in montibus frequenter apparent. ¶ *Oreum* , i, herba in montibus naſcens, refertur a *Plin. l.* 27. 1. ta. inter ſpecies polygoni; arundini teneræ ſimilis , uno caule , denſis geniculis , & in ſe fractis, foliis piceæ .

OREXIS, is, *f. fames* , *appetitus* , appetitus, eſuritio, ὄρεξις : ab ὀρέγομαι , appeto . *Juvenal. ſat.* 11. v. 217. Hinc ſurgit orexis , Hinc ſtomachi vires . *Id. ſat.* 6. v. 426. ſextarius altri Ducitur ante cibum rabidam ſaturus orexim. *Lamprid. in Heliogab. c.* 29. *extr.* Amabat ſibi pretia majora dici earum rerum , quæ menſæ parabantur , oresin convivio hanc eſſe aſſerens .

ORGANARIUS, ii, m. qui organa tractat , vel fabricatur . *Firmic. Matheſ. l.* 3. *c.* 14. Mercurius cum Venere facit organarios, & myropolas. Adde *Ammian. l.* 28. *c.* 1. (*al.* 3.)

ORGANICUS, a, um , ὀργανικός, ad organum pertinens . *Vitruv. l.* 10. *c.* 1. Quemadmodum telarum organicis adminiſtrationibus connexus ſtaminis ad ſubtegmen , non modo corpora tegendo tuentur , ſed etiam ornatus adjicient honeſtatem. *Cato* apud *Non. c.* 2. *n.* 70. Melos alterum in cantibus eſt bipartitum , unum quod eſt in aſſa voce, alterum, quod vocant neganicon . *h. e.* quod per organa muſica fit . *Jul. Firmic. l.* 8. 1. 30. *a med.* Nauticos quoque , & quibus organicæ machinationis officia credantur . *Lucret. l.* 3. *v.* 132. redde harmoniæ Nomen ab organico ſaltu delatum Heliconis. *h. e.* muſicis carminum , & ſonorum exercitationibus celebrato . ¶ *Organicus*, qui organa facit, aut tractat, *fonatore*, *Lucret. l.* 5. v. 335. modo organici melicos peperere ſonores . *& lib.* 2. v. 412. Et monſea male , per chordas organici quæ Mobilibus digitis expergefacta figurant . ¶ *Organicos* , adverb. V. *Mechanicus* .

ORGANUM, ni, n. *inſtrumentum*, *machina*, ὄργανον, inſtrumentum, machina ad aliquid faciendum . Vox Græca inde ducta, quia eo utimur τοῦ ἔργου, quaſi ἐργανον . *Colum. l.* 3. *c.* 13. *ad fin.* Sic compoſitum organum cum in ſulcum demiſſum eſt , litem domini & conductoris ſine injuria diducit. *Id. l.* 12. *c.* 50. *ante med.* Eſt & organum erecta tribulæ ſimile , quod tudicula vocatur . *Suetos. in Ner. c.* 44. In præparanda expeditione primam curam habuit deligendi vehicula portandis ſcenicis organis, *Plin. l.* 2. *c.* 26. Excogitatis organis, per quæ fidelium loca atque magnitudines ſignaret. *Id. l.* 26. *c.* 3. *ſub fin.* Anginas curare in fauces organo demiſſo . *Id. l.* 24. *c.* 12. Folliculis in pila tuſis, ſuccus exprimitur organis . ¶ Dicitur de architectonicis & bellicis . Differt tamen a machina , quod hæc pluribus operibus , aut vi majore cogitur effectus habere , ut baliſtæ, & torcularium præla : neganum autem unius opere, prudenti tectu perficit , quod propoſitum eſt , uti ſcorpionis , ſeu anaſcyclorum verſationes . Ita *Vitruv. c.* 1. *l.* 10. *Plin. l.* 19. *c.* 4. *ad fin.* Hortos a puteo rota , organiſve pneumaticis , vel tollenonum hauſtu rigandos . ¶ Translate *Quintil. l.* 1. *c.* 2. (*al.* 3.) *ſub fin.* Maxima pars eloquentiæ conſtat animo . Hunc affici, hunc concipere imagines rerum neceſſe eſt . In porro , quo generoſior celſiorque eſt , hoc majoribus velut organis commovetur. ¶ Item de inſtrumentis muſicorum , *inſtrumentum muſicale* . Ea ſunt triplicis generis : alia *inanimata* , quæ ſpiritu inflantur, ut tibiæ , fiſtulæ, tubæ : alia ὀργανικὰ, quæ nervis intenduntur , ut lyra , cithara : alia *animata*, quæ manu pulſantur, ut tympana, fiſtra. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. Fauces tumentes ſtrangulant vocem, obtuſæ obſcurant , naſa exaſperant, convulſæ fractis ſunt organis ſimiles . *Juvenal. ſat.* 6. *v.* 378. *Si* gaudet cantu, nullius fibula dulcat Vocem vendentis prætoribus : organa ſemper In manibus : denſi radiant teſtudine tota Sardonyches , criſpo numerantur pectine chordæ. ¶ Sæpe de hydraulico , cui ſimile eſt, quod dicimus *organo* . *Suetos. in Ner. c.* 41. Reliquam dici partem pro organa hydraulica novi & ignoti generis circumduxit. *Lampr. in Alex. Sev. c.* 27. Lyra , tibia, organo cecinit , tuba etiam . *Id. in Heliogab. c.* 32. Tuba cecinit, panduriza vit , organo modulatus eſt. V. *Hydraulus* . ¶ Organum oris *Prudentius* περὶ στεφ. *cap.* 14. *de S. Rom. v.* 2. eſt lingua . ¶ Proverbii genus eſt in illo *Quintil. l.* 11. *c.* 3. *ante med.* Vna velut tractabilis , atque habens omnes in ſe, qui deſiderantur , ſonos , intentioneſque , & toto , ut aiunt , organo inſtructa . Ubi *Turneb.* Metaphora ducta eſt ab organis muſicis , quæ cum ſint omnibus chordis intenſa , aut omnibus fiſtulis inſtructa , ut nihil deſit , ſuavem efficiunt concentum . ¶ De organis muſicis , eorumque inventore , *Vitruv. l.* 9. *c.* 9. & *lib.* 10. *c.* 13. & *Claudian. de conſul. Mall. Theod.* 2 *verſ.* 316.

ORGIA, arum, n. *feſte di Bacco* , Ὄργια , ſacra nocturna Liberi Patris, quæ tertio quoque anno celebrabantur, unde & trieterica, h. e. triennalia dicta ſunt : ἀνὰ τὸν ὀργὴν a furore , quem ſimulabant bacchantes ululatibus, diſcurſu per ſaltus, thyſſorum agitatinibus , nliſque ſignis ebrietatis aut veræ, aut fictæ : vel ἀνὰ τὸν ὄρον , quia in montibus fiebant : vel ab ὄργια , arceo , prohibeo , quod profani ab his arcerentur : vel ab ὄργια , præterit. τὰ ὄντα , facio, quod & ſacrificare ſignificat . Unde Græcis non ſola ſacra Bacchi , ſed quælibet alia ὄργια dicuntur , quemadmodum *ceremonia* apud Latinos , ut *Serv. ad* 4. *Æn. v.* 302. & 6. *v.* 527. docet , inſtituta dicuntur ab Orpheo (teſte *eod. ad Æn.* 6. *v.* 645.) qui poſtea in ipſis Orgiis a Bacchis diſcerptus fuit , ut *Ovid. metam l.* 11. *Met.* narrat . *Virg. Æn.* 4. v. 302. qualis commotis excita ſacris Thyas , ubi audiro ſtimulant trieterica Baccho Orgia , nocturnuſque vocat clamor Citheron . *Catull. carm.* 63. *de nupt. Pel. & Thet. v.* 259. Pars obſcura cavis celebrabant Orgia ciſtis , Orgia , quæ fruſtra cupiunt audire profani . *Senec. in Herc. Oet. v.* 594. Nos Cadmeis Orgia ferre Tecum ſolitæ condita ciſtis . *h. e.* ſacram ſupellectilem , cujus in Orgiis uſus erat . Sic in illo *Virg.* 6. *Æn. v.* 517. Ille chorum ſimulans, evantis Orgia circum Ducebat Phrygias : *Servius* orgia intelligit cantharos maximos , plenos vino , qui in Orgiis adhibebantur . ¶ De aliis ſacris . *Stat. l. & ſilv.* 6. *v.* 3. quæ veſtra , ſorores , Orgia, Pieriæ, quas inceſtavimus aras ? *Juvenal. ſat.* 2. *v.* 91. Talia ſecreta coluerunt Orgia tæda Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotytto. ¶ Translate *Propert. l.* 3. *el.* 1. *v.* 2. Primus ego ingredior puro de fonte ſacerdos Itala per Grajoe Orgia ferre choros . *h. e.* more modoque Græcorum amores canere . *Colum. l.* 10. *v.* 217. Ille canat majore deo , quem Delphica laurus Impulit , & rerum cauſas , & ſacra moveatem Orgia naturæ , ſecretaque fundera cæli . *h. e.* arcana , myſteria.

ORGIOPHANTA, æ, m. Ὀργιοφάντης , antiſtes , qui ritus Orgiorum alios docet . Vet. Lapis apud *Gruter. pag.* 66. *n.* 9. & apud *Murator. pag.* 175. *n.* 1.

ORIA. V. *Horia*.

ORIBASUS, i, m. ὀρίβασος, nomen canis venatici : ab ὄρος , mons , & βαίνω, gradior . *Ovid.* 3. *Met.* v. 220. Pamphagus , & Dorceus , & Oribaſus , Arcades omnes .

ORIBATA, æ, m. ὀρειβάτης , montes aſcendens : ab ὄρος , mons , & βαίνω , ſcando . *Jul. Firmic. l.* 8. *c.* 17. Erunt funambuli , neibatæ , neurobatæ , & qui talia pertractent . *h. e.* per præcipitia , & loca pendentia , & invia ambulantes .

ORICHALCUM. V. *Aurichalcum* .

ORICILLA. V. *Auricilla* .

ORICIUS, a, um , ad Oricum pertinens, Ὠρίκιος , quæ urbs eſt Epiri *&* Colchis condita , teſte *Plin. l.* 3. *c.* 23. in confinio ejus & Albaniæ , in ora maris Adriatici contra Hydruntum extremæ Italiæ oppidum , nunc *Orſo* . Circa eam naſcitur terebinthus , arbor nigro ligno, foliis buxi, ut *Serv.* docet ad illud *Virg. Æn.* 10. v. 135. quale per artem Inclufum buxo , aut Oricia terebinthus Lucet ebur . Adde *Propert. l.* 3. *el.* 5. *v.* 63. ¶ De ipſa urbe *Id. l.* 2. *el.* 8. *v.* 19. Ut te felici prævecta Cenaunia reuno Accipiat placidis Oricos æquoribus . *Lucan. l.* 3. v. 187. Tunc qui Dardaniam tenet Oricon. *Dardaniam* vocat , quia Helenus Priami filius cum Andromacha in iis locis regnavit. ¶ Legitur etiam *Oricbos*, & *Oricbius* , quod *Pierio* minus placet .

ORICULA. V. *Auricula* .

ORICULARIUS, a, um, *auricularis* , ὠτικός , ad aures pertinens , auri-

Digitized by Google

cularius, ut *orionlarius clyſter* apud *Celſ. l. 5. c. 28. ſect. 12.* & *lib. 6. c. 7. ſect. 3.* quo in aures aliquid injicitur. ¶ *Oriculariis ſervi* apud *Petron. in fragm. Tragur. c. 43. Burm* videntur fuiſſe *δρυμαρτοί*, aufcultatores emiſſarii, per quos domini cognoſcerent occulta, quæ celabant. Ita *Reinef.* & *Burmann.*

ORIENS, entis, *forgeante, naiſcente, ſe levant*, ſurgens, naſcens. *Cic. in ſomn. Scip. cap. 6. ſub fin.* Quia in reliquis orientis aut obeuntis ſidia partibus tuum nomen audiet? *Tibull. l. 4. carm. 1. v. 126.* oriente die duce fertilis anni. *Nep. in Milt. cap. 1. extr.* Ventus e ſeptentrionibus oriens. *Cic. a. de Divin. c. 42. ſub fin.* Utcumque temperatus ſit aer, ita pueros orientes animari atque formari. *Id. in Orat. c. 64. ad fin.* Paean eſt aptiſſimus orationi vel orienti, vel mediæ, putant illi etiam cadenti. *Liv. l. 7. c. 12.* Orientem ſeditionem comprimere. *Id. l. 2. c. 9.* Ne orientem morem pellendi reges inultum fineret. *Id. l. 29. c. 31.* Orientem ignem opprimere. *Horat. l. 2. ep. 1. v. 130.* Recte facta refert: orientia tempora notis Inſtruit exemplis. *Id. l. 3. od. 27. v. 11.* Sentire motus orientis auſtri. *Inventus Auctor Panag. ad Maximian. & Conſtantin. imitio.* Mauimiane, velis onlis, ſemper Auguſte, & Conſtantine oriens Imperator. *b. c.* qui nunc Imperator fis. *Liv. l. 8. c. 13.* Conſul ortiente nocta, ſilentia dicit dictatorem. *ſurgendo dat leve*: vel *elegendo in pedes*. Nam *Vet. Lang. de Orthogr. pag. 2234. Putſch.* Oriri, inquit, apud antiquos ſurgere frequenter ſignificabat, ut epparet in eo quod dicitur: *Orions conſul magiſtratu populi Romani*. Al. tamen apud *Leo.* leg. *oriente nocte*. ¶ *Orions*, abſolute, ea pars cæli, unde ſol oritur, *orients, matutina, levante, levante*. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 66.* Qui has nobiſcum terras ab orinote ad occidentem colant. *Horat. l. 1. od. 12. v. 55.* Sive ſubjectos orientis oræ Seres & Indos. *Ovid. t. de tr. am. v. 177.* Ecce paret Cæſar dumito, quod deſuit, orbi Addere: nunc, orisne ultime, noſter eris. ¶ Alius eſt vernus, ſen æquinoctialis, alius hibernus, &c. pro ut in his, vel illis ſignis poſitus ſol oritur. *Gell. l. 2. c. 20.* Qui ventus ab orientc eurno, ideſt æquinoctiali venit, nominatur Eurus. *Colum. l. 1. c. 7.* Ut frons villæ ad orientem æquinoctialem directa ſit. *& cap. 6.* Cœnationes proſpectent hibernum orientem. *Plin. l. 17. c. 14.* Certum eſt, ab humeris arborum orientem æſtivum ſpectantibus ſurculos aſſe petendos. ¶ Item metonymice ipſa ſol, qui oriens initium diei affert, & per ſynecdochen ipſe dies, *ſole, giorno*. *Ovid. 1. Faſt. v. 653.* Septimus hinc oriens cum ſe demiſerit undis, Fulgebit toto jam Lyre nulla polo. *Virg. 5. Æn. v. 739.* Et me ſævus equis oriens affilaeit anhelis.

ORIENTALIS, le, *orientale, di levante, orientale*, ad orientem ſitus. *Juſtin. l. 24. c. 3.* Nunc commilitones ſuos, nunc patronos appellans, periculorum & operum Orientalium ſocios. *Id. l. 36. c. 3. extr.* Primi omnium eu Orientalibus libertatem receperunt. *Pallad. in Februar. cap. 17.* Surculi ab orientali arboris parte deciſi. *Gell. l. 2. c. 22.* Orientales euntr.

ORIFICIUM, ii, n. *orifizio, apertura*, angulus aditus, vel exitus quaſi per os. *Macrob. l. 7. Saturn. c. 4. circa med.* Ventris ſunt duo orificia. *& infra.* Retrimenta inferiori orificio labuntur. *Apul. l. 2. Metam.* Lagena orificio ceſſim dehiſcente pateſcens. *& ſub fin. l. 9.* Orificium ciſtulæ. *& lib. 11.* urnulæ.

ORIGA. V. *Perorigo*.

ORIGANITTES VINUM, origano conditum. *Cato R. R. c. 127.* ubi in genitivo pro *origanito* habet *origanati*, ut *Perſicis, Themiſtocli* Latine *rations*. V. *Abrotonites*.

ORIGANUM, & Origanon, i, n. & Origanus, i, *ὀρίγανον*, ſeu *ὀρίγανος*, & *ὀρίγανος*, ſeu *ὀρίγανος*, herba parva frutica, folio & ramis ſerpyllo ſilueſtri ſimilis, ſapore cunilæ. *Plin. l. 20. c. 17.* Origanum, quod in ſapore cunilam æmulatur. *Seren. Sammon. v. 47. v. 879.* Cumque hoc abſumi debebit origanus herba.

ORIGINALIS, le, *originale, ὀρχικὸς*, qui eſt ex origine. *Apul. l. 11. Metam. ſub init.* Ceres frugum parens originalis. *Macrob. l. 11. Saturn. c. 1.* Originalus rerum ſpecies, quæ ideæ dictæ ſunt. *Tertull. in Apolog. c. 21.* Judæis erat apud Deum gratia, ubi & inſignis juſtitia, & fides originalium auctorum. *b. c.* qui ab ipſa origine fidem hauſerant, aliiſque tranſtiderant. *Id. de anim. c. 1.* His conſiliis tot originalia inſtrumenta Chriſti delere Marcion auſus eſt. *Impp. Conſtantinus, & Conſtans lib. 11. Cod. Theodoſ. tit. 2. leg. 14.* Originales colani. *originarii*.

ORIGINALITER, ſecundum originem, ab origine. *Auguſtin. l. 3. de Trin. c. 9. & lib. 1. Retract. c. 15.*

ORIGINARIUS, a, um, *originario, originale*, ad originem pertinens, originalis. *Originarius colonus*, qui ab ipſa origine conditioni addictus eſt terræ colendæ: *Inopp. Valentin. & Valent lib. 11. Cod. tit. 48. leg. 7. & Arcad. & Honor. leg. 11.* Eſt etiam *titulus 38. lib. 10.* qui inſcribitur *de municipibus, & originariis*, h. e. de his, qui nati ſunt eo loco, de quo ſermo eſt.

ORIGINATIO, onis, f. *Quinctil. l. 1. c. 6. (al. 12.) a med.* Etymologia, quæ verborum originem inquirit, a Ciceronn dicta eſt notatio. Sunt, qui vim potius intuiti, originationem vocent.

ORIGINITUS, ab origine. *Ammian. l. 31. c. 1. a med.* (*al. c. 6. extr.*) Perſæ, qui ſunt originitus Scythæ, pugnandi ſunt parſitiſſimi.

ORIGO, iginis, f. *origine, naſcita, principio, γένεσις*, ortus, nativitas, principium, cauſa: ab *oriar*. *Cic. c. de Fin. c. 10.* A primo animantium ortu petitur origo ſummi boni. *Id. de Univ. 1. 1.* Nullius rei, cauſa remota, reperiri origo poteſt. *Juvenal. ſat. 14. v. 216.* Mentis cauſe malæ tamen eſt, & origo penes te. *Cic. 4. de Fin. c. 7.* Omnium virtutum & originem & progreſſionem perſequi. *Lucret. l. 5. v. 176.* rerum genitalis origo. *Horat. l. 4. od. 14. v. 45.* fontium qui celat origines, Nilus. *Salluſt. in Jug. c. 22.* Eaque urbes brevi multum auctæ, pars originibus ſuis præſidio, alliæ decori fuere. *a ſuis fondatori, alle ſue memorie*. Sic *Tacit. de Germ. c. 2.* Celebrant carminibus antiquis Tuiſtonem deum terra editum, & filium Mannum, originem gentis conditoreſque. *Stat. 1. Theb. v. 682.* Cadmus origo patrum, tellus Mavortia Thebe, Et genitrix Jocaſta mihi. *Sil. l. 14. v. 93.* tam præcipiti materna furoris Pyrrhus, origo dabat ſtimulos. *Virg. 3. Georg. v. 472.* nec ſingula morbi Corpora corripiunt, *ſed* tota ætlica repente, Spemque, gregemque ſimul, cunctamque ab origine geotem. *ſino all' ultimo*. & *lib. 1. Æn. v. 376.* ſi prima repetens ab origine pergam. *Horat. l. 3. od. 17. v. 5.* Originem ducere ab aliquo. *Quinctil. l. 5. c. 11. circa med.* Fabulæ illæ, quæ etiam ſi originem non ab Æſopo acceperunt (nam eidetur earum primum auctor Heſiodus) nomine tamen Æſopi maxime celebrantur. *Id. l. 1. c. 5. (al. 9.) a med.* Gædes, quos pro ſtolidis accipit vulgus, ex Hiſpania duciſſe originem audivi. *Plin. l. 6. c. 20. a med.* Originem deducere ab aliquo. *Id. l. 15. c. 14.* ab aliqua habere. *Id. l. 5. c. 24. & lib. 6. c. 28. a med.* trahere. ¶ *Originem* inſcripſit *Cato* hiſtorias ſuas, de quibus *Nep. in Cat. c. 3.* Senes ſcribere hiſtorias inſtituit, quarum ſunt libri ſeptem. Primus continet res geſtas regum populi R. Secundus, & tertius, unde quæque civitas orta ſit Italica: ob quam rem omnes Originea videtur appellaſſe. ¶ *Referre* ad natalium & generis conditionem. *Ovid. Heroid. ep. 19 v. 147.* Nobilis ille quidem eſt, & clarus origine. *illuſtre per naſcita. Sueton. in Vitell. c. 1.* Vitelliorum originem alii aliam tradunt: partim veterem & nobilem, partim vero noeam & obſcuram, atque etiam ſordidam. *Tacit. 6. Ann. c. 39.* Poppæus Sabinus, modicæ originis.

ORIOLA. V. *Horiola*.

ORION, onis, m. Ὠρίων, & Ὠαρίων, filius Jovis, Neptuni, & Mercurii, quoſi Urion, ab ὗειν, urina. Nam olim Jupiter, Neptunus, & Mercurius cum terram peragrarent, ſuperveniente nocte ad pauperem quendam diverterunt, qui eos hilari anima ſuſcepit, cumque deos eſſe animadvertiſſet, aceiſo boeu, iiſdem ſacrificium obtulit. Quo officio motus Jupiter, præcepit, ut aliquid mueraria a ſe peteret, ſtatim voti compos futurus. Ille nihil ſe ſe magis cupere reſpondit, quam filium, conjugem tamen ſa non habere, neque eatin ducere, quod morienti uxori fidam dediſſet, ſe aliam non ductutum. Jupiter igitur, & reliqui dii corium immolati bovis ſumpſerunt, in quod cum urinam emiſiſſent, juſſerunt, ut terre obrutum completis maternis menſibus folearet. Quod cum feciſſet, Inennt puerum, quem ab urina *Urieneus* nominaverit: ſed perdidit antiquum littera prima ſonum, ut ait *Ovid. 5. Faſt. v. 536.* Hic poſtea adultus evaſit eenator maximus, adhæſitque Dianæ. Sed cum virtus fidens gloriaretur, nullam eſſa feram, quam non conficeret, dii inſolens verbum ulturi effecere, ut terra ſcorpionem pareret, cujus ictu Orion extinctus eſt. Diana ſatellitis ſui obitum graviſſime ferens, eum in cælum juxta Tauri ſidus conſtituit. Alii dicunt occiſum fuiſſe a Diana ipſa, cum ei vim inſtare aggrederetur. Addunt etiam, fuiſſe corpore tam procero, ut nulla maris profunditate viocerstur. Fabulam narrent aut integram, aut ex parte *Ovid. Faſt. l. 5. v. 495. Hygin. fab. 195.* & *Poet. Aſtron. l. 2. c. 26. & 34. Serv. ad Æn. 1. v. 539.* & *lib. 10. v. 763. Horat. l. 3. od. 4. ſub fin.* & *Lucan. l. 9. v. 836.* ſed aliter atque aliter fere omnes. Neque enim in Fabulis conſtantiam Scriptorum inveuies. ¶ Situs eſt in ipſo circulo æquinoctiali, prope Taurum, quocum pugnare fingitur, & conſtat ſecundum *Hygin. l. 3. Poet. Aſtron. c. 33.* ex decem & ſeptem, ſecundum alios ex octo & triginta ſtellis. Enſem habere videmur ſtellarum fulgore terribilem. Si fulget, ſerenitatem; ſi obſcuratur, tempeſtatem denotat. ¶ Apud Poetas habet primam ſyllabam indifferentem. Nam olim a Græcis per u diphthongum ſcribebatur, quæ Dorice in *o* ſolet commutari: qua retione conſtat poſſe produci. Poterit tamen etiam corripi, ſi abjicismus ea prima ſyllaba vocalem ſubjunctivam more Græcorum. Media autem ſyllaba fere ſemper producitur. Pænultime obliquorum rurſus eſt indifferens. *Virg. 1. Æn. v. 539.* Cum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus Orion, &c. *Lucan. l. 9. v. 836.* Telle tulit cælo: victi decus Orionis. (Verſus eſt ſpondaicus.) *Ovid. 8. Met. v. 207.* Strictumque Orionis enſem. ¶ Per Epenthefin Poetæ dicunt *Oarion*. V. ſuo loco.

ORIOR, iris, itur, ortus ſum, dep. 3. *naſcere, ſorgere, levarſi, ſpuntare, uſcire, φύεσθαι, γίγνεσθαι, ἀνατέλλω*, naſcor, ſurgo, in lucem prodeo, exeo, exſilio. In Infinitivo præſenti habet *oirri* quartæ conjugat. in ceteris temporibus eſt tertiæ. Particip. præteriti eſt *ortus*, futuri *oriturus*. *Cic. c. de Fin. cap. 24.* Ipſum a ſe oritur, & ſua ſponte naſcitur. *& lib. 5. cap. 24.* Ea officia, quæ orientur a ſuo cujuſque genere virtutum. *Ovid. 10. Met. v. 166.* Tu tantes oreris, viridique in cæſpite flores. *Id. t. Faſt. v. 295.* Quid vetat & ſtellas, ut quæque oriturque, caditque, Dicere? *Horat. l. 1. ſat. 5. v. 39.* Poſtera lux oritur multo gratiſſima. *Id. l. 2. ep. 1. v. 17.* Nil orituram alias, nil ortum tala fatentes. *Nep. in Timoth. c. 3.* Accidit, ut magna tempeſtas oriretur. *Cæſ. l. 6. c. 13. a med.* Alie quoque ulcera in gingiois orianter. *Cic. c. de Legib. cap. 2.* Factus ſum amicior huic nemi ſolo, in qua tu ortus & procreatus es. *Cæſ. l. 5. B. Gall. c. 51.* Cum ad portas caſtrorum clamor oriretur. *& lib. 4. c. 9.* Rhenus oritur ex Lepontiis. *Cic. pro Cluent. c. 69.* Cum quædam in collibus controverſia paſtorum orta eſſet. *Terent. Andr. 3. 2. 9.* Vel hoc quis non credat, qui norit te, ab te eſſe ortum? *effere bevenjum tua?* Inſtructum, commentum, & compoſitum, inquit *Donat.* & *Adelph. 3. 5. 3.* Ex illan' familia tam illiberale facinus eſſe ortum? *& c. 2. 35.* Tibi a me nulla orte eſt injuria. ¶ Pro incipere, *cominciare, Cic. de Amic. cap. 1. extr.* Fannius & Mucius ad ſocerum veniunt poſt mortem Africani. ab his ſermo oritur: reſpondet Lælius. *Cæſ. l. 1. c. 1. B. Gall.* Belgæ

ab extremis Galliæ finibus oriuntur: pertiorat ad inferiorem partem fluminis Rheni. ¶ Pro surgere, V. in *Oriore*. ¶ In compositis *exorerere*, & *exorerentur*, tertio brevi dixit *Lucret. l.* 2. *v.* 506. & *lib.* 1. *v.* 180. & 10 simplici *Poulin, Nolan. carm.* 15. *v.* 59. Civis ut affectu noſtris oreretur in oris.

ORIPELARGUS, i, *ὀρειπελαργὸς*, genus aquilæ vulturinæ ſpeciei, alis minimis, reliquas magnitudine antecellens, ſed imbellis & degener, ut quare verberat corvus: ab ὄρος, mons, & πελαργὸς, ciconia, quaſi ciconia montana. Eadem dicitur etiam percnopterus, περκνόπτερος, a pennorum colore nigro. nam περκνὸς nigrum, πτερὸν alam ſignificat. *Plin. l.* 10. *c.* 3.

ORITHION, *vel* Orithios, i, videtur eſſe nomen montis, apud *Sidon. carm.* 11. *v.* 2. Al. ſcribunt *Orithyon*.

ORITHIUS. V. *Oritus*.

ORITHYIA, æ, ſ. quadriſyllab. Ὠρείθυια, filia Erichthei Athenarum regis, quam a Borea raptam, & 10 ventum converſam Poetæ fabulantur. *Sil. l.* 8. *v.* 316. Orithyia vago Geticis nutrivit in antris. *Ovid. Met.* 6. *v.* 682. Boreæ Tereus Thracæque nocebant, Dilectaque diu caruit deus Orithyia. *Virg.* 4. *Georg. v.* 463. Atque Getæ, atque Hebrus, atque Actias Orithyia, *Id.* 12. *Æn. v.* 82. *de equis Turni*. Pilumno quos ipſa ducis dedit Orithyia. Omnes hi veſtro primo exceptu ſpondaici ſunt. Quod ſi dactylum & ſpondæum ea *Orithyia* efficere velis, prior diphthongus altera vocali mutanda eſt, poſterius diſſolvenda. ¶ *Euſebius in Chron.* ad ann. Mundi 3740. pro vera hiſtoria refert, Boream regem Thraciæ fuiſſe, qui cum Orithyiam amaret, & ſibi conjugem dari poſtularet, nec impetrare poſſet, illam rapuit, & in Thraciam ſecum detulit, ex qua Zetem, & Calaim filios procreavit. ¶ Hinc etiam nomine dicta eſt Amazonum regina, quæ Marpeſiæ matri ſucceſſit in regno. Ea regnante, forſitque bellum gerente, Hercules & Theſeus Amazonas adorti ſunt. *Juſtin. l.* 2. *c.* 4.

ORITHYON. V. *Orithion*.

ORITIS, is, ſ. ὀρίτης, gemma globoſa ſpecie, a quibuſdam & ſideritis dicta, ignem non ſentiens: ab ὄρος, mons, quia globum monti ſimilem refert. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

ORIUNDUS, a, um, *oriundus, diſcendens*, ἐκγονος, ἐκγονίτης, originem ducens. Differt ab *ortus*, quia *oriundus* refertur ad perſonam, vel locum, unde parentes noſtri fuere: *ortus* idem eſt ac *natus*, & refertur ad perſonam vel locum, unde ipſi nati ſumus. *Liv. l.* 24. *c.* 6. Hippocrates & Epicydes nati Carthagine, ſed oriundi ab Syracuſiis *exſules* avo, Pœni ipſi materno genere. *Inſcript.* apud *Donium claſſ.* 6. *n.* 167. Oriundus Lepti. *&* n. 168. Oriundus Gaza. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 94. Quid repudio hoſpitium, neque Carthaginem: inde ſum oriundus. *Liv. l.* 2. *c.* 9. Ne ſe oriundos ex Etruſcia *exſulare* paterentur. *& cap.* 31. *a med.* Placuit oratorem ad plebem mitti Menenium Agrippam, facundum virum, & quod inde oriundus erat, plebi carum. ¶ Sæpe adhibetur ſine reſpectu ad illud deſcriptum. *Cic. in Top. c.* 6. Gentiles ſunt, qui ab ingenuis oriundi ſunt. *item*. *Lucret. l.* 2. *v.* 989. Denique cæleſti ſumus omnes ſemine oriundi. *Ipſumque. Colum. l.* 1. *c.* 3. Cum a primis cunabulis, ſi modo liberis parentibus eſt oriundus, auxiſſe potuerit. *Enn.* apud *Feſtum. l.* 6. *pag.* 708. *Furfur.* O pater, o genitor, o ſanguen dive oriundum. ¶ De rebus inanimis *Plaut. Curcul.* 2. 1. 10. Egoo' apicularum opera congeſtum non feram, ex dulci oriundum, melliculo dulci meo? *Liv. l.* 1. *c.* 20. Virgines Veſtæ legit, Alba oriundum ſacerdotium.

ORMENIS, idis, ſ. Ὀρμενὶς, Ormenii filia. *Ovid. Heroid. ep.* 9. *v.* 50. Nec refarem partus, Ormeni nympha, tuos. *b. e.* Aſtydamia, quam Hercules patre occiſo, qui ſibi eam in uxorem dare noluerat, quod ſciret Dejanira jam nuptias inviſe, vitiavit, Cteſippumque genuit. *Diodor. Sicul. l.* 4. *c.* 3.

ORNAMEN, inis, n. ornamentum. Eſt *Martianus Capell. l.* 6. *pag.* 190.

ORNAMENTARIUS. V. *Ornamentarius*.

ORNAMENTUM, i, n. *ornamento, ornatura, fornimento, fornitura, guarnigione, ſregio*, κόσμος, ornatus, inſigne, decus. *Caſ. l.* 7. *B. Gall. c.* 15. Pulcherrima totius Galliæ urbs, quæ præſidio & ornamento eſt civitati. *Cic. 2. de Orat. c.* 45. Mihi hoc ſubſidium comparavi ad decus atque ornamentum ſenectutis. *Id. pro Mil. c.* 14. Q. Hortenſius, lumen atque ornamentum reipublicæ. *Id. Verr.* 4. *c.* 31. Splendoreni ordini, atque ornamentum coetu conſtituere. *Plin. l.* 8. *ep.* 12. Vir optimus, & inter præcipua ſæculi ornamenta numerandus. *Caſ. l.* 2. *B. Civ. c.* 18. Pecuniam, omniaque ornamenta ex Fano Herculis in oppidum contulit. *Hirt. de B. African. c.* 16. Ornamenta triumphi. *Juvenal. ſat.* 3. *v.* 203. arceoli ſui, Ornamentum abaci. ¶ veſtes, ornatus peculiaris alicujus, ut comicorum, muliebrium, &c. *abbigliamento, veſtito. Plaut. Capt.* 3. 4. 83 Ornamenta abſunt: Ajacem, hunc cum vides, ipſum vides. *Id. Trin.* 4. 2. 16. Ipſe ornamenta a chorago hæc ſumpſit. *Id. Men.* 5. 2. 53. Me deſpoliat, mea ornamenta eam me ad meretrices degerit. ¶ *Servus ab ornamentis* fuit inter officia domus Auguſtæ. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 578. *n.* 9. T. Fl. Aug. lib. Parthenopæi Poppæani eunuchi ab ornam. *Alio* apud *Moreſor. pag.* 900. *n.* 2. Felix C. Cæſaris ab ornam. Vixit A. XXV. ¶ Pro quocumque apparatu, ſeu inſtrumento, *Cic. 2. Catil.* 2. 10. Neque vero cetera copias, ornamenta, præſidia veſtræ *eum* illius latronis inopia atque egeſtate conferre debeo. *Senec. ep.* 14. *a med.* Ars ei conſtat, qui per ornamenta percuſſus eſt. *b. e.* per ipſa arma: ductum a gladiatoribus, quorum inſtrumenta pugnandi ornamenta dicta ſunt. *Sueton. in Tito, cap.* 9. Oblata ſibi ornamenta pugnantium inſpicienda porrexit. Rurſus *Senec. in præfat. l.* 4. *Hiſt. nat.* Scias, non poſſe te conſequi, ut ſis impenetrabilis: cum omnia caveris, per ornamenta feriet.

¶ *Ornamenta bubum, equorum*, &c. ſunt, quæ ipſis inſternuntur, imponunturque, ut ephippia, clitellæ, capiſtra, funes, &c. *Cato R. R. c.* 11. Ornamenta bubus, ornamenta aſinis inſtrata tria. Adde *cap.* 20. & 135. Sic *Hirt. de B. Afric. c.* 86. Elephantos ornatos armatoſque cum turribus & ornamentis capit. *fornimenti, arredi*. ¶ *Ornamenta triumphalia, conſularia, prætoria, quæſtoria*, &c. erant inſignia geſtari ſolita a triumphantibus, conſulibus, &c. ut faſces, lictores, ſella eburnea, prætexta, &c. *inſegne, diviſe*. Ea interdum ab Imperatoribus dari conſueverunt illuſtribus viris ob res præclare geſtas, ita ut iis non ſecus uterentur, quam ſi triumphum egiſſent, conſulatum, præturam, &c. geſſiſſent. Exempla habes apud *Suetom. in Aug. c.* 38. *in Caſ. c.* 76. *& in Claud. cap.* 18. apud *Tacit. in Agric. c.* 40. *&* 44. & apud *Plin. l.* 7. *ep.* 29. ¶ Sæpe refertur ad honores, dignitates, divitias, quibus ornantur homines. *Nep. in Attic. c.* 7. Ipſum Pompejum conjunctum non offendit, nullum enim ab eo habebat ornamentum, ut ceteri, qui per eum aut honores, aut divitias ceperant. *Cic. pro Balb. c.* 19. Omnes, quantis ornamentis populum ipſum C. Cæſar affecerit. *Id. a. Fam. ep.* 19. *ad fin.* Quæcumque a me ornamenta ad te proficiſcentur, ea omnes intelligant, *a me* habitam eſſe rationem tuæ dignitatis. *Id. Cæſil.* 3. *c.* 11. In animis ego veſtris omnes triumphos meos, omnia ornamenta honoris, monumenta gloriæ, laudis inſignia condi & collocari volo. *Id. pro Sull. c. penult.* Omnia generis, omnimis, honoris inſignia atque ornamenta unius judicii calamitate occiderunt. ¶ Item ad facultatem, & elegantiam ſermonis. *Cic. 2. de Orat. c.* 28. Neminem omnium tot & tanta, quanta fuit in Craſſo, habuiſſe ornamenta dicendi. *Id. de clar. Orat. c.* 37. *ad fin.* Sententiarum ornamenta & conformationes.

ORNATE, *ornamente, accuſtoſo*, cum ornatu. *Ornate dicere*, adhibito ornatu orationis. *Cic. 3. de Orat. c.* 14. Illuminate & rebus & verbis dicere, & ea ipſa oratione quaſi quendam numerum, vinſumque conficere, id eſt, quod dico, ornare. *Id. 1. Offic. c.* 1. *extr.* Ornato ſplendideque. *Id. pro Cæl. c.* 3. *extr.* Ornam politeque. *Plin. l.* 1. *ep.* 16. Agere cauſas polite & ornate. *Cic. 1. de Orat. c.* 11. *a med.* Compoſita, ornata, copioſe eloqui. *Id. 9. Fam. ep.* 21. Cauſas agere ornatius. *Id. de clar. Orat. c.* 5. *extr.* Cauſam ornatiſſime & copioſiſſime defendere.

ORNATIO, onis, ſ. *ornamento, adornamento*, exornatio, ornatus. *Vitruv. l.* 5. *c.* 7. *ſub fin.* In ſingula tres ſint ſpecies ornationis, quæ, *&c.* nuncupatæque ſpeciem ornationis in frontes.

ORNATOR, oris, m. *adornatore, ornatore*, exornator. *Jul. Firmic. l.* 3. *c.* 6. *Aſtronom. ſect.* 9. Facit deorum ornatores, ſive templorum conditores. ¶ Fuit inter officia domus Auguſtæ. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 578. *n.* 8. Diophantus Ti. Cæſaris ornator glabr. *b. e.* glaborum, ſeu puerorum delicatorum. V. dicta in *Glabrearius*.

ORNATRIX, icis, ſ. *ornatrice, acconciatrice*, ἀναδέτρια, *acconciatrice*, quæ ornat. *Ornatrices* erant ancillæ, quæ dominarum crinem componebant, quas nos dicimus *coaciatrice*. *Ovid. 3. de ar. am. v.* 238. Tuta ſit ornatrix, odi quæ ſauciat ore Unguibus, & rapta brachia fingit acu. *Sueton. in Claud. c.* 40. Hæc matris meæ liberta & ornatrix fuit. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 579. *n.* 5. Aponæ Succeſſæ a tutul. ornatr. C. Batonius Epigonus atrienſis. *b. e.* a tutulo ornatricis. V. *Juvenal. ſat.* 6. *v.* 486.

ORNATUS, us, m. *ornamento, ornato, abbellimento, ornatura, adorno*, κόσμος, ornamentum. *Cic. pro Dom.* 1. 43. Hoc ſimulacrum quidam ad ornatum adilitatis ſuæ deportavit. *Hirt. de B. Gall. l.* 8. *c.* 51. Nihil relinquebatur, quod ad ornatum portarum, Itinerum, locorumque omnium, qua Cæſar iturus erat, excogitari poſſet. ¶ De compoſitione capillorum, *Ovid. l.* 3. *de ar. am. v.* 133. non ſint hoc lege capilli: Admotæ formam dantque, negantque manus. Nec genus ornatus unum eſt: quod quamque decebit, Eligat, & ſpeculum conſulat ante ſuum. Adde *Virg.* 7. *Æn. v.* 70. ¶ Eſt etiam veſtitus, cultus. *Feſtus:* Ornatus appellatur cultus ipſe, quo quis ornatur. *Plaut. Mil.* 4. 4. 41. Facito, ut veotas huc ornatu nauclerico. *Cic. 1. Offic. c.* 18. *extr.* Seruus videmus ornatu fere militari. *Id. 2. de Fin. c.* 21. *a med.* Voluptas picta in tabula pulcherrimo veſtito & ornatu regali, in ſolio ſedens. *Phædr. l.* 4. *fab.* 4. *v.* 42. Agros abjicit muſcha, ut ornatum paret. *b. e.* mundum muliebrem. *Plin. l.* 8. *c.* 42. Equus regio ornatu inſtratus. ¶ Inter cultum, & ornatum quid ſit diſcriminis, V. in *Cultus*. ¶ Item apparatu, *apparecchio, apparato. Varr. l.* 3. *R. R. c.* 9. *a med.* Gallinæ ea ornatiora publicis ſolent poni eum poſtacia, ac merulis albis. *b. e.* in publicorum conviviorum apparatibus. *Terent. Andr.* 2. 2. 28. In ædibus nihil ornati, nihil tumulti, pro *ornatus*, antique, ut *Sonat.* ¶ Item inſtrumentum, ſupellex, copia rerum earum, ſine quibus re aliqua uti non licet. *Cic. 3. de Orat. c.* 6. Una eſt eloquentia, quaſcumque in ores diſputationis regionesve delata eſt, *&c.* & quocumque ingrediture, eodem eſt inſtructu ornatuque comitata. ¶ De ornamentis orationis, quod præcipue conſiſtit in delectu & compoſitione verborum, & uſu ſchematum. (V. *Quinctl. inſt. cap.* 3. *l.* 8.) *Cic. in Orat. c.* 24. Collocata verba habent ornatum, ſi aliquid concinnitatis efficiunt, quod verbi: mutatis non maneat, manente ſententia. *Id. de clar. Orat. c.* 79. *ad fin.* Erant & verborum & ſententiarum illa lumina, quæ vocant Græci σχήματα, quibus tanquam inſignibus in ornatu omnis diſtinguebatur oratio. *Id. in Orat. c.* 39. Magnum afferre ornatum orationi. ¶ de mundo, *Cic. 4. Acad. c.* 38. Mundum ita eſſe undique aptum, ut nulla vis tantus queat motus mutationeſque moliri, nulla ſecuta diuturnitate temporum exſiſtere, ut hic ornatus unquam ddapius occidat. *Plin. l.* 2. *c.* 4. Quem κόσμον Græci, nomine ornamenti appellavere, eum nos a perfecta abſolutaque elegantia mundum. ¶ *Ornamenta*

natu in dat. pro *ornatui*, ut *aſpectu*, *cubitu*, & alia. *C. Cæſ.* apud *Gell. c.* 16. *l.* 4. Ibi iſti, quorum in ædibus familiæque poſita & honori erant, & ornatæ. V. *Aſpectus*, *us*.

ORNATUS, a, um, *ornatæ*, *adornato*, *abbellito*, *guarnito*, *accomodato*, ornamentis decoratus, compta, politus. *Cic. de Senect. c.* 16. Agro bene culto nihil poteſt eſſe nec uſu uberius, nec ſpecie ornatius. *Id. pro Flacc. c.* 38. Sepulcrum floribus ornatum. ¶ Item paratus, inſtructus, *provveduto*, *fornito*. *Cæſ. l.* 3. *B. Gall. c.* 14. Naves paratiſſimæ, atque omni genere armorum ornatiſſimæ. *Cic. in Piſon. c.* 2. Provincia exercitu & pecunia inſtructa & ornata. *Id. Phil.* 10. *c.* 4. Græcia copiis non inſtructa ſolum ſed etiam ornata. *h. e.* non ſolum quod ad uſum ſatis eſt, ſed etiam ad ornamentum. *Id. l.* 2. *de Fin. c.* 34. Sapiens plurimis & gravibuſſimis artibus atque virtutibus inſtructus & ornatus. *Id. ad Brut. ep.* 18. Imperator honoribus ampliſſimis, ſortuoliſque maximis, conjuge, liberis, vobis affinibus ornatus. *Id. pro Cæcin. c.* 21. Armatus appellamus eos, qui ſcutis taliſque pariti ornatique ſunt. *Id. pro Quinct. c.* 31. E fundo ornatiſſimo dejectus. *Liv. l.* 27. *c.* 19. *extr.* Equus ornatus. *Nep. in Annib. c.* 3. Elephantus ornatus. ¶ *Ornata provincia* apud *Cicer. l.* 5. *Fam. ep.* 4. *a med.* quid ſit, V. in *Orno*. ¶ Item honore affectus. *Cic. ad Brut. ep.* 18. Honoribus ampliſſimis à Senatu ornatus. *Id. de Haruſp. reſpon. c.* 13. Dejotarus clariſſimorum imperatorum teſtimoniis ornatus. *Id. pro Dom. c.* 33. A populo R. ſemper ſum defenſus, amplificatus, ornatus. ¶ Feſtus ironia eſt in illo *Terent. Adelph. c.* 2. 61. Quid hoc rei eſt? regnum ne, Æſchine, hic tu poſſides? *Æſ.* Si poſſiderem, ornatus eſſes ea tuis ædibus. ¶ Item honorificus, *onorevole*. *Cic. pro leg. Manil. c.* 6. Locus ad agendum ampliſſimus, ad dicendum ornatiſſimus. ¶ *Ornatus ut*, bonis artibus inſtructus, dignitate, honoribus, auctoritate præditus. *Cic. in Divin. Verr. l.* 2. Lectiſſimos atque ornatiſſimos adoleſcens. *Id. pro Flacc. c.* 20. Splendidiſſimus atque ornatiſſimus civitatis ſuæ. *Id. Verr.* 3. *c.* 48. *extr.* Homo ornatiſſimus loco, ordine, nomine, virtute, ingenio, copiis. ¶ Refertur ad ornatum orationis. *Cic. l. de Orat. c.* 10. Homines ornati in dicendo, & graves. *& cap.* 12. Compoſita oratio, & ornata, & artificio quodam & expoſitione diſtincta. *Id. in Orat. c.* 22. Omnes apud Pacavium mneti elaboratiqus ſunt verſus.

ORNEUS, a, um, *di orno*, *μαλίνος*, qui eſt ex oreo. *Colum. l.* 11. *c.* 2. *a med.* Fraxineam; ſi minus, ulmeam; ſi nec hæc ſit, iligneam frondem bubus recte præbebimus.

ORNITHIAS, æ, m. *ἀ ὄρνις*, venti nomen: ab *ὄρνις*, *ιθος*, avis. De eo *Plin. l.* 2. *c.* 47. Favonium quidam a. d. VIII. cal. Mart. Chalidonium vocant, ab hirundinis eiſu: nonnulli vero Ornithiæ, uno & ſexageſimo die poſt brumam, ab adventu avium, flatum per dies *movem*. ¶ Etiam Eteſiæ ipſi, cum ſpirant a beuma lenius, & paucis diebus, Ornithiæ vocantur. *Id. ibid. a med.* ¶ Ornithias memorant etiam *Varro. l.* 2. *c.* 6. *a med.* & *Colum. l.* 11. *c.* 2. ſed ille circa Solanum, h. e. ab Oriente flare dicit: hic a Septentrione.

ORNITHOBOSCION, il, n. *ὀρνιθοβοσκεῖον*, locus ad paſcendum aves. Habet *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 9. ſed Græcis litteris.

ORNITHOGALE, es, *ſ. ὀρνιθόγαλον*, herba caula tenero, candido, ſemipedali radice, bulboſa, molli, tribus aut quatuor agnatis. *Plin. l.* 21. *c.* 17.

ORNITHON, ônis, m. *gallinajo*, *uccelliera*, *ὀρνιθών*, aviarium, gallinarium, locus in villa, ubi aluntur gallinæ, pavones, turdi, & hujuſmodi altilia: ab *ὄρνις*, *ὄρνιθος*, avis. Eſt autem duplicis generis, vel ſtructus cauſa inſtitutus, vel voluptatis. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 3. Villaticæ paſtionis genera ſunt tria, ornithones, leporaria, piſcinæ. Nunc moithonas dico omnium alitum, quæ intra parietes villæ ſolent paſci. Adde *lib. c. in proœm.* & *Colum. l.* 8. *c.* 3.

ORNITHOTROPHION, i, n. *ὀρνιθοτροφεῖον*, locus, in quo aves educantur, idem ac ornithon. Habet *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 5. ſed Græce ſcribit.

ORNO, as, avi, atum, a. 1. *ornare*, *adornare*, *abbellire*, *guarnire*, *accomodare*, pulcrum facio, decorum, inſignem reddo, como, exorno, diſtinguo, ornatum affero. *Cic.* 2. *Offic. c.* 22. Italiam ornare, quam domum ſuam maluit? quamquam Italia ornata, domus ipſa mihi videtur ornatior. *Virg.* 7. *Æn. v.* 488. Mollibus intactos ornabat cornua fartis. *Ovid.* 5. *Met. v.* 52. ornabant auxata monilia collum. *Propert. l.* 3. *el.* 4. *v.* 12. Ornabat niveas nullane gemma manus? ¶ Speciatim dicitur de capillis comendis. *Ovid.* 1. *Amor. el.* 14. *v.* 5. Quid, quod erant tenues, & quos ornare timeres? *& lib.* 2. *el.* 7. *v.* 17. ſilers ornare Cypaſſis. Hinc *ornatus*, *us*, & *ornatrix*. ¶ Eſt etiam inſtruere, apparare, *provvedere*, *apparecchiare*, *alleſtire*. *Cic. Agrar.* 2. *c.* 23. Decemeiros, ornat apparitoribus, ſcribis, librariis, præconibus, architectis, gruteres mulis, tabernaculis, centuriis, ſopellectili. *Liv. l.* 42. *c.* 1. *ad fin.* Magiſtratus mulis, tabernaculiſque, & omni alio inſtrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent ſociis. *Virg.* 12. *Æn. v.* 344. Ornare aliquem armis. *Plin. l.* 3. *ep.* 21. pecunia. *Enn.* apud *Non. c. c. a.* 666. & *Gell. l.* 16. *c.* 10. Proletarii publicitus ſcutoque, ſeroque Ornetur ferro. *Cic. pro leg. Manil. c.* 4. Ædificare, & ornare claſſem. *Liv. l.* 40. *c.* 26. *ad fin.* Ornare naves. *Cic. 6. Verr. c.* 20. Ornare & apparare convivium. *Id. pro Cluent. c.* 5. Ornare & ſtatuere lectum. *Terent. Hecy.* 4. 4. 6. Ornare fugam. *h. e.* parare ſe ad fugiendum. Al. leg. *adornare*. ¶ *Ornare provinciæ* eſt Senatus conſulto decernere certam militum numerum, & iis ſtipendium, item viaticum in legatos, & comitatum, terminere ipſius provinciæ fines, juriſdictionis formam modumque præſcribere, & hujuſmodi alia, quæ honori & munere erant tum provinciæ ipſi, tum magiſtratui eam regenti. *Cic. Attic. l.* 3. *ep.* 24. Cum ad me ſcripſiſſetis, veſtro conſenſu conſulum provincias ornatas eſſe. *Sueton. in Cæſ. c.* 18. Ulteriorem fortitus Hiſpaniam, retinentes creditores intervento ſponſorum removit: ac neque more, neque jure, antequam proviociæ ornarentur, profectus eſt. ¶ Ea cum fierent, etiam ipſi magiſtratus *ornari* dicebantur. *Cic. loc. cit.* Se noſtra cauſa ſoluiſſe, ſuam poteſtatem eſſe de conſulibus ornandis. *Id. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 3. Referebatur de provinciis quæſtorum, & de prætoribus ornandis. Al. leg. *prætoribus*. ¶ Univerſim *ornare* eſt beneficiis, honoribus, præmiis augere, decorare, inſignem reddere. *Cic. Fam.* 15. *ep.* 4. *a med.* Qui me tuis ſententiis ſæpiſſime ornaſti. *Cæſ. l.* 7. *B. Gall. c.* 33. Civitas, quam ipſe ſemper aluiſſet, omnibuſque rebus ornaſſet. *Cic.* 6. *Attic. ep.* 1. *ante med. & poſt redit. ad Quirit. c.* 5. Maximis beneficiis ornare aliquem. *Id.* 2. *Phil. c.* 12. Qui me non ſolum mea laudibus ornaret, ſed etiam oneraret alienis. *Id. in Piſon. c.* 13. *extr.* Homines frequentiæ ſuæ veſtrum egreſſum mnem, atque celebrent. *Id. pro Planc. c.* 9. Tota illa regio ſe hujus honore ornari, ſe augeri dignitate arbitrabatur. *Plin. l. c. ep.* 1. ſuffragio candidatum ornare. ¶ Refertur etiam ad eloquentiam, & ſignificat inſignem reddere laudando aut vituperando. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 31. Eum ſtatuebam eloquentem, qui mirabilius & magnificentius augere poſſet, atque ornare quæ vellet. *& lib.* 3. *c.* 6. *extr.* Illa conor attingere, quibus orationem ornari atque illuminari puto. *& lib. c. c.* 28. *a med.* Non dubitavit ſeditiones ipſas nmare. *Plin. l. c. ep.* 3. Procemiatur apte, narrat aperte, mnet excalſe.

ORNUS, i, *ſ. orna*, *ὀρνὶα*, *μελία*, h. e. ſimilous ſilveſtris, arbor procera, caudice tereti, levi cortice: ab *ὄρος*, montanus, per ſyncop. quia montes amat, ut *Plin. l.* 16. *c.* 18. docet. *Colum. de arborib. c.* 16. Orni ſilveſtres fraxini ſunt, paulo latioribus tamen foliis, quam ceteræ fraxini, nec deteriorem frondem, quam ulmi, præſtant. Capræ quidem, & oves libentius etiam hanc frondem appetunt. *Virg.* 2. *Georg. v.* 121. Naſcuntur ſteriles ſevoſis mantibus orni. *Id. Ecl.* 6. *v.* 72. Cantando ſigidas deducere montibus ornos. *Id.* 10. *Æn. v.* 766. Aut ſummeis referens annoſas montibus ornos. *Horat. l.* 3. *od.* 27. *v.* 58. putes hac ab nno Pendulum zone bene is ſecuta elidere collum. *Auſon. epiſt.* 24. *v.* 108. vibrabilis ornus Achilli. *h. e.* haſta. Symædoche.

ORO, as, avi, atum, a. 1. *dire*, *parlare*, *λέω*, dico, loquor: ab *ὀρᾶν*, ut *Varr. l.* 5. *de L. L. c.* 7. *ſub fin.* docet: & ſpeciatim ad cauſas agere, *trattare cauſe*. *Feſtus*: Orare antiquos dixiſſe pro agere, teſtimonia aſt, quod oratores dicti, & cauſarum actores, & qui ſtipublicæ mandatas cauſas agebant. *Virg.* 10. *Æn. v.* 96. Talibus orabat Juno. *Quintil. in proœm. l.* 1. Qui artem orandi litteris tradiderunt. *Plaut. Moſtell.* 3. 1. 152. Videndum eſt primum, utrum ſæ eſtior ne, an non velnot. *Ter.* bonum æquumque oras. *Cic. poſt reder. in Sen. c.* 6. Non dicam complexi oratio, ſed percenſere numerando. *Id.* 3. *Offic. c.* 20. *a med.* Orandæ liti tarepus accommodare. *Id. de clar. Orat. cap.* 21. Quo nemo unquam melius ullam oravit capitis cauſam. ¶ Multo nunc frequentius in uſu eſt pro rogare, petere, precari, *pregare*, *dimandare*. *Cic.* 4. *Verr. c.* 39. Rogat eos atque orat, ne nppugnent filium ſuum. *Id. pro Roſc. Amer. c.* 49. *ad fin.* Rogat oratque te, Chryſogone, ut, &c. *Id. ad Planc. in fin. l. ult. ad Attic.* Rogo te, & etiam oro, ut, &c. *Plaut. Amph.* 1. *c.* 101. Velatis manibus orant, ignoſcamus peccatum ſuum. *Ovid.* 4. *ex Pont. ep.* 1. *v.* 29. Idque ſioas, oro. *Terent. Adelph.* 3. 4. 26. Vanit ipſius ultro lacrumans, orans, obſecrans. Ubi *Donat.* Orare eſt placidos petere; obſecrare, iratos rogare. unde plus facit obſecmes, quam mans; plus vero orans, quam togans. *Cic. pro Planc. ſub fin.* Te, C. Flavi, uro & obteſtor, ut, &c. *Id. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 1. *ſub fin.* Illud te ad extremum & oro & hortor. *Id. Fam.* 10. *ep.* 5. Itaque te non hortor ſolum, ſed plane etiam oro, ut, &c. *Brut. ad Cicer. ep.* 16. Orare quempiam pro ſalute alicujus. *Sueton. in Veſpaſ. c.* 16. Orare aliquem libertatem. *Virg.* 9. *Æn. v.* 24. Multa deos oraus. *Terent. Andr.* 3. 2. 48. Chremem conveniam, mabo gnato uxorem. *Plaut. Amph. prol. v.* 64. Hoc me mare a vobis juſſit Jupiter, ut, &c. *Terent. Phorm.* 1. 2. 90. Ad precatorem adeam, qui mihi ſic oret. *h. e.* pro me. *Liv. l.* 21. *c.* 6. Legati Romam miſſi, auxilium ad bellum orantes. *Ovid.* 2. *ex Pont. ep.* 9. *v.* 65. Ad vatem vates oreotia brachia tendn. ¶ Cum impesativo, *Sil. l.* 11. *v.* 336. Abſiſte inceptis, oro. *& verſ.* 350. parce, oro, & deſine velle. ¶ Cum infinitivo, *Virg. c. Ecl. v.* 43. Jampridem a me illius abducere Theſylis oret. ¶ Eleganter inſeritur orationi, ut *quæſo*. *Cic. Attic. l.* 4. *ep.* 8. Dic, oro te, clarius. *Senec. ep.* 88. *ante med.* Quid anim, oro te, liberale habent iſte jejuni vomitores? ¶ *Orare mecum*, *tecum*, pro me, te, *Plaut. Caſ. c.* 5. 25. Negavi, ipſi me conceſſurum Joni, ſi is mecum maret. *Id. Curcul.* 3. 1. 62. Tecum oro & quæſo, ut, &c. *Id. Aſin.* 3. 3. 72. *& 96.* Hanc jube petere & orare mecum. Adde *Perſ.* 1. 3. 37. *& Rud.* 3. 4. 68. Sic *Terent. Hec.* 4. 4. 64. Egi, atque oravi tecum, uxmem ut duceres. ¶ *Orare* neutiquam pro *orauerie*, eſt *Plauti Epid.* 5. *c.* 63.

OROBANCHE, es, *ſ. vuta di lupo*, *ὀροβάγχη*, cauliculus ſine foliis, altitudine ſeſquipedali, ſubrubens, flore ſubalbido in loteum vergente: ab *ὄροβος*, eſcum, & *ἄγχω*, ſtrangulo, quod ervum, & cicer, in quibus fere naſcitur, circumligando præfocet. *Plin. l.* 22. *c.* 25. & *lib.* 18. *c.* 17. ¶ Creditur eſſe eadem ac ſcandalaca, de qua *Feſtus*: Scandalaca genus herbæ ſtugibus inimicæ, quod eas velut hedera implicando necat.

OROBIAS, æ, m. turis genus, minoribus conſtane guttis: ab *ὀροβος*, ervum, ob ſimilitudinem. *Plin. l.* 12. *c.* 14.

OROBINUS, a, um, adject. *ὀροβινος*. Orobinos color eſt luteo ſimilis, h. e. ervo herbæ, quæ Græce *ὀροβος*. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Gaſidonem Medi mittunt, coloris nrobini.

ORO-

OROBITIS, is, ſ. *ὀροβῖτις*, chryſocolla molita, cribrata, & alumine lutoque herba tincta. Ita dicta quod in globulos refolvitur ervi ſimilitudine. Eorum voim *ὀροβίαν* dicunt. *Plin. l.* 33. *c.* 5.

ORONTES, is, m. *Ὀρόντης*, fluvius maximus Syriæ, qui ex Libano monte profluit, multiſque urbibus irrigatis, in quibus Antiochia, quam interluit, *ad* Seleuciam Pieriam in Syrium pelagus prolabitur. *Plin. l.* 5. *c.* 21. & *lib.* 2. *c.* 103. ¶ In illo *Juvenal. ſat.* 3. *v.* 62. Jampridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes, Et linguam, & mores, & cum illicinc chordas Obliquecs, nec non gentilia tympana ſecum Vexit; metonymia eſt, & Syrorum vitia ſignificantur. ¶ Etiam *Oronte* in genitivo dictum eſt, a recto *Orontes* triſyllab. teſte *Priſcian. l.* 6. *pag.* 705. *Puniſch.* Item *Orontis* ab eodem recto, ut *Ulyſſi*, *Achilli*, contracta diphthongo u. *Servo, ad* 5. *Æn. v.* 220. & *Priſcian. loc. cit. pag.* 706.

ORONTEUS, a, um, ad Orontem pertinens. Pro Syro ponitur in illo *Propert. l.* 1. *el.* 2. *v.* 3. Aut quid Orontea crinem perfundere myrrha? *h. e.* ſtacte, quæ alibi quidem naſcerbatur, ſed in magna copia advehebatur a mercatoribus Antiochiam Syriæ (totius Orientis talium rerum celeberrimum emporium) quam Orontes affluit. Ita *Scaliger*.

OROSIUS, ii, Paulus, Presbyter Hiſpanus, floruit in fine ſæculi quarti, & initio quinti, ſcriptiſque hortata S. Auguſtini hiſtoriarum libros ſeptem, quibus ab ipſo mundi exordio ad ſua uſque tempora *miſerias hominum*, *paucis dumtaxat*, *iiſdemque breviter delibatis*, complexus eſt, ſtilo, ut ea tempora ferebant, non plane inculto, & a Latinæ linguæ nitore non valde abhorrente.

ORPHAICUS, a, um, ad Orpheum pertinens. *Macrob. l.* 2. *in ſomn. Scip. c.* 12. Liberum Patrem Orphaici *τὸν ὅλον* ſuſpicantur intelligi. *h. e.* ſectatores theologiæ ab Orpheo traditæ. Ille enim theologus fuit, & Orgia primus inſtituit, teſte *Serv. ad* 6. *Æn. v.* 645.

ORPHANOTROPHIUM, ii, n. *ſpecies de orfanelli*, *ὀρφανοτροφεῖον*, locus, in quo aluntur pueri parentibus nobati. *Imp. Anaſtaſ. lib.* 1. *Cod. tit.* 2. *qui eſt* de ſacroſanct. Eccleſ. *leg.* 17. & *Imp. Juſtinian. ibid. leg.* 22. Adde *simil. ſequent. qui* de Epiſc. & cler. &c. *conſcribitur*. Eſt ab *ὀρφανὸς*, parentibus carens, & *τρέφω*, nutrio.

ORPHANOTRÔPHUS, i, m. *nutritore di orfanelli*, *ὀρφανοτρόφος*, qui pueros nutrit orbos parentibus. *Impp. Leo*, & *Anthemius lib.* 1. *Cod. tit.* 3. *leg.* 32. ¶ *Vocant. Forium. l.* 2. *de vita Mort. v.* 405. male pænultimam producit. Videtur etiam paſſive ſumere pro orphano, qui nutritur, *ὀρφανοτρεφὴς*.

OSTENSUS, a, um, *moſtrato, παρεκτεθεὶς*, monſtratus. *Tercot. Phorm.* 5. 4. 7. Niſi mihi eſſet ſpes oſſeoſa. *Lucan. l.* 2. *v.* 192. Ut ſcelus hoc Sullæ, cædeſque oſtenſa placaret. *Priſcian. l.* 10. *pag.* 892. *Putſch.* adhit ea *Varr. l.* 1. *R. R.* Oſtenſus ſol.

OSTENTAMEN, inis, n. *oſtentazione*, oſtentatio. *Prudent. in Pſychom. v.* 203. Ergo humilem poſſquam maleſana Superbia mentem Vilibus inſtructam nullo oſtentamina telis Aſpicit, &c.

OSTENTARIUS, a, um, ad oſtenta pertinens. *Oſtentarium* abſolute. *Macrob. l.* 2. *Saturn. c. ult.* Tarquitius Priſcus in oſtentario arborario ſic ait. *h. e.* in libro, in quo agit de oſtentis arborum. & *lib.* 3. *c.* 7. Eſt ſuper hac liber Tarquitii tranſcriptus ex oſtentario Tuſco. *Martian. Capell. l.* 2. *pag.* 38. Vel fiderio curſu, vel fulminis jaculo, vel oſtentaria nocitate. Al. leg. *oſtentatoria*.

OSTENTATIO, onis, ſ. *ſtore, moſtra*, ſimulata oſtenſio. *Cic. Agrar.* 2. *c.* 7. *entr.* Conſul veritate, non oſtentatione popularis. *Petron. in Satyr. c.* 17. Exſpectavimus lacrymas ad oſtentationem doloris paratas. *Senec. ep.* 90. *circa med.* Plus oſtentatæ doloris exigit, quam dolor. ¶ Item *oſtentazione, pompa, vanto, ἀλαζονία, ὑπόκρισις*, jactantia, venditatio. *Cic. 2. de Orat. c.* 82. Vitanda etiam ingenii oſtentationiſque ſuſpicio. *Id. pro Flacc. c.* 22. Magnifica & glorioſa oſtentatio. *Id. invito Parad 6.* Quæ eſt iſta io commemoranda pecuoia tua tam inſolans oſtentatio? *Id. pro Rabir. Poſt. c.* 14. Quod genus tandem eſt iſtud oſtentationis & gloriæ? *Id. 2. Offic. c.* 12. *ad fin.* Qui ſimulatione, & inani oſtentatione ſtabilem ſe gloriam conſequi poſſe rentur, vehementer errant. *colla ſpacciarſi quel che non ſono*. & *de Amic. c.* 23. A multis ipſa virtus contemnitur, & venditatio quædam, atque oſtentatio eſſe dicitur. *Id. 2. de Orat. c.* 8. Oſtentationa utl. *Nep. in Attic. c.* 17. Præceptis philoſophorum ad vitam agendam, non ad oſtentationem utabatur. *Plin. l.* 29. *c.* 1. *ante med.* Videbamus famæ uſque in oſtentationem rigentes. ¶ Pro oſteoſione, *Plin. in Paneg. c.* 56. *ad fin.* Hoſtilem terrorem non armorum magis, quam togarum oſtentatione compeſcere.

OSTENTATITIUS, & Oſtentaticius, a, um, adject. ad oſtentationem compoſitus, et Oſteotatitia virginitas, apud *Tertull. de virg. veland. c.* 3.

OSTENTATOR, oris, m. *oſtentatore, millantatore, vanitore*, ἀλαζών, qui oſtentat, & jactat, glorioſus. *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 50. Ut ſi velis noo divitem, ſed oſtentatorem pecunioſum deſcribere. *Liv. l.* 1. *c.* 10. Ipſa cum factis vir magnificus, tum factorum oſtentator haud minor. *Tacit. 2. Hiſt. c.* 80. Omnium, quæ diceret atque ageret, arte quadam oſteotator.

OSTENTATORIUS. V. *Oſtentarius*.

OSTENTATRIX, icis, f. *vanitatrice, millantatrice*, quæ oſtentat. *Apul. in Apolog.* Quam immodica ſui oſtentatrix. *Prudent. in Pſychom. v.* 439. Pompa oſtentatrix vani ſplendoris. *Pacat. in Paneg. Theodoſ. c.* 17. Eat nunc lui oſtentatrix aotiquitas, & illa innumeris litterarum vulgata monumentis jactet exempla. *Macrob. l.* 7. *Saturn. c.* 4. Superbia & contumax, & voluti ſui oſteotatrix contioentia.

OSTENTATUS, a, um, *moſtrato*, ſæpe val plane oſtenſus. *Terent. Eun.* 3. 5. 56. Ao ego occaſionem mihi oſtentatam, tantam, tam optatam amitterem? *Cic. pro Cluent. c.* 7. *a med.* Recuperandi filii ſpes oſtentata. ¶ Pollicitus, exhibitus, *promeſſo, eſibito*. *Cic. pro Roſc. Com. c.* 6. Pecunia ex liberalitate hujus promiſſa, & oſtentata.

OSTENTO, as, avi, otum, a. 1. *moſtrare, far vedere, προτείνειν*, frequentativum ab *oſtendo*, & ſæpe pro eo uſurpatur. *Virg.* 12. *Æn. v.* 479. Jamque hic germanum, jamque hic oſtentat ovaotem, Nec conferre manum patitur. *& lib.* 6. *v.* 677. Dixit, & ante tulit groſſum, campoſque nitentes Deſuper oſteotat. ¶ Pro indicare, *Plin. in Paneg. c.* 4. *ſub fin.* Jam firmitas, jam proceritas corporis, jam honor capitis, & dignitas oris nonne longe lateque principem oſtentant? ¶ Aliquando eſt ſuadere, commendare. *Plaut. Caſtell.* 2. 1. 10. Amor modo quod ſuaſit, dſſuadet: quod diſſuaſit, id oſtentat. ¶ Item exhibere, polliceri, *moſtrare, eſibire, promettere*. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 28. Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera. *Cic. Agrar.* 2. *c.* 28. Agrum Campanum, quem vobis oſtentant, ipſi concupiverunt. *Tacit. 4. Hiſt. c.* 59. *entr.* Pergere ad obſeſſos jubet, venlam oſtentantes, ſi præſeotia ſequeretur. *Salluſt. in Jug. c.* 70. Oſtentare præmia. ¶ Item præbere, offerre. *Cic. Attic.* 2. *ep.* 16. *ante med.* Ut aperte jugula ſua pro meo capita P. Clodio oſtentarint. *Id. pro Marcell. c.* 9. Illa vita eſt tua, quæ vigebit memoria ſæcolorum omnium, quam poſteritas alet, quam ipſa æternitas ſemper tuebitur. Huic tu infervias, huic te oſtentes, oportet. ¶ Item militari, oſtendere terrendi cauſa, *moſtrare*. *Cic. Fam. 4. ep.* 14. Bellum ex oltera parte ſæviens oſtentat, ex altera ſervitutem. *Id. pro Cluent. c.* 8. Qui ſibi delationem nominis, & periculum capitis oſtentarat. *Salluſt. in Jug. c.* 25. *a med.* Deſcoſuribus mœnium præmia modo, modo formidinem oſteotare. *Plin. l.* 2. *ep.* 7. Oſtentato bello ferociſſimam gentem terrore perdomuit. ¶ Item jactare, gloriari, venditare, *vantare, millantare, far pompa*. *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 21. Hic, qui ſe magnifice jactat, atque oſtentat. *& lib.* 2. *c.* 30. Ingenii cenditandi, aut memoriæ oſteotandæ cauſa. *Cic. Fam.* 10. *ep.* 3. Ut potius amorem tibi oſtenderem meum, quam oſtentarem prudentiam. *Id. pro Cal. c.* 28. *ad fin.* Sed, ſi me audiant, caveot alium operam, io aliis ſe rebus oſtenteot. *Id. Attic.* 2. *ep.* 23. *ad fin.* Præ ſe ferre, & oſtentare. *Id.* 2. *Agrar. c.* 4. *a med.* Largitio verbis oſtentari poteſt, re vera fieri, niſi ashaufto ærario, nullo pacto poteſt.

OSTENTUM, i, o. *prodigio, moſtro, miracolo, cdſtuo, τέρας*, prodigium, monſtrum, portentum: inter quæ diſcrimen quod ſit, V. in *Monſtrum*, & *Portentum*. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 3. & *lib.* 1. *de Divin. c.* 42. Prædictiooes vero, & præſenſiones rerum futurarum quid aliud declarant, niſi hominibus ea, quæ ſint, oſtendi, monſtrari, portendi, prædici? (al. *prodici*) ex quo illa oſtenta, monſtra, portenta, prodigia dicuntur. *Ulpian. Dig. lib.* 50. *tit.* 16. *leg.* 38. Oſtentum Labeo definit, omne contra naturam cujuſque rei genitum, factumque. Duo autem genera ſunt oſtentorum: unum, quoties quid contra naturam naſcitur, tribue manibus forte, aut pedibus: alterum, cum quid prodigioſum videtur, quomodo Græci σήματα vocant. Hæc *Ulpian. Cicero l.* 2. *de Divin. c.* 53. Herodotus ſcribit, Cræſi filium, cum eſſet infans, locutum: quo oſtento regnum patris, & domum fuoditus concidiſſe. *Id. 6. Verr. c.* 49. Cum magnorum periculorum metus ex oſtentis portenderetur. *Liv. l.* 26. *c.* 6. *ad fin.* Procurare oſtentum familiare. *Petron. in Satyr. c.* 121. Hæc oſtenta brevi ſolvit deus. *Sueton. in Caſ. c.* 81. Conſtanti oſtentum tale factum eſt: Quidam eximia magnitudine & forma apparuit, &c. *Id. in Galb. c.* 4. Ceteris, ut obſcenum oſtentum, abhorrentibus, ſolus pro lætiſſimo accepit. *Id. in Aug. c.* 94. *circa med.* Alexandro ſimile provenit oſtentum. *Id. in Caſ. c.* 77. Nec pm oſtento ducendum, ſi pecudi cor defuiſſet. *Juſtin. l.* 10. *c.* 1. Oſtenti prorſus genus, ubi io tanto populo ſileri pareeſidium potuit. *Cæl. ad Cicer. Fam. l. ep.* 14. *a med.* Scis Appium cenſorem hic oſtenta facere? *h. e.* res incredibiles meditari, ſuſcipere.

OSTENTUS, us, m. oſteotatio, oſtenſio, ſpecies. *Gell. l.* 20. *c.* 2. *ad fin.* Sed cum capitis pœnam, ſanciendæ fidei gratia, horrificam atrocitatis oſtentu reddiderunt. ¶ *Oſtentus eſſe*, ad ſpecicm & oſteotationem inſervire. *Salluſt. in Jug. c.* 26. *ad fin.* Quoniam no natus

ſum,

ſum, ut Jugurthæ ſcelerum oſtentui eſſem. *h. r.* ut iaſervirem ad oſtendenda ſcelera Jugurthæ. *Tacit. Ann.* 12. *c.* 14. Auribus deciſis vivere jubet, oſtentui clementiæ ſuæ, & in nos dehoneſtamento. *in oſtentationem ſibi clementiæ.* & 2. *Hiſt. c.* 78. Nova jura Cappadociæ dedit, nova Africæ, oſtentui magis, quam manſura. *Id.* 15. *Ann. c.* 64. Ore ac membris in eum pallorem albentibus, ut oſtentui eſſet, multum vitalis ſpiritus egeſtum. *ebr hen monſtrous, che,* &c. & *lib.* 1. *c.* 69. *extr.* Corpora extra vallum abjecta oſtentui. *affinchè ſervilſero di ſpettacolo.* Rurſus *Salluſt. in Jug. c.* 50. Metellus, pariter ac ſi hoſtis adeſſent, munito agmine incedere, late explorare omnia, illa deditionis ſigna oſtentui credere. *credeo, che foſſero fatte in ſpettacolo.*

OSTENTUS, a, um, *moſtrato*, oſtenſus, oſtentatus. *Pacuv.* apud *Feſt.* Atque eccum in ipſo tempore oſtentum ſunem. *Varr.* apud *Priſcian. l.* 10. *pag.* 891. Salute oſtenta. ¶ Item abtentus, converſus, objectus. *Cato R. R. r.* 6. Ager, qui in ventum Favonium ſpectabit, & ſoli oſtentus erit. & *mox.* Qui locus vino optimus dicetur eſſe, & oſtentus ſoli, ibi Anmineum minuſculum conſerito. Hæc verba *etiam Varr. l.* 1. R. R. *c.* 24. & 25. & *Plin. l.* 14. *c.* 4. referunt.

OSTES, æ, m. ὄστης, ſpecies terræmotus, qui ſolum ita quatitur, ut cuncta trudantur & ſubvertantur. Græca vox ab ὀθέω, impello, trudo, propello. *Apul. de Mundo.*

OSTIA, æ, ſ. *Oſtia*, urbs Latii, condita ab Anco Marcio ad oſtia Tiberis: unde nomen. *Feſtus:* Oſtiam urbem ad exitum Tiberis in mare fluentis Ancus Martius rex condidiſſe, & fuminino appellaſſe vocabulo fertur: quod ſive ad urbem, ſive ad coloniam, quæ poſtea condita eſt, refertur. Hæc *Feſtus.* ſed dici etiam poteſt, primo *Oſtia, orum*, fuiſſe: quo modo *Juvenal. ſat.* 11. *v.* 49. Qui vertere ſolum, Bajas, & ad Oſtia currunt. Et ita frequenter dictum eſſe, *Cherif. l.* 1. *pag.* 76. *Puteſcit.* teſtatur. Paulatim vero feminine uſurpari cœptum, quia de urbe ſermo erat. *Enn.* apud *Feſt. in Quæſa.* Oſtia mœnita eſt: idem (*Ancus*) loca navibus pulcris Munda fecit. *Liv. l.* 1. *c.* 33. *in fin.* In ore Tiberis Oſtia urba condita. *Id. l.* 22. *c.* 11. Conſul Oſtiam proficiſci juſſus, navibus quæ ad urbem Romanam, aut Oſtiæ eſſent, completis milite, &c. *Plin. l.* 3. *c.* 5. Io principio (*Lario*) eſt Oſtia, colonia a Romano rege deducta. ¶ Alicubi *Hoſtia* legitur, ſed minus recte.

OSTIARIUM, ii, n. tributi genus, quod oſtiarum nomine pendebatur. *Cod. l.* 3. *B. Giv. c.* 31. Columnaria, oſtiaria, frumentum, vecturæ imperabantur. *Cic.* 3. *Fam. ep.* 8. *circa med.* exactionem oſtiorum vocat.

OSTIARIUS, ii, m. *portinaio*, θυρωρός, oſtii cuſtos. *Plin. l.* 11. *c.* 14. *ſub fin.* Præter hos & cuſtodes, ſatellitaſque, & oſtiarii, & miniſtri populantur. *Scurr. de conſtaur. Sap. c.* 14. Contumeliam vocant oſtiarii difficultatem, cubicularii ſupercilium. & *mox.* Qui ſibi placent, quod oſtiario libare refpondit, quod virgam ejus fregit. Hanc *virgam* arundinem fuiſſe, colligi poteſt ex *Propert. l.* 4. *el.* 7. *v.* 21. & *Petron. in Sat. c.* 134. quod & *Bronchuſ. ad Propert.* adnotavit. Porro *oſtiarii* viliſſimi ſervorum fuere. ¶ De primo gradu Eccleſiaſtici Ordinis, *Imper. Valent. & Valens, & Gratian. lib.* 1. *Cod. tit.* 3. *leg.* 6. & *lib.* 16. *tit.* 2. *leg.* 14.

OSTIATIM, adverb. *a porta per porte, ugnà Sbùa*, per ſingula oſtia. *Quinctil. l.* 5. *c.* 11. *ſub fin.* Nec ſcrutanda ſingula, & velut oſtiatim pulſanda. *Gic. 6. Verr. c.* 24. Uno imperio oſtiatim totum oppidum compilarit. *caſa per caſa.* & *cap.* 21. Dum ego hoc crimen agam oſtiatim. *h. a* ſingulas domos enumerans, in quibus furatus eſt. ¶ Pro ſingillatim, *Vopiſc. in Carino, c.* 17. *extr.* Longum eſt, ſi de ejus luxuria plura velim dicere. Quicumque oſtiatim cupit noſcere, legat, &c.

OSTIENSIS, ſe, ad Oſtiam urbem pertinens. *Liv. l.* 8. *c.* 12. Oſtienſis ager. *Id. l.* 27. *c.* 38. Oſtienſis populus. *Gic. pro leg. Manil. c.* 11. Oſtienſe incommodum. *h. e.* jactura claſſis R. a prædonibus captæ in Oſtiæ porta. *Plin. l.* 9. *c.* 6. Oſtienſis portus. ¶ *Oſtienſis porta* Romæ Oſtiam doceus *via Oſtienſi. Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 374. *n.* 5. & apud *Reinef. claſſ.* 7. *n.* 16. ¶ In alia apud *Gruter. pag.* 454. *n.* 11. legitur *Colonia Hoſtienſis.*

OSTIGO, igiuis, ſ. V. *Mentigo.*

OSTIOLUM, li, n. *porticello*, θυρίον, exiguum oſtium. *Plin. l.* 19. *c.* 8. Adeo ut oſtiola olitoria ex his factitari cœperint. *Colum. l.* 8. *c.* 14. Aditus ſinguli firmis oſtiolis muniti.

OSTIUM, ii, n. *porta, uſcio*, θύρα, janua domus. *Virg. 6. Æn. v.* 43. antrum, Quo lati ducunt aditus centum, oſtia centum. Ubi *Servius:* Non ſine cauſa & aditus dixit, & oſtia. nam Vitruvius, qui de architectonica ſcripſit, oſtium dicit, per quod ab aliquo arcemur ingreſſu, ab *obſtando* dictum: aditum ab *adeundo*, per quem ingredimur. *Gic.* 5. *Tuſcul. c.* 5. Extra oſtium limenque carceris. *Id.* 2. *de Orat. c.* 68. Cum Naſicæ ab oſtio quærenti Ennium ancilla dixiſſet, domi non eſſe. *Plaut. Merc.* 2. 4. 9. Omnia iſtæc nuſcultasi ab oſtio. *Ulpian. Dig. lib.* 43. *tit.* 23. *leg.* 11. Si quis oſtium ſepulcri evellat, aut effringat. *Julian. lib.* 6. *tit.* 1. *leg.* 59. Habitator in aliena ædificia ſenſuras, & oſtia impoſuit: eadem poſt annum dominus ædificiorum dempſit. *Terent. Heaut.* 2. 3. 35. Oſtium aperire. *Id. Phorm.* 5. 3. 33. operira. *Id. Eun.* 4. 6. 15. obſerare intus. *Id. Adelph.* 4. 5. 3. pultare. *Id. Eun.* 3. 5. 55. oſtio peſſulum obdere. & 5. 2. 4. Ante oſtium ſtare. & 5. 6. 5. præſtolari aliquem. *Plaut. Mil.* 2. 3. 81. & 2. 4. 46. Obſervare oſtium. *cuſtodire. Terent. Andr.* 4. 1. 59. Concrepuit a Glycerio oſtium. *Plaut. Mil.* 2. 3. 58. Nihil eſt, quo hinc huc tranſire ea poſſit, niſi recto oſtio. *per la porta davanti*: cui opponitur *poſticum.* ¶ Translate dicitur de faucibus, *le fauci. Gic.* 2. *de nat. Deor. c.* 54. Cum aſperæ arteriæ oſtium habeat adjunctum linguæ radicibus. ¶ Item de ingreſſu & aditu portus, *la bocca del porto. Cic. 6. Verr. c.* 53. In utriuſque partis oſtium aditumque projecta eſt. *Virg.* 1. *Æn. v.* 404. Aut portum ſubit, aut pleno ſubit oſtia velo. ¶ Item de aditu fluminis in mare, *bocca, foce, ſboccatura, imboccatura, entrata. Gic.* 2. *Phil. c.* 11. In Cilicia ad oſtium fluminis Cydni. *Virg. 6. Æn. v.* 801. Et ſeptemgemini turbant trepida oſtia Nili. *Caſ. l.* 1. *B. Giv. c.* 1. Qua eſt aditus ad oſtium Rhodani. ¶ Oſtium Oceani, *lo ſtretto*, fretum Gaditanum, qua Oceanus in Mediterraneum influit. *Gic. pro leg. Manil. c.* 11. Ut vos, qui modo ante oſtium Tiberinum claſſem hoſtium videbatis, ii nunc nullam intra Oceani oſtium prædonum navem eſſe audiatis. ¶ *Aperire oſtium*, aditum, ingreſſum præbere. *Varr. R. R. l.* 1. *c.* 51. Ne in rimis areæ grana obliteſcant, & oſtia ſperiant muribus ac formicis.

OSTOCOPUS, i, m. *dolor di oſſo*, ὀστεοκοπὸς, oſſium dolor: ab ὀστέον, oſſis, & κόπος, labor, moleſtia. *Seren. Sammon. cap.* 48. *v.* 891. Oſtocopon lento condecit mellе perungi.

OSTRACITAS, æ, m. & Oſtracites, itidis, ſ. ὀστρακίτης, & ὀστρακῖνος, gemma duritie oſtreorum teſtas imitata. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Oſtracias, ſive Oſtracitis eſt teſtacea durior: altera achatæ ſimilis, niſi quod achates politura pingueſcit: duriori tanta ineſt vis, ut aliæ gemmæ ſcalpantur fragmentis ejus. Oſtracitidi oſtrea nomen & ſimilitudiem dedere. Hæc *Plin.* ¶ Eſt etiam oſtracitis cadmiæ genus nigrum, & e cteris ſordidiſſimum. *Id. l.* 34. *c.* 10.

OSTRACISMUS, i, m. ὀστρακισμὸς, genus relegationis apud Athenienſes, ideſt exſilium annorum decem: ab ὄστρακον, teſta. Teſtula enim inſcriptum ferebant nomen ejus, quem exterminare volebant. Differebat plurimum ab exſilio. Nam exſilium fiebat ob fugitiva, oſtraciſmus, quod oimia potsotia ſuſpecta eſſet. Præterea eorum, qui exſilio damnati erant, bona publicabantur; iis vero, qui per teſtulam e civitate erant ſummoti, pecuniam populus non adimebat. Præterea oſtraciſmo damnatis tempus, & locus præfinibatur, ſi autem, qui exſulabant, neutrum horum habebant. *Nep. in Cim. c.* 3. Teſtarum ſuffragiis, quod illi oſtraciſmum vocant, decem annorum exſilio multatus eſt. Quædam Edition. habent ὀστρακισμὸν.

OSTRACITES, æ, m. ὀστρακίτης, lapis teſtæ ſimilitudinem habens: ab ὄστρακον, teſta. Uſus ejus pro pumice ad levigandam cutem. *Plin. l.* 36. *c.* 19.

OSTRACITIS. V. *Oſtracias.*

OSTRACIUM, ii, n. ὀστράκιον, teſta, ſive operimentum certi concharum generis, & fortaſſe purpuræ, inquit *Hardouin.* Dicitur etiam onyx. *Plin. l.* 32. *c.* 10. *a med.*

OSTRĔA, æ, ſ. & *in plur. etiam* Oſtrea, orum, n. *oſtrica*, ὄστρεον, genus marinæ coochæ, aſpera rotundaque teſta, carne grati ſaporis, & ditiorum menſis conquiſita. Plura eorum genera enumerat *Auſon. epiſt.* 9. item *Plin. l.* 32. *c.* 6. Cyzicena, Lucrina, Britannica, Medula, Leptica, Lucenſia, Circeienſia, &c. Commendat in his ſpiſſa & craſſiora, neque in luto capta, neque in arenoſis, ſed ſaxoſa vado, ſpondylis brevi, atque non carnoſo, &c. *Plaut. Rud.* 2. 1. 8. Echinos, lepadas, oſtreas, balanos captamus. *Plin. l.* 9. *c.* 54. Oſtrearum vivaria primus omnium Sergius Orata invenit in Bajano, nec gulæ cauſa, ſed avaritiæ. *Gic. in fragm.* apud *Non. c.* 3. *n.* 158. Solertia ea, quæ poſſet vel in tegulis proſeminare oſtreas. *Lucil.* apud *Gell. l.* 20. *c.* 8. Luna alit oſtrea, & implet echinos. *Horat. l.* 2. *ſat.* 4. *v.* 33. Oſtrea Circeis, Miſeno oriuntur echini. *Juvenal. ſat.* 4. *v.* 140. Circeis nata fuerint, an Lucrinum ad ſaxum, Rutupinove edita fundo Oſtrea, callebat primo deprendere morſu. *Ovid. 6. Faſt. v.* 173. Piſcis adhuc illi populo ſine fraude natabat: Oſtreaque in conchis tuta fuere ſuis. ¶ In ſing. num. *Pallad. l.* 1. *tit.* 52. Oſtrei teſtas ficcas ſimul tundes. *Lucil.* apud *Non. loc. cit.* Oſtrea nulla fuit, non purpura, nulla peloris. *Varr. ibid.* Neque oſtrea ulla magna capta quivit palatum ſuſcitare. *Gell. loc. cit.* Oſtrea tenuis, & exſucta. ¶ Quos *Martial. l.* 7. *epigr.* 19. memorat *oſtreorum lividas cirros*, putat *Rader.* intelligi fibras in carne oſtreæ, crines purpureo ambiente, quam generoſarum oſtrearum notam eſſe volunt peritiores harum rerum, ut eſt apud *Plin. l.* 32. *c.* 6.

OSTREARIUM, ii, n. ubi oſtreæ vivunt, & reperiuntor. *Plin. l.* 9. *c.* 51. Nuper compertum eſt in oſtrearis, humorem his fetificum laſcis modo effluere. *Macrob. l.* 2. *Saturn. c.* 12. Sergius Oreta primus oſtrearia in Bajano locavit.

OSTREARIUS, a, um, ad oſtrea ſpectans, ut *oſtrearius panis*, quo veteres cum oſtreis veſci ſolebant. *Plin. l.* 18. *c.* 12. Panis ipſius genera profequi ſupereacaneum videtur, alias ab obſoniis appellati, ut oſtrearii.

OSTREĀTUS, a, um, *duro, aſpro*, τραχὺς, durus, atque aſper, muricatus. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 186. Itaque jam quaſi oſtreatum tergum ulceribus geſtito.

OSTREOSUS, a, um, adject. oſtreis abundans. *Auſt. Prisp. carm.* 76. Cyzicus oſtreoſa. *Catull. ad Pisan. carm.* 18. Ora Helleſpontia ceteris oſtreoſior oris. Adde *carm.* 76.

OSTRIAGO, aginis, ſ. genus herbæ, circa ſepulcra, aut in parietibus, qui ſunt circa montium radices, naſcentis. *Apul. de herb. cap.* 28.

OSTRICOLOR, oris, adject. oſtri colorem habens. *Sidon. carm.* 5. *v.* 18. Oſtricolor pepli textus.

OSTRIFER, a, um, *abbondante di oſtriche*, oſtreas ferens, oſtreoſus. *Virg.* 1. *Georg. v.* 107. Portus, & oſtriferi fauces tentantur Abydi. *Valer. Flacc. l.* 1. *v.* 456. Surgis ab oſtrifero medius, Neptune, Getæſus. *Lucan. lib.* 9. *verſ.* 959. & oſtriferam dirimat Chalcedona curſu.

OSTRĪNUS, a, um, *di color d' oſtro*, ὀστρεῖνος, oſtri colorem habens, purpureus. *Varr.* apud *Non. r.* 16. *n.* 8. Oſtrinum ſapparum. *Turpil. ibid.* Ricula oſtrina. *Propert. l.* 3. *el.* 11. *v.* 7. Et Tyros oſtrinos præbet Cadmea colores. & *lib.* 1. *el.* 14. *v.* 20. Oſtrinus torus. &

lib. 2. *d.* 22. *v.* 26. Ostrina tunica. *Neo. loc. cit.* colorem huos subrubeum esse dicit.

OSTROGOTHI, orum, *Ostrogoti*, populi Sarmatiæ Europeæ, qui in Pannonias, Gallias, & Italiam transgressi sunt. *Claudian. lib.* 2. *in Eutrop. v.* 153. Ostrogothis colitur, mixtisque Gruthungis Phryx niger. A *Trebell. Poll. in Claud. c.* 6. dicuntur *Austrogothi*.

OSTRUM, tri, n. *ostre*, *purpura*, *scarlate*, *grana*, ἔριον, sanies illa, vel liquor, qui ex ostreis, seu conchyliis, vel purporis, vel muricibus eximitur ad pretiosarum lanarum infectucam: & color ille, qui ex hac sanie conficitur. *Plin. l.* 9. *c.* 36. & 37. distinctas facit species, conchylium, purpuram, muricem. Similiter *Nonius c.* 16. *n.* 8. & 9. ostrinum colorem distinguit a colore muricis, quod ille sit subruber, hic sanguineus. Sed hæc a Scriptoribus confunduntur. Et sane ostrum, ut de eius natura tradidsrunt Scriptores, non habet in omnibus locis, quibus nascitur, uotus generis colorem, sed Solis cursu naturaliter temperatur. Itaque quod legitur *in* Ponto, & Gellia, quin hæ regiones sunt proximæ ad Septentrionem, est etsum: progredientibus inter Septentrionem, & Occidentem, invenitur lividum: quod autem legitur ad Æquinoctialem Orientem, & Occidentem invenitur violaceo colore: quod vero Meridiaois regionibus sesipitur, rubre procreatur potestetæ, ut ait *Virgil. l.* 7. *c.* 13. ubi rationem stiam tradit ostrini coloris conficiendi. *Virg.* 5. *Æn. v.* 111. Vestes ostro perfusæ. *Id. Æn. l. v.* 704. stratoque super discumbitur ostro. *l. c.* lectis purpureis. *Senec. in Ætna*, *v.* 331. Purpureoque rubens surgat jubar aureus ostro. *l. c.* splendore, luce. ¶ In plur. num. *Propert. l.* 4. *el.* 3. *v.* 51. Nam mihi quo, Pœnis si purpure fulgeat ostris?

OSTRYA, æ, & Ostrys, yos, f. ὄστρυς, ὄστρυα, arbor matmia dura, atque firme, similie fraxino cortice & ramis, folio pyri, tamen paulo longioribus, crassioribusque, ac rugosis incisuris, quæ per tota discurrunt, semine hordeo simili & colore, solitaria nascitur circa saxa aquosa. *Plin. l.* 13. *c.* 21. Gignit arborem ostryn, quam & ostryem vocant, &c.

OSURUS, & **OSUS**, participia. } V. *Odi*.

OSYRIS, is, f. ὄσυρις, herba remulos fereos nigros, tenues, lentos, & in his folia nigra ceu lini, semenque *in* ramulis nigrum initio, deinde colore mutato rubescens. Smegmata mulieribus faciunt ex his. *Plin. l.* 27. *c.* 12. ubi *Hardouin.* adscribit, ab *Anguillara* dici *le fiepe di Padoua*.

O T

OTACUSTA, æ, m. *spio*, ὠτακουστὴς, ab ὠτα, ὠτὸς, auris, & ἀκούω, audio, apud *Apuleium de Mundo* est simsarius, clam aliorum sermones captans. Omnia, inquit, quæ ibi gererentur, ille otacustarum relations discebat. Hos *Apuleius* paulo supra *aures regias* vocat, quod ita Darius ista Perfarum ad ascipienda, quæcumque a subjectis gererentur, uterstur: itsm *Imperatores eruleos*, quod per eos videret quidquid se absente fieret.

OTHO, onis, m. L. Roscius Otho trib. pleb. legem theatralam tulit, qua quatuordecim gradibus orchestræ proximis equestri ordini assignatis, cautum est, ut pauperes secreti a divitibus spectarent. *Juvenal. sat.* 3. *v.* 159. Sic libitum vano, qui nos distineis, Othoni. ¶ M. Salvius Otho octavus R. Imperator post Galbam, tertio imperii mensi a Vitellio ingenti clade apud Bedriacum affectus, se ipsum pusione transfeit. Ejus vitam habes apud *Suetou.*

OTHONIANUS, a, um, ad Othonem pertinens, ut Othonianæ partes, *Tacit.* 1. *Hist. c.* 33. Othoniani duces, *Id. ibid. c.* 24. h. e. Othonis Imperatoris.

OTHONNA, æ, f. ὄθοννα, herba in Syrie nascens, similis erucæ, perforatis crebro foliis, flore croci: quare quidam anemonem vocaverunt. *Plin. l.* 27. *c.* 12.

OTHOS. V. *Otus*.

OTHRYADES, æ, m. Οθρυάδης, dux Lacedæmoniorum, qui in prælio contre Argivos victor, sed graviter vulneratus, inscripsit tropæo cippi hostilis, digitis sanguine suo madentibus Κατὰ Ἀργείων Ὀθρυάδης, *sui* Λακεδαιμόνιος, deinde exstinctus est. *Ovid. l.* 2. *Fast. v.* 65. & *Valer. Max. l.* 3. *c.* 2. *n.* 4. *extern.* ¶ Est etiam Othryæ filius. *Virg.* 2. *Æn. v.* 319. Panthus Othryades, arcis Phœbique sacerdos. & *vers.* 336. Telibus Othryadæ dictis, &c.

OTHRYS, yos, m. Οθρυς, mons Thessaliæ. *Plin. l.* 4. *c.* 8. In Thessalia montes sunt XXXIV. quorum nobilissimi Cerceti, Olympus, Pierus, Ossa: cujus ex adverso Pindus, & Othrys, Lapithurum sedes. *Virg.* 7. *Æn. v.* 675. Descendunt Centauri, Homolen, Othrynque nivalem Linquentes cursu rapido. *Ovid. Metam.* 12. *v.* 512. parvoque in tempore nudus Asbotie Othrys erat. ¶ *Sens. l.* 4. *Theb. v.* 655. Othryn ponit in Thracia, quod facit etiam *Velev. Flacc. l.* 1. *v.* 24. Sic Ossam montem *Thessalum* vocat *Senec. in Thyest. vers.* 811. Hæc ideo, quia olim Thracia usque in Macedoniam protendebatur vel ipsin nomina, vel Thracum impscio, qui ex loca quondam dittions tenuerunt. V. *Philippi*, & *Thessalicus* in fine.

OTHRYSIUS, a, um, ad Othryn pertinens. *Martial. l.* 10. *epigr.* 7. Quicumque Othrysias bibunt pruinas. *Id. lib.* 7. *epigr.* 7. & *lib.* 9. *epigr.* 95. Victor ab Othrysin redditur orbe deus. *l. c.* ex Thracie, quæ Thessaliæ vicina, ubi mons Othrys. Al. leg. *Odrysia*, quod sit clarius.

OTIA, æ, f. piscis marinus, e genere ostrearum: ab ὠτίον, auricula. *Plin. l.* 32. *c.* 11.

OTIABUNDUS, & Otiebundus, a, um, *pleu de* otio, otio abundans. *Sidon. l.* 4. *ep.* 18. Multis diebus otiabundos.

OTIOLUM, & Otiolum, i, n. μικρὸν σχολὴ, breve otium. *Cael. ad Cicer. l.* 8. *Fam. ep.* 3. Cum otiosus sim, plane ubi dalsctem otiolum meum, non habeo.

OTIOR, & Otior, aris, atus sum, dep. 1. *flare in otio*, *esse otiosum*, *vacare*, ἡσυχάζω, σχολάζω, in otio sum, cessi, vaco, otio fruor. *Cic.* 3. *Offic. c.* 14. Cum se Syracusas otiandi, non negotiandi causa contulisset. *Horat. l.* 1. *sat.* 6. *sub fin.* Pransus non avide quantum interpellet inani Ventre diem durare, domesticus otior. *Sidon. l.* 3. *ep.* 1. Ipsi iisdem temporibus nati, magistrie usi, artibus instituti, lusibus otiati.

OTIOSE, & Otiose, σχολαστικῶς, *in otiosa*, *secura fer nulla*, σχολῇ ἐ ἡσυχῇ, nihil agendo, per otium, animo vacuo. *Cic.* 3. *Offic. c.* 26. Utile Ulyssi Ithacæ vivere otiose cum parentibus, cum uxore, cum filio. *Liv. l.* 23. *c.* 7. *ad fin.* In foro otiosi inambulare. ¶ Item secure, tranquille, *tranquillissimus*. *Terent. Heaut.* 2. 3. 100. Ademptum tibi jam foro omnem metom, in aurem utramvis otiose ut dormiae. ¶ Item lanis, sine festinatione, *e bell' agio*, *lentissime*, *adagio*. *Cic. 6. Verr. c.* 15. Accessit ad argentum, contemplatu unumquodque otiose, & considerare cœpit. *Id.* 4. *de Fin. c.* 13. Quo constituto, tum licebit otiosa ista quærere. *Plaut. Pseud.* 4. 1. 14. Ambula ergo cito. *Sy.* imo otiose volo. *Id. Trucul.* 1. 2. 66. Vostra hercle factum injuria, quæ properavistis olim repere. otiose oportuit, diu ut essem incolumis vobis. *h. e.* lente, paulatim, *adagio*, *a poco a poco*. & *Liv. l.* 2. *c.* 37. *a med.* Segniter, otiose, negligeotai, contumaciter omnie agere. *Cato R. R. c.* 76. *sub fin.* Videto, ut bene, & otiose percoqussa.

OTIOSITAS, & Otiositas, atis, f. σχολιότης, *otio*, otium. *Sidon. l.* 1. *ep.* 10. Suas otiositates trspidantse edere. *h. e.* carmina per otium compolita.

OTIOSUS, & Otiosus, a, um, σχολαῖος, *diffocupatus*, *sciperatus*, σχολάζων, *ignavus*, vacuus, cessans, nihil agens, pene salutus, otio fruens, tum *in* bonam, tum *in* malam partem. Est in bonam quidem quinem sint re vera otiosi, multis *Senec. de brevit. vitæ*, *c.* 12. & *frequentis.* item *epist.* 55. docet. *Cic. de clar. Orat. c.* 3. Cum inambulerem in xysto, & essem otiosus domi. *Id. l.* 3. *de nat. Deor. c.* 39. *sub fin.* Rebus humanis aliquos otiosos deos præficere. *Senec. l.* 2. *de Ira*, *cap.* 13. *a med.* Quid quiete otiosius animi, quid ira laboriosius? *Cic. pro Plane. c.* 27. Ecquid ego dicam de occupatis meis temporibus, cui fuerit ne otium quidem unquam otiosum? *Id.* 2. *Offic. c.* 7. *extr.* Omnes socii spectatores se otiosos præbuerunt Leuctricæ calamitatis. *Terent. Ann.* 13. *c.* 3. Adnutabant senlores, quibus otiosum est vetara & præsentia contendere. *Al. leg.* quibus otium sit a *tbe anno ozio o tempo*. ¶ Specialim *crasus* dicitur, qui cessat: re publica gerenda, & privata aliqua exercitatione occupatur. *Cic. de Senect. c.* 14. Si vero haber aliquod tinquam pabulum studii atque doctrinæ, nihil est otiosa senectus jucundius. *Id.* 1. *de Orat. c.* 51. Quo in studio (*philosophiæ*) hominum quoque ingeniosissimorum, otiosissimoeumque totas ætates videmus esse contritas. *Id. Phil.* 12. *c.* 8. *extr.* Otiosi vero, & nihil agenti, privato quando inspetium senatus dedit? *Id. iousse l.* 3. *Offic.* P. Scipionem dicere solitum, nunquam se minus otiosum esse, quam cum otiosus. Adde *lib.* 1. *c.* 21. ¶ Cum genitivo, *Plin. in præfat. Hist. nat.* Humili vulgo scripta sunt, agricolarum, opificum turbæ, denique studiorum otiosis. ¶ *Otiosum tempus*, in quo cessatur ab opere. *Cic.* 3. *ad Q. Fr. ep.* 8. Idque perficiem his supplicationum otiosis diebus. ¶ Metonymice *otiosus* est facuous, tranquillus, ut esse solent, qui in otio sunt, *tranquillo*, *quiete*. *Terent. Andr.* 5. 2. 1. Animo nunc jam otiosi esse impero. *Id. Phorm.* 2. 2. 26. Otiosus ab animo. *Gell. l.* 2. *c.* 29. a metu. *Terent. Adelph.* 4. 2. 27. Quin in otiosus es: ego illiue sensum pulcre calleo. *h. e.* ne cura, ne labora, ne folliaitue fis. ¶ *Reddere aliquem otiosum*, efficere, ut tranquillo quietoque animo sit, levare cora. *Cic. Fam. 9. ep.* 25. *extr.* Mihi gratum feceris, si otiosum Fabrum reddideris. Alio sensu *Id. Agrar.* 2. *c. ult.* Non modo vos eritis in otio, qui semper esse volueretis, verum etiam *istos*, quibus otiosi negotium facetissimus, otiosissimos reddam. *Is sarò star obest*: efficiam, ns quid turbulenti conflent. ¶ Interdum sit supervacaoeus, inutilis, nihil efficiens, inanis, *vanus*, *superfluus*, *inutile*. *Quintil. l.* 1. *c.* 1. (*al.* 2.) *ad fin.* Ii quoque versus, qui ad imitationem scribendi propoeontur, non otiosee velim sententias habeeat, sed honestum aliquid monentes. *Id. l.* 8. *c.* 2. *a med.* Ego otiosum sermonem dixerim, quem auditor fuo ingenio non intelligit. *Plin. l.* 9. *ep.* 6. *extr.* Per hos dies libentissime otium meum in litteris colloco, quos alii otiosissimie occupationibus perdunt. *scil.* Circensibus spectandis. *Aust. dial. de Orat. c.* 22. *de Cicerone*. Lentus est in principiis, longus in narrationibus, otiosus circa excessus. *perde si tempo*. ¶ *Otiosa pecunia* est, quæ nihil acquirit, *danaro infruttuoso*: cui opponitur *occupata*, quæ usuras parit. *Plin. l.* 10. *ep.* 62. Pecuniæ publicæ vereor ne otiosæ jaceant. Adde *Scævol. Dig. lib.* 22. *tit.* 1. *leg.* 13. ¶ *Otiosus* pro lento, tardo. *Pallad. l.* 1. *tit.* 37. Foss, val rivus huc conveniat otiosus, qui humiles transeuodo formet lacunas. ¶ *Serius est otiosum esse*, *quam nihil agere*, scite dictum ab Attilio apud *Plin. l.* 2. *ep.* 9. *extr.* h. e. ab omni plane opere cessare, quam rebus nihili, inanibus, futilibus, frigidis operam dare: quibus qui implicatur, re vera nihil agit.

OTIS, idis, f. ὠτὶς, avis est, quam Hispani avem tardam vocant, telle *Plin. l.* 10. *c.* 22. *extr.* damnata in cibis propter malum odorem, quem emissa ea ejus ossibus roeduila reddit. *Id. l.* 30. *c.* 14. *a med.* Mammis otidum adipem utilem esse.

OTIUM, & Ocium, ii, n. *ozio*, *disoccupazione*, *scioperataggine*, *riposo*, *tempo*, *agio*, σχολὴ, ἀργία, vacuum tempus, cessatio ab opere, remissio laboris, laxamentum, tempus liberum atque otiosum: cui contrarium est *negotium*. In adsignanda notatione valde laborant

Etymo-

Etymologi. Cic. 3. *Offic.* c. 2. Illum & in otio de negotiis cogitare, & in ſolitudine ſecum loqui ſolitum. *& mox.* Otium & ſolitudo, quæ languorem afferunt ceteris, illum acuebant. *Id. Agrar.* 2. c. 33. *ad fin.* Inertiſſimum & deſidioſiſſimum otium. *& ibid. ſub fin. oratum.* Qui propter deſidiam in otio vivunt. *Id. 4. Acad. c. 2. ad fin.* Hebeſcere & langueſcere in otio. *Id. Attic. lib. 2. ep. 14.* Otio tabeſcere. *Tacit. 4. Hiſt. cap. 70.* Segna otium trahere. *Enn. apud Gell. l. 19. c. 10.* Otioſo in otio animus neſcit, quid velit. *Senec. epiſt. 82.* Otium ſine litteris mors eſt, & hominis vivi ſepultura. ¶ Sæpe accipitur pro tempore vacuo, & libero a negotiis forenſibus, ab adminiſtratione reipublicæ, ab occupationibus civilibus, a labore ruſtico aut militari, & hujuſmodi, aum licet ſtudiis littararum privatim incumbere, *aliiſve honeſtis exercitationibus animum mentemve, tempus, agio, diſcurſationem, vacuum.* Cato apud *Cicer. pro Planc. c. 27.* Clarorum virorum non minus otii, quam negotii mutionem aptam oportet. *Id. de clar. Orat. c. 2.* Tanquam in portum confugere non inertiæ, neque deſidiæ, ſed otii moderati atque honeſti. *Id. 3. de Orat. c. 25.* Doctiſſimi homines otio nimio, & ingeniis uberrimis affluentes, multa plura curanda ſibi eſſe, & inveſtiganda duxerunt. *& lib. 1. c. 2.* Quantum mihi vel fraus inimicorum, vel cauſæ amicorum, vel reſpublica tribuet otii, ad ſcribendum potiſſimum conferam. *& lib. 2. c. 13. ad fin.* Philiſtus otium ſuum conſumpſit in hiſtoria ſcribenda. *& cap. 14.* Horum libros delectationis cauſa, cum eſt otium, legere ſoleo. *Id. in Parad. c. 1.* Si modo tibi eſt otium, & ſi vis. *Id. 1. de Orat. c. 52.* Philoſophorum libros miſarare ſibi ad Tuſculani requiem atque otium. *Terent. Hecyr. prol. 2. v. 35.* Nunc turba nulla eſt: otium & ſilentium eſt: agendi tempus mihi datum eſt. *Id. Adelph. 3. 4. 55.* Non hercle otium eſt nunc mihi auſcultandi. *Id. Heaut. 1. 1. 23.* Tantum ne ab re tua eſt otii tibi, aliena at cores? *Plaut. Mil. 3. 1. 165.* Haud centeſimam partem dixi, atque, otium mi ſi ſit, poſſim e promere. *ſe to aveſſi tempo. Terent. Phorm. 5. 5. 4.* Habem otium ad aliquid facieudum. *Cic. de Amic. ſub fin.* In ſtudiis omne otium tempuſque conterere. *Id. leg. agrar. otioſum tempus. Dolabella ad Cicer. l. 9. Fam. ep. 9.* Reſerm ſe in otium. *Auſt. ad Herenn. initio lib. 1.* Otium ſtudio ſuppeditare. *Phædr. in prol. l. 3. v. 23.* Otium dam corpori. *dar ripoſa. Cic. l. 2. de Orat. c. 13.* De his rebus omnibus in angulis, conſumendi otii cauſa diſſerunt. *per paſſar l' ogia.* ¶ De loco ubi otio frui licet, v. gr. villa, ſeceſſu. *Cic. l. 1. Attic. ep. 7.* Omnem ſpem delectationis noſtræ, quam cum in otium venerimus, habem volumus, in tua benignitata poſitam habemus. *Horat. l. 2. ſat. 2. v. 30.* nautæque per omne Audacia mam qui currunt, hac meate labomm Se ſe ferre, ſenea ut in otia tuta recedant, Ajunt. ¶ De iis, quæ ſiont otii tempore. *Ovid. 2. Triſt. v. 223.* Eacutiaſque oculie otia noſtra tuie. *h. e.* carmina. ¶ Sæpe dicitur de tranquillo ſtatu, paca, rebus compoſitis, *tranquillità, pace, ſtata pacifico. Cic. Agrar. 2. c. ult.* Nihil eſt tam populare, quam pax, tranquillitas, otium. *Nep. in Annib. c. 2. extr.* Tota Africa tantum otium reddidit, ut nullum in ea bellum videretur multis annis ſuiſſe. *Id. in Timol. c. 3.* Ex maximo bello tantum otium toti inſulæ conciliavit, ut, &c. *Cæſ. l. 2. B. Civ. c. 36.* Multitudo infolens belli diuturnitate otii. *& lib. 2. c. 5.* Res ad otium dedusere. *Cic. Q. Fr. l. 3. ep. 5. ad fin.* Valde me ad otium pacemque converto. *Id. 4. Acad. c. 5. & Phil. 2. c. 34.* Perturbara otium. ¶ *Per otium*, otii, aut pacis tempore. *Cic. l. 1. de Invent. c. 3. ſub fin.* Studia mſta & honeſta per otium concelabmta. *Liv. l. 2. c. 39. ad fin.* Si præda belli per otium frui velmnt. *Tacit. 15. Ann. c. 6.* Cur defarta per otium, quæ bello defenderant? *Liv. l. 27. c. 2. a med.* Ubi nemo hoſtium adverſus prodiit, ſpolia per otium lagem. *a ſuo bell' agio.* ¶ *Otio*, otioſo, tarde, lente, paulatim. *Phædr. l. 1. fab. 25. v. 5.* cum currene bibere coepiſſet canis, Sic crocodilus: quam libet, lambe otio, Acceda, pota leniter. *con tuo comodo.* Al. aliter leg. ¶ Scribitur per *o*, & per *u*, ut poſſumus: ſed *o* magis placat *Pierio ad Ecl. Virg. 1. v. 6. Mammot, Donſquoio*, & *Colleria in Orthograph.* adſtipulantibus lib. vetarib. & Lapidib.

OTOPĒTA, æ, m. *ἀνωτέρω*, h. e. auritus, ut in Gloſſis exponitur, apud *Petron. in Satyr. c. 35.* videtur laporem ſignificam. Sed locus ille varie vexatur a Criticis. V. *Burmann.*

OTRICULÆNUS. V. *Oviculanus.*

OTUS, ti, m. *ὠτὸς*, & *ὦτος*, avis bubone minor, noctuie major, auribus plumeis eminentibus: unde & nomen illi. (*ἀπὸ τῶν ὤτων*, auram ſignificat.) Quidam Latine aſionem vocant: imitatrin alias avie, ac paraſitica, & quodam genem ſaltatrin. Capitur haud difficulter, ut noctuæ, intenta in aliquo, circumeunte alio. Quod ſi ventus agmen adverſus ſtatu coeperit iohibere, pondulculis lapidum apprehenſis, aut guttum arena repleto, ſtabilitæ volant. Hæc *Plin. l. 10. c. 23. ad fin.* ubi alii leg. *otic* invito *Hardouino.* ¶ Item *Otus*, vel *Othos*, vel *Otus* (totidem enim modis ſcriptum legitur) noman eſt giganiis, de quo V. *Ephialtes*, & *Aloeus. Virg. in Cal. v. 333.* Nam vinctus ſedet immanie ſerpentibus Otus.

O V

OVALIS, le, ad ovationem ſpectans, ut *Oualis corona*, de qua V. in *Ovatio. Gell. l. 5. c. 6.*

OVANS. V. *Ovo.*

OVANTER, adverb. ovando, exſultando. *Tertull. adverſ. Valentin. c.* aſt. Propere, & ovanter accurrit.

OVATIO, onis, ſ. *trionfo minore*, *Σμικρὸς θρίαμβος*, minor triumphus, cum belli duces mbus quidum proſpere geſtis, non tamen ita magnis, ut juſto triumpho digni eſſent, ex S. C. pedites, vel, ut aliis placet, uno equo veſti urbem ingrediebantur, myrteam coronam, quam ob id *noſtrum* vocabant, in capita geſtantes, & a Plebejis, vel ab Equitibus Romania deducebantur in Capitolium, ibique ovem immolabant. *Serv. in 4. Æn. v. 543.* Ovandi autem, & non triumphandi, teſte *Gell. l. 5. c. 6. & Feſto*, cauſæ omot, cum aut bella non rite erant indicta, neque cum juſto hoſte geſta; aut cum hoſtium nomen humila aret, & non idoneum, ut ſervorum piratarumque. (V. *Flor. l. 3. c. 19. a med.*) aut quoties deditinne repente facta victoria citra magnam ſanguinis effuſionem contigerat. Ob quam etiam cauſam coronam ovalem ex myrto, quæ arbor Veneri aſt ſacra, conficiebant, quod incruentas hujuſmodi victorias Venereas potius judicarent, quam Martias. *Plin. l. 15. c. 29. ad fin.* tradit, primum, qui ovans Urbem ingreſſus ſit, fuiſſe A. Poſtumium Tubertum, in conſulatu devicte Sabioia, quoniam eam leviter ſine aruore geſſerat: & myrto Veneris victricis coronatum inceſſiſſe. ¶ *Ovatio* item, *ὠσμὸς*, tempus eſt, quo gallinæ ova faciunt, dictum ex forma, qua *pallatio, meiliatio*, &c. *Plin. l. 29. c. 3. a med.* Tanquam congruere ovationem atiam ſerpentium humani ſit arbitrii. Al. leg. *aperatorem*, rectius.

OVATUS, us, m. ovantium, & exſultantium lætus clamor. *Valer. Flacc. l. 6. v. 487.* hinc barbarici glomerantor ovatus, Hinc gemitus.

OVATUS, a, um, *ovato, fatta in forma d' ovo, ovalis*, in ſimilitudinem ovi factus. *Plin. l. 15. c. 23.* Aliis turbinatio pyri, aliis ovata ſpecies, ceu malorum *aliquibus.* ¶ Item diverſi coloris maculis variegatus, ovi ſpeciem referentibus. *Plin. l. 35. c. 2.* Ut ovatus eſſet lapis Numidicus, & purpura diſtinguemtur Sinnadicue. ¶ Eſt etiam particip. ab *ovo*, *as*. *Perſ. ſat. 2. v. 55.* auro ſacras quod ovato Perducta faciae. *h. e.* triumphato, victoria acquiſito. Suot qui aliter anplicant.

OVECULA. V. *Oviculu.*

OUFENTINA, & Uſentina, Tribus Romana, erat in Latio, ſic dicta ab Uſenta fluvio agri Priverantie. Facta eſt A. U. CCCCXXXV. ona cum Faleria. *Liv. l. 9. c. 20. Feſtus*, & plurimæ *Inſcrip.* apud *Gruter.* in quibus ſamper *Oufrafina* habetur. *Feſtus:* Oufantinæ Tribus initia cauſa fuit nomen fluminis Oufene, quod aſt in agro Priverrate, inter mam, & Terracinam. Lucilius: Priverno Oufentino venit, fluvioqua Oufente. Poſtea deinde a Cenſoribus alii quoque diverſarum civitatum eidem tribui ſunt adſcripti. Hæc *Feſtus.*

OVIARICUS. V. in voce ſequenti.

OVIARIUS, a, um, *ad oves pertinens. Ouverin pecus*, oves. *Column. l. 7. c. 6.* Et quoniam de oviario ſatis dictum eſt, ad caprinum pecus nunc revertar. Al. leg. *ovaricu.* Sic *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 513. n. 1.* Abſtineatis injuriis faciendis conductoribus gregum ovariconum, &c. quæ vos bis ſubra mpetitur in eod. lapide. ¶ *Ovaria, æ*, grex ovium. *Varr. in præfat. lib. 2. R. R. ſub fin.* Et ipſe pecuarias habui grandes, in Appulia ovarias, & in Reatino equarias.

OVICŪLA, æ, ſ. *pecorella*, *προβάτιον*, parva ovis. *Auſon. Vid. de vit. illuſtr. c. 43.* Q. Fabius Max. cunctator ovicula dictus eſt a morum clementia. *Auguſtin. lib. 3. de doctr. Chriſt. cap. 21.* Oviculam ei exhibuit epulandam. Apud *Tertull. de Pall. cap. 3.* legitur *avecula.*

P. **OVIDIUS NASO**, poeta Latinus, Sulmona oatus, quæ urbe aſt in Pelignie, ex equeſtri Naſonum familia, anno U. C. DCCX. vel DCCXI. ante Chriſtum XLI. vel XLII. Panſa, & Hirtio Conſſ. XIII. cal. April. (quo die eum pauca ante annia natus amt Tibullus) qui anno Cicero interfactus aſt: vixit annos ferme ſexaginta, quarum circiter decam poſtremos exegit Tomis in Ponto, ab Auguſto illuc relegatus ob artis amatoriæ libros, & aliam inſuper cauſam, quam ipſe arromm vocat, nec unquam detegere aſt auſus, illud modo ſignificans, ſa oculis peccaſſe, *lib. a. Triſt. v. 207.* Perdiderint cum me duo crimina, carmen, & error, Alterius facti culpa ſilanda mihi. *& lib. 3. el. 5. v. 49.* Inſcia quod crimen viderunt lumina, plector: Peccatumque oculos eſt habuiſſe meum. Ex his videtur colligi poſſe, fuiſſe teſtem & conſcium alicujus turpitudinis, quam Julia Auguſti neptis, multis jam probris contaminata cum aliquo admiſerit Ovidii amico, & ſodali. Poetarum ingeniioſiſſimum appellat *Senec. l. 3. quæſt. nat. c. 27.* ubi ſimul quædam in eo reprehendit, in quibus ingenio ſuo nimie indulſit. Similia habet *in fin. controv. 28. lib. 4. & Quintil. l. 10. c. 1. a med.* ubi, Medea, inquit (tragœdia Ovidii daperdita) videtur mihi oſtendere, quantum vir ille præſtare potuerit, ſi ingenio ſuo temperam, quam indulgere maluiſſet. *& ibid.* Lafcivus in Heroicis Ovidius, & nimium amator ingenii ſui: laudandus tamen in partibus. Ejus vitam diligentiſſima omnium perſcripſit *Joann. Maſſon*, exſtatque in Editione Ovidii operum *Burmanniana.* ¶ Scripſit multa, quorum pleraqua exſtant, de *amoribus*, de arte amatoria, de remedio amoris, metamorphoſeon, de Faſtis, Triſtium, & ex Ponto, carmen in Ibin, & præterea epiſtolas aliquot, quas *Heroidas* appellant. Libri quarti Triſtium elegia oltima vitam ipſa ſuam diligentar perſequitur. Copioſus ubique eſt, cultiſſimus, Latiniſſimus, miraqua facilitata, perſpicuitate, & ſuavitate legentes alliciane, & Romani carminis, præſertim Elegiaci, amatoribus facila ſuppeditane, unde verſus conficiendi facultatem, quod ad verborum copiam attinet, aſſequantur. Verum qui ſapiont, ab amatoriis libris omnino abſtinebunt, ne, dum ſtudia ſua juvare curant, moribus officiant: quod ipſum, quo magis credas, ipſe monuit, *de remed. amor. verſ. 757.* Eloquar invitus, teneros ne tange Poetas. Submoven dotes impius ipſe meas. *& quæ ſequuntur.* ¶ Alius eſt Ovidius ille, de quo *Martial. l. 7. epigr. 43. & 44. & alibi.* Maximus ille tuus, Ovidi, Cæſonius hic eſt, &c.

OVILE, lis, n. *ſtallo da pecore*, *ovile*, *αὐλίον*, ſtabulum ovium. *Virg. 3. Georg. v. 537.* Non lupus inſidias explorat ovilia circum. *Ovid. 4. Triſt.*

4. *Troſſ. el.* 1. v. 79. Utque rapax pecudem, quæ ſe non texit ovili, Per ſata per ſilvas ſertque trahitque lupus; Sic, &c. ¶ Per catachreſim dicitur de fabulo caprarum. *Id. Metam.* 13. v. 818. Sunt, fetura minor, tepidis in ovilibus agni: Sunt quoque, par ætas, aliis in ovilibus hædi. Adde *Tibull. l.* 2. *eleg.* 1. v. 57. ¶ Per ſimilitudinem *ovile* dictus eſt locus in campo Martii, cancellis ennclufus, quo Tribus Romanæ Comitiis ſuffragia laturæ per ordinem convenirebant. Nomen inde habuit, quia initio ligneo vallo in modum ovilli fabuli circumdatus fuit, ut eſt apud *Serv. ad Virg. Ecl.* 1. v. 34. quamvis poſtea marmoribus cinctus fuerit, & ornatus. *Liv. l.* 26. *c.* 22. Citatis Veturiæ ſenioribus, datum ſecreto in Ovili cum his colloquendi tempus. *Juvenal. ſat.* 6. v. 557. A Meroe portabit aquas, ut ſpargat in æde Iſidis, antiquo quæ proxima ſurgit Ovili. *Lucan. l.* 5. v. 197. Tunc flos Heſperiæ, Latii jam ſola juventus Conſidit, & miſeræ maculavit Ovilia Romæ. Loquitur de cæde a Sulla facta multorum millium R. in Campo Martio vel in Ovili ipſo, vel prope eum locum. *Flor. l.* 3. *c.* 21. *ad fin.* & *Aurel. Vict. de vir. illuſtr. c.* 75. id factum dicunt in villa publica, quæ itidem in Campo Martio fuit. V. *Septum*.

OVILIO, onis, m. *pecoraio*, νομεύς, ovium paſtor, opilio. *Jabolen. Dig. lib.* 33. *tit.* 7. *leg.* 26. *in fin.* Cum inſtrumentum omne legatum eſſet, excepto pecore; paſtores ovilionesque, ovilia quoque legata contineri, Oſilius non recte putat.

OVILIS, le, &

OVILLUS, &

OVINUS, a, um, *de pecore*, *pecorino*, προβατικὸς, προβάτειος, ad oves pertinens. *Apul. l.* 4. *Metam.* Spelunca ovili ſtabulationi commoda. *Varr. l.* 2. R. R. *c.* 2. & *Colum. l.* 7. *c.* 2. Ovillum pecus. *Plin. l.* 28. *c.* 9. lac. *Id. l.* 29. *c.* 8. *circa med.* ſimum. *Lev. l.* 12. *c.* 29. Ovillus grex. *Serem. Sammon. c.* 14. v. 254. Aut tu ſume pilam, quæ cauſis hæret ovinis.

OVINIUS, cognomen Romanum ab ovibus ductum, ut *Porcius* a porcis. *Varr. l.* 2. R. R. *c.* 1. Nomina multa habemus ab utroque pecore, a minore Porcius, Ovinius, Caprilius: ſic a majore Equitius, Taurius.

OVIPARUS, a, um, ovum pariens. Ovipare animalia ſunt, quæ ova pariunt: *oviparæ*, quæ vivos fetus edunt. *Apul. in Apolog.* Quibus membris & cauſis diſcreverit natura viviparos eorum (*peſcium*) & oviparos. ita enim appellu quæ Græci ζωοτόκα, καὶ ὠοτόκα. *Auſon. in Moſell.* v. 132. Gobio non major gemmis ſine pollice palmis, Præpinguis, teres, nvipare congeſtior alvo.

OVIS, ovis, *f. pecora*, *pecorella*, πρόβατον, ὄις, & ὄϊς, pecus lanigerum: ab altera Græca voce aſſata. *Cic. l. de nat. Deor. c.* 63. Quid enim oves aliud afferunt, niſi ut earum villis confectis, atque contectis homines veſtiantur? *Phædr. l.* 1. *fab.* 5. Vacca, & capella, & patiens ovis injuriæ Socii fuere cum leone in ſaltibus. *Horat. Epod.* 2. v. 16. tondere infirmas oves. *Virg. Ecl.* 6. v. 4. paſtorem, Tityre, pinguis Paſcere oportet oves. *Horat. l.* 2. *od.* 6. v. 10. Dulce pellitis ovibus Galeſi flumen. *Plaut. Trin.* 2. 4. 140. Oves ſcabræ ſunt, tam glabræ, hem, quam hæc eſt manus. *Ovid.* 1. *Faſt.* v. 333. its rex placare ſacrorum Numina lanigeræ conjuge debet ovis. *b. e.* ariete. *Id.* 13. *Metam.* v. 927. Nec placidæ carpſiſſis oves, hirtæve capellæ. *Id.* 5. *Troſſ. el.* 10. v. 26. Proque lupi pavidæ bella verentur oves. *& lib.* 4. *el.* 1. v. 15. Paſtor arundineo carmine mulcet oves. ¶ Translate ovis dicitur homo ſimplex, ſtolidus, fatuus, quique decipi ac ſpoliari facile poteſt. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 3. Quis has huc nves adegit? *Ni.* oves nos vocant peſſumæ. *Sic Propert. l.* 2. *el.* 13. v. 7. Quare ſi ſapis, obſtas ne defore meſſes, Et ſtolidum pleno vellere carpe pecus. ¶ Metonymice eſt ipſa lana. *Tibull. l.* 2. *el.* 4. v. 28. Et nigram Tyrio murice tingit ovem. ¶ Olim maſculino genere extulerunt, ut ait *Non. c.* 3. *n.* 153. duo afferens *Varronis* loca: idque præcipue uſurpabant in multa dicenda, quæ cum olim in pecore conſtituerentur, hubus præſertim & ovibus, its loqui ſolebant: *Quando illorum neque reſpondet, neque exſurgunt eſt, ego ei unum ovem multam dico.* quæ ſunt verba *Varronis ibid.* & apud *Gell. l.* 11. *c.* 1. V. *Multa. Paul.* ex *Feſto*: Ovem maſculino genere dixerunt, ut nvibus duobus, non duabus. *Feſtus* quoque in *Reſto* teſtatur, la libris Pontificalibus frequenter dici *hæ ovis*. Huc pertinet quod ait *Varr. l.* 4. *de L. L. c.* 29. *ad fin.* Ovi mari teſticuli dempti. ¶ *Semimarci ovis uſurpa* apud *Ovid.* 1. *Faſt.* v. 388. ſunt eſta maris ovium caſtrati, h. e. vervecis. ¶ *Ovim* pro *ovem* in quarto caſu. *Plaut. Merc.* 3. 1. 26. Ovim etiam tibi ancillam dabo, natam annos ſexaginta. Al. leg. *ovem ibi occillam*: alii *quin ecimo tibi*. ¶ In ſecto *ovi* pro *ove*. *Varr. l.* 7. *de L. L. c.* 37. Sine reprehenſione vulgo alii dicunt *hæc ovi*, & *ovi*, alii *hæc ove*, & *ove*.

OVO, as, avi, atum, *triumphare*, minorem illum talumphum ago, de qua in *Ovatio* diximus. *Serv. in l.* 4. *Æn. v.* 543. dictum eſſe ait ab ove, quæ ab ovante mactabatur. *Feſtus* vero ab *o* geminata, nempe ab eo clamore, quem faciunt redeuntes ex pugna victores milites geminata o littera. Prior notatio probabilior videtur. Caret prima perſona præſentis, & uſum habet præcipue in participiis. *Gell. in fin. cap.* 6. *l.* 6. Scripſeruat, qui ovaret, intruire ſolitum equo vehentem. *Cic. in Orat. c.* 47. Quem ego ovantem in Capitolium aſcendiſſe meminiſſem. *Liv. l.* 5. *c.* 31. Valerio, quod perſeverantior cædendis in fuga fuit, triumphus; Manlio, ut ovans urbem ingrederetur, decretum eſt. ¶ Item triumphare, univerſim. *Solin. cap.* 45. (*al.* 57.) *n med.* Cum prælio Antiochus Galatas ſubegiſſet, equum inſiluit ovaturus. De juſto triumpho loquitur etiam *Veliej.* cum ait *lib.* 2. *c.* 96. *extr.* Hujus victoriæ compos Nero, ovam triumphavit. *& cap.* 122. Quis enim dubitare poteſt, quia ex Armenia recepta, & rege ei præpoſito, ordinatiſque rebus Orientis, ovans triumphare debuerit? ¶ Singulare eſt, quod de Tiberio ſcribit *Sueton. c.* 9. Quas ab res & ovans, & curru urbem ingreſſus eſt primus, ut quidam putant, triumphalibus ornamentis hoc honoratus. ¶ Item lætari, exſultare, præ gaudio exclamare, aut cantare, *exſultare*, *triumfare*, *cauere per allegreꝛꝛe*. *Liv. l.* 1. *c.* 25. *ad fin.* Romani ovantes ac gratulantes Horetium accipiunt. *Id. l.* 8. *c.* 7. *circa med.* Spoliis lectis ad ſuos revectus, cum ovante gaudio turma in caſtra tendit. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 146. Ut ovans præda onuſtos incederem. *Val. Flacc. l.* 4. v. 342. Lætus ovat nunc laude virum, nunc natis honoro Carmine. *& lib.* 5. v. 67. At velut ille, gregis ceſſit cui regia taurus Fertur ovans. *& lib.* 5. v. 545. regem inde petens ſoperabat ovante Lutora tota gradu. *Virg. Æn.* 10. v. 500. Quo nunc Turnus ovat ſpolio, gaudetque potitus. *Id.* 3. *Georg.* v. 423. Et lætæ pecudes, & ovantes gutture corvi. ¶ De rebus inanimis *Propert. l.* 3. *el.* 7. v. 53. Proſequar & currus utroque ab litore ovantes. *Sent. l.* 1. *ſilv.* 5. v. 148. eat enthea vittis, Atque hederis redimita cohors, ut pollet avanti Quiſque lyra. *Val. Flacc. l.* 4. v. 416. hæc procul Io Spectat ab arce Phari, jam divis addita, jamque Aſpide cincta comas, & ovanti perſona ſiſtro. *& lib.* 5. v. 506. non Africus alto Tantus ovat. *b. e.* medio mari furit, & veluti triumphat. *Stat. l.* 4. *ſilv.* 1. v. 7. pluſque ante alias Euandrius arces Collis nvet.

OVUM, i, n. *novv*, ὠόν, fetus avium, piſcium, & quorundam animalium terreſtrium, unde pulli fovendo excluduntur: a Græca vuce aſſata. Ovi partes ſunt vitellus, ſeu luteum ovi; & albumen, ſeu album, quod putamine, ſeu cortice, ſeu eslyce continetur. *Cic.* 4. *Acad. c.* 18. Deli fuiſſe complures, qui eum ovum inſpeſerant, quæ id gallina peperiſſet, dicere ſolebant. *Id.* 2. *de nat. Deor. c.* 52. *extr.* Piſces ova cum gemeuuat, relinquunt. *& cap.* 52. Cum gallinæ ex ovis pullos excluſerint. *Colum. l.* 8. *c.* 3. Exciſa per ordinem gallinarum cubilia, in quibus aut ova edantur, aut excludantur pulli. *& cap.* 11. Pavones perticis inſibentes exituntur ova. *Ovid. Faſt.* 1. v. 443. Quæ facitis nidos, quæ plumis nva fovetis. *Colum. l.* 8. *c.* 5. *ante med.* Diebus, quibus animantur ova, & in ſpecicm volucrum conformantur. *& c.* 11. *a med.* Ut Rhodiæ aves pavonmis ovie Incubent. *Varr. l.* 3. R. R. *c.* 9. Incubare ova. *Colum. l.* 8. *c.* 5. *ante med.* Cum quis volet quamplurimos mares excludi, longiſſima quæque & acutiſſima ova ſubjiciet; & ruſſus cum feminas, quam rotundiſſima. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 48. Anatum ova gallinis ſæpe ſupponimus. *Plin. l.* 9. *c.* 51. *ad fin.* Ova concipere. *& lib.* 10. *c.* 9. parere. *Ovid. Metam.* v. 258. *de perdice*. Propter humum volitat, ponitque in ſepibus ova. *Plin. l.* 9. *c.* 59. Ova in ſicco maturari, ut teſtudinum. *b. e.* ad pullum perduci. *Varr. l.* 3. R. R. *c.* 9. Ova aut inæquabiliter matureſcunt, aut conſenteſcunt. *& ibid.* Ova plenane ſint atque imilia, aec ne, animadverti ajuot poſſe, ſi demiſeris in aquam, quod inane nstat, plenum deſidit. *Colum. l.* 8. *c.* 5. *circa med.* Remedia adverſus tonitrua, quibus vitiantur nva. *Plin. l.* 10. *c.* 58. Ova irrita. *Colum. lib.* 8. *cap.* 5. & *Plin. lib.* 10. *c.* 52. Ovi putamen. *Seren. Sammon. c.* 29. v. 551. Torridus ex vino cortex potabitur ovi. *Plin. l.* 28. *c.* 2. Ovorum ut exſorbuerit quiſquam, calyces protinus frangi. ¶ De ovi putamine, *guſcio d' novv*: & ſignificat quantum illin capi poteſt. *Plin. l.* 22. *c.* 26. *ante med.* Semuncia amyli, eum nvn, & paſſi tribus ovis ſuffervefacta. ¶ Ovorum ioter ſe ſimilitudo in proverbio eſt, ut uit *Cic. l. Acad. q.* 18. cum de rebus loquimur adeo ſimilibus, ut internoſci non queunt. *Senec. in Apocolos. a med.* Occidit ſocerum ſuum tam ſimilem ſibi, quam ovo ovum. V. *Aqua*. ¶ *Ova* erant cœnæ initium, ſicut *mala* finis. *Cic. Fam. 9. ep.* 20. Integram famem ad ovum affero. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. v. 6. ſi collibuiſſet, ab ovo Uſque ad mala citaret, Io Bacche. ¶ In Fabulis Leda Theſtii filia, Tyndari uxor, ab Jove ſub ſpecie cycni compreſſa, ova duo peperiſſe dicitur, ex quorum altero Pollux & Helena ex Jove; ex altero Caſtor & Clytemneſtre ex Tyndaro nati ſunt. Quo pertinet illud *Horatii in ar. Poet.* v. 147. Nec pemino bellum Trojanum orditur ab nvo. *& lib.* 2. *ſat.* 1. v. 26. Caſtor gaudet equis: ovo prognatus eodem pugnis. *b. e.* eodem partu. Vel dicas, ex eodem ovo Caſtorem & Pollucem fuiſſe progeaitos, ut in *Caſtor* diximus. ¶ In ſacris luſtralibus etiam ova gallinaces in uſu fuerunt: fortaſſe quia omnium ciborum puriſſima ſunt. *Ovid. 2. de ar. am.* v. 329. Et veoiat quæ purget anus lectumque, locumque, Præferat & tremula ſulphur & ova manu. *Juvenal. ſat.* 6. v. 518. metuique jubet Septembris, & Auſtri Adventum, niſi ſe centum luſtraverit ovis. ¶ Ad ovi figuram reſpicit illud *Calpurnii* amphitheatrum deſcribentis, *ecl.* 7. v. 34. Sic tibi planitiem cavæ ſinus ambit arenæ, Et geminis medium ſe mollibus alligat ovum. ¶ In Circo *ova* fuerunt pilæ ligneæ ovali figure, quibus pro notis utabantur ad numeranda quadrigarum curricula. Ea conſpicuo loco poſita, tot numero, quot curſus erant confiriendi (ſeptem ſcilicet, ex *Suet. ep.* 32. *a med. Propert. l.* 2. *elog.* 19. v. 66. *Varr.* apud *Gell. ſub fin. c.* 10. *lib.* 3. aliquando a Dominiano ad quinque redacti. *Sueton. c.* 4.) & ad eorum ſingulos vel ſubtracta, vel appoſita, monebant aurigas, quid ad certemen ſimendum reſtaret. *Liv. l.* 41. *c.* 27. Cenſores locaverunt carceres in circo, & ova ad notas curriculis numeraadis. *Varr. l.* 1. R. R. *c.* 2. Nun modo ovum illud ſublatum eſt, quod ludis Circenſibus noviſſimi curriculi finem facit quadrigis; ſed ae illud quidem ovum vidimus, quod in Cereali pompa ſolet eſſe primum. *Eundem pompam* vocat longum illum leiculorum ordinem, quæ in Cereali epulo, quod præbebatur ab Ædilibus in templo Telluris poſt peractos Circenſes, inferebantur: quorum primum ordine erat ovorum, ut dictum eſt. De ovis Circenſibus vide plure apud *Panvin. l.* 1. *de Circenſib. c.* 14. Scribit *Tertull. de Spectac. c.* 8. fuiſſe adſcriptæ honori Caſtorum, quos ovo geoitos credebant, ut dictum eſt.

O X

OXALIS, idis, f. ὀξαλὶς, lapathi genus, ſativo proximum, foliis acutis, colore betæ candidæ, radica minima. Latini rumicem, aut lapathum cauthernum vocant. *Plin. l.* 22. *c.* 22. *a med.*

OXALME, es, f. ὀξάλμη, acida muria, *Plin. lib.* 23. *cap.* 2. *Id. lib.* 24. *c.* 4. acetum falſum vocat. Eſt autem ab ἅλμη, muria, & ὀξὺς, acidus.

OXIME, ociſſime. *Pomp.* ex *Feſto*.

OXYCEDROS, i, f. ὀξύκεδρος, ſpecies cedri foliis duro, acuto, & ſpinoſo: ab ὀξὺς, acutus. *Plin. l.* 13. *c.* 5.

OXYCOMINA, nleæ ſale conditæ, aut aceto, unda acrem ſaporem inducunt. *Perrum. in fragm. Tragur. t.* 66. *Burm.* Etiam in alveo circumlata ſunt oxycomina. Al. leg. *oxycominia*. Porro *cominia* inter nlearum genera enumeratur a *Pallad. l.* 3. *tit.* 18. Alii leg. *ſyromina*, &c.

OXYGALA, æ, f. ὀξύγαλα, lactis in acorem redacti pars coactior, quam a ſero ſeparatam origano, cæpa, mentha, cocliandro, thymo, cumila, & ſectivo porro, & ſale condiebant: ab ὀξὺς, acidus, & γάλα, lac. *Colum. l.* 12. *c.* 8. Oxygalam ſic facito, &c. ¶ Græce neutrius eſt generis. Unde *Plin. l.* 28. *c.* 9. *ante med.* Quod eſt maxime coactum, in ſummo fluitat: id ecemptum, addito ſale, oxygala appellant.

OXYGARUM, n. ὀξύγαρον, garum ex aceto, ideſt liquaminis genus ex minutioribus piſciculis confici ſolitum, cui acoris conciliandi gratia nonnihil aceti ſolet admiſceri, quod in principio menſæ adponebatur: ab ὀξὺς, acidus, & γάρον, garum, liquamen piſcium ſale conditorum. *Martial. l.* 3. *epigr.* 50. Affertur protinus ingens Inter lactucas, oxygarumque libet.

OXYLAPATHUM, i, n. ὀξυλάπαθον, lapathi ſpecies acutis foliis. Quidam tamen putant, dictum a ſaporis aciditate. Officinæ lapathum acutum nominant. *Plin. l.* 20. *c.* 22. *ad fin.*

OXYMELI, itis, n. ὀξύμελι, ὀξύμελι, acetum muſſum: ab ὀξὺς, acidus, & μέλι, mel. *Plin. lib.* 23. *cap.* 2. Oxymeli antiqui hoc modo temperabant: mellis minas decem, aceti veteris heminas quinque, ſalis marini pondo libram & quadrantem, aquæ marinæ ſextarios quinque pariter coquebant, decies defervefcente cortina: atque ita diffundebant, inveterabantque. Eadem ferme habet *l.* 14. *c.* 17. niſi quod pro aqua marina pluviam ſubſtituit. *Id. l.* 23. *c.* 2. Lactucas ſervari etiam in alienos menſes oxymelite, repertum eſt. ¶ Legitur & *oxymelli*. *Cato R.R. c.* 157. Braſſica ex aceto oxymelli, & ſale ſparſa. Al. leg. *oxymelle*, alii *oxymeli*. *Colum. l.* 12. *c.* 56. Siſeris radicem eximes de fidelia, & oxymelli cum axiguo nleo ſuperfunda. *Veget. de re veterinar. l.* 2. *c.* 48. Calcem vivam vino ſubigito ad craſſitudinem oxymellis.

OXYMORA VERBA, ὀξύμωρα, q. d. *acutiſſula*, ſunt quibus ſubeſt ſententia ejuſmodi, quæ vera quidem ſit, & acute dicta, primo tamen aſpectu ſulta videatur, nimiſque affectata: ab ὀξὺς, acutus, & μωρὸς, ſtultus. Itaque *Aſconius* in illud *Cic. in Oivin. Verr. c.* 1. Se ſe jam or deos quidem ſuis urbibus, ad quos confugerent, habere, quod eorum ſimulacra Verres ſuſtuliſſet: Mire, *inquit*, imitatus eſt verba Siculorum dolore oxymoron & inania: quaſi deos non habeant, qui ſimulacra perdiderunt. *&* ad illud *cap.* 6. Etiam ſi taceant, fatis dicunt: Tala, *inquit*, eſt illud (*Catil.* 1. *c.* 8.) cum tacent, clamant: & (*pro Marcell. c.* 4.) victoriam ipſam viciſſe videre: & (*Quinctil. l.* 5. *c.* 10.) philoſophandum eſt, etiamſi non eſt philoſophandum. Hæc in loco nec oxymora, nec cacozela judicanda ſunt. aut enim inferioribus dictis, aut ſupra poſitis lenitantur. Hæc *Aſcon.* Plura V. apud *Voſſ. inſtitut. orator. l.* 5. *c.* 12. §. 7.

OXYMYRSINE, f. ὀξυμύρσινη, acuta myrtus, frutex, qui habet folia myrto ſimilia, ſed acutiora & rigidiora, & producit baccas rufas ad ceraſorum ſimilitudinem. *Plin. l.* 15. *c.* 7. *&* 20.

OXYODONTES, um, ὀξυόδοντες, acutis dentibus inſtructi. Vox Græca ab ὀξὺς, acutus, & ὀδὼς, dens. *Lucil.* apud *Non. cap.* 2. *num.* 377. Illo quid fiat Lamia & Pytho oxyodontes. Al. ſcrib. Græcis litteris.

OXYPÆDEROTINUS, a, um, colorem referens gemmæ, quæ pæderota appellatur. *Vopiſc. in Aurel. cap.* 46. Veſtes oxypæderotinæ. V. omnino *Salmaſ. ad hunc loc.*

OXYPORUS, a, um, ὀξύπορος, Græce eſt cito tranſiens: ab ὀξὺς, celer, & πόρος, tranſeo: Item penetrans, pervadens: ab ὀξὺς, acutus. Dicitur itaque de cibie, qui acri ſapore ſunt, & ſtatim, alteque guſtum afficiunt, ut ſunt qui aceto condiuntur: item qui cito conficiuntur in ſtomacho: item de medicamentis, quæ cito operantur. Apud *Colum.* ſema *c. alt. l.* 12. ſic habet: Moretum oxyporum, vel, ut alii, oxygarum quemadmodum componas. Ibi *Colum.* longam ejus compoſitionem tradit. (Adde *Apic. l.* 1. *c.* 32.) In fine ſubdit: At ſi pretioſus oxyporum facere voles, hæc eadem, &c. *Plin. l.* 20. *c.* 7. *a med.* Oxypori obolie aſperitatem addito dulci ad intinctum aceti temperantes. *&* *cap.* 23. Hippomarathrum condimentis prope omnibus ſoleritur: oxyporie etiam aptiſſime. *Id. l.* 24. *c.* 8. *ſub fin.* Juniperus miſcetur & antidotie oxyporie. *Siat. l.* 4. *ſilv.* 9. *v.* 36. Non ſal, oxyporumve, caſeuſve, Aut panes viridantie aphromitri.

OXYS, yos, f. *luggiola*, *acetoſella*, *trifoglio acetoſo*, ὀξύς, herba terna folia habens: Datur ad ſtomachum diſſolutum. *Plin. lib.* 27. *c.* 22. ¶ Item genus juncı acuti, & ſterilis. *Id. l.* 21. *c.* 18.

OXYSCHŒNOS, i, ὀξύσχοινος, genus junci marini acutioris. *Plin. l.* 21. *c.* 18.

OXYTRIPHYLLON, i, n. ὀξυτρίφυλλον, genus trifolii acuto folio. *Plin. l.* 21. *c.* 9. *ſub fin.*

OXYZOMUS, a, um, ὀξύζωμος, acido ſeu acri jure conditus: ab ὀξὺς, acidus, acer, & ζωμὸς, jus ſalculentum. *Apic. lib.* 6. *c.* 9. Pullus oxyzomus. *Theod. Priſcian. de Diæta, c.* 6. Oxyzoma nutriunt competenter.

O Z

OZÆNA, æ, f. ὄζαινα, piſcis ex polyporum genere, caput habens graviſſimi odoris: ab ὄζω, oleo. *Plin. l.* 9. *c.* 30. Polyporum generis & ozæna, dicta a gravi capitie odore. ¶ Eſt item ozæna, *ozena*, narium morbus, concurſu acrium humorum ulcera, & plures crodas intra nares gignente, quæ graviſſimum ſpirant odorem. Nomen trahit ab ozæna piſce. *Plin. l.* 25. *c. ult.* Narium ozænas emendat ariſtolochia cum cypero.

OZÆNITIS, itidis, f. ὀζαινῖτις, pſeudomedus, herba ex genere nardi ad Gangem Indiæ fluvium naſcens, odore virus referens: ab ὄζω, nleo. *Plin. l.* 12. *c.* 22. Alterum genus damnatur in totum, ozænitidis nomine.

OZYMUM. V. *Ocymum*.

DE LITTERA P.

P Littera muta duriorem habens ſonum, quam *b*, aſpirationem poſt ſe recipit in Græcis dictionibus, ut *philoſophus*, *pharmacum*, & valet fere quod *f*. In quibuſdam promiſcue ponitur, ut *opſonium*, & *obſonium*. In notis valet *Publius* prænomen: item *pande*, & *pofunt*: P. F. *Publii filius*: item *pius felix*: P. C. *Patres conſcripti*: & *pecuniam curavit*: P. M. *Pontifex Maximus*: P. P. *pater patriæ*: P. R. *populus Romanus*, &c.

P A

PA pro *parte*, & po pro *populo* poſitum eſt in Saliari carmine. *Feſtus*. Similia fuere *de* pro *deinde*, *tel* pro *telum*, *gan* pro *gaudium*, quæ ſunt *Ennii*.

PABULARIS, re, *de paſcolo*, παβόλικὸς, ad pabulum pertinens, pabulo idoneus. *Colum. l.* 2. *c.* 14. & *Pallad. l.* 1. *tit.* 6. *a med.* Pabularis vicia. *Plin. l.* 18. *c.* 16. Farrago, vicia, hordeum, omnia hæc pabularia.

PABULARIUS, a, um, adject. pabularis. Pabulariorum collegium memoratur in duobus lapidib. apud *Oeuvres claſſ. 9. n.* 3. & 20. & videntur eſſe ſimiles, aut iidem cum fecuariis, h.e. qui paſcua publica pabuli cauſa conducebant. *Muratorio pag.* 527. *n.* 3. & 4. ſunt, qui pabula militibus in caſtrie hieme degentibus parabant: *Sponio in Miſcellan. pag.* 68. milites, qui ad pabula colligenda pro acceritu mittebantur, & *pabulatores* uſitatiore vocabulo dicuntur. *Murator.* ſuſpicatur ubique legendum *Tabularii*.

PABULATIO, onie, f. ποαπαὶ, *paſcolo*, actus pabulandi. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 16. *circa med. de apib.* Si e bono loco tranſtulerie eo, ubi idonea pabulatio non eſt, fugitivæ fiunt. *Colum. in ſ. cap. 9. l.* 7. Quamvis ſus in pabulationem ſpurce verſetur, mundiſſimum tamen cubile deſiderat. ¶ De collectione pabuli, quæ fit a militibus, *foraggio*. *Cæſ. l.* 7. *B. Gall. c.* 16. Onere noſtros pabulationes, frumentationeſque obſervabat. *&* *lib.* 1. *c.* 15. Hoſtem vapinis, pabulationibus, populationibuſque prohibere. *&* *lib.* 7. *B. Civ. c.* 78. Premebantur Afraniani pabulatione, aquabantur ægre. *&* *lib.* 7. *B. Gall. c.* 44. Pabulatione intercludi. *&* *cap.* 20. Servi, quos in pabulatione exceperat. *Hirt. l.* 8. *B. Gall. c.* 7. *extr.* Pabulatio propter anni tempus cum exigua, tum dejecta erat.

PABULATOR, orie, m. *foraggiere*, *rapaccino*, pabuli collector, præſertim militaris. *Cæſ. l.* 1. *B. Civ. c.* 55. Inopinantes pabulatores, & ſine ullo diſſipatos timore aggredi. *Liv. l.* 29. *c.* 2. Cum in pabulatores impetus repeote ab equitibus factus eſſet.

PABULATORIUS, a, um, ad pabulum, & pabulatorem pertinens. *Colum. l.* 6. *c.* 3. & *lib.* 11. *r.* 2. *ſub fin.* Frondis aridæ corbie pabulatoria modiorum vigiti ſufficit.

PABULOR, aris, atus ſum, dep. 1. *paſcerſi*, *paſtolare*, ποαπάω, ποαβάω, pabulum abſumo, paſcor. *Colum. l.* 7. *c.* 6. *in f.* Capella compeſci debet, ne procurras, ſed placide & lente pabuletur. *Id. l.* 8. *c.* 15. *a med.* Sic anim pabulatur id genus avium. ¶ Translate *Colum. l.* 5. *c.* 9. *a med.* Fimo pabulandæ ſunt olez. *b. a.* ſtercorandæ. mm fimum eſt veluti pabulum arborum. Sic *Id. l.* 2. *c.* 14. Omni ſolo una præſens medicina eſt, ut ſtercore adjuves, & abſumptas vires hoc velut pabulo refoveas. ¶ Pabulum colligere in uſum caſtrorum, *foraggiare*. *Cæſ. l.* 1. *B. Civ. c.* 59. Non longo ab caſtris progreſſi ſpatio, anguſtius pabulabantur. *Id. l.* 5. *B. Gall. c.* 17. Cum Cæſar pabulandi cauſa tres legiones miſiſſet. *Tacit.* 12. *Ann. c.* 38. *extrem.* Nec multo poſt pabulantes noſtros profligant. ¶ Translate *Plaut. Rud.* a. 1. *s.* 6. Ex urbe ad mare huc prodimus pabulatum. *h. e.* ad piſcandum, unde pabulum victumque paremus. ¶ *Pabulantia*, jumenta, quæ pabulo utuntur. *Cornel. Front. de different. vocum*, *pag.* 2103. *Putſch.*

PABULOSUS, a, um, *abbondante di paſcoli*, πολυβοσὶς, pabulo abundans. *Solin. c.* 22. (*al.* 35.) *de Britannia*. Ita pabuloſa, ut pecua in periculum agat fatias.

PABULUM, li, n. *paſcolo*, *paſte*, *paſture*, *foraggio*, σιτὸς, ποὰ, cibus penprie brotorum animalium, ut herba, fœnum, palea, frondes, ſegetes, &c. a *paſco*, vel a πάω, veſcor. *Salluſt. in fragm.* apud *Serv. ad* 1. *Æn. v.* 445. Frugum pabulique lætus ager. *Cato R. R. c.* 54. Bubus pabulum hoc modo parari dariique nporiet. *Colum. l.* 12. *c.* 2. *a med.*

med. Viciam conferere in pabulum. *Plin. l.* 18. *c.* 24. Sturni viſi ſæpe ibi, quo hibernum pabulum perunt. *Ovid.* 4. *Faſt.* v. 750. pabula carpit ovis. *Id.* 13. *Met.* v. 943. decerpens. *Virg.* 12. *Æn.* v. 475. hirundo pabula parva legens. *Petron. in Satyr. c.* 100. Lutea etiam ferus ducit ad pabulum. *Plin. l.* 9. *c.* 57. Piſces enim ad pabula, pinnulis gradientes. *Id. l.* 8. *c.* 32. Cervi noctu procedunt ad pabula. *Id. l.* 11. *c.* 53. Subus ſerpentes in pabulo ſunt. *Id. l.* 11. *c.* 47. Hæmatopodi pabulum muſcæ. *Id. l.* 18. *c.* 12. Fabarum ſiliquæ cauleſque gratiſſimum ſunt pabulo pecori. *Flor. l.* 4. *c.* 7. Affuetæ cadaverum pabulo volucres. *Ovid.* 1. *ex Pont. ep.* 2. v. 122. Quique ſuis homines pabula fecit equis. ¶ De cibo jumentorum in caſtris, *foraggio*. *Nep. in Eumen. c.* 8. Impenit compamri pabulum, præterea cibaria cuncta dierum decem. *Cæſ. l.* 7. *B. Gall. c.* 14. Secam pabulum. *& cap.* 18. conſumem. *& cap.* 74. Pabulum frumentumque convectum habent. *Id. l.* 3. *B. Civ. c.* 58. ſupportam. *Hirt. l.* 8. *B. Gall. c.* 10. cooquirem. ¶ Univerſim da quocumque cibo etiam hominum, *Lucret. l.* 5. v. 941. Multaque præterea novitas tum florida mundi Pabula dia tulit, miſeris mortalibus ampla. *Val. Flacc. l.* 4. v. 105. ſicubi ſævie Advectet ratis acta notis tibi pabula dira, Et miſeræ, Polypheme, dapes. ¶ Translate *Cic. de Haruſp. reſp. c.* 3. *ad fin.* Quid enim hunc perſequar, pecudem ac beluam, pabulo inimicorum meorum & glande corruptum? *Lucret. l.* 4. v. 1056. Sed fugitam decet ſimulacra, & pabula amoris Abſtergere ſibi. *h. e.* quæ amorem nutriunt. *Cic.* 4. *Acad. c.* 41. Eſt enim animorum ingeniorumque naturale quoddam quaſi pabulum conſideratio contemplatioque naturæ. *Id. de Senect. c.* 14. Si vero habet aliquod tanquam pabulum ſtudii atque doctrinæ, nihil eſt otioſe ſenectute jucundius. *Ovid.* 8. *Met.* v. 876. dederatque gravi nova pabula morbo. ¶ *Acheruntis pabulum* de en, qui Acherunti debetur, quaſi devorandus, (ut apud *Horat. l.* 2. *od.* 3. v. 24. Orci victima.) *Plaut. Caſ.* 2. 1. 11. Faciam, uti, proinde ut eſt dignus, vitam colat, Acheruntis pabulum.

PACALIS, le, *pacifico*, ὡρωνικὸς, pacificus, pacifer, pacem ſignificans. *Ovid. 6. Met.* v. 201. Circuit extremas nlcis pacalibus aras. *Id. ſub fin. l.* 1. *Faſt.* Tura ſacerdotes pacalibus addite flammis. *Id.* 25. *Met.* v. 591. pacalis laurus.

PACATE, *pacificamente*, *quietamente*, ὡρωνικῶς, ſedate, pacifice, tranquille. *Petron. in Satyr. c.* 10. Ieaque ea turpiſſima lite in riſum diffuſi, pacatius ad reliqua ſeceſſimus. *Auguſtin. l.* 2. *Soliloq. c.* 7. *extr.* Pacatiſſime & commodiſſime. ¶ Quod afferunt quidam ea *Cæſ. l.* 2. *B. Gall. c.* 6. *vel* 7. Pacate per provinciam iter facere: *ibi tantum hoſtium fuit*: ſine ullo maleficio iter per proviſionem facere.

PACATTO, unis, f. paa, ſeu pacis conſtitutio, *pacificamento*. *Fronton. de ſtrateg. in præfat.* Qua ad prælium, & confectam pacationem pertinent.

PACATOR, oris, m. *pacificatore*, ὡρωνικὸς, pacis conciliator, turbarum & belli compoſitor. *Senec. in Herc. Oet. ſub fin.* Sed ta domitor magne ſeramum, orbiſque ſimul pacator ades. *Sil. l.* 2. v. 483. Nemæ pacator. *Claudian. in II. Conſul. Stilich. v.* 13. Rheni pacator & Iſtri. *Senec. l.* 5. *de benef. c.* 25. *in fin.* Ille victus pacatorque gentium populus. *In nomin Severi Imp.* apud *Medidoarb.* Pacator Orbis. *& in num. Caracal. & Alexan.* apud *eund.* Marti pacatori. *Sil. l.* 16. v. 246. terræ pacatos Iberæ. *h. e.* Scipin.

PACATORIUS, a, um, adject. *pacifico*. *Tertull. l.* 4. *adverſ Marcion. c.* 29. *ſub fin.* Judicium juſtum & pacatorium. Ea *Zachar.* 8. 16. ubi Vulgata habet *judicium pacis*.

PACATUS, a, um, *pacificato*, *pacifico*, *quieto*, *tranquillo*, ὡρωνικὸς, ἡρεμαῖος, pace reddita compoſitus, quietus, tranquillus, pacificus. *Ovid.* 4. *Met.* v. 31. & *Stroz. l.* 3 *ſilv.* 1. v. 39. Pacatus mitiſque adſis. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 8. Pacatæ tranquillæque civitates. *Id. pro Ligar. c.* 2. In provincia pacatiſſima. *Id. Phil.* 7. *c. ult.* Huic tali vim poterit ne eſſe pacatus Antonius? *Ovid.* 1. *Faſt.* v. 3. Eacipe pacato, Cæſar Germanice, vultu Hoc opus. *Sil. l.* 6. v. 367. ſeet lumina contra Pacatus vultum. *Cæſ. l.* 5. *B. Gall. c.* 37. Morini, quos Cæſar in Britanniam proficiſcens pacatos reliquerat. *& cap.* 24. Pacatiſſima & quietiſſima pars. *Vellej. l.* 2. *c.* 50. Pacatie bellis civilibus. *Salluſt. in Jug. c.* 37. Ex pacatis prædas agere. *h. e.* ex his regionibus, quæ pacem cum populo R. habebant. *Senec. l.* 6. *quæſt. nat. c.* 7. Qui medius inter pacata & hoſtilia fuit, Danubius & Rhenus. *Liv. l.* 21. *c.* 20. Nec hoſpitale quicquam, pacatumve peius auditum, quam, &c. *Cic. in Bruto, c.* 31. *extr.* Hujus oratin in philoſophiam translata, pugnacior, ut ita dicam, videtur, & illomm in judicia pacatior. *Sil. l.* 7. v. 560. pacata fuiſſent Ni conſulta viro, menſque impenetrabilis iræ. *Lucret. l.* 3. v. 293. pacati ſtatus acrie. *Horat. l.* 4. *od.* 5. v. 19. Pacatum volitant per mare navitæ. *Claudian. l.* 2. *de rapt. Proſ.* v. 146. horroque micaſſet Martius; & criſtæ pacato fulgure vernant. *h. e.* fulgore minime terribili.

PACENSIS, ſe, ad Pacem Juliam pertinens, quæ eſt urbs Hiſpaniæ ulterioris nunc *Beja*, non longe ab Ana fluvio. *Plin. l.* 4. *c.* 22. & *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 199. *n.* 4.

PACHYNUM, i, n. & Pachynus, *eus* Pachynos, i, m. & f. *Capo Paſſaro*, unum ex tribus promontoriis Siciliæ, in ora orientali, ubi ad Auſtrum vergit, cum portu: a πάχος, denſus, craſſus, quia circa ea loca aer gravior eſt. *Plin. l.* 3. *c.* 8. Ipſius promontorium Pelorus vocatur vergens in Italiam, Pachynum in Græciam, Lilybeum in Africam. *Liv. l.* 25. *c.* 27. Duæ claſſes infeſtæ circa promontoriom Pachynum ſtabant. *Cic. Verr.* 7. *c.* 33. Claſſis Pachynum quinto die appulſa eſt. *Ovid. Met.* 13. v. 726. E quibus funbrifaros nbverſa Pachynos ad Auſtros. *& lib.* 5. v. 350. Dextra ſed Auſonia manus aſt ſubjecta Peloro, Læva, Pachyne, tibi. ¶ *Aurel. in Perieg.* etiam ſecundam corripit, *verſ.* 645. In matutinos Pachynos producitur ortus. Sic *Priſcian. in Perieg.* v. 482. Eminet ad Zephyrum Lilybe, Pachynuſque ſub ortum.

PACIDEJANUS, & Pacidianus, i, celebris gladiator, cujus meminit *Lucil.* apud *Non. c.* 4. *n.* 62. *Cic.* 4. *Tuſcul. c.* 22. & *Horat. l.* 2. *ſat.* 7. v. 97. ubi al. leg. *Placidejanus*.

PACIFER, a, um, *pacifico*, *pacifero*, εἰρηνοφόρος, pacem ferens, pacificus. *Lucret. l.* 3. v. 304. duramque viri deflectere mentem Pacifero ſermone parant. ¶ Eſt appoſitum Mercurio, Apollinis, Minervæ, Herculis. *Ovid.* 14. *Met.* v. 291. Pacifer huic dederat ſurem Cyllenius album. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 38. *n.* 7. Deo ſancto Apollini pacifero ex voto, &c. *& pag.* 49. *n.* 1. *& pag.* 1113. *n.* 4. Herculi pacifero, invicto ſancto ſacr. vom ſuſceptu L. Cornelius Le F. Pal. Terentianus, &c. (in alia apud *Spon. in Miſcell. pag.* 86. dicitur Apollo *placifer* quod idem eſt cum *pacifer* a *placo*, *as*.) *Claudian. in præfat. l.* 2. *de rapt. Proſ.* v. 9. Inachiis Alcides miſſus ab Argis Thracia pacifero contigit arva pede. *Inſcript.* apud *Reinef. claſſ.* 1. *n.* 228. Minervæ pacifeæ L. Titinius L. L. Amaron Grammaticus. V. S. L. M. ¶ Etiam Jovi tributer in vet. Inſcript. optimæ notæ apud *Gud. pag.* 7. *n.* 7. ¶ Et Marti, in oumis quam plurimis apud *Mediobarb. Paullum.* &c. ¶ Et Genio in Iſcript. optima notæ apud *Murator. pag.* 78. *n.* 1. ¶ De pacie inſignibus, *Virg.* 8. *Æn.* v. 116. Paciferæque manu ramum prætendit olivæ. *Plin. l.* 15. *c.* 30. Laorus pacifera, ut quam prætendi etiam inter armatos hoſtes quietis ſit indicium. *Val. Flacc. l.* 4. v. 139. Paciferæque manu nequicquam inſignia virgæ.

PACIFICATIO, onis, f. *pacificamento*, *riconciliazione*, *accordo*, *trattato di pace*, διαλλαγὴ, actus pacificandi, compoſitio, reconciliatio. *Cic. Attic. l.* 7. *ep.* 8. Quod quæris, ecque ſpes pacificationis ſit, quantum ea Pompeji ſermone perſpeat, ne voluntas quidem eſt. *& lib.* 9. *ep.* 12. Orem & gratiam alicujus ad pacificationem quærem. *Id. Fam.* 10. *ep.* 27. Sapientius facies, ſi te in iſtam pacificationem non interpones. *Gell. l.* 7. *c.* 3. Conniti ſunt Rhodienſes id bellum inter eos componere. Sed ubi iſta pacificatio perpetrari nequivit, &c.

PACIFICATOR, oris, m. *pacificatore*, *paciere*, *mezzano di pace*, *mediatore*, ὡρωνικὸς, pacis conciliator, medius pacis faciendæ. *Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 13. Scito, præpoſitum eſſe nobis pacificatorem Allobrogum. *Liv. l.* 27. *c.* 30. Adhibitus ab Ætolis pacificator Amynander rex Athamanum. *Juſtin. l.* 18. *c.* 2. Magn quaſi pacificator Carthaginenſium, Pyrrhum adit, ſpeculatureus cuntnia ejus. *Quintil. l.* 11. *c.* 3 *a med.* Fit & illa habitus, qui eſſe in ſtatuis pacificator ſolet.

PACIFICATORIUS, a, um, *de pace*, ad p cificatorem pertinens, ὡρωνικὸς. *Cic. Phil.* 12. *c.* 2. Poſſeaquam nos pacificaturia legatione implicatos putant.

PACIFICATUS, a, um, *pacificato*, qui pacem fecit, reconciliatus, pace facta in gratiam nverſus. *Plaut. Stroh.* 4. 1. 13. Satin' ego tecum pacificatus ſum, Antipho? *Juſtin. initio l.* 23. Agathocles pacificatus cum Carthaginiſnibus.

PACIFICE, *pacificamente*, ὡρωνικῶς, ſedate, placide. *Cyprian. ep.* 41. *in fin.* Pacifice & fideliter conſulere. *Meſſal. Corvin. de progen. Auguſt. c.* 3. (*incerta auctoritas.*) Durdama pacifice aliquamdiu ſterit.

PACIFICO, as, avi, atum, a. t. *trattar di pace*, *domandar pace*, ὡρωνικῶ, pacem peto, de pace ago, pacem concilio. *Liv. l.* 5. *c.* 23. *extr.* Inter hæc pacificatum legati a Volſcis & Æquis venerunt. Impetrata pax. *Id. l.* 7. *c.* 40. *a med.* Nunc ad pacificandum bene atque honeſte inter primos ſtabis, & colloquii hujus ſalutaris interpres fueris. *Salluſt. in Jug. c.* 70. Igitur Vagenſes, quo Metellus imitin, Jugurtha pacificanta, prædidium impoſuerat. (V. *cap.* 50.) *Juſtin. l.* 6. *c.* 1. Cum videret, ſibi adverſus duos dimicandum, pacificari cum altero ſtatuit. *pacificarſi*. ¶ Item tranquillem, ſedare. *Senec. in Agam. v.* 224. comprima affectus truces, Mentemque tibimetipſe pacifice tuam. ¶ Item placare, pacam, *placare*. *Catull. carm.* 67. *ad Manl. v.* 75. nondum cum ſanguine ſacro Victima cæleſtes pacificaſſet heros. *Sil. l.* 15. v. 423. Feſta coronatis agitabat gaudia ſignis, Pacificans divos. ¶ Item lenire, mulcere. *Claudian. in præfat. l.* 2. *in Rufin. in fin.* Fartur & indomitus tandem poſt prælia Mavors Laſſa per Odryſias fundere membra nives, Oblituſque ſui, poſita clementior haſta, Pierus aures pacificam modis. ¶ *Priſcian.* monet *l.* 8. *pag.* 799. *Putſch.* hoc eſſe unum ex iis verbis, quæ multa Latini utraque forme, & activa, & paſſiva protulerunt, eadem ſignificatione, ut *partio & partior*, *munero & munnevor*, *meto & metor*, &c.

PACIFICUS, a, um, *pacifico*, *amor di pace*, *quieto*, *tranquillo*, ὡρωνικὸς, pacem faciens, pacie ſtudioſus, pacatus, tranquillus, quietus. *Cic. Attic. l.* 8. *ep.* 12. *a med.* Velim in poſterum proſpiciat, fingaſque, quem me eſſe decet: ecqui pacifica perſona deſideretur, an in bellatore ſint omnia. *Lucan. l.* 7. v. 63. Romani maximus auctor Tullius eloquii, cujus ſub jura togaque Pacifcas ſævus tremuit Catilina ſecures. *Martial. l.* 8. *epigr.* 66. Pacificus Janus. *& lib.* 12. *epigr.* 63. Numa. *Claudian. in* II. *conſul. Stilich. v.* 154. Pacifici mores.

PACIO, onis, f. *patto*, pactio. *Feſtus:* Pacionem antiqui dicebant, quam nunc pactionem dicimus: unde & pacifci adhuc, & pacem (*Al.* paco.) in uſu remanet. *Id. in Nuptiæ*. Nuptias Curiatius dictas eſſe ait, quod nove pacio fiat.

PACIO, is, a. 3. idem quod pacifcor. *Lex* XII. *Tab.* apud *Gell. l.* 20. *c.* 1. & *Feſt. in Talionis*. Si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio eſto.

PACISCOR, ſceris, pactus ſum, dep. 3. *patteggiare*, *patturire*, *convenire*, *accordarſi*, *far patto*, *promettere*, συνθήκας ποιεῖσθαι, συνθήκαις, pactum facio, convenio, conſtituo, pactione ſpondeo, aut poſtulo: eb antiquo *paceo*. *Cic.* 5. *Verr. c.* 14. Attendite cujuſmodi edicta fiat. *ne tollas*, inquit, *ex area, niſi eris paſtus*. Satis hæc magna vis eſt ad inique pacificendum. malo enim plus dare, quam non mature ex area tollere. *e ſer un accordo diſvantaggioſo*. *Plaut. Bacch.* 4. 8. 24.

Pa-

Pacifci cum illo paulula pecunia potes. *Id. Pſeud.* t. 2. 89. Ea pacifci modo ſcis, ſed quæ pacta ee, non ſcis ſolcera. *Salluſt. in Jug.* c. 68. Adherbali ſuadent, uti ſeque, & oppidum Jugurthæ tradat, tantum ab eo aitam pacifcatus. *Liv. ſub fin. l.* 24. Celtiberum juventutem eadem mercede, qua (*al.* quam) pacte cum Carthaginienſibus erat, imperatoras R. ad ſe perduxerunt. *Id. l.* 68. r. 61. & *Sil. l.* 14. *v.* 97. Quidam pacto inter ſe, ut victorem res ſequeretur, ferro decreverunt. *Cic. pro Sext.* c. 65. *in fi.* Ut Gabinio pro illa ſua Cilicia, quam ſibi, ſi rempublicam prodidiſſet, pactus erat, Syria daretur. *Ovid. 7. Met. v.* 306. Jamque patunt, pretiumque jubent ſine ſius pacifci. *Plin. l.* 35. c. 10. *a med.* Pinxit prœliam cum Perſis, centum homines ea tabula complexus pactuſque in ſingulos annas decem a tyranno. *Sueton. de Germinæ.* c. 7. Nunquara de mercedibus pactus, coqus plura ee liberalitate diſcentium conſeautus. *Liv. l.* 25. r. 33. Pacificitus magna mercede eum Celtiberorum principibus, ut copias inde abducant. *Faſtin. l.* 1. c. 10. Pacti ſuat inter ſe, ut die ſtatuta, &c. *Horat. l.* 3. *od.* 29. *v.* 50. votis pacifci, ne Cyprix merces addant avaro divitias mari. ¶ Cum infaitu *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 701. Leucippo fieri pactus uterque geuar. *Plin. l.* 8. r. 7. Demitti pactus, ſi elephantum interemiſſet. *Calpurn. Ecl.* 6. *v.* 46. Hunc (*ſervum*) ego, qualemcuraqus vides in valle pacifcor Pendera. ¶ Translate elegantur *Virg.* 5. *Æn. v.* 530. & *lib.* 12. *v.* 49. vitamque vnlum pro laude pacifci. *Stat. l.* 1. *Thab. v.* 317. ſi quando humilem decedere regno Germanum, & ſemet Thrbis, opibuſque potitum Cernerat, hac ævum cupiat pro luca pacifci. *darebbe per queſta giorno tutta la vita.* ¶ Interdum ad pacta fordida, & lucri cauſa facta referrur. Cir. *Parad.* 6. c. 1. Si quotidie fraudas, decipis, poſcis, pacificris, aufers, eripis. ¶ Interdum ad nuptialie. *Juſtin. l.* 1. r. *ult. a med.* Fauſtinas proditionis præmium cum Xerſe nupties filiæ ejus pacifcitur. *Id. l.* 7. r. 4. *ad fin.* Eurydices nupties generi pacta, occidendum virum ſuſceperat. V. *Pactus.* ¶ Otim *perifco* activa forma dictum eſt. *Nonius* apud *Non. c.* 7. *n.* 54. Id quoqus pacifcunt. *Id. ibid.* Pacifcit, obſides ut reddant. ¶ Particip. *pactus* ſæpe paſſivam ſignificationem habet. V. ¶ Etiam *pacifcendus* paſſive habet *Ammian. l.* 31. c. 12. (*al.* c. 34.) *a med.* Ut firma fierent pacifcenda, optimates poſcens Idoneos mitti. *b. e.* ea quæ pecis firmandæ cauſe tractanda erant, & conſtituenda. ¶ *Servius ad Æn.* 12. *v.* 133. ad hoc verbum pertinera ait aliud etiam præteritum *pepigi*, quod ſana ſignificatione congruit, ſed aliam tamen habet *origiuem*. V. *Pango*.

PACO, as, avi, atum, a. 1. *pacificare, tranquillare, mettere in pace, ἡσυχάζω, μετανοέω*, pacatum reddo, paci reſtituo, tranquillo, quietum reddo bellum & turbas ſedando. *Hirt. de B. Alex.* c. 66. *extr.* Omnes eas regiones, per quas iter faciebat, auctoritate ea, quæ plerumque ædeſt victori, pacaret. *Virg. Æn. 6. v.* 803. Fixerit arripedera cervam licet, aut Erymanthi Pacarit nemora. *Al. leg.* placarit. *In monum. Ancyr. ſub fin.* apud *Gruter. pag.* 233. Mare pacavi a prædonibus. *Sext. l.* 4. *Thab. v.* 650. tum ſaltus forte remotos Pacabat corna. *b. e.* feras arcu occidendo. ¶ Eſt etiam domare, ſubigere, *ſottomettere, ſoggiogare, domare. Cic. Fam.* 15. *ep.* 4. Pacare Amanum, & perpetuum hoſtem ea eo monte tollere. *Cæſ. l.* 1. *B. Civ.* c. 7. Hortatur, cujus imperatoris ductu plarima prœlia fœunda fecerint, omnem Galliam Germaniamqus pacaverint, ut ejus exiſtimationem ab inimicis defendant. *Juſtin. l.* 38. c. 7. Quarum gentium nullam nequs Alexander ille, qui totam pacavit Aſiam, nec quiſpiam ſucceſſorum ejus attigiſſet. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 17. placida mea munera culta Reſpice, pacando ſi quid ab hoſte vacas. ¶ Translate *Horat. l.* 1. *ep.* 1. *v.* 45. inculta pacantur vomere ſilvæ. *b. e.* ferules fiunt. *Claudian. de* IV. *conſul. Honor. v.* 625. & incertos animi pacaverit æſtus. *b. e.* ſedaverit. *Id. de Apono, in fi.* Pacaturque ægro luxuriante dolor. *b. r.* mitigatur, lenitur, tollitur. *Id. de malab. Gall. in fin.* Miraris ſi voce feras pacaverit Orpheus. *b. e.* manſuefecerit, cicuraverit.

PACTA. V. *Pactus*.

PACTILIS, le, *ὁμογενὴς*, qui ex pluribus partibus, aut rebus compactus & conjunctus eſt, compactilis, compactus, plenus, plectilis. *Plin. l.* 21. r. 3. *circa med.* Summa erat auctoritas pactili (coronæ. *b. e.* multiplici flora & folio contextæ.

PACTIO, onis, *ſ. pacto, condizione, accordo, legge, convenzione, συνθήκη*, actus pacifcandi, pactum, conditio, promiſſio. *Ulpian. Dig. lib.* 2. *tit.* 14. *leg.* 1. Pactum a pactione dicitur. Eſt autem pactio duorum pluriumve in idem placitum & conſenſus. *Nep. in Dion.* c. 5. *in fi.* Eo rem perduxit, ut talibus pactionibus pacem tyrannus facere vellet. *Ariſtius ad Cicer. l.* 9. *Fam. ep.* 10. *a med.* Si res ad pactionem non venit, longius bellum puto fore. *Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. r. 12. In pactionibus faciendis legem ſpectam. *Id. pro Rofc. Com.* r. 12. & 14. Pactionem facere de aliqua re. *Id.* 4. *Ariſt. ep. ult.* Pactionem fuerunt cum conſulibus ut H S quadragena darent, ſi eſſent ipſi conſules facti. *Juſtin. l.* 35. r. 1. Pactionem inire cum aliqua. *& lib.* 7. c. 6. Bella, interpoſita pactione componere. *Nep. in Ageſil.* c. 2. Summa fide in pactione manera. *Cic.* 3. *Offic.* c. 29. *ſub fin.* Conditiones pactioneſque bellicas perturbare perjurio. *Id. de Haruſp. reſp.* c. 20. Nefarias eum multis ſceleram pactiones ſocietateſque conflare. *Liv. l.* 9. c. 11. Recipiant arma, quæ per pactionem tradiderunt. *in virtù dell' accordo.* ¶ Speciatim dicitur de pactis, quæ fiunt inter publicanos aut decumanos, & eos, qui pendere decumas aut portoria debent. *Cic. Fam.* 13. *ep.* 65. Ut pactiones eum civitatibus reliquis conficiet. *Id.* 5. *Attic. ep.* 13. In noſtra provincia confectæ ſunt pactiones. Adde *Verr.* 5. c. 20. & *de provinc. conſul.* r. 5. ¶ Interdum abſolute de pacto ſordido, & lucri cauſa inito. *Cic. de provinc. maſul.* c. 5. *ad fin.* Qui de ſociis cum hoſtibus, de civibus cum ſociis faciat pactiones. *Id. Verr.* 3. r. 7. In reiciendis judicibus nonnullos pactionis ſuſpicionem non vitaſſe. *Salluſt. in Jug.* c. 42. Denique Aulum ſpe pactionis perpulit, uti, &c. *b. e.* eb rege pecuniæ capiundæ, ut *cap.* 41. dixerat. ¶ De promiſſione, *promeſſa. Saliuſt. in Catil.* r. 17. Collegam ſuum Antoaium pactione proiinciæ perpulerat, ne contra rempubl. ſentiret. *Cic. poſt redit. in Sen.* c. 13. Alter conſul, ut me defererent, pactionibus eos ſuorum præmiorum obligarat. ¶ Cum de publicis pactionibus ſerma aſt, differt *pactio a fudere, ſponſione*, & *indutiis*. (quæ ſimul memorantur a *Cicer. pro Balb.* c. 12.) Hæ enim erant ceſſatio a bella ad tempus: *ſponſio* erat conventio facta arbitrio imperatoris cum hoſte, adhibitis ſponſoribus, ſine auctoritate Senatus, aut conſenſu populi; ut Caudina, & Numantina: *fudus* pactum ſocietatis juſſu populi & auctoritate Senatus firmata, in perpetuum, per fetiales, &c. *pactio* conſenſus ſocietatis facte per ſponſores, datis acceptiſque obſidibus, arbitrio imperatoris, ſine juſſu populi, aut Senatus auctoritate. *Cic. pro Cæcin.* c. 18. Quæ lex, quod fœdus, aut pactio, quod teſtamentum, quas ſtipulationes, aut pacti & conyauti formula non infirmari poteſt, ſi ad verba eam deflectere velimus, &c? ¶ *Pactio* de indutiis, *Flor. ſub fin. lib.* 4. Sic ubique cuncta atque cnetinua totius generis humani aut pax fuit, aut pactio. ¶ *Pactio verborum*, formula, certa verborum ratio, *formola. Cic. pro Roſc. Com.* c. 16. Non enim ea pactione verborum, quibus juxurandum comprehenditur, ſed ea perfidia & malitia, per quam inſidiæ tenduntur alicui, dii Immortales hominibus irafci & ſuccenſere conſuerunt.

PACTITIUS, & Pacticius, a, um, pactione conſtitutus, conventionalis. *Gell. l.* 1. c. 25. Græci ſignificantius ceſſationem iſtam pugnæ, pactitiam (h. e. indutias) *ἐκεχειρίαν* dixerunt.

PACTIUNCULA. V. *Contiuncula*.

PACTOLIS, idis, Πακτωλὶς, filia Pactoli. *Ovid. 6. Met. v.* 15. Deſeruere ſui Nymphæ vineta Timoli: Deſeruere ſuas Nymphæ Pactolides undas.

PACTOLUS, li, m. Πακτωλὸς, fluvius Lydiæ ex Tmolo monta prope Sardus profluens. Propter flevas areuas dictus eſt auro fluere, præſertim poſtquam eo laveret Midas (V. *Midas*) unde & Chryſorhoes dictus eſt. *Hygin. fab.* 191. *Plin. l.* 5. c. 29. *Ovid. Met.* 11. *v.* 142. *Horat. epod.* 15. *v.* 20. *Propert. l.* 2. *el.* 14. *v.* 11. & *lib.* 3. *el.* 16. *v.* 18. *Lucan. l.* 3. *v.* 210. & *Sourc. in Phœniſſ. v.* 220. & *in Oedip. v.* 467. Hinc *Verr.* apud *Non. c.* 14. *n.* 27. Non hos Pactolus aureas undas agens eripiet unquam a mileſiis.

PACTOR, oris, m. *pateggiatore, μεσίτης, mediatore*, qui pacifcitur, vel qui fœdus pangit. *Cic. Verr.* 7. r. 21. *a med.* Eu fœderum interpretes, ſocietatis pactores, religionis auctores.

PACTUM, i, n. *patto, convenzione, accordo, legge, condizione, συνθήκη*, pactio, conventum, conditio, lex. *Cic. de Invent. c.* 22. *a med.* Pactum eſt, quod inter aliquos convenit: quod jam ita juſtum putatur, ut juri præſtare dicatur. *Auctor ad Herenn. l.* 2. c. 13. *ſub fin.* Pacta ſont, quæ legibus obſervanda ſunt. *& mos.* Sunt item pacta, quæ ſine legibus obſervantus ea conventa: quæ juri præſtare dicuntur. *Cic.* 3. *Offic.* c. 24. Pacta & promiſſa ſemper ac ſervanda ſint, &c. *Id.* 2. *Verr.* r. 6. Manſit in conditione atque pacto, uſque ad eum finem, dum, &c. *Liv. l.* 9. r. 11. Stare pacto. *Cic. pro Cæcin.* c. 18. Pacti & conventi formula. V. *Conventum. Ovid. Heroid. ep.* 20. *v.* 151. Nec mihi crediderim: recitetur formule pacti. *Nep. in Milt.* r. 2. Lemnum revertitur, & ea pacto poſtulat, ut ſibi urbem tradant. *Salluſt. in epiſt. Mithrid. ad Arſac.* Pacto vitam dare alicui. *b. e.* interpoſita pactione. ¶ De fœdera conjugii, *Val. Flacc. l.* 8. *v.* 402. Quamquam jura deum, & ſecri ſibi conſcia pacti Relligio, duleiſque movent primordia tædæ. ¶ Ablativus *pacto* ſæpe ſignificat modo, ratione, *modo, forma, maniera. Cic.* 1. *Catil.* r. 7. Servi mei ſi me iſto pacto metuerunt. *Id.* 1. *de Invent.* r. 21. Ut noſtra nihil faterſit alio pacto docera. *Cæſ. l.* 7. *B. Gall.* r. 83. Quid, quoque pacto agi placeat, inter ſe conſtituunt. *Terent. Heaut.* 4. 4. 13. Aliquo pacto verba his dabo. *Id. Andr.* 1. 5. 18. Nullon' ego Chremetis pacto affinitatem effugere potero? *Id. Adelph.* 3. 2. 44. Quapropter quoquo pacto tacito eſt opus. *ad ogni modo.* & *Pherm.* c. 1. 71. Sumeret alicunde: poſtremo, ſi nullo alio pacto, fenore. *Id. Adelph.* 4. 7. 14. O Jupiter! iſtoccine pacto oportet? *Plaut. Rud.* 5. 3. 46. Non tacebo unquara alio pacto, niſi tacito comprimor. *Cic. pro Mur.* r. 21. Neſcio quo pacto ſemper hoc fit. *non ſi come.* & *lib.* 1. *de Fin.* r. 8. Fieri nullo pacto poteſt, ut, &c.

PACTUMEIUS, il, filius Canidiæ apud *Horat. epod.* 17. *v.* 50. Tuſque venter Pactumeius. ubi *venter* pro filio ponitur. Cum enim fama eſſet, Canidium anum effetam ſibi Pactumeium ſuppoſuiſſe, *Horatius* irunice laudans inquit, revera Pactumeium eſſe ejus filium. Alii leg. *Portumeius*, ſed rainus mêtr. V. *Bentleyum* scriter primam lectionem afferentem. In veteri Lap. apud *Gruter. pag.* 430. *n.* 2. legitur Sexto Licinio Pactumnio Alexandro, &c.

PACTUS, a, um, *pattuito, accordato, convenuto, promeſſo, συνθετὸς* &c, pactione conſtitutus, promiſſus: a *paciſcor*, ſed paſſiva ſignificatione. *Cic. l.* c. *Attic. ep.* 9. Si quæ de me pacta ſunt, non ſervantur, in cælo ſum. *Id.* 1. *Offic.* c. 10. *a med.* Cum triginta dierum effect cum hoſte pactæ indutiæ. *& lib.* 3. r. 29. *a med.* Si prædonibus pactum pro capite pretium non attuleris. *Id.* 1. *Catil.* r. 9. *ad fin.* Scio pactam & conſtitutam eſſe cum Manlio diem. *Id. pro Sext.* c. 14. *ad fin.* Pacto jam fœdere provinciarum. *Id. Q. Fr. l.* 3. *ep.* 3. Tanta invidia ſunt conſules propter ſuſpicionem pactorum a candidatis præmiorum. *Quintil. l.* 12. r. c. *ante med.* Cum pugili coronato carmen mercede pacta ſcripſiſſet. ¶ Sape dicitur de muliere in matrimonium promiſſa, *promeſſa in moglie*. Dicebatus e-

nim *sponsa*, cum ejus nuptiæ petebantur: *pacta*, cum promissa: *sponsa*, cum interposita stipulatione desponsa erat, ut est apud *Arnob. l.* 4. *pag.* 140. *Cic. Attic. l.* 5. *ep.* 21. Cujus filio pacta est Artavasdis filia. *Plaut. Trin.* 5. 2. 58. Si frugi esse vis, hanc tibi pacta est Callicli filia. *Liv. l.* 1. *c.* 2. Turnus, cui pacta Lavinia fuerat. ¶ Hinc *pacta* absolute. *Virg.* 10. *Æn. v.* 79. Quid soceros legere, & gremiis abducere pactas? *Vellej. l.* 2. *c.* 1. Quod pactæ ejus nuptiæ occuparat. ¶ De sponsis Sorores. 3. *Theb. v.* 171. puerique rudes, tuæ, Phædime, proles Amissum dicere patrem, Marpissaque pactum Phyllire. ¶ *Pactus* a *pango*, impactus, infixus, *piantato*, *ficcato*. *Ovid. Heroid. ep.* 2. *v.* 4. Litoribus nostris anchora pacta tuæ. *Pallad. in Januar. tit.* 14. Plantæ, quæ jam pactæ sunt, nudatæ lætamro accipiant.

PACUVIANUS, a, um, adject. a Pacuvio. *Cic. l. de Divin. c. penult.* Ille Pacuvianus, qui in Chryse physicus indicitur. *Gell. l.* 14. *c.* 1. *ad fin.* Ex quibus est Pacuvianum illud: Nam si qui, &c. *Tertull. de Pall. c.* 3. Pacuviana tessudo. *Id. c.* quæ a *Pacuvio* describitur. V. *Tardigradus*.

PACUVIUS, Poeta Latinus, Brundusinus, Ennii sorore uetus, floruit Urbis conditæ sæculo sexto, temporibus P. Scipionis Africani, & belli Punici secundi, vixitque ofque ad annum ætatis nonagesimum. Scripsit Tragœdias, quarum nunc exstant tantummodo fragmenta, gravitate sententiarum, verborum pondere, & auctoritate personarum clarissimus, ut ait *Quintil. l.* 10. *c.* 1. de eo simul, & de Accio loquens. Quod si nitor, & summa in excolendis operibus manus desideratur, magis videri potest temporibus, quam ipsi defuisse, inquit *Id. ibid.* & *Cic.* 1. *de opt. gen. Orat. c.* 1. In re quod optimum sit, quæritur, in homine dicitur, quod est. Itaque licet dicere & Ennium, summum epicum poetam, si cui ita videtur; & Pacuvium tragicum, & Cæcilium fortasse comicum. Hæc *Cic. Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 56. Ambigitur quoties, uter utro sit prior, aufert Pacuvius docti famam senis, Accius alti. *Cic. l. de Fin. c.* 2. Quis enim tam inimicus pene nomini Romano est, qui Ennii Medeam, aut Antiopam Pacuvii spernat, aut contemnat? *Vellej. l.* 2. *c.* 9. Clara etiam per idem ævi spatium fuere ingenia in Togatis Afranii, in Tragœdiis Pacuvii, atque Accii, usque in Græcorum ingeniorum comparationem evecti. ¶ Ad stilum, & locutionem quod attinet, eum tempora ipsa rudia fuerunt, tum vitio ipse suo male Latine locutus dicitur a *Cicer. in Bruto*, ubi cum locutionem emendatam in C. Lælii, & P. Scipione laudasset, ætatis, inquit, *cap.* 74. illius ista fuit laus, tanquam innocentiæ, sic Latine loquendi: nec omnium tamen, nam Illorum æquales Cæcilium, & Pacuvium male locutos videmus. sed omnes tum fere, qui nec extra urbem hanc viserant, nec eos aliqui barbaries domestica infuscaverat, recte loquebantur. Hæc *Cicero*. unde colligo, præcipuam in *Pacuvio* male loquendi causam fuisse, quod Brundusinus erat, non Romanus. Ab rudi & incompto carmine norat etiam *Martial. l.* 11. *epigr.* 91. Attonitusque legit *terras fragiferas*, Accius & quidquid Pacuvius vomunt. & *Pers. sat.* 1. *v.* 77. sunt, quos Pacuvius, & verruculosa moretur Antiopa, crummix cor lucificabile fulta. ¶ Sibi mortuo tale epitaphium inscribi jussit, quod *Gell. l.* 1. *c.* 24. dicit esse verecundissimum, & purissimum, dignumque ejus elegantissima gravitate: *Adolescens, tametsi properas, hoc te saxum rogat, Ut ad se adspicias, deinde quod scriptum est, legas. Hic sunt posita Pacuvii Marci sita Ossa. Hoc volebam nescias me esse. vale.* ¶ Etiam picturæ operem dedit: ejusque celebris tabula Romæ visebatur in æde Herculis in foro Boario, testi *Plin. l.* 35. *c.* 4.

PADÆI, orum, populi Indiæ extremæ, qui humana carne vescuntur. *Tibull. l.* 4. *carm.* 1. *v.* 145.

PADANUS, a, um, ad Padum pertinens, ut Padanæ silvæ; *Solin. c.* 20. (*al.* 33.) Padani culices, *Sidon. l.* 1. *ep.* 8.

PADI, orum, arbores piceæ, lingua Gallica. Hæ cum frequenter fiant circa fontes Padi amnis, inde nomen inditum fluvio quidam tendidem. *Plin. l.* 3. *c.* 16. *sub fin.*

PADUA, æ, f. *Padova*, idem ac Patavium. *Catull. carm.* 93. *de Cæsare*. At Veluti annales Paduam morientur ad ipsam. Ita referunt quidam Lexicographi. At optimorum Criticorum (qui hanc vocem Veteribus ignotam putant) alii leg. *Adsem morientur ad ipsum*. Alii *Capuam*. Alii *opusm purgentur ad ipsum*.

PADUS, di, m. Po, Ἠριδανος, maximus Italiæ fluvius, qui oritur in finibus Ligurum Vagiennorum, e gremio Vesuli montis, inter Alpes Cottias celsissimi, receptisque aliquot magnis fluviis, Ticino, Addua, Ollio, Mincio, Tanaro, Trebia, Duria, Sessite, Lambro, adhuc ad triginta, inter Ravennam, & Atriam, seu Hadriam multiplici ostio in Hadriaticum sinum influit. Accuratior describitur a *Plin. l.* 3. *c.* 16. *Virg.* 9. *Æn. v.* 680. Sive Padi ripis, Athesim seu propter amœnum. *Ovid.* 2. *Amor. el.* 17. *in fin.* Frigidus Eurotas, populiferque Padus.

PADUSA, æ, f. *il Po di Argenta*, fossa ex Pado Ravennam usque perducta. *Plin. l.* 3. *c.* 16. *Virg.* 11. *Æn. v.* 457. piscosove amne Padusæ.

PÆAN, ānis, m. Παιὰν, Apollo, ita dictus a *vuln*, vel qua ferim significat, quia sagittis pythonem confecit; vel quæ curare, mederi, quia medicinæ artis inventor habetur. Ita *Fest.* & *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 17. *Cic. 6. Verr. c.* 57. Signum Paanii ea ade Æsculapii fuisse. *Juvenal. sat.* 6. *v.* 171. Parce, precor, Paan, & tu depone sagittas. *Ovid. 14. Met. v.* 720. Et Paana vocat, nitidaque incingere lauro. ¶ Item hymnus in honorem Apollinis, aut etiam aliorum deorum: & in victoria cani solitus. *Virg.* 10. *Æn. v.* 738. Conclamant socii lætum paana secuti. *Val. Flacc. l.* 6. *v.* 512. Victores contra patrium paana Geloni Coegeminant. *Propert. l.* 3. *el.* 13. *v.* 42. victorque cavebat Paana Amphion rupe, Aracynthe, tua. *Stat. 8. Theb. v.* 224. Tum dulces Superos, atque omne ex ordine alumnum Numen, ubique sacri resonant paanes. & *lib.* 4. *v.* 157. Herculeum pæane canunt, vastatoque monstris Oœtæa. *Colum. l.* 10. *v.* 224. Delie te Paan, & te cuis cuie Paan.

PÆANTIADES. } V. *Peantius*.
PÆANTIUS. }

PÆDAGIUM. V. *Pædagogium*.

PÆDAGOGA, æ, f. quæ puellæ curam habet. *Hieronym. epist.* 12. *ad Gaudent. a med.* Sit ei magistra comes, pædagoga, custos.

PÆDAGOGANDUS, a, um, infructuosus, educandus, docendus. Pacuv. apud *Fest.* in *Reportio*. Depulsor mammæ pædagogandum accipit.

PÆDAGOGATUS, us, m. institutio, educatio. Est *Tertull. adversf. Valentin. cap.* 13.

PÆDAGOGIANUS, a, um, adject. qui est in Pædagogio, ut Pædagogianus puer; *Ammian. l.* 26. *c.* 6. (*al.* 27.) & *lib.* 29. *cap.* 3. (*al.* 28.)

PÆDAGOGIUM, ii, n. *abitazione de' paggi*, παιδαγωγεῖον, locus in ædibus, ubi servi pueriliz ætatis, & ad nobiliora, & delicatiora ministerie destinati, sub pædagogo versantur. *Plin. l.* 7. *ep.* 27. *a med.* Puer in pædagogio mixtus pluribus dormiebat. ¶ Metonymice ipsi pueri servi, vel cœtus, & velut collegium puerorum, qui sub pædagogo educantur, *i paggi*, *compagnia di paggi*. *Senec. de vita beata*, *c.* 17. Pædagogium pretiosa veste succingitur. *Id. epist.* 113. *ante med.* Omnium pædagogia nbita facie vehuntur, ut sol, ut frigus teneram cutem lædat. *Plin. l.* 33. *c.* 12. Jam vero pædagogia ad transitum virilitatis custodiantur argento. Adde *Sueton. in Ner. c.* 28. ubi notat Neronem non servilis, sed ingenuæ conditionis pædagogia habuisse (est qui leg. proagogia, προαγωγεῖα, perductiones, prostitutiones) Item *Ulpian. Dig. lib.* 37. *tit.* 7. *leg.* 20. *a med.* & *Tertull. in Apolog. c.* 13. *a med.* quæ congessit jam *Lipsius* in excursu B ad *lib.* 12. *Annal. Taciti*. Ii autem in allata *Plinii* epistola legi vult *puer e pædagogio*, non *in pædagogio*, quia negat pro loco unquam accipi, sed solum pro cœtu. Contra stat librorum consensus. Eodem *Plinii* loco *Catanæus* legebat *pædagonus*, quo significaretur locus, ubi servi quicumque degunt: a παῖς, quia servum significat, & *ago*, *is*.

PÆDAGOGUS, gi, m. *pedagogo*, *pedante*, παιδαγωγὸς, custos, & institutor pueri: a παῖς, puer, & ἀγωγὸς, institutor. *Cic. de Amic. c.* 20. Ita enim modo nutrices, & pædagogi jure vetustatis plurimum benevolentiæ postulabunt. *Senec. ep.* 89. *circa med.* Nam eum locum, qui monitionnes continet, sustulit, & pædagogi esse dixit, ono philosophi: tanquam quicquam aliud sit sapiens, quam humani generis pædagogus. ¶ Differunt autem pædagogus, & præceptor: nam hujus munus est puerum liberalibus institutum disciplinis: ille proprie custos est vitæ & morum. *Senec. 2. de Ira*, *c.* 12. Pertinebit ad rem, præceptores, pædagogosque pueris placidos dari. *Quintil. l.* 1. *c.* 1. (*al.* 1.) De pædagogis hoc amplius, ut aut sint eruditi plane, quam primam esse curam velim; aut se non esse eruditos sciant, &c. ¶ Lepide *pædagogus* dicitur a *Terent. Phorm. l.* 1. 94. adolescens, qui puellam in ludum ducere, & reducere amorit causa solebat. ¶ Adjective *Paulin. Nolan. carm.* 21. (*al.* 13.) *v.* 681. Hunc lacte primo per prophetarum ubera Lex pædagoga nutriat. ¶ Interdum pædagogus est in contemptu, ut apud Italos *pedante*. *Plaut. Pseud. l.* 5. 32. Hic dux, hic ille est pædagogus: hunc ego cupio excruciari. *Sueton. in Ner. c.* 37. Pato Thrasea objectus est tristior, & pædagogi vultus. ¶ Translate *Colum. l.* 1. *c.* 1. *a med.* M. Catonem Censorium memoremus, qui agricolationem Latine loqui primus instituit: post hunc duos Sasernas, deinde Scrofam Tremellium, &c. Nec postremo, quasi pædagogi ejus, meminisse dedignemur Julii Hygini, &c. *Suet. in Galba c.* 14. Regebatur trium arbitrio, quos una habitantes, nec unquam' non adhærentes, pædagogos vulgo vocabant. *Senec. ep.* 50. pædagogum vocat servum, qui cæco pro baculo est, eumque huc illuc manu ducit. *Id. epist.* 110. Unicuique nostrum pædagogum dari deum inferimis notæ, &c.

PÆDEROS, otis, f. *vaillopur*, gemma est, in qua coeunt intus translucida crystallus, viridis sub modo aer, simulque purpura, & quidam vini, & croci nitor, sed puepum coronatus, & hit pariter omnibus: nec gemmarum ulla est liquidior, captus jucunda vanitate oculis. *Plin. l.* 37. *c.* 9. ¶ Item genus amethysti, cui in suspectu inest nitor quidam leviter roseus velut ex carbunculo refulgens. *Id. ibid.* ¶ Etiam opalus gemma sic vocatur a multis propter eximiam gratiam. *Id. ibid. c.* 6. ¶ Item genus acanthi lævis. *Id. l.* 22. *c.* 22.

PÆDICATOR, oris, m. pudico. *Calvus Licin.* apud *Sueton. in Cæs. c.* 49.

PÆDICO, onis, m. παιδεραστὴς, πυγιστὴς, turpis ac detestabilis amator. *Martial. &c.*

PÆDICO, as, n. 1. πυγίζω, turpiter sum. *Martial. Catull. &c.* Si antiquus esset Auctor carminis illius, quod inter Priapeia est sexagesimus septimus, dici posset, Veteres sine diphthongo scripsisse. Inquit enim: *Penelopes primam Didonis prima sequatur*, Et primam Cani syllaba prima Remi. *Voss. in Etymol.*

PÆDIDOS, sordidos significant atque obsolescunt: tractum vocabulum a Græco, quia παῖδες, id est pueri, talis sint ætatis, ut a sordibus nesciant abstinere. *Paul. ex Fest. Lucil.* apud *Non. c.* 2. *n.* 743. Quod deformi senex, quod pædidos, ac podagrosus. Al. leg. *perdatur*. *Perron. in Satyr. c.* 34. Pædidissimi servi.

PÆDIDOSUS. V. *Pedicosus*.

PÆDOR, oris, m. *squallidezza*, ῥύπος, squalor, illuvies, sordes, pulvis ex pauperiate, aut morbo, aut carcere, aut negligentia cultus. *Verus* pene apud *Cicer. 3. Tuscul. c.* 12. Situ sidoris barba pædore horrida. *Lucret. l.* 6. *v.* 1166. Languida femininno cum corpore mem-

membra videres Horrida pædore . *Senec. in Agam. v. 991.* Inops , agens , incluſa , pædore obſita . *Id. in Herc. Oet. v. 302.* Ceſſere vultus penitus , & pædor ſedet . *Id. in Oedip. v. 615.* Pædore fœdo ſqualidam obtentus comam . *Lucan. l. 2. v. 72.* mox vincula ſarri Exedere ſenem , longuſque in carcere pædor . *Tacit. 6. Annal. c. 44.* Neque exuarat pædorem , ut vulgum miſeratione adverteret.

PÆMENTUM , ti , n. Vet. Inſcript. apud *Gruter. pag. 102. n. 1.* Spei aram cum pæmento ſomnio monitus ſumtu ſuo D. D. *i. e.* pavimento , quod legi videtur in Inſcript. ſimili *ibid. pag. 39. n. 4.* cum addito *marmoreo*.

PÆMINOSUS , a , um . *Varr. l. 1. R. R. c. 51.* Aream eſſe oportet ſolida terra pavitam , maxime ſi aſt argilla , ne æſtu pæminoſa , in rimia ejus guana obliteſcant . *i. e.* arens , hiſcens , rimoſa , ſi ad aream referas : ſi vero ad grana , fordida , ſqualida , ſitu corrupta , & mali odoris . *Non. c. 2. n. 722.* a pædore ducit , & in *Varrone* pro *æſtu* legit *ſitu* : alii *rimoſa* : alii etiam *pœnimoſa*.

PÆNE , *quaſi , per pœne , παρὰ τὸν πάνυ , vel ἀπὸ τοῦ πανύστατος* , fere , quaſi , prope , propemodum . *Cic. Fam. 1. ep. 4.* Eo die acerbum habuimus Curionem , Bibulum multo juſtiorem , pæne etiam amicum . *Id. Attic. l. 15. ep. 1.* Ibi pæne valentem aideram Piliam . *& lib. 5. ep. 20. a med.* Brutum non minus amo , quam tu : pæne diai , quam te . *Id. pro Roſc. Com. cap 6.* Judicia ſummæ exiſtimationis , & pæne dicam capitis . *Id. 3. de Legib. cap. 18.* Actor fingit non modo menſes & enluntatas , ſed pæne vultus eorum , apud quos agit . *Cæſ. l. 6. B. Gall. c. 10.* Non ſolum in omnibus civitatibus , ſed pæne etiam in ſingulis domibus factiones ſunt . *Terent. Heaut. 4. 6. 10.* Quam pæne res me perdidit proſervitas ? *Id. Phorm. 5. 3. 14.* Hui , video uxorem , pæna plus , quam ſat erat . *Ovid. Heroid. ep. 18. v. 179.* Pæne mann quod amo (tanta eſt vicinia) tango : Sæpa ſed , heu ! lacrymas hoc mihi pæne movet. *Id. 4. ex Pont. ep. 12. v. 20.* Pæne mihi puero cognire pæne puer . ¶ Qui *pene* ſcribuot ſine diphthongo , invitis lepidibus id faciunt , antiquia libris , *Manutio , Cellario , Douſquæ* . ¶ Ea hoc *Priſcian. l. 3. pag. 608.* & *lib. 15. pag. 1005.* Paſch. derivat ſuperlat. *penuſſime* : de quo V. in *Penitus* adverb.

PÆNINSULA , æ , ſ. *peninſola , χερρόνησος* : terra undique fere aquis clauſa , una tantum parte , eaque angulta continenti adhærans : a *pene* , & *inſula* , quia quaſi inſula eſt . nem inſula undique omnino aquis cingitur . Cetaſt. *carm. 32.* Pæninſulaeum , Sirmin , inſularumque noelle . *Plin. l. 3. c. 10.* Quem locum occaerens Tarinæus finus pæninſulam efficit . ¶ Scribitur & *peninſula*.

PÆNULA , & Penula , æ , ſ. *gabbano da inverno , e da pioggia , palandrano , cappuccio* , veſtis ſpiſſa , & fere villoſa , quæ ſupra tunicam induitur , frigori , & pluviæ arcenda . Sunt , qui ducunt a Græca voca allata , & per *æ* ſcribunt : quibus favet *Mœnon.* lapidem antiquum afferens , qui exſtat etiam apud *Gruter. pag. 715. n. 11.* Adde aliam inſia in *Pandectis* . Alii origine Latinam eſſe ajunt , & Græcam vocem ea ea factam ; & per ſimplex *e* ſcribi volunt : a quibus ſtat *Douſquius* : & in *epiſt. Pauli , a. ad Timoth. c. 4. v. 13. φελόνης* , & *in Gloſſ.* etiam φαιλόνιον habetur . Forma pænulæ fuit rotunda , undiqua clauſa , adſtrictior & brevior , quam toga , ſine manicis , & brachia quoque ipſa protegens , ſi demitterentur (unde *Cic. pro Mil. c. 20.* Cum pænula irretitus , ihoda impeditus , uxore pæne conſtrictus effet .) ſi vero exferero opus eſſet , ab inferiori parte ejus ora utrinque cattillebatur . *Pompon.* apud *Non. c. 14. n. 3.* Pænulam in caput induce , ne te noſeat . Quod *Plin.* ſcribit *l. 24. c. 15. ad fin.* barbam cantuculum ſolia habere ad ſimilitudinem capitia pænularum , ſignificari videtur fuiſſe pænulis adfutum aliquid circa collum , qun caput protegi poſſet . ¶ Materia fuit vel lanea , vel ſcortea , ſeu a cotio . Laneæ pænulæ villo breviore fuerunt . *Martial. l. 14. epigr. 145.* cujus lemma *Pænula gauſapina* . In mihi candor ineſt , illorum gratia tanta , Ut ma vel media ſumera meſſa velis . *l. c.* madiis caloribus , quia pænula veſtia arat gravius , & hiberna . Unde *Horat. l. 1. ep. 11. v. 27.* Incolumi Rhodos , aut Mitylana pulcra facit , quod Pænula ſolſtitio , campeſtre nivalibus auris . *Plin. l. 8. c. 48.* Lanæ Appulæ breves villo , nec niſi pænulis celebres . De ſcortris *Martial. l. 14. epigr. 130.* cujus lemma , *Pænula ſcortea* : Ingrediare viam cælo licet uſqua ſereno , Ad ſubitas nunquam ſcortea deſit aquas . *Senec.* tamen pænulam a ſcortea diſtinguit *l. 4. quæſt. nat. c. 6.* Hi cum ſignum dediſſent , adeſſa jam grandinem , quid exſpectas ? ne homines ad pænulas diſcurrerent , aut ad ſcorteas ? Hoc ideo , quia *pænula* nomine fere lanea intelligitur . Uſus fuit primo extra Urbem in itinere , frigoria aut pluviæ cauſa , ut dictum eſt : deinde aitam in Urbe iiſdem de cauſis laneæ pænulæ geſtari cœptæ . *Juvenal. ſat. 5. v. 76.* Scilicet hoc fuerat , propter quod ſæpe , relicta Conjuge , per montem adverſum gelidaſque cacurri Eſquilias , fremeret ſæve cum grandine vernus Jupiter , & multo ſtillaret pænula nimbo . *Varr.* apud *Non. c. 14. n. 3.* Non quærenda aſt homini , qui habet virtutem , pænula in imbri . ¶ Fuit veſtis commoda virorum & mulierum . *Ulpian. Dig. lib. 34. tit. 2. leg. 24. ad fin.* Communia veſtimenta ſunt , quibus promiſcue utitur mulier cum viro , veluti ſi ejuſmodi pænula , palliumve eſt , &c. *Quintil. l. 8. c. 3. a med.* Cum Hirtius in Panſem declamans , *ſi lium a matre decem menſibus in utero latum eſſa diciſſet , quid ? alia , inquit Cicero , in pænula ſolent ferre ? Lamprid. de Alex. Severo , c. 27.* Pænulis intra Urbem frigoris cauſa ut ſenes uterentur , permiſit , cum id veſtimenti genus ſemper itinerarium , aut pluviæ fuiſſet . Matronas tamen intra Urbem pænulis uti vetuit . ¶ Servos quoque & milites , & pueros pænula uſos , obſervavit *Lipſ. l. 1. electior. 1. 25.* 22 *Senec. l. 3. de benef. c. 28.* & *lib. 5. c. 24.* ¶ Quo tempore mos obtinuerat , ut in Urbe pænula geſtarentur , aliquando & oratores in foro cauſas agentes iis uſi leguntur : quod tamen brevi ſublatum puto . *Aufl. dial. de Oratorib.* quem alii *Tacito* , alii *Quintil.* tribuunt , *cap. 39.* Quantum humilitatis putamus eloquentiæ attuliſſe pænulas iſtas , quibus adſtricti , & velut incluſi cum judicibus fabulamur ? ¶ Plura V. apud *Ferrar. de re vestiar. per. 2. l. 2. &c.* ¶ *Pænulam alicui ſcindere* dicitur , qui hoſpitem impenſius invitat , & pæna cogit , ut apud ſe maneat . *Cic. Attic. l. 13. ep. 33.* De Varrona loquebamur : lupus in fabula . Venit enim ad me , & quidem id tamporis , ut retinendus eſſet . ſed agi ita ego , ut non ſcinderem pænulam . (*nil trafſi pel ferrajuolo* .) Paulo poſt C. Capito cum T. Carrione . horum ego via attigi pænulam : tamen remanſerunt . *non ſi fecero ſtrettoio i panni* . ¶ Pro catachreſim ponitur pro quocumque integumento , aut invalucro . *Varr.* apud *Non. c. 6. n. 3.* Cum corrigias diſruptas tenet , pænula reliquum pedem ſcortea pertegere . *Martial. epigr. 1. l. 24.* Na toga cordylis , & pænula deſit olivia . *Vitruv. l. 10. c. 12. de machin. Ctesibica* . Supte canium pænula , ut infundibulum inverſum , eſt attamperata , &c. *l. c.* nperculum . Inſcript. apud *Murator. pag. 339. n. 2.* Pro ſalute Imp. Cæſ. M. Aur. Aotonini Aug tectum porticus cum ſuis columnis & pænul. duab. & oper. tect. Sex. Virejus , &c.

PÆNULARIUS , a , um , ad pænulam pertinens . *Pannicrum* inquit *Non. c. 2. n. 618.* aſt quaſi theca & nagina pænulæ : affartqua locum *Novii* in eam rem . *Pænularius* aſt pænularum artifex , aut venditor . *Inſcript.* apud *Murator. pag. 907. n. 2.* C. Julius L. A. Pænularius . Adde alium apud *Gruter. pag. 646. n. 5.* & V. *Pannularius* .

PÆNULATUS , & Penulatus , pænule indutus . *Cic. pro Mil. c. 20.* & 20. Cum hic cum naare veheratur in ihoda , pænulatus . *Senec. l. 3. de benef. c. 28. ad fin.* Quo te pænulati iſti , in militum , & quidem non vulgarem cultum ſubornati ? quo , inquam , te iſti effecturus ?

PÆNULEUS , & Penuleus , a , um , adject. a pænula . *Lamprid. in Anton. Diadumen. c. 2.* Pannerat pænulas populo caloria roſei dare Maximus in honorem filii ſui , qua vocarentur Antoninianæ , ut Catacallæ Baſſiani dictæ ſunt , aſſerens melius filium ſuum Pænuleum , vel Penularium dicendum , quam Caracallus eſſet dictus Baſſianus.

PÆNULTIMUS , a , um , *antepenultimus , penultimus , παραπαίτατος* , qui aſt pæna ultimus , qui ultimum proxime præcedit . *Gell. l. 4. c. 7.* Pænultimam circumflectere . *Auſon. in eclogar. quæ Cal. ſint mea. v. 12.* Sextilis , Junius , atque Aprilis , poſt quos pænultima meta November . Adde *Hieronym. epiſt. 13. ad Paulin. ad fin.* & *Macrob. l. 2. in ſomn. Scip. c. 4.* ¶ Scribitur & Diviſum . *Auſon. in Technopæg. de Ister. monoſyllab. 10 fin.* Furca tricorniigera ſpecia pæne ultima ſum ☿.

PÆNURIA . V. *Penuria*.

PÆON , nnis ; *a paeris* , pes quadrifyllabus tribus breuibus conſtans , & longa , ſive hæc ſit initio , ut *cantemus* , ſive ſecundo loco , ut *calamus* , ſive tertio ut *recudiſſet* , ſive poſtremo , ut *celeritas* . totidam enim ejus ſpecies tradunt *Diomed. l. 3. pag. 477.* Pauſch. *Donat. edit. 2. pag 1739. Mar. Victorin. pag. 1957.* & alii . *Cicero* autem loco mox laudando duas tantum agnoſcit , primam , & ultimam . Habet locum maxime in numero oratorio : qua de re *Cic. in Orat. c. 64.* & *lib. 3. de Orat. c. 47.* & *Quintil. l. 9. c. 4.*

PÆONIA , æ , ſ. *peonia , παιωνία* , herba naſcens in opacis montium , caula inter folie digitorum quntuor , ferente in cacumine velut Græcas nuces quatuor , aut quinque , in quibus ineſt ſamen copioſum , rubrum , nigrumque . Nomen habet a Pæone medico inventore . *Plin. l. 25. c. 4.* ¶ Item regio ſaptemtrionalis Macedoniæ , Mœſiæ finitima . *Plin. l. 4. c. 10.* & *lib. 8. c. 15.* ¶ Item ipſa Emathia . *Liv. l. 40. c. 3.* & *Juſtin. l. 7. c. 1.*

PÆONES , um , Παίονες , populi Pæoniæ , qui late etiam ſumuntur a Poetis pro Macedonibus , aut Illyriis . *Ovid. 2. ex Pont. ep. 2. v. 77.* Adde triumphatos modo Pæones . *Id. 5. Met. v. 313.* Val nos Emathia ad Pæonas uſqua niveſos Cedamne campia .

PÆONICUS , a , um , ad pæonem pedem pertinens , ut Pæonicum metrum , apud *Diomed. l. 3. pag. 506.* Pauſch.

PÆONIS , idia , ſ. Παιονίς , quæ eſt a Pæonia . *Ovid. 5. Met. v. 303.* Pæonis Europe mater fuit .

PÆONIUS , a , um , Παιώνιος , ad Pæones , & Pæoniam regionem pertinens , ut Pæonia gentes , *Plin. l. 4. c. 10.* ¶ Rafertur etiam vel ad pæoniam herbam , cujus vis in medicina celebris , vel ad Pæonem medicum , ejus inventorem , vel ad Apollinem auctorem medicinæ artis , qui non ſolum Παιάν , ſed etiam Παιὼν dicitur . *Virg. 7. Æn. v. 768.* ſuperas cæli veniſſe ſub auras , Pæoniis revocatum herbis , & amare Dianæ . *& lib. 12. v. 401.* illa retorto Pæonium in morem ſenior ſuccinctus amictu , Multa manu medica , &c. *Ovid. 15. Met. v. 534.* Nec niſi Apollineæ nalido medicamine prolia Reddta vita foret , quam poſtquem fortibus herbis , Atque ope Pæonia , Dite indignante , recepi , &c. *Sil. l. 14. v. 27. de Scipio* . Hic & Pæonios arcaeo ſulphure fontes . *l. c.* medicam vim habentes , ſalebres . Sic *Claudian. de Apono , v. 67.* Salve Pæoniæ largitor nobilis undæ . *Id. de B. Get. v. 121.* Ulcera Pæoniæ tractat ſolertia curæ . *Id. de II. conſul. Stilich. v. 172.* vectumque per undas Inſula Pæonium taxit Tiberina deoramen . *l. 2. a.* Æſculapium ſub forma ſerpentis , de quo *Ovid. 15. Met. v. 622.* & *frequentib. Rhemn. Fann. de pondcrib. & menſur. v. 1.* Pondara Pæonis veterum memorata libellis . *l. c.* in medicorum libris .

PÆSTANUS , a , um , ad Pæſtum pertinens . *Cic. 16. Attic. ep. 6.* Pæſtanus finus . *Ovid. 2. ex Pont. ep. 4. v. 28.* Calthaque Pæſtanas vincat odora roſas . *Martial. l. 9. epigr. 27.* Pæſtano vinlat & cana liguſtra colono , Hyblæis apibus Corſica mella dabit . *Id. l. 4. epigr. 60.* Pæſtana rure .

PÆSTUM , i ; *a. Peſto , Peſti , Ποσειδωνία* , olim urbs , nunc vicus Luca-

niæ litorelis, ubi ob cæli clementiem bis in anno fructus producebatur, Majo, & Septembri. Fuit præſertim roſarum abundantiſſima. *Ovid. Met. l.* 15. *v.* 708. Leucoſiamque petit, tepidique roſaria Pæſti. *Virg. 4. Georg. v.* 119. luſerique roſaria Pæſti. *Propert. l.* 4. *el.* 5. *v.* 59. odorati victura roſaria Pæſti.

PÆTULUS, a, um, *guercicotto*, diminut. a Pætus. *Cic. c. de nat. Deor. c.* 29. Redeo ad deos; equos ſi non tam ſtrabones, at pætulos eſſe arbitramur?

PÆTUS, a, um, *guercio*, (*in* Gloſſar. eſt παρὰ τὸν ἐπαινον) *ſtrabismoſo*, qui oculos habet leviter obliquatos, & tranſverſa tuentes, ita tamen ut ad ſtrabonem non acceder. hæc enim formam vitiat, non illud: quin immo ſolent puellæ interdum affectare, ut pætæ videantur, dum videntes non videre videri volunt. Hinc *pæta* dicta eſt ipſa Venus: & ſi ſit alicui filius ſtrabo, pætus dici ſolet, vitii minuendi cauſa. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *ſect.* 55. Uni animalium homini depravantur oculi: unde Strabonum, & Pætorum cognomina. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. *v.* 45. ſtrabonem Appellat pætum pater; & pullum, male parvus Si cui filius eſt. *Auſt. Priap. carm.* 37. Miserve flavo lumine eſt, Venus pæto. *Varr.* apud *Priſcian. l.* 6. *pag.* 684. *Putſch.* Non hæc res de Venere pæta ſtrabam facit? Adde *Plaut. in fragm.* apud *Feſt.* in *Valgus*, & *Ovid. 2. de ar. ama. v.* 655 ubi tamen *Heinſ.* pro *pæta* legit *ſtraba*, approbantibus aliis.

PAGANALIA, ium, *ſagrifizi*, feſta paganorum: de quibus *Ovid. 1. Faſt. v.* 669. Pagus agat feſtum: pagum luſtrate coloni, Et date paganis annua liba focis. *Varr. l.* 5. *de L. L. c.* 3. *ad fin.* Feriæ non populi, ſed montanorum modo, ut Paganalibus, qui ſunt alicujus pagi. *Macrob. l. c. Saturn. c.* 16. annumerat inter ſacras conceptives.

PAGANICUS, a, um, ad pagum pertinens, *Paganico feria*, quæ in pago agitabantur. *Varr. l.* 5. *de L. L. c.* 3. *ſub fin.* Paganicæ feriæ, agriculturæ cauſa ſuſceptæ, ut haberet in agris omnis pagus. *Inſcript.* apud *Gruter. pag. ccc. n.* 11. Jovi Paganico ſacr. &c. *b. r.* qui in pagis colebatur. ¶ *Paganicum peculium*, quod ex prædiis, aliiſque ruſticis reditibus provenit: cui oppoſitur caſtrenſe. *Imp. Antonin. l.* 6. *Cod. tit.* 21. *lex.* 1. Frater tuus miles & te ſpeciabiter in bonis, quæ in paganico habeant, heredem fecit, bona quæ in caſtris reliquit, petere non potes. ¶ *Pila paganica*, quæ & *pagani* abſolute, erat pila luſoria pluma farcta, major trigone & mollior, ſolle minor, ſed durior, ſeu arctior & firmine, in pagis inventa ad voluptatem ruſticorum; deinde in urbes translata, & frequentata in gymnaſiis, præſertim ante balneas. *Martial. l.* 14. *epigr.* 45. cui titulus *Pila paganica*. Hæc, quæ difficilis turget paganica pluma, Solle minus laxa eſt, & mieus arcta pila. *Id. l.* 7. *epigr.* 31. Non pila, non ſollis, non te paganica thermis Præparat.

PAGANITAS, atis, ſ. *Paganeſimo*, Paganorum ſuperſtitio. *Impp. Theodoſ. & Valentin. lib.* 15. *Cod. Theodoſ. tit.* 5. *leg. ult.* Stolidæ paganitatis errore atque ſalaoia detinari. V. vocem ſequent.

PAGANUS, a, um, *di villaggio*, *contadino*, ad pagum pertineos. *Ovid. 1. Faſt. v.* 670. Et date paganis annua liba foris. *Plin. l.* eſt. *c. c. ſub fin.* Pagana lege in pierique Italiæ prædiis cavetur, ne per temera ambulantes, &c. ¶ *Paganus*, *ruſtico*, qui in pagis habitat, *che ſta in villa*. *Cic. pro Dom. c.* 28. Nullum eſt in hac urbe collegium, nulli pagani, aut montani, qui, &c. *Hor. de B. Alex. c.* 36. Juſſit paganos, & oppidanos in iis locis obverſari. ¶ *Pagani ſæpe* opponuntur militibus. Nam in pagis qui vivunt, otioſam ſecuramque vitam ducunt, remoti a curis publicis, ac laboribus. Paganus ergo eſt, qui non militat, ataminè in urbe vivat, *civilmente*. *Plin. l.* 10. *ep.* 18. Apud me & milites, & pagani certatim ei teſtimonium retribuerunt. *Juvenal. ſat.* 16. *verſ.* 33. citius ſiſſum producere teſtem Contie paganum poſſis, quam vera loquentem Contra fortunam armati. *Sueton. in Galb. c.* 19. In horum uſque proceſſit. Ibi equites cum per publicum, dimota pacenorum turba, equos adegiſſent, &c. *b. c.* plebis, aut civium. Adde JCtos in multis Digeſtor. locis. Hinc *pagani* per contumeliam dicuntur milites ſegnes, & virtutis militaris obliti, & urbis otio, commodiſque dediti: quemadmodum Quirites dicti ſunt olim a C. Cæſare, apud *Suetom. c.* 70. & ab Alex. Severo apud *Lamprid. c.* 52. *Tacit. 3. Hiſtor. c.* 24. Mox infenſus Prætorianis, vos, inquit, niſi vincitis pagani, quis alius imperator. quæ caſtra alia accipiet? ¶ Etiam peculium paganum, & caſtrenſe, tanquam diverſi generis, opponuntur. *Imp. Juſtinian. lib.* 3. *Cod. tit.* 28. *leg. ult.* Val paganum eſt peculium, vel caſtrenſe, vel quod medietatem inter utrumque obtinet, quod quaſi caſtrenſa nuncupatur. ¶ Translate *Plin. in ſ. op.* 25. *l.* 7. Sunt enim, ut in caſtris, ſic etiam in litteris anſus plures cuiru pagano, quos cinctos & armatos, & quidem ardentiſſimo ingenio, diligenter ſcrutatus invenies. *b. c.* latentes quidem in ſacceſſu etque otio, nec profectos palam ſe litterarum ſtudioſos, doctos tamen, & eruditos. Hinc *Perſ. in prol. v.* 6. ſe ipſum *ſemipaganum* dicit, quaſi non plane in caſtris Poetarum meretenti ſtipendia, ſed quaſi ſemipoetam. Niſi malis intelligere ſemidoctum, quia in pagis degentes ſolent eſſe rudiores. ¶ Apud Eccleſiaſticos Scriptores *paganus* eſt, qui Gentilium ſuperſtitionem retinet, & falſos deos colit, quia cum Chriſtiana religio paſſim vigere cœpit in urbibus, in ſolis pagis, & villis illa ſervabatur: vel quia Gentiles non militant ſub duce JESU CHRISTO. *Tertull. de ſpect. mal. c.* 11. *a med.* Apud hunc (JESUM) iam miles eſt paganus fidelis, quam paganus eſt miles infidelis. *Hieronym. in Pſalm.* 41. Pagani deos ſuos digito offendunt. *Auguſtin. lib. c. Retract. cap.* 43. Deorum falſorum, multorumque cultores, Paganos vocamus. Sic *Prudent. in Romano* (*περιſτεφ. 14.*) *v.* 206. Non erubeſcis ſtalte, pago dedite, Te tanta ſemper perdidiſſe obſcena, Quæ dis ineptus obtuliſti talibus? *& lib. 2. adverſ. Symmach. v.* 450. Sint hæc barbaricis gentilia numina pagis, &c. V. *Deſider. Herold. initio animadverſion. in Arnob.*

PAGASÆ, arum, ſ. *Armiro*, Παγασαί, oppidum Theſſaliæ maritimum, poſtea Demetrias dictum, in quo navis Argo fabricata fuit. *Plin. l.* 4. *c.* 8. *Val. Flacc. l.* 8. *v.* 451. Si Pagaſas, vel Peliacas hoc denique nubes Cerneret. ¶ In ſing. num. *Propert. lib. c. eleg.* 20. *verſ.* 27. Namque ſatuet olim Pagaſæ navalibus Argo Egreſſam longe Phaſidos iſſe viam. *Pompon. Mel. lib.* 2. *cap.* 3. Urbem Pagaſam ampleaus, &c.

PAGASÆUS, a, um, Παγασαῖος, ad Pagaſas pertinens, & ad navem Argo. *Ovid. l.* 5. *Faſt. v.* 401. Pagaſæi colles. *Pomp. Mela l. c. c.* 3. Pagaſæus ſinus. *il golfo d'Armiro*. Rurſus *Ovid. initio l.* 7. *Met.* Jamque freturn Miayæ Pagaſæa puppe ſecabam. *& lib.* 13. *v.* 24. Pegaſæa carina. *& lib.* 12. *v.* 412. Pagaſæa ſilva. *Id. 1. Faſt. v.* 401. *& lib.* 8. *Met. v.* 349. Pagaſæus Iaſon. *b. c.* qui fuit dux Argonautarum. *Id.* 3. *de ar. am. v.* 19. Feta Pheretiadæ conjux Pagaſa redamit. *b. c.* Alceſtis filia Peliæ regis Theſſaliæ, uxor Admeti Pheretis filii. V. *Alceſte*, & *Admetus*.

PAGASEIUS, a, um, Pagaſæus. *Val. Flacc. l.* 1. *v.* 422. & Œbalium Pagaſeia puppis clumnum Spectet.

PAGASICUS, a, um, Pagaſæus, ut Pagaſicus ſinus, *il golfo d'Armiro*, *Plin. l.* 4. *c.* 8. *&* 15.

PAGATIM, adverb. *nelli villaggi*, per ſingulos pagos, ut *oppidatim* per ſingula oppida. *Liv. l.* 31. *c.* 26. *ad fin.* Templa deum, quæ pagatim ſacrata habebant.

PAGELLA, æ, ſ. *paginetta*, *facciata*, *carta*, parva pagina. *Cic. Fam. ep. epiſt.* 65. Sed quid ego? non imitor *Annæum* tuum: altere jam pagella procedit. Vince, & vale.

PAGES, is, ſ. compages, compactio. Affert *Neu. c.* 2. *v.* 327. Sed ſine ulla ſcriptoris auctoritate.

PAGINA, æ, ſ. *carta*, *foglio*, *facciata*, *pagina*, *ſcritt*, charta, vel pars chartæ: a *pago* pm *pago*, quia charta fit ex pluribus, ſeu tunicis papyri compactis, & compreſſis. *Plin. l.* 13. *cap.* 11. *a med.* Sed ratio deprehendit vitium, unius ſchedæ revulſione plures infectanta paginas. *Cic. Q. Fr. l. c. ep.* 2. *c.* 3. Nam cum hæc pagina tenerem, L. Flavius ad me venit, &c. *Id. l.* 13. *ad Attic. ep.* 34. Sed complere paginam volui. *Plin. l.* 8. *c.* 5. Hinc Cenſorium legum pagina, interdictaque cœnis abdomina. ¶ Metonymice dicitur de ſcriptis. *Cic. 16. Fam. epiſt.* 4. Varie ſum affectus tois litteris: valde priore pagina perturbatus, paulum altere recreetus. *Id. 6. Attic. ep. c. ante med.* Quoniam reſpondi poſtremæ tuæ paginæ prima mes, nunc ad primam revertar tuam. *Martial. l. c. epigr.* 5. Laſcina eſt nobis pagina, vita proba. ¶ *Paginam utramque facere* dicitur, cujus tanta eſt in re aliqua vis & potentia, ut omnia illi tribuantur, ſive proſpera, ſive adverſa: ſumpta metaphora a mercatorum libris, in quibus altera pagina expenſum, altera acceptum oſtendit. Sic in rebus humanis fortuna utramque facit paginam, id eſt ſi quid homini ſuccedit, ea laudatur, quaſi dederit; ſi quid mali evenit, incruſtur & damnatur. *Plin. l. c. c.* 7. *a med.* Hinc omnia ſeruntur accepta, & ie tota retione mortalium ſola utramque paginam facit. ¶ In vineis *pagina* videtur eſſe area, ſeu ſpatium interjectum inter certum numerum jugetarum vitium: fortaſſe quie vitibus ita diſpoſitis, ſpatium illud figuram orthogonium refert, qualis eſt in pagina. Vel ſumitur *pagina* a *pangendo*, h. e. plantando, pro certo numero vitium conſitarum, *una piantata*. *Plin. l.* 17. *c.* 22. Semper vem quintanis ſeminari, hoc eſt ut quinta quoque palo ſingulæ jugo paginæ jocludantur. ¶ *Pagina marmorea* eſt lamina e marmore, pagina figura. *Pallad. in Mart. tit.* 22. *de pavimentis*. Tuno ſedellas latinres, vel tabellas quaſcumque marmoreas, aut pagines imprimemus: & hanc conſtructionem res nulla vitiabit. ¶ In ſilu *Plin. l.* 16. *c.* 42. Firmiſſima in rectum abies. Eadem valvarum paginis, & ad quæcumque libeat intrâna opere exquiſima. *pagina* fuat (ita enim legi in MSS. & opt. lib. teſtantur *Harduin. & Salmaſ. ad Solin.* in aliis eſt *repagulis*) ipſæ valvæ, inquit *Salmaſ.* quæ complicantur inſtar paginarum, & replicantur. *Hardoin.* vero intelligit ipſos aſſeres, quibus valvæ compinguntur, & veluti compaginantur. *Vitruv.* vocat *pagmentum*.

PAGINATUS, a, um, compactus, ab inuſitato *pagino* pro *pango*. *Paulin. in Jambo ad Cythet.* ſeu *carm.* 21. *v.* 353. Solidoque navem paginaram robore.

PAGINULA, æ, ſ. *ſcrittura*, dimin. a *pagina*. *Cic. Attic. l.* 4. *ep.* 8. Ut non minus longas jam in codicillorum factis futurorum conſulum pæginulas habeas, quam factarum.

PAGMENTUM, ti, n. compactio, & ipſa materia compacta, ſeu impacta & infixa. *Vitruv. l.* 4. *c.* 6. *ad fin.* Qui ſunt ante ſecundum pagmentum.

PAGO, is, n. 3. idem quod pango, & pacifcor: a Dorico πάγω pro πήγνυμι, unde πάγνυμι, hgo, compingo, compono. *Priſcian. lib. c. pag.* 894. *Putſch.* Antiqui *pago* dicebant pro *pacifcor*. *Auſt. ad Herenn. l. c. c.* 13. *ad fin. ex leg.* XII. *Tab.* ut conſtat ex *Quintil. l.* 1. *c.* 6. (*al.* 10.) Rem ubi paguut, orato: ni paguut, in comitio aut in foro ente meridiem cauſam comicito. *Al.* conſito. *b. c.* quo in loco litigatores pacifcuntur, ibi orato, ſeu cauſam agito: ſi nullum pactum interceſſit, in comitio, aut in foro agito. V. *Gell. l.* 17. *c. c.* ¶ Ea hoc eſt præteritum *pepigi*, ut *Quintil. docet loc. cit.* Item *pegi*, ut *Priſcian.* tradit *lor. cit.* V. *Pango*.

PAGRUS, & Phagrus, i, m. πάγρος, & πάγρος, piſcis marinus, & fluviatilis, de quo *Plin. l.* 9. *c.* 16. Prægelidam hiemem umores ſentiunt, ſed maxime qui lapidem in capita habere exiſtimantur, ut lupi, chromes, ſciænæ, pagri. *Id. l.* 32. *c.* 10. Pagri fluviatilis longiſſimus deus capillo adaligatus.

PA-

PAGUR, piſcis idem forteſſe qui pagrus. *Ovid. in Halieut. verſ.* 107. Et rutilus pagur, & fulvi ſynodontes, & ex ſe Concipiens chaone.

PAGURUS, i, us. *granciporro*, πάγουρος, marinus piſcis ex genere cancrorum, ut *Plin.* docet *l.* 9. *c.* 31. & *Pallad. l.* 1. *tit.* 35.

PAGUS, i, *m. villaggio, caſale, borgo, vicus*, plures vici, aut villæ ſimul poſitæ, nullo mœnium ambitu: a πήγνυμι Dorico pro πήγνυμι, ſons, ut *Feſt.* & *Servius ad* 2. *Georg. v.* 382. docent, quia circa fontes villæ condi conſueverunt. Differt a vico, ut totum a parte, quia vicus pluribus caſis, pagus pluribus vicis conſtat. Interdum & pro vico ponitur. *Virg. loc. cit.* Præmiaque ingentis pagos & compita circum Thebidæ poſuere. *Tacit.* 1. *Ann. c.* 56. Reliqui omiſſis pagis viciſque, in ſilvas diſparguntur. ¶ Metonymica ipſi pagi incolæ. *Horat. l.* 3. *od.* 18. *v.* 11. Feſtus in pratis vacat otioſo Cum bove pagus. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 669. Pagus agat feſtum: pagum luſtrate coloni. ¶ Germaniæ, & Galliæ populi, eorumque regio in pagos dividebatur, qui erant pars ampla regionis, oppida non una, vicos, pagoſque compleaa, quæ nomus, præfectura, tribus, aut etiam provincia dici poſſet. Itaque apud *Cæſ. de B. Gall.* Geruanorum, Morinorum, Arvernorum, Suevorum, Helvetiorum pagi memorantur: & apud *Tacit. in Annal. Hiſtor. & de Germ.* Sequanorum, Nerviorum, Æduorum, Semnonum, Gugernorum. Hujus appellationis ratio videtur eſſe, quia olim ex gentes raris oppidis habitabant, & per agros diſperſi ſine mœnium præſidio degebant, multitudine & viribus ſatis ſe muoitas arbitrantes. Ut autem commode poſſet adminiſtrari ers publica, certis diviſionibus regiones definiebant, totioſque civitatis quaſi corpus in membra diſtribuebant, in quibus haberentur conventus, & ea iis delecti principes in unum, cum opus eſſet, de maximis rebus acturi, congregarentur. Horum pagorum alii amplioſſimi fuerunt, ut in Helvetiis, quæ univerſa in quatuor tantum pagos diviſa erat, ut eſt apud *Cæſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 12. quos nunc dicimus *cantons*. Alii erant minores; eum Suevis centum attribuit *Id. l.* 4. *cap.* 1. & totidem *Tacit.* Semnonibus *de Germ. c.* 39. quorum tamen uoiverſo civitas haud multum Helvetiorum civitatem ſuperabat, ut affirmat *Cluver. l.* 1. *Germ. antiq. c.* 13. *ſub fin.* Verum & iſti ſatis ampli erant. nam de Suevis ita habet *Cæſ. loc. cit.* Ii centum pagos habere dicuntur, ex quibus quotannis ſingula millia armatorum bellandi cauſa ſuis ex finibus educunt: reliqui domi manent, pro ſe atque illis colunt. De adminiſtratione rei publicæ *Id. l.* 6. *c.* 22. In pace nullus communis eſt magiſtratus, ſed principes regionum atque pagorum jus inter ſuos dicunt. Hi pagi ruſus in mitiorea partes dividebantur. *Cæſ. ibid. cap.* 22. In Gallia non ſolum in omnibus civitatibus atque pagis, partibuſque, ſed pæne etiam in ſingulis domibus factiones ſunt. ¶ Pago deditus, apud *Prudent.* quid ſit, V. *Paganus* in fi.

PALA, æ, ſ. *pala, badile*, βλήτρον, inſtrumentum ferentum, ruſticum, ligoni ſimile, ſed planum & latius, quo terra verſatur, egeritur, vel aggeritur. A *pangendo* vult eſſe *Varro l.* 4. *de L. L. c.* 32. quaſi *paga*, g in *l* motato, quia in terra pangitur. *Liv. l.* 3. *c.* 26. *a med.* Foſſam fodiens pala inniaus. *Colum. l.* 10. *v.* 45. Tum mihi ferrato verſetur roboer pala Dulcis humus. *Plin. l.* 18. *c.* 6. *ſub fin.* Juncoſus ager verti pala debet: at in ſaoſo bidentibus. *Id. l.* 17. *cap.* 17. Ramo ſerentur & Punica, paliis laxato prius meato. ¶ Quas *Cato R. R. c.* 11. *in fin.* memorat *palas ligneas*, inſtrumentum ruſticum deſcribens, poſſunt uſum habere vel ad panem in furnum immittendum & extrahendum, vel ad ventilandum in area frumentum, quod ναῦν Græce dicitur: de quo fortaſſe *Tertull. de præſcript. haeret. c.* 3. Palam in manu portat ad purgandam aream ſuam. Sic *Juvenc. l.* 1. *v.* 371. ruralis pala. ¶ In aoulo eſt pars latine, cui gemma infixa eſt, *caſtone*, εμβόλιον. *Cic.* 3. *Offic. cap.* 9. Cum palam ejus anuli ad palmam converterat, a nullo videbatur. ¶ Eſt etiam palæ nomine arbor Indica folio alas aviam imitanta, longitudine trium cubitorum, latitudine duum: fructum cortice mittit, admirabilem ſocci dulcedine, ut uno quaternos ſatiet. ei nomen eſt nrizna. *Plin. l.* 12. *c.* 6. ¶ Apud *Col. Aurelian. l.* 2. *Acuter. cap.* 35. & *lib.* 3. *cap.* 3. *ad fin.* & *lib.* 3. *Chronicor. cap.* 2. *pale* ſunt ſcapularum oſſa duo lata, quæ Græce ὠμοπλάται appellantur.

PALABUNDUS, a, um, palans, diſperſus huc & illuc. *Tertull. in Apolog. cap.* 22. Judæi diſperſi palabundi, & cæli & ſoli ſui exſules.

PALÆCRA, &
PALACRANA, æ, ſ. major nari maſſa. Utraque vox legitur apud *Plin. l.* 33. *c.* 4. & Hiſpanica eſſe dicitur.

PALÆMON, ŏnis, m. Παλαίμων, Melicerta filius Athamantis & Inus, Thebanus, qui patris furorem fugiens, ona cum mater ſe in mare præcipitavit. Ambo enim dii marini facti ſunt, mutatiſque nomiobus, mater *Leucothea*, hoc eſt Alba dea, dicta eſt, creditumque eſſe Auroræ, quæ & *Matuta* dicitur: filius vero a Græcis *Palæmon*, a noſtris, quod portubus præeſſe putetur, *Portunus* eſt appellatus. *Ovid.* 4. *Met. a verſ.* 416. & *Heroid. ep.* 18. *v.* 137. V. *Melicerta*. ¶ Item Grammaticus Vicetinus, qui Romæ vixit ſub Tib. & Claud. Principibus, tanta arrogantia, ſeu ſtultitia, ut M Varronem porcum appellaret; ſecum & natas, & morituras litteras jactaret; luxuriæ ita indulgens, ut ſæpius in die lavaretur, nec ſufficeret ſumptibus. *Sueton. de Grammat. c.* 23. & *Juvenal. ſat.* 7. *v.* 215. ubi doctum appellat. *Id. ſat.* 6. *v.* 451. Palæmonis artem, Grammaticam intelligit. ¶ Apud *Virg. Ecl.* 3. *v.* 50. eſt paſtoria nomen. ¶ Dicitur etiam *Palæmo*. V. *Rubeus*.

PALÆMONIUS, a, um, ad Palæmonem pertinens. *Stat.* 2. *Theb. v.* 380. Curva Palæmonio ſecluditur unda Lecheo. *Pauſan. in Attic. ſub fin.* narrat, cum Ino ſe in mare cum Melicerta filio dediſſet præcipitem, puerum a delphino exceptum uſque ad Iſthmum Corinthiacum advectum fuiſſe, ibique mutato nomine Palæmonem dictum, & divinis honoribus cultum. *Idem* tradit ſub *mon. Corinthiacor.* Portu Lechæus in Iſthmo Corinthiaco eſt. Siſyphus Corinthi rex cum puerum exſtinctum ibi invenſſet, eodem in loco ſepelivit, & Iſthmia in ejus honorem inſtituit, teſte *Pauſan. ibid.* Unde *Claudian. de conſul. Mall. Theod. v.* 289. Cunctæ Palæmonis manus caplorata coronis Adſit, & Eleo pubes laudata Tonauti. *h. e.* quæ dabantur victoribus in ludis Iſthmicis.

PALÆPHATIUS, a, um, ad Palæphatum pertinens, qui eſt vetus ſcriptor Græcus, patria Parius, vel, ut alii volunt, Prienæus, ſcripſitque παράδοξα, & περὶ τῶν ἀπίστων, de fabuloſis & incredibilibus. *Vi g. in Cirl, v.* 111. Docte Palæphatia teſtatur voce papyrus. *Scalig.* pro *papyrus* mavult *Pachymus*, ut ita inſcriptus ſit liber Palæphati, in quo fabuloſa, & mirauda de Sicilia ſcripſerit.

PALÆSTES, æ, m. παλαιστής, idem qui palæſtrita. *Lamprid. in Alex. Severo, c.* 27. *extr.* Palæſtes primus fuit, in armis magnus.

PALÆSTINA, æ, & Palæſtine, es, ſ. *Terra ſanta, Paleſtina*, Παλαιστίνη, unum ex multis Syriæ nomiuibus, ut videre eſt apud *Plin. l.* 5. *c.* 12. & *Pompon. Melam l.* 1. *c.* 11. ſic enim dicta eſt Syria, quæ parte tangit Arabas Petræos, pertingens inde uſque ad Phœnicem, incluſa mari mediterraneo, & Cœle Syria. Accuuuoers ejus terminos V. apud Geographos. Divoſe eſt in Galilæam, Samariam, & Idumæam. In ea Verbum Patris JESUS CHRISTUS homo factus ortum habuit, vixit, & mortuus eſt. Quare omnium terrarum celeberrima merito habetur. *Plin. ibid. c.* 13. Finis Palæſtinæ 189. M. paſſ. a confinio Arabiæ. ¶ *Palæſtinæ* etiam dicta eſt Sittacene, quæ & Arbelitis, Aſſyriæ provincia, non procul a Tigri fluvio. *Id. l.* 6. *c.* 27.

PALÆSTINENSIS, ſe, ad Palæſtinam pertinens. *Spartian.* in *Severo, c.* 9. Neapolitanis etiam Palæſtinenſibus jus civitatis tuit. *Plin. l.* 5. *c.* 13. Samariæ oppido enumerat, Neapolim, antea Mamortham, Sebaſten, & Gamalam. Samaria autem Palæſtinæ pars eſt.

PALÆSTINUS, a, um, ad Palæſtinam pertinens. *Sil. l.* 3. *v.* 605. hic ſera gentis Bella Palæſtinæ primo delebit in ævo. *Ovid.* 1. *de ar. am. v.* 415. Quique die redeunt, rebus minus opta geuendis, Culta Palæſtino ſeptima feſta Syro. *Id.* 2. *Faſt. v.* 464. Inque Palæſtinæ margine ſedet aquæ. *h. e.* Euphratis, qui licet Palæſtinam non alluat, tamen quia non longe eſt diſtans, conſueta Poetarum liccntia ſumendi epitheta a penimis ſæpe regionibus, ita cognominatur. *Tibull. l.* 1. *el.* 8. *v.* 17. Quid referam, ut volitet crebras imiaſſa per urbes Alba Palæſtino ſancta columba Syro? *Hygin. fab.* 197. narrat, ſanctas eſſe Syris columbas, quia cum in Euphratem olim ovum mira magnitudine cecidiſſet, illudque ad ripam piſces avolviſſent, columbæ ſupra illud conſedentes, foverunque, unde nata eſt Venus. *Ovid.* 4. *Met. v.* 47. ſilvam Dercetidis (quæ dea Syrorum eſt) in columbam ſuiſſe converſam: quæ altera cauſa eſt, cur columbas Syri colueriot. Teuia eſſe poteſt, quod narrat *Diodor. Sicul. l.* 3. *c.* 5. *ſub fin.* Semiramidem, quæ dea habita eſt, poſt mortem in hanc avem converſam eſſe: ideo ab Syris, quorum fuit regina, religioſa cultam eſſe. *Stat. l.* 5. *ſilv.* 1. *v.* 213. & *lib.* 2. *ſilv.* 1. *v.* 161. præceptoque templis Tora, Palæſtini ſimul, Hebræique liquores. *h. e.* malobathrum, manna (quod ros Syriacus etiam dicitur) & nardus, ex quibus unguenta, & odores, etiam liquidi fiebant. ¶ *Palæſtini, orum*, Palæſtinæ popoli. *Ovid.* 4. *Met. v.* 46. ¶ *Id.* 4. *Faſt. verſ.* 435. Et modo, tolle faces, remove, modo, verbera, clamat: Sæpe Palæſtinas jumt adeſſe deas. *h. e.* Furias ita dictas a Palæſte vico Epiri prope Oricum, ubi templum Ditis fuit. *Lucan. l.* 5. *v.* 460. fluctuque ſecundo Lapſa, Palæſtinas uncis conſixit arenas. Prima ducis junctis vidit conſiſtere caſtris Tellus, quam volucer Genuſus, quem mollior Apſus Circumruet ripis. *Silius Sequeſt. de flumiuib.* Apſus Palæſtinæ. & Genuſus Palæſtinæ. *Cæſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 6. Ad eum locum, qui appellatur Palæſta, ooiubus navibus ad unum incolumibus, milites expoſuit. (Al. ſcribunt *Paleſte, Palæſtinus* ſine diphthongo.) Sed cogant alii, Palæſten in Epiro eſſe, quod nemo veterum in eo tractu ejus meminerit. *Vibius Sequeſt.* deceptum eſſe *Lucanum* loco mendoſo, atque infabilis: apud *Cæſar.* alios legere *Pharſalos*, quod & ipſum ſuſpectum eſſe, imo falſum. Quod vero ad *Ovid.* attinet aſſe quidem *Palæſtinas deas* Furias, ſed appellationis cauſam eſſe adhuc incognitam.

PALÆSTRA, æ, ſ. *lotta, palæſtra*, παλαίστρα, luctatio, luctatorum exercitatio, & certamen: a πάλλω, luctor, quod a πάλη, lucta. Luctaturi oleo prius nudata membra inungebant. *Virg.* 3. *Æn. verſ.* 281. Exercent patriæ oleo labeute palæſtras Nudati ſocii. *Ovid. Heroid. ep.* 19. *v.* 11. uncta palæſtra. & ep. 16. *v.* 149. nitida palæſtra ludeer. *Stat. l.* 2. *ſilv.* 1. *v.* 110. Sive catenatis curvatus membra palæſtris Staret, Amyclæa conceptum matra putares. *Lucan. l.* 4. *v.* 614. perfudit membra liquore Hoſpes, Olympiacæ ſervato more palæſtræ. ¶ Eius auctor eſt Mercurius. *Horat. l.* 1. *od.* 10. *Lucan. l.* 9. *v.* 661. Theſeo tribuit *Pauſan. in Attic.* A Græcis certe eſt, inter quos Spartani, & Athenienſes maxime frequentarunt. *Senec. in Herc. Fur. v.* 1124. Non Argiva membra palæſtra flectere docti. ¶ Palæſtræ deſcriptionem habes apud *Ovid.* 9. *Metam. v.* 32. *Stat.* 6. *Theb. verſ.* 847. & *Lucan. l.* 4. *verſ.* 612. ¶ Metonymice ponitur pro loco palæſtræ, gymnaſio. *Plaut. Amph.* 4. 1. 3. Apud emporium, atque in macello, in palæſtra atque in foro. *Catull. carm.* 60. *de Ariy, v.* 60. Abero foro, palæſtra, ſtadio, gymnaſiis. *Cic.* 4. *Verr. c.* 14. Statuas in palæſtra ponere. *Virg.* 6. *Æn. v.* 642. Pars in gramineis exercent membra palæſtris, Contendunt ludo, & ſulva luctantur arena. ¶ In palæſtra non ſola lucta exercebantur, ſed cuiſu etiam, pugilato, pila, ſaltu, pondere

Digitized by Google

rum jactatione, &c. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 20. Ante ſolem exorientem niſi in palæſtrâue veneras, gymnaſii præfecto haud mediocres pœnas penderes. *& verſ.* 24. Ibi curſu, luctando, haſta, diſco, pugilatu, pila, ſaliendo ſe exercebant. *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 46. Quemadmodum in palæſtra, qui tædae candentes accipit, non eſt celerior in curſu continuo, quam ille qui tradit. ¶ Hæ palæſtræ non ſolum publicæ erant, ſed etiam in privatis ditiorum ædibus & in urbe, & ruri. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 13. Cum e ſuperiore loco e palæſtra apris effunderetur glans, capreæ vicia. Adde *in proœm. l. c.* & *Cicer. de Leg. c.* 3. & *ad Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. *c.* 2. & *ep. ult.* Univerſam palæſtrarum rationem, earumque membra accurate deſcribit *Vitruv. l.* 5. *c.* 11. V. etiam *Mercurial. l.* 1. *de re gymn. c.* 9. ¶ Metaphoricè *Plaut. Bacch. t.* 1. 33. Homo adoleſcentulus penetrare hujuſmodi in palæſtram, ubi damnum deſudaſcitur, ubi pro diſco damnum capiara, pro curſura dedecus? *Terent. Phorm.* 3. 1. 20. Eccum ab ſuo palæſtra exit foras. *b. t. e* domo lenonis, ubi exercentur aſſidue amatores. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 18. Nitidum quoddam genus eſt verborum, & lætum, ſed palæſtræ magis & olei, quam hujus civilis turbæ ac fori. *b. c.* exercitationis domeſticæ & urbanitilis. ¶ Qui palæſtræ dabant operam, non id ſolum aſſequebantur, ut luctando adverſarium deprimerent, ſed etiam ut in aliis actionibus membra decenter & corpus moverent, apteque geſtum componerent. *Cic. in Orat. r.* 4. Poſitum ſit in primis, ſine philoſophia non poſſe effici, quem quærimus, eloquentem, non ut in ea tamen omnia ſint, ſed ut ſic adjuvet, ut palæſtra hiſtrionem. *Id.* 3. *de Orat. c.* 59. & apud *Quintil. l.* 2. *c.* 15. (*al.* 19.) *ſub fin.* Omnes hos motus ſubſequi debet geſtus, non hic verba exprimens, ſcenicus, ſed univerſam rem & ſententiam non demonſtratione, ſed ſignificatione declarans, lateram inflexione hac forti ac virili, non ab ſcena & biſtrionibus, ſed ab armis, aut etiam a palæſtra. ¶ Referitur etiam ad numerum orationis, unde illa decens ſit & delectabilis. *Cic. in Orat. c.* 56. Numerus Oratorius ſeſius aliquanto notatue & cognitus, quaſi quandam palæſtram, & extrema lineamenta orationi attulit. *Id. ibid. c.* 68. *ad fin.* Ut enim athletas, nec multo ſecus gladiatores videmus nihil nec vitando facera caute, nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palæſtram quandam; ut quidquid in his rebus fiat utiliter ad pugnam, idem ad aſpectum etiam ſit venuſtum; ſic oratio nec plagara gravem facit, niſi petitio fuit apta; nec ſaſis recte declinat impetum, niſi etiam in cedendo, quid deceat, intelligit. Itaque qualia eorum motus, quos ἀναλήψεις Græci vocant, talis horum mihi videtur oratio, qui non claudunt numerie ſententias. ¶ Item univerſim ad ornatum. *Cic. in Bruto*, *c.* 9. Phalereus ſucceſſit, eruditiſſimus ille quidem horura omnura, ſed non tam armis inſiturus, quam palæſtra. Itaque delectabat magis Athenienſes, quam inflammabat. *Id.* 1. *de legib. c.* 2. Antipoter habuit (*in ſcribenda hiſtoria*) vires agreſtes illo quidem atqua horridos, ſine nitore ac palæſtrâ. ¶ Denique ſumitur interdum pro loco, in quo diſputatur, & exercitationes litterariæ agitantur, ſicut gymnaſium. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 21. *extr.* & *lib.* 2. *c.* 5.

PALÆSTRICE, *æ*, *lectatore*, παλαιστρικὴ, more palæſtritæ. *Cic. de opt. gen. Orat. r.* 3. Palæſtrice ſpatiari in xyſto iis liceat, non ab Olympiis coronam petant. ¶ *Palæſtricos*, Græca poſitione adverbii, diviſſe videtur *Afron.* apud *Non. c.* 2. *n.* 65ſ.

PALÆSTRICUS, *a*, *um*, *da lotta*, παλαιστρικὸς, ad palæſtram pertinens. *Plaut. Rud.* 2. 5. 7. Exercitus gymnaſticus & palæſtricus. *Cic.* 2. *Offic. c.* 36. Palæſtrici motus ſæpe ſunt odioſiores. *Quintil. l.* 12. *c.* 2. Palæſtrici doctores. *Apul. in Apolog.* Facies decora, & fucci palæſtrici plena. *urlenire. Prudent. περὶ στεφ. 24. de S. Rom. v.* 189. Ephebus palæſtricus. *b. c.* Hiacynthus puer diſco percuſſus, dum cum Phœbo exercetur. ¶ *Palæſtricus*, & *paleſtrica*, palæſtræ peritus, palæſtræ magiſter. *Cic. Verr.* 4. *c.* 22. Nunquam vos Prætorem tam palæſtricum vidiſtis. verum ita palæſtritas defendebat, ut ab illis ipſe doctior diſcederet. *Petron. in Satyr. cap.* 21. Intraverunt palæſtricæ quamplures, & nos legitimo perfuſos oleo refecerunt. Al. leg. *paleſtrite*. ¶ *Palæſtrica*, *æ*, ars palæſtræ. *Quintil. l.* 2. *c.* 1. 21. (*al.* 20.) Nec medicina ideo non erit ars, quia oneſtio & exercitatio cum palæſtrica, ciborum vero qualitas etiam cura coquorum ei ſit arte communis. ¶ *Palæſtricus*, abſolute, qui palæſtricam exercet, eamque aliis docet, palæſtrita. *Quintil. l.* 5. *c.* 11. (*al.* 19.) *a med.* Ne illue quidem reprehendendos potem, qui paulum etiam palæſtricis vacaverint. Non de his loquor, quibus pars vitæ in oleo, para in vino conſumitur: qui corporis cura mentem obruerunt: ſed nomen eſt idem iis, a quibus geſtus motuſque formantur, ut recta ſint brachia, ne indocta ruſticave ueanus, ne ſtatus indecorus, ne que in proferendis pedibus inſcitia, ne capot oculique ab alia corporie ineliatione diſſideant.

PALÆSTRITA, *æ*, m. *lottatore*, παλαιστρίτης, qui in palæſtra ſe exercet. item qui palæſtram docet. *Martial. lib.* 3. *epigr.* 58. Nec perdit oleum lubricue palæſtrita. *Prof. ſat.* 4. *verſ.* 30. Quinque palæſtritæ licet hæc plantaria vellant. Adde *Cicer. Verr.* 4. *cap.* 4. & 22.

PALAM, *paleſemente*, *pubblicamente*, *manifeſtamente*, φανερῶς, coram pluribus, ut ait *Ulpian. Dig. lib. ul. tit. penult. leg.* 33. manifeſte, aperte, in conſpectu, in oculis omnium: cui *clam*, *obſcure* oppoſitur. V. *Coram*. *Cic. pro Cael. r.* 9. Palam in eum tela jaciuntur, clam ſubminiſtrantur. *Id. Verr.* 6. *r.* 14. Non per præſtigias, ſed palam per poteſtatem totum oppidum compilavit. *Liv. l.* 30. *c.* 22. Non perplexe, ſed palam revocant. *apertamente*, *ſchiettamente*. *Plaut. Bacch. c.* 3. 68. Palam atque aperte. *Cic. in Orat. cap.* 11. Non ex inſidiis, ſed aperte ac palam elaboratur. *& 4. Acad. c.* 5. Craſſum & Scævolam auctoree legum fuiſſe, alrerum, ut videmus, palam, alterum obſcurius. *& 6. Verr. cap.* 22. *in fin.* Non occulte, ſed palam. *Liv. l.* 44. *c.* 34. Nec palam, nec ſecreto jactare conſilia ſua. *Cic. r. de nat. Deor. c.* 63. Beſtiæ furtim, domini palam & libere. *Id.* 4. *Verr. r.* 33. Quæ in foro palam Syracuſiæ, in ore atque in oculis provinciæ geſta ſunt. *Id. in Piſon. c.* 10. Cum arma in templum luce & palam comportarentur. *Id.* 3. *Offic. c.* 24. Luce palam in foro ſaltare. *Plaut. Amphit* 4. 9. 18. Oppido ego intelii: palam eſt res. *Cic. Verr.* 7. *c.* 26. Palam ante oculos omnium eſſe. *Id. Attic. ep.* 21. *l.* 13. Palam factum eſt. *i. e. publicatum, i. e. relo manifeſto*. & *Nep. in Annib. c.* 11. Ut palam faceret ſuie, quo loco Eumenes eſſet. *Terent. Phorm.* 1. 3. 57. Palam beatus, ni unum hoc deſit. *b. r.* manifeſto beatus. *Id. Eun. r.* 2. 23. Quæ vera audivi taceo: ſin falſum, aut vanum, aut fictum eſt, continuo palam eſt. *ſi divulga. Plin. l.* 30. *c.* 70. Piſces audire, palam eſt. *e manifeſto*. ¶ Cum ablativo pro *coram*. *Liv. l.* 6. *c.* 14. Inde rem craditori palam populo ſolvit. *Ovid.* 5. *Triſt. el.* 10. *v.* 39. & *lib.* 2. *de ar. am. v.* 549. Meque palara de me tuto mala ſæpe loquuntur. *Alhinovan. ad Liv. v.* 444. Et flevit populo Cæſar utrumque palam. *Auriol. Poſt. de Cæſarib. cap.* 5. Palam Senatu. ¶ *Palam fatere* & *fieri* præcipue dicitur, cum alicujus mors vulgatur. *Liv. l.* 1. *cap.* 41. Cum exſpiraſſet Tarquinius, celata morte, ſuas opes firmavit. tum demum palam facto, &c. *Senec. de tranquill. c. ult.* Cato incumbens gladio cogitur ſimul de ſe, ac de republ. palam facere. *Nep. in Dione*, *r.* 10. Hujus de morte us palam factum eſt, mirabiliter vulgi mutata eſt voluntas. (Adde *Sueton. in Ner. c.* 8. *in Tiber. r.* 22. *in Calig. c.* 6. & *in Tito*, *r. ult.*) *Cic. poſt redit. in Sen. c.* 7. *ad fin.* Nondum palam factum erat, occiditſe rempubl. cum tibi arbitria funeris ſolvebantur.

PALAMEDES, *is*, m. Παλαμήδης, fil. Nauplii Eubœæ regis, qui Ulyſſis fraude a Græcis interfectus fuit. Dicitur cum in bello Trojano & ipſe adeſſet, quatuor Græcas litteras Θ, Ξ, Φ, Χ, obſervato gruum in volando ordine, inveniſſe, teſte *Plin. l.* 7. *cap.* 56. Alii dicunt litteram Υ inveniſſe, alii Δ. Hinc *Martial. l.* 13. *epigr.* 75. Turbabie verſus nec littera tota volabit, Unam perdideris ſi Palamedis avem. ¶ Invenit etiam ex earundem avium volatu ordinem acies, item teſſeras bellicas, & vigilias. *Plin. loc. cit.* Item teſſeras luſorias, numeros, eorumque figuras, uſuras, & ponderu. V. voces ſequent.

PALAMEDEUS, *a*, *um*, Παλαμήδειος, ad Palamedem pertinens. *Manil. l.* 4. *v.* 206. Et Palamedeis certantem viribus ortum, Qui primus numeros nebus, qui nomina ſummis Impoſuit, certumque modum, propriaſque figuras.

PALAMEDIACUS, *a*, *um*, Palamedeus, ut *Palamediaci talculi*, h. e. calculi luſorii a Palamede inventore. *Coſſiod. lib.* 8. *epiſt.* 31. *ad fin.*

PALAMEDICUS, *a*, *um*, Palamedeus. *Auſon. in Technopægn. de monoſyllab. v.* 25. Hæc gruie effigies Palamedica porrigitur ♦.

PALANGÆ. V. *Phalangæ*.

PALANS. V. *Palor*, *aris*.

PALARA, *æ*, f. avis, de qua *auctor carm. de Philomela*, *v.* 11. Dulce palara ſonet, quam dicunt nomine Druſam. (Sed hæc barbariem ſapiunt.)

PALARIA, *iuin*, *n.* genus militaris exercitii, quo militue ad palum pugnandi diſciplinam edifcunt. Item locue talis exercitii. *Chariſ. l.* 1. *pag.* 21. *Putſch.* V. *Veget. l.* 1. *cap.* 11. & *l.* 2. *cap.* 23. *de Re, milit.*

PALARIS, *re*, ad palum ſpectans, ut Silva palaris, ex qua pali ſumuntur. *Ulpian. Dig. lib.* 7. *tit.* 1. *leg.* 9. *od fin.* Niſi forte ſalicti ejus, vel ſilvæ palaris, vel arundineti uſusfructus ſit legatus.

PALASEA, & Plaſea, *æ*, f. pars bovis in ſacrificio raactati, una cum cauda reſecta, ſiligiue & ſanguine delibuta. Hæc eadem in mactato ſue *oſſa pannus*, in equo Octobri *cevour* dicebatur. *Arnob. l.* 7. *pag.* 230.

PALATINUS, *a*, *um*, ad Palatium collem pertinens. *Varr. l.* 4. *de L. L. r. ſt. extr.* Palatini paſtores. *Virg. 9. Æn. v.* 9. Sceptra Palatini, ſedemque petit Euandri. *b. c.* qui ex Arcadia profugue in eo colle habitavit. *Ovid.* 15. *Met. v.* 560. Palatini colles. *Id.* 5. *Faſt. v.* 152. & *Propert. l.* 4. *el.* 6. *v.* 44. Palatinæ aves. *b. c.* quæ Remo auſpicanti in Palatio apparuere. *Propert. ibid. v.* 11. Palatinue Apollo. *b. c.* qui templum in Palatio habuit ab Auguſto conditum una cum bibliotheca Græca & Latina, ut eſt apud *Suetun. in Aug. c.* 29. Unde *Horat. l.* 1. *ep.* 3. *v.* 17. Scripta, Palatinus quæcunque recepit Apollo. *Martial. l.* 5. *epigr.* 19. Palatini dei. *Suetun. in Calig. r.* 56. Palatini ludi. *b. r.* qui in Palatio quotannis celebrabantur per tres dies, inſtituti a Livia in honorem Auguſti. *Martial. l.* 6. *epigr.* 60. Palatinus coloſſus. *b. c.* ingens ſimulacrum CXX pedum effigie Neronis erectus in Palatio, de quo *Suetun. in Ner. cap.* 31. quod, dempto capite, & Solis repoſito, refecis Veſpaſianus. *Id. in Veſpaſ. c.* 18. ¶ *Palatina* para urbis apud *Plin. l.* 18. *c.* 3. eſt regio Urbis decima, *Palatium* dicta. ¶ *Palatina tribus*, una ex urbanis, dicta eſt a Palatio, quod cum foro & Capitolio complectebatur. *Cic.* 4. *Verr. c.* 43. C. Claudius C. F. Palatina. Adde *Lucil.* apud *Non. c.* 6. *n.* 81. ¶ Sæpe refertur ad Cæſeres, qui domum in Palatio habuere. *Suetun. in Aug.* 1. 29. Palatina domus. *Id. in Calig. c.* 57. Palatious atrienſie. *Ovid.* 4. *Faſt. in fin.* Palatina laurus. *b. c.* qua ornabatur janua Palatinæ domus, ut eſt apud *eund. l.* 3. *Triſt. el.* 1. *v.* 39. *Martial. l.* 4. *epigr.* 45. Parthenius Palatinus. *b. c.* qui erat Domitiani cubiculo præpoſitus, *Suetun. in Domit. c.* 17. teſte. *Id. l.* 8. *epigr.* 68. Toga Palatina. *b. c.* qua idem Parthenius Martialem donaverat. *Id. l.* 9. *epigr.* 40. Palatinus Tonans.

b. c.

b. e. Domitianus ipſa. *Id. l.* 5. *epigr.* 5. Sexte, Palatinæ cultor facunde Minervæ. *b. e.* qui ex Domitiani a ſtudiis. *Claudian. de* IV. *Conſul. Honor. v.* 11. Palatinos Senatus. *b. e.* qui Imperatori in Palatio aſſidet. *Aurel. Vict. in Epit. c.* 14. *ad fin.* & *Trebell. Poll. in Gallien. c.* 17. Palatina officia. *b. e.* eorum qui Imperaturi in Palatio inſeriunt. In utroque *Cod. Juſtin.* & *Theodoſ.* eſt titulus, qui inſcribitur *de Palatinis ſacrorum largitionum*, qui erant apparitores & miniſtri Comitis ſacrarum largitionum, & rerum privatarum. V. JCtos. ¶ Prima ſyllaba, adjecta altera liquida, producitur. *Martial. l.* 8. *epigr.* 39. & *lib.* 13. *epigr.* 91. Qui Pallatinæ caperet convivia menſæ. *Id. l.* 9. *epigr.* 25. Quis Pallatinos imitatus imagine vultus. *b. e.* Domitiani formam. Adde *lib.* 9. *epigr.* 81. & 88. & *lib.* 11. *epigr.* 9.

PALATIO, onis, *f. paliſſicata*, *paliſſata*, *καῖωσις*, *χαρακωσμὸς*, definit palorum, qualis eſt, qua utimur in fundamentis & ſubſtructionibus, ubi ſolum parum firmum eſt, defigendo crebros palos, coſque fiſtucis adigendo, ut iis paries innitatur. *Vitruv. l.* 2. *cap.* 9. *circa med.* Alnus in paluſtribus locis, unſea fundamenta ædificiorum, palationibus crebre fixa, ſuſtinet immania pondera ſtructuræ.

PALATIUM, ii, n. *Monte Palatino*, Παλάτιον, Παλλάντιον, unus ve ſeptem collibus urbis Romæ, in quo urbs primum condita eſt: ita dictus a Palantio, ſeu Palanteo urbe Arcadiæ; vel a Pallante avo Euandri; vel a Pallantia ejuſdem matre, quæ ibi habitavit; vel a Pallantia filia, ab Hercule vitiata, & poſtea illic ſepulta; vel a Pallante filio, qui a Turno occiſus, ibi ſepultus fuit; vel a Palante Hyperborei filia, quæ ex Hercule ibi Latinum peperit; vel a Palatia uxore Latini, vel a Pale dea paſtorum, aut quod Palatini, qui & Aborigines, ex agro Reatino, qui appellabatur Palatium ibi conſederunt; vel quod ibi paſcens pecus balare conſueverit, quaſi *balamium*, quomodo eues locum *Navius* appellat: vet quod *palare*, *id eſt errare* ibi pecudes ſolerent, quaſi *palantium*. Hæc ex *Varr. l.* 4. *de L. L. r.* 8. *ad fin. Feſto*, *Virg.* 8. Æn. *v.* 51. & *Servio ibid. Plin. l.* 4. *c.* 6. item *Solino c.* 1. (*al.* 2.) & *cap.* 7. (*al.* 11.) Sed omnia improbat *Scalig. ad Feſt.* & veram eſſe unam illam notationem qua ducitur a φαλάσσειν, qua voce Græci ſummæ juga ſignificant. Prius itaque dictum *palantium*, poſtea *palatium*. *Tibull. l.* 2. *el.* 5. *verſ.* 25. Sed tunc paſcebant herboſa Palatia vaccæ. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 815. nemoroſi faxa Palati. ¶ *Palatium* nominatur decima regio Urbis Romæ, apud *Varron. lib.* 8. *de L. L. cap.* 9. *ad fin.* quarta, ceterarum antiquiſſima, & nobiliſſima, quia ibi caſa Romuli, & prima exordia Urbis fuere, & quia ſub Imperatoribus ab Auguſto ibi ædes maximæ & ampliſſimæ eorum fuere immenſis ſumptibus, & Romana magnificentia exſtructæ: unde factum eſt, ut domus Principis palatium vocaretur, hodieque apud nos *palazzo*, *palagio* dicitur quæcunque domus ſumptuoſior. *Ovid.* 3. *de ar. am. verſ.* 119. Qua nunc ſub Phœbo, ducibuſque Palatia fulgent, Quid niſi araturis paſcua bubus erant? *Id.* 1. *Met. v.* 176. *de regia Jovis*. Hic locus eſt, quem, ſi verbis audacia detur, Haud timeam magni dixiſſe palatia cæli. *Apul. ſub init. l.* 5. *Metam.* Ut equidem illud recte videantur ad converſationem humanam magno Jovi fabricatum cæleſte palatium. ¶ In illo *Juvenal. ſat.* 9. *v.* 23. advectæ ſecreta Palatia matris; intellige fanum Cybeles in Palatio, ut eſt apud *Liv. ſub fin. c.* 14. *l.* 29. ¶ Prima ſyllaba interdum producitur, altera *l* adjecta. *Martial. l.* 2. *epigr.* 71. Inde ſacro veneranda petes Pallatia clivo. *Id. l.* 9. *epigr.* 104. Aſſeruit poſſeſſa malis Pallatia regnis. Adde *epigr.* 43. & 93.

PALATUA, æ, f. videtur eſſe dea, in cujus tutela Palatium eret. *Varr. l.* 6. *de L. L. c.* 3. enumerat cum Vulturno, Furina, Flora, Falacro, obſcura quæ ſunt deorum nomina. Fortaſſe fuit eadem cum Palatia Latini uxore, de qua in *Palatium*.

PALATUAL. V. *Palatuar*.

PALATUALIS FLAMEN ad ſacrificandum al deæ conſtitutus erat, in cujus tutela Palatium eſſe putabant. *Feſtus*, & *Varr. lib.* 6. *de L. L. c.* 3.

PALATUAR, ſacrificium, quod fiebat Romæ in Palatio, feriis Septimontialibus. *Feſt.* in *Septimontio*. Al. leg. *Palatual*.

PALATUM, ti, n. *coro* Palatus, ti, m. *palato*, *ἰμυὸς*, *ὑπερῶα*, interius & ſuperius oris cavum, in quo guſtus eſt cibi. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *fin.* 63. *extr.* Intellectus ſaporum eſt ceteris in prima lingua, homini & in palato. *Cic.* 2. *de Fin. c.* 8. Nec enim ſequitur, ut cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus. & *cap.* 10. Voluptatem palato percipere. *Column. l.* 8. *c.* 16. Docta & erudita palata faſtidire docuit fluvialem lupum. *Id. l.* 10. *v.* 110. & torpenti grata palato intyba. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 3. *a med.* Aviaria, quæ palatum ſuave domini paravit. *Id.* apud *Non. c.* 3. *v.* 152. Sufcitare palatum. *acuitor l' appetito. Ovid. Met.* 15. *v.* 141. Dare membra bonum palato. *b. e.* veſci. *Horat. l.* 2. *ſat.* 8. *v.* 38. Fervida ſubtilia exſurdant vina palatum. *Ovid.* 2. *ex Pont. epiſt.* 10. *v.* 13. Non tamen exacuet torpens ſapor ille palatum. *Senec. de conſol. ad Helv. c.* 9. *ad fin.* O miſerabiles, quorum palatum niſi ad pretioſos cibos non excitatur! *Fenerin.* apud *Cell. l.* 15. *c.* 8. Superiorem partem avium atque altilium qui edunt, palatum non habent. *buon guſto*. & *Virg.* 3. *Georg. v.* 388. *de ariete*. Nigra fabæ ubi tantum cui lingua palato. *Ovid. Met. 6. verſ.* 306. Ipſa quoque interius cum duro lingua palato Coegelae. ¶ Refertur etiam ad loquendum. *Id.* 1. *Amor. el.* 6. *v.* 47. Nec tamen ignavo ſtupuerunt verba palato. *b. e.* non tacuit. *Perſ. ſat.* 1. *v.* 35. tuscro ſupplantat verba palato. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 279. cum balba feris annoſo verba palato. ¶ Tranſlate *palatum cœli* dixit *Enn.* apud *Cicer.* 2. *de nat. Deor. c.* 18. *extr.* quia palati cavitatem refert quodammodo: & apud Græcos vox una ἰμυὸς & cælum, & palatum ſignificat.

PALATUS, a, um, *paleo*, *paliſſatus*; palis munitus. *Column. l.* 11. *c.* 2. *ante med.* Vineæ, quæ ſunt palatæ & ligatæ, recte jam ſodiuntur. ¶ Item *diſperſa*, *ſparſa qua e là*, palatus, diſpanſus. *Liv. l.* 8. *c.* 24. Contraheus ſuus ex fuga palatos. *Id. l.* 35. *c. ult.* Repente Memmius palatos paſſim aggreſſus eos cecidit. *Id. l.* 22. *cap.* 27. In quoidam boves, palatos ab ſuis gregibus, inciderunt. Adde *lib.* 3. *c.* 5.

PALE, es, *f. lotta*, πάλη, lucta, paleſtra: vox Græca. *Sever.* 2. *Achill. v.* 439. Œbalios in nubila condere diſcos, Et liquidam nodare (*al.* mudare) palen, & ſpargere cæſtus. *Id. 6. Theb. verſ.* 819. ſed corde laboret Ante alios erat unctæ pale ſic artia Martis Degere, &c. *Sidon. carm.* 23. *v.* 302. Cannas, plectra, jocos, palen, rudentem.

PALEA, æ, f. *paglia*, *pula*, *loppa*, ἄχυρον, ſtipula, & folia minutiora in culmo, & circa grana frumenti, & hujuſmodi. V. *Culmus*. *Varr. l.* 1. *R. R. cap.* 50. ducit a *palam*, quod corbibus in locum apertum, h. e. in aream, defertur: alii a πάλλω, movco, vibro. *Column. l.* 2. *cap.* 9. *a med.* Ubi paleis veſtita ſunt frumenta, vento ſeparantur. *Id. l.* 6. *c.* 3. Minus commode tumur arnentum paleis: ex probantur maxime ex milio, tum ex hordeo, mox etiam ve tritico. *Id. l.* 7. *c.* 3. *a med.* Neceſſariæ tamen, ubi cetera defecerunt, etiam ex legumenibus paleæ. *Plin. l.* 18. *c.* 30. Palea plures gentium pro fœno utuntur. Melior ea, quæ tenuior minutiorque, & pulveri propior: & ideo optima a milio, proxima ea hordeo, peſſima ex tritico, præterquam jumentis opere laborantibus. *Virg.* 3. *Georg. v.* 134. Surgentem ad Zephyrum paleæ jactantur inanes. ¶ Item cartilago illa rubens, quæ de collo galli gallinacei dependet, *barbigli*, *barbigliane*, κάλλαιον. *Varr. l.* 3. *R. R. cap.* 9. Gallos animadvertunt, ſi ſint rubenti lingua, reſtro brevi, palea rubra fabalbicanti. *Column. l.* 8. *c.* 2. *a med.* Paleæ ex rutilo albicantes, quæ velut incanæ barbæ dependent. ¶ *Paleæ aeris*, æris excuſi levior pars, v. gr. rementa, micæ, *pagliuole*. *Plin. l.* 34. *c.* 13. V. *Spegma*.

PALEALIS, le. *Paleolit uva* apud *Col. Auvelian. Acut. l.* 2. *c.* 37. *a med.* & *lib.* 3. *c.* 21. in palus condita, & ſervata.

PALEAR, aris, n. *giogaja*, *pagliolaja*, *fogcinge*, pellis dependens ex gutture boum: ita dicta, quia gallinaceorum paleæ ſimilis quodammodo eſt. Fere odhibetur ut plurali. *Virg.* 3. *Georg. v.* 53. Et crurum tenos a mento paleuria pendent. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 5. Cervicibus craſſis nec longis, a collo paleuribus demiſſis. *Ovid. Met.* 7. *v.* 227. paleuria pendula. Adde *Column. l.* 6. *c.* 1. *Plin. l.* 8. *c.* 45. ubi narrat, Syriacis bubus non adeſſe, & *Stat. Theb.* 3. *verſ.* 312. ¶ In ſing. num. *Senec. in Hippol.* de tauro marino *verſ.* 1044. Muſco tenaci pectus ac paleur viret. ¶ Per ſynecdochen ſumitur pro ipſo gutture, aut rumine. *Calpurn. Ecl.* 3. *verſ.* 27. *de tauro*. Et matutinus revocat paleariibus herbas.

PALEARIS, re, *de paglia*. *Fortunat. lib.* 3. *de vita S. Mart. v.* 284. Immanemque hoſtem paleris ariſta removit.

PALEARIUM, ii, n. *paglaio*, ἄχυρών, locus in quo reconditur, & aſſervatur palea. *Column. lib.* 1. *cap.* 6. Pars villæ fructuaria dividitur in cellam oleariam, vinariam, fœnilia, paleariſque, & apotheca, & horrea, &c.

PALEATUS, a, um, *miſto di paglia*, palea mixtus, ut *paleatum lutum*, apud *Colum. l.* 5. *c.* 6. *ante med. lib.* 12. *c.* 43. & 44. & *de arborib. c.* 8. & 20. & *Plin. l.* 15. *c.* 27. *a med.*

PALES, is, f. *dea de' paſcoli*, *e de' beſtiami*, dea paſtorum & pabuli, & pecoris, quam alii Veſtam, alii matrem deum vocant. Hanc Virgilius genere feminino appellat, alii, inter quos Varro, maſculino. Huic ſacra ſolvuntur 11. cal. Maj. quæ dies Palilia vocantur. Hæc *Servius* ad illud *Georg.* 3. *initio*. *Virg. Ecl.* 5. *v.* 35. Ipſa Pales agros, atque ipſa reliquit Apollo. Ubi *Servius* dea pabulorum, dea paſtoralis. Apollo. hic Apollinem dicit *virum*, ideſt paſtoralem. nam Admeto regi pavit armenta. Et hoc dicit, nec pabula naſcentur, nec pacora. *Tibull. l.* 2. *el.* 1. *v.* 14. Et placidam ſoleo ſpargere lacte Palem. *Id. l.* 1. *el.* 5. *v.* 18. Et ſacta agrefti lignre falce Pales. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 746. Silvicolam tepido lacte precare Palem. & *verſ.* 775. & nos faciamus ad annum Paſtorum dominæ grandia liba Pali. & *verſ.* 810. Sacre Palis fuberant: inde movetas opus. *Arnob. l.* 3. *pag.* 113. Armentorum & pecorum gregibus Pales præſunt, Inouſque cuſtodes. *Calpurn. Ecl.* 7. *verſ.* 22. Aut fecunda Pales, aut Paſtoralis Apollo. ¶ Fuit etiam Palus deus maſculus, da quo *Arnob. ibid. pag.* 113. Cæſius Penates deos eſſe Fortunam ubiteatur, & Cererem, Genium Jovialem, & Palem, ſed non illam feminam, quam volgaritas accipit, ſed maſculini ſexcio quem generis, miniſtrum Jovis ac villicum. *Martian. Capell. l.* 1. *pag.* 16. Vos quoque Jovis filii Pales, & Favor, cum Celeritate Solis filia ex ſexta (*regione cœli*) poſcimini. & *mox*. Sed etiam Liber ac Secundanus Pales vocatur ve ſeptima.

PALESTINUS. V. in *Paleſtinus*.

PALICUS, ci, m. Παλικός. Palici dicti ſunt fratres gemini, Jovis filii, & Thaliæ Nymphæ, ſive Ætnæ, ut alii volunt. Tradunt hanc Nympham a Jove in Sicilia, juxta Symæthum fluvium non longe a Catina urba, compreſſam, metu Junonis optaſſe, ut ſibi terra dehiſceret, & ita factum eſſe: ſed cum tempus maturitatis infantium, quos alvo geſtaverat, advenifſet, rurſus terram hiaſſe, duoſque infantes de alvo Nymphæ progreſſos emerſiſſe. Appellati ſunt Palici, vel quod πάλιν, ideſt rurſus hiante terra emerſiſſent, vel a πάλιν ἰέναι, quoniam prius in terram merſi demum inde reverſi ſunt. Nec longe inda breves lacus ſunt, fed miræ profunditatis, quos incolæ Crateres vocant, & Dullos, fratreſque Palicorum olim veriſimabant, & habebantur in cultu maximo propter jusjurandum, quo ſi quis eo accedens fefelliſſet, mox in lacu vitam amittebat. Magna præterea in veneratione erat Palicorum templum, quia cum Siciliam ſterilis

annus

annus arefeciſſet, divino Palicorum reſponſo admoniti Siculi certum ſacrificium facerent, quo peracto, ſtatim ubertas reverſa eſt. Quapropter Siculi omne genus frugum congeſſerunt in aris Palicorum, quæ ob id pinguis vocitata eſt. Hæc *Macrob. l. 5. Saturn. cap. 19.* quæ, paucis addutis (ut quod a *Varrone* dii nautici appellentur, & quod olim iis humana hoſtia fieret) confirmat *Servius* ad illud *9. Æn. v. 584.* Symæthia circum Flumina, pinguis ubi, & placabilis ara Palici. *Ovid. 5. Met. v. 406.* Perque lacus altos, & nigrantia ſulfure ſtagna Palicorum. *Sil. l. 14. v. 219.* Et qui præſenti dominat per ſum Palici Pectora ſupplicia. *Stat. 12. Theb. v. 155.* immites citius Buſiridos aras, Odryſiique famem ſtabuli? Siculoſque licebit Exonare deos.

PALILIA, um, n. Palis deæ feſtum, quod a paſtoribus celebrabatur 11. cal. Maj. qui dies natalis eſt urbis Romæ, quæ a paſtoribus condita eſt. Eo die luſtrabatur io Urbe, & in agris homines & pecora ſuffimento a ſanguine equino, cinericus vituli, ſtipulis fabalibus, fulmæ, &c. lac, ſapam, milium Pali offerebantur, & accendebatur ignis acervo fœni & ſtipulæ, eamque flammam paſtores tranſilebant: quos ritus, unumque originem & cauſas fuſe perſequitur *Ovid. 4. Faſt. v. 721. & ſequent.* Tangunt etiam *Varr. l. 5. de L. L. c. 3. Tibull. l. 2. el. 5. v. 89. Propert. l. 4. el. 1. v. 19. & elg. 4. v. 75. & Serv. ſurcus l. 3. Georg. & Feſtus. Cic. 2. de Divin. c. 47.* Urbis utrum noſtræ natalem diem repetebat ab iis Palilibus, quibus eam a Romulo conditam accepimus. ¶ Ad morem accendendi fœnum & ſtipulas reſpexit *Perſ. ſat. 1. v. 72.* Et focus, & porci, & ſumoſa Palilis fœno. ¶ Legitur & *Parilia* tum apud *Feſtum*, ita polyeana ſerie litterarum, cum ſit poſt Patrici; tum apud *Plin.* ita exhibentibus MSS. *lib. 19. c. 5. ſect. 24. & lib. 18. c. 25. ad fin. faſt. 66.* teſte *Harduino*. Ita habetur etiam in pleriſque lib. apud *Ovid. loc. ſup. cit.* ut *Hemſ.* obſervavit. Sic apud *Varron. l. 2. R. R. c. 1.* & in vet. Calendar. apud *Grutter. pag. 133. in Aprili*. Ex Grammaticis ſunt, qui omnino ita docent ſcribi oportere. *Valer. Prob. ad inv. l. 3. Georg.* Pales dea eſt paſtorum, cui diem ſacrum appellant Parilia, tranſpoſita littera, quæ ſi ſuo loco eſſet, Palilia potius dicerentur. *Mar. Victorin. l. 1. art. Grammat. pag. 2470.* Puſch. Parilia dicuntur, non Palilia: non a Pale dea, ſed quod eo tempore omnia ſata arborſque, & herbæ parturiant, pariantque. Alii quoque apud *Feſt.* in *Pales* dixunt a *partu* pecoris: alii apud *Chariſ. lib. 1. pag. 43.* a *partu Iliæ*. Nihilominus & *Palilia* optime ſcribitur.

PALILICTUM, ii, n. παλίλικτον, ſtatua ingens in capite Tauri, noa Hyadum: a Palilibus, quia cum ſidus ſit natura pluvium, tamen XI. Cal. Maji, quo Romæ Palilia celebrabantur, frequentatum adducere ſolaat. *Plin. l. 18. c. 26. ad fin.* Hoc eſt vulgo appellatum ſidus Palilicium, quoniam XI. Cal. Maji mbis Romæ natalis, quo fere ſerenitas redditur, clarritatem obſervationi dedit, &c. *Harduin.* notat, in MSS. *Parilicium* legi. V. *Palilia*.

PALILIS, le, ad Palem pertinens. *Ovid. 4. Faſt. verſ. 798.* Hoc argumento Samnis Palilis habet. *h. e.* quæ ex fœno & ſtipula Palilibus accenſi ſolet.

PALILOGIA, æ, f. παλιλογία, figura, qua idem bis dicitur. Vox Græca, & Græce uſurpanda. *Virg. 3. Æn. verſ. 537.* & ſcuta latentia condunt. *Sil. l. 9. n. 99.* lepulcro Ætoli condit membra occultata Thoantis.

PALIMBACCHIUS, m. παλιμβάκχειος, idem ac antibacchius, genus pedis ex prima, & ſecunda longis, & ultima brevi, ut *Auguſtus. Quintil. lib. 9. cap. 4. a med. Diomed. l. 2. pag. 461. Pauſch. & pag. 476.*

PALIMPISSA, æ, f. παλίμπισσα, pia liquida iterum decocta, & inſpiſſata: a πάλιν, rurſus, & πίσσα, pia. *Plin. l. 24. c. 7.* Quidam iterum decoquunt, & vocant palimpiſſam.

PALIMPSESTUS, i, m. παλίμψηστος, παλίψωστον, membrana, vel charta iterum abraſa ſpongia, ut in ea ſcribi plurias poſſit: a πάλιν, rurſum, & ψάω, abſtergo. *Cic. l. 7. Fam. ep. 18.* Nam quod in palimpſeſto, laudo equidem parſimoniam, ſed miror, quid in illa chartula fuerit, quod deleri maluerit, quam hæc ſcribere. *Catull. carm. 22. de Suffeno, v. 3.* Idamque longe plurimos facit verſus. Putn eſſe ego illi millia aut decem, aut plura Perſcripta: nec hic, ut ſit, in palimpſeſto Relata; chartæ regiæ, novi libri, Novi umbilici, &c. ¶ Legitur & *palimpeſtus*, a ψάω, rado.

PALINODIA, æ, f. παλινῳδία, contrarius cantus, recantatio, retractatio: a παλινῳδέω, quod eſt recantare, retractare, diverſa ſuperioribus ſentire, &c, quod ſemel dictum eſt, revocare. Græce uſurpat *Cic. Attic. l. 2. ep. 9. & lib. 4. epiſt. 5. & lib. 7. epiſt. 7.* ¶ Hinc *palinodiam canere*, eſt, contraria iis, quæ prius diximus, affirmare. *Macrob. l. 7. Somn. c. 5.* Nec abnego, potuiſſe me quoqua tanquam palinodiam canere. ¶ Eſt etiam cantio quædam, quæ ſæpe repetitur. *Ammian. l. 28. c. 5. (al. 10.)* Cohors palinodiam in ſtatium concinens noſtrum.

PALITANS, tis, errabundus, errans, cagans, frequentativum a *palans*. *Plaut. Bacch. 5. 2. 4.* Paſtor harum (*ovium*) dormit, cum hæ eunt ſic a pecu palitantes.

PALINURUS, i, m. Παλίνουρος, gubernator claſſis Æneæ, qui dormiens e navi in mam decidit, & ſubmerſus eſt, in ora Lucaniæ. *Virg. 5. Æn. ſub fin.* ¶ Latine ſonat itarum mejens, ex πάλιν, rurſus, & οὖρον, mejere. Luſit in hac voce *Martial. l. 3. epigr. 78.* Miuriſti currentu ſemal, Paulline, carina: Mejere vis iterum, jam Palinurus eris. ¶ A Palinuro datum eſt nomen promontorio Lucaniæ, in ora maris Tyrrheni, quod nunc *Palinuro* dicitur, & *capo di Palinuro*. *Lucan. l. 9. v. 42.*

PALIURÆUS, a, um, adject. qui peliuro abundat. *Fulgent. l. 2. Mythol.* Paliuræa prata incedente premere planta,

PALIURUS, i, m. παλίουρος, frutex ſpinoſus, & aſper. *Plin. l. 24. c. 13. & lib. 16. c. 30. Virg. Ecl. 5. v. 39.* Carduus, & ſpinis furgit paliurus acutis.

PALLA, æ, f. *gonna, tunica, veſte talare, e ſopravveſte da donna, viſtiſmento*, πέπλος, χλαῖνα, veſtis exterior talaris, ampla, & fluens, propria houſtarum feminarum, ut ait *Non. c. 14. n. 7.* ſpecies togæ, aut palii muliebris: unde *tunica pallium* ab eo *ibid.* vocatur, & a *Serv. ad Æn. 1. v. 652.* ſic enim ibi mendoſe legitur, quam *tunicopallium*. Ducit *Varr.* a palam. Sic enim habet *l. 4. de L. L. c. 39.* Alterius generis item duo: alterum, quod foris ac palam, palla: altarum quod intus, a quo intuſium. Idem tamen apud *Serv. loc. cit.* rectius dixit *extra ſe vallare*, vibrem, ab irrigatione, & mobilitate, quæ eſt in fine hujuſmodi veſtium, & pedibus in incedendo vibrari, & jactari ſolat. Unde *Sidon. carm. 15.* habitum Palladis deſcribens, *verſ. 15.* tegit eſtima limo Circita palla pedes, qui cum ſub veſte moventur, Criſpato gigidæ empitani in ſyrmate rugæ. *Virg. 11. Æn. v. 576.* Pro crinali aurn, pro longæ tegmine pallæ, Tigridis exuviæ per dorſum a vertice pendant. *Ovid. 3. Amor. el. 13. v. 26.* Et tegit auratos palla ſuperba pedes. *Martial. l. 14. epigr. 105. ad uxor.* Falcia te tunicæque tegunt, obſcuraque palla. *Varr.* apud *Non. a. 16. num. 13.* Funere ipſo pallis pallis amictæ. ¶ Ejus formam ita deſcribit *Apul.* in Lunæ ſpecie ſibi apparuiſſe *lib. 11. Metam. poſt init.* Palla nigerrima, ſplaodeſcens atm nitore, quæ circumcirca remeans, & ſub dextrum latus ad humerum lævum recurrens umbonis vica, dejecta parte lacinæ multiplici contabulatione dependula ad ultimas oras nodulis fimbriarum decoriter conſtuctabat. ¶ Poetæ pro ſua libertate etiam viris tribuunt, iis præſertim, quos ampla, magnifice, & decore iodutos deſcribere volunt. Hinc tribuitur Tragœdiæ ab *Ovid. l. 2. Amor. el. 18. v. 15. & lib. 3. el. 1. v. 12.* (Quin pertinet illud *Horat. de ar. poet. v. 278.* perſonæ, pallæque repertor honeſtæ Æſchylus. *ſcil.* ſectores Tragœdiarum ſuarum perſonatos, & talari gravique veſta amictos induxit.) Vatibus a *Val. Flacc. l. 1. v. 385.* Oliridi a *Tibull. l. 1. el. 8. v. 46.* Citharœdis ab *Auſt. ad Herenn. l. 4. c. 47.* & Arioni ab *Ovid. 2. Faſt. v. 107.* & Phœbo, *l. 11. Met. v. 166. & lib. 1. Amor. el. 8. v. 59.* & a *Tibull. l. 3. el. 4. v. 35.* Deæ Concordiæ a *Petron. in Satyr. c. 124.* Polynici regi Thebano ab *Stat. 12. Theb. v. 312.* Iaſoni ductori Argonautarum a *Val. Flacc. l. 3. v. 718.* Bacchо a *Stat. l. 1. Achill. v. 262.* Bacchus autem veſte fluenti libenter utitur. V. *Propert. l. 3. el. 15. v. 38.* & *Senec. in Oedip. verſ. 425.* Boreas quoque apud *Ovid. 6. Met. v. 705.* Pulvereamque trahans per ſumma cacumina pallam, Verrit humum. Sed hæc eſt ſpecies poetica ſubjiciens oculis venti furentis impetum exacta perſtantem. ¶ Etiam Furias, & turpes feminas, ut Canidiam *Horat. l. 1. ſat. 8. v. 23.* & Triſphonem *Ovid. 4. Met. n. 481.* & *Valer. Flacc. l. 2. v. 106.* palla amictas faciunt. ¶ Videtur etiam dici de veſte interiori, cui alia ſuperindmmr. *Auſt. ad Herenn. l. 4. c. 47.* Ut citharœdus cum prodierit optime veſtitus palla inauratа indutus cum chlamide purpurea. *Ovid. 14. Met. v. 261. de Circe*, pulcro ſedet illa receſſu Sublimis ſolio, pallamque induta rigentem, Inſuper aurato circumcelatur amictu. Veruc tamen eſt bis locis *pallam* non proprie ſcripi, ſed pro tunica talari, & fluxa. Unde *Apul. in Florid. n. 15.* (*al. l. 2. ad fin.*) citharœdum inducit tunica variegata deorſus ad pedes uſque amictum. & *Varr. l. 3. R. R. c. 13.* citharœdum item ſtola & cithara inſtructum facit. Ea quibus ſit, pallam, tunicam, ſtolam interdum uſurpari promiſcue, præſertim a Poetis. Quia de veſte breviori, tunicæ ſimili *Valer. Flacc.* deſcribens habitum Nymopharum venantium, *l. 3. v. 505.* levis omnibus arcus, Et maniçæ viridet, & ſtricta myrtus habena, Summo palla genu. *Martial. l. 1. epigr. 93.* Dimidiaſque nates Gallica palla tegit. Etiam *Stat.* Mercurio pallam tribuens *l. 7. Theb. v. 39.* breviorem veſtem intelligem videtur. ¶ Pro faſcia male quidam intelligunt illud *Senecæ in Troad. v. 91.* Cinpat tunicas palla ſolutas. & *Horat. l. 1. ſat. 2. v. 99.* Ad talos ſtola demiſſa, & circumdata palla plurima. Eſt enim his locis *palla* proprie dicta, quæ veſtem interiorem ambit, & cingit quodammodo. *plurima* vero dicitur ab *Horat.* quia laxa eſt, & fluens, & rugis abundans. ¶ Plura volenti conſulendi ſunt *Ruben. Ferrar. Bayf. Salmaſ.* qui data opera hæc tractavem. ¶ Pro aulæo, *Senec. l. 3. de Ira, cap. 11.* Duo manipulares incumbentes regio tabernaculo, de rege ſuo male ominabant. Audierat omnia Antigonus, atpote cum inter dicentes & audientem palla interneſſet. *Gloſſ. vet.* Παραπέτασμα, vellum, palla. Παραπέτασμα eſt *velo, cortinaggio*, e *tenda, che tramezza*.

PALLACA, æ, f. *concubina*, πάλλαξ, Græca vox idem quod Latine *pellex* ſignificans. *Sueton. in Veſpaſ. c. 11.* Accubante aliqua pallacarum. *Plin. l. 35. n. 10. ante med.* Dilectam ſibi ex pallacis ſuis nomine Campaſpen. ¶ Quidam ita diſtinguunt, ut pallax ſit habeutis uxorem, pallaca non habentis. Sane tum Veſpaſianus, de quo *Sueton.* tum Alexandar M. de quo *Plin.* videntur juſta uxore caruiſſe, cum hæc de iis ſcriberentur.

PALLACANA. V. *Gethynm*.

PALLADIUM, ii, n. Παλλάδιον, diminut. a Παλλάς, quo generatim ſignificatur quodvis parvum Palladis ſimulacrum: ſed per excellentiam ſic vocatum eſt id, quod regnante Ilo Priami avo, in Ilium cælitus eciditi eo tempore, quo arx nmplumque ejus deæ ædificabatur, & in tempio nondum tecto ſibi locum delegit. Quæ res cum omnibus maximo eſſet miraculo, Apollo conſultus reſpondit, tandiu urbem incolumem fore, quandiu ſimulacrum illud intra mœnia ſervarntur. Itaqua tampem belli illius, quod communibus viribus Græcia tnta adverſus Trojanos geſſit, enm alia ſpes capiendæ Troiæ non eſſet, niſi prius ſublatm Palladio, datum negotium eſt Ulyſſi & Diomedi, ut per cloacas in arcem aſcendereat, fataleque Minervæ ſimu-

ſimulacrum auferrent. Quo facto, urbem tutelari Palladis numine ſpoliatam, infirmam, captuque non admodum difficilem reddiderunt. Tandem a Græcis Romam pervenit, ubi collocatum eſt in æde Veſtæ, qua ſagrante, a Metello ex incendio eſt ereptum, ut *Plin. l. 7. c. 43. ſub fin.* narrat. *Virg. l. 2. Æn. v. 165.* Fatale aggreſſi ſacrata avellere templo Palladium, cæſis ſummæ cuſtodibus arcis. V. ibi *Serv.* & *ad verſ. 227.* ¶ Etiam Romanis pro pignore Imperii habebatur. V. *Ancile.* ¶ Græca poſitione eſt *Palladios*. *Lucret. l. 4. v. 1253.* Nigra, Melichros eſt; immunda & fœtida, acoſmos; Cæſia, Palladios. *ἀ non, Palladeia.*

PALLADIUS, a, um, Παλλάδιος, ad Palladem pertinens. *Ovid. 2. Triſt. el. 22. v. 12.* Palladium numen. *Lucan. l. 7. v. 570.* Palladia ægis. *Virg. 2. Georg. v. 181.* Palladia gaudent ſilva vivacis olivæ. Sic *Sil. l. 1. v. 238.* Palladia arbor. *b. e.* olea. *& lib. 3. v. 405.* & *Virg. 7. Æn. v. 154.* Palladii ſtami. *Sil. l. 6. v. 648.* Palladii agri. *Ovid. 8. Met. v. 275.* Palladii latices. *b. e.* oleum. Pallas enim oleæ, & olei inventrix & monſtratrix fuit. *Id. l. 1. de ar. am. v. 727.* Palladiæ petitus cui fama coronæ. *b. e.* quæ datur ex olea vel oleaſtro in publicis ludorum certaminibus. V. *Oleagineus. Propert. l. 3. el. 7. v. 42.* Palladia æra. *b. e.* Trojæ, ubi Pallas colebatur. *Valer. Flacc. l. 1. v. 457.* & *lib. 8. v. 463.* Palladia pinus. *b. e.* navis Argo Palladæ magiſtra conſtructa. (V. *eti. lib. 1. v. 477.* & *Phædr. l. 4. fab. 6.* & *Senec. in Med. v. 365.*) *Valer. Flacc. l. 6. v. 408.* Palladii motus. *b. e.* a Pallade tuſſi. *Id. l. 7. v. 624.* Palladii angues. *b. e.* qui ſunt circa caput Meduſæ, quod Pallas geſtat. Al. leg. *igues*, h. e. quibus Pallade monſtrante, ut eſt apud *Hygin. fab. 30.* Hercules Hydram vicit: quod & *Senec. in Herc. Fur. v. 242.* dicit. *Ovid. 7. Met. v. 399.* & *Senec. in Hippol. v. 260.* Palladiæ arces. *b. e.* Athenæ, quæ ſub tutela Palladis. *Ovid. Heroid. ep. 17. v. 133.* Palladii honores. *b. e.* a Pallade oblati. *Senec. in Herc. Oet. v. 563.* Palladia colus. *b. e.* a Pallade inventa, una cum arte texendi. *Martial. l. 2. epigr. 2.* Palladium forum. *b. e.* Romanum ita dictum, quia ibi fuit Minervæ templum, ut patet ex *Sex. Rufo de regionib. Urb. R.* Rurſus *Id. l. 5. epigr. 1.* Palladia Alba. *b. e.* quia in monte Albano quotannis Quinquatria celebrabantur a Domitiano in honorem Palladis, ut *Sueton. cap. 4.* narrat. *Id. l. 9. epigr. 101.* Toloſa Palladia. *b. e.* quia in ea urbe florebant litteræ, quarum præſes eſt Pallas. ¶ Univerſim quodcumque opus ingenioſum, & ſingularis artificii; Palladi adſcribitur, tanquam artium inventrici. *Senec. l. 1. ſilv. 1. v. 5.* An ta Palladiæ talem, Germanice, nobis Effaxere manus? *Martial. l. 6. epigr. 13.* Val quis Palladiæ non putet artis opus? *Id. l. 8. epigr. 51.* Palladius tenero lotos ab ore ſonat. *b. e.* tibia a loto a Pallade inventa, ut *Hygin. fab. 165.* docet.

PALLADIUS, ii, m. Palladius Rutilius Taurus Æmilianus, patria Romanus, ut creditur, cujus exſtant libri quatuordecim de ea ruſtica non inelegantes, ſcripſit poſt Apulejum, quo tamen Latinior multo eſt, & a novandarum vocum cacoethe magis abhorrens.

PALLANTEUM, i, n. oppidum Italiæ, in montis Palatino, conditum ab Euandro, ubi poſtea Roma ædificata eſt, quod poſteriores Palatium dixere. *Virg. 8. Æn. v. 54.* & *341.* Fuerat in Arcadia hoc nomine oppidum a proavo Euandri conditum. *Juſtin. l. 13. c. 1.*

PALLANTEUS, a, um, ad Pallanteum pertinens. *Virg. 9. Æn. verſ. 196.* & *241.* ad muros & mœnia Pallantea. *Claudian. de VI. conſul. Honor. v. 644.* Pallanteus apex. *b. e.* collis Palatinus, in quo fuit Pallanteum.

PALLANTIAS, adis, f. Tritonis palus, Παλλαντιάς, palus in Africa, ad Tritonem fluvium, non procul ab Aris Philænorum. Circa hanc paludem Palladum primum apparuiſſe ferunt: unde ex ea natam fuiſſe incolæ credideruot. *Plin. l. 5. c. 4. a med. Mela l. 1. c. 7.* & *Serv. ad 2. Æn. v. 171.* ¶ Item Aurora, ita dicta quia ſoror patruelis eſt Pallantis gigantis. Nam Pallas filius eſt Crei, τῦ Κείου, Aurora filia eſt Hyperionis: Hyparion, & Creus fratres ſunt, Cælo & Terra geniti, ut eſt apud *Heſiod. in Θεογον. v. 134.* V. etiam *verſ. 371.* & *ſequentib. Ovid. Faſt. 4. verſ. 373.* Poſtera cum cælo motis Pallantias aſtris Fulſerit. Adde *9. Met. v. 421.* & *lib. 25. v. 191.*

PALLANTIS, idis, & idus, f. Aurora, quæ & Pallantias. V. in voce præced. *Ovid. 15. Met. v. 700.* Sexto Pallantidos ortu Italiam tenuit. *b. e.* ſexto die. Sic *lib. 6. Faſt. verſ. 567.* Pallantide cæſus eadem.

PALLANTIUS, a, um, ad Pallantem aliquem pertinens. *Pallantius heroe* apud *Ovid. 5. Faſt. v. 647.* eſt Euander, nepos, vel pronepos Pallantis regis Arcadiæ.

PALLAS, adis, & ados, f. *Pallade, Minerva*, Παλλάς, Græcum nomen ejus deæ, quæ Latino Miuerva appellatur. Quidam ducunt a πάλλω, vibro, quod haſtam teneat ac vibret. eſt enim bellicum nomen. *Feſtus* dictam putat ab eo, quod Pallantem gigantæ (patrem ſuum, vim ei inferentem, ut eſt apud *Cic. 3. de nat. Deor. c. 23.*) interfecerit; vel quod in Pallantis Africæ palude nata ſit. Deſcriptionem habitus ejus habes apud *Sidon. carm. 15.* Alia ad eam pertinentia V. in *Minerva. Horat. l. 1. od. 12. v. 19.* Proximus illi (*Jovi*) tamen occupavit Pallas honores, Prœliis audax. *Ovid. 2. Faſt. v. 89.* Et ſius lite loquax cum Palladis alite cornix. *b. e.* cum noctua. *Id. 2. de ar. am. v. 518.* Cærula quot baccas Pallados arbor habet. *b. e.* olea. *Id. 3. Faſt. v. 815.* Pallada nunc pueri, teneræque ornate puellæ: Qui bene placarit Pallada, tutus erit. *& verſ. 813.* invita Pallade. *b. e.* invita Minerva. *Id. Met. 13. v. 99.* Priamidenque Helenum rapta cum Pallade captum. *b. e.* Palladio. Sic *3. Triſt. el. 1. v. 29.* Hic focus eſt Veſtæ, qui Pallada ſervat, & ignem. V. *Pallodium.* ¶ Metonymice eſt oleum, ut Ceres panis, Bacchus vinum. *Ovid. 4. Triſt. el. 5. v. 3.* Cujus ab alloquiſ anima hæc moribunda revixit, Ut vigil infuſa Pallade flamma ſolet. Adde *Heroid. ep. 19. v. 44.* ¶ Pallas pro Veſta, quia ſignum Palladis, Palladium dictum, in æde Veſtæ fuit, ut *Ovid. Triſt. l. 3. el. 1. v. 29.* docet. *Propert. l. 4 eleg. 4. v. 45.* Pallados exſtinctos ſi quis misabetur ignes, &c.

PALLAS, antis, m. Παλλάς, filius Pandionis, qui genuit Clytan, Buten, & Minervam quintam, cui cum vim inferret, ab ipſa eſt interemptus. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 23.* & *Ovid. 7. Met. verſ. 500.* ¶ Item filius Crei, nepos Cæli & Terræ, unus e Titanibus, Aurora frater patruelis. V. *Pallantius.* Hic ponitur a *Claudian in Gigantom. v. 94.* inter Gigantas, quia hi cum Titanibus ſæpe confunduntur. Etiam *Feſt.* in *Pallet* hunc gigantem vocat. ¶ Item rex Arcadiæ, avus Euandri vel proavus. *Virg. 8. Æn. verſ. 54.* & ibi *Servius.* ¶ Denique Euandri filius a Turno occiſus. *Virg. 8. Æn. verſ. 104.* Pallas huic filius una, Una omnes juvenum primi, pauperque Senatus. ¶ In vocativo habet *Palla* apud *Virg. 10. Æn. v. 411.* & alibi. Poteſt tamen & *Pallas*, & *Pallae* dici, ut *Priſcian. monet l. 6. pag. 702. Putſch.*

PALLATINUS. V. *Palatinus* in fi.

PALLENÆUS, a, um, Παλληνεύς, ad Pallenen pertinens. *Stat. l. 4. ſilv. 2. v. 56.* Et Pallenæos Phœbum laudare triumphos. *Lucan. l. 7. v. 250.* Pallenæa Jovi mutavit fulmina Cyclops. *b. e.* quibus Jupiter Gigantes perculit. V. *Pallene.*

PALLENE, es, f. Παλλήνη, oppidum Macedoniæ in paninſula, ad finum Thermaicum, & Toronaicum, prope Phlegram, imo eadem cum Phlegra ſecundum quoſdam. Ea in regione bellum cum diis a Gigantibus initum fuiſſe, tradunt fabulæ. *Plin. l. 4. c. 10. Val. Flacc. l. 2. verſ. 17.* & *Senec. in Herc. Fur. verſ. 979.* ¶ Ipſa quoque paninſula eodem vocatur nomine. *Pompon. Mela ſub fin. cap. 2. l. 2.*

PALLENENSIS, ſe, ad Pallenen pertinens, ut Pallenenſis Iſthmus. *Plin. l. 4. c. 10.*

PALLENS, entis, *pallido, impallidire, fmorm*, ὠχρός, ὠχρία, pallore perfuſus, pallidus: vox Poetis perfamiliaris. *Virg. 8. Æn. v. 709.* Pallens morte futura. *Ovid. 3. de ar. am. v. 487.* pallentes terrore puellæ. *Senec. in Agam. v. 762.* pallentes genæ. *Claudian. de conſul. Mall. Theod. v. 41.* Quidquid luce procul, venas timata ſequaces, Abdita pallentis fodit ſolertia Beſſi. *b. e.* ex longa ſub terris mora pallorem contrahentis. *Stat. l. 4. ſilv. 7. v. 15.* Pallidus ſolfor redit, erutoque Concolor auro. ¶ Sæpe tribuitur Manibus & Inferorum diis, exſangues enim eſſe videntur. *Virg. 4. Æn. v. 26.* Pallentes umbras Erebi. *& verſ. 243.* pallentes animas illic evocat Orcus. *Senec. in Herc. Oet. v. 1012.* Tiſiphone pallens. *Id. in Oedip. v. 583.* Ipſe pallentes deos vidi iotes umbras. *Sil. l. 13. v. 408.* pallentia regna. *Tibull. l. 3. el. 5. v. 21.* pallentes undæ. *b. e.* Cocyti, Stygis, &c. ¶ De iis, quæ colore ſunt livido, & pallenti ſimili, *di colore fmorto, ſcolorito. Virg. Ecl. 2. v. 47.* Pallentes violæ. *Martial. l. 13. epigr. 27.* pallentes caules. *& lib. 1. epigr. 42.* pallentia ſalſurata. *Plin. l. 37. c. 8.* Gemma e viridi pallens. *Val. Flacc. l. 5. v. 106.* pallens Cytorus. *b. e.* quia buxo abundans, cui pallor tribuitur. V. *Ovid. 4. Metam. v. 134.* & *lib. 11. v. 417.* Idum dic de auro, cui color ſimilis. *Ovid. Met. 11. v. 145.* Arva tigent auro madidis pallentia glebis. ¶ Eſt etiam obſcurus, ater. *Tibull. l. 2. el. 5. v. 76.* Sol pallentes jungit equos. *Claudian. de conſul. Mall. Theod. v. 130.* Phœbe pallens. *b. e.* luna deficiens. *ecliſſens. Martial. l. 9. epigr. 58.* Nec pallens toga mortui tribulis. ¶ Dicitur & de virore in obſcurum & fuſcum inclinante. *Virg. Ecl. 3. v. 39.* Pallens idera. *& Ecl. 6. v. 54.* bos pallentes tumimat herbas. *Claudian. in conſul. Prob. & Olybr. v. 212. de Tibere.* ilicet hetbis Pallentes thalamos, & ſtructa cubilia muſco Deſerit. *Martial. l. 5. epigr. 79.* Pallens faba. *b. e.* propter folia fuſciora. Sic *Ovid. de medic. fac. v. 69.* pallentes lupini. ¶ Metonymice, pallorem inducens. *Virg. 6. Æn. v. 275.* pallentes morbi. *Martial. l. 12. epigr. 7.* curæ. *Ovid. 2. de ar. am. v. 105.* pallentia philtra. *Perſ. ſat. 5. v. 55.* pallentia grana cumini. *& verſ. 25.* pallentes radere mores. *b. e.* pravos: unde timor conſciis. *Horat. l. 1. ep. 1. v. 61.* Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa. ¶ *Pallens famis* apud *Auct. dial. de Orat. c. 13.* eſt lubrica, periculoſa, anceps.

PALLĔO, es, lui, n. 2. *impallidire, effer pallido*, ὠχριάω, pallore ſuffundor, pallidus ſum. *Cic. 2. Phil. c. 34.* Apparet, eſſe commotum: ſudat, pallet. *Ovid. Met. 2. v. 814.* pallent amiſſo ſanguine venæ. *& lib. 8. v. 465.* Sæpe metu ſceleris pallebant ora futuri. *Tibull. l. 3. el. 5. v. 25.* Cum mea rugoſa pallebunt ora ſenecta. *Martial. l. 3. epigr. 38.* pallet cetera turba famæ. *Juvenal. ſat. 2. v. 50.* Pallere morbo. ¶ *Pallere* dicuntur amantes, quia impurus amor morbus quidam eſt. *Propert. l. 1. el. 9. v. 17.* Nec dum etiam palles, vero nec tangeris igni. *Ovid. 1. de ar. am. v. 729.* Palleat omnis amans: hic eſt color aptus amanti. ¶ Translate *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 78.* Ambitione mala aut argenti pallet amore. *b. e.* laborat, æger eſt. *Perſ. ſat. 4. v. 47.* viſu ſi palles improbe nummo. *b. e.* præ cupiditate habendi. *Quintil. ſub fin. l. 7.* Nemo exſpectat, ut alieno tantum labore ſit diſertus: vigilandum ducat, iterum enitendum, pallendum. *b. e.* aſſidue ſtudendum: unde pallor. Sic *Juvenal. ſat. 7. v. 96.* nunc utile maltis Pallere, & virum toto neſcire Decembri. *& Perſ. ſat. 5. v. 62.* noctumis juvat impalleſcere chartis. ¶ *Pallere otio* dixit *Martial. l. 3. epigr. 58. v. 24.* quia otio, velut quodam ſitu, pallor contrahitur. Non ſegnis albo pallet otio coupo. ¶ Cum accuſativo *Perſ. ſat. 1. v. 124.* Iratum Eupoliden præpetandi cum ſene palles. *b. e.* ex aſſidua lectione Eupolidis pallorem contrahis: & eſt Græca loquendi ratio. ¶ *Pallere* etiam dicuntur, quæ ſimilem pallentia colorem habent.

Ovid. 11. *Met.* v. 110. *de Mida.* Tollit humo saxum: saxum quoque palluit auro. *Martial.* l. 8. *epigr.* 44. Superba dantis arca palleat nummis. *Id.* l. 9. *epigr.* 55. Si mihi Picena turdus palleret oliva. ¶ Item quæ nativum colorem amittunt. *Propert.* l. 4. *el.* 7. v. 82. Et nunquam Herculeo comine pallet ebur. *b. e.* semper candorem servat. *Rutil.* l. 1. v. 479. ubi Stellantes admovit Sirius ignes, Cum pallent herbæ. *Ovid.* 1. *Fast.* v. 688. Ne vitio cæli pallens ægra fetes. *Sroec. in Ovidp.* v 45. Trifisque mundus nubila pallet novo. *i obscura.* Sic *Stat.* 1c. *Theb.* v. 406. jam sidera pallent Vicino turbata die. *ſi foloriſcano.* & *Lucan.* l. 7. v. 177. vultus tenebris mirantur operta, Et pallere diem, galeisque incumbere noctem. & *lib.* 6. v. 500. Phœbe diris obsessa veneficis Pallut, & nigris terrenisque ignibus ardet. *ſi ſcolori.* & *Ovid. Met.* 7. v. 208. cursus quoque carmine nostro Pallet avi: pavet nostris Aurora venenis. ¶ Græca syntaxis est in illo *Propert.* l. 1. *el.* 15. v. 30. Quis te corripiat multos pallere colores? *b. e.* in multos colores vultum mutare. ¶ Metonymice est timere: quia metus indicium & effectus pallor est. *Pers. sat.* 5. v. 8. Marco sub judice palles? *Horat.* l. 1. *ep.* 7. v. 7. Dum pueris omnis pater, & matertera pallet. *Juvenal. sat.* 13. v. 223. Hi furi, qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent. ¶ Cum accusativo *Petron. in Satyr.* v. 120. pavitaos festernos palluit ictus. *Horat.* l. 3. *od.* 27. v. 26. scatentem Beluis pontum, mediasque fraudes. Palluit audax. *Pers. sat.* 5. v. 184. recutitaque sabbata palles. *b. e.* omnia superstitione veteris, & fervas.

PALLESCO, scis, n 3. *impallidire*, pallere incipio, pallidus fio. Tot fere usus habet, quot pallco. *Gell.* l. 19. *c.* 4. Ut qui timent, sanguine ex ore decedente pallescant. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 703. Palluit, ut fecæ, lectis de vite racemis, Pallescunt frondes, quas nova lædit hiems. *ſi ſcolariſcano. Val. Flacc.* l. 7. v. 586. viso pallescit Aamina vcuson. *Propert.* l. 1. *el.* 13. v. 7. Perdirus ip quidam tardis pallescere curis Incipis. *Horat.* l. 1. *ep.* 1. v. 61. Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa. *Id. de ar. poet.* v. 428. clamabit enim, pulcre, bene, recte! Pallascet. *b. e.* præ admiratione, tanquam si deliquio la oret. *Quintil.* l. 1. *c.* 2. (*al.* 3.) *a med.* Ante omnia futurus orator adhibeat jam a tenero ora sciorniliare hominum, neque illa solitaria, & velut umbratili vita pallescere.

PALLIASTRUM, i, n. τριβολο μικρότερον, vile pallium, scissum, tritum, sordidum. *Apul. in Flor.* n. 14. *extr.* (*al.* l. 2.) Ni Zeno protectus pallastri a circumstantis coronæ obtutu magistrum defendisset. *Id.* l. 1. *Metam.* Humi felicias scissis palliastro semiamictus.

PALLIATUS, a, um, *vestito di mantello*, pallio amictus: & fere apud Latinos de Græcis dicitur. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 9. Isti Græci palliati, capite operto qui ambulant. *Cic. Pcol.* 5. *c.* 5. Græculus judex modo palliatus, modo togatus. *Apul. in Florid.* n. 9. (*al. sub fin.* l. 2.) Quotidiani palliata incendabula obambulat. *Sueton. in Cæſ. c.* 48. Convivatum assidue per provincias duobus triclinitis: uno quo fagati, palliative: altero quo togati discumberent. *Valer. Max.* l. 2. *c.* 6. *n.* 10. Dicerem multos, nisi idem bracati sensissent, quod palliatus Pythagoras credidit. *Plin.* l. 34. *c.* 8. Palliata signa Phidiæ. ¶ *Fabulæ palliatæ* sunt, quæ Græcos mores, Græcosque homines induunt: contra togatæ, quæ Romanos, Italosve. *Terr.* apud *Donat.* l. 3. *pag.* 487. *Postscb. & Donat. in fragmento de Com. & Trag. quod ejus commentor.* in *Terent. prologi scies.* ¶ Translate *Val. Max.* l. 3. *c.* 1. *n.* 3. *extern.* Socratis viralitatis robore palliatus animus. *b. e.* fortitudine præditus, & munitus, philosophiæ præceptis instructus.

PALLIDULUS, a, um, *pallidetto, pallidiccio*, diminut. a pallidus. *Catull. carm.* 61. *ad Hymenæ. v.* 6. Pallidulum manans alloit unda pedem.

PALLIDUS, a, um, *smorto, scolorito, pallido, ὠχρὸς*, pallore suffusus. Tam late sumitur, quam *pallens*, totidemque modis. *Horat.* l. 2. *ſat.* 6. v. 76. Vides, ut pallidus omnis Cœna desurgat dubia? *Ovid.* 4. *Met.* v. 134. oraque duro Pallidiora gerens exhorruit. *Lucan.* l. 4. v. 698. Aluril fenestor pallidus auri. *Plin.* l. 18. *c.* ult. Pallidi ordei. & *ibid.* Pallidi ignes. & *lib.* 2. *c.* 65. Stellæ, quæ sunt omnium pallidissimæ. *Id.* l. 10. *c.* 33. Avis pallido intus colore pennarum, supreme cyanea. *Propert.* l. 4. *el.* 5. v. 70. imrounda pallida mitra situ. *Lucan.* l. 1. v. 618. pallida tetris Viscera tincta notis. *b. e.* livida, lurida. ¶ *Pallida fœna* dicitur a *Varr.* l. 1. R. R. *c.* 67. quæ situm trahit, & sapore corrumpitur. Vetustate, inquit, ficos fit pallidior, palusula cariosior, oux aridior. V. *Pallor.* ¶ *Pallidi* soot amantes. V. *Pallco. Propert.* l. 3. *el.* 6. v. 28. Semper in irata pallidus esse velim. *Ovid.* l. 1. *de ar. am.* v. 731. Pallidus in Lyrice silvis errabat Orion: Pallidus in lentis Naide Daphnis erat. Adde 3. *Amor. el.* 6. v. 65. ¶ Item timentes. *Ovid. Heroid. ep.* 12. v. 97. Ipsa ego, quæ dederam medicamina, pallida sedi. & *epist.* 1. v. 14. Nomine in Hectoreo pallida semper eram. ¶ Item feseri, & Manes. *Stat.* 8. *Theb.* v. 18. Imbriferæque gemit fulcetor pallidus undæ. *Lucan.* l. 1. v. 456. Ditis profundi pallida regna. *Tibull.* l. 1. *el.* 11. v. 38. Errat ad obscuros pallida turba lacus. ¶ Metonymice est pallorem inducens. *Propert.* l. 4. *el.* 7. v. 44. cum iosidiis pallida vina bibi. *Horat.* l. 1. *od.* 4. v. 13. & *Senec. in Here. Fur.* v. 555. Pallida mors. *Lucan.* l. 4. v. 302. aconita. *Martial.* l. 14. *epigr.* 102. cura.

PALLIOLATIM, adverb. cum pallio. *Plaut, Pscud.* 5. 1. 29. Sed palliolatim amictus sic incessi ludibundus.

PALLIOLATUS, a, um, τριβώνιον ἔχων, palliolo indutus, vel operatus. V. *Palliolum. Suetou. in Claud. c.* c. Palliolatus novo more præsedit. *Martial.* l. 9. *epigr.* 33. quæ palliolata vagatur. ¶ *Tunicæ palliolatæ*, quæ leguntur apud *Vopisc. in Bonosa, c. ult.* videntur *Gesnerus* fuisse genus vestis, quod formam & usum haberet tunicæ simul & palliuli: & potis dici pallas usunicatas. *Salmasio* vero tunicæ cum adjuncto palliolo, h. e. brevi capitis operimento mulichri. Sic *Scevola Dig. lib.* 34. *tit.* 2. *leg.* 39. Semprouiæ tunicas tres cum palliolis, quæ elegerit, dari volo.

PALLIOLUM, li, n. *mantellino, mantellina*, parvum aut vile pallium: item ideo quod pallium, viris & femiais commune. *Cæsar.* apud *Cæsar.* 3. *Tuscul. c.* 23. Sæpe est audam sub palliolo fordido sapientia. *Plaut. Epid.* 2. 2. 20. Orna te, Epidice, & palliolum in collum conjice. *Apul.* l. 1. *Metam.* Opertus palliolo. *Martial.* l. 12. *epigr.* 28. Succida palliolo vellera quioque petit. *b. e.* lanæ vellera poscit ad palliolum faciendum. ¶ Item operimentum capitis, cuculus, pileolus, *cappuccetto, berretta, cuffia*. Gestabatur a viris fere in adversa valetudine. *Quintil.* l. 11. *c.* 3. *a med.* Palliolum, sicut fascias, & focalia, & aurium ligamenta, sola excusare potest valetudo. *Ovid.* 1. *de ar. am. v.* 733. Argust & macies animum: nec turpe putaris Palliolum madidis imposuisse comis. *Senec. sub fin.* l. 4. *quæst. nat.* Videbis quosdam gracites, & palliolo focalique circumdatos, pallentes & ægros, &c. V. *Pallidatus*. A figura hujus est illud *Plin.* l. 26. *c.* 8. *ante med.* Epithymum (*b. e. florem sèpium*) tradunt sine radice nasci, tenue, similitudine pallioli.

PALLIUM, ii, n. *mantello, cappa, manto, fascia, κειρίδωμα, σάβανον*, vestis longa, fusa, & ampla, quæ tunicæ superinduitur: propria Græcorum, tum virorum, tum mulierum; sicut toga Romanorum, & Italorum. Est ob eadem origine, a qua *pallo*: & in feminis idem est cum palla. Erat apertum, & fere ita gestabatur, ut sederet humeris, & pars ejus dextera ab imo in sinistrum humerum rejiceretur, vel in sinistrum buschium imponeretur, aut illi subjiceretur, & nihilominus totum corpus amiciret, solaque dextera manus ad pectus exseret, brachio tamen involuto, interdum ipsa quoque manu operta. *Liv.* l. 29. *c.* 19. *ad fin.* Cum pallio & crepidis inambulare in gymnasio. *Cic pro Rabir. Post. c.* 10. Consularis homo focos habuit & pallium. *In Verr.* 7. *c.* 13. Cum ille cum pallio purpureo talarique tunica versaretur in convivio muliebribus. *Quintil.* l. 11. *c.* 3. *a med.* Togam veteres ad calceos usque demittebant, ut Græci pallium. *Senec. ep.* 114. Pallio velare caput. *Petron. in Satyr. c.* 20. operire. *Id. cap.* 80. Intorto circa brachium pallio, composui ad prædandum gradum. *Cic.* 1. *de Divin. c.* 69. *ad fin.* Alcibiades paulo ante interitum visus est in somnis amicæ esse amictus amiculo. Is cum esset projectus inhumatus, amica corpus ejus tenuit suo pallio. *Plaut. Mil.* 3. 1. 93. Eme, mi vir, lanam, unde tibi pallium malacum & calidum conficiatur, amicæque lubenæ bonæ. *Id. Capt.* 4. 1. 10. Pallium in collum conjicere. *Id. Truculi.* 2. 5. 66. Soleas mihi date: pallium lojice in ma huc, Archilis. *Terent. Phorm.* 5. 6. 4. Humerum pallio onerare. *Plaut. Capt.* 4. *c.* 8. Ergasilus est oe hic, procul quem video? collecto quidem est pallio: quid nam afferre est? *erroso fe, vascolo.* & *Terent. Eun.* 4. 6. 31. Attolle pallium. Ubi *Donat* Vel quia sit pæne ebrius, pallium trahit Chremes. ¶ *Modum intra pallium continere*, proverb. h. e. lente & remisse agere, sedata oratione uti, nata qui eccentrice etiamtur in dicendo, totum brachium exserunt, & multiplici gesticulatione vibrant. *Quintil.* l. 12. *c.* 10. *ante med.* Mihi falli multum videntur, qui solos esse Atticos credunt tenues & lucidos, & tignificantes, sed quadam eloquentiæ frugalitate contentos, & semper modum intra pallium continentes. ¶ De pallio seminarum R. sunt præterea loca *Ovid.* 3. *Amor. el.* 2. v. 25. & *lib.* 1. *de ar. am.* v. 153. & *Petron.* in *Satyr. c.* 17. ¶ *Pallium* sunt præcipus vestis philosophorum Græcorum. *Gell.* l. 9. *c.* 2. Viden, inquit, barbam & pallium, philosophum nondum video. *Apul.* l. 11. *Metam.* Qui pallio, baculoque, & baneis, & hircino barbitio philosophum fingeret. *Id. in Florid.* n. 7. (*al.* l. 1.) Pallio tenus philosophos imitari. ¶ Plura *de Pallio* dabunt *Tertull.* & *Ferrar. de re vest. par.* 2. l. 4. item *Salmas. ad Tertull.* & *ad hist. Aug.* variis in locis. ¶ Multa sunt apud *Martial.* loca, in quibus *pallium* vel pro toga, vel pro quavis veste superiore, poetica libertate, poni videtur, ut *lib.* 3. *epigr.* 63. l. 8. *epigr.* 59. l. 9. *epigr.* 27. l. 11. *epigr.* 17. & 64. ¶ *Tunica propior pallio est*, proverb. quo significatur, magis affici nos rebus nostris, quam alienis, & magis curæ esse nobis eos, qui arctiore vinculo propinquitatis, vel amicitiæ nobiscum juncti sunt: neque eandem rerum omnium, aut hominum habendam esse rationem: *stringe più la camiscia, che la gonnella.* Habetur apud *Plaut. st. ult. Trin. v.* 30. ¶ Palliis etiam lecti inferuntur, *coperte de letto. Suetou. in Ner. c.* 48. Decubuit super lectum modicella colcita, vetere pallio strato instructum. *Ovid. Heroid. ep.* 21. v. 169. torrentur febribus artus, Et gustus justo pallia pondus habent. *Propert.* l. 4. *el.* 3. v. 32. Tum queror in toto non fidere pallia lecto. Adde *Ovid.* l. 1. *Amor. el.* 2. v. 27. & *Juvenal. sat.* 6. v. 225. ¶ Etiam lecti funebres, & in his cadaveres pallio contegebantur. *Apul.* l. 3. *Metam.* Arrepto pallio, retexi corpous. *Id. eo Florid. n.* 4. (*al.* l. 1.) Pallio cadavera operiri, & philosophos amiciri. ¶ De velis, quibus ornantur ædes. *Prudent.* l. 2. *contra Symmach.* v. 726. Quos sparsam flores? quibus infertabo coroois Attia? quæ festis suspendam pallia portis?

PALLOR, oris, m. *pallidezza, pallidore, pallore*, ἔχθος, ὠχρότης, color ille, qui in pelle accidit, decadente sanguine, vel ex metu, vel ex morbo. *Cic.* 4. *Tuscul. c.* 8. *ad fin.* Pudorem rubor, terrorem pallor & tremor consequitur. *Horat. epod.* 7. v. 65. albus ora pallor inficit. & *epod.* 10. v. 15. O quantus instat cautis sudor tuis, Tibique pallor luteus! *Ovid.* 4. *Met.* v. 266. Membra ferunt hastisse solo: partemque coloris, Luridus ex sanguis pallor convertit in herbas. *Id.* 1. *Trist. el.* 4. v. 21. Navita confessus gelido pallore timorem. ¶ Tribuitur amantibus, quia morbus est amor. *Propert.*

pert. l. 1. el. 5. v. 21. Nec jam pallorem toties mirabere noſtrum. *Horat. l. 3. od. 10. v. 14.* tinctus viola pallor amantium. *Stat. 12. Theb. v. 735.* Pallor exanimis. *Ovid. 8. Met. v. 790.* facit comitem Lamia. ¶ Item Inferis. *Lucan. l. 5. v. 628.* latet obſcurus aer Infernæ pallore domus. *Al. lig.* ſqualore. *Id. l. 6. v. 517.* terribilis Stygio facies pallore. *Ovid. 4. Met. v. 436.* Pallor hiemſque tenent late loca ſenta. ¶ Metonymice eſt timor, cujus eſt indicium. *Propert. in fin. el. 4. l. 2.* Hic tibi pallor, Cynthia, verſus erit. *Plaut. Men. 4. 2. 46.* Nihil equidem paveo: palla pallorem incutit. *Stat. l. 5. ſilv. 1. v. 70.* quantus pro conjuge pallor. ¶ Hinc in Fabulis eſt deus timorem injiciens. *Lactant. l. 1. c. 20.* Pavorem, Palloremque Tullus Hoſtilius figuravit & coluit. *Liv. l. 1. c. 27.* Tullus *in re* trepida duodecim vovit Salios, ſanctæ Pallori, & Pavori. ¶ Metaphorice dicitur de colore ſignificato cujuſcunque mi, *ſcelerimonos. Lucan. l. 7. v. 600.* & *Plin. l. 2. c. 30.* obſcurus ſolis pallor. *Ovid. Met. 8. v. 759.* Et pariter frondes, pariter pallere glandes Cernere, ac longi pallorem ducere rami. *Lucr. l. 4. v. 336.* Quæ contage ſua palloribus omnia pingunt. ¶ Primus Auroræ pallor *Statio l. 2. Theb. v. 333.* eſt, cum primum Aurora incipit albeſcere. ¶ Apud *Colum. l. 12. R. R. c. 55. palior* dicitur naturalis color ſeminis ſinapis. ¶ Item mœror, qui ex ſitu & humore provenit. *Vitruv. l. 6. c. 7.* Bibliothecæ ad Orientem ſpectare debent, nam in his, quæ ad Meridiem, & Occidentem ſpectant, a tineis & humore vitiantur, quod veſti humidi advenientes procreant eas, & alunt, infundentesque humidos ſpiritus, pallore volumina corrumpunt. *di mufa:* vel ſimpliciter intellige de pallore, quo litteræ decolores fiunt, & vanescunt. *Colum. l. 12. l. 50. a med.* Nova dolia liquida gummi perluere, ficcataque ſuffumigare alba cera, ne pallorem capiant. *& in fin. cap. 42.* Refrigeratum medicamentum dijicitur in vas fictile novum picatum, idque gypſatum alte ſuffunditur, ne pallorem trahat. *Lucil.* apud *Non. c. 6. n. 81.* Lanæ opus omne perit: pallor, tinea omnia cædunt.

PALLULA, æ, f. diminut. parva palla. *Plaut. Trucul. t. 1. 32.* Conſciſſa pallula eſt. *Adde 2. 2. 26. & c. 6. 55.*

PALMA, æ, f. *palmo della mano, Ital.* παλάμη, planum illud, & ex parte concavum in manu, quæ & vola dicitur: a fecunda vocc Græca allata, quam dicunt eſſe a παλάω, vibro. *Cic. in Orat. c. 32.* Cum pugnum fecerint, dialecticam ajebat ejuſmodi eſſe: eum autem manum dilatavemit, palmæ illius ſimilem eloquentiam eſſe dicebat. *Celſ. l. 8. c. 28.* In palma quoque oſſa interdum ſuis ſedibus promoventur. *Virg. 8. Æn. v. 69.* civis urdum de flumine palmis Suſtulit. *Perſon. in Satyr. c. 95.* Os hominis palma excuſſiſſima palfat. *con poſamiſſima guanciata. Plin. l. 9. ep. 24.* aliquem palma percutere. *dare una ſchiaffo.* Sic *Juvenal. ſat. 13. v. 128.* plana ſonantem palma. ¶ Per ſynecdoch. eſt ipſa manus, *mano Plaut. Caſ. 2. 6. 33.* Compreſſan' palmas, an porrecta ferio? *Cic. pro Sext. c. 55.* Voces quidem, & palmarum intentus, & maledictorum clamorem omnes profuderunt. *Caſ. l. 3. B. Civ. 2. 98.* Paſſis palmis, projecti ad terram, ſtentes ab eo petierunt ſalutem. *Virg. 2. Æn. v. 406.* teneras arcebat vincula palmas. *& lib. 2. v. 97.* duplices tendens ad ſidera palmas. *Ovid. Met. 5. v. 103.* amplexus tremulis altaria palmis. *Val. Flacc. l. 8. v. 44.* primis ſupplex dedit oſcula palmis. *Sil. l. 17. v. 143.* Sceptriferis arcta palmas vioxere catena. ¶ *Palma* item, Græce φοίνιξ, *palmizio*, arbor eſt, cujus fractus dactylus dicitur: ita dicta, quod expanſis eſt nimis in modum manus hominis explicatæ: quemadmodum fructus ejus dactylus, h. e. digitus, dicitur. In Italia ſterilis eſt: in Hiſpania rearitimis fructam quidem fert, ſed imaturam: ducem in Africa, ſed ſua im exuberantem. At in Ægypto, Judæa, & Oriente fructuoſiſſima eſt, & plurima provenit, multoſque victus alios præbet. Nam ex fructu & vinum conficitur, & gentium aliquibus etiam panis, plurimis vero etiam quadrupedum cibus. Folliis autem ad funes, vitiliumque aceaus, & capitum levia umbracula: ligno ad materias. Ex palmis etiam ſcopæ fiebant. Unde *Horat. l. 2. ſat. 4. v. 83.* Teſtipides varios lutulenta radem palma? Adde *Martial. l. 14. epigr. 82.* ¶ Palmarum genera aſque ad undequinquaginta eſſe ait *Plin. l. 13. c. 4.* ubi ſuſa multa de hac arbore. *& cap. 11.* ex *Theophraſto* tradit, anta chartarum uſum ſcripturatum primo palmarum foliis. *Idem lib. 16. c. 42.* vanum arborem eſſe dicit, & impoſito pondere in diverſum curvari, h. e. non in ſoſtrica, ut ceteræ, ſed fornicatim ſe flectere. *& Theophraſt. l. 5. c. 7. de hiſt. plant.* Γ' χυρὸν δὲ καὶ ὁ φοίνιξ, ἀπὸ τῆς κάμψεως ἐπὶ θάτερα, ἐν τοῖς ἄνεμοις γίνεται. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τὰ τοιαῦτα ἀντέχει, ὁ δὲ φοῖνιξ ἐκ τοῦ ἄνω. Clarius *Gelen. l. 3. c. 6.* ex *Ariſtotele.* Si ſuper palmæ arboris lignum magna pondem imponas, ac tam graviter urgeas, oneresque, ut magnitudo oneris ſuſtineri non queat, non deorſum palma cedit, ſed adverſus pondus reſurgit, & farſum nititur recurvaturque. ¶ Hinc ſæpe ponitur pro victoria. Dabatur enim victori corona ex ea, vel ramus manu geſtandus; ut qui ingruenti adverſa ſo minime ceſſiſſet, ſed præſenti virtute non reſtitiſſet modo, ſed contra iviſſet, ſuperaſſetque. *Liv. 2. ubi. l. 10.* Eodem anno coronati primum ob res bello bene geſtas lodos Romanos ſpectaverunt: palmæque tum primum, translato e Græcia more, victoribus datæ. *Cic. pro Roſc. Amer. 2. 6.* Alter plurimarum palmarum etus ac nobilis gladiator haberor. *Id. de clar. Orat. c. 47.* Nec in quadrigis eum ſecundum numeraveris aut tertium, qui vix e carceribus exierit, cum palmam jam primas acceperit. *Horat. l. 4. od. 2. v. 17.* quos Elea domum reducit palma cæleſtes. *Cic. de Senect. c. 6.* De Carthagine vereri eos ante deſinam, quam illam excidam eſſe cognovero: quam palmam etiam dii immortales tibi, Scipio, referrent. *Id. 3. de Orat. c. 35.* Sin quæritur, quid unum excellat ex oratibus, docto oratori palma danda'ſit. *Ovid. 2. de ar. am. v. 3.* palma donare aliquem. *Cic. Attic. l. 4. ep. 15.* Ne diutius pendeas, palmam tulit. *Varr. l. 3. R. R. c. 16. ante med.* Siculam mel fert palmam, quod ibi thymum bonum & frequens 28. *vertu la palma:* præſtantius eſt & optimum. *Juvenal. ſat. 11. v. 178.* Conditur (liados cantabitur, atque Maronis Alfiſoni dubiam facientis carmina palmam. *Cic. c. de Orat. c. 56.* Cujuſpiam rei palmam deferre alicui. *v. a.* primam laudem, principatum. *Juſtin. l. 12. c. 6.* Citus fiducia amicitiæ regiæ, cujus palmam tenebat. *l. c.* primum locum. *Terent. Heaut 4. 3. 31.* Hæc equidem conſilio palmam do. *l. c.* optimum eſſe judico ad obtinendum quod volumus. ¶ Palmæ ramis ornati ſolitas fores cauſidicorum, qui vicifſent, at lauea lus oratorum, colligimus *ex Martial. l. 7. epigr. 67. & Juvenal. ſat. 7. v. 118.* ¶ Palmæ pro ipſo victore. *Virg. 5. Æn. v. 339.* Poſt Helymus ſubit, *&* nunc tertia palma Diores. *Sil. l. 16. v. 504. & 574.* Tertia palma habuit geminos (*cornes*) inſignis Acorteus. ¶ Et pro eo, qui vincendus eſt. *Sil. l. 4. v. 32.* Ultima ceſſabat ſortis jam palma duobus, Virbius. ¶ *Palma* etiam dicitur dactylus, palmæ fructus. *Perſ. ſat. 6. v. 36.* poſquam ſunere Urbi Cum pipere, & palmis venit. *Ade Ovid. 1. Faſt. v. 185.* ¶ Item uvæ jus ſtipellum in vite, unde uvæ naſcuntur: videturque *Varroni l. 1. R. R. c. 31.* dictum primo *pertiſima*, a pediendo: exin mutatis litteris, *palmes*: alii multo rectius a ſimilitudine *palmæ*, ſeu manus hominis. V. *Palmes*, quod idem eſt. Uſurpatur hoc ſenſu ab *eod.* etiam *lib. 1. c. 8. ad fin. & 2 Colum. l. 3. c. 17. in fin. & lib. 4. c. 15. 21. & 24.* Neque ſolum de vitibus, ſed de aliis quoque arboribus, et de populo a *Plin. l. 24. c. 1.* de ulmo *l. 17. c. 23.* Significatur autem pars ea teres materiæ, cujus ab utroque latere ramuli, ceu digiti enaſcuntur. ¶ Ab eadem ſimilitudine manus hominis *palma* vocatur pro noſtrorum. *Plin. l. 10. c. 22.* Palmas pedum unſeris torquere. ¶ Item remi pars imo latior. *Vitruv. l. 10. c. 8. a med.* Cum remi impelluntur, extremis progredientibus palmis in maris undis. *Labet.* apud *Non. c. 2. n. 637.* Nec palmarum pulſus, nec portiſculi. Adde *Catull. carm. 63. de nupt. Pel. & Thet. v. 7.* ¶ Eſt etiam hoc nomine fructus arboris in Ægypto, ſimilem proximumque uvam habens myrobalano in ungaentis. *Plin. l. 12. c. 22.* ¶ Item arbor in Judæa, fitientibus naſcens in Hammoniaca Africæ regione, in Ægypto, & Syria, odorata, pingui lacryma, quæ in unguenta additur, ad domandum oleum. Alii elaion vocant, alii ſpathen. *Id. ibid. 2. ult.* ¶ Item genus fraticis marini. *Id. l. 13. c. ult.* ¶ Denique *palma* pro *parma* conſtanter in omnib. libr. teſte *Brunkuſ.* legitur in illo *Tibull. l. 1. el. 10. extr.* Fixa notet caſus aurea palma meos. Sic apud *Propert. ſol* noo eadem libror. conſtantia, *l. 2. el. 19. v. 41.* Et vetus in templo bellica palma vacat. *& lib. 4. el. 10. v. 40.* Bellica cui veſti palma miſſa ducis. *Turnebus l. 3. adverſar. c. 7.* palmam a parma originem trahem patat: unde oil miram, ſi altera pro altera ſcribitur. Sic in ſupra allato *Vitruvii* loco *parmam* eſſe in MSS. teſtatur.

PALMARIS, re, ad palmam pertinens. *Cic. Phil. 6. 2. 5. ad fin.* Illa ſtatua palmaris, de qua noo poſſem ſine riſu dicere. *b. c.* quæ excellit inter omnes, & veluti palmare ferr. *Manut.* ¶ Item qui palmam meretur. *Id. 1. de nat. Deor. c. 8.* Sed illa (*ſententia*) palmaris quidem, quod, &c. *b. c.* optima, & quæ palma digna: & eſt eo loco ironia. ¶ *Palmaris dea* apud *Apul. l. c. Metam.* eſt Victoria, cujus inſigne palma. ¶ De Iudis Palmaribus, qui memorantur in fragmento veteris Lapidis Beneventani, qui refertur etiam a *Muratur. pag. 619. n. 3.* variæ ſunt conjecturæ, quas V. in *Diſſertat. to. antiquit. Benevent. pag. 273. Muratur.* putat, ita dictos eſſe, quod in his palmæ rami victori darentur. ¶ Item palmi menſuram habens, *di una palma*, ἀπὸ σπιθαμῆς, vel παλαιστιαῖος. *Varr. l. c. R. R. c. 35.* Roſa conciditur radicitus in virgolas palmares, & obruitur. *Colum. l. 8. c. 3. fub fin. & lib. 11. c. 3.* Palmaria ſpatia. (hoc poſſet eſſe: etiam a *Palmarius.*) *Pallad. in Februar. c. 24.* Palmares ſcrobes. *Arnob. l. 6. pag. 204.* Signa modo parvula fieri, & palmarem in minutem contrahi, modo in immenſum tolli. ¶ Ad palmam arborem pertinens. *Ammian. l. 24. c. 4. (al. te.)* Jumenta, quæ in lucis palmaribus veſcebantur.

PALMARIUS, a, um, palmæ dignus, optimus, præcipuus. *Terent. Eun. 5. 4. 8.* Id vero eſt, quod ego mihi puto palmarium, ma reperiſſe, quem ego adoleſcentulum ſic meretricium ingenio poſſe nolcere. ¶ *Palmaria inſula* eſt in mari Tyrrheno, ultra oſtia Tiberis. *Plin. l. 3. c. 6. & Varr. l. 3. R. R. c. 5.* ¶ *Palmarium, ii*, merces, quæ datur cauſidico poſt cauſam actam, & litem obtentam. *Digeſt. lib. 50. tit. 13. leg. 1. ad fin.* ¶ *A palmare* palmi menſuram habens. V. vocem præced.

PALMATIAS, æ, m. παλμάτιας, ſpecies terræmotus, cujus agitatione illa, quæ trepidant, ſine inclinationis periculo nutant, cum directi tamen ruinis datum retinent, ut *Apul. deſcribit, de Mundo.* Eſt autem Græca vox, a παλλω, vibro, quatio, agito.

PALMATUS, a, um, ad palmam pertinens. *Veſtis palmata* quæ palmæ folia habet intexta. *Liv. l. 30. c. 15. ad fin.* Maſſiniſſam regem appellatum toga picta, & palmata tunica donat. *Id. l. 10. c. 7. a med.* Tunica palmata, & toga picta, & corona triumphali honorare aliquem. *Martial. l. 7. epigr. 1.* Palmataque ducem ſed cito redde togæ. *Valer. Max. l. 9. c. 1. n. 5.* Metellus Pius cum palmata veſte convivia celebrabat. ¶ Fuit propria triumphantium: & dictam putat *Feſtus* in *Pilla*, non a palma arbore, ſed quod clavos intextos haberet latos inſtar palmæ manus: qua re putaſſe videtur, palmatam tunicam a laticlavia non differre: quod præter alios *Manut.* rejecit *de quæſt. per epiſt. ubi de Tunica, p. m. 48. & 49.* Itaque ſive toga, ſive tunica, palmata a palma arbore dicta eſt: quæ quia victoriæ ſignum eſt, merito intexebatur veſtibus triumphantium. Cum de toga dicitur, eadem eſt cum toga picta. Nam cum

Sitz. in Claud. v. 17 ait, triumphum Claudii ſecutos eos, qui triumphalia ornamenta erant adepti, ſed ceteroe *in* prætexta, Craſſum Frugi in veſte palmata, quod eam honorem iteruerat; videtur prætextam palmatæ quodammodo oppoſuiſſe, *h. e.* togam cum aſſata purpura togæ pictæ: ut obſervat *Meurſ. loc. cit.* ubi *de Toga*, p. m. 98. Palmatam togam memorant etiam *Serv. ad Æn.* 12. v. 334. & *Apul. in Apolog.* qui eodem modo intelligendi videntur: item *Martial.* ſupra allatus. Qui vero palmatam veſtem dixere, tum de tunica, tum de toga intelligi poſſunt. Potius tamen de tunica. Nam ſæpius, & magis propriè de ea dicitur, & cum toga picta, vel purpurea conjungitur, ut e *Liv. locis cit.* quibus adde *lib.* 31. *c.* 12. *Trebell. Poll. in Gallien.* c. 8. & *Flor. l.* 1. *c.* 5. ubi effigiem ejus ea Auguſti nummo *Gravius* exhibet. ¶ *Palmata* abſolute. *Pacat in Paneg. ad Theodoſ.* c. 9. Dictos ferentibus faſces, & miſſa cum curulibus ſuis palmatas. *Gratian. in epiſt. ad Auſon. in hujus Gratior. act.* c. 22. Palmatam tibi miſi, in qua Conſtantius parens noſter intextus eſt. *Sidon. carm.* 5. v. 4. meritiſque laborum. Poſt palmam palmam venit. Adde *lib.* 1. *ep.* 5. *ſub fin.* & *lib.* 8. *ep.* 6. & 8. item *Vopiſc. in Probo*, c. 7. Porro ex *Sidon.* & *Auſon.* diſcimus, & alii quoque, præter folia palmarum, procedente tempore, interi huiuſmodi veſti conſuetiſſe, & a conſulibus etiam ſine triumpho fuiſſe geſtatam. Fortaſſe etiam ab his cum trabea conſulari confunditur. ¶ *Palmatus conſul*, palmam tunica indutus. *Hieron. epiſt.* 24. *ad Marcellam.* ¶ *Tunicam Jovis* appellat *Juvenal. ſat.* 10. v. 38. tum quia tali habitu Jupiter Capitolinus indutus erat, tum quia triumphaturi eam ex Capitolio ſumebant. *Liv. l.* 10. *c.* 7. & *Lavagnid. in Alexand. Severi*, c. 40. ¶ *Palmati lapides* dicuntur, qui facti palmæ intus figuram referunt: cujuſmodi apud Mundam urbem Hiſpaniæ reperiri, ſcribit *Plin. l.* 36. *c.* 18. ¶ *Palmatus paries*, veſtigio palmæ manus ſanguine imbutæ aſperſus. *Quintil. declam.* 9. *in Leonidam*, & *cap.* 11. & 12. ¶ *Palmati errores* apud *Capitolin. in Gordian. c.* 3. *ad fin.* cornua habentes ſua, & ramoſa, inſtar palmæ manus cum digitis. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *ſect.* 45. Natura aliorum cornua finxit in palmæ, digitoſque emiſit ee ita: unde platycerotas vocant. ¶ De *Palmatæ equus* V. in *Homogeneum*.

PALMENSIS, ſe, udject. Palmenſe ager eſt in Piceno, ubi nunc caſtellum, *la torre de Palma*. *Plin. l.* 3. *c.* 13. ¶ Hinc *vina Palmenſia* inter optima enumerantur a *Plin. l.* 14. *c.* 6. it. appellata a palma una forte cauta, ut *Id. ibid.* notat. ¶ Legitur & *Palmeſia*.

PALMENTUM pro pavimento legi in tribus antiquis Inſcriptionib. contenit *Gravius in præfat. ad Tac. XI. Ann. quæſt. Rom. pag.* 4.

PALMES, itis, m. *trabe, palmite*, πάμπινος, ſarmentum, ſi gellum, vitis ramus utilis ad fructum: ſcilicet materia illa, quæ quotannis ex vitis brachio emergit, & gemmas producit, & indurefcit (nam dum adhuc viridis ac tenera eſt *pampinus* propria dicitur) quæ deinde in ramuſculos abeunt, & palmæ cujuſdam digitos faciunt. *Cæſ. anal.* ex *Feſto* Palmites vitium ſarmenta appellantur, quod in modum palmarum humanarum virgulas, quaſi digitos, edunt. Hic potant Eruditi factum eſſe a *palmus vitis*, unde per ſyncop. *palmitis*, ſeu *palmetis*, inde *palmes*, *Colum. l.* 5. *c.* 6. *a med.* Palmitum duo genera ſunt: alterum quod ex duro provenit: quod quia primo anno plerumque frondem ſine fructu affert, pampinarium vocant. alterum quod ex annículo palmite promittur: quod quia protinus creat, fructuarium appellant. (eadem fere *Plin.* habet *l.* 17. *c.* 22.) *Id. l.* 4. *c.* 22. Hæc brachia ſæpe erat interim ſinguli palmitibus in fructum ſubmitti. *Id. cap.* 17. Si oculi ſinguli ſub jugo binos pampinos emiſerint, quamvis hegos fructus offendant, detrahendi ſunt ne ſinguli palmites, quo latior quæ ſupereſt matureſcat, conſurgat. (Hic palmes pro pampino ſumitur. Adde *cap.* 7.) *Plin. loc. cit.* Palmes duas trefve gemmas ſub jugo habere debet, ex quibus materia naſcatur: tunc per jugum mergi, ulligarique, ut ſuſtineatur jugo, non pendeat. *Id. l.* 14. *c.* 1. Vites tonſura annua coercentur, & vie earum omnis avocatur in palmites. *Virg. Ecl.* 7. v. 48. jam læto turgent in palmite gemmæ. *Ovid. t. Faſt.* v. 152. Et nova de gravido palmite gemma tumet. ¶ Per ſynecdoch. ipſa vitis, aut vinea. *Stat. l.* 3. *ſilv.* 1. v. 147. Icario nemorioſus palmite Gyarus. *Martial. l.* 8. *epigr.* 40. Non horti, neque palmitis beati, Sed mri memorie, Priane, cultus. ¶ Dicitur etiam de ramis mitioribus aliarum arborum. *Lucan. l.* 4. v. 326. Tunc herbas, frondeſque terunt, & rore madentes Deſtringunt ramos, & ſi quos palmite crudo Arboris, aut tenera ſuccos preſſere medulla. *Plin. l.* 13. *c.* 4. *de palma*. Pomum non inter folia, ut in ceteris, ſed ſuis inter ramos palmitibus racemoſum.

PALMESIUS. V. *Pelusiotes*.

PALMETUM, i, n. *palmeto*, φοινικών, locus palmis conſitus. *Horat. l.* 2. *ep.* 2. v. 184. Ungi Præferat Herodis palmetis pinguibus. *Juſtin. l.* 36, *c.* 3. Silva ubertate & amœnitate ioſignis: ſiquidem palmeto, & opobalſamo diſtinguitur. *Plin. l.* 5. *c.* 14. Hiericus palmetis conſita. *Id. l.* 6. *c.* 32. *ſub fin.* Cynaria inſula palmetis caryotas ferentibus ubundat. Adde *Tacit. l.* 5. *Hiſtor. c.* 6.

PALMEUS, a, um, *di palma*, qui eſt ex palmo arbore, *conſtans*, φοινικινος. *Vitruv. l.* 10. *c.* ult. *ad fin.* Palmeæ tabulæ. *Column. l.* 5. *c.* 15. *a med.* Palmeis tegetibus vineas adumbrare. *Pallad. in Februar. tit.* 27. Palmea ſporta colaco aliquid. *Plin. l.* 12. *c.* 17. *a med.* Palmeum vinum.

PALMICEUS, & Palmicius, a, um, udject. palmeus, ut Palmicea ſporta ex palmarum follie texta. *Sulpic. Sever. Dial.* 2. *de virtutib. Monach. c.* 11. & 14.

PALMIFER, ra, rum, *che produce palme*, φοινικοφορος, ferens palmas. *Ovid. 2. Amor. el.* 13. v. 8. Et Memphia, palmiferamque Pharon. *Propert. l.* 4. *el.* 5. v. 25. palmiferæ Thebæ. *Sil. l.* 3. v. 600. palmifera Idume,

PALMIGER, a, um, palmam gerens. *Plin. l.* 35. *c.* 4. *ad fin.* Nemeam ſedentem ſupra leonem, palmigeram ipſam, addante cum baculo ſene, &c.

PALMIPEDALIS, le, *d'un piede e un palmo*, pedis & palmi menſuram habens. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 4. *a med.* In haris limen palmipedale, ne porci ex hara, cum mater prodit, tranſilire poſſint. *Vitruv. l.* 10. *c.* 20. Cardines craſſitudine quoquo verſus palmipedales. *Colum. l.* 3. *c.* 19. palmipedalia malleolus. ¶ Apud *Vitruv. l.* 10. *c.* 22. in plerisque edit. & MSS. apud *Palmam* habetur *palmopedalis*: ſed prius eſt Latinius.

PALMIPES, ĕdis, *chi ha i piedi larghi*, latos inſtar palmæ manus habens pedes, ευπλατοπους. *Plin. l.* 10. *c.* 12. Vultures aut aduncos ungues habent, aut palmipedum in genere ſunt, uti anſeres. Adde *lib.* 11. *c.* 47. ¶ Item menſurum pedis & palmi habens, palmipedalis, *di un piede e un palmo*. *Plin. l.* 17. *c.* 20. Populus ulla feritur palmipede intervallo. ¶ Apud *Vitruv.* legitur *palmopes l.* 5. *c.* 6. *extr.* Gradus ſpectaculorum ne minus alti ſint palmopede. Ita pleraque edit. & MSS. apud *Palmam*: ſed *palmipes* rectius eſt.

PALMIPRIMUM VINUM, e ſicis factum, ita dicitur, quaſi primum fit poſt illud, quod fit a palmis. *Plin. l.* 14. *c.* 16.

PALMO, as, avi, atum, a. *t.* ligo, *ſculco*. Fortaſſe ab *palma*, h. e. flagello vitium. *Colum. l.* 11. *c.* 2. *ſub fin.* Ceterum palmare, hoc eſt materiae alligare, hoc tempore non expedit. ¶ Eſt item palma ſignum & notam imprimens. *Quintil. in declam.* 2. *c.* 12. Præterea cum manus ea perit, qua palmare veſtigium poſſit, &c.

PALMOPES. V. *Palmipes*.

PALMOSUS, a, um, *pomifer*, palmis abundans. *Virg. l.* 3. *Æn.* v. 705. Teque datis linquo ventis, palmoſa Selinus.

PALMULA, æ, f. extrema pars remi a ſimilitudine palmæ humanæ, teſte *Paulo ex Feſto*, quod in modum palmæ hominis protenſa eſt. *Virg.* 5. *Æn.* v. 163. Et lævae ſtringat, ſine, palmula cautes. *Apul. in Florid. n.* 12. (*al. l.* 2.) Color piſtacco viridie & intimis plumulis, & extimie pulmulis. *h. e.* alis, quæ ſunt veluti manus ad volandum: unde *remigum alarum* dixit *Virg. Æn.* 1. v. 305. ¶ Sunt & *palmulæ* fructus palmæ, qui & dactyli, & caryotæ dicuntur. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 67. Nucem juglandem, & palmulam, & ficum Sabinam quanto citius proſeras, jucundiore uta. Adde *Cæſ. l.* 2. *c.* 60. ¶ Sumitur etiam pro parva manu. *Varr* apud *Non. c.* 4. *n.* 371. Valete, & me palmulis producite. *Apul. l.* 8. *Metam.* Decora brachia ſæviciabus palmulie conterberat. Adde *lib.* 2. 3. 11. &c.

PALMULARIS, m, e, palmulam, h. e. parvam manum, pertinens. *Martian. Capell. in carm. e. l.* 8. frictuoſos palmulari madida detergit ora.

PALMUS, i, m. *palmo, ſpanna*, menſuræ genus. Duplex eſt major & minor. Minorem *Vitruv.* docet *l.* 3. *c.* 1. *a med.* habere digitos quatuor (intellige compreſſos, & cohærentes) & eſſe quartam partem pedis, quia pes ſexdecim digitos habet. Hinc *Frontin. de aquæduct. urbis*, 24. digitum eſſe ait ſeptimadecimam partem pedis. Hic palmus Græce dicitur παλαιστὴ, δῶρον, δωρὰς, & διαστολὴ μικρὰ. Mejus, Grace ενθενὰρ, continet digitos duodecim, nempe illud ſpatium, quod eſt inter ſummum pollicem, & minimum digitum expanſos. Dicitur etiam *dodrans*, quia ad pedem quarta pars deeſt. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 7. Columbario eſſe oportet lutus ternorum palmorum ex omnibus partibus. *Plin. l.* 12. *c.* 13. Amomum fruteæ myrtuoſus, palmi altitudine. ¶ Eſt a *palma* manus, quia ſive minor, ſive major, manu explicata ſit. Quin *palmus* pro *palma* uſurpatur a *Vitruv.* cum ait *l.* 2. *c.* 3. Doron Græci appellant palmum, quod manuum dario Græce δῶρον appellatur: id autem ſemper geritur per manus palmum. Sic *Plin. l.* 35. *c.* 14. Græci antiqui doron palmum vocabant: & ideo dora munera, quia manu dantur.

PALMYRENUS, & Palmirenus, a, um, ad Palmyram, ſeu Palmiram pertinens, quæ urbs eſt Syriæ in Arabia deſertæ conſoio. *Plin. l.* 5. *c.* 25. Palmyra urbs nobilis ſitu, divitiis ſoli, & aquis undique circumfluens, ambitu arenis iacludit agros: ac veluti tertie exemplo a rerum natura, private ſorte inter duo imperia ſumma, Romanorum, Parthorumque, & primo in diſcordia ſemper utrinque cura. *& cap.* 24. *in fin.* Relinquit Syriæ Palmyrenas ſolitudines. ¶ Græci codices conſtanter per υ ſcribunt, iaſte *Hordonio*, Pliniani per ι.

PALO, as, avi, atum, a. *t. palare*, πασσαλεύω, palis ſulcio, munio, pedo. *Colum. l.* 11. *c.* 2. Reliqua pertes vinnarum nunc palandæ & alligandæ ſunt. *& ibid. ſub fin.* Ut vitis paletur, & capite tenue alligetur. *Pallad. in Novembr. tit.* 15. Si humidus locus ad accipienda fundamenta palandus eſt. *ſi des paleſcere.* ¶ Pro *palari* V. in voce ſequenti.

PALOR, ari, atus ſum, dep. 1. *andar qua e là, dispergerſi, sbandarſi*, πεφεύγομαι, ἐξάπτωσις, πλανώμαι, huc illuc vagor, diſperſus erro. *Liv. l.* 17. *c.* 47. *a med.* Defertum a ducibus agmen per agros palatur. *Tacit. 3. Hiſtor. cap.* 80. Palantur comites, occidituræ proximus lictor. *& lib.* 4. *c.* 28. Auxilia totis campis palantur. *& lib.* 3. *c.* 17. *extr.* Qui modo per agros fuga palabantur. ¶ Sæpe uſum habet in particip. *Salluſt. in Jug. c.* 21. Vagi, palantes, quas nox coegerat, ſedes habebant, *diſperſi*. *Lucret. l.* 4. v. 576. Palantm comites cum montee inter opaca Quirinum, & magna diſperſos voce ciemus. *Liv. l.* 2. *c.* 11. Palantes in agris oppreſſit. *Flor. l.* 1. *c.* 17. Inconditos & palantes aggreſſus. *Juſtin. l.* 15. *c.* 3. Inſectari palantes hoſtes. *Tacit. t. Ann. c.* 30. Palantes extra caſtra. *Virg.* 12. *Æn.* v. 738. terga dabant palantiu Teucri. *Plin. l.* 9. *c.* 35. Palantes conchas retibus includere. *Val. Flacc. l.* 4. v. 506. atque oculis palantia monſtra ſequuntur. *h. e.* Harpyias diſſugientes.

Digitized by Google

tes. *Virg. g. Æn. v.* 21. palantesque polo ſtellas. *errantes*. *Plin. in Pomp. c.* 30. *de Nilo*. Pars magna terrarum mergi palantibus amne conſueta. *inundante*. ¶ Translate *Lucret. l.* 2. *v.* 9. Deſpicere unde queas alios, paſſimque videre Errare, atque viam palantes quærere vitæ. *Ovid. Metam.* 14. *v.* 150. Palantesque animos hominum, ec rationis egentes Deſpectare procul, trepidoſque, obitumque timentes. ¶ Aliud particip. *palatus* V. ſuo loco. ¶ Etiam *palo*, *as*, hoc ſenſu dixere. *Sulpicia in ſat. v.* 43. Sic noſtri palare ſenem dicuntur.

PALPABILIS, le, *palpabile*, ψηλαφητὸς, qui palpari, & tangi poteſt. *Oroſ. l.* 1. *c.* 10. Tenebræ imaginibus diræ, craſſitudine palpabiles, diuturnitate fœdes.

PALPAMEN, inis, n. palpatio, tactus, ψηλάφημα. *Prudent. in Hamartig. v.* 302. Ipſa etiam, toto pollet qui corpore, tactus Palpamen tenerum blandis ſ fotibus ambit.

PALPAMENTUM, ti, n. palpamen, palpatio. Translate *Ammian. l.* 27. *c.* 12. (*al.* 27.) Eunuchus Cylaces, aptuſque ad muliebria palpamenta, propa monia ipſa propere venit.

PALPATIO, nuit, ſ. ψηλάφησις, actus palpandi. Translate *Plaut. Men.* 4. 2. 42. Vin' hunc rogem? *Pe.* nuſer hinc palpationes.

PALPATOR, oris, m. qui palpat. Translate *Plaut. Men.* 2. 1. 35. Sycophantæ ‖ & palpatores plurimi in urbe hac habitant. *b. e.* blandi adulatores. *Id. Rud.* 1. 2. 38. Malus, perjurus, palpator.

PALPATUS, a, um, *palpare*, *accarezzare*, mollibus tactus, blanditus. *Prudent. perſtephan.* 4. *de S. Hippol. v.* 89. duo cogunt animalia freni Ignara, inſueto ſubdere colla jugo, Non ſtabulis, blandive manu palpata magiſtri.

PALPEBRÆ, arum, f. *palpebre*, βλέφαρα, tunicæ, ſeu tegumenta oculorum, quæ & *gene* dicuntur. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 57. Palpebræ, quæ ſunt tegumenta oculorum, molliſſimæ tactu, ne læderent oculum, aptiſſimæ factæ, & ad claudendas pupulas, ne quid incideret, & ad aperiendas: idque providit, ut identidem fieri poſſet ſum maxima celeritate. Munitæque ſunt palpebræ tanquam vallo pilorum, &c. *Id. in Piſon. c.* 19. Regulum, infectis palpebris, vigilando necaverunt. *Pallad. in Mart. tit.* 14. Si alicus diſcolores pilos in palpebris, aut auribus geret. Adde *Lucret. l.* 4. *v.* 950. *Tuberon.* apud *Gell. l.* 6. *c.* 4. *Plin. l.* 23. *c.* 1. *a med.* & *lib.* 32. *c.* 7. & *Lactant. de Opif. Dei*, *c.* 10. ¶ In ſing. num. *Non. c.* 3. *n.* 164. teſtatur, *palpebrum* genere neutro ſuo tempore dictum eſſe. Hoc tamen ſum exemplis. *Feſt. l.* 5. *c.* 26. *ſtell.* 23. Si diſciſſa auris ima eſt, vel palpebra, vel labrum. ¶ *Lactant. loc. cit.* ducit a *palpando*, quia leviter & crebro moventur. Alii a *palpando*, quia leviter, & blande tanquam oculos: alii a Græca voce aliate. V. *Feſt.* ¶ Per ſynecdochen ſunt ipſi pili in extremis palpebris naſcentes. *Plin l.* 11. *c.* 37. *ſect.* 56. Palpebræ in genis homini utrinque. *Id. l.* 23. *c.* ult. Capnos evulſas palpebras renaſci prohibet. ¶ *Chariſ. l.* 1. *pag.* 81. *Putſch.* tradit, *Varron.* diviſe *palpetra*: quoſdam vero ita diſtinguere, ut *palpetræ* genas, *palpebræ* ipſos pilos ſignificent. Sed hæc magis videntur.

PALPEBRALIS, le, ad palpebras pertinens, ut Palpebrales ſetæ, *Prudent. in Hamartig. v.* 280.

PALPEBRARIS, re, palpebralis. *Cal. Aurel. Tard. l.* 4. *c.* 2. *ſub fin.* Collyria palpebraria.

PALPEBRATIO, onis, ſ. palpebrarum motus. *Cal. Aurel. Acut. l.* 1. *c.* 3. Sens u la palpebr tione. Adde *Tard.* 1. *c.* 5.

PALPEBRO, as, a. 1. palpabras frequenter moveo. *Cal. Aurel. Acut. l.* 2. *c.* 12. Palpebrant ægrotantes.

PALPITATIO, onis, ſ. *palpitazione*, παλμὸς, frequens & continuus motus cordis, item partium ſingularum corporis animalis. *Plin. l.* 32. *c.* 5. Iraponat ſupra cordis palpitationem mulieri dormicanti. *& cap.* 10. Palpitatio oculorum. *Id. l.* 11. *c.* 4. Inſectis divulſis præcipue vivacitas, & partium ſingularum palpitatio.

PALPITATUS, us, m. palpitatio. Io ſexto caſu ſingulari *Plin. l.* 9. *c.* 30. Impoſito lapillo extra corpus, ne palpitatu ſpiciatur.

PALPITO, as, avi, atum, n. 1. *palpitare*, παλμᾶσθαι, leviter ac frequenter moveor, & præcipue de corde dicitur. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 9. Cum cor animantis alicujus evulſum ite mobiliter palpitaret, ut imitaretur ignem celeritatem. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *ſect.* 49. Cerebrum uni homini in inſtantu palpitet. *Id. l.* 9. *c.* 57. Piſces qui ad pabula petenda palpitant exiguis branchiis. *Id. l.* 10. *c.* 53. Io ovo gutta ſanguinis ſalit, palpitatque. *Ovid. 6. Met. v.* 559. *de Ino vecſa*. Usque ſalire ſolet mutilatæ cauda colubræ, Palpitat. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *ſect.* 65. *de vente*. Palpitente lingua ululatus elicitur. *Scribon. Larg. compoſ.* 194. Toxicum potum cogit exulcerare, & palpitare linguæ ſimiliter decollatorum capitibus. *Apul. l.* 1. *Metam.* Ut grabatulus etiam ſuccuſſus & inquietus ſuper dorſum meum palpitando ſaltaret. ¶ De mosibundis ex vulnere *Stat. ſt. Theb. v.* 439. jam palpitat arvis Pendamus. *& lib. 9. v.* 756. hic ſævi miſer inter funera belli Palpirat, & mortem, ſocinſque hoſtesque precatur. Adde *Ovid. Met. 5. v.* 40. Sic de victima *Calpurn. 2. Eclog. v.* 62. Sæpa vaporato mihi ſæpius palpitat agnus. ¶ Tranſlate *Petron. in Satyr. c.* 12. Animum palpitantem parcuſſit. *Stat.* 12. *Theb. v.* 72. his arduus ipſe palpitat. *b. e.* tot rebus tremendis impoſitis laborat, & leniter movetur.

PALPO, onis, m. palpator, adulator. *Perſ. ſat. 5. v.* 176. Jus habet ille ſui palpo, quem ducit hiantem Cretata ambitio? *b. e.* ad liber eſt, & ſui juris adulator ille, quem, &c. nam qui honores petit in republica, adulator eſt populi. *Caſaubon.* Sunt qui putant, *palpo* eſſe ablativum, ut ſit ſenſus: ille ne jus ſui habet, quem ambitio adulatione, blanditiis, & ſpe oblate honorem ducit, trahit, agitat?

PALPO, as, avi, atum, a. 1. & Palpor, aris, atus ſum, dep. 1. *palpare*, *accarezzare toccando*, ψηλαφᾶν, leviter & blande tango, contrecto: a ἁπτω, faveo. *Ovid. 2. Met. v.* 866. modo pectora prabet Virgineæ palpanda manu. *Al. leg.* plaudenda. *Manil. l.* 5. *v.* 702. Et palpare lupos, pantheris ludere captis. *Ulpian. Dig. lib. 9. tit.* 1. *leg.* 1. Si, cum equum permulſit quis, vel palpatus eſt, calce eum percuſſerit. *Senec. l.* 3. *de Ira*, *c.* 8. *ſub fin.* Nihil aſperum retrumque palpanti eſt. *a chi tocca leggermente*. ¶ Tranſlate eſt blandiri, adulari, *accarezzare*, *adulare*, *inſingare*. *Horat. l.* 2. *ſat.* 1. *v.* 18. niſi dextro tempore, Flacci Verba per attentam non ibunt Cæſaris aurem: Cui male ſi palpere, recalcitrat. *Juvenal. ſat.* 1. *v.* 35. quem Maſſa timet, quem munere palpat Carus. *Plaut. Merc.* 1. 2. 57. Hoc ſis vide, ut palpatur! nullus eſt, cum occepit, blandior. *Id. Amph.* 1. 3. 9. Obſervatote, ut blande mulieri palpabitur. *Lucil.* apud *Non. c.* 7. *n.* 30. Hic me ubi vidit, ſubblanditur, palpatur, caput ſcapit. *Cic. Attic. l.* 9. *ep.* 9. Palpaboque, ecquonam modo poſſim voluntati ejus, nullam reipublicæ partem attingere. *b. e.* blandiendo tentabo.

PALPUM, vel Palpus, i, m. vel n. blanda contrectatio, adulatio, *adulazione*, *carezze*. *Plaut. Ampb.* 1. 3. 28. Timidam palpo percutit. *Id. Pſeud.* 4. 1. 35. Mihi obtrudere non potes palpum. *b. e.* blanditiis me decipere.

PALŪDA. *Ennius* apud *Varron. l.* 6. *de L. L. c.* 3. Corpore Tartarino prognata paluda virago. *b. e.* Alecto. & *paluda* pro *paludata* eſt. Ita *Varro*, & *Scalig.* Al. leg. *palude*.

PALUDAMENTUM, ti, n. *ſopravveſta*, *paludamento*, *clamide*, χλαμὺς. Si *Feſto* eſt fides, ſignificat omne militare ornamentum. Hinc in libris auguralibus *paludati* ſunt armati, ornati, ut ait *Veronius* apud *Feſt.* Sic *Lucil.* apud *Non. c.* 18. *n.* 3. Poſt paludatus ſtabat rorarius velox. Eſt tamen qui leg. *paludatum*, h. e. imperatorem. *Varr. l.* 6. *de L. L. c.* 3. Paludamenta ſunt inſignia & ornamenta militaria. Ideo ad bellum cum exit imperator, ne lictores mutant veſtem, & ſigna incinuerunt, paludatus dicitur proficiſci: quæ propterea quod cauſpiciuntur, qui ea habent, ac ſunt palam, paludamenta dicta. Hæc *Varro*, cujus etymologiam *Feſt.* minime probat; & ex Hebræo petendam putet. ¶ Speciatim ſumitur pro veſte militari, quæ ſuper tunicam, & armaturam induitur, aperta, & ad dexterum humerum conſtricta: eadem fere cum ſago, & chlamyde. V. *Clamys*. *Liv. l.* 1. *c.* 26. Cornito ſuper humeros fratris paludamento ſpoſi, quod ipſa confecerat. Adde *Salluſt. in fragm.* apud *Non. c.* 14. *n.* 11. ¶ Sæpius vero dicitur de veſte militari imperatorum & ductorum exercitus. *Apul. in Apolog.* Hoc Diogeni acra & baculus, quod regibus fiadema, imperatoribus paludamentum, pontificibus galerum, lituus auguribus. *Liv. l.* 9. *c.* 5. *ſub fin.* Tum a conſulibus abire lictores juſſi, paludamentaque detracta. *Id. l.* 25. *c.* 16. *ad fin. de Græcho proper.* Paludamento circum lævum brachium intorto (nam ne ſinra quidem ſecum ſxtulerant) in hoſtes impetum fecit. *Flor. in Paneg. c.* 56. Conſulatus geſtus junta barbares gentes, ut illi ſolebant, quibus erat moris paludamento mutare prætextam. *b. e.* a magiſtratu urbano ad regendos exercitus noſtre. *Plin. alter l.* 22. *c.* 2. Coccum imperatoribus dicatum paludamentis. *Valer. Max. l.* 2. *c.* 6. *n.* 11. M. Craſſus ducturus erat adverſus Parthos exercitum: ei pullum tradicum eſt paludamentum, cum in prælium exeuntibus album, aut purpureum dari ſolere. *Aurel. Vict. in Epit. c.* 3. *extr.* Indutus aureo paludamento. *Salluſt. in fragm.* apud *Iſidor. l.* 19. *Orig. c.* 24. Togam paludamenta mutavit. *b. e.* pacem cum bello. *metonymice*. ¶ Agrippinam Neronis matrem, aureo paludamento indutam, ſpectaſſe neumſchiam Claudii principis, narrat *Plin. l.* 33. *c.* 3. *ſub fin.* ubi *Dio lib.* 60. habet χλαμύδα ἐκπορφυρίδα, & *Tacit. Ann.* 12. *c.* 56. chlamyde aurata.

PALUDATUS, a, um, χλαμυδοφόρος, paludamento, ſago, aut chlamyde indutus. Nam paludamentum nomen eſt genericum veſtium militarium ſuperiorum. V. vocem præced. Hinc *Liv. l.* 41. *c.* 10. & *lib.* 45. *c.* 39. *paludatos* lictores immorat, qui tamen ſagati in exercitu apparere ſolebant: quamquam utrobique alii aliter leg. Sed*en*. vero *paludatos* pro militibus putat, *l.* 5. *ep.* 7. Hi ſunt, qui invident tunicatis oſa, ſtipendia paludatis. ¶ Speciatim dicitur de imperatoribus, qui in expeditionem exeuntes togam, aut prætextam mutabant paludamento, quæ eorum utopeia vestis militaris erat. V. vocem præced. *Cic. Fam. 15. ep.* 17. Pacta noſter paludatus a. d. tert. cal. Jan. profectus eſt. *Caſ. l.* 1. *B. Civ. c.* 6. Neque exſpectant, ut paludati, votis nuncupatis, exeant conſules. (V. *Liv. l.* 42. *c.* 49. & *lib.* 31. *c.* 14. & *Cic. Verr.* 7. *cap.* 23.) Sa*rm*. *in Claud. t.* 21. *a med.* Edidit in Martio campo expugnationem direptionemque oppidi, perſa itque paludatus. *Juvenal. ſat.* 6. *v.* 390. Cumque paludatis ducibus, prætente marito, Ipſa loqui retia ſacie. *Claudian. de VI. conſul. Honor. v.* 596. Jure paludatæ jam curia militat aulæ. *b. e.* Imperatoris. ¶ Extra rem militarem. *Feſt. in Salios*. Salias virgines Cinclius ait eſſe conſuetitias, quæ ad Salios adhibebantur cum apicibus paludatæ.

PALUDESTER, vel Paludeſtris, e, paluſter. *Caſſiodor. ep.* 32. *l.* 2. Paludeſtri illuvie.

PALUDICOLA, æ, com. gen. qui ad paludem incolit, ut Paludicolæ Sicambri, *Sidon. l.* 4. *ep.* 1. *ad fin.* Paludicola Ravenna, *Id. in carm. l.* 7. *epiſt.* 17.

PALUDIFER, a, um. paludem faciens. *Auctor carm. de Philom. v.* 42. Iaqua paludiferis hutin bubit aqu's.

PALUDIVAGUS, a, um, qui per paludes vagatur. *Avien. in deſcript. Orbis*, *v.* 312. Mœſta paludivagos Germania flevit alumnos.

PALUDOSUS, a, um, *paludoſo*, παλῶδης, paludem habens. *Ovid. 15. Metam. v.* 268. Imus paludoſi ſiccis humus aret arenis. *Stat. l.* 3. *ſilv.* 2. *v.* 108. Unde paludoſi fecunda licentia Nili.

PA-

PALUMBA, æ. V. in fin. vocis ſequent.

PALUMBES, is, m. & f. *columbo ſelvatice, ενπνος, φάτνη, ὄνις, φάτνες*, ſilveſtris columbus in arboribus, ſepibuſque nidificans. *Cic.* 12 quadam eleg. apud *Servium ad Ecl.* 1. *v.* 58. Jam mare Tyrrhenum longe penituſque palumbes Relliquit. *Virg.* 1. *Ecl. v.* 58. reuce tua cuta palumbes. *Plin. l.* 10. *c.* 35. Vivere palumbes ad XXX. annum, aliquos ad XL. habemus auctores. ¶ Translata *Plaut. Moſch.* 2. *t.* 17. Duæ unum expetitis palumbem. *h. e.* amatorem. ¶ *Palumbem altera ad aream edduxere*, proverb. quod ſignificat offerre alicui occaſionem rei gerendæ. Nam palumbes capiuntur area frumento ſtrata. *Plaut. Perſ.* 3. 3. 63. Nos tibi palumbem ad aream uſque adduximus. ¶ Dicitur etiam *palumbus*, *i*. *Lucil.* apud *Non. c.* 3. *n.* 168. macroſque palumbos. *Martial. l.* 13. *epigr.* 67. palumbi torquati. *Plin. l.* 30. *c.* 9. Palumborum penna. *Cato R. R. c.* 90. Palumbum recentem, ut prenſus erit, ai fabam coctam dato. *Colum. l.* 8. *c.* 8. Palumbos, columboſque cellares pinguiſſimos facere. ¶ Item *palumba*, *æ*. *Cæſ. l.* 6. *c.* 6. *fell. nlc.* Sanguine vel columbæ, vel palumbæ, vel hirundinis oculos inungere. *& mox*. Sanguis hirundinis optimus, deinde palumbæ, minus efficax columbæ.

PALUMBINUS, a, um, *di columbo ſelvatico*, qui eſt e palumbe. *Plin. l.* 30. *c.* 12. *ad fin.* Palumbina caro. *& cap.* 8. Palumbinum ſimum. *Lamprid. in Alex. Severo. c.* 13. ovum.

PALUMBULUS, li, m. parvus palumbus. & adhibetur in blanditiis. *Apul. l.* 10. *Metam.* Teneo te meum palumbulum, meum paſſerem. Adde *lib.* 8.

PALUMBUS. V. *Palumbes*.

PALUS, li, m. *pela, σκάλευ*, ſudes, lignum acutum, quod ſolet in terram defigi ad ſulcienda ædificiorum fundamenta, aut caſtra munienda, aut claudendos hortos, aut ſoſtinendas vites, aut ſimiles uſus. *Tibull. l.* 1. *el.* 8. *v.* 33. Hic ducuit teneram palis adjungere vitem. *Cic. Verr.* 7. *c.* 5. Nomine ſceleris damnati, ad ſupplicium traditi, ad palum alligati, repente multis ſpectantibus foluti ſunt. *Ovid. l. Faſt. v.* 665. Ruſticus emeritum palo ſuſpendat aratrum. *Virruv. ſub fin. l.* 5. Si mollis locus erit, palis uſtulatis aloeis, aut oleagineis, aut robuſteis ſonfigatur. *Colum. l.* 12. *c.* 2. Palos & ridicas dolare. *& ibid.* Palos decem, ridicas quinque conficere. *Plin. l.* 18. *c.* 26. præpanare. *C. Gracchus* apud *Gell. l.* 10. *c.* 3. deſtituere. *pianture*. & *Plaut. Mil.* 4. 4. 4. figere in parietem. ¶ Fuit inter exercitia militaria, quæ *palaria* dicebantur, cum defixo in terram palo, cum ſudibus eminus, & cominus gladiis ligneis fetiebant, latera, vel pedes, aut caput hoſtis petere conditcentes. Hinc *Juvenal. ſat.* 6. *v.* 246. aut quis non vidit vulnera pali? Quam cavat aſſiduis ſudibus, ſcutoque laceſſit, Atque omnes implet numeros. Adde *Veget. l.* 2. *de re milit. c.* 11. & *lib.* 2. *c.* 23. ¶ Translate *Senec. ep.* 18. Exerceamur ad palum: & ne imparatos foetuna deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris. ¶ In illo *Plauti Men.* 2. 3. 53. Quaſi ſupallex pellionis, palus palo proximus eſt: ſermo eſt de navi, in qua tam crebri ſunt pali affixi, quam in officina pellionis, in qua ad extendendas & poliendas pelles pali multi infixi ſunt. ¶ *Palum* neut. gen. *Varr.* apud *Non. c.* 3. *n.* 171. Non vides, in vinciis, quod tria pala habeant, tripales dici?

PALUS, udis, f. *palude, λίμνη*, aqua ſtagnans, quæ æſtate plerunque ſiccatur, in quo differt a lacu, qui perpetuam habet aquam. *Horat. l.* 3. *od.* 27. *v.* 9. Stantes paludes. *Cæſ. l.* 2. *B. Gall. c.* 16. Quo propter paludes exercitui aditus non eſſet. ¶ Priorem habet corruptam, poſteriorem ſete ſemper producit. *Virg.* 4. *Georg. v.* 479. Cocyti, tardaque palus inamabilis unda. Adde *Ovid. Metam. l.* 2. *v.* 46. Invenitur tamen etiam cum ultima correpta. *Horat. in ar. poet. v.* 65. Sterilisque dim palus, aptaque remis. *Brutlej.* quamvis fateatur, ita legi etiam a *Servio*, *Priſciano*, & aliis, & ita in omnibus codicib. reperiri, contendit tamen legendum *ſterilisve palus prima aptaque remis*. ¶ In genitivo plur. *paludum* habet, & *paludium*. *Cæſ. l.* 4. *B. Gall. c. ult.* Propter ſiccitates paludum. *Juſtin. l.* 44. *c.* 2. *ad fin.* Aetis ſpiritus nulla palodium gravi nebula inficitur. Adde *Liv. l.* 21. *c.* 54. ubi al. leg. *paludum*, al. *paludium*. ¶ Metonymice eſt arundo, aut quid ſimile in paludibus naſcens. *Martial. l.* 14. *epigr.* 160. Tomentum conciſa palus Circenſe vocatur. Hæc pro Lingonico ſtramina pauper emit. *Id. l.* 11. *epigr.* 33. de bibula ſarta palude teges.

PALUSCA FICUS inter genera ficorum recenſetur a *Cloatio* apud *Macrob. l.* 2. *Saturn. c.* 16. an *Faliſca? an Labiſca? an mariſca?*

PALUSTER, ſtris, ſtre, *paluſtre, paludoſe, ἕλειος*, ad paludem pertinens, paludoſus. *Liv. l.* 36. *c.* 22. *ad fin.* Ager Heracleenſis paluſter omnis, & ſæpuens arboribus. *Vitruv. l.* 3. *c.* 3. Locos congeſtitios, aut paluſter. *Colum. l.* 1. *c.* 5. Deterrima aqua paluſtris. *Virg.* 3. *Georg. v.* 175. ſalicum frondes, ulvamque paluſtrem. *Ovid. Met.* 8. *v.* 625. Nunc celebres meegis, ſulciſque paluſtribus undæ. *Plin. l.* 14. *c.* 16. *ad fin.* Saporem ſalicum tedoleot Patavinorum in paluſtribus vindemiæ. ¶ Translate *Perſ. ſat.* 5. *v.* 60. Tum craſſos traoſiſſe dies, lucemque paluſtrem, Ingemoere. *h. e.* vitam in cœno vitiorum actam. ¶ Dicitur *paluſtris* etiam in recto maſculino. *Colum. l.* 8. *c.* 14. Paluſtris quoque, ſed herbidus ager deſtinetur.

PAMISUS, i, m. Παμισός, & Πάμισος, fluvius Meſſeniæ in Peloponneſo. *Plin. l.* 2. *c.* 3. item *Mele l.* 2. *c.* 3. cui eſt *Pamiſſus*.

PAMPHYLIA, æ, f. *Sermiæ*, al. *Zimo*, Παμφυλία, regio Aſiæ min. ad Auſtr. & verſus oram litoralem maris Mediterranei, ſeu Pamphylii ab ea dicti. *Plin. l.* 5. *c.* 27. *Sier. l.* 1. *ſilv.* 4. *v.* 77. Hunc quoque, perque novem timuit Pamphylia meſſes.

PAMPHYLIUS, a, um, ad Pamphyliam pertinens. *Plin. l.* 5. *c.* 31. Pamphylium mare. *Id. l.* 25. *c.* 11. Pamphylium hyſſopum. *Lucan. l.* 8. *v.* 249. Pamphylia puppi Occuerit tellus. *Cic. l. de Divin. c.* 15. A Ciliciibus, Pamphyliis, Lycüs tenentur.

PAMPINACEUS. V. *Campanicus*.

PAMPINARIUS, a, um, *pampinaje, pampinario, ἀμπέλινος*, ad pampinum pertinens. *Colum. l.* 5. *c.* 6. e *med.* Palmitum duo genera ſunt: alterum, quod, quia primo anno plerumque frondem ſine fructu affert, pampinarium vocant. alterum, quod ex annicolo palmite procreatur: quod quia protinus creat, fructuarium appellant. (Adde *Plin. l.* 17. *c.* 22.) Sic *l.* 3. *c.* 10. Pampinarium ſatmentum. *& l.* 4. *c.* 24. Pampinatiæ materiæ. Abſolute *Plin. l.* 17. *c.* 21. Serere e pampinariis ſterile eſt, nec niſi ſecundo oportet.

PAMPINATIO, onis, f. *ſpampanazione*, βλαστολογία, actus pampinandi, detractio pampinorum, & nepotum, quæ manu & ſine ferro fit, cum vitis frondere cœpit. *Colum. l.* 4. *c.* 6. Ut frequenti pampinatione ſupervacua dettahantur. *& cap.* 7. Omnis pampinationis ea eſt tempeſtivitas, dum adeo teneri palmites ſunt, ut levi tactu digiti decutiantur. *& cap.* 28. Tempus pampinationis, antequam florere vitis oſtendat, maxime eſt eligendum, ſed & poſtea licet eandem repetere. Adde *Plin. l.* 17. *c.* 22. *ad fin.*

PAMPINATOR, oris, m. *ſpampanatore*, βλαστολόγος, qui pampinat. *Colum. l.* 4. *c.* 10. Vites nepotibus, quos pampinator in ſuperiore parte omiſerat, liberare. *& cap.* 27. *n med.* Pampinator induſtrius. Adde *lib.* 5. *c.* 5. e *med.*

PAMPINATUS, a, um, *ſpampanato*, pampinis ſpoliatus. *Colum. de arbor. c.* 11. Ante dies decem, quam vines florere incipit, pampinatum habeto. ¶ Item παμπινώδης, pampini ſimilitudinem habens. *Plin. l.* 16. *c.* 42. Alias ramentorum criabus pampinato ſemper orbe ſe volvens, ad incitatos runcinarum raptus. *h. e.* inflat tortilis pampini, vel capreoli vitium. *Gallien. in quadam epiſt.* apud *Trebell. Pollion. in Claud. c.* 17. Lanceam argenteam pampinatam liberarum triginta. *h. e.* pampinis cælatis ornatam.

PAMPINEUS, a, um, *di pampano, ἀμπέλινος*, qui eſt a pampino, pampinarius: & convertum ad vites & vinum pertinens. *Tacit. 12. Ann. cap.* 4. Pampinea corona. *Virg. Ecl.* 7. *v.* 58. Liber pampineas invidit collibus umbras. *Id.* 2. *Georg. v.* 5. tibi pampineo gravidus autumno Floret ager. *Ovid.* 3. *ex Pont. ep.* 1. *v.* 13. Nec tibi pampineas autumnus porrigit uvas. *& ep.* 8. *v.* 13. Non hic pampineis amicitur vitibus ulmus. *Martial. l.* 10. *epigr.* 93. Pictaque pampineis videris arva jugis. *Propert. l.* 3. *el.* 15. *v.* 25. Curvaque Tyrrhenos delphinum corpora nautas In vada pampinea deſiluiſſe rate. *h. e.* pampinis ornata. (V. *Ovid. Met.* 3. *fab.* 9.) *Virg.* 6. *Æn. v.* 805. pampineis victor juga flectit habenis Liber. *& lib.* 7. *v.* 396. Pampineaſque gerunt incinctæ pellibus haſtas. *h. e.* pampineis frondibus velatas, ut *Ovid. Met.* 3. *v.* 667. loquitur. *Val. Flacc. l.* 5. *v.* 79. *de Baccho*. Udaque pampinea uectentem cornua vitta. *Propert. l.* 2. *el.* 24. *v.* 29. Icare Cecropiis merito jugulate colonis, Pampineus noſti quam fit amarus odor. *h. e.* odor vini. *Calpurn. Ecl.* 2. *v.* 59. Pampineæ ulmi. *h. e.* quæ pampinos viteſque ſuſtineant.

PAMPINO, as, avi, atum, *n.* 1. *ſpampanare*, βλαστολογέω, *ἀπορρίζω*, pampinos decerpo, decutio, b. a. ut ait *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 31. an ſarmento coles, qui nati ſunt, de iis, qui plurimum vident, primum ac ſecundum nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere, ne relictis colibus ſarmentum nequeat miniſtrare ſuccum. V. *Pampinarie. Cato R. R. c.* 33. Ubi vinea florere cœperit, pampinato. *Colum. l.* 5. *c.* 5. e *med.* Pampinandi modus is erit, ut opacis locis, humidiſque, & frigidis æſtate vitis nuletur, ſoliaque palmitibus detrahantur, &c. *Plin. l.* 18. *c.* 27. Vineas pampinare: & huic lex ſua, cum pampini quatuor digitos longitudine expleverint. Pampinat una opera jugerum. ¶ Item univerſim frondes & ramulos tenellos detrahe. *Colum. l.* 4. *c.* 31. Salix non minus, quam vinea, pampinatur. *Id. l.* 5. *c.* 21. *ſub fin.* Ut dum teneros ramulos habent, veluti pampinentur. *Id. l.* 21. *c.* 2. *a med.* Semiuaria quæ ſuo tempore pampinata non ſunt, arbuſculæque ficorum in ſeminariis putari debent: quæ tamen melius, dum teneta ſunt per germinationem pampinantur.

PAMPINOSUS, a, um, *pampinoſa*, pampinis & frondibus abundans. *Colum. l.* 5. *c.* 5. e *med.* Si patum pampinoſa vitis eſt, advectis frondibus, & interdum ſtramentis, fructus moniatur. *Plin. l.* 23. *c.* 1. *ante med.* Vitis albæ folia pampinoſa ad magnitudinem hederæ.

PAMPINUS, i, m. & f. *pampano, pampino, ἄτερ, πάμπινος*, ſarmentum, ſeu coles vitis teuellus, qui cum induruit, *materie* & *palmes* vocatur. *Colum. l.* 4. *c.* 22. Ubi nnius aut alterius ſolii pampinus prorepſit e turo, vehementem ſundit materiam. *Id. l.* 3. *c.* 18. Ex gemmis pampini pullulant vel ſteriles, vel certe minus feraces, quos ruſtici vocant racemarios. *Plin. l.* 18. *c.* 27. Vineas pampinare, cum pampini quatuor digitos longitudine expleverint. *Id. l.* 17. *c.* 22. Pampinos detergere. *& ibid. e med.* detrahere. ¶ Sæpa dicitur de vitium frondibus, & ſoliis. *Cic. de Senect. c.* 15. Uva veſtita pampinis. *Virg.* 1. *Georg. v.* 448. Heu, male tum mites defendet pampinea uvas? Tam multa in tectis crepitans ſalit horrida grando. *Colum. l.* 3. *c.* 2. *ante med.* Vitis propter pampini denſitatem ſæpe parum recta deflorefcit. *Horat. in ſ. od.* 8. *l.* 4. Ornatus viridi tempora pampino Liber. *Claudian. in* II. *conſul. Stilich. ſub fin.* malum circumfus veſtit pampinus. *& ſub init. Epithal. Pallad. & Celer.* eriſpatur opaca pampinus. Etiam *Donat. in edit.* 2. *pag.* 1747. *Priſcian.* numerat inter ea, quæ maſculini, & feminini generis ſunt. & *Serv. ad Virg. Ecl.* 7. *v.* 58. ait, Varronem ſæpius in feminino uti. ¶ Eſt etiam pampinus ſolium pampini convolutum, vel capreolus, ſeu clavicula, aut huic ſimile. *Plin. l.* 10. *c.* 35. Similæ ſpinoſis frutectoſis ramis, folio hederaceo, e pediculo emit-

ten-

tente pampinos. *Id. l. 17. c. 11.* Iſapyron aliqui phaſiolon vocant, quoniam folium, quod eſt anſo ſimile, in pampinos torquetur. *Id. l. 9. c. 51.* a *med.* Polypi parunt ova tortili vibrata pampino. *b. e.* cirro torto.

PANTHEON, & Pantheum, i, n. templum Romæ Jovi ultori exstructum a M. Agrippa Augusti genero, opere Corinthio, forma rotunda, ædificiorum Urbis, præsertim templorum, facile pulcherrimum. Muro continuo XXX. palmorum lato circumdatur, unica tantum janua, unico quoque foramine io supremo culmine lumen admittens. Altitudo ajus tanta est, quanta latitudo, CXLIV. pedum io circuitu. Habet poeticum XVI. columnarum. Restauratum fuit ab Hadriano, Septimio Severo, & Aureliano. *Plin. l.* 36. *c.* 15. Pantheon Jovi ultori ab Agrippa factum. *Spartian. de Adrian. c.* 19. Romæ ioſtauravit Pantheum, Septa, basilicam Neptuni. *Ammian. l.* 16. *c.* 10. (*al.* 17.) Pantheum exlut ragionem teretem, specinsa celsitudine fornicatam. *Inscript.* apud *Gruter. pag.* 1. *n.* 1. Imp. Cæs. L. Septimius Severus, *&c.* & Imp. Cæs. M. Aurelius Antoninus, *&c.* Pantheum extollate corruptum cum omni cultu rastituruot. ¶ Græce Πάνθειον, & Πάνθεον legitur: quare pænultima & produci, & corripi potest: a πᾶν, omne, & θεός, deus, vel θῶν, divinum: vel quod præter signum princeps Jovis Ultoris haberet etiam aliorum deorum sigilla: vel quod esset pulcherrimum, quasique prorsus cæleste ac divinum. ¶ Est etiam nomen dei. *Inscript.* apud *Gruter. ibid. n.* 2. Pantheo sacrum. *num.* 4. Herculi, Mercurio, & Silvano sacrum, & Divo Pantheo ex *v. num.* 5. Signum Panthei testamento fieri jussit. *num.* 6. (adjectiex) Signum Pantheum sua pecunia D. D. Adde *pag.* 1005. *n.* 6. & apud *Reinef. class.* 1. *n.* 3. qui in his Inscriptionib. putat significari signum Augusti, exl Tiberii in deos relati. ¶ Figuram signi Panthei exhibet *Spon. in miscell. erudition. antiquo. pag.* 18. quæ deum aliquem repræsentat, sed adjectis multis symbolis, ea quibus aut omnium, aut plurium aliorum deorum numen significatur. Habet enim in capite ornamentum Isidis, & semicirculum Lunam significantem, pharetram Cupidinis, cornucopiæ Cereris, & alia. Sic *Anson. epigr.* 30. *Pantheum* vocat signum Liberi Patris io villa sua positum, omoiumque deorum argumenta habens.

PANTHER, eris, m. πάνθηρ Ionice πάνθηρος, genus retis, quasi omnibus feris capiendis apti: a πᾶν, omne, & θήρ, fera. *Varr. l.* 4. *de L. L. c.* 20. Ferarum vocabula peregrina, ot panthera, leo: utraque Græca: a quo etiam & rete quoddam panther. ¶ Dicitur etiam *pantherna*, *æ*, & sic & rete a πᾶν, & θήρα, venatio. *Ulpian. Dig. lib.* 19. *tit.* 1. *leg.* 11. *sub fin.* Veluti cum futurum jactum retis a piscatore emimus, aut indaginem plagis positis a venatore, exl pantheram ab aucupe. Ita *Torrentin.* & *Haloand.* est tamen qui *pantheræ* legendum putat, accusativum Græca positionis, exl *pantherem* Latinæ, a recto *panther*. Itali quoque *pantiera* vocant rate quoddam ad capiendas aves. ¶ Est etiam ferum animal, vel idem cum panthera, exl quem lopum cervarium appellant. *Auct. comm. de Philom. v.* 50. Panthee caurit amans, pardus biando felit.

PANTHERA, æ, ſ. *pantera*, *lonça*, πάνθηρ, πάνθηρις, pardus femina, animal maculosum, & prorsus ferum: a πᾶν, omne, & θήρ, fera, quia cetera fere animalia feritate supegat, vel, ut alii volunt, quia pæus omnium in ea femrum colores cernere est. *Plin. l.* 8. *c.* 17. Panthera, & tigris musularum varietate prope sola bestiarum spectantur, ceteris unus ac suus cujusque generis color est; panthe-

ris in candido breves musularum oculi. *Ovid.* 3. *Met. v.* 669. Picturamque jacent fere corpora pantheearum. ¶ Tam mas, quam femina Latine *panthera* dicitur, ut & *Varr.* monet *l.* 8. *de L. L. cap.* 38. Græcis ille πάνθηρ est, hæc πάνθαινα. ¶ Magnus pantherarum erat usus io ludis publicis Romanorum: unde apud *Cicer.* a. *Fam. ep.* 12. & *lib.* 8. *ep.* 4. & 9. de iis conquirendis, & Romam mittendis mentio fit. ¶ De panthera reti V. io voce præced.

PANTHERINUS, a, um, ad pantheram spectans. *Plin. l.* 35. *c.* 11. Sed & nobilissimæ Satyro cum pelle pantherina. ¶ Pantheinæ mensæ, quæ intorta discursu maculatæ sunt. *Plin. l.* 13. *c.* 15. Illud obloogo evenit discursu; ideo tigrinæ appellantur: hoc intorta, & ideo tales pantherinæ. ¶ Translate pantherini hominos sunt, qui vastis artibus & dolis agunt, fraudulenti, versipellice. *Plaut. Epid.* 1. *t.* 16. Caprigenum hominum non placet mihi, neque pantherinum genus.

PANTHEUM. V. *Pantheon*.

PANTHOIDES, æ, m. Πανθοΐδης, & Πανθοΐδας, Euphorbus filius Panthoi: item Pythagoras, qui tempore belli Trojani se Euphorbum Panthoi filium fuisse gloriabatur. *Ovid.* 15. *Met. v.* 161. Panthoides Euphorbus eram. *Horat. l.* 1. *od.* 28. *v.* 10. habentque Tartara Panthoiden iterum Orco demissum.

PANTHOUS, i, & *contracte* Panthus, m. Πάνθους, *u*, filius Otrei Hecubæ fratris. *Panthu* est io vocativo, Πάνθοε, *e*, apud *Virg. a. Æn. v.* 322. & 429. *Panthone* io recto est apud *Hygin. fab.* 135. *Panthus* apud *Virg.* 2. *Æn. v.* 319. Panthus Otriades, arcis Phœbique sacerdos.

PANTICA. V. *Pando*.

PANTICES, cum, m. *lo budello*, *la ventraja*, *il ventre*, intestina, venter. Apud *Fest.* legimus: *Panices*, *fras wentris*. sed quid sit *fras*, non fusila expedias. *Plaut. Pseud.* 1. *a.* 50. Vino modo cupidæ esse; eo voc, exstros panticesque adeo madefecitis. *In catalect. Virg. pag.* 93. *Scalig.* Et æstuantes docte solvit pantices. ¶ Sunt qoi putant esse pulmonem, *à pulmone*: sed distinguit *Marcial. lib.* 5. *epigr.* 64. *a med.* Ne valeam, si ooo multo sapit altius istud, Quod cum panticibus laxie, & cum pede grandi, Et cubro pulmone vetus, nasisque timendum, Omnia crudelis laoius pee compita portat. ¶ Hinc est quod nos Langobardi dicimos *il pantaccio*. ¶ Io fragm. *In Priap. carm.* 83. quod quidam *Tibullo* tribunt. Latet jacente paotice abditus species. Ita *Scalig.* nam io aliis hic exstus deest. ¶ Ubi io Glossis habetur, Pauseps, ἵλαος πτίσσε ἀνὶ πραχηλίᾳ, Critici leg. Pantex, *h. e.* ulcus, exl vulnus in cervice jumenti.

PANTOMIMA, æ, ſ. quæ pantomimum agit. *Senec. de consol. ad Helv. c.* ea. *sub fin.* Quorum Pantomimæ decies H. S. oobunt.

PANTOMIMICUS, a, um, adject. ad pantomimum pertinens, ut Pantomimica ornamenta, *Senec. ep.* 29. in *fin.*

PANTOMIMUS, i, m. πανταμίμος, ὀρχηστής, genus histrionum, qui fabulas io scena non voce & cantu, sed solo gestu & saltando repræsentabant: quare & saltare fabulas dicebantur: ἀνὰ τὰ πάντα μιμεῖσθαι, quod omnia gestu, saltatione, motuque corporis exprimerent, atque imitarentur. Hi primum Romam inducti sunt sub Augusto, celebrasque fuerunt Pylades, Hylas, Bathyllus, quos refert *Macrob. Saturn. l.* 2. *c.* 7. & *Sueton. in Aug. cap.* 45. De his plura vide io *Syntagmate de Mimis*, & *Pomponiano Nicolai Calliachii* edito *Patavii* 1713. & io *Dissertatione Octavii Ferrarii* edita *Vualfenbutelii* 1715. item *Casaub. lib.* 1. *Vorsor. epist.* 20. & *lib.* 4. *ep.* 51. ¶ Interdum *Pantomimus* accipitur pro ipsa fabula, quæ a Pantonimo agitur. *Plin. l.* 7. *c.* 53. *a med.* Duo equestris ordiais ūs eodem pantomimo mythico. *Fest.* repente obiere. ¶ De symphoniasis, & musicis est illud *Petron. in Sat.* ubi cum diasiset, omnes ministrantes io convivio Trimalchionis cantasse, Pantomimorum, inquit *cap.* 31. ooo patrisfamiliæ, triclinium crederee. Ubi al. leg. *pomonimi chorum*.

PANUCELLIUM, ii, o. glomus lanæ carptæ, & ad nendum paratæ, exl fusos filie involutue, exl radius, quo stantee procurount telas. Io Gloss. exponitur πῆνιον, quod & fusum, & filum e fusō deductum significat. Aliqui efferunt *panuellium*, alii *panuellum*, alii *panuelum*, alii *panuellium*, alii *panuelum*, alii *panuelesym*. *Varro l.* 4. *de L. L. cap.* 23. conflatum putat e *panno*, & *volvendo*. V. *Voss. in Etymol.* io *Panus*.

PANUELUM. V. io voce præced.

PANULA, æ, ſ. parvus panus. Agnoscitue a *Priscian. in fin. l.* 3. & *Non. c.* 2. *n.* 623.

PANUS, i, m. exponitue a *Nonio c.* 2. *n.* 623. tramæ iovolucrum: & videtur esse glomus lanæ caeptæ, & ad nendum paratæ, ut ait *Voss. in Etymol.* Græce πάλινε. *Lucil.* apud *Priscian. in fin. l.* 3. & *Non. loc. cit.* Iotus modo flet rectus subteminis panus. *Al. leg.* Intu' vero modo flet rectus fubtemine panus. ¶ A similitudine fic dicitur tumor quidam io cute non altus, sed latus, in quo quiddam pustulæ simile est. Doloe, distentioque vehemens est, & major, quam pro magnitudine tumoris: interdum etiam febricula. idqus tarde matuiescit, neque magoopere in pus convertitur. Fit maxime aut in cervice, aut ūs alis, aut ūs inguinibus. Græce est φύγεθλον. Ita *Celf. l.* 5. *c.* 28. *fest.* 10. describite. *Novius* apud *Non. loc. cit.* Qui me miserum misereiorem reddidit, quam panus puerum. *Plin. l.* 21. *c.* 21. *ad fin.* Abrotooum concoquit panos cum farina hordeacea. *Id. l.* 23. *c.* 2. *ad fin.* Fæx aceti panos discutit oondum esulceratos. *Id. l.* 35. *c.* 17. Cimolia panos, & parotidas cohibet. *Id. l.* 20. *c.* 20. *extra med.* Coriandrum sanat panos ea aceto tritum. *Id. l.* 30. *c.* 8. *sub fin.* Panos aperit sevum pecudum. *Id. l.* 24. *c.* 6. Hammooiacum maturet panos. *& cap.* 4. Visoum panos mitigat. *Id. l.* 22. *c. ult. a med.* Lupini panos, & Brumas minuunt, aut maturant. ¶ Pro *panus* quidam leg. *panis* apud *Celf.* Et fane *panis*

pro *panue* adhiberi credit *Rhod. ad Scribon. Larg. compoſ.* 263. a *Juvenale ſat.* 6. v. 460. Interea ſœda aſpectu, ridendaque multo Pane tumet facies. Sed ibi *Juvenal.* loquitur de fucis mulierum, ut *ſat.* 2. v. 107. Et preſſum in faciem digitis extendere panem. & *Plin. l.* 22. *c. ult. ante med.* tredit, ſitamum panem cum mella cuttere incuſſa in facie, aut deſquamata. ¶ Item a ſimilitudine *panum* vocat *Plin.* totam milii ſpicam. Mammoſa, inquit *l.* 18. *c.* 7. panici genera e pano parvis racemata paniculis. ¶ De pano in arboribus V. *Panous* ad fin.

PAPA, æ, f. vox infantium petentium cibum. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 97. Cum cibum, ac potionem, buus ac papas docent. ¶ Legitur & *pappo*. ¶ Significat etiam patrem, aut ſenem. nam πάππας Græce patrem ſignificat. V. *Pappas*. Itaque ea voce honoris cauſa compellare mos fuit Chriſtianis Scriptoribus Epiſcopos, & aliios in ſacra dignitata conſtitutos. *Tertull. de Pudic. c.* 13. & *Sidon. in epiſtolis paſſim*. ¶ Per excellentiam vero ſic vocatur Summus Romanus Pontifex, qui eſt pater patrum, & Epiſcopus Epiſcoporum.

PAPÆ, *rapperi, cappite, βαβαί*, interjectio admirationem continens: a voce Græca allata, unde & *babe* dicitur eodem uſu. *Terent. Eun.* 3. 2. 26. Pulcre mehercle dictum, & ſapienter! papæ! jugularas homiaem. & 2. 1. 23. Ducit ſecum unam virginem dono huic: papæ! facia honeſta. *Plaut. Rud.* 5. 2. 33. Papæ! divitias tu quidem habuiſti luculentas. *Perſ. ſat.* 5. v. 79. Marcus Dama? papæ! Marco ſpondente recuſas Credere tu nummos? ¶ Habet etiam vim affirmandi, & aſſentiendi. *Terent. Eun.* 2. 2. 48. Et quid heo te? *Par.* men'? papæ! *a quamo!*

PAPAVER, eris, n. & m. *papovero, ucau*, herba vim ſomni inducendi habens: cujus tum ſativi, tum ſponte naſcentis plura genera *Plin.* refert *l.* 19. *c.* 8. *ad fin.* & *lib.* 20. *c.* 19. V. *Cerealis*. *Cato* apud *Chariſ. l.* 1. *pag.* 64. *Putſch.* Papaver Gallicanus. *Varr. ibid.* & apud *Non. c.* 3. *n.* 177. Inſita ſeui papaverem. *Plaut. Pan. c.* 2. 213. Seſamum, papaveremque, triticum, & fricta nuces. *Virg.* 4 *Æn. v.* 486. Spargens humida mella, ſoporiferumque papaver. & *lib.* 9. *v.* 436. laſſova papavera collo Demiſere caput, pluvia cum ſorte gravantur. & 4. *Georg. v.* 131. veſcumque papaver. (*Plin. cet. l.* 19. tredit, *candidi* papaveris ſemina tolla in fecunda mexſa cum mella apud antiquos inſeri ſolita. V. *Cocetanus*. Hoc pertinet & illud *Petron. in Sat. c.* 31. Glires melle & papavere ſparſi.) *Virg. Æn. l.* 1. *v.* 212. Cereala. & *verſ.* 78. Lethæo perſuſa papavera ſomno. & *lib.* 4. *v.* 545. Lethæa papavera. *Catull. carm.* 19. *de Priap. v.* 12. Papaver luteum *ſcil.* propter ſemina in flore lutea. *Propert. l.* 1. *el.* 21. *v.* 38. Lilia purpureis mixta papaveribus. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 661. Interea placidam redimita papavere frontem Nox venit, & ſecum ſomnia nigra trahit. ¶ Tranſlate *Petron. in Satyr. c.* 1. *extr.* Melliti verborum globuli, & omnia dicta factaque quaſi papavere & ſeſamo ſparſa. *b. e.* affricta exquiſitaque verborum ſuaviate condita. ¶ Proverbium de re, quæ brevitimo tempore fit. *Plaut. Trin.* 2. 4. 7. Conſit cito, quaſi ſi tu objetas formicis papaverem. ¶ Servii *ad Eclog.* 2. *v.* 47. narrat, ut Narciſſi flos a puero cognomine in anum verſa dictus eſt, ita papaveris, & acethi. hos enim omnes pueros fuiſſe a diis in flores ſui nominis transformatos. ¶ *Papaver* da ſemine, ſeu granis ſicorum. *Tertull. adverſ. hæret. c.* 36. *ſub fin.* Etiam de papavare fieri gratiſſimæ & ſuaviſſimæ ventoſa & vaoa capriſicus exſugit.

PAPAVERATUS, a, um, adject. Papaveratæ veſtis, *μανωνικὸς χιτὼν*, veſtis tenuis, ac delicata, a *papavere*. Sic a *Lucilio* vocatur Græcorum avemplo, quibus *ucau* non ſolum notat papaver, ſed etiam textum byſſinum, ſive lineum. Nam Heſychius ἐρεᾶν βυσσινῆ exponit. Sed de cauſa nominis non conſentiunt. Aliquibus videtur appellatio eſſe ex eo, quia quoddam papaveris genus æſſet, a quo, ut *Plin. l.* 19. *c.* 1. *a med.* ait, candorem lintea præcipuum trahunt. Alii cenſent, ſic dici, quia mollis papaveris lanugo neretur, veſtiſque ex ea texeretur. *Hadrian. in Plin.* contendit aſſe veſtes laneas, ſed eo papaveris genere candentes. *Plin.* l. 8. *c.* 48. Crebræ papaveratæ antiquiorem habent originem, jam ſub Lucilio Poeta in Torquato notatæ. Aliqui leg. *poveretæ*.

PAPAVERCULUM, i, n. diminut. a papavere. *Apul. de herb. c.* 7.

PAPAVEREUS, a, um, qui eſt ex papavere, ut Papavereæ comæ. *Ovid.* 4. *Faſt. verſ.* 438.

PAPHAGES, is, m. rex Ambraciæ, qui a læna catulis ſuis ſtipata, cui ſortx obviam occurrit, ditaniatus fuit. Hinc

PAPHAGEUS, a, um, adject. *Ovid. in Ibin*, v. 502. Sitque Paphageæ cauſa læna necis. Al. leg. *Phagliæ*, vel *Phagliæa* a quodam *Phagilo* Ambraciæ tyranno, a læna diſcerpto.

PAPHIACUS, a, um. *Avien. in deſcrip. Orb. v.* 227. Cæſpite Paphiaco prodit ſaxoſa Catambis. *Catambis* eſt in Paphlagonia Aſiæ minoris provincia ad Pontum Euxinum, ut eſt apud *Plin. l.* 6. *c.* 2. Fortaſſe ibi Paphiæ Veneris templum fuit. Primam autem ſyllabam metrica neceſſitate produxit.

PAPHIE, es, f. Venus a Papho Cypri, ubi maxime colebatur. *Martial. l.* 7. *epigr.* 73. Sive cupis Paphien, ſeu Gnymede cales. *Auſon. Edyll.* 14. *de roſis*, v. 21. Communis Paphis dea ſideris, & dea floris. ¶ Apud *Colum. l.* 10. *v.* 193. eſt genus lactucæ ſolio puniceo, caule candido: quin in Cypro circa Paphum plurima provenit, ut *rhod.* ait, *verſ.* 287.

PAPHIUS, a, um, ad Paphon Cypri oppidum, Veneri ſacrum, pertinens. *Plin. l.* 21. *c.* 37. *ſect.* 63. Nicocles Paphius. *Tacit. l. Hiſt. c.* 2. Illum cupido inceſſit viſendi templum Paphiæ Veneris, inclytum per indigenas, advenaſque. V. ibi reliqua. *Ovid.* 3. *de ar. am. v.* 181. Paphiæ myrti. *Martial. l.* 8. *epigr.* 28. Paphiæ columbæ. ¶ *Paphii thyrſi* apud *Colum. l.* 10. *v.* 370. ſunt caules lactucæ, ut dictum eſt in voce præced. ¶ *Paphia lampades* apud *Stat. l.* 5. *ſilv.* 4. *v.* 8. ſunt ſtellæ Veneris, quæ veſpera ſurgit, & *Heſperus* eo tempore dicitur, prima omnium apparens.

PAPHLAGON, onis, qui eſt ex Paphlagonia, provincia Aſiæ minoris ad Pontum Euxinum. *Autem. in perieg. v.* 969. Surgit Halys. tum Paphlagonum ſata longa pateſcunt, Et Maryandinum gens incolit.

PAPHLAGONIUS, a, um, ad Paphlagones, & Paphlagoniam pertinens, ut Paphlagonia gens, *Plin. l.* 6. *c.* 2.

PAPHOS, & Paphus, i, ſ. Πάφος, urbs Cypri in ora occidentali, condita a Papho Pygmalionis filio, & Veneri dicata, quiz mxter ejus munere Venetis e ſtatua eburnea in mulierem verſa fuerat, ut eſt apud *Ovid. 10. Met. v.* 243. & *ſequent.* Duplex fuit: vetus, quæ & *Palæpaphos* dicta eſt, in colla poſita; & nova, *neo Paphos*, in plano ſita. V. *Plin. l.* 5. *c.* 31. In illa celebre fuit Veneris templum: de quo *Tacit. l.* 2. *Hiſt. c.* 2. pxucis diſſerit. *Suet.* 5. *Tbeb. v.* 61. *de Venere*. Illa Paphon veterem, centumque altaria linquens, &c. *Virg. 10. Æn. v.* 51. Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos, atque Cythera. ¶ Paphi in quandam arem (al. leg. *arcum*) Veneris nunquam impluere, *Tacit. 2. Hiſtor. c.* 3. & *Plin. l.* 2. *c.* 96. & *Polybius l.* 16. tradidera.

PAPIA LEX de peregriuis, lata a C. Papio trib. pleb. circa A. U. DCLXXXVIII. omnes peregrinos, qui in Urbe verſabantur, exceptis Italicis, Urbe pepulit. *Cic.* 3. *Offic. c.* 11. ¶ Alia de civitate, cxvit ut peregrini, qui in ſuis civitatibus cenſi eſſent, ad ſuam civitxtem revererentur, & civitatem Romanam, quam falſo jactabant, xmittentent. *Cic. pro Balb. c.* 23. & *Valer. Max. l.* 3. *c.* 4. *n.* 5. ¶ Alia, *Papia Poppæa* dicta, quam tulere M. Papius Mutilus, Q. Poppæus Secundus Coſſ. circa A. U. DCCLXI. ſub Auguſto, varias pœnas viventibus in cælibatu, varia præmix ſtatuit uxorem ducentibus, & ſuſcipientibus liberos. *Tacit. Ann.* 3. *c.* 25. & 28. *Sueton. in Claud. c.* 23. & *in Ner. c.* 10. *Auſon. epigr.* 89. Juriſconſulto, cui vivit adultera conjux, Papia lex placoit, Julia diſpliceit. *b. e.* placuit quidem, uxorem duceva, quod Papia jubebat: ſed diſpliceit Julia lex, quæ vetabat quæſtum ex uxoris xdultavio facare, ut *Papinian.* docet *Dig. lib.* 48. *tit.* 5. *leg.* 8. Multa da hac lege, & Julia ſimul habes xpud *Lipſ. in tacuſ. ad lib.* 3. *Ann. Tacit. Ital. C.* ¶ Denique xlia fuit *Papia lex*, apud *Gell. l.* 1. *c.* 12. qua cavebatur, ut pontificis maximi arbitratu virgines a populo viginti legerentur, ſortitioque in concione ex eo oumero fieret, & cujus virginis ducta eſſet, eam pontifex max. esperet, eaque Veſtæ fieret. Hanc quoque legem Papiam Poppæam quidam iocelligunt, *b. e.* Papiæ Poppææ unum caput. ¶ *Papiæ Tribus* mentio eſt *in Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 307. *n.* 7. L. Valerio L. fil. Papia Servio Sacerd. Jovis Tonan. Visit ann. LXIIX. &c. Adde *pag. 879. n.* 6. & *pag.* 964. *n.* 7. Sunt præteres aliæ multæ, in quibus *Pap.* habetur: quod *Papiria* totius legitur. *Papia* ereditur adjecta fuiſſe bello Sociali ultra veteres XXXV. ſic dicta a gente Papia Italicarum nobiliſſima. V. *Pauvin. de civ. Rom. c.* 51.

PAPILIO, onis, m. *farfalla, parpaglione*, ψυχή, inſectum alatum luminibus accenſis advolitans, ignavum & inhonoretum, apibus inimicum, ceraſque earum depaſcens, & excrementa reliquens, quibus teredines gignuntur: fila atiam araneoſa, quacumque inceſſit, alarum maxime lanugina obtegens. In *Plin. l.* 11. *c.* 19. Adde *lib.* 21. *c.* 14. & *lib.* 28. *c.* 10. *in fin.* ubi addit, cornicula his aste oculos ignavo præteudi. De his loquitur etiam *Colum. l.* 9. *c.* 14. item *Paladius in Mart. ſub fin.* ¶ Eſt nomen commune & aliis volantium inſectorum generibus, *Plin. l.* 11. *c.* 32. Eruca srsoco accreta, quam chryſallidem appellant: rupte drinde cortice volat papilio. & *cap.* 28. Bombyces & in Co inſula naſci tradunt: fieri autem primo papilionis parvos, mudoſque, &c. *Ovid. Met.* 15. *v.* 372. Quæque ſolent canis fiondes intexere filis Agreſtes tineæ (ne obſervam colonis) Ferali mutant eam papilione figuram. *ferales* dicit, quix, ut eſt apud *Plin. l.* 28. *c.* 10. *extr.* inter mala medicamenta, b. e. inter venena numeratur. ¶ Item militare tentorium, *padiglione, tenda, eſcimia*, quia expanſa vela habet ad ſimilitudinem alarum papilionis. *Lamprid. in Alex. Severo. c.* 51. & 61. In procinctu, atque in expeditionibus, xpertis papilionibus prandit, atque cœnavit. *Spartian. in Peſcen. Niger. c.* 11. In omni expeditione ante omnes militarem cibum ſumpſit ante papilionem. *Trebell. Poll. in XXX. Tyranu. de Herode*, *c.* 16. Homo Græcæ luxuriæ, cui avant ſigillata tentoria, & xuiati papiliones, & omnia Perſica. Si diſcrimen eſt inter *papiliones* & *tentoria*, fortaſſe xſt, quod illi minoris molis & apparatus ſint. *Tertull. ad Martyr. c.* 3. Nemo miles ad bellum cum delicis venit, nec de cubiculo ad aciem procedit, ſed de papilionibus expeditis & ſubſtrictis, &c.

PAPILIUNCULUS, i, m. *farfalletta*, parvus papilio. *Tertull. de anim. c.* 32. Siccitatibus gaudent locuſtæ, papiliuncuti, chamæleontes.

PAPILLA, æ, f. *capezzolo, papilla, Sein*, caput, ſeu apex mammæ, quod infans, vel pullus ore comprehendit, ita dicta, ut xit *Feſt.* quis papulæ ſimilis eſt. *Plin. l.* 11. *c.* 40. Urſa mammas quaternas gerunt: delphini binas in ima alvo papillas tantum, nec evidentes, & paulum in obliquum porrectas. *Colum. l.* 6. *c.* 11. *a med.* In ipſo fine cerarum velut papilla uberis apparet eminentior. Adde *lib.* 7. *c.* 3. *a med.* ¶ Per ſynecdoch. eſt ipſa mamma, *mammella. Virg.* 11. Æn. v. 803. Haſta ſub exſertam donec perlata papillam Hæſit. Adde *Catull. Ovid. Petron. Martial.* ¶ Dicitur & da hominibus. *Plin. l.* 3. *ep.* 6. Signum effigit ſenem ſtantem: rari, & cadentes capilli, latx frons, contracta facies, aſella collum: pendent lacerti, papillæ jacent, &c. ¶ Interdum dicitur de parva papula, ſeu tuberculo in cute, *ſubercolette, puſtola. Seren. Sammon. c.* 10. *v.* 133. *da elephantiaſi*. tuppans infandis ora papillis. & *cap.* 64. *v.* 1100. Interdum exhibit turpi verruca papilla. ¶ Tranſlate eſt fiſtula, vel epiſtomium. V. *Mammilla*.

PAPI-

PAPILLATUS, a, um, in modum papillæ effiormatus. Vetus Epigramma apud *Salmaſ. & Sertorr. de veſt.* Naſcebantur adhuc, nequa erat par omnibus ætas: Prima papillatos duaebat ſpica corymbos, Altera puniceos apices umbone levabat, &c.

PAPINIANISTA, æ, m. ſtudioſus ſcriptorum Papiniani. *Imp. Juſtinian. in epiſt.* 2. *prefixa lib. Digeſtor. a med.*

PAPINIANUS, Juriſconſultus, Scævolæ diſcipulus, Severo Imper. gratiſſimus, cui moriens filios ſuos commendavit. Ab Antonino Caracalla ſecuri percuſſus eſt. *Spartian. in Severo. c.* 21. vocat juris aſylum, & doctrinæ legalis theſaurum. Adde in *Caracalla c.* 4. & 8.

PAPIRIA Tribus Romana, una ex ruſticis a quodam Papirio appellata eſt, vel a nomine agri, qui circa Tuſculum eſt, ut ait *Feſtus. Inſcript. apud Gruter. pag.* 766. *n.* 2. C. Cæſius C. F. Papiria Ingenuus, &c. & *pag.* 85. *n.* 8. D. Junius D. F. Papir. Værgulenus, &c. Memmit & *Liv. exter. cap.* 37. *l.* 8. ubi narrat, cur inter hanc, & Polliam odia longa intercefferint. Adde *Valer. Max. l.* 9. *c.* 10. *n.* 1. ¶ *Papiria gens*, olim *Papiſia*, & plebeja fuit, & patricia, multaſque habuit familias, Mugillanorum, Craſſorum, Curſorum, Maſonum, qui patricii fuerunt: item Turdorum, Carbonum, Pætorum, &c. V. *Cicer. Fam. 9. ep.* 21. ¶ *Papiria lex* de aſſibus, ut qui unciales erant, ſemunciales fierent, lata eſt a C. Papirio Carbone trib. pleb. vel a C. Papirio Turdo itidem trib. plebis: memoraturque a *Plin. l.* 33. *c.* 3. Aſius de civitate ſine ſuffragio danda Acerranis, meminit *Liv. l.* 8. *c.* 17. *extr.* Aliæ fuere de conſecratione, de multarum æſtimatione, de legibus, de tribunis plebis quæ a *Pinſc. in Lex.* referuntur. ¶ *Papulo Papiria* proverb. V. in *Papulo*. ¶ Prima ſyllaba corripitur, ſecunda producitur. *Manil. l.* 1. *v.* 784. & Pyrrhi per bella Papirius ultor.

PAPIRIANUS, a, um, ad Papirium pertinens, quod eſt nomen propr. R. civis. *Cic.* 7. *Fam. ep.* 10. Papiriana domus. *Liv. l.* 10. *c.* 3. *extr.* Memor Papirianæ ſævitiæ. *l.* 6. *c.* L. Papirii Curſoris dictatorii: de qua *id. l.* 8. *c.* 30. & *ſequentib. Plin. l.* 33. *c.* 3. Papiriana lex. V. in voce præced. ¶ Jus civile Papirianum, eſt liber *Sexti Papirii*, in quo collectæ erant variæ leges Romanorum regum. *Pompon. Dig. lib.* 1. *tit.* 2. *leg.* 2.

PAPO. V. *Poppo*.

PAPPA. V. *Papo*.

PAPPARIUM, ii, n. *poppa*, cibus, qui infantibus datur, cum a lacte ſugendo removendi ſunt. Translate *Senec. l.* 2. *controv.* 9. a *med.* Dominicæ libidini papparium facere. Al. leg. *paparium*.

PAPPAS, æ, m. *Ατα, πάππας*, nutricius. *Juvenal. ſat.* 6. *v.* 632. Timidus præguſtet pocula pappas. Al. intelligunt patrem ipſum, aut avum pueili.

PAPPO, *vel* Papo, as, a. 1. ad pueros pertinet, cum vel cibum petunt, vel papam comedunt. *Perſ. ſat.* 3. *v.* 16. at cur non potius teneroque columbo, Et ſimilis regum pueris pappare minutum Poſcis, & irotus mammæ lallare recuſas? *Plaut. Epid.* 5. 2. 62. Novo liberto opus eſt, quod pappet. *Pe.* dabitur: præbebo cibum. Joci cauſa *pappet* dixit, quia *novum liberum* ali poſtulat.

PAPPUS, i, m. *πάππος*, antiqua lingua idem quod ſenex. Unde *Sponſa pappi*, & *Agricolæ*, & *Hermia pappi*: quibus nominibus ſabulas ſcripſit *Pompeianus*. Confirmat eam ſignificationem *Varr. l.* 6. *de L. L. c.* 3. Item, inquit, ſignificant in Atellaneis aliquot pappum (ſic ea vett. libris emendant *Turneb.* & *Scalig.* pro quo vulgo *pupum*) ſenem, quod Oſci *caſnar* appellant. V. *Scalig. ad Varron. l.* 6. *de L. L. c.* 5. *pag.* 88. & *Voſſ. in Etymol.* ¶ Eſt a *πάππος*, avus: quo ſenſu etiam Latini ioterdum utuntur, ut *Auſon. in Protrepica*, ſeu *Edyll.* 4. *v.* 18. Pappos, aviaſque tremuntes Anteferunt patribus ſeri, nova cura, nepotes. ¶ Etiam Græcis o ſenilis cazitiei ſimilitudine ſic vocatur lanugo cardiorum, unde hanc quoque acceptionem habent Latini. *Paul. ex Feſto*: Pappi cardiorum flores. *Lucret. l.* 3. *v.* 387. Veſtes, nec plumas avium, pappoſque volantes. ¶ Item *pappus* dicitur lanugo cacti herbæ. *Plin. l.* 21. *c.* 16. Semen ei lanugiois, quam pappon vocant. ¶ Item herba, quæ vocatus erigeron, vel ſenecio, vel acanthie. *Plin. l.* 25. *c.* 13. *ad fin.* Quare eam Callimachus acanthida appellat, alii pappum. ¶ Turnebus etiam putabat, ut ex poſthumis in *Varronem l.* 6. *L. L.* notis liquat, *pappum maſculum* antiquitus a ruſticis dictum pro lanugine meſſium, ſive ſegetis. Aliter vero *Scaliger* cum de *pappi*, tum de *maſci* voce.

PAPULA, æ, f. *puſtula*, *bullicula*, *bullo*, *ἐξάνθημα*, tuberculum, puſtula in cute. *Celſ. l.* 5. *c.* 28. *fect.* 18. Papularum duo genera ſuot. alterum eſt, in quo par minimas puſtulas cutis exaſperatur, & rubet, leviterque tondit: medium habet paulo lævius, tarde ſerpit. Alterum eſt, quam *ἀγριάδα* Græci appellant: in qua ſimiliter quidem, ſed magis cutis exaſperatur exulceraturque, ac vehementius & roditur, & rubet, & interdum etiam pilos remittit. Hæc *Celſ. Virg.* 3. *Georg. ſub fin.* Ardentes papulæ, atque immundus oleatra fudor Membra ſequabatur. *Colum. l.* 6. *c.* 31. *de equor. curat.* Papulæ ferventiſſimo ſole uſque eo ſtrigile raduntur, quoad eliciatur ſanguis. *Plin. l.* 20. *c.* 7. *ad fin.* Lacteæ eruptiones papularum leniunt. *Id. l.* 26. *c.* 11. *ad fin.* Rubentes papulas ſanare. *Id. l.* 35. *c.* 17. cohibere. *Id. l.* 23. *c.* 7. movere. *ſee vexare*. ¶ Proverb. eſt illud *Senec. de vita beata*, *c.* 27. a *med.* Papulas obſervatis alienas, obſiti plurimis ulceribus.

PAPULO, as, n. 1. papulas amitto. Eſt *Calſi Aurelian. Tard. l.* 2. *c.* 1. & *lib.* 3. *c.* 4.

PAPYRACEUS, a, um, *πάπυρος*, qui eſt ex papyro. *Plin. l.* 28. *c.* 12. Optime ellychnio papyraceo. *Id. l.* 6. *c.* 22. Papyraceæ naves.

PAPYRIFER, ra, rum, *πάπυρος φέρω*, papyrum ferens. *Ovid.* 15. *Met. v.* 753. papyriferi ſeptemfluis flumina Nili. Adde *Teſtl. l.* 3. *el.* 10. *v.* 17.

PAPYRINUS, a, um, ad papyrum pertinens. *Stilus papyrinus*, *in fragm. Varron.* apud *Non. c.* 2. *n.* 759. videtur eſſe, quo in papyro ſcribebant.

PAPYRIUS, a, um, adject. papyraceus. *Auſon. ep.* 7. *v.* 47. Fac campum replices Muſa papyrium.

PAPYRUS, m. & f. & Papyrum, i, n. *πάπυρος*, arbuſcula Ægypti. *Plin. l.* 13. *c.* 11. Papyeum ergo naſcitur in paluſtribus Ægypti, aut quiaſcentibus Nili aquis, ubi avagatæ ſtagnant, duo cubita non excedente altitudine gurgitum, brachiali radicis obliquæ craſſitudine, triangulis lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine in gracilitatem faſtigiatum, thyrſi modo cacumen includens, feminc nullo, aut uſu ejus alio, quam floris, ad deos coronandos. Hæc *Plin.* V. *Gonlandinum*, & quæ adverſus eum *Joſ. Scalig.* item adi *Salmaſ. Exercitat. in Solin.* ¶ Radicibus papyri incolæ pro ligno utuntur, ut ait *Plin. ibid.* nec ignis tantum gratia, ſed ad alia quoque utenſilia vaſorum. Ea ipſo quidem papyro (h. e. e ligno) navigia texunt: & e libro vela tegetaſque, necnon & veſtem, etiam ſtragulam, ac funes. Mandunt quoqua crudum, decoctumque, ſuccum tantum devorantes. *& mox.* Præparantur ex eo chartæ, diviſo (*libra interiore*) acu in pertenues ſed quam latiſſimas philuras. Principatus medio, atque inde ſciſſuræ ordine, &c. Enumeratis deinde variis chartæ generibus, & poſtremo loca emporetica, poſt hanc, inquit *cap.* 12. papyrum ab (h. e. extimus papyri cortex) extremumque ejus ſcirpo ſimile, ac ne funibus quidem, niſi in humore utile. Texuntur omnes madente tabula Nili aqua: turbidus liquor glutinis præbet vicem. Primo ſupina tabula ſcheda adlinitur longitudine papyri, quæ potuit eſſe, ſeſegminibus utrinque amputatis: tranſverſa poſtea cantes peragit. Premitur deinde prelis, & ſiccantur ſole plagulæ, atque iotee ſe junguntur, penuimarum ſempee bonitatie diminutione ad deterrimas. Nunquam plures ſcapo, quam vicenæ. Hactenus *Plin.* ¶ De navigiis ex papyro *Lucan. l.* 4. *v.* 135. ſic eum tenet omnia Nilus, Conſertur bibula Memphitis cymba papyro. ¶ De funiculo, aut vinculo papyraceo, *Celſ. l.* 5. *c.* 28. *fect.* 11. *a med.* Satis eſt papyrum intortum eo illinere. *Colum. l.* 6. *c.* 6. a *med.* Cum ſanguis ſatie profluxit, inhibetur papyri ligamine. *Pallad. in Februar. cap.* 33. Sarmenta vitium papyro ligabie ſtricto, & molli. *Veget. de re veterin. l.* 2. *c.* 57. Papyrum candelarum pargatam ſubtiliter carpis, intingis in ovi albumento. ¶ De veſte *Juvenal. ſat.* 4. *v.* 24. hoc tu Succinctus patria quondam, Criſpine, papyro? ¶ Pro charta, libello, epiſtolio: *Juvenal. ſat.* 7. *v.* 100. Namque oblita modi miſſelima pagina ſurgit Omoibus, & creſcit multa damnoſa papyro. *Martial. l.* 3. *epigr.* 2. *ad libr. ſuum*. Ne nigram cito raptos in culinam Cordyllas madida tegas papyro. *Catull. carm.* 35. *ad Cæcil.* Poetæ tenero, meo ſodali, Velim Cæcilio, papyre, dicas, Veronam veniat. ¶ Papyro ſtruebantur togi. *Martial. l.* 10. *epigr.* 97. Dum levis arſura ſtruitur Libitina papyro. Adde *lib.* 8. *epigr.* 44. ¶ *Papyrum* neutr. gen. habet etiam *Ulpian. Digeſt. lib.* 32. *leg.* 50. *n med.*

PAR, paris, adject. *pari*, *æquale*, ἴσος, æqualis, pasilis, compar, ſimilis. *Cic.* 2. *de Invent. c.* 22. *a med.* Par eſt, quod in omnes æquabile eſt. *Id. in Orat. c.* 36. Erit rebus ipſis par & æqualis oratio. *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 40. In æquos & pares ſalidioſus, in inferiores crudelis. *Cic.* 1. *Offic. c.* 34. *ad fin.* Æquo & pari jure cum civibus vivere. *Id.* 2. *de nat. Deor. c.* 61. E quibus vita beata reſtitit, pari & ſimilis deorum. *Plin.* loitio *l.* 31. Nec par aut ſimile poteſt inveniri. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 16. Eſt finitimus oratori poeta multis ornandi generibus ſocius, ac pæne par. *& cap.* 55. Præclaras duas artes conſtituere, atque inter ſe pares, & ejuſdem ſocias dignitatis. *Id. ad Manc.* 1. *poſt ep.* 16. *l.* 16. *ad Attic.* Ad paternas acceſſitudines magnam attulit acceſſionem tua voluntas erga me, meaqua erga te pac atque mutua. *Id. pro Mur. c.* 9. Quam ego pari atque eadem in laude pono. *Id. pro Sull. c.* 1. Intelliges da hoc judicium meum & horum pac & unum fuiſſe. *Id. in Orat. c.* 11. Ut verba verbis quaſi dimenſa & paria reſpondeant. *Id.* 2. *de Fin. c.* 4. Verbum Latinum (*voluptas*) par Græco (*ἡδονὴ*) & idem valeus. *Id. Fam.* 4. *ep.* 9. *ſub fin.* Ut Marcello ſenati tuo aut par, aut certe proximus ſim. *Id. Phil.* 1. *c.* 34. Libertata eſſe parem cetetis, principem dignitate. *Id. Fam. l.* 6. *ep.* 6. Hominem cuivis ſummorum tuæ ætatis vel ingenio, vel induſtria, vel fama parem. *Virg.* 1. *Æn. v.* 709. totidemque pares ætata miniſtri. *Cic. de Amic. c.* 9. *ad fin.* Ut ſint pares in amore, & æquales. *Liv. l.* 26. *c.* 26. Virum ſe fortiſſimum a nequaquam pari *ad* virtutem occidi. *non pari nel valore*. ¶ Et cum infinito, *Virg. Ecl.* 7. *v.* 5. Et cantare pares, & reſpondere parari. ¶ Et cum genitive pro ablativo, *Sil. l.* 4. *v.* 370. Ætate, mentiſque pares. ¶ Cum ablativo pro dative, *Ovid. 6. Faſt. v.* 804. Io qua pat facies nobilitate ſua. (Sic *l.* 4. *v.* 306. Nec facies impar nobilitate fuit.) *Salluſt. in fragm.* apud *Arruſian. Meſſ.* Scalas pares moenium altitudini. ¶ Cum ablat. & *cum* præpoſit. pro dative, *Salluſt. in Jug. c.* 15. Quam tu pareio cum liberis, regnique participem feciſti. *Cic. de clar. Orat. c.* 59. Erant ai quædam, ex his paria cum Craſſo, quædam ſuperiora. ¶ Cum genitive pro dativo. *Cic. in Piſon. c.* 4. Cujus paucne pares hæc civitas tulit. *Plaut. Rud. prol. v.* 49. Erat ei hoſpes pat illius. *Lucan. l.* 10. *v.* 382. Quem metuit, par hujus erat. *Phædr. l.* 4. *fab.* 15. *v.* 6. Pares dum non ſint veſtræ fortitudinis. *Al. leg.* fortitudini. ¶ Sequantibus particulis *&*, *ac*, *atque*, *quam*. *Cic. de clar. Orat. c.* 11. Omnia fuiſſe in Themiſtocle paria, & Coriolano. *Id.* 3. *de nat. Deor. c.* 1. Nequa mihi pet retio cum Lucilio eſt, ac tecum ſuit. *Cæſ. l.* 5. *B. Gall. c.* 13. Pari ſpatio tranſmittus, atque ex Gallia eſt in Britanniam. *Nep. in Annib. c.* 5. Minorium magiſtrum equitum, pari ac dictatorem imperio, fugavit. *Salluſt. in Jug.*

c. 109. In quo offenſæ minimum, gratia par; ac ſi prope adeſſemus. *Plaut. Mil.* 4. 6. 36. Si parem ſapientiam hic habet, ac formam, mihi ignoſcet. *Caſ. l.* 5. *B. Gall.* 1. 8. Ipſe cum legionibus quinque, & pari numero equitum, quam in continente reliquerat, naves ſolvit. *Al. leg.* quem. ¶ Interdum abſolute refertur ad ætatem ſimilem: hinc *pares*, æquales, *coetanei*, θηλικιῶται. *Petron. in Satyr.* 1. 25. & *Auct. Peſap. verm.* 5. Huc pertinet illud *Cicer. de Senect. c.* 3. Sæpe interfui querelis meorum æqualium: pares autem cum paribus, veteri proverbio, facillima congregantur. ¶ Et unieverſim qui aliqua re æquales eſt, & ſimilis alteri: quam vim habet proverb. ex *Cicer.* allatum. *Horat. l.* 1. *ep.* 5. *v.* 24. ne fidos inter amicos Sit, qui dicta fures eliminet: ut coeat par, Jungaturque pari. *Ovid. Heroid. ep.* 9. *v.* 32. Si qua voles apte nubere, nube pari. *Senec. in Troadib. v.* 408. Et pari ſollicito fabula ſomnio. *Plaut. Curcul.* 4. 2. 20. Pariſſimi eſtis libus. ¶ *Parem eſſe alicui*, ſufficere, ſatis virium aut facultatis habere ad aliquid agendum, aut ad reſiſtendum, *eſſer ſufficiente, aver forze baſtante, poder far o frontar. Valer. Flacc. l.* 1. *v.* 210. velit ille quidem, ſed dextera nondum Par oneri, elaeque capax. *Quintil. declam.* 15. 1. 4. Aſpicio par laboribus corpus, ſufficientem animum ſeriis actibus. *Cic. Attic. l.* 12. *ep.* 15. Mihi nimis ſermo eſt cum litteris: eum tamen interpellat fletus, cui repugno quoad poſſum: ſed adhuc pares non ſumus. *Caſ. l.* 4. *B. Gall. c.* 7. Se ſe unis Suevis concedere, quibus ne dii quidem immortales pares eſſe poſſiat. *Juſtin. l.* 7. *c.* 6. Quoniam omnibus bellis par eſſe non poterat, diſpenſanda rerum. *& lib.* 16. *c.* 4. Parem eſſe crudelitati alicujus. *l. c.* ad reſiſtendum crudelitati. *Plin. l.* 3. *ep.* 17. Eſime hunc mihi ſcrupulum, cui par eſſe non poſſum. *non poſſa arguetare. Senec. de provid. c.* 2. Athletas eidemus cum horriſſimis quibuſque confligere, & exigere ab his, per quos certamini præparantur, ut totis contra ipſos viribus utantur: & ſi non inveniunt ſingulos pares, pluribus ſimul objiciuntur. ¶ Similia ſunt hæc, quibus *par* dicitur, qui alteri eſt virtute ſimilis, & cum eo componi & committi poteſt. *Liv. l.* 28. 1. 44. Habebo, Q. Fabi, parem, quem das, Annibalem. *Horat. l.* 1. *od.* 6. *v.* 15. ope Palladis Tydidem Superis parem. *Sil. l.* 16. *v.* 616. compoſuit proceribus auſis Dignum te Fortuna parem. Adde *Stat. Theb. v.* 843. ¶ *Par eſt*, conveniens eſt, decens eſt, æquum eſt, *convient, è di dovert, è ragionevole, uſais dire. Cic. Attic. l.* 9. *ep.* 11. *ante med.* Dubitans, quid me facere par ſit. *& lib.* 15. *ep.* 17. *extr.* Tu vero quidquid erit, quod me ſcire par ſit, ſtatim ſcribe. *& ep.* 7. *Verr. c.* 4. *extr.* Statim, ut par fuit, juſſu ejus homines, qui nominati erant, comprehenſi ſunt. *Id. de Amic. c.* 22. Par eſt autem, primum ipſum bonum eſſe, tum alterum ſimilem ſui quærere. *Nep. in Datam. c.* 6. Relinqui eum non par eſſe, ſed omnes confeſtim ſequi. *Id. in Hamilc. c.* 3. Turpius, quam par eſt. *Cic. 2. de Divin.* 1. 55. Caſum prœlii nemo noſtrum erat quin timeret, ſed ita ut conſtantibus hominibus par erat, non ſpeito. *Plaut. Bacch.* 2. 2. 31. Non par videtur, neque ſit conſentaneum; præſentibus illis pædagogus una ut ſiet. ¶ *Par pari referre*, aut *reſpondere*, par, tantundem, æquale rependere, *render la paraglia, o il contrattambio, render pan per focaccia, o fraſche per foglie, τὸν ἴσον ἀποτίνειν. Terent. Eun.* 3. 1. 55. Denique par pari referto, quod eam mordeat. *Al. leg.* par pro pari. *Plaut. Trucul.* 5. 2. 47. Par pari reſpondet. *Cic. Attic. l.* 6. *ep.* 1. *a med.* Habes ad omnia, non ut poſtulaſti, χάριτας χαλκᾶς, ſed paria paribus reſpondimus. *Atticus* ipſe apud *eund. l.* 16. *ep.* 7. *ad fin.* Provide, ſi cui quid debetur, ut ſit, unde pari pari reſpondeatur. ¶ Apud *Cicer.* 3. *de Orat. c.* 54. paria paribus referre, eſt ἰσοπαλῶ uti. V. *Compar.* ¶ *Ex parte*, ex æquo, pari conditione. *Senec. epiſt.* 59. *a med.* Sapiens cum diis ex pari vivit. *Quintil. declam.* 379. Sed inimicum occidi. quem? pauperem, qui nihil in curia, nihil in concione poterat. Inimici ſunt ex pari. ¶ *Pares facere*, æquare, pariare: & dicitur de rationibus, *uguaglare, o faldar le partite. Colum. l.* 1. *c.* 8. *a med.* & *lib.* 12. *c.* 2. *a med.* Negotiatio curam villici avocat, nec unquam patitur eum cum rationibus domini paria facere: ſed ubi æris numeratio exigitur, rem pro nummis oſtendit. ¶ Translate *Senec. de benef. l.* 3. *c.* 9. *extr.* Cum aliter beneficium detur, aliter reddatur, paria facere difficile eſt. *Id. l.* 3. *de Ira, c.* 25. Denique debeat pœnas: non eſt quod cum illo paria faciamus. *Id. ep.* 101. Sic itaque formemus animum, tanquam ad extrema ventum ſit: nihil differamus, quotidie cum vita paria faciamus. Sic *ep.* 19. *ad fin.* Poteram tecum & hac Mæcenatis ſententia parem facere rationem. *ſaddisfar pienamente al mio debito.* Adde *Plin. in Panegy. c.* 6. *extr.* & *Quintil. declam.* 6. *c.* 6. & *declam.* 9. *c.* 17. & 12. *c.* 24 & *Plin. ſenior. l.* 2. *c.* 87. & *lib.* 37. *c.* 2. ¶ *Pares* interdum pro duobus ſumuntur. Hiac paribus equis, ideſt duobus Romani utebantur in prœlio, ut ſudante altero, trenirent in ſiccum. Ita *Paul.* ex *Feſto*. Fere notem hoc ſenſu neutro genere adhibetur, *un paio, una coppia*, ζεῦγος. *Cic. de opt. gen. Orat. c.* 6. Gladiatorum par nobiliſſimum. *Id. de Amic. c.* 4. Ex omnibus ſæculis vix tria aut quatuor nominantur paria amicorum. *Id. pro Dom. c.* 11. Quod par amicitiæ conſulatus fuit unquam conjunctim, quam ego & Cn. Pompejus? *Id. Verr.* 4. *c.* 19. Scyphorum paria complura Verri data eſſe. *Ovid. Met.* 13. *v.* 833. Par columbarum. *Senec. ep.* 7. Paria ordinatia & poſtulatitia. *ſcil.* gladiatorum. *Suetou. in Rhetorib. c.* 5. Par oculorum. V. *Oculus*. ¶ *Par, impar*, ludi genus, *un paje e caffo. Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 248. Ludere par impar, equitare in arundine longa, Si quem delectet barbatum, amentia verſet. Adde *Auguſtum in epiſt. ad ſiſtum*, apud *Suetou. in ejus vita, c.* 71. ¶ In ablat. & *pari* dicitur, & *pare*, ut *Chariſ.* docet *lib.* 2. *pag.* 14. & *Priſcian. l.* 7. *pag.* 763. *Priſcb.* ſed hoc minus frequens eſt, & fere poeticum. *Ovid. 4. Faſt. v.* 98. Illa (*Venus*) rudes animos hominum contraxit in unum: Et docuit jungi cum pare quemque ſua. *& lib.* 3. *v.* 193. Cum pare quæque ſuo coeunt volucreſque, ferique. Adde *verſ.* 516. His autem locis *par* eſt conjux, *conſorte*: quæ ratione etiam *compar* uſurpatur. ¶ In genit. plur. eſt *parium*, non *parum*: quamquam *Plin.* apud *Chariſ. l.* 1. *pag.* 110. aliter docuerit. ¶ *Pares* in recto feminino pro *par*. *Acta in Sacris apud Perſicium. l.* 7. *pag.* 764. *Priſcib.* Ad hanc fortunam acceſſit ei fortuna paris.

PARABILIS, le, *facile da avere*, εὐάγορος, qui facile acquiri & haberi poteſt. *Cic. 1. de Fin. c.* 13. *extr.* Natura divitias, quibus contenta ſit, & parabilex, & terminatas habet. *Senec. ep.* 5. *a med.* Quemadmodum delicatas res deſiderare, luxuriæ eſt; ita uſitatas, & non magno parabiles fugere, dementiæ eſt. *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. *v.* 119. namque parabilem amo Venerem, facilemque. *Curt. l.* 3. *c.* 5. Levi ac parabili cultu corporis eſſe conrentum. *de pora ſpeſa.*

PARABOLA, æ, & Parabole, es, f. *comparazione, ſimilitudine*, παραβολή, comparatio, collatio rerum genere diſſimilium, ut ait *Donat. de trop. pag.* 1778. *Priſcb.* & fit octo modis, quos apud *Donat. l.* 2. *pag.* 459. videre licet. *Quintil. l.* 5. *c.* 11. *circa med.* Παραβολὴ, quam Cicero collationem vocat, longius res, quæ comparentur, repetere ſolet. *Id. l.* 8. *c.* 3. *ad fin.* In omni parabola aut præcedit ſimilitudo, & res ſequitur; aut præcedit res, & ſimilitudo ſequitur. Præcedit ſimilitudo illa (*Virg. Æn.* 2. *v.* 355.) inde, lupi ceu Raptores atræ in nebula, &c. Sequitur in primo Georgicon, poſt longam de bellis civilibus conqueſtionem (*in fin.*) ut cum carceribus ſe ſe effudere quadrigæ, Addunt ſe in ſpatia, &c. *Id. l.* 6. *c.* 3. *circa med.* Adhibetur autem ſimilitudo inrerim palam; intuim inferi ſolet parabolæ: cujus eſt generis id Auguſti, qui militi libellum timide porrigenti, noli, inquit, dubitare, tanquam aſſem elephanto dem. *Senec. ep.* 59. Qui ſimplicites, & demonſtrandæ rei cauſa eloquebantur, parabolis referti ſunt: quas eviſtimo neceſſarias, non ea eadem cauſa, qua poetis, ſed ut imbecillitatis noſtræ admiuicula ſint, & ut diſcentem & audientem in rem præſentem adducant. Adde *Macrob. l.* 5. *Saturn. c.* 13. ¶ Item narratio rei fictæ, ſed veriſimilis, quaque utimur cauſa ſimilitudinis ad exponendam rem veram: cujuſmodi multæ occurrunt in N. T. *parabola. Tertull. l.* 3. *adverſ. Marcion. c.* 5. *Auguſtin. l.* 2. *quæſt. Evangel. n.* 45. *Hieronym.* &c.

PARABOLANI, orum, m. hominea pauperrimæ ſortis, qui operam ſuam noſocomiis & acnodochiis accommodant. Quandoquidem cum aliis, tum imprimis greſſante peſte, vitam propriam ſummo expoſuunt periculo, maxime veriſimile *eſt*, venire a παραβάλλω, quod notat ad audendum projectum, ut 3. *Verr. c.* 1. *Cicero* loquitur. *Impp. Honor. & Theodoſ. lib.* 1. *Cod. tit.* 3. *leg.* 18. Parabolanos, qui ad curanda debilium ægra corpora deputantur, ſeaccentos conſtitui præcipimus. Adde *lib.* 16. *Cod. Theodoſ. tit.* 2. *leg.* 42. & 43. Ubique autem de urbe Alexandriæ ſermo eſt.

PARABOLI, orum, m. παράβολοι, h. e. audaces, temerarii: ſic dicuntur qui cum beſtiis certant. *Caſſiod. hiſt. trip. l.* 11. *c.* 17. *a med.* Crudeli beſtiæ artifex parabolus pugnet.

PARABOLICE, per parabolam. *Sidon. ſub fin. ep.* 17. *l.* 5. Parabolice, ſeu figurate dictas aliquid.

PARACENTESIS, is, f. curatio, quæ manu ſit pungendo & perfotando, ut cum tunica oculi perforatur acu ad removendam ſuffuſionem; eel abdomen ad extrahendam aquam colligtam, &c. Vox Græca, a κεντέω, pungo, παρακεντέω, a latere pungo. *Plin. l.* 25. *c.* 13. Anagallidis ſuccus pupillas dilatat: & ideo hoc inunguntur ante, quibus paracenteſis fit.

PARACENTETERIUM, ii, n. παρακεντητήριον, inſtrumentum, quo paracenteſis fit. *Veget. de re veterin. l.* 2. *c.* 17. Paracenteterium inter tunicas ocularea ſubjicito. Al. leg. *paracenteterium.*

PARACHARACTES, æ, m. *monetario*, παρακόπτης, qui falſam monetam cudit: a παρακόπτω, falſum characterem imprimo. *Inupp. Valentinian. Theodoſ. & Arcad. l.* 9. *Cod. Theodoſ. tit.* 11. *leg. penult.*

PARACLETUS, i, m. παράκλητος, advocatus, conſolator, adhortator, deprecator: a παρακαλέω. Hoc nomine Eccleſiaſtici Scriptores deſignant tertiam Sanctiſſimæ TRINITATIS perſonam. *Tertull. de velan. virgin. c.* 1. *de anim. c.* 55. *de reſurr. carn. in fin.* ¶ Unum fuit etiam ex Gnoſticis Valentiniani. *Id. adverſ. Valentin. c.* 8. ¶ Pœnultimam, quæ nature longa eſt, corripuit *Prudent. cathemer.* 5. *v.* 160. Spirat de patrin corde Paracletum. Adde *periſtephan.* 14. *v.* 430. ¶ Scribitur & *paraclitus*. ¶ Sed *paralytus*, παράλυτος, eſt infamis.

PARADA, æ, f. *coperta, o tenda della barca*, tegmen, vel umbraculum naviculæ. Videtur eſſe vox Gallica. *Auſon. ep.* 5. *v.* 25. Puppe citus propera, ſinuoſaque lintea veli Pande: Medullini te ferat aura noti Expoſitum ſubter paradas, lectoque jacentem. *ſotto 'l felce*, dicunt Veneti. *Sidon. l.* 8. *ep.* 12. *a med.* Hic, ne tibi pendulum tingat volubilis ſemina veſtigium, pandi carinarum ventres abiegnarum trabium textu polpitabuntur: hic ſuperfleza erate paradarum ſereni brumalis infida viiabrs.

PARADIASTOLE, es, f. παραδιαστολή, disjunctio, diſtinctio, ſeparatio. Vox Græca, & Græce adhibenda, qua ſignificatur rhetoricum ſchema: de quo *Quintil. l.* 9. *c.* 3. *a med.* Συναθροισμὸν vocant, quæ duas res diverſas colligat. Huic diverſam volunt eſſe diſtinctionem, cui dant nomen παραδιαστολήν, qua ſimilia diſcernuntur: *Cum te pro aſtuto ſapientem appellet, pro confidente fortem, pro illiberali diligentem*: quod totum pendet ex ſimilitone: ideoque an figura ſit, dubito. Ruſil. tamen *Lupus l.* 1. *de figur. ſentent.* & *Jul. Rufinian.* inter figuras ſententiarum enumerent.

PARADIGMA, atis, n. *eſempio*, παράδειγμα, exemplum quo utimur

ad aliquid attendendum, probandumque. Vox Græca: inter figuras dictionis eſt rei præteritæ relatio, adhortationem dehortationemve ſignificans: adhortationem, ut (*Virg. Æn. 1. v. 246.*) Aotenor potuit mediis elapſus Achivis Illyricos penetrare ſinus. Dehortationem, ut (*Æn. 9. v. 144.*) an non viderunt mœnia Trojæ, Neptuni fabricata manu, conſidere in ipſos? *Ita Chariſ. lib. 4. pag. 248. Putſch.* cui paria habent *Diomed. lib. 2. pag. 460.* & *Donat. de erop. pag. 1779.* Fit autem tribus modis: vel enim in exemplum adducimus perſonam ſine ſermone; vel ſermonem ſine perſonis; vel ſimul utrumque, ut eſt apud *Jul. Ruſtican. de fig. ſentent.* (V. *Quintil. l. 5. c. 11.*) *Tertull. de anim. c. 43. a med.* Paradigmete Platonica plenius.

PARADISIĂCUS, a, um, ad Paradiſum pertinens. *Alcim. Avit. l. 1. v. 300.* In paradiſiaca ponuntur ſede parentes. Adde *Venant. Fortun. l. 6. carm. 8. v. 2.*

PARADISICOLA, æ, m. qui Paradiſum incolit. *Prudent. Hamartig. v. 936. de Lazaro.* Et paradiſicolæ poſt ulcera dire beato.

PARADISUS, i, m. *giardino, brolo, vaudiere*, pomarium, viridarium, hortus conſitus. Vox Græca, ſed a Perſis, vel Hebræis ducens originem, ut *Voſſ.* docet *in Etymol.* In ſacris libris accipitur ſpeciatim pro amœniſſimo hoeto in Oriente, in quo primi noſtri generis auctores a Deo conſtituti fuere. *Tertull. in Apolog. c. 47. Sidon. Auguſtin.* &c. Ejus deſcriptionem ſuſam & poeticam habes in carmine de Judicio Domini, quod quidam *Tertulliano* tribuunt, *cap. 7.* ¶ Apud *Plin. l. 5. c. 27.* nomen eſt Buvit in Cilicia: & *cap. 23.* oppidi in Syria.

PARADOXUM, i, n. *paradoſſo*, παράδοξον, inopinatum, dictum admirabile, & præter opinionem hominum: a παρὰ, præter, & δόξα, opinio. Græca vox, & Græce ſemper uſurpata a *Cicer. Senec.* & *Quinct.*

PARÆNĒSIS, is, f. παραίνεσις, præceptio, admonitio, adhortatio: vox Græca a παραινῶ, præcipio. *Vulcat. Gallic. in Avid. Caſſ. c. 3.* Per ordinem parænefon, hoc eſt præceptionum, per tribunos diſputavit.

PARÆTONIUM, ii, n. παραιτόνιον, oppidum cum amplo portu in Marmarica, vel Cyrenaica regione Africæ, inter Ægyptum & Syrtes, ſed Ægypto propius. *Plin. l. 5. c. 5.* Adde *Ovid. 2. Amor. el. 13. v. 7.* & *Metam. 9. v. 773.* qui videtur Alexandriam ſignificare. ¶ De coloris genere V. in voce ſequ.

PARÆTONIUS, a, um, ad Parætonium pertinens. *Pompon. Mela l. 1. c. 8.* Parætonius portus. ¶ A Poetis late ſumitur pro Ægyptio, aut Africo. *Lucan. l. 3. v. 295.* Uſque Parætonias Eoa ad littora Syrtes. *Id. l. 10. v. 9.* Parætonia urbs. *b. e.* Alexandria. *Claudian. de B. Gild. 2. 160.* Quodque Parætonio ſecedit litore Ganges. *b. e.* Ægyptio. *Stat. 5. Theb. v. 82.* Parætonius Nilus. *Sil. l. 17. v. 450.* Parætonius ſenex. *b. e.* in arenoſis Africæ regionibus. *Id. l. 3. v. 225.* Parætonium litus. *b. e.* ora littoralis Africæ. ¶ *Parætonium* eſt genus nativi coloris, e candidis coloribus pinguiſſimum, & teſtoris tenaciſſimum propter lævorem: ſpumam maris eſſe dicunt ſolidatam cum limo: & ideo cauchæ miniariæ inveniuntur in eo. Nomen habet a loco, (de quo dictum eſt in voce præced.) ſed etiam in Creta ſit, atque Cyrenis. Hæc *Plin. l. 35. c. 6.* Adde *lib. 33. c. 5.* Meminit etiam *Vitruv. l. 7. c. 7.*

PARAGAUDA, æ, f. & Paragaudis, is, f. faſcia vel zona, vel ferica auro ornata, quæ veſti intexebatur, non, ut inſtita, aſſuebatur. *Imp. Gratian. Valent. & Theodoſ. lib. 11. Cod. tit. 8. leg. 2.* Nemo vir auratas habeat aut in tunicis, aut in lineis paragaudas. ¶ Per ſynecdochen ſumitur pro ipſa veſte, quæ hiſce faſciis diſtincta, & inſignita erat. Hujuſmodi veſtium quædam monolores erant, quibus una tantum paragauda, ſeu faſcia intexta erat, alia dilores, quibus duæ, alia trilores, quibus tres, aliæ tetralores, quibus quatuor, aliæ pentalores, quibus quinque. *Volcrian. Imp. in quadam epiſt.* apud *Vopiſc. in Probo, c. 4.* Interulas paragaudas dicas. *Gallien. in epiſt.* apud *Trebell. Poll. in Claud. cap. 17.* Paragaudem triumphalem. V. ibi *Salmaſ.* qui docet eſſe vocem Perſicam, & *Caſaubon.* qui Syram: uterque autem mallet legi *paragaudam*, aut *paragaudem*, ut ſit adjectivum. Adde *Vopiſc. in Aureliam. c. 46.* & ibi quoque ab iiſdem notata.

PARAGOGA VERBA, παράγωγα, dicuntur a Grammaticis, quæ a primitivi verbi declinatione & mutationem & adjectionem litterarum capiunt, & nihilominus interdum variant ſignificationem, ut *le eſſo*, & *feceſſo*, ex eo quod eſt *lacero*, & *facio*. Ita *Chariſ. l. 3. pag. 226. Putſch.* Adde *Diomed. l. 1. pag. 309.* qui it: appellat verba derivativa, ut *fontanus, montanus, vallaticus*, &c. Ipſa vox Græca, & Græce adhibenda, eſt a παράγω, produco, deduco, derivo.

PARAGOGE, es, f. παραγωγή, h. e. productio, deductio Græca voce, & Græce adhibenda: a παράγω, produco, deduco: figura eſt poetica, qua in fine vocis aliquid adjungitur, vt *admittier* pro *admitti*, *sit*, pro *se*, *putſtur*, pro *putſt*. Ita *Diomed. l. 2. pag. 436. Putſch.* Hanc alii προσπαλλαγήν, proſparalepſin vocant, a προσπαραλαμβάνω, ultra accipio, aut aſſumo. *Chariſ. l. 4. pag. 248. Diomed. l. 2. pag. 436.* & *Donat. de ſubmotib. pag. 1772.*

PARAGOGIA, orum, n. παραγωγή (a παράγω, deduco, derivo) ſunt aquarum ductus, aquæductus. *Imp. Zeno lib. 11. Cod. tit. 42. leg. 10.*

PARALIPOMĒNON, παραλειπόμενον Græcus genit. plur. neut. h. e. rerum omiſſarum, aut relictarum: a παραλείπω, omitto, prætermitto. Sic inſcribuntur duo libri Veteris Teſtamenti, in quibus ſupplentur ea, quæ in præcedenti Regum hiſtoria aut omiſſa, aut non plene relata fuere. *Hieronym. epiſt. 103. a med.* & *Iſid. lib. 6. Orig. cap. 2.*

PARALIUS, & Paralios, ii, *marittimo*, παράλιος, marinus, maritimus: a παρά, prope, & ἅλς, ἁλὸς, mare. Apud *Plin. l. 20. c. 19.* eſt appoſitum primi, & tertii generis papaveris, quia maritimi in locis naſcitur. Item tertii generis tithymali apud *eund. l. 26. c. 8. circa med.*

PARALLELOGRAMMUS, a, um, παραλληλόγραμμος, linais parallelis conſtans, ut Parallelogramma menſura apud *Frontin. de Colon. pag. 116.* & 132. *Goeſii*.

PARALLELUS, a, um, *parallelo, equidiſtante*, παράλληλος, invicem comparatus, æqualiter diſtans: a παρὰ, ad, & ἀλλήλων, invicem. *Lineæ parallelæ* ſunt, quæ in immenſum protenſæ æqualibus ſemper ſpatiis inter ſe diſtant, & nunquam concurrunt. *Parallelos linos* legitur apud *Vitruv. lib. 5. c. 8.* more Græcorum, quibus παράλληλος communis generis eſt. Sic *l. 10. c. 15. de catapult.* Tabulæ, quæ ſunt in ſummo, & in imo capituli, parallelique vocantur. ¶ *Circuli parallelli*, & *paralleli* abſolute, ſunt ſegmenta ſphæræ, ab Or. in Occaſum ducta, axem mundi habentia pro centro, omnique ex parte a ſe invicem æqualiter diſtantia. *Plin. l. 6. c. 33. in fin.* Plura ſunt autem hæc ſegmenta mundi, quæ noſtri circulos appellavere, Græci parallelos. *Solin. c. 37.* (*al. 50.*) Quod Gnomonici ſimilibus parallelis accidere contendunt, quos peres in terrarum poſitione æqualitas normalis efficit lineæ. *Martian. Capell. l. 8. pag. 276.* Decem dici mundi circulos affevero: quorum alii paralleli, quos æquidiſtantes Latine poſſumus memorare, eoſdem polos habent, quos ipſe mundus, &c. Pergit deinde æquatorem deſcribens, & tropicos, & polares circulos.

PARALUS, li, m. πάραλος, maritimus: a παρά, ad, & ἅλς, ἁλὸς, mare. Nomen eſt navis longæ multæ velocitatis, qua utebantur Athenienſes, cum gravior aliquis caſus urgeret: & ἡ τριήρης, ſacra triremis habebatur. Duæ enim olim fuere hujuſmodi ſacræ naves: deinde tres aliæ additæ: quarum nomina Salaminia, vel Delia, Paralus, Antigonis, Ptolemais, Ammonias. Appellata creditur a quodam Paralo, qui ab Hegeſia apud *Plin. l. 7. c. 56. a med.* dicitur inventor navis longæ. ¶ *Paralus* dicta eſt tabula Protogenis, de qua *Plin. l. 35. c. 10.* Cum Athenis celeberrimo loco, Minervæ delubro propylæon pingeret, ubi ſecit nobilem Paralum, & Hammoniada, quam quidam Nauſicaam vocat; adjecit parvulas naves longas; &c. *Cic. Verr. 6. c. 60.* Quid arbitramini, Rhepinos mereri velle, ut ab eis marmoreo Venus illa auferatur? quid Athenienſes, ut ex marmore lacchum, aut Paralum pictum, aut ex ære Myronis bucinam?

PARALYSIS, f. *paraliſia*, παράλυσις, diſſolutio, nervorum reſolutio, ut *Celſ.* vocat *l. 2. c. 1.* a παραλύω, reſolvo. *Plin. l. 20. c. 3.* Inteſtinorum omnium vitiis medetur, & renum, & lumborum, & paralyſi. & *cap. 15. e nard.* Ferunt, eos, qui capiti quotidie edunt, paralyſi non periclitari. *Petron. in Satyr. c. 129.* Adoleſcens paralyſin cave.

PARALYTICUS, a, um, *paraliticò*, παραλυτικὸς, qui paralyſi laboret. *Plin. l. 20. c. 9.* Ideo paralyticis, & tremulis dari jubet. *Claudian. epigr. 49. extr.* Juſſus poſt multos greditur paralyticus annos. *Petron. in Satyr. 1. 131.* Quid eſt, paralytice? cequid hodie intus veniſti? ¶ *Reſtringere paralyticos*, eſt ſanare, cum paralyſis nihil aliud ſit, quam nervorum diſſolutio, quæ aliter ſanari non poteſt, niſi nervi illi diſſoluti, & juſto laxiores reſtringantur. *Tertull. in Apolog. c. 22.* Cum ille verbo dæmonia excuteret, leproſos mundaret, paralyticos reſtringeret.

PARAMÉSE, es, f. παραμέση, h. e. prope, vel ad mediam: a παρὰ, ad, & μέση, media. apud *Vitruv. l. 5. c. 4.* nomen eſt chordæ muſicæ, quæ ſecundo ſonis Muſicis eſt *b fa b mi*.

PARANATELLON, παρανατέλλων, ſimul oriens. Vox Græca, qua uſus eſt *Servius ad lib. 1. Georg. v. 218.*

PARANÉTE, es, f. παρανήτη, h. e. altimæ proxima, penultima: a παρὰ, ad, & νήτη, ultima. Apud *Vitruv. l. 5. cap. 4.* eſt nomen chordæ muſicæ. *Id. l. 6. c. 1. circa med.* Paranetarum acutiſſimam ſonitu vocis efficiunt tenuitatem. V. *Bald. in Lex. Vitruv.*

PARANGARIÆ, arum, f. Angariæ dicuntur operæ publicæ ob negotium aliquod impoſitæ, Parangariæ vero ſunt, in quibus & operæ perſonarum, & rerum impenſa imponuntur propter publicam eliquam neceſſitatem. De uterſque ſic mentio *in Cod. Juſtin. lib. 12. tit. 51.* & alibi, & *in Theodoſ. lib. 8. tit. 5.* Alii ita interpretentur, ut *angariæ* ſint onera, & labores, qui imponebantur in curſu publico: *parangariæ*, quæ extra illum. ¶ Adjective *Imp. Conſtantin. lib. 2. Cod. tit. 3. leg. 2.* Ad parangariam præſtationem non vocetur.

PARANYMPHUS, i, m. *paraninfo*, παράνυμφος, pronubus, auſpex, qui nuptias conciliat. *Venant. Fortun. lib. 8. carm. 5. verſ. 305.* Angelus inde tuos repetens paranymphus honores. ¶ *Paranymphia, æ*, apud *Iſidor. l. 9. c. 8.* eſt pronuba.

PARAPEGMA, atis, n. παράπηγμα, Græce eſt tabula ænea, quæ columnæ affigitur, cujuſmodi tabulis leges inſcribebantur, a παραπήγνυμι, affigo. Aſtrologi etiam ſic dixere tabulas, quibus deſcriberent canonem aſtronomicum, ſive prædictiones ſiderum, eclipſium, aliarumque rerum cæleſtium. Sic Democritum ſcripſiſſe parapegmata, auctor eſt *Diog. Laert.* Meminit & *Vitruv. l. 9. c. 7. ſub fin.*

PARAPETASTA, h. e. affixa, adjuncta, applicita, ita ut aliquid obvelent, obtegantque: a παραπετάζω, obvelo, obtego. *Impp. Arcad. & Honor. lib. 8. Cod. tit. 12. leg. 14.* & *lib. 15. Cod. Theodoſ. tit. 1. leg. 39.* Ædificia, quæ vulgo parapetaſia nuncupantur, vel ſi qua alia opera mœnibus, vel publicis operibus ita ſociata cohærent, ut ex his incendium, vel inſidias vicinitas reformidet, aut anguſtentur ſpatia platearum, vel minuatur porticibus latitudo, dirui ac proſterni præcipimus.

PARAPETEUMA, atis, n. παραπέτασμα, nomen teſſeræ frumentariæ, quæ

quæ & *veris* dicitur. Vox Græca. *Impp. Theodos. Arcad. & Honor. lib.* 12. *Cod. tit.* 54. *qui est* de annonis civilib. *leg.* 2. Centum & viginticuinqua modios frumenti præter solitum canonem, per singulos dies de præsenti feata indictione, en die calend. Januar. nomine parapeteumatis, de horreis publicis hujus almæ Urbis, insita nostræ liberalitatis pietate tribuimus.

PARAPHORON, *παραφορον*, h. e. depravatum, adulterinum, non sinceum : a *παραφερω*, depravo. Ita vocatur genus quoddam aluminis pallidi & scabri, & quod galla inficiatur. *Plin. lib.* 35. *cap.* 25. *a med.*

PARAPHRASIS, is, f. *paraphrasis, traduzione ampliata*, *παραφρασις*, ajusdam sententiæ per alium sermonem explicatio, & liberior interpretatio, cum quædam mutantra & addentes, copiosius ac dilucidius rem aliquam explicamus. *Quintil. l.* 10. *c.* 5. Græcis litteris scribit. Nequa ego, inquit, *πα ἑρμηνεια*, ella interpratationem tantum volo, sed circa eofdem sensus certamen atque æmulationem. *Id.* Latinis *l.* 1. *c.* 9. (*al.* 15.) Versus primo solvera, mox mutatis verbis interpretari ; tum paraphrasi audacius vertere, qua & breviara quædam, & exornara, salvo modo poetæ sensu, permittitur.

PARAPHRASTES, æ, m. *paraphraste, παραφραστης*, qui paraphrasi utitur. *Hieronym. in prafat. ad libr. Regum sub fin.* sed Græca.

PARAPSIS. V. *Parapsis*.

PARARIUS, a, um, adject. a *par*. Pararium æs appellabatur id, quod equitibus duplex pro binis equis dabatur. Ita *Paul.* ex *Festo* docet. Nempe *pares* equos dicebant duos equos, ut in *Par* adnotavimus. ¶ *Pararius, ii*, *μεσιτης*, conciliator, *mezzano di contratti, sensale*. Videtur affa a *paro, as*, quis parat utrinque animos & conjungit, ut ait *Lipf.* ad illud *Senec. l.* 3. *de benef. c.* 15. Illa per tabulas plurium nomina, interpositis pararii, facit. *& lib.* 2. *cap.* 23. Quidam nolunt nomina secum fieri, nec interponi pararios, nec fignatores advocari, nec chirographum dara.

PARASANGA, æ, m. *παρασάγγης*, mensura viarum apud Persas, ut *Paul.* ex *Festo* docet. Sed quot stadia, aut passuum millia contineat, incertum est, quia at ait *Plin. l.* 6. *c.* 26. *ad fin.* ipsi quoque Persæ alia alia menfura determinant. Sunt enim qui triginta ei stadia tribuuot, sunt qui quadraginta, sunt qui sexagiata.

PARASCEVE, es, f. *παρασκευη*, Græce præparationem significat. Apud Hebræos ita vocabatur diss ante Sabbathum, quia eo dia parabantur necessaria, ne præceptum cessandi ab opers die festo Sabbathi violaretur. *Tertull. l.* 4. *adverf. Marcion. c.* 12. & *adverf. Pfych. c.* 14.

PARASIOPESIS, is, f. ratiocutia, *παρασιωπησις*, vox Græca, & Græce adhibenda : est figura rhetorica, cum aliquid nos retecere dicimus, & tamen tacitum intelligitur. Et hoc utendum est, cum aut notam *tem* essa auditoribus arbitramur, aut suspicionem excitare majorem reticendo possumus. Ita *Rutil. Lupus l.* 2. *de figur. sententiar.*

PARASITA, æ, f. mulier, quæ mensas alienas & cibaria sequitur. *Horat. lib.* 1. *ser.* 2. *verf.* 98. Custodes, lectica, ciasiones, parasitæ, Ad talos stola demissa. *Plin. lib.* 10. *cap.* 23. *ad fin.* Otus bubone minor, nocturs major: quidam Latine afionem vocant: tam tatoria aliis avis ac parasita, & quodam genere saltatrix. *b. c.* assentatrix cibi gratia.

PARASITASTER, stri, m. *parasitella*, vilis & infelia parasitus. Hæc enim positio diminutiva est, ut *Priscian. l.* 3. *pag.* 620. *&* 618. & *lib.* 4. *pag.* 628. *Pufisch.* docet. *Terent. Adelph.* 5. 2. 4. Est alius quidam parasitaster parvulus.

PARASITATIO, onis, f. *adulazione, piacenteria*, affentatio, blanditiæ parasitorum cibi capiandi gratia. *Plaut. Amph.* 1. 3. 23. Nequites nunc expedivit prima parasitatio.

PARASITICUS, a, um, *parasitico, adulatorio, παρασιτικος*, ad parasitum pertinens. *Augustus to epist. ad Maecenat.* apud *Aulier. vita Horat.* qui a quibusdam *Suetou.* creditur. Veniet ab ista parasitica mensa ad hanc ragiam. *Plaut. Stich.* 1. 3. 77. Perjuratiuncuiæ parasiticæ. *Id. Capt.* 3. 1. 9. Parasitica ara.

PARASITOR, aris, dep. t. *far da parasita, fevoctare, adulare, παρασιτέω*, parasitum ago, cibi gratis adulor, cœnas capto. *Plaut. Stich.* 4. 2. 54. Vides, ridiculos nihili fieri, atque ipsos parasitarier. *b. c.* eos ipsos, quorum mensas ridicali, h. e. parsiti, captant, aliorum cœnas captara. *Id. Perf.* 1. 2. 3. Nunquam quisquam meorum majorum fuit, quin parasitando paverint ventres suos.

PARASITUS, i, m. *parasita, fevocatore, adulatore, παρασιτος*, qui cibi gratia affentatur, artum movet, aut cootumelias patitur. his enim fera artibus ad ditiorum mensas parasiti perveniebant: a *παρα*, ad, & *σιτος*, cibus. Parasiti mores *Plaut. Capt.* 1. 1. *Perf.* 1. 2. & *Stich.* 1. 3. item *Sidon. l.* 3. *ep.* 13. lepida dascribunt. *Cic. de Amic.* 2. 16. Nec parasitorum in comœdiis affentatin nobis facota videretur, nisi essent milittes gloriosi. *Horat. l.* 1. *ep.* 1. *v.* 173. Quantus sit Dossennus edacibus in parasitis. ¶ Joculariter *Plaut. Epid.* 2. 3. 5. Quod pol ego metuo, si feosx rasiverit, Ne ulmos parasitos faciat, quæ usque attondeant. *b.* 2. sicut parasiti mensas aliorum attondent, & consumunt, ita ulmi eorum & dorsum meum. ¶ Ex eodem *Curcul.* 2. 3. 79. colligimus parasitos sub totela Herculis fuisse. Cum enim ei deo decimæ honorum offerrentur, epulumque en ra publice præberi mos asiat, ad id parasiti in primis invitibentur. Nempe res sacsta & venerabilis olim Parasiti fuera. arana enim ministri sacrorum apud Athenienses, sub sacerdotibus constituti, & cum iis partem capientes victimarum, quæ offerabantur, alia insuper munia habentes, de quibus multa *Athenaeus lib.* 6. *c.* 6. *& sequentib.* Paulatim vero in vilem, sordidam, ridiculamque sortem delapsi sunt. ¶ *Parasiti Phœbi*, seu *Apollinis* dicebantur inimi & histriones. *Martial. l.* 9. *epigr.* 29. *de Latino.* Vos me laurigeri parasitum dicite Phœbi, Roma sui famulum dum fciat esse Jovis. *Verrius* apud *Fest.* in *Salvo* hujus appellationis eam raddit causam, quam V. in *Solo*. Apud *Gruter. pag.* 329. & 330. quatuor habentur Inscriptiones, in quibus *Parasiti histrionis*, & *Parasiti Apollinis* mentio fit. *Parasitus histrio* est, qui in Fabula parasitum agit. ¶ *Parasitus Jovis* appellat *Augustus. lib.* 6. *de Civit. Dei, cap.* 7. ex *Varrone*, deos, qui in Capitolio, in Jovis epulo, mensæ ejus adhibebantur.

PARASTADA, æ, &

PARASTAS, ădis, f. *παραστας*, ădec, lignum, aut lapis ab utroque latem januæ stans & fulciens, a *παριστημι*, addo, prope adfisto. *Vitruv. l.* 10. *c.* 25. ubi de catapultis faciendis agit, *parastades*, & *parastadæ* vocat trabes, vel tabulas strectarias, quibus transversuræ in summo & imo affigebantur.

PARASTATA, æ, m. *contracolonna, pilastro, παραστατης*, pilis quadrata, aut lapis pilæ modo ad columnæ latus appositus: a *παριστημι*, addo, prope adfisto, & fulcio: quia una cum ipsa columna partem ponderis sustinet. *Vitruv.* feminino gen. estulit, *l.* 5. *a.* 1. Columnæ habentes post se parastatas altas pedes XX, latas pedra duos semis, crassas pedem unum semis, quæ sustineat trabes, in quibus inveniuntur porticuum contignationes. Supraque eas aliæ parastatæ pedum XVIII, latæ binum, crassæ pedem, &c. *Plinii* locum V. in voca sequenti. Apud *Ifid. l.* 19. *Orig.* sunt *parastatæ* stipitra pares stantes, quibus malus navis sustinetur.

PARASTATICUS, a, um, *παραστατικος*, ad parastatam pertinens. *Parastatica, æ*, parastata. *Plin. l.* 33. *c.* 3. *a med.* Sed illius aureæ cameræ argenteæ trabes narrantur, & columnæ, atque parastaticæ. Ita ex MSS. *Hardum* alii *parastatæ*. Sic *Vitruv. l. & cap.* 9. In his etrum sut in columna, sut parastatica horæ defcribuntur. ¶ Adjective *Inscript.* apud *Reines. class.* 2. *num.* 105. Imp. Cæs. Nervæ Trajani imagines argent. parastaticas cum suis ornamentis, & regulis, & basibus, & concamaestione ferrea C. Julius Nympbius sua pecunia ponendas curavit. *b. a.* in parastatis positas, ut, *Reines.* exponit. *Veget. de re veterin. l.* 4. *c.* 1. parastaticas duas esse dicit in ganibus equorum, duo ossa intelligens majori nisi apposita instar parastatarum.

PARASTICHIS, idis, f. *alfabeto, iadice, παραστιχις*, ordo, series litterarum continuata, qualis in librorum indicibus farvari solet, ut facilius rarum summæ reperiantur. *Suetou. de Grammat. c.* 6. Hujus cognomen in plerisque indicibus & titulis per unam litteram scriptum animadverto: verum ipsi id per duas effert in parasticbide libelli, qui inscribitur Pinax.

PARASYNAXES, ium, f. *conventicole, παρασυναξεις*, conventicula, & coitiones contra legra factæ ab haraticis, sacrorum causa. Vox Græca a *συν*, præter, & *αγω*, congrego. *Imp. Valent. & Marcian. lib.* 1. *Cod. tit.* 5. *leg.* 8. §. 3. Parsynaxra & conventicula tam diurna, quam nocturna non contrahant.

PARATARIUS. Ubi lagitur apud *Apic. lib.* 8. *cap.* 6. cum phaseolis paratariis; *Lipsius* corrigit *parietariis*. h. e. qui ad parietra & pergulas scandere apti suat. Al. retinent *paratariis*, & intelligunt paratu facilibus, parabilibus.

PARATE, *con apparecchio, diligentemente, prontamente, παρασκευαστικως*, cum præparatione, diligenter, atque adeo aapedite, prompte. *Cic. in Brut.* c. 68. Is tamen ad diceodum vaatebat magis audaeter, quam parate. *Id.* 1. *de Orat. c.* 33. Etsi utile ast, etiam subito dicera, tamen illud utilius, sumpto spatio ad cogitandum, paratius utque accuratius dicera. *Plaut. Rud.* 1. 3. 9. Id parate curavi ut caverem. *Plin. lib.* 3. *epist.* 9. *a med.* Paratissime respondere.

PARATIO, nis, f. *apparecchio, acquista, provvisione, παρασκευη*, parstus, comparatio. *Afran.* apud *Non.* 2. 3. 173. Silentio opus est: nulla inest paratio. *Paul. Dig. lib.* 30. *leg.* 39. *ad fin.* Conitat, eot alienas legari posse, utique si parari possint: atiam si difficilis eorum paratio sit. *Sallust. in frag.* 2. 33. Sed fane fuerit regni paratu, plebi sua restituoo. Al. leg. *reparatu*.

PARATRAGŒDIO, as, n. 1. *millantare, efagerare, παρατραγῳδεω*, esaggero, magnifici dictis utor, tragœdorum more magna eloquor, jacto, mentior. *Plaut. Pfmd.* 2. 4. 17. Ut paratragœdiat carnifex!

PARATURA, æ, f. *apparato*, apparstus, paratus. *Tertull. da Pall.* 2. 3. *ad fin.* Parstura materiarum. *Id. de Spectac. cap.* 4. Universa paratura spectaculorum. Adde *de cor. milit. c.* 1. *de virgin. veland. c.* 12. &c.

PARATUS, us, m. *apparecchio, apparato, παρασκευη*, apparatus, comparatio rarum ad aliquid faciendum. *Sallust. in fragm.* apud *Gell. l.* 1. *a.* 17. Paratum militum & armorum. *Tacit.* 13. *Ann.* 2. 17. Provifo ante funabri paratu, qui modicus fuit. *Id.* 2. *Hist. c.* 95. Natalem Vitellii diem celebraveto ingenti paratu, & aota illum diem infolito. *Val. Flacc. l.* 2. *v.* 652. mastaque parstu regifico. *Ovid. Heroid. ep.* 16. *v.* 191. Hanc faciem largis fine fine paratibus uti, Deliciisque decet luxuriara novis. *Id.* 8. *Met. v.* 683. Et veniam dapibus, nullisque parstibus orant. *Id.* 3. *ex Pont. epist.* 4. *verf.* 5. vasti paratus triumphi. *Gell. lib.* 19. *cap.* 1. Dives quidam accedit magno cultu paratuque eorum familiæ. *Quintil. l.* 10. *cap.* 2. Sed ut copiosus verborum sit paratus. *Al. leg.* Sed ut copia verborum sic parstur. *Ovid.* 3. *Fast. v.* 627. domum intravit Tyrius indutus parstus. *b. c.* vestibus Tyriis. *Stat.* 9. *Theb. verf.* 170. & 2. *Achill. v.* 265. neque enim tantos ausim revocare paratus.

PARATUS, a, um, *preparato, apparecchiato, provvisto, disposto, allestito, pronto, istrumentato*, qui omnia habet ad agendum necessaria, instructus, expeditus, præsto. *Cic. a. Verr.* 2. 3. Intelligit, ma ita parstum atque instructum ad judicium venire, ut, &c. *& in Orat.*

a. 5. Ad permovendos animos instructi & parati. *Id. Verr. 4. c. 6. a med.* In Siciliam paratus ad prædam, molitusque venire cupiebat. *Id. Tusc. 4. c. 23. ad fin.* Non desiderat sortitudo advocatam iracundiam: satis est instructa, armata, parata per se. *Id. pro Cæcin. cap. 21.* Armatos appellamus eos, qui scutis telisque parati ornatique sunt. *Id. Fam. 2. ep. 4.* Est tibi gravis adversaria constituta & parata, incredibilis quædam exspectatio. *Id. in Divin. Verr. 1. 13.* Omne tempus in his studiis consumo, quo paratior ad usum fortasse, promptiorque esse possim. *Id. Phil. 12. cap. 20. ad fin.* Expedito nobis homine, & parato opus est. *Id. Fam. 5. epist. 23.* Quod te optime contra fortunam paratum armatumque cognovi. *Id. in Bruto, cap. 42.* Prompta & parata in respondendo celeritas. *Id. pro Mil. c. 9. a med.* Homo ad omne facinus paratissimus. *Id. Attic. l. 9. ep. 6.* Paratus ad navigandum. *Id. Fam. 6. epist. 21.* ad omnem eventum. *Id. de Amic. c. 16.* ad mentiendum. *Cæs. lib. 3. B. Civ. c. 85. extr.* Animo simus ad dimicandum parati. *Id. l. 1. B. Gall. cap. 3.* Paratiores ad omnia pericula subeunda. *Ovid. 13. Met. v. 568.* ritusque in verba parato Latrevit, conata loqui. *Suet. in Galb. c. 19.* Gratulabundi, & in omne obsequium parati. ¶ Cum infinito, *Cic. pro Quinct. c. 2. & Nep. in Datam. c. 9. ad fin.* Ut parati essent facere, quod ipsum vidissent. *Cæs. l. 3. B. Civ. c. 9.* Illi omnia perpeti parati. *& lib. c. c. 3.* Paratos esse & obsides dare, & imperata facere. ¶ Cum dativo, *Quintil. l. 8. c. 3.* Athleta certamini parettior. *Virg. 2. Æn. v. 333.* stat ferri acies mucrone coruscо stricta, parata neci. *Tacit. Ann. 12. c. 47.* Animus scaleribus paratus. *Ovid. c. ex Pont. ep. 2. v. 117.* placidus facilisque parenti, vanisque paratus. ¶ Rar, quæ quis paratus instructusque est, facto casu esse ur. *Cic. l. 2. de Orat. c. 9. extr.* Omnibus vel naturæ, vel doctrinæ præsidiis ad dicendum paratis. *Id. Attic. l. 9. ep. 13.* Hunc ita paratum video peditatu, equitatu, classibus, auxiliis Gallorum, &c. ¶ Aliquando additur *ab* præpositio. *Plaut. ad Cæs. Cic. l. 10. Fam. ep. 8. a med.* Nunc cum deum benignitate ab omni re summa paratiores, bene sperare de nobis homines volumus. *Cæl. ad Cicer. Fam. 8. ep. 10.* Qui scirem, quam paratus ab exercitu esses. ¶ *Res parata* dicitur, quæ in promptu est, & in manibus, quandocunque oti velis, *preparata, prompta, alla manu. Cæs. l. 2. B. Civ. c. 30. extr.* Omnia sibi esse ad bellum apta ac parata. *& lib. c. cap. 22.* Paniam atque hordeum ad hujusmodi casus antiquitus paratum. *Hirt. de B. Alex. c. 28.* Magnam & paratam classem habere. *Q. Cic. de petit. consul. c. 6.* Iis fac ut propositum ac paratum auxilium tuum esse videatur. *Cic. c. de Orat. c. 27.* Quos locos multa commentatione atque meditatione parates atque expeditos habere debetis. *Plin. l. c. epist. 17. ad fin.* Quocumque loco moveris humorem, obvius & paratus humor occurrit. *Id. l. Paneg. c. 88.* Paratum id quidem, & in medio positum. *Terent. Heaut. 2. 3. 214.* Hic tu quid nobis forte adversi evenerit, tibi erunt parata verba, huic homini verbera. *Plaut. Pseud. 1. 2. 54.* Quid ego si fleam, cui nec paratus nummus argenti sit? *Id. Bacch. 2. 2. 41.* Quod ames, paratum est: quod des, invento est opus. *Val. Flacc. l. 1. v. 690.* ad summi solium Jovis omnia circum Prona, parata deo, ventique, imbresque, niveseque, Fulgoraque, &c. ¶ Emptus, *comparatus. Sallust. in Jug. cap. 34.* Servire parati. *Liv. lib. 41. cap. 6. sub fin.* Argento parata mancipia. V. *Pero.* ¶ More substantivi *Terent. Eun. 3. 4. 3.* Præterii tempus: quo in loco dictum est, parati nihil. ¶ *Paratum est*, comparatum est. *Cic. 2. de Divin. c. 59.* Si ita natura paratum esset, ut ea dormientes viderent, quæ somniarent. Sic *Calpurn. Flacc. declam. 33.* Nihil equidem leges elementius pareverunt, quam de lege raptarum. *b. c.* comparaverunt, constituerunt.

PARAVEREDUS, i, m. *revello gressu de rasta*, veredus, seu equus cursui publico destinatus. Differt a veredo, quia veredus in viis rectis admittebatur, per quas cursus publicus constitutus erat: paraveredos etiam in transversis. *Impp. Constant. Arcad. Honor. & Theodos. lib. 12. Cod. tit. 51. qui ab* de cursu publ. *leg. 2. 19. & 23.* & alibi: item *in Cod. Theodos. lib. 8. tit. 15. qui iidem* de cursu publ. *inscribitur, leg. 7. 25. 26. & alibi. & Cassiod. l. 5. epist. 39. ad fin. & lib. 11. ep. 14.*

PARAZONIUM, ii, n. *cultro, cinto, pendeo*, παραζώνιον, cingulum, zona, baltheus cum ense. V. *Cinctorium. Anton. Augustin. Dial. 2. antiquitat.* docet, esse gladium sine cuspide ex zona pendentem: & gestari solitum a Tribunis militaribus. Quod confirmari videtur illo *Martial. lib. 14. epigr. 32.* cujus lemma *Parazonium.* Militiæ decus hoc, & grati nomen honoris: Arma tribunitium cingere digna latur. *In Glass.* utrumque affirmatur. Παραζώνιον, pugio, cinctorium.

PARCÆ, arum, f. *le Parche, Moiræ*, tres sorores filiæ Herebi & Noctis, teste *Cicer. lib. 3. de nat. Deor. c. 17. extr.* & *Hygin. in præfat.* Earum nomina Græca sunt Clotho, Lachesis, Atropos, ut ait apud *Hygin. fab. 277.* Latine, Nona, Decima, Morta, ut ait *Cæsellius Vindex* apud *Gell. l. 3. c. 16.* quæ omnia V. suis locis. Ex dicuntur et iam Fata, & præsta vitæ hominum: & unicuique nascenti sortem suam canare. Clotho enim fila vitæ net, Atropos eadem fila cædit, Lachesis vero suam cuique sortem, & vivendi genus statuit. Itaque prima initiis præest ætatis, secunda fini, tertia cursui. Clotho, inquit *Apul. de mundo in fi.* præsentis temporis habet curam, quia quod torquetur in digitis, momenti præsentis indicet spatia: Atropos præteriti fatum ait, quia quod in fuso perfectum est, præteriti temporis habet speciem: Lachesis futuri, quod etiam illis, quæ futura sunt, finem suum Deus dederit. Secundum *Fulgent. l. 1. Mythol. c. 7.* Clotho præest nativitati, Atropos morti, Lachesis vitæ sorti, quemadmodum quis vivere possit. Apud *Serv. ad Æn. 2. v. 26.* sic distribuuntur earum officia, ut una loqui dicatur, altera scribere, tertia fila deducere. Sed hæc officia a Poetis confunduntur. ¶ *Parcæ* dici *non divitiarum*, quod minime parcant, docent *Serv. loc. cit. Martian. Capell. Donat. Diomed.* apud *Voss. in Etymol.* & *Isidor. sub fin. l. 8.* A *parcendo*, & *parciendo* ducit *Varr.* apud *Gell. l. 3. c. 16.* A *parcendo Jul. Scalig.* quia una, inquit, tantum dicitur filum incidere: duæ vero altera vitam dare, altera vitæ tractum continuare. A *ploribus* igitur fit nominativo, &c. *Virg. Ecl. 4. v. 46.* Talia fatula fuis dixerunt currite fusis Concordes stabili fatorum numine Parcæ. *Horat. in carm. sæcul. v. 25.* Vosque veraces cecinisse Parcæ, Quod semel dictum stabilis per ævum Terminus servet, bona jam peractis Jungite fata. *Tibull. l. 1. el. 8. v. 2.* Hunc canere diem Parcæ fatalia nentes Stamina non ulli dissoluenda deo. *Juvenal. sat. 12. v. 69.* postquam Parcæ meliora Pensa manu ducunt bileres, & staminis albi Lanificæ. *Propert. l. 4. el. 11. v. 13.* Parcæ immites. *Val. Flacc. l. 5. v. 532.* sævæ. *Senec. in Herc. Oet. v. 1097.* aviduæ. ¶ In sing. num. *Ovid. 2. Amor. el. 6. v. 45.* Septima lux adsit, non exhibitura sequentem: Et stabat vacua jam tibi Parca colo. *Id. 4. ex Ponto, ep. 15. v. 36.* seu me Dirus jubet gelido Parca sub axa mori. *Pers. sat. 5. v. 48.* Parca tenax veri. *Horat. l. 2. od. 16. in fin.* mihi parva rura, & Spiritum Grajæ tenuem Camenæ Parca non mendax dedit & malignum Spernere vulgus.

PARCE, *sparsamente, parcamente, risparmiosamente, con lesina*, restricte, avare. *Cæs. l. 7. B. Gall. c. 71.* Frumentum parce & pastitii more institut. *Plaut. Aulul. c. 4. 35.* Ædepol mortalem parce parcum prædicas. *Id. Trucul. c. 3. 26.* Parce victitare. *Terent. Adelph. 2. 2. 20.* Rari agere vitam, sumpes parce ac duriter se habere. *Cic. c. de Fin. c. 23. a med.* Nec tamen, cui id tam parce, tamque restricte faciant, intelligo. *Calum. l. 6. c. 7.* Nec potestas aquæ, nisi quam parcissime, faciunda est. ¶ Item *moderate, continente, sobrie, moderatamente, con riguardo*. Cic. *c. Offic. c. 30.* Intelligemus, quam sit turpe diffluere luxuria, & delicate ac molliter vivere: quamque honestum, parce, continenter, severe, sobrie. *Id. Fam. 6. ep. 7.* Scripsi de te parce, modice fidiis, & timide. *& lib. 2. ep. 9. ad fin.* Ludere aliquem parce & molliter. *Phædr. l. 4. fab. 16. extr.* Parce gaudere oportet, & sensim queri. *Cic. pro Mur. c. 23. extr.* Parcius dicere de laude alicujus. *Quintil. l. 9. c. 2. a med.* Itaque hoc parcius & circumspectius faciendum est. *Virg. Ecl. 3. v. 7.* Parcius ista viris tamen objicienda memento. *Ovid. Heroid. ep. 8. v. 13.* Parcius Andromachen vexavit Achaia victrix. *Plin. l. 7. ep. 21.* Vitam parcissime effundere. *& lib. 5. ep. 16.* Parce custoditeque ludere. *& ep. 7.* Parce & modeste quipiam facere. *Sueton. in Aug. c. 40.* Civitatem Romanam parcissime dedit. *Sil. lib. 15. vers. 759.* parceque petitum Perstrinxit corpus. *Juvenalmente. & lib. 12. v. 474.* humanos æquantem pectora fensus Haud pater miratus æquam. *vox poet.*

PARCILOQUIUM, ii, n. *sermonis parcitas. Apul. l. 5. Met.* Fidei, atque parciloqui mei perpendisti documenta.

PARCIMONIA. } V. *Parsimonia*
PARCIMONIUM. }

PARCIPROMUS, i, m. *scarso, stretto nel dar fuori*, qui parca promit. *Plaut. Pseud. 5. 2. 62.* Percipromur victu cetero. *Id. Trucul. 2. 2. 82.* Qui cum gentis suis belligerarent, parcipromi.

PARCITAS, atis, f. *risparmio, parsimonia*, quod *Adm.* parsimonia. *Macrob. lib. 2. in somn. Scip. c. 8. circa med.* Moderatio, parcitas, sobrietas. *Pallad. l. 1. tit. 26.* Parcitati beneficium administrat luxuria. *b. c.* parsimoniæ tuæ utilitatem affert aliorum luxus. *Senec. de clem. l. 1. c. 22.* Civitatis mores magis corrigit, parcitas animadversionum.

PARCITER, adverb. parce. *Pompon.* apud *Non. c. 11. n. 47.* Parciter, tanquam frater mihi sis.

PARCO, is, peperci, & parsi, parcitum, & parsum, *a. 3. cessare, lasciare, astenersi, quietare*, cesso, desino, abstineo. Ducunt alii a *parum*, alii a *partem*, & *astero. Virg. 1. Æn. v. 262.* Parce metu, Cytherea. *& lib. 3. v. 41.* Jam parce sepulto: Parce pias scelerare manus. *& lib. 9. v. 656.* Cetera parce, puer, bello. *Id. 2. Georg. v. 330.* hibernis parcebant flatibus Euri. *Luc. l. 6. c. 3.* Parcere lamentis Sutrinos jussit. *Id. l. 35. c. 44.* Nec impensæ, nec labori, nec periculo parsurum, donec, &c. *Id. l. & cap. 25.* Ut a cædibus, & ab incendiis manus cretur. Al. præpolit. omittunt. *Terent. Hec. 3. 2. c.* Heu me infelicem! hanccine ego vitam parsi perdere? *Nep. in Pausan. c. 2. ad fin.* Patii, ne cui rei parcat ad ea perficienda, quæ polliceitur. *non omettere cosi alcuna.* & *Cic. Fam. 16. ep. 4.* Te rogo, sumptui (al. *sumptu*) ne parcas ulla in re, quod ad valetudinem opus sit: *non lasciar di spendere: non risparmier alcuna spesa.* & *lib. 13. ep. 27.* Tamen non parcam operæ. *non risparmierò fatica.* & *lib. 2. ad Attic. ep. 14. in fin.* Sed tamen satisfiet a nobis, neque parcetur labori. *Plaut. Pseud. 2. 2. 3.* Duorum laborem hominum parsissem libens, mei te rogandi, & tui impendendi mihi. *mer, & tui fare ab ego, & tu, non a meare, & tuare. Virg. Ecl. 3. v. 94.* Parcite oves nimium procedere. *b. c.* prohibete, curate, ne procedant. ¶ *Parcere oculis*, avertere, & non aspicere. *Propert. l. 4. el. 9. v. 53.* Parce oculis hostes, lucoque, age, cede verendo. *Tibull. l. 2. el. 2. v. 33.* Parcite luminibus. ¶ Est etiam rationem habere, ne quid nocetur, temperare ab injuria, *aver riguardo, portar rispetto, lasciar di toccare, o di offendere. Virg. c. Georg. v. 368.* dum prima novis adolescit frondibus ætas, Parcendum teneris. *Cic. in Orat. c. 26.* Ridiculo sic usurum oratorem, ut nec nimis frequenti, nec subobscuro, *&c.* parcet & amicitiis, & dignitatibus, vitabit contumelias, &c. *Id. 6. Verr. c. 54.* Cum urbem capissent, ædificiis omnibus publicis & privatis, sacris & profanis sic pepercit, quasi ad ea defendenda cum exercitu, non expugnanda venisset. *Id. pro Quinct. c. 12.* Parcere alicujus auribus. *b. c.*

tacendo ea, quæ displicent. *Id. 3. de Oear. c. 43.* Parcendum auribus & consuetudini. *h. e.* non utendo verbis, quæ aures & consuetudo non fert. *Id. pro Planc. cap. 35.* Parcere auxilio. *h. e.* non utendo oblem. *Id. Fam. 11. ep. 27.* valetudini, *h. e.* cunendo. *Terent. Heaut. a. 1. 111.* Quæso, tandem aliquando talem tibi parca. *abbrévi vigueur, ménager. Plin. l. 33. c. 4. a med.* Italiæ parcitum est vetere interdicto patrum, diximus. *Hardouin.* leg. ex MSS. Italiæ parci vetere interdicto patrum, diximus. *Plaut. Capt. prol. v. 32.* Nihil pretio parsit, filio cum parceret. *h. e.* dum filii captivi rationem haberet, eumque redimeret. ¶ Hoc pertinet cum ponitur pro ignoscere, condonare, absinere a puniendo, veniam, impunita em dare, *pardonner, épargner il châtige. Virg. Æn. 6. v. 854.* Parcere subjectis, & debellare superbos. *Cæs. lib. 7. B. Gall. c. 28.* Non ætate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercerunt. *Cic. 2. Phil. c. 24.* Ibi me non occidisti, magnum beneficium: potuisti animi fa teor. quamquam nemo erat, qui mihi non censeret parci oportere. *Sueton. in Tiber. c. 62. ad fin.* Ne reliquis quidem nepotibus parsuros creditur. *Hieron. ep. 1. ad Heliod.* Juralti non te matri parcituros esse, non patri. ¶ Cum accusativo pro servare, aut parce promere, *épargner, sauver. Cato R. R. c. 58.* Oleas tempestivas, unde minimum olei fieri potest, eas condito, parcito, uti quam diutissime durent. *Virg. 10. Æn. v. 531.* Asgeti stque auri memoras quæ multa talenta, Gentis parce tuæ. (*Serv.* addit *Lucilium* quoque, & *Ennium*, ita locutos fuisse. Quod natum sit, dixisse *Plautum* in *Mil.* parce vocem; habetur ibi 4. 6. 5. ut & *Pers. 4. 5. 10.* parce voci.) *Plaut. Curcul. a 3. v. 10.* Qui mature quæsivit pecuniam, nisi eam matute parsit, mature sfurit. ¶ Absolute *Cæs. lib. 7. B. Gall. c. 71.* Frumentum se esigue diernm triginta habere, sed paulo etiam longius tolerare posse parcendo. ¶ Et pro condonare, *Gell. l. 16. c. 19.* Tum illum pernicie intellecta, pecuniam ceteramque sua, ut haberent, dedisse, vitam modo sibi ut parcerent, oravisse. ¶ Thyrso percussere ferire aliquem, *Statius l. 1. Achill. v. 572.* est levi mulliqus ictu thyrsi percutere, quasi cavante thyrso, ne gravius ladat. ¶ *Percusit* pro *parsit*, antiquum. *Nev.* apud *Non. c. 2. n. 653.* Suo labori nullas parcunt. ¶ *Parso* pro *repercero* quidam lat. apud *Plaut. Mil. 4. 9. 5.* Ubi ubi est gentiam, investigabo: operæ ego non parso meæ. *Id.* parco. ¶ Præteritum *parsi* adhibuit etiam *Cors* apud *Fest.* in *Persi*.

PARCUS, a, um, *parco, scarso, fatale, sterile, ristretto, segnente, moderato, vigoureux, caduque*, sumptibus parcens, parvo contentus, adstrictus, tenax, frugi, moderatus. & ponitur tum in laude, tum in vitio. *Gabin. Bassus* apud *Gell. c. nic. l. 3.* Parcus, inquit, quasi pars arcæ, quia sicut in arca omnia recondantur, ita homo tenax, parvoque contentus, omnia custodita & recondita habet, sicuti arca. Sed hoc funestitiose, & nimis molesse atque odiose, ut *Gell.* fabdit, excogitatum est: & *parcus* a *penus* & *parsum* ducitur. *Cic. pro Cal. c. 15. ad fin.* Illum filium similia patre parco ac tenaci, habere tuis copiis devinctum non potes. *Sueton. in Tiber. cap. 46.* Pecuniæ parcus ac tenax. *Plaut. Aulul. 2. 5. 9.* Detrusti me ad focum parcissimum, ubi si quid posfam, usque ad favim posfam, priusquam quidquam detur. *Cic. 2. de Orat. c. 71.* Cum optimus colonus, parcissimus, modestissimus, frugalissimus esset. *Plin. in Panes. c. 51.* Tam parcus in ædificando, quam diligens in tuendo. *Justin. l. 41. c. 3. sub fin.* Ia, libidinem projecti, in cibum parci. *h. e* parvo cibo contenti. *& lib. 6. c. 8.* Pecuniæ adeo parcus fuit, ut sumptus funeri detuerit. *h. e.* moderatus in cupiditate pecuniæ. *Horat. l. 2. sat. 2. v. 62.* vetetis nos parcus aceti. *& ja. 5. v. 79.* donandi parca juventus. *Id. in fin. ad. 16. l. 3.* bene est, cui Deus obtulit Parca quod satis est manu. ¶ Dicitur & de aliis rebus avara sumptus. *Plaut. Rud. 4. 2. 14.* Opem haud sui parcus mea. *Cic. pro Balb. c. 22.* Nimium parcus in largienda civitate. *Plin. in Panes. c. 3.* Non tam vereor, ne me in laudibus suis parcum, quam ne nimium putet. *& cap. 83.* Modica cultu, parca comitatu, civilis lectu. *Tacit 3. Histor. c. 75.* Moderatus & civium sanguinis parcus. *Claudian. de IV. Consul. Honor. v. 112.* pietatis abundans, Pœnæ parcus erat. *Trajan. ad Plin. l. 10. epist. 25.* Parcissimus bonorum. *h. e.* temperantissimus in honoribus captandis, aut accipiendis. *Justin. l. 11. c. 13. de Alexandro.* Quærentibus fomni causas inesse pericula, cujus etiam in otio semper parcio: fuerit. *Lucan.* etiam dixit *l. 9. v. 590.* somni parcissimus. *Sil. l. 10. v. 30.* Tandem inclinatu cornu sine mora ruebat Prima acies non parca fugæ. *h. e.* non parcens fugere. *Plin. in Panes. c. 21.* Beneficiorum tuorum parcissimus æstimator. ¶ Translate 28 modicus, moderatus, parvus, exiguus. *Stat. l. 4. silv. 5. v. 13.* Parca tellus. *h. e.* exiguus agri modus. *Propert. l. 4. el. 3. v. 60.* parca locerna. *Virg. 3. Georg. v. 403.* parco fals contingere. *Plin. in Panes. c. 40.* Parcus & brevis fumus. *Sil. l. 16. v. 111.* Et parco fummum violasset vulnere corpus. *cum leggiera ferita. & Ovid. l. 1. ex Pont. ep. 2. v. 98.* merito parcior im meo. *mesure. & Tib. 2. Trist. v. 137.* Quippe relegatus, non axsul dicor in illo: Parcaque fortunæ sunt data verba meæ. *h. e.* mitia, lenia. *& Herold. ep. 21. vers. 79.* Quam sæpe, ut tardis, fecit convicia remis! Quæsaque sum vento lintea parca dari! *voile scarse. Propert. l. 3. el. 3. vers. 40.* Optima mors, parco quæ venit apte die. *h. e.* exiguo tempore, post breve vitæ spatium. *Auret. Vict. in epitom. c. 13.* Homo parcæ scientiæ, & moderate eloquens. *di poca letteratura.* ¶ Cum infinito *Sil. l. 1. v. 68. de Fabio Cunct.* Nec lætus dabitis, parcusque lacessere Martem. *& lib. 8. v. 464.* haud parci bellum coluisse Tudertes. ¶ *Parcus* etiam dicitur, qui pusillo est animo, *μικρόψυχος. Senec. 2. de benef. c. 34. a med.* Parcissimum hominem vocamus pusilli animi, & contracti. *Plin. l. 22. c. 24. ante med.* Homines animi humilis & præparci, quos illi dixere microspychos.

PARDALIANCHES, is, m. *παρδαλάγχης*, aconitum, ita dictum a *παρδάλεις*, panthera, & *ἄγχω*, strangulo, quia venatores eo tingunt carnes, quas pantheræ gustantes strangulantur. *Plin. l. 27. c. 2. & lib. 8. c. 27. & Solin. c. 17. (al. 27.) ad fin.*

PARDALIOS, ii, *παρδάλιος λίθος*, gemma colore pellis pantheriæ. nam *παρδάλις* panthera est. *Plin. l. 37. c. 11. 5 med.*

PARDALIS, is, f. *panthère, lionne, παρδάλις*, idem quod panthera, quæ est femina pardi. *Curt. l. 5. n. 1.* Eum dona sequebantur, greges pecorum, equorumque: leones quoque & pardales caveis præferebantur.

PARDUS, i, m. *pard, léopard, πάρδος, πάρδος*, animal ferum, frequens in Africa & Syria, soloque sexu a pantthera differens. mas est enim ia eo genere. Quidam dicunt differre colore, qui in pantheris sit candidus. Hinc *Plin. l. 8. c. 17.* V. *Panthera. Id. l. 10. cap. 73.* Insidunt in Africa pardi condensa arbore, undulatique earum ramis in præterentia desiliunt, atque a voluerum sede grassantur. *Id. lib. 11. c. 37. sect. 65.* Leonibus, pardis, omnibusque generis ejus, etiam felibus, lingua est imbricatæ asperitatis, ut limæ similis, attenuantique lambendo cutem hominis. *Juvenal. sat. 11. v. 123. &* magno sublimis pardus hiatu. *Lucan. l. 6. v. 781.* non segnior illum Saltus, & in medias jecit super arma catervas, Quam per famina rapit celerem venabula pardum.

PAREAS, æ, m. *παρεὰς, ου*, serpens quidam, de quo *Lucan. lib. 9. v. 721.* Et contentus iter cauda fulcare pareas. *Isidor. l. 18. Orig. c. 4.* Pareas, serpens, qui semper in cauda ambulat, & fulcum facere videtur. ¶ Dictum volunt, vel quia *παρειὰς*, genas magnas & inflatas habet, vel quia genas, faciemqas extollit, sola posteriora parte repens. ¶ Scribitur & *parias*.

PAREGRÁSIS, is, f. *digressione, παρεκβασις*, vox Græca, a *παρεκβαίνω*, digredior: idem est quod digressio, excessus, excursus in dicendo. V. *Digressio*, & *Digressus. Quintil. l. 4. c. 3. a med. Παρέκβασις* est, ut mea quidem fert opinio, alienæ rei, sed ad utilitatem causæ pertinentis extra ordinem excursrens tractatio.

PARFCTATUS, a, um, qui jam statura est virili, vel quæ non procul abest: quasi *παρεκτείνω*, h. e. satenfus, a *παρεκτείνω*, extendo. *Lucil. l. 8.* Inde parectato chlamydes ac barbula prima. (Inde cognoscitur, pauultinam a Latinis produci, quæ Græcis esset brevis.) *Id. l. 20.* Tum ephelum quendam, quam vocant parectatum. *Varr. de comp. fatyr.* Parectatæ adsunt, mulcetque mulier Venus caput. Omnia hæc affert *Non. c. 1. n. 341.*

PARÉDROS, i, m. *assistente, παρέδρος*, assidens, assidens: a *παρά*, prope, & *ἕδρα*, sedes. *Tertull. de Anim. cap. 28. sub fin.* Paredri spiritus.

PAREGORYA, æ, f. *παρηγορία*, solatium, mitigatio. Vox Græca. *Apul. de herb. c. 24. extr.* Chamædrys potui data mirifice paregoriam præstat.

PAREGORICUS, a, um, *παρηγορικός*, mitigatorius, lenjena. *Theod. Priscian. l. 2. c. 9.* Paregorica adjutoria. *Marcell. Empir. c. 36. sub init.* Remedium paregoricum ad podagram.

PARELCON, i, n. *παρέλκων*, Productio, Figura Grammaticalis, cum syllaba, vel etiam integra dictio dictioni alicui in fine adjicitur, ut *aiebant, adesdum, nihil quicquam*. Vox Græca est. V. Grammatic.

PARELION, ii, n. *parelio, παρήλιον*: vox Græca. *Senec. l. 1. quæst. nat. c. 11.* Parelia sunt imagines solis in nube spissa & vicina, in modum specali. Quidam porelion ita definiunt: nubes rotunda & splendidu, similisque soli. sequitur enim solem, nec unquam longius abliaqui, quam sint, cum apparuerit. *& cap. 13.* Solent & bina fieri parelia, &c. Est a *παρά*, prope, & *ἥλιος*, sol.

PAREMBOLE, es, f. *παρεμβολή*, quidquid interjicitur alicui operi ornatus gratia. *Inscript.* apud *Murator. pag. 26. n. 5.*

PARENS, entis, *il padre, la madre, genitore, genitrice*: Parentes, um, *i genitori, genitrici*, pater, aut mater, aut uterque simul: a *pario. Cic. pro Sull. c. 29.* Parens tuus, Torquate, consul. *Virg. 12. Æn. v. 252.* Alma parens Idæa deum. *Cæs. l. 5. B. Gall. cap. 14.* Fratres cum fratribus, & parentes cum liberis. *Ovid. 9. Met. v. 407.* ultusque parentis parentem natus. *h. e* occidens matrem in ultionem patris. *Cic. 7. Verr. c. 41.* Parentes propinquique miserorum adolescentium. *Id. pro Planc. c. 22. ad fin.* In parentum loco quæstoribus suis prætore sse oportere. ¶ De bestiis *Varr. l. 3. R. R. c. 7. ad fin. de columbis.* Parentes eorum, si sint fœtosi, venunt, &c. *Plin. l. 8. c. 42. ad fin.* Amissa parente in grege armenti. Adde *Stat. 12. Theb. v. 231. & Cæs. l. 6. c. 26. sectium. ult.* ¶ Juris prudentes, ut ait *Festus*, avos etiam & proavos, avias & proavias parentum nomine appellari dicunt, *i maggiori. Cujus Dig. lib. 50. tit. 16. leg. 51.* Appellatione parentis non tantum pater, sed etiam avus & proavus, & deinceps omnes superiores continentur: sed & mater, & avia, & proavia. *Ulpian. lib. 2. tit. 4. leg. 4.* Prætor ait: Parentem patronum, patronam, *&c.* Parentem hic utriusque sexus accipe. sed an in infinitum, quæritur. Et quidam usque ad tritavum parentem appellari ajunt: superiores majores dici. Hos veteres axistimasse, Pomponius refert. Sed C. Cassius usque in infinitum omnes parentes dicit: quod & honestius est, & merito obtinuit. *Cic. 1. de Invent. c. 54. ad fin.* Petimus ab iis, qui audiunt, ut ad suas res nostras injurias referant: si ad pueros pertinebit, de liberis suis cogitent; si ad senes, de patribus, aut parentibus. *Ulpian. lib. 23. tit. 3. leg. 5.* Profectitia dos est, quæ a patre, vel parente profecta est. *Virg. 9. Æn. v. 3.* luco tunc forte parentis Pilumni Tornus sacrata valle sedebat. V. *Æn. 12. v. 76. & 619.* Sic *Æn. 2. v. 448.* veterum decora alta parentum. ¶ Extenditur interdum ad quoslibet consanguineos, affinesque, modo natu, aut gradu majores sint, aut æquales, *parenti. Capitolin. in M. Antonin. Philos. c. 5. ad fin.* Omnibus parentibus suis tantum reverentiam, quantam

tem privatus exhibuit. *Lamprid. in Alex. Severe. c. 67. ad fin.* Patrem matris Alexander, ſi malos nperit, punivit. *Curt. l. 6. c. 10.* Solent rei capitis adhibere vobis parentes. Duos ego fratres nuper amiſi, &c. *Hieronym. l. 2. contra Ruffin. fub init.* Niſi fortu parentro, militari vulgarique ſermone, cognatos & affinro nominat. *Jul. Firmic. l. 3. c. 13. ſect. 4.* Cum parentibus, vel affinibus affiduas inimicitias exercere. Addunt quidam etiam hoc *Livii l. 34. c. 32. a med.* & *Petron. in Satyr. c. 112.* & *Flori l. 3. c. 18.* quæ nim tamen non plane confeiunt. ¶ Tribuitur aliquando honoris cauſa, ut *puer*, etiam nulla cognatione junctis. *Apul. l. 2. Metam.* Quin ipſi parentem tuem accedis, & ſalutas? Sic Imperatorss appellam ſolent *parentes* deceſſorro ſuos, ut congeſtis en Codice locis oſtendit *Briſſon. de V. S.* ¶ Translate *Cic. 9. Attic. ep.* 10. Me, quem nonnulli conſervatorem iſtius urbis, quem parentem eſſe diserunt, &c. & *ep. 9.* Noſtri principro antiquiſſimam, & ſanctiſſimem parentem, patriam, fame necandam putant. *Id. de Univ. c. 11.* Quorum nperum ego parena effectorque ſum. Id. *inv. l. 2. de Fin.* Socratis parens philoſophiæ jure dici poteſt. *Id. l. de Legib. c. 24.* Earum rerum parens eſt, educatrixque ſapientia. *Id. l. de Orat. c. 3.* Laudatarum artium omnium procreatricem quandam, & quaſi parentem eam, quam φιλοτεχνίαν Græci vocant, judicant. *Plin. l. 7. cap. 30. fub fin.* Tullius facundiæ, Latiarumque litterarum parens. *Id. l. 25. c. 2.* Homerus primus doctrinarum, & antiquitatis pareus. *Id. l. 21. c. 24. ad fin.* Pareas illa, ac divina rerum artifex. *Id. l. 5. c. 19.* Sidon Thebarum Bœotiarum parens. *Flor. l. 3. cap. 18.* Cum Italia contra matrem & parentem ſuam Urbem conſurgerunt. *Sil. lib. 2. v. 654.* Urba habitata *diu* fidsi, cæloque pamntem Muronum repetente. *b. c.* conditorem. *Plin. l. 12. c. 5. de ficu Indica.* Ipſa ſe ſemper ſerena, vaſtis diffanditur ramis, quorum imi adeo in terram curcantur, ut aneuo ſpatio infigeatur, nocamque ſibi propaginem faciant circa parentem in orbem. ¶ Per antonomaſiam *parens* eſt Jupiter. *Horat. l. 1. od. 12. verſ. 13.* Quid prius dicam ſolitis Parentis Laudibus? qui res hominum, &c. Sic apud *Suetonium l. 1. filv. 2. n. 178. parens Latius* a8 Domitianus. ¶ Reperitur & maſculino genere, quamvis de matre ſermo ſit. *Feſtus*: Maſculino genera parentem appellabant antiqui atiam matrem. *Pacuvius* in Medo, cum oſtenderet a Medo matram quæri, ait: *Te*, Sol, invoco, ut mihi poteſtatem duis inquirendi mei pamntia. *Grocchus*: ſuos parentes amat. *b. c.* matrem. Et in alia epiſtola: Tuus pareus ſum. *b. c.* mater. & apud *Virg. Æn. 3. v. 341.* Ecqua tamen puero eſt amiſſi cura parentis, *b. c.* Creuſæ. Hæc *Chariſ. l. 2. pag. 79. Puſch.* Apud *Virg.* tamen plerique nmnes leg. *amiſſæ*. ¶ In genitivo plur. habet etiam *parentium*: atque ita ſæpe diaiſſe *Ciceronem*, teſtatur *Chariſ. l. 1. pag. 111.* Sic *Horat. l. 3. od. 24. v. 21.* Dos eſt magna parentium Virtus. *Varro* quoque *l. 7. de L. L. c. 37.* utrumque & *tanc*, & *tium* agnoſcit. *Inſcript. apud Gruter. pag. 681. n. 1.* Pamntium fratres. Adde aliam apud *Fabrett. pag. 72.*

PARENS, entis, *obediens*: a *pareo*. *Cic. in fragm.* apud *Lactant. fub fin. cap. 24. l. 6.* Sanctiſſima ac certiſſimæ legi parens. *Virg. 1. Æn. v. 699.* Jamque ibat dictu parens. *Horat. l. 2. ſat. 7. v. 111.* Nil ſervile gulæ parens habet? *Ovid. Met. 13. v. 449.* immitti ſociis parentibus umbræ. *Tibull. l. 2. el. 10. v. 9.* freta per pamntia ventis Ducunt infabiles ſidera certa natro. *Cic. 1. Offic. c. 22.* Ob has ipſas cauſas & parentiores habuerunt exercitus, & fortiores. *Al. leg.* pamntiores. *Salluſt. in Jug. c. 109.* Parentro abunde habemus: amicorum neque nobis, neque cuiquam omnium fatis fuit. *faddisi*, *ſoggetti*, *ὑπακόοι*, *ὑπήκοοι*. Sic *Sil. l. 14. v. 80.* tractare ſeſeno Imperia vulgum pollens, & pectora nullo Parentum exagitaro metu. *Velleï. l. 2. c. 108.* Principatus conſtant ex voluntate parentium. *Salluſt. in Jug. cap. 3.* Vi regem patriam, aut parentes, quamquam & poſſis, & delicta corrigas, tamen importunum eſt.

PARENTALIA, ium, n. *ſacrum, funerali, eſequie*, ſacrificium, atque epulæ, item funebris laudatio, & ſiqua alia quotannis fiebant io cognatorum defunctorum memoriam. *Cic. t. Phil. c. 6.* Ut parentalia cum ſupplicationibus miſcerentur. *Auſon. in Parentel. in præfat.* Titulus libelli eſt, *Parentalia*: antiquæ appellationis hic dies, & jam inda ab Numa cognatorum inferiis inſtitutus. *Inſcript. apud Gruter. pag. 753. n. 4.* Lectiſternium tempora parentalium præbeant. Alia apud *Donium claſſ. 5. n. 189.* quotannis die parentalium. *Ovid. 2. Faſt. v. 543.* Æneam hujus inſtituti auctorem facere eidetur. V. *Parento*.

PARENTALIS, e, ad parentes pertinens, aut cognatos, affineſque vita functos: Item ad annuas inferias, quæ iis fiunt. *Ovid. 4. Triſt. el. 10. v. 87.* Fama pamatalro ſi vos men contigit umbræ: Et ſuat in Stygio crimina noſtra faro. *Id. 2. Faſt. verſ. 547.* At quondam dum longa gerunt pugnacibus armis Bella, parentales deferuem dies. *Id. Met. 13. v. 619.* Memnonides dicta, cum ſol *duodena* peragit Signa, parantali perituræ marte mbellant. *b. c.* pugna in inlenis Memnonis commiſſa. Hoc idem ita explisat *Id. 1. Amor. el. 13. v. 3.* ſic Memnonis umbris Annus ſolemni cade parsntet acis. Reſpexit autem ad gladiatores, quos erat mos inducere in exſequiis circa rogum pugnantes.

PARENTATIO, onis, ſ. actus parentandi. *Tertull. de Spectac. cap. 12.* Quod mortuis litabatus, utique parentationi deputabetur.

PARENTATUS, a, um, pamntando oblatus. *Tertull. de Spectac. c. 13.* Non ſacrificamus, nec parentamus: ſed neque de ſacrificato, & parentato edimus.

PARENTELA, æ, ſ. a *parens*. *Capitol. in Gord. c. 23. a med.* Duxit uxorem filiam Miſithei, doctiſſimi viri, quem cauſa eloquentiæ dignum parentela ſua putavit. Ubi *Caſaub.* dignum judicavit, cui ſa in filium daret. nam gener, ſocerque patris & filli nomina uſurpabant. Hinc initium epiſtolæ *ibid. cap. 24.* Domino filio & Auguſto Miſitheus ſocer. & *cap. 25.* Imperatos Gordianus Auguſtus Miſitheo patri.

PARENTHESIS, is, ſ. *parentheſe*, παρένθεσις, interpoſitio, interjectio, interclosin, Figura eſt oratonis. De ea *Quinctil. l. 9. c. 3. ante med.* Quam nos interpoſitionem, vel intmlufioosm dicimus, Graci παρένθεσιν vocant, dum continuationi ſermonis medius aliquis ſenſus intervenit. ¶ Parantheſis nota ſunt duo ſemicirculi ſe invicem inſpicientes, ut in illo *Virg. 1. Æn. v. 647.* Æneas (neque enim patrius conſiſtere mantum Paſſus amor) rapidum ad naves præmittit Achatem. ¶ Repetitæ parenthoſis exemplum habes apud *Cicer. Fam. 7.* ubi ait *epiſt. 1. ad ſin.* Si Romæ eſſes, tamen oeque nos lepom tuo, neque te (ſi qui eſt in me) men frui liceret, propter molſtiſſimas occupationes meas: quibus ſi me mlaxaio (nam ut plane exſulvam, non poſtulo) te ipſum docebo profecto, quid ſit humanitas eivem. V. aliud exemplum *Plinii junior.* in *Hyperbaton*. Longinris pareothesis, apud *Horat. l. 1. epiſt. 15.* & quidem duplicis: quorum prior 12. verſibus conſtat, altera 6. ¶ *Cherilio l. 4. pag. 248. Puſch.* parentheſis eſt etiam, cum aut littera voci inſertur, ut *relligio*, *aavire*, aut ſyllaba, ut *Mevortis*, *indupevator*, *indugredi*, quod & *Valer. Prob.* tradit *lib. t. pag. 1438.*

PARENTIA. V. *Parentia*.

PARTURIO, ïris, ivi, & ii, a. 4. *deſideror di parturire*, deſiderativum a *pario*, parere cupio, pariendo laboro, enitor. *Terent. Hecyr.* 3. 3. *in fi.* Vereor, ſi clamorem ejus hic crebro audiat, ne parturire intelligat. Aliquo mihi eſt abiegandus, dum parit Philumena. *Phædr. l.* 1. *fab.* 19. Canis parturiens cum rogaſſet alteram, Ut ſetum in ejus tugurio deponeret. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 256. tu (*Lucina*) votu parturientis ades. *Horat. in ar. Poet. v.* 139. Parturiunt mones: naſcetur ridiculus mus. proverb. de iis, qui magna pollicentur, & minima præſtant. Commodiſſime *Phædr. l.* 3. *fab.* 22. Mons parturibat gemitus immanes ciens: Eratque in terris maxima exſpectatio. At ille murem peperit. Hoc ſcriptum eſt tibi, Qui magna cum minatis, extricas nihil. *parturibat* pro *parturiebat* non infrequens poſitio in verbis 4. conjugat. ¶ Translate *Cic. de Amic.* 1. 23. Caput eſſe ad beate vivendum ſecuritatem, qua frui non poſſit animus, ſi tanquam parturiat unus pro pluribus. *b. e.* ſollicitus ſit, & moleſtias pro aliis ſuſcipiat. *Id.* 2. *Phil. ſub fin.* Ut aliquando dolor populi R. pariat, quod jamdiu parturit. (Adde *Liv. l.* 22. *c.* 57. *ad fin.*) *Id. pro Mur. c.* 39. Hoc quod conceptum reſpubl. periculum parturit, conſilio diſcutiam, & comprimam. *Ovid.*

Herod. ep. 12. *v.* 208. ingentes parturit ita minas. *Virg. Ecl.* 3. *v.* 56. & 2. *Georg. v.* 330. *de vere*. Et nunc omnia agri, nunc omnia parturit arbos. ¶ Aliquando eſt parere, edere. *Horat. l.* 4. *od.* 5. *v.* 26. Quis (*pavrat*) Germania quos horrida parturit fœtus? *Id. l.* 1. *od.* 7. *v.* 15. Albus ut obſcuro deterget nubila cælo Sæpe Notus, neque parturit imbres. *Claudian. in conſul. Probi, & Olybr. v.* 204. Felicemque uterum, qui nomina parturit annis. *b. e.* conſules faſtis. *Id. in conſul. Mall. Theod.* 2. 81. Parturit innumeros auguſto pectore mundos. *b. e.* imaginatur.

PARTURITIO, onis, ſ. actus parturiendi. Translate *Auguſtin. ep.* 34. (*al.* 31.) *a med.* Explicare conceptionem, & parturitionem cordis ſui. *& lib.* 8. *Confeſſion. c.* 6. *a med.* Turbidus parturitione novæ vitæ.

PARTUS, us, m. *partu, τόκος*, actus pariendi. *Cic. pro Cluent. c.* 11. Cum iſſet gravida Auria, & jam appropioquare partui videretur. *Id.* 2. *de nat. Deor. c.* 27. *ad fin.* Diana adhibetur ad partus, quod ii matureſcunt aut ſeptem noonunquem, aut plerumque novem Lunæ curſibus. *& cap.* 46. *ſub fin.* Luna a Sole illuminata graviditates, & partus offert, maturitateſque gignendi. ¶ Ut *parto*, ita *partus* viris quandoque tribuitur. V. *Partio*. ¶ Metonymice eſt ipſe fœtus, proles. *Cic. Tuſcul.* 5. *c.* 27. *ſub fin.* Beſtiæ pro ſuo partu ita propugnant, ut vulnera excipiant. *Colum. l.* 3. R. R. *c.* 8. Ægyptiis, & Aſiis gemini partus familiares, ac pæne ſolemnes ſunt. *Plin. l.* 8. *c.* 32. *&* 42. Partum ferre. *b. e.* grevidam eſſe. *& cap.* 47. gerere. *Id. lib.* 7. *c.* 3. eniti. *Id. ibid.* edere. *Id. l.* 10. *c.* 52. reddere. *Id. l.* 14. *c.* 18. abigere. *Id. l.* 9. *c.* 25. continere. *Id. l.* 20. *c.* 14. necare. *Id. l.* 25. *c.* 3. *ſub fin.* elidere. *Id. l.* 32. *c.* 1. ſolvere. *Id. l.* 24. *c.* 6. *a med.* ejicere. *Id. l.* 22. *c.* 25. pallere. *Id. l.* 20. *c.* 8. *a med.* trahere. *Id. l.* 29. *c.* 2. evocare. *Id. l.* 24. *c.* 16. *ſub fin.* ſitire. *Flor. l.* 3. *c.* 4. Partus gravidarum extorquere tormentis. *i ferri, gli embrioni*. ¶ Transfertur ad plantas. *Varr.* R. R. *l.* 1. *c.* 8. *in fin.* Altius vitis tollenda, quod in partu & alimonio vinum non, ut in calice, quærit aquam, ſed ſolem. Adde *Colum. l.* 3. *c.* 10. *a med.* & *Plin. l.* 17. *c.* 2. ¶ Olim *partus, ûs*, declinaverunt. *Pacuv.* apud *Non. c.* 8. *n.* 19. Ubi me gravidam ſuntio aggraveſcere propinquitate partûs. ¶ Et *partuis*. *Varr. ibid.* Candidum lacte papilla tum fluit, ſignum putant partuis. ¶ *Partu* in dativo pro *partui*. *Propert. l.* 1. *el.* 13. *v.* 29. cum ſit proxima Ledæ, & Ledæ partu. V. *Aſpectus*, nr.

PARTUS, a, um, *parturito*, παγώσος, pariendo ſditus. *Virg.* 6. *Æn. v.* 89. alme Latio jam partus Achilles, Natus & ipſe dea. ¶ Deponentis more *parto* eſt quæ paperit. *Colum. l.* 4. *c.* 7. Parta nutriſi conſociata minus laborat in educatione fœtus ſui. ¶ Tranſlate *partus* acquiſitus, comparatus, collectus, *acquiſito, procuraate, guadagnato*. *Cic.* 2. *Phil. c.* 17. Sed, ut eſt apud poetam oeſcio quem (*Nævium* tuſe *Feſte*, in *Portus*) male parta male dilabuntur. *Terent. Phorm.* 5. 3. 5. Patris mei bene parta indiligenter tutatur. *Cic. pro Quinct. c.* 23. Aliquem honeſte partis bonis privare. *Id.* 3. *de Fin. c.* 16. Præda impune parta. *Id.* 2. *Agrar. c.* 6. *in fin.* Plurimo ſudore & ſanguine majorum veſtrum parta, vobiſque tradita libertas. *Id. pro Sull. c.* 28. Quod ad tempus exiſtimationis partæ fructus reſervabitur? *Cæſ. l.* 6. *B. Gall. c.* 39. Ante partam rei uſilitatis laudem amittere. *Ovid. t. de ar. am. v.* 260. Partaque per gladios regna nocente manu.

PARVE, adverb. *pero*, μικρῶς. *Vitruv. l.* 9. *c.* 6. Parve per eos flectitur delphinus. *Cæl. Aurel. Acut.* 2. *c.* 38. Parviſſime aliquid memorare.

PARVIBIBULUS, qui parum bibit, ὀλιγοπότης. *Cæl. Aurelian. Acut. l.* 3. *c.* 15. Phrenetici parvibuli.

PARVICOLLIS, e, parvum collum habens. *Cæl. Aurelian. Tard. l.* 2. *c.* 12. Succulenti homines atque fortes, & parvicolles, quos μικροτραχήλους appellavit.

PARVIFACIO, is, a. 3. *ſtimar poco*, parvi æſtimo. *Pompon.* apud *Non. c.* 1. *n.* 64. Ego rumorem parvifacio, dum ſit, rumen qui impleam. V. *Malefacio*. ¶ Paſſive *Tertull.* apud *Priſcian. l.* 8. *pag.* 789. *Pauſch.* Conſilium bonum gretia parvifaciatur. ¶ Scribitur & diviſim *parvi facio*.

PARVIPENDO, is, a. 3. parvifacio. Legitur conjunctæ in multis libris apud *Plaut. Bacch.* 3. 6. 29. & *Rud.* 3. 2. 36. & apud *Terent. Hec.* 3. 5. 63. &c. in aliis diviſim.

PARVITAS, atis, ſ. *piccolezza*, μικρότης, exiguitas. *Cic. de Univ. ſub fin.* Vincula talia, quæ cerni non poſſent propter parvitatem. *Plin. l.* 2. *c.* 11. Terræ parvitatem declarat ſol deficiens. *Gell. l.* 1. *c.* 3. *ad fin.* Parvitates, & magnitudines rerum. ¶ Translate *Id. l.* 7. *c.* 17. Illudens levitatem quæſtionis parvitatemque. *Val. Max. in præfat.* Mea parvitas ad favorem tuum decurrit. *b. e.* mea tenuitas ingenii, & imbecillitas: vel humilitas conditionis meæ.

PARUM, *poco*, μικρόν, paulum, modicum, leviter, non ſatis: a *parvum*, extitit altera a. Jungitur cum verbis. *Terent. Adelph. ſub fin.* Magis impenſe cupitis, conſulitis parum. *Id. Andr.* 4. 1. 56. Parum procedit quod ago. *Plaut. Amph.* 1. 1. 218. Parum ſtiam, præut futurum eſt, prædicas. *Terent. Phorm.* 3. 3. 13. Parum ne eſt, quod nobis ſuccenſet ſenex, ni inſtigemus ſtiam? *Cic. pro Sext. c.* 14. Parum ne eſt, quod tantum homines fefelliſti, ut negligeres auctoritatem Senatus? *Plin. in Panag. c.* 60. Parum eſt, ut in Curiam venias, niſi & convocas: ut intereſſis Senatui, niſi & præſides: ut conſentes audias, niſi & parrogas. *Plin. l.* 31. *c.* 1. Quid eſſe mirabilius poteſt aquis in cælo ſtantibus? at illæ, cæu parum ſit in tantare pervenire altitudinem, repiunt eo ſocum piſcium examina. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 415. Non nociſſe, parum eſt: prodeſt quoque. *Velleij. l.* 2. *c.* 76. *extr.* Parum habebat, ſuremæ acceptiſſe, niſi, &c. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 2. *ad fin.* Quæru ex te, quæ parum accepi. *Id. l. de Invent. c.* 47. Cum parum memineris, quod conceſſeris. *Cæſ. l.* 2. *B. Civ. c.* 31. Parum credere alicui. ¶ cum adjectivis. *Cic. Attic. l.* 10. *ep.* 15. Sant ea quidem parum firma. *Cæl. ad Cicer. ibid. poſt epiſt.* 9. Dum pudet, te parum optimatem eſſe. *Horat. in ar. Poet. v.* 448. parum claris lucem dare cogit. *Cic. pro Planc. c.* 7. *extr.* Si parum multi ſunt, qui nobilitatem ament. *& cap.* 30. Parum multæ, parum juſtæ neceſſitudines. *Quintil. l.* 6. *c.* 2. Semper fuerunt non parum multi, qui, &c. ¶ cum adverbiis. *Nep. in Attic. c.* 13. Non parum liberaliter. *Cic. l. Tuſcul. c.* 45. Parum diu vixit. *Cæſ. l.* 3. *B. Gall. c.* 18. Parum diligenter. ¶ cum genitivo. *Salluſt. in Catil. c.* 5. Satis eloquentiæ, ſapientiæ parum. *Horat. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 111. quæcumque parum ſplendoris habebunt. *Id. epod.* 7. *v.* 3. Parumne campis, atque Neptuno ſuper Fuſum eſt Latini ſanguinis? ¶ *Parum fides, parum gloria, fiducia, parum pretium* pro parva fides, &c. parvum pretium, affert *Pareus in Lex. Cretic.* ex *Terent. Plaut. Cic. Senec. Apul.* ſed ubique incerta lectione, aut conſtructione ambigue. ¶ Incertum etiam, atque obſcuram eſt illud apud *Cicer. in ſomn. Scip. c.* 2. *extr.* Quæſii, ne me e ſomno excitetis: & parum rebus: audite cetera. *pne ſit rebus* al. leg. *&, per avarn, de his audite cetera*, ex conjectura *Gronov.* Qui *parum rebus* retinent, exponunt: parum temporis date rebus tam gravibus. ¶ *Parum* pro *minus* aut *non*. *Horat. l.* 1. *od.* 12. *extr.* Tu parum caſtis inimica mittes Fulmina lueis. *Sueton. in Ner. cap.* 34. Conſilia per conſcios parum celato. *Salluſt. in Jug. c.* 89. Neque litteras Græcas didici: parum placebat eas diſcere, quippe quæ ad virtutem doctoribus nihil profuerunt. Huc partinet illud *Feſti*: Parum caviſſe videri, pronuntiat magiſtratus, cum de conſilii ſententia capitis quem condemnaturus eſt. *b. e.* non ceviſſe. Ubi Critici eos reprehendunt, qui *parcaviſſe* legi volebant. ¶ *Parum facere*, parvi facere. *Salluſt. ibid.* Non ſunt compoſita verba mea: parum id facio. *Cortius* interpretatur: non id ago.

PARUMPER, *per poco tempo, un poco, ένί μικρῷ*, parvo tempore, paulliſper. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 35. *extrem.* Cotticuit parumpar. *Id.* 9. *Attic. ep.* 4. *ſub fin.* Adduco parumper animum e moleſtiis. *Terent. Andr.* 4. 2. 31. Tu, dum exeo, parumper opperire me hic. *Plaut. Curc.* 2. 3. 78. Tace parumper. *Id. Bacch.* 4. 6. 24. Mane dum parumper: jam ad te exeo. ¶ In illo *Virg.* 6. *Æn. v.* 382. pulſoſque parumper Corde dolor tribi: *Servius* interpretatur paulatim: *Non.* vero *cap.* 4. *n.* 385. cito, velociter, *in poco tempo*: additque in eandem ſententiam illud *Ennii ex* 1. *Annal.* Hic campum celeri paſſu permenſa parumper, Conjicit in ſilvam ſe ſe. *& ex eod. lib.* Te nunc, ſancta precor Venus, & genetrix patri noſtri, Ut me de cælo viſas cognata parumper. Quæ abſurda videri non debent, cum *parumper* parvo tempore ſignificet. ¶ *Paul.* ſe *Feſto* docet, dictum eſſe per metathetiſm ſyllabarum, quaſi *perparum*: ſed reiſtus rectæ, cum in *tantiſper*, & *paulliſper* non valeat. Potiue a Græca conſuetudine ducas πανὸν τοῦ, ut ὀλίγον τοῦ, ἕνα τοῦ, &c.

PARUNCULUS, li, m. dimiout. a *paro, onis*. *Cic.* apud *Iſid. l.* 19. *c.* 1. Parunculis ad litus ludit parvulis.

PARUS, i, m. avis genus, cujus multas ſpecies refert *Geſnerus*: ab Italis nonnullis *pettirola* dicitur. *Auctor carm. de Philom. v.* 9. Patus enim quamvis par noctem tinniat omnem.

PARVULUM, *un pochetto*, paululum. *Plin. l.* 8. *ep.* 17. *ſub fin.* Parvulum differt, patiaris adveſa, an exſpectes. *& lib.* 9. *ep. ult.* Ut nihil de die perdunt, ita de nocte parvulum acquirunt. Adde *lib.* 8. *ep.* 14. *circa med.* ubi al. leg. *paululum*.

PARVULUS, a, um, *piccolette, piccolette*, νηπιώδης, diminut. a *parvus*, puſillus, levis, brevis. *Cic.* 2. *de Invent. c.* 3. Ne dam parvulum hoc conſequimur, illud amittamus, quod maximum eſt. *& cap.* 8. Parvula impulſio. *Id. pro Quinct. c.* 16. In parvulo re captinoir aliquid vereri. *Cæſ. l.* 2. *B. Gall. c.* 30. Parvulis prælii cum hoſte contendere. *& lib.* 5. *c.* 50. Non parvulum detrimentum. *Hirt. de B. Afric. c.* 35. Paevulum navigium. *Brut. ad Cicer. Fam.* 11. *ep.* 10. Parvulam manum militum inermium habere. *Cic. pro Roſc. Com. c.* 8. Illa fuit pecunia immanis, hæc parvula. *pochiſſima ſumma. Lucret. l.* 4. *v.* 193. Parvula cauſa. *Juvenal. ſat.* 10. *v.* 340. mora. *Plin. l.* 17. *c.* 24. Sonum edere parvuli Stidoris. *Id. l.* 35. *c.* 10. Parvula tabella. ¶ Sæpe refertur ad ætatem, & infantem puellamque ſignificat. *Virg.* 4. *Æn. v.* 328. ſi quis mihi parvulus aula Luderet Æneas. *Juſtin. l.* 15. *c.* 4. Anchora, quæ in femore Selſuci nata cum ipſo parvula fuit. *Id. l.* 12. *c.* 5. A parvula ætate laboribus indurati. *Plaut. Merc.* 1. 1. 89. Qui olim a puero parvulo mihi pædagogus fueret. *Terent. Andr.* 1. 1. 8. Poſſquem te emi a parvulo. *Cæſ. l.* 6. *B. Gall. c.* 10. Ab parvulis labori ac duritiei ſtudent. ¶ De bellis. *Cæſ. l.* 6. *B. Gall. c.* 27. Uri aſſueſcere ad homines, & manſueſcere, ne parvuli quidem excepti, poſſunt. ¶ De indocto, aut ſtulto, *Attnob. l.* 1. *pag.* 25. Quid dicitis, o parvuli, incomperta vobis & neſcia temeriariæ vocis loquacitate gaurientes?

PARVUS, a, um, *picciole*, μικρός, exiguus, modicus, levis. Volunt eſſe a πάσσω, paucus, brevis. *Cic.* 2. *de Orat. cap.* 20. Si hoc in parvis, aut mediocribus rebus doctioues aſſequi poſſunt, non idem ſentio renta hac in re, tamque immenſa paſſe fieri. *Id.* 3. *Q. Fr. ep.* 8. Non enim commoda quædam ſequebamur parva ac mediocria. *Plin. initio l.* 20. Nemo id parvum ac modicum exiſtimaverit. *Cic.* pro *Cluent. c.* 34. *a med.* Hæc apud Junium parva & infirma ſunt. *Id.* 1. *de Legib. c.* 5. *ad fin.* In parvum quendam & anguſtum locum concludi. *Id.* 2. *Agrar. c.* 31. Prumiſcue toto campo Martio, quam propria parva frui parte malletis. *Virg.* 4. *Georg. v.* 176. ſi parva licet componere magnis. *Nep. in Themiſt. cap.* 5. *extr.* Parvo numero navium. *Plin. l.* 12. *c.* 13. Cardamomum odoris parvi. *di poco odore*. Sic *lib.* 21. *c.* 31. Trychnus inſaniam facit,

cit, parvo quoque ſucco. *Cic. pro Cocina. cap.* 10. Beneficium non parvum. *Id.* 2. *de nat. Deor. c.* 48. Parvi piſciculi. *Id. in fragm.* apud *Lactant. l.* 6. *c.* 2. Parvus libellus. *Id. poſt vidor. ad Quir. c.* 8. Parva uſvicula. *Horat. l.* 1. *ſat.* 6. *v.* 86. merces. ¶ Abſolute *Horat. l.* 2. *ſat.* 2. *v.* 110. & *Cic.* 12. *Attic. ep.* 29. Contentus parvo. *di paco. Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 139. Agricolæ priſci, fortes, parvoque beati. *Senec. ep.* 123. Neceſſarium eſt parvo aſſueſcere. *Horat. l.* 2. *od.* 16. *v.* 13. Vivitur parvo bene. *cum paco.* ¶ Refertur ſæpe ad æſtimationem, & pretium. *Cic.* 6. *Verr. c.* 60. Preſin parvo vendere. *Terent. Hecyr.* 5. 3. 1. Meam herus eſſe operam deputat parvi pretii. ¶ Abſolute *Plaut. Mil.* 4. 8. 41. Parvi ego illos facio. *gli ſtimo paco.* & *Capt.* 3. 5. 24. Parvi æſtimo, ſi ego hic peribo. *Cic. pro Archi. c.* 6. Pericula mortis atque exſilii parvi eſſe ducenda. *Nep. in Eumen. c.* 10. *extr.* Omnes præ illo parvi futuros. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 156. Quanti emptus? parvo. *Cic.* 1. *Attic. ep.* 3. Signa ubi ſi diligenter, parvoque curata ſunt. ¶ Huc & illa pertinent. *Cic.* 1. *Offic. c.* 22. Parva ſunt forti arma, niſi eſt conſilium domi. *Æl. leg.* parvi. & *cap.* 20. Quæ eximiis plerisque, & præclam videatur, parvu ducare. *Id. pro leg. Manil. c.* 7. & *ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. *c.* 7. Parvi refert, abs ta jus dici diligenter, niſi, &c. *pore rileva.* ¶ Item ad ætatem puerilia, & infantiæ. *Cic.* 3. *de Fin. c.* 5. Antequam voluptas, aut dolor attigerit, ſalutaria apperent parvi. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 70. memini quæ plagoſum mihi parvo Orbilium dictare. *a me fanciulla.* & *Cic.* 2. *de Legib. c.* 4. A parvis diſcimus. *da fanciulli. Liv. l.* 1. *c.* 39. *ſub fin.* Puer in domo a parvo eductus. *Suet. l.* 2. *ſilv. ult. v.* 43. Una veſcitur omnis ordo menſa, Parvi, ſemius, plebs, equus, ſenatus. *Id.* 7. *Theb. v.* 520. liquidis enim parvoſque, ſeneſque, Et lacrymas has quiſque domi. *Suetan. in Aug. c.* 48. Reſtorem apponere ætate parvis, aut meute lapſis. ¶ *Parvum* pro *parvorum* hoc ſenſu habet *Stat.* 1. *Theb. v.* 609. ¶ Cum reſertus ad tempus, brevem ſignificat. *Terent. Andr.* 1. 1. 83. Parvæ conſuetudinis cauſa. *Lucret. l.* 5. *v.* 1057. (& *Val. Flacc. l.* 8. *v.* 273.) Omnia conquaſſari in parvo tempore cernes. *Lucan. l.* 4. *v.* 476. parvo noe. & *lib.* 6. *v.* 806. vita. ¶ Translate *Horat. l.* 1. *ep.* 17. *v.* 39. hic onus horret, Ut parvis animis, & parvo corpore mnjus: Hic ſubit, & perfert. *poco ſpirito.* & *lib.* 2. *rp.* 1. *v.* 257. ſed usque parvum Carmen majeſtas recipit tua. *b. r.* humile. *Id. l.* 3. *od.* 23. *v.* 15. Parvi dii. *b. c.* parvæ potentiæ, minorum gentium, at *v.* gr. Penates. *Terent. Eun.* 1. 2. 117. Parvum fidem habere alicui. *credar poco.* & *Plin. l.* 6. *rp.* 29. Homo parvo ingenio. *di poco ingegno.* & *Virg. Ecl.* 3. *v.* 54. Sunibus hæc imis (res eſt non parva) reponas. *non è coſa di poca importanza.* & *Horat. l.* 2. *ep.* 3. *v.* 28. hoc opus, hoc ſtudium parvi properemus, & ampli. *b. c.* pauperes, humiles, ignobiles. *Hort. de B. Afric. rap.* 57. Aquinius homo novus, parvuſque Seuſtus. ¶ *Parvus*, & *parvum* pro *parum. Lucan. l.* 4. *v.* 239. ſi torrida parvus Venit in ore cruor. *b. c.* parum, ſeu uliquantum cruoris. *Id. l.* 2. *v.* 128. parvum ſed feſſa ſuuctus Sanguinis effudit jugulo. ¶ *Parvo* pro *paulo. Liv. l.* 10. *c.* 45. *a med.* Ut parvo admodum plures caperentur. Eſt qui aliter leg. *Plin. l.* 2. *c.* 67. Parvo brevius, quam tempus Septentrio eremigatus. *Id. l.* 16. *c.* 25. *ſub fin.* Silveſtrium primæ ſorent ſambucus, & cornus, parvoque poſt pirus, &c. Poteſt tamen in his *ſparſa*, aut *tempore* ſubintelligi: ut in illo *tyuſd. l.* 5. *c.* 11. Tam parvo diſtat ibi tunes rerum naturæ diverſitat. ¶ Gradus ſunt *minor, minimus*, quæ ſuo loco. Reperitur tamen & *parvior, parviſſimus. Varr.* apud *Non. c.* 6. *n.* 43. Rictus parviſſimus. *Lucret. l.* 1. *v.* 608. & 614. & *lib.* 3. *v.* 200. parviſſimu corporu. *Cal. Aurelian. l.* 2. *Tard. c.* 1. *ante med.* Vnlantum parviores. Adde *l.* 3. *c.* 8. *ſect.* 103.

PASCALIS, le, paſcualis. *Feſtus*: Paſcales oves, pro paſcuales, Cato dixit. *Lucil.* apud *eund.* in *Solin.* Paſcali pecore, oc montano, hirto, utqus ſoloco.

PASCEOLUS, i, m. *borſa, a ſacchetto di pelle*, ſacculus ex aluta, ut *Non. v.* 2. *n.* 635. interpretatur. Volunt eſſe diminutivum u *φιτκυλος*, quod eſt marſupium, teſte *Suida*. *Plaut. Rud.* 5. 2. 26. Nummi octingenti aursi in marſupio infuerunt: prærerea centum denaria Philippea in paſceolo feorſus. *Cato* apud *Non. loc. cit.* Pueri in ludo ſolent paſceolos furari. Adde *Lucil. ibid.*

PASCHA, æ, n. *Paſqua*, פסח, Πάσχα, feſtum Hebræorum, & Chriſtianorum verno tempore, a פסח tranſitus, quod a rad. פסח tranſiit. Hisroſolymitani pro פסח dixere פסחא. Ratio nominis eſt, quod Angelus, cum cæderet Ægyptios, domos Iſraelitarum ægni ſanguine illitas tranſierit. In Græco N. T. textu eſt indeclinabile. *Tertull. ad Uxor. l.* 2. *c.* 4. Solemnibus Paſchæ abnoctare. *Auſon. ep.* 10. *v.* 17. Nos etenim primis poſt fauctum Paſcha diebus. ¶ Invenitur etiam *Paſcha, æ*, ſ. *Symmach. l.* 10. *ep.* 77. Nec fas eſt Paſcharum dies ſine ſacerdote celebrare. *Tertull. in carm. l.* 2. *adverſ. Marcion. r.* 3. Lege dedit Paſcham, gaudens atqus immolat agnum. ¶ Sunt qui inflectunt in 3. declin. *Paſcha, atis*, ut *Ambroſ. de myſter. Paſchatis*, & alii ſequioris ævi.

PASCHALIS, le, *Paſquale*, ad Paſcha pertinens. *Sedul. initio operis.* Paſchales quicumqus dapes conviva requiris. & *verſ.* 20. Paſchalia dona. *Impp. Gratian. Valentinian.* &c. *lib.* 9. *Cod. Theodoſ. tit.* 35. *leg.* 4. Paſchale tempus.

PASCITO, as, a. 1. *paſcolare*, frequentativum a *paſco*. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 16. *circa med.* Feres apes dico, quæ in ſilveſtribus locis paſcitant: eicures, quæ in cultis.

PASCO, is, pavi, paſtum, a. 3. *paſtovſi, paſcolare, mangiare, ſlare, ſtanare*, comedo, veſcor: a *πάω*, vel a *βόσκω*, quæ idem ſignificant. Uſurpatur tum active poſitione, præſertim in participio præſentia (& ſubintelligitur accuſativus *ſe*, &c.) tum paſſiva. *Virg. Ecl.* 3. *v.* 96. Tityre, paſcentes a flumine reijce capellas. & 3. *Georg. v.* 466. *da ove agrotanta.* Extremamque ſequi, aut medio procumbere campo paſcentem. *Plaut. Muſtell.* 4. 1. 22. Ire vis mola paſtum foras. *Martial. l.* 9. *epigr.* 82. Duxerat ſturiens locupletem locupletem pauper, aoumque Usorem: paſcit Gellius, &c. *Plaut. Rud.* 4. 7. 12. Quam ſi quis avidus paſcit eſcam avariter, decipitur in tranſenna avaritia ſua. *Æl. leg.* paſcit. *Perſ. ſat.* 3. *v.* 55. juventus Invigilat filiqnis, & grandi paſta polenta. *Virg.* 3. *Georg. v.* 161. Cetera paſcuntur virides armenta per herbas. & *verſ.* 528. Frondibus & victa paſcuntur ſimplicis herbæ. ¶ Cum accuſativo Græca ratione. *Id. ibid. v.* 314. Paſcuntur vero ſilvas, & ſumma Lycæi, Horrentesque rubos, & amantes ardua dumos. & *l.* 4. *v.* 181. *de apib.* paſcuntur & arbuta paſſim, Et glaucas ſalices, caſiamqua, crocumque rubentem. *Servius* quoqus *ad Æn. t. v.* 198. & *lib.* 2. *v.* 215. docet *paſco*, & *paſcor* unius eſſe ſignificationis. Addunt Lexicographi duo loca *Ovidii* 4. *Metam. v.* 634. & 1. *Faſt. v.* 381. quæ nptimi libri ita exhibent, ut nihil huc pertineant. ¶ Sæpius eſt pabulum dare, cibum præbere, ad pabulum ducere, *dar da mangiare, paſcere, paſturare, condurre al paſcolo. Cic.* 2. *Offic. c.* 4. Beſtias paſcere, aut domare. *Varr. l.* 2. *R. R. r.* 1. a *med.* Neceſſe eſt conſtituat numerum, quot greges, & quanm ſit paſturus. (Adde *cap.* 20.) *Ovid. 6. Metam. v.* 394. & quiſquis montibus illis Lanigerosque greges, armentaque bucera pavit. *Cic. 6. Attic. ep.* 1. a *med.* Oluſculis nos ſoles paſcere. *Id.* 1. *de Divin. c.* 17. Cum propter pauperrtatem ſues puer paſceret. *Virg. Ecl.* 2. *v.* 78. non, ma paſcente, capellæ Florentem cytiſum, & ſalices carpere umarus. *Cir. ſub fin. l.* 1. *Offic. Plin. l.* 18. *c.* 5. & *Colum. in præfat. l.* 6. A Catone cum quæreretur, quid maxima in re ſumiliari expediret, reſpondit, bene paſcere. *b. c.* bonos greges, & urmenta ulers. Sic *Senec. in ſ. epiſt.* 2. Quid refert, quantum illi in arca, quantum in horreis jaceat, quantum paſcat, aut ſeminat? ¶ Inter paſcere, & alere diſcrimen ſtatuit *Non. r.* 5. *n.* 74. ut prius ſit cibum præbere, alterum ſufficiendi generis enram habere. *Varr. ibid. & cap.* 4. *n.* 118. Ubi graves paſcantur, & alantur pavonum greges. ¶ Eſt etiam univerſim ulere, nutrire, *alimentare, nutrire, mantenere. Plin. l.* 18. *c.* 3. Iis moribus non modo ſufficiebant fruges, nullis provinciarum paſcente Italiam, verum etiam annone vilitas incredibilis erat. *Id. l.* 12. *c.* 14. Nam & banigna certo ituurum numero deus hoſpites paſcit. *ſa le ſpeſe. Virg.* 7. *Æn. v.* 684. quos dives Anagnia paſcit, quos Amaſene pater. *Cic. pro Mil. c.* 2. Quos P. Clodii furor repinis, & incendiis, & nmnibus exitiis pavit. *Juvenal. ſat.* 7. *v.* 93. Haud tamen invideas vati, quem pulpita pſcuut. & *ſat.* 12. *v.* 28. pictores quis neſcit ab Iſide paſci? *Virg.* 2. *Georg. v.* 389. *campus* ſilicem curvis invifam paſcit aratris. *Petron. in fragm. Tragur. c.* 57. *Burm.* Viginti ventres paſco, & causam. *Apul. l.* 1. *Metam.* Neque praeter unicam paſcit ancillulam. ¶ Item de eo, qui quotidie uut ſæpe ulios convivio excipit, *ſort*, u *mettor tavola. Spartian. in Adrian. c.* 17. Cum plurimos ſuis ſumptibus paſceret. *Æl. leg.* Quum cum pluuimis ſummatibus paſceret. *Lamprid. in Alex. Severo, c.* 41. Argentum & miniſtros ante, quando paſcebat, accipiebat ub umicis. ¶ Translate *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 35. Paſcere barbam. *Virg.* 7. *Æn. v.* 391. ſacrum Baccho crinem. *τ.δεω κόμω, laſciar creſcere.* Sic *Stat.* 8. *Theb. v.* 493. Ille genat Phœbo, crinem hic paſcebat Bacche. *Ovid. de remed. amor. v.* 749. amorem. *Virg. Æn.* 2. *v.* 683. Lambere flammu comas, & circum tempora paſci. *Ovid.* 14. *Met. v.* 467. Danaas paverunt Pergama flammas. *Virg.* 11. *Æn. v.* 786. pineus ardor acervo Paſcitur. *b. c.* ignis nutritur pineis lignis. *Val. Flacc. l.* 1. *v.* 677. Tuoc quocumqus loco meritus tibi plurimus aras Paſcet honos. *b. c.* plurima hoſtia excolet augebitque aras. *Ovid.* 4. *Triſt. el.* 4. *v.* 63. ubi Taurica dira Cæde pharetmtæ paſcitur ara deæ. *Æl. leg.* ſpargitur. *Virg.* 10. *Æn. v.* 627. ſpes paſcis inanes. *Plin. l.* 14. *c.* 1. Stat per ſe vitis ſius ullo pedamento, artus ſuos in ſe colligens, & brevitate craſſitudinem paſcens. *mantenendo, nutrendo. l. lib.* 17. *c.* 11. Umbre alno pinguis, ſed paſcens ſatu. *b. c.* nutrieus, & crefcere faciens. *Virg.* 1. *Æn. v.* 608. polus dum ſidera paſcet. *mantterrà vivo a ordenes.* Alias patabant, ſidera terrenn humore paſci, ut *Plin. l.* 2. *c.* 9. *ad fin.* tradit. & *Rutil. in fin. l.* 1. *itiner. de Octano.* coruſca ſuis ſidera paſcit aquis. & *Lucan. l.* 10. *v.* 158. Nec non Oceano paſci Phœbumqus, polumqus, Credimus. *Martial. l.* 12. *epigr.* 58. Dura ſuburbani dum jugera paſcimus agri. *b. r.* colimus, & multa impenſa ſuſtinemus, paſcimuſque quodammodo potus, quam ab illo paſcamur, cum ſumptus reditum ſuperent. *Horat. l.* 1. *ep.* 18. *v.* 35. nummus alienos paſcere. *b. c.* augere, ut alisnum contrubendo, & uſuras ſolvendo. ¶ *Paſcere oculos, animum*, oblectare, detinere, ulere, ſaziare. *Cic.* 7. *Verr. rap.* 46. Cum ejus cruciura utque ſupplicin paſcere oculos, animumque exſaturare vellent. *Id. Phil.* 11. *cap.* 3. *extr.* Ut in ejus corpore lacerando, cum anireum ſatiure uon poſſet, oculos pavesit ſuos. *Virg.* 1. *Æn. v.* 468. animum pictura paſcit inani. *Ovid.* 1. *ex Pont. ep.* 4. *v.* 21. Otia *corpus* alunt: animus quoque paſcitur illis. *Id.* 6. *Met. v.* 280. Paſcare crudelis noſtro, Latous, dolore, Paſcere, ait, ſatiaqus meo tua pectora luctu. *Cic. in Piſon. c.* 20. His ego rebus paſcor, his delector, his perfruor, quod de vobis hic ordo opinatur, non ſecus ac de teterrimis hoſtibus. *Id. Offic. l.* 2. *c.* 11. Qui maleficio & ſcelere paſcuntur. *Id. pro Sest. c.* 46. diſcordiis civium & ſeditione. *Id. Attic. l.* 4. *ep.* 10. Ego hic paſcor bibliotheca Fauſti. ¶ Paſcu-

to linguam dicebatur in ſacrificiis, ideſt coerceto; contineto, taceto. *Paul.* ex *Feſto*: ubi eſt qui vult legi *parsire*, licet obſtet litterarum ſeries. Quod *paſco* coercendi vim olim habuerit, compoſitum *compeſco* argumento eſt.

PASCUA, æ, f. idem ac paſcuum. Eſt adjectivum, & *terra* aut *humus* ſubintelligitur. *Tertull. in Apoleg. c.* 22. Quæ illi accuratior paſcua eſt, quam ut, &c?

PASCUALIS. V. *Paſcalis*.

PASCUE, adverb. laute, q. d. paſcuo abundante. *Apul. Metam.* 2. Abacus paſcue vinolentus. Al. aliter leg.

PASCUOSUS, a, um, idoneus ad paſcendum, ut Paſcuoſa herba, *Apul. de herbar. virtutib. c.* 92.

PASCUUM, i, n. *paſcuum, paſtura, νόμιον, νομή*, locus, ubi pecudes paſcuntur: item ipſum pabulum. Vos eſt adjective, & ſubintelligitur *ſolum*, *locus*, aut quid ſimile. *Varr. R. R. l.* 2. *c ult.* Ad purgandum, id, quod ab viridi paſcuo, &c. *Colum. l.* 8. 1. 14. *a med.* Ne efficeos mittatur in paſcuum. *& lib.* 7. *c.* 2. Rus, quod paſcuo caret. *Plin. in fr. ſap.* 47. *l.* 8. Ovium genera duo, tectum, & colonicum: illud mollius, hoc in paſcuo delicatius: quippe cum tectum ſubis veſcatur. ¶ Sæpius in plurali utimur. *Cn.* 2. *Agrar. c.* 1. *a med.* Utrum hanc ſilvam in relictis poſſeſſionibus, an in cenſorum paſcuis iovenitli? *Horat. epod.* 1. *v.* 27. Pecuſve Calabris ante ſidus ferviduin Lucana mutet paſcua. *Plin. l.* 18. *c.* 44. Exire in paſcua. *Virg.* 3. *Georg. v.* 323. In ſaltus utrumque gregem, atque in paſcua mittes. *Catull. carm.* 20. *de Perſeo*, *v.* 10. Meos capella delicata paſcuis In urbem odulta lacte portat ubera. *Ovid. Faſt.* 1. *v.* 243. Hic, ubi nunc Roma eſt, incultus ſilva virebat: Tantaque res paucis paſcua bubus erat. *& lib.* 4. *v.* 476. paſcua læta. *Id.* 2. *Met. v.* 689. herboſa.

PASCUUS, a, um, *de paſcuis, νομάδικος*, ad paſcendum idoneus. *Plaut. Truculent.* 1. 2. 47. Non arvus hic, ſed paſcuus eſt ager. *Lucret. l.* 5. *v.* 1247. Pandere agros pingues, & paſcua reddere rura. *Pand. Dig. lib.* 50. *tit.* 16. *leg.* 30. Paſcua ſilva eſt, quæ paſcuis pecudum deſtinata eſt. *Plin. l.* 18. *c.* 3. Etiam nunc in Tabulis Ceuſoriis paſcua dicuntur omnia, ex quibus populus reditus habet, quia diu hoc ſolum vectigal fuerat.

PASIPHAE, es, per quatuor ſyllab. f. Πασιφάη, filia Solis & Perſidis filia Oceani, ſoror Circes, & Æes, uxor Minois regis Cretæ, quem fabulæ ferunt tauri amore captam fuiſſe, Dædalique opera, qui ligneæ nam vaccæ inclufi, voti compotem factam, Minotaurum peperiſſe, media parte hominem, reliqua taurum referentem, quod monſtrum poſtea in Cretenſi labyrintho Theſeus dicitur interfeciſſe, Ariadnes ope adjutus. *Servius ad Æn. 6. v.* 14. Minois ſcribam fuiſſe tradit nomine Taurum, cum quo Paſiphae mutuo ejus amore capta, in Dædali ædibus concubuit. Filiam etiam ex Minoe peperit, quæ Phædra dicta eſt. In numero deorum habita eſt. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 19. & 1. *de Divin. c.* 43. V. plura apud *Serv. loc. cit.* & *Hygin. fab.* 40. *Virg. abid.* Hic crudelis amor tauri, ſuppoſitaque furto Paſiphae, mixtumque genus, proleſque biformis. *Id. Ecl.* 6. *v.* 46. Paſiphaen nivei ſolatur amore juvenci. ¶ *Paſiphaa*, æ, poſitio Latina eſt. *Cic. de Divin. lec. cit.* In Paſiphaæ fano.

PASIPHAETUS, a, um, ſex ſyllabar. ad Paſiphaen pertinens. *Ovid.* 15. *Met. v.* 500. Sed tamen ille ego ſum: me Paſiphaeia quondam Tentatum fruſtra, patrium temeraſſe cubile Aiguit. *h. e.* Phædra filia Paſiphaes.

PASITHEA, æ, & Pasithee, es, f. Πασιθέη, una ex tribus Gratiis, quam *Homer. Iliad.* 14. *v.* 267. Somni uxorem facit. *Catull. carm.* 62. *de Atys*, *v.* 43. Trepidantemque eum excepit dea Paſithea ſinu. *Stat. l.* 2. *Theb. v.* 286. Non hoc Paſithee blandarum prima ſororum, &c.

PASSALES & oves, & gallinæ appellantur, quod paſſim paſcuntur. *Paul.* ex *Feſto*.

PASSARIÆ FICUS, *ficbe ſeccati al ſole*, ad ſolem paſſæ. *Capitolin. in Clod. Albin. c.* 11. V. *Calliſtruthus*.

PASSARINUS. V. *Paſſerinus*.

PASSER, eris, m. *paſſero, στρουθός*, & *στρουθίων*, ut in *Gleſſis* dicitur, avis ſalacciſſima. *Plin. l.* 10. *c.* 36. Paſſeri minimum vitæ, cui ſalacitas palumbis par. Mares negantur anno diutius durare, argumento, quia nulla varis initio appareat nigritudo in roſtro, quæ ab æſtate incipit. Feminis longiſculum ſparium. *& cap.* 38. Avium ambulant aliquæ, ut cornices: ſaltant aliæ, ut paſſeres. *Id. l.* 18. *c.* 17. *a med.* Peſtem a milio atque panico, ſturnorum, paſſerumve agmina, ſcio abigi herba, cujus nomen ignotum eſt. *Id. l.* 30. *c.* 15. *a med.* Venerem concitant paſſeres in cibo, vel ova eorum. *Cic.* 2. *de Fin. c.* 23. Voluptas, quæ paſſeribus nota eſt omnibus, a nobis intelligi non poteſt? *Id.* 1. *de Divin. c.* 33. & *lib.* 2. *c.* 30. Apud Homerum Calchas ex paſſerum numero belli Trojani annos auguratus eſt. ¶ Turpem ſententiam hoc nomine obtegere videntur *Catull. carm.* 2. *&* 3. *& Martial. l.* 11. *epigr.* 7. ¶ Habet locum in blanditiis. *Plaut. Caſ. a.* 1. *v.* 50. Meus pullus paſſer, mea columba, mi lepus. ¶ *Paſſer marinus* eſt ſtruthiocamelus, *ſtruthio*, omnium avium maximus, Græce *στρουθός*: *marinus* autem, quia peregrinus eſt, & trans mare advehitur. *Plaut. Perſ.* 2. 2. 17. *Anſon. in ſ. ep.* 11. & *Feſtus*. ¶ Eſt etiam *paſſer* marinus piſcis ex genera planorum. *Plin. l.* 9. *c.* 20. Marinorum alii ſunt plani, ut rhombi, ſoleæ, ac paſſeres: qui a rhombis ſitu tantum corporis differunt. Dexter reſupinatus eſt illis, paſſeri lævus. *Ovid. in Halieut. v.* 124. Fulgentes ſoleæ candore, & concolor illis Paſſer. Adde *Horat. l.* 2. *ſat.* 8. *v.* 29. & *Colum. l.* 8. *c.* 16.

PASSERCULUS, i, m. *στρουθίον*, parvus paſſer. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 30. Cur autem de paſſerculis conjecturam facit? ¶ Uſurpatur interdum in blandiliis amantium. *Plaut. Aſin.* 3. 3. 76. Dic me tuum paſſerculum, gallinam, columeam.

PASSERINUS, a, um, ad paſſerem pertinens. *Pompon.* apud *Non. cap.* 2. *n.* 335. Ut in abjectes fruſtatim paſſerinum prandium. *h. e.* ita diſcerptum, & minutatim conciſum, ut paſſerum cibus eſſe poſſis. ¶ Apud *Martial. l.* 7. *ep.* 6. *& l.* 12. *ep.* 36. *Paſſerinus* eſt nomen equi curſoris velociſſimi. In tabula marmorea apud *Gruter. pag.* 341. legitur *Paſſorino*, & eſt nomen equi Circenſis.

PASSERNICES, vox Celtica, qua ſignificantur cotes aciem aqua tractes. *Plin. l.* 36. *c.* 22. *a med.*

PASSIBILIS, le, *paſſibile*, qui pati poteſt. *Arnob. l.* 7. *pag.* 214. Quidquid vexatur rei alicujus motu, paſſibile eſſe conſtat, & fragile. Adde *Tertull. adverſ. Prax. cap.* 29. & *Prudent. in Apoth. v.* 74.

PASSIBILITAS, atis, f. *paſſibilitá*, aptitudo ad recipiendam paſſionem. *Arnob. l.* 2. *pag.* 62. Paſſibilitate intervenieute corruptibilem eſſe.

PASSIBILITER, adverb. patiendo. *Tertull. de anim. c.* 45. Anxie, & paſſibiliter in ſomniis conterreri.

PASSIM, *quo a là, ſenz' ordine, diſcretamente, ἀνακρίδην*, ſparſim, huc illuc ſine ordine: a ſupino *paſſum* verbi *pando*, *is*, quaſi late, & expandendo ſe. *Caſ. l.* 2. *B. Civ. c.* 38. Numidæ quadam barbara conſuetudine nullis ordinibus paſſim conſederant. *Brut. ad Cæſar.* 11. *Fam. ep.* 13. Antonius itinera fecit multo majore fugiens, quam ego ſequeus. Ille enim iit paſſim, ego ordinatim. *Aſcilto* apud *Servium ad Æn.* 12. *v.* 111. Tetrariorum quartum ſignum accedebat, ſive paſſim iter facem volebat, *e con vaſtezza*, *o con luogo e ſparſo ordinanza*. *Sect.* 11. *Theb. v.* 758. nulli ſua ſigna, ſuuſque Ductor: eunt taciti paſſim. *Quintil. declam.* 4. *c.* 13. *rare.* Ida credis paſſim fortuitoque diſpoſita? *Virg.* 4. *Æn. v.* 162. Et Tyrii comites paſſim diverſa per agros Tecta metu patiere. ¶ Item ſine diſcrimine, promiſcue, *indiſtintamente*, *ſenza regola*, *e riguardo. Tibull. l.* 2. *el.* 3. *v.* 41. Glans alnus veteres, & paſſim ſemper amaruat. *Juſtin. l.* 43. *c.* 2. Ut Saturnalibus, exæquato omnium jure, paſſim in conviviis ſervi cum dominis recumbant. ¶ Item ſparſim, omnibus locis, undique, *ſparſamente*, *da per tutto. Cic. pro Sull. c.* 25. Non occultavi, non continui domi, ſed deſcribi ab omnibus librariis, dividi paſſim, & pervulgari, atque edi imperavi. *Id.* 2. *de Orat. c.* 6. Volucres paſſim ac libere, ſolutas opere, volitare. *Id.* 2. *de Divin. c.* 38. Volucres huc & illuc paſſim vagantes. *Id. pro Roſc. Amer. cap.* 46. *a med.* Paſſim par forum volitat cum magna caterva togatorum. *Plin. l.* 19. *c.* 8. *circa med.* Aſparagi aliud genus paſſim etiam montibus naſcens. *Id. l.* 26. *c.* 12. Paſſim & in quacumque parte corporis naſcuntur furunculi. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 41. Paſſim carpere, colligere undique. *Id. pro Mur. c.* 35. Senatus nom crimen putat ad prandium invirere? minime, ſed vulgo, paſſim. quid eſt vulgo? univerſos. *Lactant. l.* 2. *c.* 6. *ad fin.* Eo paſſim confugerunt ea fuitimis locis peſſimi quique.

PASSIO, onis, f. *paſſione, patimento, πάθος*, perpeſſio. *Cornel. Gallus* (vel quicumque alius ejus carminis auctur eſt) *eleg.* 5. *v.* 42. Si nhil immutavit paſſio, nulla fuit. *Prudent. periſteph.* 2. *v.* 292. Pulcrumque mortis exitu Omnis peracta ei paſſio. Uſi ſunt præterea *Tertull. adverſ. Valentinian. c* 9. *extr. & adverſ. Gnoſt. c.* 13. *Apul. l.* 2. *de doctrin. Plat. & de deo Socrat. & de Mundo*, & *Severr. Sulp. l.* 2. *Hiſt. c.* 31. & alii hujus notæ. Pro morbo ſæpiſſime uſurpat *Cael. Aurelian.* ¶ Pro ægritudine animi, ſeu perturbatione, ſæpe *Auguſtin.* præſertim in libris *de civitate Dei*, ubi notat *l.* 8. *c.* 17. *a med.* πάθος verbum de verbo eſſe *paſſionem*. Sic *de nupt. & concupiſc. c.* 33. Paſſio, inquit, in lingua Latina, maxime in uſu loquendi Eccleſiaſtico, non niſi ad vituperationem conſuevit intelligi.

PASSIONALIS, le, ad paſſionem pertinens, patibilis. *Tertull. de teſtimonio anim. c.* 3. Si Deus iraſcitur, corruptibilis, & paſſionalis eſt. *h. e.* paſſioni ſubjectus. Adde *cap.* 4. *& Cael. Aurel. Tard. l.* 1. 1. 4. *fell. fig.*

PASSIVE, idem quod paſſim, ſparſim. *Apul. l.* 11. *Metam.* Crines uberrimi per colla paſſive diſpoſiti. Adde *Tertull. adverſ. Pſych. c.* 2. Utroque autem loco eſt qui *paſſim* reponit. ¶ Paſſivorum verborum more, *paſſivamente*. *Priſcian. l.* 8. *pag.* 791. *Pauſch.* Lucilius: *a me auctoratus ſi eſt*: paſſive, *παθητικῶς*.

PASSIVITAS, atis, f. frequentia promiſcua: a *paſſim*. *Tertull. de Poll. c.* 4. *a med.* Quantum denotatui paſſivitas offert. *& in Apolog. c.* 9. Suppeditante materias paſſivitate luxuriæ.

PASSIVITUS, adverb. idem ac paſſim. *Tertull. de Poll. cap.* 3. *ſub fin.*

PASSIVUS, a, um, adject. *paſſibile*, qui pati poteſt, *παθητικός*. *Arnob. l.* 2. *pag.* 65. Argumenta ſunt præſto, quibus anima paſſiva & interibilis iaventur. Adde *Apul. de deo Socrat.* ubi Dæmones vocat animalia ingenio ratiouabilia, animo paſſiva, quod ſint iiſdem, quibus nos perturbationibus mentis obnoxii. ¶ *Paſſiva verba* a Grammaticis dicuntur, quæ paſſionem ſignificant, ut *amor*, *verbervor. Chariſ. l.* 2. *Diomed l.* 1. *Priſcian. l.* 8. & alii. ¶ Interdum *paſſivus* dicitur, qui promiſcuus eſt, & pluribus communis: a *paſſim*. Hinc *Tertull. l.* 1. *adverſ. Marcion. c.* 7. paſſivum nomen Dei dixit, quia & hominibus dictum eſt, Ego dixi, dii eſtis. Sic *Jul. Firmic. l.* 5. *c.* 1. paſſivas cupiditates. *h. e.* quas paſſim homines ſectantur. *Apul. l.* 6. *Metam.* Semimum paſſiva congeries. *h. e.* promiſcua.

PASSUM, i, n. *vino d' uva paſſa, paſſo, γλυκύ*, vinum expreſſum ex uvis paſſis. *Colum. l.* 12. *c.* 39. *Plin. l.* 14. *c.* 9. & *Pallad. in Octobr. tit.* 19. ejus conficiendi rationem docent. *Varr.* apud *Non. c.* 27. *n.* 16. Paſſum nominabam, ſi in vinderuia uvam diutius coctam legerent, eamque paſſi eſſent in ſole aduri. *Virg.* 2. *Georg. v.* 93. Et paſſo pſythia utilior. *Geſſ. l.* 2. *c.* 18. *ad fin.* Paſſum quo ex ſiccio-

ficiors uva eſt, eo valentius eſt. *Ulpian. Dig. lib. 33. tit. 6. leg. 9.* Si quis vinum legaverit, œnomeli plane continebitur, & paſſum: defrutum non continebitur.

PASSUS, a, um, ꝑ. paſſ. qui paſſus eſt: particip. a *patior. Virg. Æn.* 2. v. 203. O paſſi graviora: dabit deus his quoque finem. *Horat. in fin. ed.* 7. *l.* 1. O fortes, pejoraque paſſi Mecum ſæpe viri, nunc vino pellite curas. *Ovid. de remed. amor.* v. 304. Ante ſuam quoties paſſa jacere forem! *mi laſciva.* & *Metam.* 7. v. 274. caputque novem cornicis ſæcula paſſæ. *h. e.* quæ vitam toleravit. ¶ *Uva paſſa* dicitur, quæ poſt maturitatem diu in vite pendeos ſolem paſſa eſt, & etiam poſt vindemiam ſoli expoſita ejus ardorem ſenſit, *uva paſſa. Plin. l.* 14. *c.* 1. *a med.* A patientia nomen acinis datur paſſis. *Virg. 4. Georg.* v. 269. pſythia paſſos de vite racemos. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 98. ſuſpende te. *Mi.* ſiquidem tu es mecum ſeturus pro uva paſſa peaſibus. Sic *Plin. l.* 18. *c.* 13. Rapa durant & in ſua terra ſervata, & poſtea paſſa, pæne ad altum proventum. *ſecrate al ſole.* Sunt qui hoc ſenſu ducunt a *panda*, ut ſit uva vel rapa ad ſolem expanſa. ¶ *Lac paſſum* apud *Ovid. Met.* 14. v. 274. eſt coctum. ¶ Translate *Lucil.* apud *Non. c.* 1. *n.* 38. Rugoſi, paſſique fence eadem omnia quærunt. *h. e.* exſucci, exfangues, *famines.* ¶ *Paſſus* a *pando* aſt extenſus, expanſus, explicatus, patens, apertus, *ſtrſe, ſprengus, diſſuſe, operto. Gell. l.* 15. *c.* 15. Ab eo quod eſt *panda* veteres *paſſum* dixerunt non *panſum*: & cum præpoſitione *expaſſum*, non *expanſum. Ovid.* 3. *Amor. el.* 2. v. 45. ſertur paſſæ victoria pennis. *Plaut. Stich.* 2. 2. 45. In portum venta ſecundo, velo paſſo pervenit. *Cic. ſub fin. Tuſcul.* 1. Quo utinam velis paſſis pervehi liceat. *h. e.* celeri curſu, quia expanſis velis cito navis fertur. *Plin. l.* 7. *c.* 17. Quod ſit hominis ſpatium a veſtigio ad verticem, id eſſe paſſis manibus inter longiſſimos digitos, obſervatum eſt. *le braccia ſtrſe e allargate. Cæſ. l.* 3. *B. Civ.* c. 98. & *Enn.* apud *Non. c.* 4. *n.* 364. Paſſis late palmis. *Nonuſſan. in Cynag.* v. 141. *de canibus venaticis.* Quis nondum greſſus ſtabilas, neque lumina paſſa Luciferum videre jubar. ¶ *Crines paſſi* ſunt ſoluti & expanſi. *ſciolti, diſtrſi, nõa ſtrigati*: quales habere mulieres ſolent in luctu, & in ſupplicationibus. *Cæſ. l.* 1. *B. Gall.* c. 51. *extr.* Mulieres in prœlium proficiſcentes mites, paſſis crinibus, flentes implorabant, ne ſe in ſervitutem Romanis traderent. *Virg. 1. Æn.* v. 483. ad templum non æquæ Palladis ibant Crinibus Iliadeæ paſſis. Adde *Liv. l.* 1. *c.* 13. ubi de Sabinis feminis prœlium dirimentibus loquitur: & *lib.* 7. *cap.* 40. *a med.* & alibi. In ſingulari *Terent. Phorm.* 1. 2. 56. Capillus paſſus, nudus pes, ipſa horrida. & *Hauſt.* 2. 3. 49. Capillus paſſus, prolixus, circum caput rejectus aſſigiente. *Cæſ. l.* 7. *B. Gall. c.* 48. *a med.* Matresfamiliæ ſuos obtestari, & more Gallico paſſum capillum oſtentare. *Gell. l.* 6 *cap.* 15. Capillo eſſe mulier paſſo dicitur, quaſi porrecto & expanſo. ¶ Pro *paſſus* al. leg. *ſparſus* in allatis exemplis: & promiſcue in libris hæ duæ voces reperiuntur. Videntur tamen *ſparſi crines* aliquando plus eſſe, quam *paſſi*, nempe non ſolum expanſi, ſed tuebati, & diſjecti, *ſcarmigliati*: cujuſmodi ſunt in furentibus, vetieinantibus, Bacchantibus. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 709. per medias ſparſis furibunda capillis Evoluit, ut thyrſo concita Bacche, vias. Adde *Metam.* 8. v. 107. &c. ¶ *Paſſo verbo*, preſa oratio. *Arnd. in Florid. n.* 15. *a med.* (*al ſub fin. l.* 2.) Pherecydes primus, verſuum natu repudiato, conſcribere auſus eſt paſſis verbis, ſoluto loquto, libera oratione.

PASSUS, us, m. *paſſo, βῆμα*, greſſus, gradus, extenſio pedum in progrediendo: a *paſſum* verbi *pando, is. Cic. pro Marcell. c.* 2. Nec vero disjunctiſſimas terræ citius quiſquam pauibus potuiſſe peragrari, quam tuis non dicam curſibus, ſed victoriis luſtratæ ſunt. *Plaut. Bacch.* 4. 7. 33. Sequere me hac tres nunc paſſim. *Virg.* 2. *Æn.* v. 723. dextræ ſe parvus Iulus Implicuit, ſequiturque patrem non paſſibus æquis. & *lib.* 7. v. 156. feſtinant juſſi, rapidiſque feruntur paſſibus. & *lib.* 11. v. 907. nec longis inter ſe paſſibus abſunt. *Val. Flacc. l.* 3. v. 357. jam paſſibus ægris Dilapſæ cum prole nurus. *Ovid.* 2. *Met.* v. 572. dum per litora lentis Paſſibus, ut ſolco, ſumma ſpatiarer arena. & *merſ.* 772. paſſuque incedit inerti. & *lib.* 13. v. 533. ad litus paſſu proceſſit aquili. & 2. *Faſt.* v. 741. cito paſſu petere aliquem. *Lucan. l.* 4. v. 278. effuſo decurrere paſſu. *Ovid. l.* 1. *Met.* v. 532. admiſſo ſequitur veſtigia paſſu. *Stat. l.* 5. *ſilv.* 2. v. 61. deſide paſſu ire. *Lucret. l.* 4. v. 824. proferre viai pedearos paſſus. *Ovid. Met.* 12. v. 64. conjunctis ſpatiantur paſſibus ambo. *Stat.* 3. *Theb.* v. 454. affectare paſſus alienos. *h. e.* ſimul ire. ¶ Translate *Plin. l.* 2. *c.* 7. Hæc eſt ad æternam gloriam via: hac proceres iere Romani: hac nunc cæleſti paſſu vadit maximus omnia gvi rector Vaſpaſianus. *Ovid.* 3. *Triſt. el.* 7. v. 36. *feneſtra* Prætitum paſſu non faciente venit. & *lib.* 5. *el.* 8. v. 15. Paſſibus ambiguis Fortuna volubilis errat. ¶ De veſtigio *Ovid. Heroid. ep.* 19. v. 27. Sæpe tui ſpecto ſi ſint in litore paſſus. *Id.* 2. *ex Pont. ep.* 6. v. 21. Turpe referre pedem, nec paſſu ſtare tenaci. *a piè fermo.* ¶ Sumitur etiam pro menſura, ita dicta a pedibus paſſis, ideſt extenſis. Duplex eſt. Primus dicitur ſimplex, & minor, & a nonnullis *greſſus*, & eſt menſura duorum pedum, & dimidii. Tantum enim fere in progrediendo ſpatii eſt inter digitos prioris pedis, & calcaneum poſteriotis. Secundus dicitur major, & geometricus, quod eo peculiariter Gromatræ omnatur, & conſtat en quinque pedibus, ſive ex duobus greſſibus, ideſt ex paſſu minore geminato. Et da hoc intelligendum eſt, cum dicimus, Milliaria ſingula conſtare ex mille paſſibus, & generaliter, quoties apud Scriptores paſſus mentio occurrit. *Plin. l.* 2. *c.* 23. Stadium centum viginti quinque noſtros efficit paſſes, hoc eſt pedes ſexcentos viginticuinque. *Cic. Phil.* 7. *c. ult.* Nec exercitum propius urbem millia paſſuum ducenta admoverit. ¶ *Paſſum*, pro *paſſuum* per ſyncopem. *Lucil.* apud *Gell. l.* 2. *c.* 16. Hunc milli paſſum qui vicerit atque duobus

PASTICUS, a, um, qui paſtus eſt, ut Agnus paſticus, qui a lacte remotus jam herbas paſcere cœpit. *Apic. l.* 8. *c.* 6.

PASTILLARIUS, ii, m. qui paſtillos facit. *Inſcript.* apud *Murator. pag.* 527. *n.* 5. ſcripta A. C. CCCCXXXV. Patronus corporis Paſtillariorum.

PASTILLICANS, paſtilli figuram repræſentans. *Plin. l.* 21. *c.* 8. Luteus bellio paſtillicantibus barbulis coronatur. *Spontinus* legit *paſtillantibus*. h. e. patulis, patentibus. Verum prior lectio in optimis quibuſdam editionibus invenitur.

PASTILLUM eſt in ſacris libi genus rotundi. *Paul. ex Feſto.* ¶ Item univerſim parvus panis. *Varro* apud *Chariſ. l.* 1. *pag.* 84. *Pariſin.*

PASTILLUS, li, m. *paſtello, τροχίσκος*, forma panis parvi: utique diminutivum a pane. *Feſtus. Plin. l.* 22. *c.* 22. Radix ſucco madet, qui aut per ſe conditur, aut paſtillis farinæ. ¶ Item aridum medicamentum ex quibuſdam metallicis dili cater contritis plerumque coctoctum, quæ humore aliquo non pioqui jungantur, & rurſus coacta inarefcunt, atque ubi utendum eſt, ejuſdem generis humore diluuntur, illinunturque vulneribus, *trociſco*. Differt ab empaſtro, quod utique liquiſi aliquid accipit, & non illinitur, ſed imponitur: item a malagmate, quod maxime ex floribus fit, eorumque ſuccis. V. *Cel. l.* 5. 1. 17. *fcſt.* 2. onde hæc ſumpſimus, & cap. 22. ubi varia eorum genera atque uſus receaſet. *Plin. l.* 13. *c.* 22. *ad fin.* Radicem tundunt in pila, & ſuccum in ſole coctum dividnat in paſtillos. *Id. l.* 24. *c.* 27. & *lib.* 22. *c. ult.* Digerere aliquid in paſtillos. *Id. l.* 20. 1. *c.* cogere. & *lib.* 25. *c. ult.* denſare. & *rep.* 22. diluere. & *lib.* 20. *a. c.* 18. terere. ¶ Dicitur & de pilulis unguentariis, quæ odoris gratia geſtantur. *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. v. 27. & *ſat.* 4. v. 92. Paſtillos Rufillus olet, Gargonius hircum. *paſtiglia.*

PASTINACA, æ, f. herba generis cartilaginei, ſaporiſque vehementis, & ſervidi: cujus una ſpecies agreſtis, ſponte proveniens, *ſtaphylinus* Græce dicta: altera ſeritur radice, vel ſemine, primo vere, vel autumno. Annicula acilis eſſe incipit, bima utilior. Tertia ſpecies hibiſcum dicitur, a paſtinaca ſola gracilitate diſtans: quarta, Gallica, Græce *δαῦκος*. Poſtrema hæc in quatuor rurſus dividitur ſpecies. V. *Plin. l.* 19. *c.* 5. & *lib.* 25. *c.* 9. ¶ Item piſcis planus, Græce *πραγὶς*, radium habens ſuper caudam eminulum quiacunciali magnitudine, cujus ictus venenati ſunt. Arbores infixus radici necat, arma u telum perforat, vi ferri, & veneni acilis. Ea latrocinatur ex occulto, trauſeuntes piſces quaſi telo figens. *Plin. l.* 9. *c.* 42. & 48 & *Cæſ. l.* 6. *c.* 9. *ad fin.*

PASTINATIO, onis, f. *divelto, ſcaſſa, paſtinazione, ſvlverizzazione*, actus paſtinandi. *Colum. in fin. c.* 12. *l.* 3. Paſtinationem ſuſcipere. & *cap.* 13. *a med.* paſtinationis deſtinata altitudo. ¶ Item ipſa humus paſtinata. *Id. l.* 11. *c.* 2. *ante med.* Paſtinatio vitibus conferenda eſt. *Id. l.* 3. *c.* 25. Seritur vitis in emundita inoccatoque, & æquata paſtinatione. & *cap.* 3. *in fin.* Paſtination's reditos.

PASTINATOR, oris, m. *ζαππάτωρ, ανωρύξ*, qui paſtinat. *Colum. l.* 3. *c.* 13. *ed fin.* Qui paſtinator ſulcum fecerunt aſt.

PASTINATUS, us, m. idem ac paſtinatio. *Plin. l.* 17. *c.* 29. Alba populus ſeritur bipedaneo paſtinatu.

PASTINATUS, a, um, *ζαππατὸς, divolto, ſcaſſato*, foſſus. *Colum. l.* 3. *c.* 13. *circa med.* Ne jam paſtinatum ſolum jacentibus molibus imprimatur. *Plin. l.* 14. *c.* 1. & 4. Paſtinatæ de integro vineæ. ¶ Abſolute *paſtinatum*, ſolum paſtinatum. *Colum. ibid.* Neque enim parum refert, ſuſpenſiſſimum eſſe paſtinatum, &, ſi fieri poſſit, veſtigio quoque inviolatum. & *cap* 3. *ad fin.* Viviradices, quæ de paſtinato carmuntur. & *cap.* 16. Exigue humidum paſtinatum ſitoai convenit. *Plin. l.* 17. *c.* 22. Vinetum in paſtinato ferere.

PASTINO, as, avi, atum, a. *r. divorgliare, ſcaſſare, zappare*, terram fodere, & præparare, ut in ea paſtino pangi quid poſſit, *ζαπατίζω, ανωρύσσω*: & præſertim cum vites ferere volumus. *Colum. l.* 3. *c.* 13. *circa med.* Num. paſtinandi agri propoſitum eſt rationem tradere. At primum ex omni ſive arbuſtivo, ſive ſilveſtri loco, quem vinea deſtinaveiimus, omnia frutex atque arbor erui ac ſubmoveri debet: deinde humum totam alte infoſſam, &c. *Plin. l.* 17. *c.* 22. *circa med.* Solum in ſeminatio, ſive in vinea bidente paſtinati debet terram pedes bipalio alto. *Id. l.* 18. *c.* 26. Paſtinare vineas. *Pallad. in Januar. tit.* 10. Ubi mundæ ſunt noveles, ſcrobibus paſtinemus, aut ſulcis.

PASTINUM, i, n. *ferramento biforcuto da piantare. Colum. l.* 3. *c.* 13. Paſtinum vocant agricolæ ferramentum bifurcum, quo femina paſſantur. *Id. ibid.* Prætorto capita, & ramurato, ne paſtinum affugiat, ſemen demergere. & *ſub fin.* Pangendi optima eſt ratio recti malleoli, cujus imum caput cum coaſertum eſt bifurco paſtini, angulis faucibus ferramenti facile continetur ac deprimitur. ¶ Item paſtinato. *Pallad. in Januar. tit.* 10. Paſtinum ut tribus generibus, aut terra in totum fiſſi, aut ſulcie, aut ſcrobibus. *Id.* tamen *in Februar. tit.* 9. *ſub fin* paſtinum a ſcrobe, & ſulco diſtinguit. Eſt enim proprie paſtinum, cum terra tota foditur, & ad ſemina recipienda præparatur: improprie cum ſcrobibus aut ſulcis id fit. ¶ Item paſtinatum, h. e. ipſa terra paſtinata, & præſertim quæ vitibus conſerendis deſtinatur. *Id. ibid. tit.* 9. *a med.* Non eſt uno genere vitium omne paſtinum conferendum. *Id. lib.* 1. *tit.* 7. Studendo famæ tantum, & latitudini paſtinorum. & *tit.* 34. Semper albis tribus vel quatuor pedibus, ad paſtini ſimilitudinem, fodies hortulum. *Ulpian. Dig. lib.* 24. *tit.* 3. *leg.* 7. *extr.* Paſtinum inſtituere. *fer una vigna.* Al. leg. *paſſinum.*

PASTIO, onis, f. *il paſturare*, a *manducor animali, maſ. Varr. l.* 3. *R. R.* 2. *a med.* Duo genera cum ſint paſtionum: unum agreſte, in quo pecuariæ ſunt, alterum villaticum, in quo ſunt gallinæ, ac columbæ, & apes, & cetera, quæ in villa ſolent paſci. *Colum.*

ſub

sub iuvr. l. 8. Quippe villaticæ pastiones, (i.ut pecuariæ, non minimam colono stipem conferunt. ¶ Item locus pascendis animalibus idoneus, & ipsum pabulum, *loca da pascuis, pabula. Varr. l.* 1. *R. R. c.* 12. Dandum operam, ut pestilentium fab radicibus morbis silvestris villam ponas, ubi pastionea sint laxæ. *Cic. pro Leg. Manil. c.* 6. Asia opima & fertilis, & ubertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, *Varr. l.* 2. R. R. *c.* 10. Qui pascunt, eos cogere oportet in pastionis diem totum esse.

PASTOMIS. V. *Pastomur.*

PASTOPHORI, orum, m. παστοφόροι, sacerdotes Ægyptiorum, ita dicti, quod sacerdotale pallium in pompis ferrent, qui Græce παστὰς dicitur, a πάσσω, super injicio: vel a παστὸς, velum varii coloris, quod thalami, ve. arci foribus pretendebatur: unde παστοφόρια, templorum atria, in quibus ajusmodi vela prætenta erant, itaque locus destinatus erat domicilio sacerdotum, qui pastophori dicebantur, et *Salmas. in Solin.* docet. *Pastophoriorum* apud *Hieronym. in Isaiam c.* 22. *n.* 15. est thalamus, in quo habitat præpositus templi. *Apul. l.* 10. *Metam.* Ex his unus, quem cuncti Grammatea dicebant, pro foribus assistens, certe Pastophorum, quod sacrosancti collegii nomen est, velut in concionem vocato. *& ibid. in fin.* In collegium me Pastophororum suorum elegit. Adde *vet. inscript.* apud *Maffei. in Mus. Taurinen. pag.* 230.

PASTOPHORUM. V. in voce præced.

PASTOR, oris, m. *pastore, vocativo, nude*, qui pascendorum animalium, & in pastione collocandorum curam habet. *Cæs. l.* 1. *B. Civ. c.* 84. Servos pastores armat, atque his equos attribuit. *Horat. l.* 3. *od.* 29. *v.* 22. Jam pastor umbras cum grege languido, Rivumque fessus quærit. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 6. *a med.* Pastorem pavonum cum burillo circumire oportet, ac literas tollere. *& cap.* 7. Pastorem columbarium quotquot mensibus oportet exercere. *Colum. l.* 8. *c.* 2. *ante med. de pullis.* Parandi modus est ducentorum capitum, quæ pastoris unius curam distendant. ¶ Sæpius dicitur de opilione, & caprario, *pecoraio, asinario*: unde a bubulco distinguitur in illo *Juvenal. sat.* 12. *v.* 151. Pastoris duri est hic filius, ille bubulci. ¶ Translate pastorem populi, ποιμένα λαῶν, regem, aut ducem exercitus, item Ecclesiæ, & animarum curatorem recte dicimus, poetice loquendo. nam in prosa oratione, & in agendo, non probatur a *Quintil. l.* 8. *c.* 6. *ante med.* ut justo humilior. Metaphora enim, inquit, aut vaccam occupare locum debet, aut, si in alienum venit, plus valere eo, quod expellit. ¶ Tiberius Imperator Præsidibus onerandis tributis provinciis fu dentibus, rescripsit: Boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere.

PASTORALIS, le, *pastoreus, pastoris, ποιμενικός*, ad pastorem pertinens. *Cic. l. de Divin. c.* 48. Ire Romuli auguratus pastoralis, non urbanus fuit. *Varr. l.* 2 *R. R. c.* 1. Pastoralis vita. *Colum. in præfat. l.* 1. *a med.* Scientia. *Id. l.* 7. *c.* 12 canis. *Liv. l.* 9. *c.* 36. habitus. *Ovid. 2. Fast. v.* 367. juventus. *Vellej. l.* 1. *c.* 8. manus. *b. a.* caterva pastorum. *Virg. in fin. l.* 7. *Æn.* myrtus. *b. c.* qua pugnare falcor pastores. Sic *Stat. Theb.* 4. *v.* 300 hi Pephias myrtos a stirpe recurvant, Et pastorali meditantur prælia trunco. *Sil. l.* 13. *v.* 334. pastorale baculum. *Virg. 7. Æn. v.* 513 signum. *Stat. 12. Theb. v.* 268 tectum. *Nemesian. eclog.* 2. *v.* 55. & *Calpurn. eclog.* 7. *v.* 22 O montana Pales, o pastoralis Apollo. V. *Admetus.*

PASTORALITER, adverb. more pastorum, *Tenent. Fortun. l.* 8. *in epistola, quæ est inter carmen* 14. *&* 15.

PASTORITIUS, & Pastoricius, a, um, idem ac pastoralis. *Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 16. 2 *med.* Itaque & Idis, & gladiatoribus mittendas *bestiarias* sine ulla pastoritia fistula auferebamus. *Id. pro Cal. c.* 11. Fara fodalitas, & plane pastoritia atque agrestis.

PASTORIUS, a, um, idem quod pastoralis. *Ovid 2. Met. v.* 682. Quo te pastorio pellis tegit. Adde *lib.* 13. *v.* 785. *Hor. l.* 1. *c.* 17. *& Calpurn. eclog.* 3. *v.* 105.

PASTURA, æ, f. *pascuum*, pastio, pastus. *Pallad. in Septembr. tit.* 8. Usque in Majum mensem ejus pastura sufficiet.

PASTUS, us, m. *pastura, pascuum, pasto, vesci, victus, alimentum*, pabulum, pastura, pastio, cibus fere animalium. *Cic.* 2. *de Fin. c.* 34. Bestiis terra fundit ea sua pastus varios, varieque abundantes. *& cap* 12. Hominem, ut tardam aliquam & languidam pecudem, ad pastum & ad voluptatem ortum esse voluerant. *Id.* 1. *Offic. c.* 4. Animanti anquirunt pastum & latibula. *Id* 2. *de nat. Deor. c.* 47. Pastum capessere, & conficere. *& ibid.* Animalia alia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt. *Virg.* 11. *Æn. v.* 494. equor in pastus, armentaque tendit equarum. *Gell. l.* 2. *c.* 29. *a med.* Avis in pastum profectitur. *Lucan. l.* 2. *v.* 604. taurus iedit in pastus. *Virg.* 1. *Georg. v.* 381. o pastu decedeos armive magno Corvorum inrepuit densis exercitus alis. *Gell. l.* 9. *c.* 4. Pecudes pastu atque cultu opimæ. ¶ De hominis cibo *Plin. l.* 32. *c.* 1. *a med.* Homines, quibus in pastu est, piscem olent. *Al. leg.* impastus est. *Lucret. l.* 6. *v.* 1124. aut fruges perfidit in ipsa; Aut alios hominum pastus, pecudumque cibatus. *Cic. Phil.* 12. *c.* 2. Populari agros ad perfectum pastum mendicitatis suæ. ¶ Translate *Id. Tuscul.* 5. *c.* 23. *a med.* Mentem alere cum oblectatione solertiæ, quos suavissimos pastus animorum.

PASTUS, a, um, *pastrinto, cibato, ἐστιαθείς*, qui pastum seu cibum sumpsit: & fere de bestiis dicitur. *Cic. pro Cluent. c.* 25. Bestiis, fama dominante, plerumque ad eum locum, ubi pastæ aliquando sint, revertuntur. *Virg. Ecl.* 5. *v.* 24. pastos boves agere ad flumina. *Id.* 3. *Georg v.* 232. *cornua* Frondibus hirsutis, & cortice pastus acuta. ¶ Cum orcus. more Græco. *Id.* 2. *Æn. v.* 471. coluber multa gramina pastus. *Plin. l.* 9. *c.* 3. Exeunt marinæ belluæ pecori similes ibi io terram, pastæque radices frutecum remeant. ¶ Item comestus, in cibo sumptus, *mangiato. Ovid.* 3. *Amor. el.* 5. *v.* 17. lente revocatas ruminat herbas, Atque iterum pasto pascitur ante cibo. ¶ Translate *Cic. pro Cluent. c.* 56. *a med.* Quæstu judiciario pastus. *Sil. l.* 13. *v.* 582. Et Mœror pastus Fletu, & sine sanguine Pallor. *& lib.* 14. *v.* 422. Ignes pasti bitumine. *Stat.* 2. *Achill. v.* 419. Fluvius imbribus assiduis pastus. *pieno, gonfio.*

PATAGIARIUS, ii, m. qui patagis facit. *Festus* in *Patagium*. Apud *Plaut. Aulul.* 3. 5. 35. caponem patagiarii *Turnebo* fuit mercatores, instructoresque patagiorum.

PATAGIATA tunica, cui patagium adsutum est. *Festus* in *Patagium*, & *Plaut. Epid.* 2. 2. 47.

PATAGIUM, ii, n. id, quod in muliebri veste addebatur, ut elavus in virili. *Fest.* Patagium est, quod ad summam tunicam assui solet: quæ & patagiata dicitur, & patagiatii, qui ejusmodi opera faciunt. *Non. c.* 14. *n.* 29. Patagium, aureus clavus, qui pretiosis vestibus immitti solet. *Navius libr.* Pallis, patagiis, crocoque, maristis, &c. ¶ Ad crinium ornatum transferebat *Apul. l.* 2. *Metam.* Uberes crines, leniter cassos, & cervice dependulos, ac deinde per colla dispositos, femurque sinuato patagio residentes, paulisper ad fastum conlobatos, in summum verticem nodus adstringerat.

PATAGUS, i, m. πάταγος, genus morbi, teste *Festo*, ideti, ut putat *Salmas. in Consent.* capitis conquassatio, morbus pestilens, qui nullum sui relinquit indicium præter maculas in corporis partibus: a πατάσσω, pello, quod eo homines subito percussi ac stupefacti moriantur. *Plaut.* quoque *in fragm.* apud *Macrob. l.* 5. *Saturn. c.* 19. hujus vocis meminit: sed ne inde quidem explorati quidquam erui potest.

PATALENA. V. *Patelana.*

PATALIS, is, idem ac patulus, ut *Ber patalis*, qui cornua diversa, & valde expansa habet. *Fest. & Plaut. Truculent.* 2. 2. 22. Ego me turi hamazari mavelim patalem bovem.

PATARA, æ, f. *Patera, Paterea*, Πάταρα, urbs Lyciæ, in ora maris Pamphylii, in colle, Xantho urbi proxima, ad prope ostia Xanthi fluvii. Dicta est a Patara filio Apollinis ex Lycia Xanthi filia, vel ab alio Pataro filio Lapeuotis. Olim clara fuit templo, & oraculo Apollinis, et Delphi. Dicitur Pataræ responsa dedisse sex mensibus hiemalibus, reliquis tex mensibus Delt. Unde Patareus vocatus est. *Serv. in 4. Æn. v.* 143. *Plin. l.* 5. *c.* 27. *& Mela l.* 1. *c.* 15.

PATARÆUS, a, um, Πατρεύς ad Patarum pertinens. *Ovid. Metam. l.* 1. *v.* 515. mihi Delphica tellus, Et Claros, & Tenedos, Patareaque regia servit. *Stat. l.* 1. *Theb. v.* 696. seu te Lyciæ Patareæ oliosis Exareent dumeta jugis.

PATARÉIS, idos, Πατρηΐς, adject. fem. quæ est a Patara. *Avien. in descript. Orb. v.* 684. Qua frons tecta salo Patareidos eminet arcis.

PATAREUS, i, Πατρεύς, nomen Apollinis Patarei. *Horat. l.* 3. *od.* 4. *v.* 62. qui Lyciæ tenet Dumeta, utaliaque silvam Delius, & Patareus Apollo.

PATAVINITAS, atis, f. proprietas, seu ratio sermonis Patavini. Refert *Quintil. l.* 1. *c.* 5. (*al. c.* 9.) *a med. & lib.* 8. *c.* 1. Pollionem in T. Livii historia Patavinitatem deprehendisse; hoc est peculiarem quandam sermonis infectendi rationem, quæ ab ipsius Romæ usu aliquantum discederet.

PATAVINUS, a, um, *Padovano*, od Patavium pertinens, ut Patavinæ tuciæ, *Martial. l.* 14. *epigr.* 143. Patavina volumina, *h. e.* historia T. *Livii, Sidon. carm.* 2. *v.* 189. ¶ *Patavium, cruum*, Patavii incolæ, *Plin. l.* 3. *c.* 16. & *Cic. Phil.* 12. *c.* 4.

PATAVIUM, ii, o. *Padova*, Πατάβιον, orbs Venetiæ, condita ab Antenore, in qua Academia totius Europæ celeberrima, & amplum Clericorum Seminarium. Fuit in Tribu Fabia. *Servius ad Æn.* 1. *v.* 251. putat dictam esse quasi *Padavinum* a Pado vicinitate: vel ἀπὸ τοῦ πάτου, quasi *Patavinus*, quod captato augurio dicitur condita: vel quod avem telo petisse dicitur Antenor, & eo loco condidisse. Alii a palude *Patina*, quæ vicina civitati fuisse dicitur. vel a balneis fugitivis, & aquis Aponi, quæ cum a Germanis valetudinis gratia frequentarentur, eorum linguis sic appellatæ sunt. Ita ea prodiere T. Livius, qui res Romanas scripsit, Paulus J. C. Stella Poeta, Valerius Setinus Flaccus Poeta, qui Argonautica scripsit, Apollonium Rhodium imitatus, Velusius Pocta, qui post Ennium rerum gestarum, P. R. annales confecit, & Alconius Rhetor. *Virg. Æn.* 1. *v.* 251. Hic ille (*Antenor*) urbem Patavi, sedesque locavit Teucrorum. *Senec. de consol. ad Helv. c.* 7. Quid iuvenem enumerare Antenorem Patavit conditorem, & Euxodum io ripa Tiberia, &c? *Plin. l.* 3. *c.* 19. In mediterraneo regionis decimæ, coloniæ Cremonæ, Brixiæ Cenomanorum agro, Venetorum autem Ateste: & oppida Acelum, Patavium, Opitergium, Belunum, Vicetis. *Pomponius Mela l.* 2. *c.* 4. Urbium, quæ procul a mari habitantur, opulentissimæ sunt, ad finistram Patavium Antenoris, Mutina & Bononia, Romanorum coloniæ: ad dextram Capua, &c. *Suetonius in Tiberio. c.* 14. Cum, Illyricum petens, juxta Patavium adisset Geryonis oraculum, sorte tracta, qua monebatur, ut de consultationibus in Aponi fontem talos antea jacteret, &c. Meminit & *Liv. l.* 10. *c.* 2. ibi navalem Patavinorum pugnam narrat.

PATEFACIO, is, eci, actum, a. 3. *aprire, spalancare, dischiudere*, aperio, pateotem facio. *Liv. l.* 2. *c.* 15. Hostibus patius, quam recibus, portas patefacere. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 56. In ea parte oris, qua esculentis & poculentis iter natura patefecit. *Id. Fam.* 13. *ep. penult.* Huic ego aditum ad tuam cognitionem patefacio & munio. *Id.* 1. *Offic. c.* 26. Patefacere aures allentatoribus. *Ovid.* 3. *Met. v.* 104. & presso sulcum patefecit aratro. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *fest.* 55. *Hard.* Morientibus operire oculos, rursusque io rogo patefacere. *Laurea Tull.* apud *eund. l.* 31. *c.* 2. Patefacere fontem. *Liv. l.* 28. *c.* 14. *a med. & cap.* 22. *extr.* Patefacere ordines, aciem. *apti-*

aperire, *e allegasti F sedimanza*, *la file*. ¶ Translete ponitur pro declarare, manifeſtare, palam facere. *Cic. ad Q. Fr. l. 2. ep. 6.* Racilius rem patefecit. *Id. Attic. l. 11. ep. 13.* Nequa hoc tempore, nec uerea patefeciſſet odium ſuum in me. *Id. de Amic. c. 26.* Patefacem eorum & illuſtrare. *Id. 6. Fam. ep. 10.* Liberto tuo me totum patefeci. *Id. pro Flacc. c. 2.* Proferre & patefacere aliquid. *Id. pro Mil. c. 37.* Patefacere & proferre. ¶ Pro illuminare, illuſtrare, *Ovid. Met. 9. in fin.* Poſtera tua radiis latum patefecerat orbem. ¶ Secundam ſyllabam produxit aliquando *Lucret.* V. in *Patefio*.

PATEFACTIO, onis, ſ. *aperimento*, ἀνοίξις, apertio, manifeſtatio. *Cic. 2. Fin. c. 2.* Atqui hæc patefactio quaſi rerum opertarum, cum quid quidque ſit, aperitur, definitio eſt.

PATEFACTUS, a, um, *aperto*, ἀνεῳγμένος, apertus. *Virg. 2. Æn. v. 459.* Laxat clauſtra Simon: illos patefactus ad auras Reddit equus, *Propert. l. 1. el. 16. v. 2.* patefacta triumphis janua. *Tibull. l. 1. el. 3. v. 36.* Tellus in longas eſt patefacta vias. ¶ Detectus, depreheníus, *ſcoperto*. *Ovid. Met. 9. v. 314.* junctaſque manus patefacta remittit Diva potens uteri. *Cic. Catil. 3. c. 6. ad fin.* Lentulus patefactus indiciis & confeſſionibus ſuis. *Id. pro Sull. c. 2.* Conjuratio patefacta. ¶ Divulgatus, oſtenſus, manifeſtatus. *Cic. 1. de Divin. c. 39.* Nequa ante philoſophiam patefactam, quæ nuper inventa eſt, hac de re communis vita dubitaret. *Id. pro Sull. c. 16.* Veritatem patefactam coatamınare aliquo mendacio. *Id. 4. Acad. c. 39.* Poteſt fieri, ut patefacta & detecta mutentur.

PATEFIO, is, actus ſum, n. paſſ. auom. *aperiſi*, *manifeſtariſi*, ἀνοίγομαι, aperior, oſtendor, manifeſtor. *Propert. in fin. el. 19. l. 3.* Nec ſenti dominæ patefieri voluiſtis. *Terent. Phorm. 5. 4. 6.* Si hoc celatur, in metu; ſin patefit, in probro ſum. *Lucret. l. 6. v. 998.* facile hinc ratio reddetur, & omnis Cauſa patefiet, quæ ferri pelliciat vim. Ubi ſecundam ſyllab. producit (ut & *lib. 4. v. 345. in patefacit*) eum tamen & ipſe alibi, & alii fere corripiant.

PATELLANA, æ, f. dea frumenti præſes, ut cum folliculi patefcebant, ſpica eairet. *Auguſtin. l. 4. de Civ. Dei*, c. 8. ubi al. leg. *Patelena*: minus recte alii *Pateleua*.

PATELLA, æ, f. *padella*, *tegame*, *o piatta*, *piatello*, λοπάς, diminutivum a *patena*, ſed idem fere ſignificans. Eſt autem vas fictile, aut æreum, cibis tum coquendis, tum menſæ inferendis idoneum. De fictili *Martial. l. 14. epigr. 114.* cujus lemma *Patella Cumana*. Hanc tibi Cumano rubicundam pulvere teſtam, Municipem miſit caſta Sibilla ſuam. Adde *Juvenal. ſat. 6. v. 343.* ¶ De ære *Juvenal. ſat. 10. v. 63.* ex facie toto orbe ſecunda Fiuot urceoli, pelves, ſartago, patellæ. ¶ Cibis coquendis *Martial. l. 5. epigr. 79.* Nigra cauliculus virens petella. *Plin. l. 19. c. 8. ſub fin.* Sinapi pro pulmentario in patellis decoctum. *Id. l. 30. c. 8.* Cicadæ toſtæ in patellis. *Varr.* apud *Priſcian. l. 6. pag. 681.* Multifariam in patellis coquere cæpe. ¶ Inferendis *Juvenal. ſat. 5. v. 85.* Sed tibi dimidm cuoſtrictus cammarus ovo Ponitur, exigua feralis cœna patella. *Martial. l. 13. epigr. 81.* Quamvis lata gerat patella rhombum, Rhombus latior eſt tamen patelle. *Varr.* apud *Non. c. 15. n. 6.* Patella efurienti poſita provocat Neapolitanas piſcinas. ¶ Promiſcue *Horat. l. 1. ep. 5. v. 2.* Nec modica cœnare times olus omne patalla. *Perſ. ſat. 4. v. 17.* Quæ tibi ſumma boni eſt? uncta viaiſſe patella Semper, & aſſiduo curata cuticula ſole. *Ib. v.* laute epulari. metonymia. ¶ Item vas in ſacrorum uſum. *Feſtus*: Patellæ, vaſcula parva ſacris faciendis epta, quæ erant velut capiduiæ quædam. In his apponebantur diis cibi, præſertim penatibus, latibuſque. *Vart.* apud *Non. loc. cit.* Oportet, bonum civem legibus parere, & deos colere, in patellam dare χαρὰν κρέος. *Cic. 6. Verr. c. 21.* Patella grandis eum figillis, ac ſimulacris deorum. *Id. 2. de Fin. c. 7. ad fin.* Reperiemus afotos ita non religioſos, ut edant de patella. *Ovid. 6. Faſt. v. 310.* Fert miſſos Veſtæ pora patella cibos. *Perſ. ſat. 3. v. 26.* cultrixque foci ſecura patella eſt. Adde *Ovid. 2. Faſt. v. 634. Liv. l. 26. c. 36.* & *Val. Max. l. 4. cap. 4. n. 3.* ¶ A ſimilitudine ſic dicitur os rotundum, latumque, molle & cartilaginoſum in genu, ut *Celſ. l. 8. c. 1. ad fin.* & *cap. 21.* docet, *la patella*, ἐπιγονὶς, μύλη. ¶ Item morbus olearum, de quo *Plin. l. 17. c. 24.* Olea, præter vermiculationem, claeum etiam patitur, ſive fungum placet dici, vel patellam. ¶ Denique *Patella* & *Patellana* nomina dearum ſunt. *Arnob. l. 4. pag. 131.* Patellana numen eſt, & Patalla: ex quibus una eſt patefactis, patefaciendis rebus altera præſtituta. *Patelana*, ſeu *Patelena* eadem eſt.

PATELLANA. V. in ſi. vocis præced.

PATELLARIUS, a, um, ad patellam ſpectans. Patellarii dii, ildem ac Lares, ſic vocati, quia non e potu modo in focum, qui Larium ſedet, eliquid ita Veteres defunderent, ſed e cibis quoque in patellam aliquid in focum deferrent, quemadmodum monet vetus Scholiaſtes in illud *Perſii ſat. 3. v. 26.* Cultrixque foci ſecure patella. Ac tangit eum morem quoque *Varro* apud *Non. c. 15. n. 6.* his verbis; Oportet, bonum civem Iegibus parere, & deos colere, in patellam dare χαρὰν κρέος. ἐδαῖ parum carnis. *Plaut. Caſ. a. 1. 46.* Dii me omnes, magni, minutique, & Patellarii faaint, &c.

PATENA, æ, ſ. *piatto*, *tondo largo*, *e piano*, vas latum, & patens: idem quod patine. *Phædr. l. 1. fab. 26. v. 3.* Vulpes ad cœnam dicitur ciconiam Prior invitaſſe, & illi in pateua liquidam Poſuiſſe ſorbitionem. Al. leg. *patena*: quæ varietas eſt etiam in locis *Varron.* apud *Non. c. 15. n. 26.* & *Colum. l. 12. c. 43.* Apud *Veget.* vero *vet veterum. l. 1.* ita legitur *cap. 56.* Patena quæ appellatur, hoc eſt alveus ad hordeum miniſtrandum, fit munda ſemper.

PATENS, entis, *patente*, *aperto*, ἀνεῳγμένος, apertus. Differt a *patulo*, quia *patens* eſt, quod ad tempus patet, ut janua, *patulum*, quod ſemper patet, ut cælum, arbor. Ita *Servius ad Ecl. 1. v. 1.* Sed hæc differentia non obſervatur. *Cic. 1. de Divin. cap. 1.* Cum cælum ex omni parte patens atque apertum intuerentur. *Liv. l. 7. c. 36. a med.* Via patentiore ad hoſtem ducuntur. *Caſ. lib. 7. B. Gall. c. 28.* Hoſtes in foro, ac locis patentioribus conſiterunt. *Hæc. l. 2. ed. 16. v. 1.* in patenti prenſus Ægæo. *Salluſt. in Jug. c. 108.* & *113.* Patentes campi. *Colum. l. 12. c. 6.* Dolium quam patentiſſimi oris locatu in ea parte cellæ, &c. *Cic. pro Quinct. c. 30.* Domus patens & expoſita cupiditati, & v laptantibus.

PATENTER, adverb. ἀνεῳγμένως, aperte. *Cic. 2. de Invent. cap. 23.* Sed patentius, & expeditius recti & non recti quæſtionem continet.

PATEO, es, tui, n. 2. *eſſere*, *o ſtare aperto*, ἀνεῳγέναι, ἀνέῳγμαι, ἅπαμαι, apertus ſum. Poſſit deducere a πετάω, pando, aperio. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 57. ad fin.* Nares ſemper propter neceſſarias utilitates patent. *Virg. 6. Æn. v. 127.* Noctes atque dies patet atri janua Ditis. *Plin. l. 1. ep. 17.* Feneſtræ patent. *Ovid. 2. Met. v. 768.* Concuſſæ patuere fores. *ſi aprirono. Cic. 12. Attic. ep. 12.* Si nobis ir curſus, quem ſperaram, patuit. *Id. de clar. Orat. c. 4.* Ad quos omnis nobis aditus, qui pœne ſolis patuit, obſtructus eſt. *Caſ. l. 7. B. Gall. c. 8.* Ne ſingulari quidem homini unquem no tempore anni feminæ patuerunt. *Liv. l. 27. c. 18. ſub fi.* Jam ne fugæ quidem patebat locus. *Cic. 6. Verr. c. 3.* Omnibus hæc ad viſendum patebant quotidie. ¶ Item expoſitus ſum. *Liv. l. 31. c. 39. a med.* In patentem vulnsri equum, equitemque ſagittas conjicere poterat. *Virg. in Cul. v. 194.* Horrida ſquamoſi volventia membra draconis, Atque reluctantis, crebris, ſordeque patentis, Ictibus oſſa ferit. *Cic. 1. Offic. c. 21. a med.* In philoſophorum vita minus multa patent, quæ fortuna feriat. ¶ Item extendor. *Caſ. l. 1. B. Gall. c. 2.* & *lib. 2. c. 7.* Helvetiorum fines in longitudinem millia paſſuum CXL, in latitudinem CLXXX patebant. *ſi ſtendevano. Plin. l. 12. c. 14.* Schœnus patet, Eraſtotenis ratione, ſtadia XL, hoc eſt paſſuum quinque millibus. ¶ Translate eſt vim magnam habere, ampliæ naturæ eſſe, late pertinere. *Cic. 1. Offic. c. 7. extr.* In quo vitio latiſſimus patet avaritia. *& cap. 26.* & *lib. 1. de Orat. c. 55.* Rerumpubl. adminiſtretio latiſſime patet, ad plurimoſque pertinet. ¶ Item obnoxium, opportunum eſſe. *Cæſ. l. 2. c. 1.* Longis morbis ſenectus, acutis adoleſcentia magis patet. ¶ Item acquiſitu facilem eſſe, permitti, concedi. *Cic. pro Balb. c. 9.* Cuotumsliosum eſt, his prœmiis, & his honoribus excluſos eſſe fideliſſimos ſocios, quæ pateant ſtipendiariis, peteant hoſtibus, pateant ſæpe ſervis. *Nep. in Attic. c. 6.* Honores non patiit, eum ei paterent propter vel gratiam, vel dignitatem. ¶ Patere etiam dicantur, quæ in poteſtate ſunt. *Cic. Fam. 6. ep. 10.* Ut intelligant, nmnia Ciceronis patem Trebiano. *Salluſt. in Catil. c. 10.* Populi ei ſubacti, Corthago intsriit, cuncta maria terræque patebant. *Cic. Fam. 13. ep. 29.* Res familiaris Capitonis præſto ſuit, & patuit & temporibus, & fortunæ meæ. *Plin. l. 5. ep. 19. ſub fin.* Rogo, ſcribas tuis, ut illi villa & domus pateat. ¶ Item qui alii ſe præbent in re turpi. *Ovid. 14. Met. v. 133.* & *lib. 1. de ar. am. v. 362.* & *Anth. Priap. carm. 83.* ¶ Et etiam *patere* conſtare, notum fieri, manifeſtum eſſe, *eſſer chiaro*, *manifeſto*, *conoſcerſi*, *apparire*. *Plaut. Capt. 3. 3. 9.* Operta quæ furre, aparta ſunt: patent præſtigiæ. *Cic. 1. de Orat. c. 6. ad fin.* Cum illa pateant, in promptuque ſint omnibue, neque ea interpretatione mea aut ornatius explicari, aut planius caprimi poſſint. *Ovid. 4. Faſt. v. 17.* Senſimot, & ſubito cauſæ patuere dierum. *Horat. l. 2. ſat. 4. v. 45.* Piſcibus atque avibus quæ notnre & forst ætas, Ante meum nulli patuit quæſita palatum. ¶ Sæpe hac notione uſurpatur impeſonalites. *Cic. 1. Tuſcul. c. 23.* Cum pateat, æternum id eſſe, quod ſe ipſum movet. *Id. pro Mil. c. 6.* Quid porro quærendum eſt? factum ne ſit? at conſtat. a quo? at patet. ¶ Habet locum in rationibus. *Cic. Phil. 2. c. 37.* Ubi eſt ſeptirs millies feſtertium, quod in tabulis, quæ ſunt ad Opis, patebat? *Id. pro Roſc. Com. c. 2.* Non habere ſe hoc nomen in codice accepti & expenſi relatum, confitetur: ſed in adverſaria patere, contendit. ¶ Quid ſit, *mundum patere*, V. in *Mundus*.

PATER, tris, m. *padre*, *genitore*, πατὴρ, parens, genitor: a Græca voce allata. *Terent. Adelph. 5. 7. 3.* Hem pater mi, tu hic eras? *De.* tuus hercle vero & animo & uotum pater. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 16.* Si tibi uatura non dedit, ut patre certo uaſcerem. *Liv. lib. 4. c. 3. a med.* Servius Tullius captiva Corniculano uotus, patre nullo, matre ſerva. *h. 2.* obſcuro genere. *Claudian. de IV. conſul. Honor. v. 293.* gerere patrem. *fare*, *o portarſi da padre*. ¶ Aliquando latius patet, & dicitur de avis, patruis, aliiſque, qui temporibus avorum vixerunt. uom altra id tempus *majores* fere dicuntur. *Plin. l. 7. c. 13.* Q. Metellus Macedonicus cum ſex liberos reliqueret, undecim nepotre reliquit, nurus vero, genereſque, & omues, qui ſe patris appellations ſalutarent, eiginti ſeptem. *Cic. in Orat. c. 5.* M. Antonius, cui vel primas eloquentiæ patrum noſtrorum tribuebat ætas. *Id. 3. Offic. c. 11.* Male qui peregranos urbibus nti prohibent, ut Pennus apud patres noſtros, Paplus nuper. *Id. 1. de Orat. c. 40.* Quod uſu, memoria patrum, venit, ut, &c. *Id. in Divin. Verr. c. 22.* Cujus conſuetudinis patres majoreſque noſtros non pœnitebat. ¶ *Patres*, h. e. parentes, *peter* & mater ſimul, *i genitori*: habetur in quatuor Inſcriptionib. apud *Gruter. pag. 656. n. 2.* 692. *n. 1.* 704. *n. 1.* & 707. *n. 5.* & *Ovid.* de Pyramo & Thisbe *Metam. 4. v. 60.* tædæ quoque jure coiſſent: Sed vetuere patres. ¶ Sæpe nomen eſt reverentiæ. Unde quos Romulus centum Senatores delegit, qui in republica adminiſtranda ſibi conſilio adeſſent, *patres* dicti, eorumque progenies *patricii*, ut *Liv. exer. c. 8. l. 1.* narrat: idque tum honoris cauſa; tum quia ſic conſulere civibus, ſicut pa-

tres filiis, debebant. Hinc celebre illud diſcrimen, *Patrum*, & *plebis* apud *Liv.* paſſim, *Tacit. Hiſt. &c.* V. *Conſcriptus*. Neque Senatoribus ſolum, ſed aliis etiamſi reverendiſque viris *patris* nomen detur. *Virg.* 9. *Æn.* v. 449. imperiumque pater Romanus habebit. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. v. 126. non noſti, quid petet, inquit, Chryſippus dicat. *Plaut. Rud.* 1. 2. 15. Pater ſalveto, amboque adeo. ¶ Item paterni affectus. *Claudian. de* III. *Conſul. Honor. verſ.* 157. *ſtudue* mente patrem: creſcentes diligе fetus. ¶ Et paternæ ſimilitudinis. *Id. de* IV. *Conſul. Honor.* v. 517. Quantus in ore patet radiat! ¶ Item religionis. tribuitur enim diis tum majorum, tum minorum gentium. Hinc *Pater* apud Poetas paſſim Jupiter. *Virg.* 1. *Georg.* v. 328. Ipſe pater, media nimborum in nocte, coruſca Fulmina moliitur dextra. *Id.* 3. *Æn.* v. 35. Gradivumque patrem, Geticis qui præſidet arcis. *Liv. l.* 2. *c.* 12. a *med.* Tiberine peter, te ſancta precor. *Propert. l.* 4. *el.* 3. v. 47. cum pater altas Africus in glaciem frigora necſit aquas. *Val. Flacc. l.* 8. v. 70. Somne pater. *Petron. in Satyr. c.* 120. Ditis pater. *Virg. Æn.* 8. v. 454. Lemuius pater. *b. c.* Vulcanus. *Id.* 2. *Georg.* v. 7. Huc, pater o Lenæe, veni. *Lucan. l.* 4. *c.* 3. Omnem deum nectſſe eſt inter ſolemnes ritus patrem nuncupari: quod Luciliue in deorum concilio irridet: Ut nemo ſit noſtrum, quin pater optimu' divum. Ut Neptunu' pater, Liber, Saturnu' pater, Mars, Janu', Quirinu' pater nomen dicatur ad unum. ¶ Speciatim illi divi dicuntur *patres*, qui effectores, genitores, conditoreſque rerum habentur, ut Jupiter, Neptunus, Bacchus: ille qui eſt *deorum pater* apud *Virg.* 1. *Æn.* v. 60. Neptunus, qui dicitur ab *eod.* 4. *Georg.* v. 382. *pater rerum*. Bacchus, quem, ut ait *Auguſt. l.* 7. *de Civ. Dei*, *c.* 21. liquidis feminibus, ac par hoc & liquoribus fructuum, & feminibus animalium præfecerunt. Sic *Calum. l.* 10. v. 200. pater æquoreus. *b. e* Oceanus. *Lucret. l.* 1. v. 250. Poſtremo pereunt imbres, ubi eos pater æther In gremium matris terrai præcipitavit. Sic ab *eod. l.* 3. v. 9. *pater* dicitur Epicurus novæ Philoſophiæ & ſectæ auctor & conditor. *& Petron. in Satyr. cap.* 132. Ipſe pater veri doctus Epicurus in arta. Sic Æneas ſæpe *pater* dicitur a *Virgil.* quia primus auctor, & parens Romanæ gentis. *& Ennius* apud *Non. c.* 4. *n.* 385. Te nunc ſancte precor Venus, & genetrix patri' noſtri. ¶ *Pater patriæ* eſt honorificentiſſima appellatio ejus, qui belli, aut pacis actibus patriam ſervaverit, aut inſigniter auxerit. Ita ſalutatus eſt Cicero, deteſtæ Catilinæ conjuratione, poſtea C. Julius Cæſar, Octavianus Auguſtus, aliique deinceps Imperatores, pauci ob merita, plerique adulationis. ¶ *Paterfamilias*, & *peterfamilia* (quod & diviſim ſcribitur) eſt familiæ caput, herus, dominus. V. *Materfamilias. Paul. Dig. lib.* 50. *tit.* 16. *leg.* 195. Pater familias appellatur, qui in domo dominium habet: reſteque hoc nomine appellatur, quamvis filium non habeat. non anim ſolam perſonem ejus, ſed & jus demonſtramus. Denique & pupillum patrem familiæ appellamus: & cum pater familias moritur, quotquot capita ei ſubjecte fuerunt, ſingulas familias incipiunt habere. ſinguli enim patrum familiarum nomeo ſubeunt. idemque aveniet in eo, qui amancipatus eſt. Hæc *Paulus*. ¶ Sæpe reſertur ad curam rei familiaris. *Cic. pro Quinc. c.* 3. C. Quintius fuit P. Quotii hujus freter, ſane ceterarum rerum paterfamilias & prudens, & attentus. *economo. Id. in fragm.* apud *Non. c.* 9. *n.* 5. Bono petrisfamilias colendi, ædificandi, rationcinandi quidam uſus opus eſt. *Nep. in Attic. c.* 4. Cum rei familiari tantum uperæ daret, quantum non indiligens deberet paterfamilias. *& cap.* 13. Neque vero minus ille vir, bonus paterfamiliæ habitus eſt, quam civis. nam cum eſſet pecunioſus, nemo illo minus fuit emax, minus ædificator. *Senec. 4. de benef. c.* 27. *ad fin.* Malus paterfamilias habebatur, qui negotiorum geſtorum damnato patrimonii ſui curam mandaverit. *Cato R. R. c.* 2 ejus officia percenſet. ¶ Interdum ponitur pro ſimplici plebejo, & rudi homine. *Cic. t. de Orat. c.* 19. De hoc uno minima aſt facile præcipere, non mihi modo, qui ſicut unus paterfamilias his de rebus loquor, ſed atiam ipſi Roſcio. *& cap.* 34. *in fin.* Effudi vobis omnia, quæ ſentiabelo: quæ fortaſſe, quemcumque patremfamilias artipuſſetis ea aliquo circulo, eadem vobis percuntantibus reſpondiſſet. Hue pertinere videtur & illud *Cæſar. l. c. B. Civ. cap. ult.* Quibus rebus acciдit, ut pauci milites, patreſque familiæ, qui aut gratia, aut miſericordia valerent, aut naves adnare poſſent, recepti, in Siciliam incolames pervenirent. ¶ De altera forma, præter *Cæſar.* modo allatum, *Liv. l.* 1. *c.* 45. Bos in Sabinis nate cuidam patrifamiliæ. *Senec. epiſt.* 47. a *med.* Dominum, patremfamiliæ appellaverunt; ſervos, familieres. Adde *Auctor. dial. de Oratorib. c.* 21. *Varron.* Bentum, & *Graccham* apud *Chariſ. l.* 1. *pag.* 83. *Pariſch.* & *Feſt.* in *Familia*. ¶ In plor. num. *Cic. pro Rabir. Amer. c.* 15. Patreſamilias, qui liberos habent, &c. *Id.* 5. *Verr. c.* 79. & *pro Roſc. Amer. c.* 16. & *Liv. l.* 5. *c.* 51. *in fin.* Patribosfamilies, viris bonis, etque honeſtis. *Senec. in Colig. c.* 26. *extr.* Patresfamiliarum notos ſubjiciebet. Adde *Sueton.* apud *Varron. l.* 7. *de L. L. c.* 38. *ad fin.* ¶ *Pater patratus*. V. *Patratus*. ¶ De beſtiis *Ovid. t. de ar. am. v.* 522. virque, paterque gregis. *b. e.* hireue. *Petron. in Satyr. c.* 133. *ſub fin.* tuas hircue pecoris pater ibit ad aras. Adde *Calum. c. pænult. l.* 6. ¶ Facete *Catull. carm.* 21. *de valde pangere*. Aureli, peter eſuritionum, Non harum modo, ſed quot aut ſuerunt, Aut ſunt, aut alia erunt in annis. ¶ Contra *pater cœnæ* dicitur ab *Horat.* qui cœnam præbet, convivator, *lib.* 1. *ſat.* 8. v. 7.

PATERA, æ, f. πατάνη, *coppa*, πατήρ, poculi genus planum ac patens, ut *Macrob. l.* 5. *Saturn. c.* 21. docat, cujus uſus etiam in ſacris plurimus. *Varr. l.* 4. *de L. L. c.* 16. In poculis erant pateræ, eo quod pateant, Latine ita dictæ. Hiſce etiam nunc in publico convivio, antiquitatis retinendæ cauſa, cum magiſtri ſiunt, potio circumfertur: & in ſacrificando diis hoc poculo magiſtratus dat deo viaum. *Cic. de clar. Orator. c.* 11. Themiſtocles ajunt, cum tauram immolaviſſet, excepiſſe ſanguinem paterâ, & eo poto, mortuum concidiſſe. *Virg.* 1. *Æn.* v. 732. gravem gemmis auroque popoſcit, Implevitque mem pateram. *Ovid. Metam. 9.* v. 160. Vinaque marmoreas patera fundebat in aras. *Horat. l.* 1. *ſat. 6.* v. 118. Cœne miniſtratur pueris tribus, & lapis albus Pocula cum cyatho duo ſuſtinet: adſtat echinus Vilis, cum patere guttus, Campane ſupellex. *Plin. l.* 33. *c.* 12. Fabricius bellicoſos Imperatores plus quam peterem & ſalinum ex argento habere vetabat.

PATERCULUS. V. *Velleius*.

PATERFAMILIAS. V. in *Pater*.

PATERNITAS, atis, f. conditio, & affectus patris. *Auguſtin. ep.* 232. Epiſcopali paternitate Eccleſiæ providere.

PATERNUS, a, um, *del padre, paterno, de padre*, πατρῖος, πατρικὸς, πάτριος, ad patrem pertinens, patrius. *Cic.* 13. *Phil. c.* 17. Paucis diebus in domum, & in hortos paternos immigrabit. *Id. pro Cal. c.* 14. Bono paterna & avita. *Horat. l.* 1. *ep.* 15. v. 26. rebus materne atque paternis Fortiter abſumptis. *Virg.* 3. *Æn.* v. 122. pulſum regnis ceſſiſſe patemis Idomenea ducem. *& lib.* 10. v. 215. Cui genus a proavis ingens, clarumque paternæ Nomen erat virtutis. *Cæſ. l.* 2. *B. Civ. c.* 25. Huic paternum heſpitium cum Pompejo intercedabat. *b. c.* a petre initum. *Nep. in Annib. c.* 1. Hic velut hereditate militiam odium paternum erga Romanos ſic confirmavit, ut, &c. *b. c.* quo pater ſuus Romanos oderat. *Ovid. 9. Met.* v. 273. neque adhuc Stheneleius ires Solveret Eurytheus: odiumque in prole paternum Exercabat atrox. *b. c.* quo pmiis patrem oderat. *Terent. Heaut.* 5. 2. 38. Matres omnes filiæ in peccato adjutrices, auailio in paterna injurie ſolent eſſe. *b. c.* qua filii patres afficiunt. *Ovid. Met.* 2. v. 126. monitis parere paternis. *Horat. l.* 2. *od.* 2. v. 5. Vivet extento Procoſejus ævo Notus in fretres animi paterni. *Terent. Adelph.* 3. 4. 3. Ea illan' familia tam illiberale facinus eſt ortum? o Æſchine, poi haud patrieum illue dediſti. ¶ De Virgine peterna *Statii* V. in *Patrous*. ¶ *Paternus caſus*, qui & *paternus*, apud Grammaticos eſt genitivus, quia per aum pater demonſtratur, ut ait *Priſcian. l.* 5. *pag.* 670. ¶ Item ad patriam pertinens. *Horat. l. c. ad.* 20. v. 5. Care Mæcenas eques, ut paterni Fluminis ripæ, &c. *Ovid. Herod. ep.* 13. v. 100. Non ait, quæ peoperes, terra paterni ibi. ¶ De beſtiis. *Colum. l.* 6. *c.* 37. Ubi aſina & onagm notue admittitur equæ, quidquid ea eo provenit, paternam formam refert. Adde *lib.* 7. *c.* 2. *ad fin.*

PATESCO, is, n. 3. *aprirſi, ανοίγομαι*, patens fio, aperior. *Virg.* 2. *Æn. verſ.* 483. Apparet domne intus, & atria longe pateſcunt. *& lib.* 3. v. 530. Crebreſcunt optatæ auræ, portuſque pateſcit Jam propior. *Plin. l.* 22. *c.* 22. *ſub fin.* Si ſerpens pateſcentem fungum adhalaverit. ¶ Item extendor, peteo, *ſtendersi, allargarſi*. *Liv. l.* 21. *c.* 4. Via intereſt peranguſta, deinde paulo latior pateſcit campus. *c' allarga, c' eſtende*. *& Tacit. 4. Hiſt. c.* 78. Neque enim poterat pateſcere acies, impedientibus tentoriis farcinisque. *Id. de German. c.* 30. Non ita affuſis ac palaſtribus locis, ut ceteræ civitates, in quas Germania pateſcit. *& 2. Ann. c.* 61. *extr.* Syene clauſtra olim R. Imperii, quod nunc rubrum ad mare pateſcit. *c' eſtende ſino al mare. & Lin. lib.* 32. *c.* 27. Creſcentibus jam provinciis, & latius pateſcente imperio. ¶ Translam eſt apparere, oſtendi, manifeſtum fieri. *Virg.* 2. *Æn.* v. 309. Tum vero manifeſta fides, Danaumque pateſcunt Inſidiæ. *Cic.* 14. *Phil. c.* 6. Quæ res pateſcit, P. C. ſed ſuo tempore totius hujus ſceleris foes aperietur. *β ſcuoprt, β ſa manifeſta*. Al. aliter leg. *Plin. l.* 6. *cap.* 23. *extra med.* Nec pigebit totum curſum exponere, nunc primum certa notitia pateſcente. ¶ Legitur & *pariſin. Seneč. epiſt.* 94. *a med.* Fulgores cæli patiſcentis. *b. e.* chaſmata. Al. leg. *fatiſcentis*.

PATETÆ, arum, πατῆτες, genus caryotarum: a πατέω, calco. nam ut ait *Plin. l.* 13. *c.* 4. *ad fin.* nimio liquore abundant, rumpitque ſe pomi ipſius, etiam in ſue matre, ebrietas, calcatis ſimilis.

PATHETICE, adverb. affectus adhibeado, ſeu permovendo. *Macrob. Saturn. l.* 4. *c.* 6. Utramque Virgilius bene pathetice tractavit.

PATHETICUS, a, um, πάθητικὸς, qui conflat affectibus, *at* Pathetica oratio, quæ ad indignationem, ad miſericordiam, & ceteros animi motus dirigitur, apud *Macrob. l.* 4. *Saturn. c.* 2. 5. *& 6.*

PATHICUS, a, um, qui muliebria patitur, a πάθω, a. 2. *inf. act.* verbi πάσχω, patior. Nonnullis placet *paticus* ſine aſpiratione, & deducunt a Latino *patior. Juvenal. ſat.* 2. v. 99. Ille tenet ſpeculum paſtuci geſtamen Othonis. ¶ Per translationem dicitur de rebus inanimatis, pro laſcivo, vel obſceno. *Martial. l.* 12. *epigr.* 97. Muſci pathiciſſimos libellos.

PATIBILIS, le, *ſopportabile*, quem pati poſſumus, tolerebilis. *Cic.* 4. *Tuſcul. cap.* 23. Contemnandæ res ſunt humanæ: negligenda mors: patibiles & dolores, & labores putradi. ¶ Item qui pati poteſt, *paſſibile*, παθητικὸς. *Id.* 3. *de nat. Deor. c.* 12. Cum omne animal patibilem naturam habeat. ¶ Imm qui patitur. *Lactant. l.* 2. *c.* 9. *a med.* Ignis quaſi maſculinum elementum eſt, aqua quaſi femininum: alterum activum, alterum patibile. *paſſivo*.

PATIBULATUS, a, um, petibulum, ſen furcam ferens, patibulo affixus. *Plaut. Moſtell.* 1. *t.* 53. Ita te forabunt patibulatum par vias ſimulis. *Apul. l.* 4. *Met.* Grandi clevo manum ducis noſtrè ad noſtri tabulam offigit, & certtabili neau patibulatum relinquens, &c. Al. leg. *patibulum*, adjective, h. e. patibulo affixum. quo ſenſu addunt illud *Plauti to fragm.* apud *Non. c.* 3. *n.* 183. Patibulus ferar per urbem, deinde affiger cruci. Sed hic quoque locus incertam lectionem habet.

PATIBULUM, i, n. *patibolo, forca, croce*, σκαφὶς, proprie idem eſt ac furca, quo nomine intelligitur rectus ſtipes, ſed cum duobus cornibus,

nibas, qui Græcæ litteræ Y figuram refert. Differt a cruce. Nam crux litteræ T ſimilis erat. Veteres pro inſtrumento ſupplicii uſi ſunt. Facinoroſi inter cornua patibuli cervicem interſerebantur, eorumque manus cornibus, ſive ramis alligabantur: exinde ſic geſtantes furcam, ſive patibulum, a pœne ſequente carnifice, vel conſervis cædebantur virgis. *Plaut. Mil.* 2. 4. 7. Credo tibi eſſe eundum actutum extra portam, diſpeſſis manibus patibulum aum habebie. *Tacit. l.* 14. *Ann. c.* 33. *corr.* Sed cædes, patibula, igneo, cruces, tanquam reddituri ſupplicium, ac prærepta interim ultione, feſtinabant. *Sallaſt. in fragm.* 4. *Hiſt.* apud *Non. c.* 4. *n.* 355. Patibulo eminens affligebatur. Quo loco *pattbulum* pro ipſa aruce videtur uſurpari. V. *Salmaſ.* & *Lipſ. de Cruc.* ¶ Patibulum item uſurpatum reperitur pro ſera lignea, qua oſtia claudantur, teſte *Non. loc. cit.* qui caaſam nominis affert, quod hoc ligno remoto valvæ pateant. *Tittinn. ibid.* Si quiſquam hodie præter hanc poſticum noſtrum pepulerit, patibulo hoc ei caput defringam. ¶ Eſt præterea patibulum lignum quoddam curvum, vel duo ligna tranſverſim alligata, quibus agricolæ vitium ramos aurvant, quo fecundiores ſint. *Plin. l.* 17. *c.* 23. *ad fin.* Novarienſis agricola trebuam turba non contentus, impoſitis etiammum patibulis palmites circumvolvit. ¶ Io illo *Catan. de R. R. c.* 26. *& 68.* Vindemia facta, vaſa torcala, corbulas ficinas, funes, patibula, fibulas, jubeto ſuo quidquid loco condi. *Turneb. l.* 6. *Adverſar. c.* 23. *corr.* intelligit binas ſcalas uno axiculo conjunctas in ſummo, quæ divaricatæ aſam præbent ſcandendi ad ſummas vites in vindemia. *Auſon. Pompa de inſtrum. funds, c.* 11. *ad fin.* dixit, aſſe ſuſtes validiores, quorum uſus in torcolari ad aliquid moliendum, reuniendum, aut ferendum. Sireiliter exponit locum *Tittmanni* allatum: qua in re cum *Non.* annoverit, qui ſeram eſſa aum ajax, veſtem ipſe quoque intelligit. nam Veterum ſeca veſtie, ſeu ſuſtie fuit.

PATIBULUS, li, m. patibulum. *Varr.* apud *Non. cap.* 3. *num.* 183. Deligata ad patibulos. ¶ Item adjective patibulum ferens. V. *Petibulatus.*

PATIENS, entis, com. geu. *paziente*, ſerene, tolerans. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 75. In quo ego nimium patiens & leutus exiſtimor. *Plin. l.* 5. *ep.* 6. *ante med.* Medios ille agros ſecat, navium patiens. *navigabile. Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. *c.* 14. Meæ quoque litteræ ie patientiorem lenioremque fecerunt. *Id. pro Leg. c.* 8. Ut ne offendam euas patientiſſimæ auceo. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *fell.* 76. Patiens vatuſtatis. *b. c.* dia durana. *Virg.* 2. *Georg. v.* 223. Tellus patiens vomerie. *b. c.* quæ facile vomere proſcinditur. *& verſ.* 472. *& lib.* 9. *Æn. v.* 607. Et patiens operam, aoiquoqua aſſueta juventus. *tollevante dello forzo.* Sic *Stat.* 10. *Theb. v.* 356. quamvie patientior artue Ille, nec ubruptis adeo lacrymabilio *annis. più robuſto nelle membra.* & *Caſ. l.* 3. *B. Civ. cap.* 96. Miſerimo & patientiſſimo acercitui Cæſarie lexaciam objiciebant. *Sueton. in Caſ. c.* 61. Equua patiens ſeſſoris. *Virg.* 7. *Æn. v.* 490. Cervus manum patiene. *che ſi laſcia toccare, manſueto.* & *lib.* 10. *v.* 610. animua ferox patienſque periculi. *Horat. l.* 1. *od.* 2. *v.* 43. patiens vocari Cæſaris altor. *b.* 1. volens, amans, gaudens. *Cic. de clar. Orat. c.* 76. Habent ordinem, & quaſdam arrara in dicendo non patientes vine. *che non permettono.* ¶ Duna & reſiſtens. *Ovid.* 1. *Amor. el.* 15. *v.* 31. Ergo, cum ſilices, cum dens patientis aratri Deperiant ævo, carmina morte carent. *Propert. l.* 1. *el.* 16. *v.* 29. Sit licet & ſaxo patientior illa Sicano: Sit licet & ferro dutior, & chalybe.

PATIENTER, adverb. *pazientemente*, πατιπαῶς, patienti animo, toleranter, conſtantec, fortiter. *Cic. de Amic. c.* 25. Alterum patienter accipera, non repugnanter. *Id. Phil.* 11. *c.* 3. Quæ tuliſſe illum fortiter & patienter ferunt. *Id. l.* 1. *Fam. ep.* 8. *a med.* Si quidem hominee patientius eorum potentiam ſarre potuerint. *Caſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 15. Patienter & æquo animo ferre difficultates. *Horat. l.* 1. *ep.* 17. *verſ.* 14. Si pranderet olus patienter, regibus uti Nollet Ariſtippus. *Valer. Max. lib.* 4. *c.* 3. *num.* 12. Ita patientiſſime Cato tolerevit.

PATIENTIA, æ, f. *pazienza, ſofferenza, ὑπομονή*, tolerantia. *Cic. a. de Invent. c.* 54. Patientia eſt honeſtatie, aut utilitatis cauſa rerum arduarum ac difficiliare voluntaria ac diuturna perpeſſio. *Id.* 2. *Catil. c.* 10. Habes, abi oſtentee illam præclaram tuam patientiam famie & frigoric. *Id.* 1. *Offic. c.* 34. Adolefcentia u libidinibus arcenda eſt, exercendaque iu labora patientiaque & animi & corporis. *Id. Agror.* 2. *c.* 7. Patienter alicujus tentare. *Id. Catil.* 1. *cap.* 2. Abuti patientia. *Sueton. in Tiber. c.* 24. Rumpere patientiam. *Cic. pro Ligar. c.* 9. Quæ fuit unquam in ullo homine tanta conſtantia? conſtantiam dico? neſcio an malius patientiam poſſem dicera. *Tibull. l.* 3. *el.* 2. *v.* 5. Non ego firmua in hoc: non hæc patientia noſtro Ingenio. frengit fortia corda dolor. *Tacit. in Agric. cap.* 16. Britanniam uno prælio veteri patientiæ reſtitoit. *all'antico ſoggezione e ſervitù.* Al. leg. *parentia*, aut *parientia*. ¶ Interdum in malam partem accipitur pro nimia tolerantia, ſeu ſtupiditate. *Plin. l.* 6. *ep.* 31. Maritum non ſine aliqua repreheníone patientiæ amor uxoris retardabat. *Portur Latro* apud *Senec. lib.* 2. *controv.* 15. Ne quis in me aut nimiam patientiam, aut nimium ſtuporem arguat. ¶ de mollitie in re turpi. *Petron. in Satyr. cap.* 9. *&* 25. *Cic.* 7. *Verr. c.* 13. *& Senec. l.* 1. *quæſt. nat. cap.* 16. *& de vita beata c.* 13. *a med.*

PATINA, æ, f. τηγανὶς, λοπὰς, vaſis genus, quo utebantur ad condiendos, & coquendos piſces, & alia. A *patulo*, ſeu *patre* ducit *Varr. l.* 4. *de L. L. c.* 25. *ſub fin.* Alii a πατάνη, quod idem ferme ſignificat. Vulgo confundunt cum lance, & definunt vaſie genus, quo dapes elixæ, & jurulentæ in menſam feruntur. Atqui lanx Græca eſt πίναξ, patina vero λοπὰς, deinde lanctbus & cibi ſimplices apponebantur, ut carnes aſſæ, fructus, & ſimilia, patinis vero id factum nuſquam legas, ut bene adverſus *Guidachium* obſervat *Scaliger*, ſed lis, ad condiendos, coquendoſque piſces, & alia utebantur. Itaque at Ἀττικίζῃ, ita patinæ quoque operculum habebant. *Plaut. Pſeud.* 3. 2. 51. Ubi patinæ ſervent, omnes aperio. Adde proverb. apud *Hieronym.* Dignum patella aperculum. Nam patella eſt diminut. a *patina*. V. *Operculum. Plin. l.* 23. *c.* 2. *extr. de face ſepe:* Decoquitur in patinio cum ſale & adipe. *Id. l.* 34. *cap.* 11. Et ſquama, & floe æris aruntur in patiois fictilibus, aut æreis. *Id. ſub fin. lib.* 22. Orobanche aſtur & pec ſa, & in patinie. *b. c.* & cruda, & coſta. *Cic. Attic. l.* 4. *epiſt.* 8. Multa me in epiſtola tua delectarunt, ſed nihil magis, quam patina tyrotarichi. *Terent. Eun.* 4. 7. 46. Jamdudum animus eſt in patinis. *b. c.* eonam cogitat. ¶ In reenſie quoque patinarum uſus fuit. *Horat. l.* 2. *ſat. vlt. v.* 43. Affectur ſquillas inter murena natantes In patina porrecta. *Plaut. Mil.* 3. 1. 163. Nunquam dicunt, quamquam appoſitum aſt areplitur: Jube illud demi: tolle hanc patinam: remova pernam. Poſſunt tamen hæa metonymice intelligi.

PATINARIUS, a, um, ad patinas pertinens. *Sueton. in Vitell. c. ult.* Aliie incendiariam, & patinarium vociferantibue. *b.* 1. guloſum, helionem. *Plaut. Aſin.* 1. 3. 27. Piſce recens, is habet ſuccum, is ſuavitatem: eum quovis pacto condiae, vel patinarium, vel aſſum. *leſſo, o in guazzetto*, in patina ex jure coctum. *Id. Men.* 1. 2. 25. Cecealee cœnas dat: ita menſas exſtruit, tantæ ſtruices concinnat patinarias. *b. c.* quaſi ſtrues ciborum in patinis coctorum. ¶ Patinacla via memoratur a P. *Victor. de regionib. Urb. R.* inter vias Romam ferentes. Sed ignoratur & locus & cauſa nomiſio.

PATIO, is, n. 3. pro *patior* apud Veteres. *Cic.* 3. *de Legib. cap.* 4. Rem populam docento: docerı a Magiſtratibus privatiſque patiunto. *Nævius* apud *Dionied. l.* 1. *pag.* 395. *Parſch.* Populue patitur: tu patiae modo.

PATIOR, terie, paſſus ſum, dep. 3. *patire, ſoffrire, callerare, ſopportare, ταλαιπωρῶ*, fero, ſuſtineo, ſubeo, perpetior: cui contra reſpondet *facio, ago*: a ποιῶ, 2. 2. verbi allati. *Cic. de Univ. c.* 6. Muodus ſe ipſa conſumptione & ſenio alabat ſal, aum ipſe per ſe, & a ſe & pateretur, & faceret omnia. *Liv. l.* 2. *c.* 12. Et facere, & pati fortia, Romanam eſt. *Horat. l.* 3. *od.* 24. *v.* 42. pauperies jubet Quidvis & facere, & pati. *Quintil. l.* 6. *c.* 2. *a med.* Mrtum duplicere intalligi volu, quam patimur, & quem facimus. *Ovid.* 1. *Triſt. el.* 2. *v.* 42. Ne reihi mors reifero hio patrenda furet. *Liv. l.* 21. *c.* 13. *extr.* Hæc patienda cenſeo potiue, quam trucidaci empora veſtra, &c. *Salluſt. in Jug. c.* 15. Pati omnia ſæva. *Cic. in fin. Phil.* 6. ſervitutem. *Id.* 2. *Tuſcul. c.* 18. tolerantec dolore. *Plaut. Aſin.* 2. 2. 58. fortiter malum. *Caſ. l.* 2. *B. Civ. cap.* 30. graviſſimum ſupplicium. *Virg.* 2. *Æn. v.* 638. coſſilium. *& lib.* 1. *v.* 223. eatrema. *Quintil. l.* 1. *c.* 1. (*al.* 2.) laborem. *Id. l.* 11. *c.* 3. *ante med.* incummodum. *Juſtin. l.* 18. *c.* 2. bellum ab aliquo. *& lib.* 37. *c.* 2. inſidiæ alicujus. *Ovid. in Ibin, v.* 617. famem. *Id.* 10. *Met. v.* 627. necem indignam. *& lib.* 1. *v.* 243. pœnas. *Horat. l.* 3. *od.* 2. *v.* 1. pauperiem. *Cell. l.* 17. *c.* 12. quartanam. *Liv. l.* 2. *in proœm.* Nec vitia noſtra, nec remedia pati poſſumus. *Plin. l.* 17. *cap.* 10. Semina fruticaatia falcem pati conſueſcere. *Colum. l.* 2. *c.* 10. *ante med.* Faba nec macrum, nec nebuloſum locum patitur. ¶ Abſolute *Cic.* 2. *Tuſcul. c.* 7. Dolue triſtie res eſt, aſpera, amara, inimica naturæ, ad patiandum tolerandumque difficilis. *Ovid.* 1. *Amor. el.* 8. *v.* 75. patiendi uſum colligere. ¶ Verba quæ habent naturam patiendi, *Quinctiano l.* 1. *c.* 6. (*al.* 10.) ſunt, quæ *paſſiva* dicantur vulgo a Grammaticis. ¶ *Pati*, in re turpi, *Salluſt. in Catil. c.* 13. *Petron. in Sat. c.* 25. *&* 140. *Senec. l.* 1. *quæſt. nat. c.* 16. *Juſtin. l.* 9. *c.* 6. *Plaut. Capt.* 4. 2. 87. &c. ¶ Acquieſcere, ſe accommodara, non repugnare. *Terent. Andr.* 1. 1. 35. Sic vita erat: facile omnes perferre ac pati, cum quibus erat cumque una. *l'urg.* 10. *Æn. v.* 866. juſſa aliana pati. *Liv. l.* 4. *c.* 18. longumquam militiam. *Id. in præfat. l.* 1. ireperium alicujus. *Nep. in Epamen. c.* 1. Macedones aum ſibi anteponi, indigna ferebant, neque tamen non patiebantur. ¶ Cum infinito *Virg. Æn. v.* 576. Si viſurus eum vivo, & venturus in anum, Vitom oro: patiar quemvio durara laborere. ¶ Interdum ponitur pro degere, ducare, vivere, malam fortunam ferendo. *Virg. Ecl.* 10. *v.* 53. Certum eſt io ſilvio inter ſpeliza ferarum Malle pati. *Senec. in Thyeſt. v.* 470. Immane regnam aſt, poſſe ſine tegno pati. *Lucan. l.* 5. *v.* 313. diſce ſine armie poſſe pati. ¶ *Pati ævum, ætatem*, ætatem ferre, *durare, conſervare. Colum. l.* 2. *c.* 10. Lupinum cepoſitum in granario patitur ævum. *Senec. epiſt.* 36. Vinum non pati ætatem, quod in dolio placuit. ¶ Sæpe eſt fiocre, permittere, cnucedere, *permettere, comportare, ſoffrire, laſciare, concedere. Cic. Cæcil.* 1. *c.* 5. Nobiſcum vectari jam diatius non pates: non feram, non patiar, non ſinam. *& Cæcil.* 2. *c.* 9. *extr.* Ita non modo homines, ſed ne pecudes quidem paſturæ eſſe vidantur. *Id.* 2. *de Orat. c.* 1. Quantum illius ineuntie ætatis meæ patiehatur pudor. *Terent. Phorm.* 3. 3. 3. Itane hunc potiemue fieri miſerum, qui me dudum adjuvait comiter? *Plaut. Pſeud.* 4. 7. 36. Neque tibi bene aſſe patere, & illis, quibue eſt, invides. *Nep. in Cimon. c.* 1. Negavit ſe paſſuram, Miltiadis progeniem in vinculis iuterire. *Id. in Attic. c.* 8. Si quid Brutue ſuis facultatibus ati volniſſet, uſarum, quantum ex paternntur. *Plin. l.* 18. *c.* 10. Nec alla ſegetum minus dilationem patitur. *Cic. pro Ligar. c.* 1. Nullo ſe implicari negotio paſſus eſt. *Id. pro Font. c.* 12. Si in tarpi reo patiendum non eſſet, ut quidquam iſti minio profeciſſe arbitrarentur. *Id. in Bruto, c.* 88. Nullum patiebatur eſſe diam, qain in foro diceret. *non laſciava paſſar giorno. & Terent. Heaut.* 4. 5. 13. Non poſſare pati, quin tibi caput demulceam. *non poſſi far di meno, di*, &c. ¶ *Facile, æquo animo pati*, libenter ſinere, non laborare, non invitum eſſe, con-

tentum esse. *aegre, iniqua animo, molestè pati, aegre ferre, nolle, repugnare, invitum esse. Plaut. Asin.* 2. 2. 108. Quæso, æquo animo patitor. *Lib.* patitor tu item, cum ego te referiam. *Cic. ad Planc.* 2. *post epist.* 16. *l.* 16. *ad Attic.* Non modo facile patiare, sed etiam gaudeas. *Id. Fam.* 5. *ep.* 7. Apud me plus officii reside re, facillime patior. *& lib.* 1. *ep.* 9. *a med.* Facile patior ea me de republica sentire ac dicere, quæ maxime cum mihi, tum etiam reipubl. rationibus putem convenire. *Id. Attic. l.* 15. *ep.* 2. Consilium meum a te probari, quod ea non scribam, quæ tu a me postularis, facile patior. *Id. Verr.* 5. c. 2. *extr.* Patior non molestè, eam vitam, quæ mihi sua sponte antea jucunda fuerat, unus jam mea lege & conditione necessariam quoque futurum. *& Ferr.* 7. *cap.* 28 *sub fin.* Cum indigne paterentur nobilis mulier, honesto loco nata, in concubitum suum mimi filiam venisse. *Id.* 12. *Fam. ep.* 28. Perinimico Patiebar animo, te a me digredi. *Terent. Heaut.* 5. 2. 5. & *Lev. l.* 4. *c.* 18. Ægre pati aliquid. ¶ *Pati* de re bona. *Plaut. Asin.* 2. 2. 58. Fortiter malum qui patitur, idem post patitur bonum. *Id. Pœn.* 3. 3. 82. Siquidem potes esse pati te in lepido loco, in lecto lepide strato, &c.

PATISCENS, V. *Patesco* in fi.

PATOR, oris, m. *aperire, χάσμα*, hiatus, apertio: a *pateo. Apul. lib.* 1. *Metam.* Vulnus deficit in profundum patorem. *& lib.* 3. Æsium patore perhabili. *Scribon. Larg. compos.* 46. *&* 47. Natium pator.

PATRÆ, arum, f. Πάτραι, col. & urbs Achaiæ, in Peloponneso, apud Rhium promont. & os sinus Corinthiaci. *Plin. l.* 4. *c.* 5. *Ovid. 6. Met. v.* 417.

PATRASTER, stri, m. *patrius, πατρικός*, vitricus. Vos estis mihi us Latina. *Vetus Lapis in Muſeo Veron. pag.* 360. *n.* 7. C. Vibio Vitaliani Basili F. Qui V. A. XVIII. & dies V. Fec Ap. Annius Primitivus Patraster. Adde tres apud *Murator. pag.* 1510. *num.* 2. 1632. *num.* 6. *&* 1958. *num.* 6. omnes cadentis Latinitatis.

PATRATIO, onis, f. effectio, perfectio, consummatio alicujus rei. *Vell. p. l.* 2. *c.* 98. Gentes ferocissimas in pacis tedium delegit modum, ejusque patrationi Asiæ fecunditatem reddidit. *Eutrop. in fine delto octo.* ¶ Obscena sensu *Theodor. Priscian. l.* 2. *c.* 21.

PATRATOR, oris, m. alicujus rei auctor, effector. *Tacit. Ann.* 14. *cap.* 62. Visus tuoneus materæ necis patrator Anicetus. *Auson. in Ausi Pœanum. v.* 20. unus & idem Auctor agendorum, propriique patrator amoris.

PATRATUS, a, um, *perfectionem, conclusio a fine*, factus, perfectus, consummatus. *Tacit. l.* 2. *Ann. c.* 66. Maluit patrati, quam inceptı facinoris reus esse. *Vellej. l.* 2. *c.* 81. Commissum, patratumque proelium. Rursus *Tacit. Ann.* 12. *c.* 38. Multas mortes jussu Messalinæ patratas. *Id.* 4. *Hist. c.* 81. Patrati remedii gratia penes Cæsarem. *Id. l.* 13. *Ann. c.* 41. *sub fin.* Patrata victoria. ¶ *Pater patratus* dicebatur, qui in fœderibus faciendis, & in bellis indicendis a Fetiali creabatur, verbena caput ejus & capillos contingendo, ut jusjurandum conciperet, quo fœdus firmandum erat, & solemni formula adhibita, bellum indiceret: quod cum faceret, sceptrum manu tenebat, insigne Jovis. Jovis enim simulacrum in iis gerendis olim adhiberi mos fuit. postea sceptro tantum simi usi, quo symbolo hominum regis potestas indicatur. Dictus est *pater*, quia, ut ait *Servius*, erat lectissimus princeps: *patratus*, quasi patrem habens, quia talis esse non poterat, nisi qui patrem vivum haberet: vel quasi creatus, h. e. a Fetiali dictus. Hæc ex *Servio ad Æn. l.* 9. *vers.* 53. *l.* 10. *vers.* 14. *& lib.* 12. *v.* 206. *Liv. l.* 1. *c.* 24. *& Fest. in Etymol.*

PATRENSIS, se, ad Patras urbem pertinens. *Cic. Fam.* 13. *ep.* 19. Lyso Patrensis. *& epist.* 20. Æsculapio Patrensi. *Coel. l.* 18. *c.* 9. *a med.* Bibliotheca Patrensis. ¶ *Patrenses, ium*, ipsi Patrarum cives. *Cic. Fam.* 13. *ep.* 30. *a med.*

PATRIA, æ, f. *patria, πατρίς*, urbs & locus quilibet, in quo nati sumus, natale solum. Adjectiva vou est, a *pater*, & *terra* subintelliguntur. *Cic.* 1. *de Orat.* c. 44. Patriæ tanta est vis, ut Ithacum illam in asperrimis saxis, tanquam nidulum affixam, sapientissimus vir immortalitati autetponeret. *Id.* 1. *Offic.* c. 17. Cari sunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares: sed omnes omnium caritates patria una complexa sit: pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus? *Id.* 2. *Catil. c.* 7. Patria, quæ communis est omnium nostrum parens. *Id.* 3. *de Fin. cap.* 19. *sub fin.* Carioremne esse patriam nobis, quam nosmetipsos. *Id. Parad.* 1. *c.* 2. Cujus cum patriam Priscum cepisset hostis, &c. *Id. Tuscul.* 1. *cap.* 43. Quæsitoribus amicis, velletne Clazomenas in patriam asseri, &c. *Id.* 1. *de Invent. c.* 24. Natione, Græcus, an Barbarus: patria, Atheniensis, an Lacedæmonius. ¶ Duplex nobis esse potest patria, una, in qua nati sumus, altera, in qua excepti, ut ait *Cic.* 2. *de Legib. c.* 2. Hoc sensu Æneas apud *Virg.* 1. *Æn. v.* 384. Italiam quæro patriam. *& lib.* 11. *v.* 24. egregias animas, quæ sanguine nobis Hanc patriam peperere suo, decorate superemis Muneribus. *Verres Poeto* apud *Cicer.* 5. *Tuscul.* 2. 37. Patria est, ubicunque est bene. ¶ Nomen patriæ significatur per oblativum casum. *Cens. lib.* 1. *B. Cic.* 1. 24. Cn. Magius Cremona. *& lib.* 3. *c.* 71. C. Fulginatem Placentia, A. Gravium Puteolis, M. Sacratitirum Capua. ¶ Transfertur *Ovid.* 3. *Amor. el.* 6. *v.* 30. Ille fluens dives septem per ostia Nilus, Qui patriam tantæ tam bene celat aquæ. *Virgin. Virg.* 2. *Georg. v.* 136. Divisæ arboribus patriæ. *Id.* 2. *Æn. v.* 55. nimborum in patriam. ¶ *Sallust.* patriam de integra provincia dixit, *in fragm.* apud *Serv. ad Æn.* 1. *v.* 384. Hispaniam sibi antiquam patriam esse. ¶ Metonymice est respublica, seu cives ipsi, quibus respubl. constat. *Liv. l.* 4. *c.* 60. Ut nemo pro tam munifica patria corpori, aut sanguini suo pareret. *& lib.* 5. *c.* 4. Agique tanquam cum patria, nobiscum, æquum censemus. ¶ Sumitur & universum pro regione. *Virg.* 1. *Æn. v.* 543. Quod genus hoc hominum, quæve hunc tam barbara morem Permittit patria? *quæ posse si barbara.* ¶ In illo a. *Georg. v.* 514. Hinc aoui labor: hinc patriam parvosque nepotes Sustinet: *Donat.* apud *Servium* villam intelligit.

PATRIANUS, V. *Panianus.*

PATRIARCHA, & Patriarches, æ, m. *Patriarcha*, Πατριάρχης, princeps patrum, vel primus pater, auctor generis: a πατρὶς, pater, & ἄρχω, princeps. *Tertull. de Idolol.* c. 17. Secundum patriarchas, & cæteros majores. *Id. de cor. mil. c.* 9. Quis Patriarches, quis Prophetes, quis Levites, &c? *Prudent. in Psychom. v.* 534. Nobilis, & tali felix Patriarchs nepote. ¶ In Ecclesia sic dicti sunt principes Episcopi, quituor præcipue, Alexandrinus, Antiochenus, Constantinopolitanus, Hierosolymitanus: quibus alii postea additi sunt. Alexandrini meminit *Adrian. Imp. in quadam epist.* apud *Vopisc. in Firmo, Saturn.* &c. *cap.* 8. Ipse ille Patriarcha cum Ægyptum venerit, &c. ¶ Translate *Tertull. de anim. cap.* 3. Philosophi, patriarchæ ut ita dixerim, hæreticorum. ¶ *Patriarchus* pro *Patriarcharum* habet *Paulin. Nolan. carm.* 24. *in Natali* 9. *S. Felicis, v.* 209.

PATRICE, adverb. *da gentil'uomo, πατρικῶς*, more patricio, nobilitas, quasi patricie. *Plaut. Cas.* 3. 6. 4. At at cesso magnifice, patricique amicisi, atque ita hero meo ire advorsum?

PATRICIATUS, us, m. Patriciorum dignitas. *Sueton. in Aug. c.* 2. Ac rursus magno intervallo per D. Julium in Patriciatum rediit. ¶ Alia fuit Patriciatus dignitas Constantini M. & sequentium Imperatorum tempore; erant enim ejus ætatis Patricii imperatori ipsi honore proximi, ejusque amici, & consiliarii. V. *Cassiod. l.* 6. *ep.* 9. de honore Patriciatus.

PATRICIDA, V. *Parricida* in fi.

PATRICII, orum, m. *Patricii, Εὐπατρίδαι*, qui a primis illis Patribus, qui a Romulo, vel ab aliis postea electi sunt, oriundi erant; ita dicti quia Patrum essent progenies. *Liv. l.* 1. *c.* 8. Patres ab honore, Patricii, qui progeniti eorum appellati. ¶ Qui dicunt, Patricios vocatos esse, quod patres suos ciere possent, fidem etiam Patricios primis Urbis initiis aliud nihil fuisse, quam ingenuos, asserunt. *Cincius* apud *Festum, P. Decius* apud *Liv. l.* 10. *cap.* 8. *a med.* ¶ Differebant a Senatoribus. Non enim omnes Patricii Senatores erant, ut periculum est de feminis, pueris, & pauperibus. Et præterea etiam ex plebe *in* Senatum legi cœperunt. *Tacit. Ann.* 11. *c.* 25. Isidem dictus in numerum Patriciorum adscivit Cæsar vetustissimum quemque ex Senatu. ¶ Patricii haud secus ac Patres, alii majorum, alii minorum erant gentium. Majorum gentium Patricii dicti sunt, qui a primis illis Patribus a Romulo allectis sunt profecti: minorum gentium, qui a Patribus Conscriptis, seu Allectis orti sunt. *Tacit. Hist. lib.* Paucis jam reliquis familiarum, quas Romulus majorum, & L. Brutus minorum gentium appellaverant. V. ibi *Lipsius. Juvenal. Sat.* 1. *v.* 84. Patricios omnes ordibus cum provocet unus, Quo tondente, &c. ¶ Enite a Patriciis est fieri Plebejum. *Cic. pro Dom. c.* 14. Sed ut a Patriciis saeat, ut Tribunus Plebis fieri possit. ¶ Plura de Patriciis V. apud *Sigon. de antiq. jur. C. Rom. l.* 1. *c.* 7. *Panvin. in* 1. *Fast. & Manut. de orig. Senatus.* ¶ Diversi generis Patricii erant illi, qui a Constantino M. instituti fuerunt, & sequentium Imperatorum temporibus celebrantur. V. *Patricetus.*

PATRICIOLUS, i, diminutivum a *patricius*, ut Latinum agnoscitur a *Priscian. l.* 3. *pag.* 610. *Putsch.*

PATRICIUS, a, um, *Patricio, nobile*, ad Patricios pertinens. *Cic.* 2. *de Legib. cap.* 3. Patricia familia. *Id. ad Brut. epist.* 5. *sub fin.* Patricius magistratus. *Sext. lib.* 1. *silv.* 4. *v.* 97. Carmina patricio pueri sonuêre in ostro. *Claudian. de* IV. *consul. Honor. v.* 3. armorum proceres, eumque potentes Patricios sumunt habitus. *Id. in* II. *consul. Stilich. v.* 50. Votaque patricio certant plebeja favori. *Pers. sat.* 1. *v.* 61. Vos, o patricius sanguis. *Juvenal. sat.* 10. *v.* 338. patricia gens. *Plaut. Capt.* 5. 4. 5. Patricii pueri. *Festus*: Patricius vicus Romæ dictus, eo quod ibi Patricii habitaverunt, jubente Servio Tullio, ut si quid moliretur adversus ipsum, ex locis superioribus opprimeretur.

PATRICUS CASUS, h. e. genitivus, legitur apud *Varron. lib.* 7. *de L. L. cap.* 37. *& lib.* 8. *cap.* 37. *&* 46. ubique tamen alii leg. *genius.*

PATRIE, adverb. *da padre*, affectu paterno. *Quintil. lib.* 12. *cap.* 2. *a med.* Ut eum non inimice corripere, sed patrie monere videatur.

PATRIMES, f. patrima. *Paul. ex Festo* in *Flaminius.* V. *Matrimes.*

PATRIMONIALIS, le, *patrimoniale*, ad patrimonium pertinens. *Hieronymian. Dict. lib.* 50. *tit.* 4. *leg.* 1. Personalis munus est, quod cum corporibus exsilit: patrimoniale, in quo sumptus maxime postulantur. *Imp. Constantin. lib.* 11. *Cod. Theodos. tit.* 16. *leg.* 1. 2. *&* 9. Patrimoniales fundi.

PATRIMONIOLUM, i, n. exiguum patrimonium. *Hieronym. ep.* 10. *ad Furiam, ad fin.* Patrimoniolum meum quotidie perit.

PATRIMONIUM, ii, n. *beni paterni, facoltà, patrimonio, ròin*, proprie significat bona paterna, & rem familiarem a patre relictam: latius autem bona undecunque provenientia. *Cic pro Mil. cap.* 35. Ut plebem tribus suis patrimoniis deliniret. *b. c.* trium hereditatum bonis, patris naturalis, adoptivi, & matris, ut *Asconio* videtur. *Id. pro Rabir. Post.* 2. 14. Qui duo lauta & copiosa patrimonia accepisset, remque præterea bonis & honestis rationibus auxisset. *Id. pro Flacc. c.* 36. *ad fin.* Patrimonium satis lautum, quod hic nobiscum conficere potuit, Græcorum conviviis malui dissipare. *Id.* 2. *Phil. c.* 39. Hæ quondam orationes in populi R. patrimonio grandi feno-

fenum, & fructuoſæ ferebantur. *Paul. Dig. lib.* 30. *leg.* 39. Ea, prædia Cæſaris, quæ in formam patrimonii redacta, ſub procuratore patrimonii ſunt. *Cic. pro Sext. c.* 51. Utrum ego tibi patrimonium aut ipſi, an tu comediſti? *Id. pro Roſc. Amer. c.* 2. Amplum & copioſum innocentis patrimonium obtinere. *& cap.* 50. Expellere alios quem e patrimonio. *Id. pro Sull. c.* 20. Patrimonio ornatiſſimo ſpoliari. *Id. Phil.* 12. *c.* 8. Qui ex naufragio loculenti patrimonii ad hanc Antoniana ſexta projectus eſt. *Id.* 2. *Offic. c.* 25. Patrimonia effundere, inconſulte largiendo. *Quinctil. l.* 5. *c.* 10. exhaurire. *Cic.* 2. *Phil. c.* 37. devorare. ¶ Translate *Id. pro Dom. ſub fin.* Liberis noſtris ſuis amplum patrimonium paterni nominis ac noſtræ memoriæ relinquemus. *Id. 1. de Orat. c.* 57. Mucius paterni juris defenſor, & quaſi patrimonii propugnator fui. *In Minuc Scaev. & P. Syri, verſ.* 371. Honeſtus rumor alterum eſt patrimonium.

PATRIMUS. V. *Matrimus.*

PATRISSO, as, avi, atum, n. 1. patrem imitor, πατρίζω, πατριάζω. *Terent. Adelph.* 4. 2. 55. Laudo, Cteſipho; patriſſas. *Plaut. Pſaud.* 1. 5. 37. Miraris, ſi patriſſat filius? ¶ Scribitur & *patrizo*.

PATRITUS, a, um, πατρῶος, qui eſt paris, ut *ſuitus*, qui eſt ſui. *Cic.* 1. *Tuſcul. c.* 19. Hæc enim pulchritudo eſt eam in terris patriam illam, & evitant, ut ait Theophraſtus, philoſophiam excitavit. Ita legit eſſam *Non. c.* 2. *n.* 703. & defendit *Manut.* Al. patriam. *Varr.* apud *Non. ibid.* Patrito, & avito more precabamur. *Arnob. l.* 5. *pag.* 87. *In* ſedem patritam referri.

PATRIUS, a, um, *paterus, paris*, πατρικός, ad pateram pertinens, patereus. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 16. Intelligere poſſes, qui eminus patrios in liberos eſſet. *Id. Verr.* 5. *c.* 5. Nulla res rem patria cuiuſquam, atque acita fuit, quæ non ab eo ejudicaretur. *Terent. Eun. prol. v.* 13. Patrium monumentum. *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. *v.* 56. Qui patrium mimæ domat funambulæ, laxatum. *Plin. ep.* 12. *l.* 1. Pudor dolore conceptus eſt. Patrius huc illi. *Virg.* 1. *Æn. v.* 647. patrius amor. *Val. Flacc. l.* 1. *v.* 42. Phrixus Cretheos ut patrias, audiſti, effugerit aras. *b. e.* ad quas patet Athamas Crethei filius eum mactandum adduxerat. Sic *Ovid.* 15. *Met. v.* 723. patrias Epidaurius ares linquit. *b. e.* Apollinis patris. *Virg. Æn.* 3. *v.* 332. Oreſtes Excipit tacuatum (*Pyrrhum*) patriſque obtinuerat ad aras. *b. e.* Apollinis. nam Apollo, ut *Macrob.* docet *l.* 1. *Saturn. c.* 17. πατρῷος, *b. e. parens* cognominatus eſt, quia ſol eſt auctor progenerandarum omnium rerum. Vel ad aras, quæ & patri ejus ſtatim ſuerant. nam & Achilles in templo Apollinis occiſus eſt. V. *Servium.* ¶ *Patrius mos*, antiquus, tanquam a patribus acceptus. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 18. *ſub fin.* Hic enim mos erat patrius Ateniæ, adverſari ſemper omnibus in diſputando. ¶ *Patrius caſus* a Grammaticis dicitur genitivus. *Gell. l.* 4. *cap.* 16. V. *Patrentur*. ¶ *Patrium eſt*, paternum eſt, *è caſa de padre*. *Terent. Adelph. t.* 1. 49. Hoc patrium eſt, potius conſuefacere filium ſua ſponte recte facere, quam aliena metu. ¶ Item, a patre eſt, naturæ inſitum eſt. *Val. Flacc. l.* 2. *v.* 157. adde, cruentis Quod patrium ſævire Dahis. *Stat.* 12. *Theb. v.* 32. cui ruſticus horror in armis, Ruſtica tela manu, patriumque agitare tumultus. Pan illi genitor. Sic *Sil. l.* 15. *v.* 722. patrius geari pavor. ¶ Præterea *patrius* ſæpe reſtitur ad patriam, *della patria*. *Horat. in* 1. *Poet. v.* 56. cum lingua Catonis, & Enni Sermonem patrium diuſcerit. *Virg.* 2. *Æn. v.* 180. patrias vento petiere Mycenas. *& lib.* 3. *v.* 281. Exercent patrios oleo labentia palæſtras. *Id.* 1. *Georg. v.* 16. nemus linquens patrium, ſaltuſque Lycæi Pan ovium cuſtos. *Val. Flac. l.* 5. *v.* 534. patria tellus. *Cic.* 5. *de Legib. c.* 9. Patrii ritus. *& Parad.* 4. Patrius mos. *Id.* 1. *de Fin. c.* 2. ſermo. ¶ Dii patrii, πατρῷοι θεοί, ſunt Penates. *Cic.* 2. *Phil. c.* 30. *Tibull. l.* 2. *eleg.* 1. *v.* 17. & *Hygin.* apud *Macrob. l.* 3. *Saturn. cap.* 4. *extr.* ¶ *Patrium nomen* apud Grammaticos eſt, qua patria ſignificatur, ut *de evicoſſe, Romanus. Quinctil. l.* 2. *cap.* 5. (*al.* 9.) *a med.* & *Preſcian. lib.* 5. *pag.* 580. *Putſch.*

PATRIZO. V. *Patriſſo*.

PATRO, as, avi, atum, 2. 1. *auctoreſo*, rem turpem perficere, illuſtris dare operam. *a pater. Perſ. ſat.* 1. *verſ.* 18. patrantî factus ocello. ¶ Frequentius accipitur pro rem quamlibet perficere, aliquid jam inceptum ad finem perducere: vel ſimpliciter pro efficere, conficere, *conduco fine, terminare, efficere, fare*. *Cato* R. R. *c.* 54. Ubi ſementem patraveris, glandem parari legique oportet. *Sallu. l. in Catil. c.* 57. Conſtabat paucorum civium egregiam virtutem cuncta patraviſſe. *& cap.* 59. Si Romæ ſocii corpta patraviſſent. *Liv. l.* 53. *c.* 8. *extr.* Si forte abeſſe, dum facinus patratur, malit. *Cic. Acic.* 1. *ep.* 14. *ſub fin.* patrare promiſſa. *b. e.* præſtare. *Tacit.* 4. *Hiſt. c.* 83. juſſa. *b. e.* exſequi. *Lucret. l.* 5. *v.* 386. Quod facere intendunt, neque adhuc conata patrantur. *patrassim* deponentis formæ poſitum videri poteſt: ſed nec eſt neceſſe. ¶ *Patrare injuriandam* in antiqua formula fœderis apud *Liv. l.* 1. *c.* 24. eſt fœdus ſanciri, ut ipſemet *Livius* interpretatur. ¶ *Patrare bellum* dictum eſt *a Salluſt. in Jug. c.* 78. *Velleſ. l.* 2. *c.* 79. & 113. *Tacit.* 2. *Annal. c.* 26. & *Flor. l.* 2. *c.* 15. pro conficere, abſolvere, debellare: quare loquendi rationem ſancte & antique uſurpari affirmat *Quinctil. l.* 8. *c.* 3. *circa med.* V. *Duello*. ¶ *Patrare pacem*, conficere inter belligerantes. *Liv. l.* 44. *c.* 25. Modo pacis patrandæ cum Romanis pacifcendæ mercedem.

PATROCINIUM, ii, n. *protegione, defeſa, patrocinio, auxiglio*, tutela, defenſio, protectio. Patrocinia, inquit *Feſtus*, appellari cœpta ſunt, cum plebs diſtributa eſt inter Patres, ut eorum opibus tuta eſſet. *Cic.* 2. *Offic.* 5. 8. Noſtri magiſtratus, imperatoreſque ex hac una re maximam laudem capere ſtuduerunt, ſi provincias, ſi ſocios æquitate & fide defendiſſent. Itaque illud patrocinium Orbis terræ verius, quam imperium poterat nominari. *Nep. in Phoc. c.* 3. Utraque factio Macedonum patrociniis utebatur. *Salluſt. in Catil. c.* 42. Cujus patrocinio civitas plurimum utebatur. *Id. in orat. Philippi contra Lepid.* Sibi quiſque opes, aut patrocinia quærendo, conſilium publicum corruperunt. *Aſcon. in Divin. Verr. c.* 1. Metelli, quorum ſimilis Siculis patrocinium præbuit. *Inſcripc.* apud *Murator. pag.* 1103. *n.* 5. patrocinium Coloniæ decrevit, & per legatos detulit. ¶ Sæpe dicitur de defenſione forenſi, quam reis cauſidici præſtant. *Cic. de clar. Orac. c.* 29. Hoc dicendi genus ad patrocinia mediocriter ſptum videbatur, ad ſenatorium vero ſententiam vel maxime. *Id.* 2. *de Orat. c.* 57. Arripere patrocinium æquitatis, & defenſionem tuſſamentorum. *Quinctil. ſub init. cap.* 5. *l.* 7. Fecerunt tales noſtris etiam temporibus controverſiæ, ſtque aliquæ in meum quoque patrocinium inciderunt. *Varin. ad Cicer. Fam.* 5. *ep.* 9. Si tuam conſuetudinem in patrociniis tuendis ſervas, P. Varinius cliens advenit, qui pro ſe cauſam dicier vult. *Ovid.* 1. *ex Pont. ep.* 2. *v.* 69. Suſcipe Romanæ facundia, Maſume, linguæ, Difficilis cauſæ mitis patrocinium. ¶ Urbane *Cic.* 5. *de Fin. c.* 22. Aut hæc ibi ſunt vituperanda, aut patrocinium voluptatis repudiandum. *Plin. l.* 13. *c.* 3. Patrocinia vitiis quærere. *Quinctil. ſub fin. l.* 1. Difficultatis patrocinia præteximus ſegnitiæ. *Juſtin. l.* 35. *c.* 5. Modeſtia ſua Demetrius venium patri, non jure defenſionis, ſed patrocinio pudoris obtinuit.

PATROCINOR, aris, atus ſum, dep. 1. *protiggere, difendere, patrocinare, curry you*, patrocinio tutor, protego, defendo. *Plin. ſub fin. l.* 14. M. Antonius, edito volumine de ſua ſobrietate, patrocinari ſibi auſus. *Quinctil. l.* 5. *c.* 4. Nam & pro luxuria, & pro amore dicimus, & leno interim, pareſimſque defenditur, & ut non honorini patrocinemur, ſed crimini. *Auſt. de B. Hiſpan. c.* 20. *extr.* Adverſarii patrociuari loco iniquo non deſinunt. *Cic. c.* non deſerere, tueri, defendere. *Plin. l.* 14. *c.* 4. Litteris ejus altioribus contra ad pigeu vicinitate ſibi patrocinante. *Ulpian. Dig. lib.* 5. *tit.* 11. *leg.* 5. *a med.* Nonnus indignus eſt, cui exceptio patrocinetur?

PATROCLIANUS, a, um, adject. a Patroclo. *Martial. l.* 12. *ep.* 78 Sellas antr peuit Patrocliauas. Ubi publi as quaſdam Romæ latrinas intelligit.

PATRŌCLUS, m. Πάτροκλος, Menœtii filius, & Sthenoles (*Hygin. fab.* 97. baſtet Philomelæ) qui occiſo per ludum aſtragalorum Cromymo, ſeu, ut alii placet, Æmne Amphidamantis filio, ſolum verſens Pthiam venit, ubi a Peleo propter generis propinquitatem ſuſceptus eſt, & una cum Achille apud Chironem educatus, cum eodem artiſſima cum citia junctus fuit. Poſtea etiam cum Achillis ad expeditionem Trojanam profectus eſt, ubi armis Achillis indutus, quo tempore ille iratus Agamemnoni peroptat ereptam ſibi Briſeidem, bello abſtinebat, cum Hectore pugnans, ab eodem confoſſus occubuit. Quod cum reſciſſet Achilles, accenſis a Thetide matre aliis armis a Vulcano fabricatis, ad bellum rediit, amici mortem vindicaturus, Hectoremque interfecit. *Ovid. l.* 12. *ex Pont. ep.* 3. *v.* 73. Cæde puer facta Patroclus Oſſaea reliquit.

PATRONA, æ, f. quæ aliquem defendit. *Terent. Eun.* 5. 2. 48. Te mihi patronam cupio, Thaïs. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 48. Provocatio patrona illa civitatis, ac vindex libertatis. *Martial. l.* 7. *epiſt.* 72. Ut vocem mihi commodet patronam. Ubi videtur adjective uſurpari. ¶ Proprie eſt, quæ aliquem manumiſit. *Plin. l.* 10. *ep.* 4. Ita manumiſſus e patrona: vocatur ipſe Harpocras: patronam habuit Thermuthin Theonis. ¶ Translate *Plaut. Aſin* 5. 2. 56. Iuquam ſervi *patronam* dicit, quia ſi quid feeleſte fecit, lingua pro illo pejerat, & a ſupplicio defenſat.

PATRONALIS, is, adject. ut Verecundia patronalis, *h. e.* quæ patrono debetur, *Marcel. Dig. lib.* 39. *tit.* 5. *leg.* 20. Patronalis honor, *h. e.* patronatus, *Inſcripc.* ſub M. Aurel. Antonino, apud *Gruter. pag.* 1101. *n.* 4.

PATRONATUS, us, m. dignitas, & conditio patroni. In veteri decreto ſub Antonino Pio, apud *Murator. pag.* 563. *n.* 1. Libeuter ſuſcipiat Collegii noſtri patronatum. ¶ *Jus patronatus* eſt, quod habet patronus in libertum. Nam qui aliquem libertate donat, e ſervo libertum facit, ſtque ipſe a domino patronus. Itaque in eum, quem a ſe dimittit, quodam jura ſibi retinet, ut nemo ejus uti poſſit in quibuſdam cauſis: ut ab eo aliter, ſi opus fuerit, ne accuſetur: ne contumelia afficiatur, &c. V. *Digeſt. lib.* 37. *tit.* 14. qui *de jure patronatus* inſcribitur. *Martian. ibid. leg.* 3. Omni commodo patronatus carere. *Terent. ibid. leg.* 51. Amiſſi patronatus jus recipere.

PATRONUS, ni, m. *protettore, difenſore*, προστάτης, qui alterum tuetur, & defendit: cui reſpondet *cliens*: a *pater*, ut *Feſt.* innuit in *Patronus*, & *Serv. ad Æn.* 6. *v.* 609. quia ut pater filium, ita hic clientem tuetur. *Patroni* enim primo dicti ſunt Patres, ſeu Patricii, quibus ea ſoſtituto Romuli plebs commendata fuit, ut quem quiſque plebeius vellet e Patribus, cum ſibi veluti tutorem eligeret, qui ſuis in cibus ac periculis ſibi adeſſet. *Liv. l.* 6. *c.* 18. Quot enim clientes circa ſingulos fuiſſe patronos, tot nunc adverſus unum hoſtium eritis. *& paulo poſt.* Ego me pstrum profiteor plebis, quod reibi cura mea, & fides nomen induit. V. *Sicon. de ant. jur. Civ. R. l.* 1. *c.* 7. ¶ Præterea *patroni* erant, qui provinciarum, & aut rarum nationum, R. imperio ſubditarum, Romæ apud Senatum, magiſtratus, & populum, auctoritata & gratia res & negotia defendebant. Sic Bononienſes patronos habuere Antonios, Syracuſani Marcellos, Lacedæmonii Claudios, Afri Scipiones, Allobroges Sangas, &c. *Cic.* 1. *Offic. c.* 11. Tantoperc apud noſtros juſtitia culta eſt, ut ii, qui civitates, eas nationes devictas bello, in fidem recepiſſent, earum patroni eſſent more majorum. *Id. in Divin. Verr. c.* 1. Uti cum ſummum in veteribus patronis multis, tum nonnullum etiam in me præſidium ſuis fortunis conſtitutum ſi-

se arbitrarentur. *Id. in Pison. c. 12.* Ma inaurata statua donarant, me patronum suum adsciverant. *Id. pro Sull. c. 21.* Patronus, defensor, custos coloniæ. ¶ Quoniam ergo patronorum officia fuere, ut clientes omnibus in rebus tuerentur, ac potissimum ut iis incognita jura traderent, causamque eorum in foro, re postulante, defenderent; factum est, ut patronus pro oratore, sive actore causarum usurparetur, *ex vocato*. *Ascon. in divin. Verr. c. 4.* Qui defenderit ulterum in judicio, aut patronus dicitur, si orator est; aut advocatus, si aut jus suggerit, aut præsentiam suam commodat amico; aut procurator, si negotium suscipit; aut cognitor, si præsentis causam novit, & se tuetur, ut suam. *Cic. 2. Offic. cap. 14. a med.* Judicis est semper in causis verum sequi: patroni nonnunquam veri simile, etiamsi minus sit verum, defendere. *Id. 2. de Orat. c. 69.* Ut ille Siculus, qui præter Scipii patronum causæ dabat hospitem suum. *Id. pro Mur. c. 2.* Quemadmodum constituere alicui causæ patronum. *Ascon. in argum. 2. or. pro Scauro, sub fin.* Defendere aut Scaurum sea patroni, cum ad id tempus raro quisquam pluribus, quam quatuor utsretur: at post bella civilia, ants legem Julium, ad duodenos patronos est perventum. *Ovid. l. c. de ar. am. v. 88.* Qui modo patronus, nunc cupit esse cliens. ¶ Translate de quovis defensore dicitur. *Cic. Agrar. 3. c. 1. sub fin.* Eam legem a vectorum commodorum patrono esse conscriptam. *Id. pro Balb. c. 10.* Patronus fœderum ac fœderatorum. *Id. de Amic. c. 7. sub fin.* Quibus tum patronus justitiæ fuit contra accusatum orationem Philippi! ¶ Adjective *Martial. l. 7. epigr. 71.* Ut vocem mihi commodes patronam. ¶ Denique *patronus* est ecclesiæ *liberti*. V. vocem præced. *Cic. Fam. 13. ep. 21. sub fin.* Peto a te, ut Hammonium libertum in patroni ejus negotio tuere. *Tacit. 2. Hist. c. 2.* Corrupti in dominos servi, in patronos liberti.

PATRONYMICUM NOMEN, *πατρωνυμικὸν ὄνομα*, est, quod sit ex nomine patris, avi, vel alius ex majoribus, & significat filium, vel filiam, nepotem, vel neptem, vel alium ex descendentibus, ut *Peleides*, Achilles filius Pelei, *Æacides*, Achilles nepos Æaci: item ex nominibus regum, urbium, fluminum, &c. V. *Prisc. inst. l. 2. pag. 582. Pucsch.* & alios Grammaticos.

PATRÔUS, a, um, *πατρῷος*, patrius: non Græca, a *πατὴρ* pater. *Patrona virgo* apud *Catull. carm. 6.* videtur esse Minerva ingeniorum præses, ea capite Jovis patris nata sine ope feminæ. Ita *Hoff.* & *Vulpius*. Eadem de causa *paterna virgo* dicitur a *Stat. l. 1. Achill. v. 547.* Al. tamen aliter aut leg. aut interpret.

PATRUELIS, is, m. & f. *cognatus*, *ἀνεψιὸς*, *ἀνεψιὰς*, filius, vel filia patrui mei: qui & *frater*, aut *soror patruelis* dicitur. Differt a *consobrino*, qui est filius matertiæ, h. e. sororis matris meæ. *Gaius Dig. lib. 38. tit 10 leg. 2.* Item fratres patrueles, sororesque patrueles, illæ qui, quave ex duobus fratribus progenerantur. *Nov. c. ult. v. 8.* Patrueles, marium fratrum filii. *Cic. initio l. 5. de Fin. L.* Cicero frater noster cognationis patruelis, amore germanus. (Adde *pro Planc. c. 12.*) *Sueton. in Domit. c. 10. a med.* Ovidii Flavium Sabinum, alterum e patruelibus, quod, &c. & *cap. 15.* Flavium Clementem patruelem suum interemit. *Pers. sat. 6. v. 32.* Si nobis nulla jam reliqua ex amitis, patruelis nulla, proneptis Nulla manet. ¶ Sic etiam appellatus filius fratris patris mei. *Cic. pro Cæl. c. 24.* Clodium vocat fratrem patruelem Q. Mstelli Celerie, quia matre Clelii soror fuerit patris Q. Metelli. ¶ *Cæsar. l. 1. pag. 113. Turseb.* cult in ablativo *patruele* dici, allato exemplo *Neporis in fragm.* ¶ Adjective *Ovid. Heroid. ep. 14. v. 61.* Quo meruere necem, patruelia regna tenendo. *h. e.* Danai patrui sui, nostros docentes ejus filias. V. *Danaus*. Ajax apud *Ovid. l. 13. Met. v. 41.* Nos inhonorati, & donis patruelibus orbi. *h. e.* armis Achillis, qui fuit filius Pelei fratris Telamonis, quem Ajax patrem habuit, *Id. l. 3. Met. v. 350.* Deucalion lacrymis ita Pyrrham affatur obortis: O soror, o conjux, o femina sola superstes, Quam commune mihi genus, & patruelis origo, Deinde toris junxit. *Fab.* quia filii erant duorum fratrum, Ille Promethei, hæc Epimethei.

PATRUUS, i, m. *ὁ πατρυὸς*, *πατρυιὸς*, frater patris mei (ut docet *Paul. Dig. l. 38. tit. 10. leg. 10.*) a *pater*, quia pater hujus loco est, eo mortuo. Differt ab *avunculo*, qui est matris meæ frater. *Cic. de Harusp. resp. c. 12. ad fin.* Ifiiusmodi Megalesia fecit patrui sui? ifiiusmodi patruus? *Horat. in fi. sat. 6. l. 1.* Quæstor avus, pater atque meus, patruusque fuisset. ¶ Interdum notat severitatem & austeros mores, cujusmodi solent esse patruorum in fratris filios. *Cic. pro Cæl. c. 11.* Et qui in reliqua vita mitis esset, fuit in hac causa pertristis quidam patruus, censor, magister. *Horat. l. 2. ser. 3. v. 87.* Sies ego prave, Seu recte hoc volui: ne sis patruus mihi. *Pers. sat. 1. v. 61.* Cum sapimus patruos. *h. e.* graves severosque mores induimus. ¶ *Patruus magnus* est frater avi mei paterni, vel materni, *fratello di mio nonno*. *Patruus major*, frater proavi mei, *fratello di mio bisavo*. (*Fest.* in *Major* etiam aviæ paternum, seu proavus meæ fratrem *patruum majorem* dici ait.) qui & *propatruus* vocatur. *Patruus maximus*, frater abavi mei, *fratello di mio arcavolo*: qui & *abpatruus* dicitur. *Paul. loc. cit.* ¶ Duplicite: *patruus* intelligendus est, ex parte vel matre. *pura*, avia paterna mea nupsit patri tuo, peperit te: aut avia paterna tua nupsit patri meo, peperit me. Ego tibi patruus sum, & tu mihi. Idem evenit, si muliere. altera alterius filio nupserint. nam qui ex his masculi nati sunt, invicem patrui sunt, quæ feminæ iuecem amitæ. Item masculi feminis similiter patrui, feminæ illis amitæ. Et si vir & mulier, ille filiam ejus duxerit, illa filio ejus nupsserit; qui ex patre adolescentis nati erunt, ex matre puellæ nati, fratris filios: illi eos patruos, & amitas appellabunt. *Id. ibid.*

PATRUUS, a, um, *del zio paterno*, ad patruum pertinens. *Horat. l. 3. od. 12. v. 2.* examinari metuentes Patruæ verbera linguæ. *Ovid. 4. Fast. v. 55.* Ense cadit patruo Lausus. Al. leg. *patrui*, al. *patrio*. Eadem lectionis varietas est apud *eund. 3. Amor. el. 6. v. 49. & lib. 11. Met. v. 328. & lib. 12. v. 597. &c.* ¶ Joculariter *Plaut. Pœn. 5. 4. 64. & 26.* Patrue mi patruissime. *h. e.* dulcissime, amantissime.

PATULCIUS, dictus est Janus, quod tempore belli portæ templi ejus patorent. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 9. ad fin.* & *Ovid. 1. Fast. v. 129.* Modo namque Patulcius idem, Et modo sacrifico Clusius ore vocor. ¶ Etiam Jupitar & Juno hoc appellantur cognomine. *Inscript.* apud *Spon. in Miscellan. pag. 81.* Jovi Patulcio, & Junoni Patulciæ D. D. prid. Id. Augu. C. Cæsio Longino & Sea. Domitio Calvino Coss. L. Calpurnius L. F. Pal. Messalinus Præf. Fabr. Oft. &c. *Alia ibid.* Junoni Patulciæ Sispitæ T. Fabatius Tabularius Oft. &c. Utaque Lupia ad Ostiensem portum pertinet: Jupiter & Juno tanquam ejus præsides, eo sine cuiuntur, ut navigantibus pateat, & tutos reddat.

PATULICANS. V. *Pastillarius*.

PATULUS, a, um, *aperte, largo, ample, ἀναπτὸς, κῖλος*, patens, apertus, latus, amplus. & sæpe de iis dicitur, quæ semper aperta & patentia sunt. *Varr. l. 4. de L. L. c. 33.* Cæcum ædium dictum, qui locus tectus intra parietes relinquebatur patulus, qui esset ad communem omnium usum. *Lucret. l. 6. v. 107.* patuli supse æquora muuli. *Cic. de nat. Deor. l. 2. c. 48 & lib. 3. de Fin. c. 19.* Pinna duabus grandibus patula conchis, cum parva squilla quasi societatem coit compascendi sibi. *Id 2. de Orat. c. 7. ad fin.* Platanus ad opacandum locum patulis diffusa ramis. *Virg. 2. Georg. v. 375.* bucula cælum Suspicions patulis captavit naribus auras. & *lib. 3. v 360.* patulæ puppes. *Plin. l. 36. c. 9.* Patulæ in latitudinem nares. *Virg. 7. Æn. v. 615.* patulis nec parcere quadris. *Horat. lib. 2. ep. 18. v. 70.* patulæ aures. *h. e.* quæ semper apertæ sunt, & paratæ ad audiendum. *Ovid. 8. Metam. v. 30.* Impolito patulos calamo finaverat arcus. & *vers. 675.* patula cannina. & *lib. 14. v. 752.* patulæ fenestræ. & *lib. 15. v. 513.* patulo partem maris evomit ore. & *lib. 2. v. 379.* patuli lacus. *Tacit. Ann. 15. c. 40.* patula urbis loca. & *cap. 43. extr.* Patula latitudo, & nulla umbra defensa. *Gell. l. 6. c. 6. extr.* Aves ingentibus alis patulæ atque porrectæ. ¶ *Patuli boves* qui sint, V. in *Camarus*.

PAVA, æ, f. *pavissa*, femina in genere paconum. *Auson. epigr. 69.* Pavonos de pavo conflictis ante oculos.

PAUCI, æ, a, *pochi, ὀλίγοι*, qui exiguo numero sunt, rari: a *paucus*, quod idem significat. Referitur ad quantitatem discretam, h. e. ad numerum, & contrarium habet *plures*, *multi*: sicut *parvus* ad quantitatem continuam, h. e. corpus: cui *magnus* opponitur. *Cic. 5. Tusculan. c. 35. extr.* Quotidie nos ipsa natura admonet, quam paucis, quam parvis esbus egeat, quam vilibus. *Id. pro Cluent. c. 46.* Ut motus ad omnes, pœna ad paucos perveniret. & *ibid. in fi.* In multorum peccato carpi paucos ad ignominiam non oportet. *Id. 2. de Orat. c. 32.* Causæ modicæ & paucæ. *Tacit. 4. Hist. c. 40.* Pauca & modica differuit. *Hort. de B. Afric. c. 96.* Pauciora ab amplioribus circumventa navigia deprimuntur. *Sallust. in Jug. c. 53.* Ne pauciores cum pluribus animum conferrent. *Celsi. l. 7. r. 2. a med.* quam minimæ, & quam pauciissimæ partes sint. *Cic. Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 1. extr.* Spero, pauci menbiosa onus Diphili perfectum fore. *Id. 2. Fam. ep. 7.* Paucis diebus erom missurus domesticos tabellarios. *ero paucis diebus.* & *here. 2. c. 6. ad fin.* Ecce autem repente, his diebus paucis, vetera illa consuma repetuntur. & *Terent. Andr. 1. c. 77.* Fere in diebus paucis, quibus hæc acta sunt, Chrysis moritur. *Plin. l. 30. initio.* In paucis digna res est, de qua plura dicantur. ¶ Absolots *pauci*, pauci homines. *Phædr. l. 5. fab. 4. extr.* Paucis temeritas est bono, multis nullo. *Cic. pro Mur. c. 11.* Posset agi lege, nec ne, pauci quondam sciebant. ¶ *Pauca*, pauca verba. *Terent. Andr. 3. 3. 4.* Auscults paucis. & *1. 1. 2.* Paucis te volo. & *5. 3. 22.* Pater, licet ne pauca? *Horat. l. 1. sat. 6. v. 60. ecfiondes*, ut tuus est mos, pauca. *Sallust. in Jug. c. 19. & 20. extr.* Cetera quam pauciissimis absolvam. *Plaut. Pœn. 5. 4. 54.* in pauca confer. ¶ *Pauci*, boni, ut *multi*, mali. V. *Multus*. *Cic. in Orat. c. 3. sub fin.* Eloquentia jactationem habuit apud populo, nec paucorum judicium, reprehensionemque pertimuit. Adde *Lucil.* apud *Non. c. 12. n. 4.* ¶ In sing. numero *Horat. de ar. Poet. v. 203* tibis tenuis, simplexque foramine pauco. *Gell. l. 20. c. 1. a med.* Injurias pauco ære diluere *Apul. l. 11. Metam.* Post paucum tempus quotidianæ. ¶ In genitivo plur. *paucum* pro *paucorum* dixit *Ennius* apud *Gell. l. 12. c. 4. ad fin.* ¶ In dativo pluc. habet *paucis* in omni genere: olim & *paucabus* in femiuino dictum est. *Cn. Gell.* apud *Charisi. l. 1. pag. 39. Putsch.* Capite cum aliis paucabus consilium. V. *Africa*.

PAUCIES, & Pauciens. *raro volte, ποῦρα, σπανίως*, raro, paucis vicibus. *Tacitus.* apud *Fest. & Non. c. 2. n. 681.* Tusm uxorem pauciens videbo. *Cæl. Annal. 6. ibid.* Confulto non pauciens arcessitum.

PAUCILOQUIUM, ii, n. *poche parole, ὀλιγολογία*, paucitas sermonis. *Plaut. Merc. 2. 1. 31.* Contumelia, & dispendium, multiloquium, pauciloquium.

PAUCITAS, atis, f. *poco numero, pochezza, ὀλιγότης*, exiguus numerus. *Cic. 2. de Orat. c. 2.* Quanta Oratorum sit, semperque fuerit paucitas. *Cæs. l. 3. B. Gall. c. 9.* Navigatio impedita propter infrequentiam locorum, paucitatemque portuum. *Nep. in Datam. c. 7. extr.* Ut non multam obesse multitudo hostium suæ paucitati posset. *Sallust. in Catil. c. 57.* Divitias paupertas, multitudinem paucitas superat. *Curt. l. 3. c. 4.* Loci angustiis redactus est ad paucitatem, quam in hoste contemserat. *Cic. l. 2. de Invent. c. 22.* Partitio habere debet brevitatem, absolutionem, paucitatem. & *paulo post.* Paucitas in partitione

citione ſervatur; ſi genera ipſa rerum ponuntur, neque permixte cum partibus implicantur. *Nep. in Pelop. c.* 2. Qua paucitate perauſſa eſt Lacedæmoniorum potentia. *de* 11 *pochi*.

PAUCULI, æ, a, *affet pochi*, diminut. a *pauci*. *Cic.* 5. *Attic. ep. ult. ante med.* Voluſium miſi in Cyprum, ut ibi pauculos dies eſſet. *Plaut. Merc.* 2. 3. 52. Mane: paucula ſcifcitam prius volo. *Id. Epid.* 3. 4. 24. Volo te verbis pauculis, ſi tibi inclaſſum non eſt. *Terent. Heaut.* 4. *ſ.* 24. Quod imparabit, facito: loquitor pauculà.

PAUCUS. V. *Pauci*.

PAVEFACTUS, a, um, *intimorito*, *ſpaventato*, πτοίζομενος, aterritus. *Ovid* 13. *Met. v.* 878. Aſt ego vicino pavefacta ſub æquore mergor. *& lib.* 15. *v.* 636. pavefacta paſtora. *Senec. in Herc. Fur. v.* 1022. Pavefactus infans igneo vultu patris, parit ante vultus.

PAVENS, entis, *ſpaurito*, *pieno di timore*, ἔκφοβος, timens, meturns, pavidus. *Sallaſt. in Jug. c.* 114. Repenta Maurus incerto vultu pavens ad Sullam accurrit. *Ovid. Met.* 8. *v.* 89. Pervenit ad regem, quem ſic affata poventem. *& lib.* 2. *v.* 398. Colligit amentes, & adhuc terrore paventes Phœbus equos. *Apul. in ſ. l.* 4. *Metam.* Pavens us trepida. *& l.* 5. Paventes cogitatiouss.

PAVEO, es, pavi, a. 2. *poventare*, *aver paura*, *temere*, δειδίσσω, timeo, metuo. Volunt aſſe a *pavor*: hoc autem a *pavio*, quia pulſat cor, percellit animum. Unde videtur ſſe diſcrimen Inter *metuo*, *timeo*, & *paveo*, quod illa occultum animi affectum ſignificent, hoc cum extra ſe prodit pallora, & tremore. Sed hoc ſervari non ſolet. *Plaut. Ciſtell.* 2. 1. *in ſ.* Et illud paveo, & hoc formido. *&* 4. 2. 20. Nam & intus paveo, & foris formido. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 362. Sollicitæ mentes ſpequs, metuque pavzat. *Terent. Phorm.* 1. 4. 10. Tum mihi paveo, tum Antipho me ſecruciat animi. *Senec. in Med. v.* 670. Pavet animus, horret: magna periicies adeſt. *Terent. Andr.* 2. 2. 22. Id paves, ne ducas tu illam: tu autem, ut ducae. *Plaur. Amph.* 5. 2. 58. & *Mil.* 3. 3. 21. Ne pave. *Ovid.* 1. *Met. v.* 388. paveteque Ladera jactatis matarnas oſſibus umbras. *Salluſt. in Catil. c.* 32. Mulieres affligtare ſi, miſerari parvos liberos, rogitare, omnia pavere. *Horat. epod.* 12. *in ſ.* pavet acres Agna lupos, capreæque leones. *Petron. in Satyr. c.* 139. & regnum Neptuni pavit Ulyxes. *Tacit.* 1. *Hiſt.* 2. 29. Pavere triſtiorem caſum. *& ſep.* 50. mores alicujus. *Plin. l.* 2. 2. 12. mortem. ¶ Tranſlatè *Plin. l.* 17. 2. 20. *a mod. de caſtanea*. Sed trsnslata neſcit hoſpitare, pavetque novitatsm. ¶ Paſſive *Plin. l.* 37. *c.* 9. *ſub fin.* ſta ut paverentur nats hic ulcsta. *Id. l.* 8. 2. 23. Nec pedibus tantum pavendas ſerpentes, ſed & miſſili volare tormsnte.. Ita *Hardnin.* ex MSS. Al. *cavendas*. ¶ Præteritum *pavi* agnoſcitur etiam a *Diomed. l.* 1. *pag.* 369. *Putſch.*

PAVERA, frumenta dicebant antiqui, quæ de vagina non bene exibant. *Paul.* 52 *Feſto*. nbi al. leg. *poveri*. Dicta ſunt autem a *pavo*, quia pavire ea multum oportet, ut a gluma liberentur.

PAVERATUS, a, um, denſus, calcatus, ut Peverata veſtis: a *pavio*. Vide *Popoveratus*.

PAVESCO, is, n. 3. *forſi pauro*, *ſpaventarſi*, *temere*, πλησσομαι, pavere incipio, extimeſco. *Colum. l.* 6. *c.* 2. Bobus ſub ſtamine menum ſubjicere, ne ad ejuſmodi tactum poſtmodum paveſcant. *Plin. l.* 29. *c.* 4. *ante med.* Paveſcere ad nocturnas imagines. *Sil. l.* 16. *v.* 227. Ne vero, ne, nata, deum tu læta paveſce Prodigia. *Tacit.* 2. *Ann. c.* 4. Paveſcere bellum. *Gell. l.* 19. *c.* 2. *ſub fin.* Paveſcere ſeoſum, & quaſi albeſcere.

PAVIBUNDUS, a, um, pavens. *Arnob. l.* 7. *pag.* 221. Pavibundæ trepidationes.

PAVICULA, æ, ſ. *maggerango*, inſtrumentum, quo area denſatur, æquaturque: *a pavio*. Gloſ. Paviculæ, ἐπαλκώσεις. *Cato R. R.* 2. 91. *de area faciendâ*. Comminuito glebas bene, deinde coæquato, & paviculis verberato. *& ſep.* 129. Comminuito terram, & cylindro, aut paviculâ coæquato. *Colum. l.* 2. *c.* 6. *ante med.* Solum velut ſignium opus, paviculis condenſatur. *& mox.* Pavimenta teſtacea magna vi paviculis inculcantur, atqus expoliuntur.

PAVIDE, adverb. *timidamente*, ὀκνηρῶς, timide, meticuloſe. *Liv. l.* 5. *c.* 39. Quæ ad Alliam tam pavide fugerat. *Quintil. l.* 12. 2. 3. *ante med.* Pavide dicere.

PAVIDUS, a, um, *timido*, *pauroſo*, *intimorito*, ὀκνηρὸς, δειλὸς, qui pavet, timidus. Differt a *pavens*. nam *pavidus* dicitur, qui natura talie eſt; *pavens*, qui an cauſa. Ita *Servius* ad illud *Virg.* Æn. 2. *v.* 489. Tum pavidæ triſtis matres ingentibus terrant. *Horat. apod.* 2. *v.* 35. Pavidus lepus. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 400. pavidas aves terrere. *Plin. l.* 11. 2. 37. *fell.* 54 Pleriſque naturala, ut nictari non ceſſent: quos pavidiores accipimus. ¶ Hoc tamen diſcrimen non eſt perpetuum. *Liv. l.* 3. *c.* 26. Caſtris ſa pavidus teusbat. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *fell.* 50. Aures in equis indicia animi præferunt: ſeſſis marcidæ, micantes pavidis, ſubrectæ furentibus. *Tacit. 6. Ann. c.* 23. Miles pavidus, & caſuum marie ignarus. *Id.* 2. *Hiſt. c.* 68. Vitallius ad omnes ſuſpiciones pavidus. *Sil. l.* 10. *v.* 65 talin', pavidiſſima, dignum Me vita, pulcraque indignum morte putaſti? ¶ Cum genitivo *Tacit.* 4. *Hiſtor. c.* 14. Miles armis gravis, & nandi pavidus. *Id.* 4. *Ann. c.* 38. Offenſaaum non pavidus. *Senec. in Herc. Fur. v.* 293. Pavidus lucis. *& verſ.* 1076. Isti. *Lucan. l.* 8. *v.* 811. metis. ¶ Cum infinito. *Sil. l.* 2. *v.* 406. Kartalo non pavidus fatas mulcere leenas. ¶ Cum pavore conjunctus. *Sil. l.* 13. *v.* 133. pavidaque petebat Conſternata fuga poſitus ad mœnia campos. *Lucan. l.* 5. *v.* 255. pavidum murmur. *& lib.* 2. *v.* 168. furtum. ¶ Metonymica, pavidum faciens. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 16. Deque meo pavidos excute corde metus. *Lucret. l.* 2. *v.* 43. pavidæ relligiones. *Stat. ſ. Theb. v.* 567. pavidus lucus. ¶ *Pavidum* adverbii ritu, *Ovid. 9. Met. v.* 567. Deque ſuis unum famulis pudibunda vocavit, Et pavidum blandita, ſer has, fidiſſime, noſtro Dixit, & adjecit longo poſt tempors, fratri.

PAVIMENTARIUS, ii, pavimentorum artifex. *Inſcrips.* apud *Murator. pag.* 527. *n.* 6. & apud *Donium claſſ.* 9. *n.* 35. Genio collegi Pavimentariorum M. Alfius Onefimus dedic. K. Mart. M. Sil. L. Norb. Coſ. *b. c.* A. C. XIX.

PAVIMENTATUS, a, um, *laſtricato*, pavimento ſtratus. *Cic. pro Dom.* 2. 44. In palatio pulcherrime proſpectu particum cum conclavibus pavimentatam trecentum pedum concupierat. Adde *ad Q. Fratr. l.* 3. *ep.* 1. *c.* 1.

PAVIMENTO, as, avi, atum, a. 1. *fare pavimento*, διαπλίζω, pavimentum facio, pavimento ſtemo. *Plin. l.* 27. 2. 4. Ergo pavimentandum, ubi ſuto ſit, cenſent.

PAVIMENTUM, ti, n. *pavimento*, *terrazzo*, *laſtrico*, *battuto*, πλακοῦς, domus ſolidamentum, ſive incruſtatio, quem gradiendo calcamus: a *pavio*. *Cat. c.* 18. R. R. Ibi de teſta arida pavimentum ſtruito: ubi ſtructum arit, pavito, fricatoque, oleoque perungito, uti pavimentum bonum ſiat. *Juvenal. ſat.* 14. *v.* 60. Verm pavimentum, & mitidas oſtenda columnas. *Cic. Q. Fr. l.* 3. *ep.* 2. *c.* 2. Pavimentum facera. ¶ Pavimentorum plura apud veteres ſtrata recenſet *Plin. l.* 36. *c.* 25. Adde *Vitruv. l.* 7. *c.* 2. *Caton. de R. R.* 2. 9. & *Pallad. l.* 1. *tit.* 9. qui eorum faciandorum rationem docent. ¶ Aliud eſt lapida ſternere, aliud pavimentum facere. Illud fit cum ſecta lapide ſolum operitur; hoc propria, cum rudere pavito & calce conſternitur, & ſolidatur. Illud apud nos eſt *laſtrico*, hoc *terrazzo*. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 51. Quidam, aream ut habeant ſolidam, muniunt lapida, aut etiam faciunt pavimentum. *Feſtus*. ¶ Sed & lapide ſtratus locus *pavimentum* dicitur. *Cæſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 105. Palma in tecto inter coagmenta lapidum ex pavimento exſtitiſſa oſtendebatur. *Mart. de B. Alex. c.* 2. Alexandriæ ædificia tecta ſunt rudere, aut pavimantis. *Feſtus*: Pavimanta Pœnica, marmore Numidico conſtrata ſignificat Cato.

PAVIO, is, a. 4. *battere*, *percuotere*, παίω, cædo, ferio, tunda: a voce Græca allata. *Lucret. l.* 2. *v.* 375. qua mollibus undis Litoris incurvi bibulam pavit æquor arenam. *Cic. 2. de Divin.* 2. 34. *ſub fin.* Quia cum pulli paſcuntur, neceſſe eſt aliquid ex ore cadere, & terram pavire, tarripavitum primo, poſt terripudium dictum eſt: hoc quidem jam tripudium dicitur. ¶ *terram*, aut *ſolum pavire*, tundendo, calcandoque ſolidare, *calcare*, e *affodare battendo*. *Cato R. R. c.* 18. *a med.* De teſta atido pavimentum ſtruito: ubi ſtructum erit, pavita, fricatoque. *Plin. l.* 19. *c.* 7. Cum maledictis, & probris ustmum ſerendum præcipiunt: ut latius proveniat, fato pavitur terra.

PAVITANS. V. *Pavita*.

PAVITATIO, onis, ſ. trepidatio. *Apul. de Mundo*. Palmatiæ, quorum pavirationa illa, quæ trepidant, ſine inclinationis periculo autant.

PAVITENSIS, ſe. Eſt *Iſidori l.* 19. *Orig. c.* 22. V. *Levidenſis*.

PAVITO, as, avi, atum, o. 2. *temere e tremare*, πτοέομαι, ſæpe aut valdz, & cum tremore paveo. *Lucret. l.* 2. *v.* 57. Quz pueri in teasbris pavitant, finguntque futura. *Virg.* 2. Æn. *v.* 307. Proſequitur pavitans, & ſecto pectare ſatur. *Val. Flacc. l.* 7. *v.* 410. effuſis pavitantem flatibus. *Senec. in Oedip. v.* 1047. Pavitanta greſſu ſequere ſallaces vias. ¶ Pro ægrotare. *Terent. Hecyr.* 3. 1. 40. Uxorem Philumanam pavitare neſcio quid dixerunt. (Ubi *Donatus*: pavere & timere & ad corporis & ad animi perturbationem Vstetes referebant.

PAVITUS, a, um, *maggerangato*, *battuto*, *calcato*, *affodato battendo*, pulſando calcatus, iusulcatus, ſolidatus. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 51. Aream eſſe oportet ſolida terra pavitem. *Plin. l.* 36. *c.* 25. Pavimenta fiſtuta pavita. *Id. l.* 9. 2. 10. Teſtudinss patiunt ova, eaque drſoſſo extra aquas, & cooperta terra, ac pavim pectore & complanata incubaot noctibus. *Colum. l.* 8. *c.* 6. *ad fin.* Stetquilioia aaſtructum pavitumque ſolum habeant, ne humorsm tranſmittant. *laſtricato*.

PAULATIM, & Paullatim, *a poco a poco*, κατ' ὀλίγον, αὐτοβραδῶς, ſenſim, leniter, minutatim. *Cæſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 33. Paulatim Germanos conſueſcere Rhenum tranſira. *& lib.* 2. *c.* 8. Colliz levitzr faſtigiatue, paulatim ad planitiem redibat. *Salluſt. in Catil. c.* 51. Ubi paulatim licentia crevit. *Virg.* 4. *Ecl. v.* 28. Molli paulatim flovefcst campus arista. *Cæſ. l.* 4. *B. Gall. c.* 30. *in ſ.* Paulatim ex caſtris diſcedere cœperunt. *pocho alla volta*: non omnes ſimul, ſed ſubinda pauci. *Paul. Dig. lib.* 49. *tit.* 14. *leg.* 47. Æmilius conduxerat a fiſco poſſeſſionem, eamque paulatim pluribus locaveret. *b. c.* per exiguas partes, particulatim. ¶ More ſubſtantivi cum genitivo, Cera R. R. 1. 74. Farinam in morturium indiro, aquæ paulatim addito, ſubigitoque pulcre. *b. c.* paulum aquæ addito: vel quod aptius videtur, aquam paulatim addito.

PAULIANUS, a, um, adject. a Paulo nom. proprio, ut Pauliana reſponſa. *b. c.* Pauli JCti, *in præfat. in Pandect. ad Antecceſſor.* 5. 5. Sic Pauliana victoria, *Valer. Max. l.* 8. 2. 22. *n.* 2. *b. c.* a L. Paulo parta.

PAULINUS, i, & Paulina, æ, nomen Romanum, ut Suetonius Paulinus, Lollia Paulina, &c. apud *Tacit.* & *Plin.* ¶ Paulinus Epiſcopus Nolanus ſcripſit epiſtolas, & carmina, floruitque circa ſacculi IV. finem, & initium V. Auſonii diſcipulus fuit & amicus. V. *Auſon. epiſt.* 29. & deinceps. ¶ Paulinus alter, Petrocorius (vel Petricordius) dictus a Petrocorio Aquitaniæ oppido, ſcripſit metro vitam S. Martini, vixitque ſæc. V. annis circiter XL. poſt Nolanum.

PAULISPER, & Paullifper, adverb. *poco tempo*, *per poco tempo*,

po, parumper, ὀλίγον χρόνον, valde paulum temporis. *Cic. 1. de Legib. c. 13. sub fin.* Paulisper facesſant rogemus. *Terent. Adelph. 2. 2. in fin.* Paulisper manu. *Plaut. Bacch. 3. 3. 22.* Paulisper aſt libido homini ſuo animo obſequi. *Caſ. l. 3. B. Gall. c. 5.* Paulisper intermittere prælium. ¶ Sequente *dum*, vel *donec*, *Cic. pro Mil. c. 20.* Milo paulisper, dum ſe nanc, ut fit, comparet, commoratus eſt. *Liv. l. 28. c. 26. in f.* Sedit tacitus paulisper, donec ouantiatum eſt, &c. ¶ De compoſitumve V. *Parumper* in fine.

PAULO, & Paullo, *an poco*, idem ac *paulum*, niſi quod hoc poſitivie, & varbie, *paule* comparetivis, & verbis comparationem ſignificantibus, item præpoſitionibus *ante*, & *poſt* adjungitur. *Cic. in Orat. c. 24. extr.* Hoc unamento liberiue paulo utetur. *Caſ. in ſ. l. 1. B. Gall.* Maruvius paulo, quam tempus anni poſtulabat. *& lib. 2. c. 20.* Paulo longius proceſſerant. *Cic. Attic. l. 2. ep. 12. ad fin.* Civie haud paulo melior, quam iſti noſtri. *Id. 3. de Orat. c. 30.* Paulo ſecac a me atque ab illo, diſtributa. *Plaut. Men. 4. 3. 7.* Tibi dedi equidem illam paulo prius. *Caſ. l. 6. B. Gall. c. 26.* Alcium aſt conſimilia capois figare, ſed magoitudine paulo antecedunt. *Salluſt. in Catil. c. 18.* Poſt pauln Catilina pecuniarum repetandarum reus, prohibitus eret, &c. *Liv. l. 22. c. 60. circa med.* Annibalem poſt paulo audiſtis jubrotem, &c. *Nep. in Alcib. c. 5.* Qui paalo ante victores vigurerant. *Cic. in Partit. c. 39.* Quæ pauln anta præcepta decimus ambigui, quæque preaime ſententiæ, & ſcripti. *Id. 6. Verr. c. 3.* Naper homines nobilec: & quid dico naper? imo vere modo, ac plane pealo ante vidimus, qui, &c. *b. c.* dudam, napersime. *Id. ad Brut. ep. 15. a med.* Paulo plures in Senatu mulevolm eſſe, quam gratoe. *Terent. Heaut. 2. 1. 8.* Ie mihi, ubi aubibat plue paulo, ſus quæ narrat facinora! *Cic. Fam. 7. ep. 1. circa med.* Næ ta haud pauln plus, quam quiſquam noſtram delectationis habuiſti. *Id. pro Quinct. c. 3.* Una in re paulo minus conſideratue. *Suetou. in Tiber. c. 39.* Quod paulo minus utrumque evenit. *poco men che non accadde*: propemodum evenit: parum abſuit quin aveniret. *Petron. in Sat. c. 107.* Qui ignotos lædit, latrn appellatur: qui amicos, paulo minus quam parricida. *Cic. 2. Verr. c. 5.* Deam nullum Siculie, qai ei paulo magis affabre factas videretur, reliqai. *Id. de clar. Orat. c. 21.* Videtur luhentor verbis etiam uti pauln magie paiſcie Lælius. ¶ Jungitar interdam aliis particulis. *Cic. a. de Orat. c. 21.* Verba effervelcentia, & paulo nimium redundantia. *Plin. l. 18. c. 28. circa med.* Sicut paalo mox docchimus. *Hirt. de B. Alex. c. 21.* Hoc prœlio deſideroti ea eo numero legionariorum militum circiter CD, & paulo ultra eum numerum claſſiarii & remigee. *Caſ. l. 3. B. Civ. c. 66.* Cæſar paulo ultra eum locum caſtra teanſtulit. *Cic. Parad. 3. ſub fin.* Hiſtio ſi pauln ſe movit eastra numerum, &c. Ita edit. vet. a. 1477. Plerique al. *paulum*: & in MS. apud nos *paululum*. ¶ Et verbie. *Catull. carm. 67. ad Manl. v. 132.* Aut nihil, aat paulo cui nanc concedere digna Lun mea, &c. ¶ Et poſitivie. *Terent. Heaut. 1. 2. 30.* Parentum injuriæ uniuſmodi ſuat ferme, paulo qui eſt homo tolerabilis. ¶ De ratioce ſcribendi V. in *Paulus, a, um*.

PAULULATIM, adverb. dimin. a paulatim. *Apul. l. 5. Metem.* Nudo veſtigio penſilem gradam paalulatim mmaene. *& lib. 2.* Poculum paululatim labellie minuens.

PAULULO, & Paallaln, *un pocherto*, aliquantulam. *Lucrj. ed Cicer. Fam. 5. ep. 14.* Valeo, ſicut ſoleo: paululo tamen detetias, quam ſoleo.

PAULULUM, & Paullulum, *un pocherto*, aliquantulam. *Plant. Aſin. 5. a. 75.* Abſcede paalulum iſtuc. *Terent. Eun. 5. 2. 51.* Paalalum npeririet ſi vis, jam frater ipſa hic aderit. *Cic. pro Quinct. c. 16.* Si hæc tecam duo verba feciſſes, quid ago? teſpiraſſet cupiditas, atque avaritia paulalam. *Salluſt. in fragm.* apud *Gell. in ſ. c. 26. l. 10.* Scaphæ paulalam propreſſæ nimio unere deprimebantar. *Gell. initio l. 12.* Nuntiatum eſt Favorino, uxorem auditoras ſai paululum ante enixam. *pro* paululn.

PECTUS, oris, *n. petto*, *ſtomaco*, *petto*, pars animalis anterior a gollo ad ventrem, coſtarum oſſe pectorali, & collie, ſub quibus ſunt pulmo, & cor. *Plin. l.* 11. *c.* 37 *fcft.* 83. Pectus, hoc eſt oſſa præcordiis & vitalibus naturæ circumdedit. Pectus homini tantum latum, reliquis caſtantum, volucribus magis, & inter eas aquaticis maxime. *Celſ. l.* 8. *c.* 7. *ad fin. & cap.* 8. *fcft.* 2. *pectus* vocat, quod Anatomici *oſſium*, os pectorale. *Cic. de Amic. c.* 26. In amicitia nihil, ut dicitur, apertum pectus videas, tuumque offendas, ſimulabit fictum, nihil exploratum habeas. *Hirt. de B. Afric. c.* 82. Cum centuriones adverſo pectore reſiſterent. *Virg. 9. Æn. v.* 347. Pectore in adverſo totum cui comminus enſem Condidit. *Ovid. 4. Met. v.* 578. Io pectuſque cavit pronus. *Sence. in Hippol. v.* 616. *noſibus* pectus dare. *Ovid. 4. Met. v.* 554. plangure ferire pectora. *Virg. 5. Æn. v.* 780. talesque effundit pectore questus. ¶ Metonymice refertur ad cor, & animum, quem in corde præcipue habitare olim creditum eſt. Unde ponitur pro ſanſa, effectu, amore. *Cic. 1. de Legib. c.* 28. *a med.* Ubi illa ſancta amicitia, ſi non ipſe mihi per ſe amatur toto pectore, ut dicitur? *con tutto il cuore*. Sic *Virg. 9. Æn. v.* 176. Te vero, venerande puer, jam pectore toto Accipio. *Stat. l.* 4. *ſilv.* 6. *v.* 55. Sic mitis vultus veluti de pectore gaudent Horretur meoſus. *de cuore*. *Salluſt. in Jug. c.* 11. Quod verbum in pectus Jugurthæ altius, quam quiſquam retus, deſcendit. *Horat. l.* 2. *od.* 18. *v.* 15. & hæc mutuis fidum pectus amoſibus. *Ovid. 1. Triſt. el.* 3. *v.* 66. O mihi Thefea pectora juncte fide! *Id.* 3. *Amor. el.* 8. *v.* 28. Heu! ubi multities pectoris illa tui? *Sence. in Med. v.* 506. ire concitum pectus domat. *& in Phœniſſ. v.* 582. Ferrum & durum geris, ſævumque in iras pectus. *Ovid. Herold. ep.* 19. *v.* 192. Neſcio quæ pavidum frigore pectus habent. *Virg. 5. Æn. v.* 816. His ubi lætus dux permulſit pectora dictis. ¶ *Pectus amicitiæ*, homo amicus. *Martial. l.* 9. *epigr.* 15. Hunc quem carum tibi, quem menſa paravit amicum, Eſſe putas fidæ pectus amicitiæ? *Manil. l.* 2. *v.* 600. nihil ex ſemet natura creavit pectore amicitiæ majus. Adde *Stat. l.* 4. *ſilv.* 4. *v.* 103. Hac ratione *Virg.* 11. *Æn. v.* 215. Hic matres, miſeræque nurus, hic care ſororum Pectora mœrentum, puerique parentibus orbi. *h. e.* ſorores amantes. ¶ Sumitur item pro ingenio, prudentia, memoria, cogitationibus. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 4. *v.* 7. Non tu corpus eras ſine pectore. *Liv. l.* 1. *c. penultr.* Ibi oratio habita nequaquam ejus pectoris ingeniique, quod ſimulatum ad eam diem fuerat. *Ovid. 15. Met. v.* 63. & quæ natura negavit Viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit. *Id. 3. Triſt. el.* 1. *v.* 63. Quæque viri docto veteres cepere, novique Pectore. *Cic 3. de Orat. c.* 30. *extr.* Oberandum, complendumque pectus maximarum rerum & plurimarum ſuavitate, copie, varietate. *Senec. in Med. v.* 425. Recipe turbatum malis, hera, pectus. *Stat. l.* 5. *ſilv.* 1. *v.* 77. ſuccinctaque pectora curis. *Horat. l.* 1. *ſat.* 4. *v.* 90. memori referat mihi pectore cuncta. *Ovid.* 2. re *Pont. ep.* 4. *v.* 33. Non ego, ſecuræ biberes ſi pocula Lethes, Excidere hæc credam pectore poſſe tuo. *Virg.* 1. *Æn. v.* 662. At Cytherea novas artes, nova pectore verſat Conſilia. *Cic. Attic.* 13 *ep.* 21. De hortis toto pectore cogitamus. *Gell. l.* 17. *c.* 13. *a med.* Dicere aliquis poteſt de ſummo pectore, nihil eſſe in his verbis negotii. *h. e.* re minime inſpecta, inconſiderata, temere. ¶ De conſcientia, & moribus, *Senec. in Phœniſſ. v.* 216. Pectus conſcium ſcelerum omnium. *Juvenal. ſat.* 13. *v.* 198. Nocte dieque ſuum geſtare in pectore teſtem. *Horat. l.* 1. *ſat.* 6. *v.* 64. vita & pectore puro. *Ovid. Heroid. ep.* 13. *v.* 30. Pectore legitimus caſta monuerit amor. ¶ De fortitudine & conſtantia. *Virg. 9. Æn. v.* 149. Cum reles animos juvenum, & tam certa tuliſtis Pectora. *Horat. epod.* 1. *v.* 11. te vel per Alpium juga, Inhoſpitalem & Caucaſum Forte ſequemur pectore. *Valer. Flacc. l.* 6. *v.* 288. tua pectora nato Saggere nunc, animamque parem. *Virg. 6. Æn. v.* 361. Nunc animis opus, Æneas, nunc pectore firmo. ¶ In veribus eſt ſedes dei fatidici, & divinationis. *Virg. 6. Æn. v.* 48. ſed pectus enbelam, Et rabie fera corda tument. *Ovid. 1. Met. v.* 631. Incaloitque dee, quem clauſum pectore habebat. *Stat. 4. Theb. v.* 542. Obruit ora deus, totamque in pectore lucem Detulit. Adde *Lucan. l.* 5. *v.* 97. *& ſeq.*

PECTUSCULUM, li, *n. piccol petto*, *petrino*, parvum pectus. *Hieronym. epiſt.* 28. *ad Euſtoch. c.* 13. *a med.* Vitalis animæ calor, toto fugeſcente jam corpore, in ſolo tantum tepente pectuſculo palpitabat.

PECTUSCUM palatii. V. *Pruſcum.*

PECU, *n. n.* 4. idum quod pecus. *Plaut. Rud.* 4. 3. 5. Non vides, me reſtere uertum rete ſine ſquamoſo pecu? (Adde *Ba ch* 5. 2. 5. & 20.) *Id. Merc.* 3. 1. 10. Non dicit bajulum, nec pecua rura paſcere. (Adde *Trucul. a.* 5. *v.* 54.) *Liv. l.* 35. *c.* 21. In agris peſſim inundatis pecua ablata. *Al. leg.* pecore. *Prudent. in Romanos*, *v.* 333. Jumenta, pecua, ſubjugales bolues. *Hoſtil. l.* 1. *Annal.* apud *Priſcian. l.* 6. *pag.* 719. *Putſch.* Sæpe gregis pecuum ex lubenis paſtibu' pulſi. *Lucret. l.* 6. *v.* 1231. pecubus balantibus. Adde *Varron. l.* 2. R. R. *c.* 1. & *Plin. l.* 8. *c.* 43. item *Cæſon.* apud *Feſt.* in *Pecuum*, & *cap.* 141. R. R. item *Nev.* & *Acc.* apud *Non. c.* 2 *n.* 691. ¶ Pro pecua dixere etiam *pecuda*. *Cic. in fragm.* apud *Non. loc. cit.* Cum adhibent in pecuda paſtores. *Ateius ibid. & cap.* 7. *n.* 2. Vagant: pavore pecuda in tumulis deſerunt. *Salluſtius ibid.* Jumenta & pecuda locis trepidare compluribus. *Nevius ibid.* Sine ferro pecuda manibus ut ad mortem meant.

PECUALIS, le, pecuarius. *Sedul. l.* 1. *v.* 146. Edidit humanas animal pecuale loquelas.

PECUARIUS, a, um, *da pecore*, *da beſtiame*, *paſtorecio*, πρόβατον, πρόβατος, ad pecudes, & pecore pertinens. *Varr. l.* 1. R. R. *c.* 5. *ad fin.* Pecuarii greges. *& cap.* 2. Pecuaria quæſtio. *Colum. initio l.* 8 negotiatio. *Id. l.* 7. *c.* 2. *circa med.* Pecuarius canis. ¶ *Pecuaria res*, & *pecuaria* abſolute eſt, quæ in pecore habetur, ipſique pecorum grege, πρόβατα, *beſtiame*. *Cic. pro Quinct. c.* 3. Erat ei pecuaria res ampla, & rudica, ſane bene culta & fructuoſa. *Suetom. in Cæſ. c.* 42. Pecuariam facere. *tener beſtiame*. ¶ Item ars, & ratio paſcendorum gregum. *Varr. l.* 3. R. R. *c.* 1. *ad fin.* Duo libros ſcripſi, primum de agricultura, ſecundum de pecuaria. ¶ *Pecuaria*, *orum*, armentorum & pecorum greges. *Virg. 3. Georg. v.* 64. olitur in Venutem pecuaria primus. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 90. Arcadiæ pecuaria rudere creſas. *Plin. l.* 8. *c.* 9. *de elephant.* Pecuaria ſeu earum ſeparant. ¶ *Pecuarius*, qui pecuaria habet. *Cic. pro Dejot. c.* 9. *ſub fin.* Ut non ſolum tetrarcha nobilis, ſed optimus paterfamilias, & diligentiſſimus agricola, & pecuarius haberetur. ¶ Item qui paſcua publica redimit, ut *Aſcon. in Divin. Verr. c.* 10. docet. *Liv. c. ult. l.* 10. Pecuariis aliquot damnatis. *Inſcript. apud Donium cloſſ. 9. n.* 13. Negotiator collegii Pecuariorum.

PECUASCERE, pecus alere, paſcere, vel in paſcua mittere. In veteri Decreto Arbitrum finium regundorum, apud *Gruter. pag.* 204. *a med.* In eo agro pecuaſcere licebit.

PECUDA. V. in *Pecu.*

PECUDIFER, a, um. *Inſcript. apud Muratur. to.* 1. *pag.* 70. *n.* 6. Silvano ſancto, patri, & cuſtodi, pecudifero, lactifero, &c. V. *Cannabifer.*

PECUINUS, e, um, qui eſt pecoris. *Apul. l.* 8. *Metam.* Flagro pecuinis oſſibus catenato verberare. *h. e.* ut iuſe explicat *paulo ſup.* contortis tæniis lanoſi velleris fimbriatis, & multijugis taliſ ovium teſſellato. *Id. in Apolog.* Non modo humanis animis, verum etiam pecuinis & ferinis.

PECULATOR, oris, m. κλέπτης τῦ *Imanle*, qui pecuniam publicam, & ea, quæ ad Reſpubl. ſeu Principem pertinent, furatur. *Cic. 3. Offic.*

Offic. c. 18. Neque etiam de ficariis, veneficis, teſtamentariis, furibus, peculatoribus hoc loco differendum eſt.

PECULATORIUS, a, um. *Peculatorio ovo*, h. e. peculiares, privati peculii: legitur quidem apud *Varron. l. 4. de L. L. c. 19.* ſed dubia lectione, & ſententia.

PECULATUS, us, m. *furto del dinaro publico*, κλοπὴ τῶ δημοσίω, furtum pecuniæ publicæ, aut Principis. *Cic. Phil. 12. c. 5. in fin.* Se Bertium ſepties millies avertiſſe Antoniam pecuniæ publicæ judicavibis: nam fraude poterit carere peculatus? *Id. pro Rabir. perduell. c. 3.* Peculatum facere. *Auct. ad Herenn. l. 1. c. 12. ad fin.* Accuſari peculatus. *Liv. l. 33. c. 47.* Quos paverat per aliquot annos publicos peculatus. *Cic. pro Flacc. c. 18.* Peculatus damnari. ¶ Lege peculatus tenebatur ſi quis pecuniam publicam ſurripuiſſet, vel ut ſurriperetur, curaſſet: ſi quis in aurum, argentumve, aut æs publicum quid indidiſſet, vel immiſcuiſſet, feciſſetque dolo malo, quo id pejus fieret. Hæc præterea ſant in crimine peculatus: ſi quis Imperator pecuniam ex præda captam penes ſe privatim retinuiſſet, eamque nec in triumpho tuliſſet, nec in ærarium retuliſſet. Ad hæc lege Julia peculatus tenetur, qui pecuniam factam, religioſam abſtulerit, vel interceperit. Pœna peculatus vel pecuniaria fuit, vel capitalis. Nam qui prædam ab hoſtibus captam ſurripuerat, in quadruplum damnabatur: cerere aqua & igni interdicebatur. Pœna irrogata eſt alia lege deportatio, abrogata interdictionis pœna. Et quoniam, ut repetundæ, ita peculatus publicum furtum fuit, propterea ut in repetundis, ſic in peculatu æſtimationes fiebant litium, earumque hæredes uſque dabatur. Vide *Digeſt. lib. 48. tit. 13.* qui inſcribitur *Ad legem Juliam peculatus*, &c. & *P. Mount. de legib. R.* ¶ Joculariter *Plaut. Ciſtell. 1. 1. 74.* Ergo amor in me peculatum facit.

PECULIARIS, re, ad peculium pertinens ſive ſervi, ſive filii familias. *Plaut. Aſin. 3. 1. 36.* Etiam opilio, qui paſcit alienas oves, aliquam habet peculiarem, qui ſpem ſeletur ſuam. *de ſuo proprio regimine. Varr. l. 1. R. R. c. 17. ſub fin.* Studioſiores ad opus fieri remiſſione operis, conceſſionibus, ut peculiare aliquid in fundo paſcere liceat. *Pompon. Dig. lib. 15. tit. 1. quæ eſt de peculio, leg. 27. & 33.* Ædes peculiares. *Paul. lib. 12. tit. 1. leg. 31.* Peculiares nummi. *Ulpian. lib. 33. tit. 6. leg. 9. a med.* Si peculiare vinum legatum ſit, id continebitur, quod ſervi habuerunt. ¶ *Peculiaris cauſa*, quæ de peculio eſt. *Papinian. Dig. lib. 41. tit. 2. leg. 44. a med.* Sic *peculiari nomine*, titulo, & cauſa peculii. *Ulpian. lib. 40. tit. 12. leg. 26.* ¶ *Peculiaris* etiam dicitur res privata & propria alicujus, habenti adminiſtrationem rei etiam publicæ: & hoc ideo ut a publica diſtinguatur. *Sueton. in Cæſ. c. 76.* Monetæ & publicis veſtigalibus peculiares ſervos præpoſuit. *h. e.* proprios ſuos, non publicos. Sic *Id. in Galb. c. 12. extr.* Chorum denarios quinque donavit, prolatos manu ſua e peculiaribus loculis ſuis. ¶ *Peculiaris ſervus* eſt etiam, qui peculium habet, & ſuper conſervos, qui non habent, dignitatis aliquid habere videtur. *Infrapr.* apud *Murator. pag. 892. n. 1.* Caſpus Titi Cæſaris Veſpaſiani Aug. ſervus verna peculiaris jucundo vicario ſuo benemeren. *Sueton.* quoque modo allatus eodem hoc ſenſu a *Muratorio* accipitur. ¶ Sæpe ſumitur pro ſpeciali, proprio, neque cum aliis communi, *particulare, proprie, ſingulare, ſpeciale, Ital. Particolare. Cic. pro Flacco, c. 21.* Venio ad Lyſaniam, peculiarem tuum, Deciane, teſtem. *Id. 2. ad Q. Fr. ep. 10. a med.* Hoc mihi peculiare fuerit, hic etiam iſto frui. *Martial. l. 4. epigr. 64.* Et planus modico tumore vertex Cælo perfruitur ſereniore: Et curvas nebula tegente valles, Solus luce nitet peculiari. *Plin. in Paneg. c. 2.* Additum a nobis Optimi cognomen, quod peculiare hujus & proprium arrogantiæ priorum principum fecit. *Sueton. in Aug. c. 5.* Quaſi proprio ſuo, & peculiari deo. *Cic. Verr. 5. c. 14.* Exoritur peculiare edictum repentinum, ne quis frumentum de orta tolleret. *h. e.* novum, Veretique proprium, non commune cum aliis prætoribus. *Plin. l. 17. c. 18.* Africæ peculiare quidem in oleaſtro eſt inſerere. *Id. l. 12. c. 17. a med.* Hæc ſunt peculiaria Arabiæ, & pauca præterea communia. *Id. l. 19. c. 8. ante med.* Genus braſſicæ Arcinum ſub omnibus pæne foliis fruticat caulibus peculiaribus. ¶ Pro inſigni, præcipuo, ſingulari. *Juſtin. lib. 36. c. 4. de Attale Aſiæ rege.* Hortos fodiebat, gramine feminabat, & noxia innoxiis permiſcebat: eaque omnia veneni ſucco infecta, velut peculiare munus, amicis mittebat. Fortaſſe tamen hoc loco *peculiare munus* eſt munus privati hominis, propriique ejus induſtria, non de publica confectum. ¶ *Peculiarius, a, um. Ulpian. Dig. lib. 44. tit. 4. leg. 4. extr.* Parenti licita deteriorum liberorum conditionem in rebus peculiaribus facere. *Al. leg.* peculiaribus. *Pompon. lib. 15. tit. 1. leg. 4. ad fin.* Res tamen in cauſa peculiaria manet. Al. leg. *peculiari.*

PECULIARITER, ex peculio, per modum peculii, peculii nomine. *Paul. Dig. lib. 41. tit. 2. leg. 3. circa med.* Quædam etiam ignorantes poſſidemus, ideſt quæ ſervi peculiariter paraverunt. *Marcian. lib. 20. tit. 6. leg. 8.* Cum filius familias, & ſervus peculiariter pignori hypothecam acceperint, & habent liberam peculii adminiſtrationem. ¶ Item ſpecialiter, præcipue, *ſpecialmente, particolarmente, ſingolarmente. Plin. l. 26. c. 8. ante med.* Folia refrigerant, ſpiſſant, peculiariter cruribus vitioſis utilia. *Id. l. 25. c. 2.* In reliqua ingenii magnitudine medicinam peculiariter ſtudioſus. *Id. l. 36. c. 20.* Æmatites croco ſimilis peculiariter ſplendet. *Al. leg.* clariue. *Quintil. l. 1. c. 2. (al. 3.) circa med.* Eum, in quo ſtudium ingeniumque perſpexerit, in ſuam quoque gloriam peculiariter fovebit. *Id. l. 8. c. 2. ante med.* Quod commune eſt & aliis nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur: ut *urbem*, Romam accipimus. *in particulari.*

PECULIARIUS, a, um, ad peculium pertinens. V. *Peculiaris* in fine.

PECULIATUS, a, um, peculio inſtructus. *Ulpian. Dig. lib. 19. tit. 1. leg. 13.* Pluris ſervum emiſſet, ſi ita peculiatus eſſet. *Adde Cajum lib. 22. tit. 1. leg. 18. extr.* ¶ Item univerſim pecunia inſtructus. *Aſin. Poll. ad Cæcir. Fam. 10. ep. 32.* Balbus quæſtor magna numerata pecunia, magne pondere auri, majore argenti copia de publicis exactoribus, receperit ſe in regnum Bogudis plane bene peculiatus. ¶ Obſcene ſenſu *Auct. Priap. carm. 52.*

PECULIO, as, a. 1. peculio dono, locupleto. *Plaut. Perſ. c. 2. 10.* Scelus tu pueri es: eaque ob iſtam rem ego aliqui te peculiabo. ubi ambigue ladit *Plaut.* in voce *peculium*, quod obſcenum ſtatim ſenſum habet. Sunt qui exponant: aliquid a te auferam; q. d. peculio te multabo.

PECULIOLUM, i, n. diminutivum. *Quintil. l. 1. c. 5. (al. 9.)* a *med.* Vitium, quod fit per quantitatem, at *magnum peculiolum*, erunt qui ſolœciſmum putent, quia pro nomine integro poſitum ſit diminutum.

PECULIOSUS, a, um, χρυσοῦχος, qui peculii multum habet. *Plaut. Rud. 1. 2. 24.* Peculioſum eam eſſe decet ſervum, & probum.

PECULIUM, ii, n. parva pecunia, exiguæ facultates, vel facultatum certe pars: diminutivum a *pecunia. Ulpian. Dig. lib 15. tit. 1. leg. 5.* Peculium dictum eſt quaſi puſilla pecunia, ſive puſillum patrimonium. *Servius* ad illud *Virg. Ecl. 1. v. 33.* Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi: docet, antique omne patrimonium peculium dictum eſſe. *Ulpian.* quoque *lib. 36. tit. 1. leg. 16.* pleroſque ait *δυσοιγραφεῖν* patrimonium ſuum *peculium* dicere: ad inducendam ſcilicet fortunarum ſuarum tenuitatem. ¶ Sæculum ita dicitur pecunia, ſeu nummi prædilii cauſa a patrefamilias repoſiti, *ſolido in caſſa. Celſus Dig. lib. 32. leg. 77.* Proculus ait, eos nummos, quos prædilii cauſa repoſitos haberet, legato contineri: & ſæpe audiſſe ſe ſufficos ſenes ita dicentes, pecuniam ſine peculio fragilem eſſe: peculium appellantes, quod prædilii cauſa ſeponeretur. ¶ Sæpius ſumitur pro ea pecunia, ſeu parte facultatum, quam vel dominus ſervo, vel pater filio, ſeparatim a rationibus dominicis, utendam fruendamque permittit: qua de re multa JCti *tit. lib. 15. tit. 1.* qui *de peculio* inſcribitur; *peculio. Varr. l. 1. R. R. c. 2. a med.* Non ſolum edimle domino pecus, ſed etiam ſervis peculium, quibus domini dant, ut paſcant. (Hinc videmus, *peculium ſervorum* primo & proprie pertem aliquam pecoris eſſe iis conceſſam a domino. Adde *tab. 17. ſub fin.* & *Plaut. Aſin. 3. 1. 36.*) *Id. ibid. c. 17. a med.* Præfectos (*manſionarum*) alacriores faciundum præmiis, daudaque opere, ut habeant peculium, & coojunctas conſervas, &c. *Juvenal. ſat. 3. v. 188.* præſtare tribus clientes Cogimur, & cultis augere peculia ſervis. *Liv. l. 2. c. 41. ſub fin.* Suat, qui patrem auctorem ejus ſuppliſii ferunt, peculiumque filii Cereri conſecreviſſe. *Plaut. Merc. prol. v. 94.* Lucrum tuum facia, præterquam mihi meus peter dedit eſtimatas merces: ita peculium grande conficio. *Sueton. in Tib. c. 50.* Juliam unorem peculio concedo a patre, præbitiſque annuis fraudavit. ¶ *Peculii* nomine venit etiam quod ſervus parſimonia ſua ſibi parevit, vel officio meruit a quolibet ſibi donari, permiſſa domini. *Florent. tit. 1. tit. leg 39.* ¶ Caſtrenſe peculium. V. *Caſtrenſis.* ¶ Translate *Senec. epiſt. 12. ad fin.* Sed jam debeo epiſtolam includere. Sic, inquis, ſine ullo ad me peculio venies? Noli timere: aliquid ſecum feret. *h. e.* additamenta ſapientiæ utiliſque præcepti, quaſi pecunia depoſita præſidii cauſa. ¶ Obſcena ſignificatione *ut arbitror*, conditianes ſignificat. *Petron. in Satyr. c. 8. Plaut. Pſeud 4. 7. 92.* & *Lamprid. in Heliogab. c. 9. extr.*

PECULOR, aris, depon. 1. publicam pecuniam, & ea, quæ ad reſpubl. pertinent, aufero, interſipio, male adminiſtro. *Flor. l. 3. 1. 17.* Interceptis veſtigalibus, peculabantur ſuo jure rempublicam.

PECUNIA, æ, f. *danaro, ſolde, pecunia, dinajaro*, copia nummorum, h. e. auri, argenti, æris coſi: a *pecu*, quia qui primus nummum Romæ cudit (quem *Plin. l. 33. c. 3.* Servium Tullium fuiſſe tradit: *Macrob. l. 1. Saturn. c. 7.* Janum: ſed hic fabulas ſecutus videtur.) notis pecudum ſignavit, præſertim ovium, boumve. *Cic. in Tap. c. 13.* Pecuniam numeretam mulieri deberi, ami ſit omne argentum legatum. *Id 5 Verr. c. 71.* Pecunia publica ex ærario erogata, ex veſtigalibus popali R. ad emendum frumentum attributa. *Aſcon. in Verr. 3. c. 42.* Lex Cornelia nummaria de moneta, ne quis privatus pecuniam faceret. *Interſſe moneta & Salluſt. in fragm.* apud *Donat. ad Terent. Phorm. 1. 1. 4.* Quæ pecunia ad Hiſpanienſe bellum Marcello facta erat. *h. e.* cauſa & attributa. ¶ Per ſynecdochen accipitur non modo pro nummis, ſed pro omnibus rebus, quibus facultates, fortunæ, & divitiæ conſtant, ſive mobiles ſint, ſive immobiles: eaque non ſolum corpora, ſed etiam jura continentur, ut *Ulpian. Dig. lib. ult. tit. 111. paragr. leg. 178.* & *Hermogenian. leg* aaa. docent, *vobis, facultates, averi, χρήματα, ἐσία, πλοῦτος. Scævola* apud *Cicer. 2. de Orat. c. 67.* Te paucis annis ad maximas pecunias e ſe venturum. *Liv. l. 29. c. 31. a med.* Familiæ aliquot cum magnis pecuniis ſuis ſala (ea pecunia illis eſt) perfecuti ſunt regem. *Cic. 1. de Divin. c. 49. ſub fin.* Ut oſtenderet, etiam philoſophum, ſi ei commodum eſſet, pecuniam facere poſſe. *fur rebus, accumulare. Id. pro Roſc. Amer. c. 2.* In alienam pecuniam, tam plenam, tam præclaram nullo jure invaſit. *& cap. 3.* Ut pecunia fortunisque noſtris contentus ſit. *Plin. l. 21. c. 3.* Namque ad certamina in Circum per luſus & ipſi deſcendebant, & ſervos ſuos quique mittebant. Inde illa XII. Tabularum lex: Qui coronam parit ipſe, pecuniave ejus, virtutis ergo datur ei. Quam ſervi, equive meruiſſent, pecunia partam leje dici, nemo dubitavit. ¶ Huc pertinet illud *Feſti*: Pecunia ſacrificium fieri dicebant, cum frugum, fructuumque cauſa mola pare offerebatur in ſacrificio, quia omnes res familiares, quam nunc pecuniam dicimus, ex his rebus conſtarent.

rut. ¶ Ad uſum loquendi hæc pertinent. *Horat. l. 1. ep. 6. v. 36.* Scilicet uxorem cum dote, fidemque, & amicos, Et genus, & formam regina pecunia donat: Ac bene nummatum decorat Suadela Venuſque. *Cic. 2. Agrar. n. 13.* Permittitur infinita poteſtas pecuniæ conficiendæ de veſtris veſtigalibus, non ſtrenuis, ſed alienandis. *& cap. 36.* Cum omnem pecuniam ex ærario exhauſiſſetis, ex veſtigalibus redegiſſetis, ab omnibus regibus coegiſſetis, tamen omnes vobis pecunias ad nutum veſtrum penderent. *Id. in Piſon. c. 16.* Pecunias exigere, capere, imperare. *Id. 5. Verr. c. 76.* auferre ab aliquo. *& ibid.* extorquere a civitatibus. *& ibid.* Pecuniam numerare alicui ab ærario. *& ibid.* publicam domum ſuam convertere. *& cap. 73.* Ut præter pecunias, quas eiusmodi tribubus diſtribuere debebat, eas omnes avertat, atque auferat. *& cap. 76.* Devorare omnem pecuniam publicam non dubitavit. *& cap. 77.* Pecuniam alicui diſſolvere. *& ibid. & lib. 5. ad Attic. ep. ult.* ſolvere alicui. *Nep. in Timoth. c. 1.* numeratam accipere ab aliquo. *damno in nummis.* Rurſus *Cic. Verr. 5. c. 77.* conferre ed ſtatuam. *Id. pro Flacc. c. 23.* alicui conferre in uſum ejus. *& ibid. in fin.* transferre in quæſtum & fœnerationem. *& ibid.* deferre alicui: credam alicui. *& cap. 25.* gravi fœnore occupare. *Id. pro leg. Manil. c. 7.* collocatam habere. *investitas.* & *Suetom. in Aug. c. 39. extr.* levioribus uſuris mutuari, graviori fœnore collocare. *Plaut. Capt. 2. 2. 8.* Præſenti pecunia mercari aliquid. *e nummis. Horat. l. 3. od. 16. v. 17.* Creſcentem ſequitur cura pecuniam, Majorumque fames. *b. e.* Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit, ut ait *Juvenal. ſat. 14. v. 139.* ¶ *Pecunia*, dea. *Arnob. l. 4. pag. 132.* Quis deam Pecuniam eſſe credat, quam, velut maximum numen, veſtræ indicant literæ, donare anulos aureos, loca in ludis, atque in ſpectaculis priora, honorum ſuggeſtus ſummos, amplitudinem magiſtratus, & quod maxime pigri amant, ſecurum per opulentiæ otium? Adde *Auguſtin. l. 4. de Civ. Dei, c. 21.*

PECUNIALIS, le, pecuniarius, ut Pecunialia quæſtus, *Cod. Auſel. Tard. l. 1. t. 5.*

PECUNIARIE, adverb. modo in pecuniaria cauſa uſitato. *Ulpian. Dig. lib. 16 tit. 2. leg. 20.* Si in ea (*cauſa*) pecuniarie agitur. Adde *lib. 47. tit. 2. leg. ult.* ubi *Torrentius* habet *pecuniariter*.

PECUNIARIS, re, pecuniarius, ut Pecuniaria damnatio, *Macer Digeſt. lib. 48. tit. 19. leg. 20. extr.* ubi *Hollandi.* habet *pecuniaria*.

PECUNIARITER. V. *Pecuniarie*.

PECUNIARIUS, a, um, *pecuniarie*, χρηματικὸς, ad pecuniam pertinens. *Cic. ad Brut. ep. 18. a med.* Inopia rei pecuniariæ. *Caſ. l. 3. B. Civ. c. 59.* Præmia rei pecuniariæ magna alicui tribuere. *Quintil. l. 6. c. 1. ad fin.* Pecuniarium litem agere. *Id. lib. 12. c. 8.* Pecuniariæ quæſtiones. *Ulpian. Dig. lib. 3. tit. 1. leg. 1. a med.* Pecuniaria pœna multari. *Paul lib. 41. tit. 1. leg. 6.* Pecuniaria condemnatio.

PECUNIÓLA, æ, f. parva pecunia, peculium. Quidam P. Aurelius bello Punico primo *Peruviola* cognomen habuit, teſte *Valer. Max. l. 2. c. 7. fell. 4.* ex quo apparet, vocem eſſe Latinam, ut *fenteriola, convertiſcula, familiola, nutiola.*

PECUNIÓSUS, a, um, *denarioſa*, χρυσοφόρος, pecunia abundans, bene nummatus, dives. *Cic. pro Roſc. Com. c. 15.* Homines copioſi rei familiaris locupletes & pecunioſi. (V. *Locuples.*) *Nep. in Attic. c. 13.* Nam cum eſſet pecunioſus, nemo illo minus fuit emax, minus æſtimator. *Cic. Verr. 7. c. 9. ſub fin.* Hominem pecunioſiſſimum repente e carcere emiſſum. *Suet. in Aug. c. 15.* Feminæ pecunioſiores. *Martial. l. 5. epigr. 57.* Artes diſcere vult pecunioſas? Fac, diſcat citharœdus, aut choraules. *b. e.* quæſtuoſas.

PECUS, pecoris, n. θρέμμα, πρόβατον, πῶϋς, Στοιχὰς, multitudo beſtiarum: & earum præcipue, quæ fructus, atque uſus cauſa aluntur. *Varr. l. 2. R. R. c. 11. ante med.* In bubulo pecore. *Virg. 3. Georg. v. 72.* pecori eſt idem delectus equino. *Ovid. 14. Met. v. 188.* ſatigerum pecus. *Sen. 4. Thyeſt. v. 733.* ſol perfurit æva Flammatum pecus, *b. e.* equi ſitientes. (Adde *lib. 1. v. 275.*) *Colum. in præfat. l. 1. a med.* Pecus ovillum, caprinum. *Id. l. 8. c. 4.* Volatile pecus facile paſcuis cuſtodiam decipit. *b. e.* gallinæ, aliæque aves cohortales. *& cap. ult.* aquatile. *b. e.* piſces. *Horat. l. 1. od. 2. v. 7.* Omne cum Proteus pecus egit altos Viſere montes. *Geſtum. l. 9. c. 8. de ap b.* Interdum propter conditionem locorum vel modicum pecus parandum eſt. *Virg. 4. Georg. v. 168.* Ignavum fucos pecus a præſepibus arcent. *Ovid. in Ibin, v. 450.* Inque pecus magnæ ſubito vertere parentis. *b. e.* in leonem. *Cret. in Cyneg. v. 265. de canib.* Qui genuere ſua pecus hoc immane juventa. ¶ Aliud eſt majus, aliud minus: in illo ſunt boves, equi, aſoi, muli, & hujuſmodi: in hoc oves, capræ, porci, canes, &c. *Varr. l. 2. R. R. c. 1. ante med.* Nomina multa habemus ab utroque pecore, a majore, & a minore: a minore Porcius, Ovinius, Capritius: ſic a majore Equitius, Taurus. ¶ De minore *Ovid. 11. Met. v. 376.* Quoſque greges pecorum, quæ ſecum armenta trahebat. ¶ Sæpe dicitur de ovibus, *pecore*, ut & πρόβατον. *Virg. 3. Georg. v. 554.* Balatus pecorum. *Ovid. 1. Faſt. v. 384.* Lanigerumque pecus, ruricolæque boves. Et abſolute *Plin. l. 8. c. 47.* Mutua & pecori gratia vel in placamentis deorum, vel in uſu vellerum. Ut boves victum hominum excolunt, ita corporum tutela pecori debetur. (Adde *cap. 49.*) *Tiberius* apud *Suet. n. c. 32. extr.* Boni paſtoris eſt pecus tondere, non deglubere. ¶ Pauperis eſt numerare pecus, *Ovidii* dictum *Macam. 13. v. 824.* in proverb. abiit, cum quis jactat copias ſuas, quaſi innumerabiles. Nam ut ait *Horat. l. 1. ep. 6. v. 45.* Exilis domus eſt, ubi non & multa ſuperſuot, Et dominum fallunt, & proſunt furibus. ¶ Antiqui omne animal præter hominem *pecus* vocabant, ut *Serv. Phalaegr. Acro, Caper de Orthogr. pag. 2244. Parſch. & Non. c. 2. n. 689. & cap. 6. n. 65.* adnotarunt, & ex allatis exemplis videre eſt. Interdum tamen & de homine dicitur rudi, ſtulto, vili, ignobili. *Horat. l. 1. ſat. 3. v. 99.* Cum prorepſerunt primis animalia terris, Mutum & turpe pecus, glandem atque cubilia propter, Unguibus & pugnis, dein fuſtibus, atque ita porro Pugnabant armis, quæ poſt fabricaverat uſus: Donec verba, quibus voces ſenſuſque notarent, Nominaque invenere, &c. *Id. l. 1. ep. 19. v. 19.* O imitatores, ſervum pecus, ut mihi ſæpe Bilem, ſæpe jocum veſtri movere tumultus. *Catull. carm. 61. de Aty, v. 22.* Agite, ite ad alta, Gallæ, Cybeles nemora simul, Simul ite, Dindymenæ dominæ vaga pecora. ¶ Olim dixere ſtiam *pecu*, *u*, & in plur. *pecua*, & *pecuda*. V. *Prob.* Invenitur & *pecui* in dativo, tanquam a *pecus*, *ui*. Apud *Gell. l. 20. c. 8. Lucilius*: Luna alit oſtrea, & implet echinos, muribus fœtas, Et pecui adbit.

PECUS, udis, f. *beſtia*, animal brutum cujuſcunque generis, beſtia. Differt a *pecus*, *oris*, quod in ſingulari multas ſimul pecudes ſignificat. *Prob. Pſeud. 3. 2. 45.* Hæc ad Neptuni pecudes condimenta ſunt: terreſtres pecudes cicimandeo condiu. *Lucret. lib. 2. v. 343.* Squamigerum pecudes. *Martial. l. 5. epigr. 38.* Nec modo pollutam pecudis Indicæ dentem. *b. e.* elephanti. *Varr.* apud *Non. c. 6. n. 65.* Anates, buxeis roſtris pecudes. *Virg. 4. Georg. v. 317.* pecudum cuſtodia ſolers. *b. e.* apum. *Varr. l. 2. R. R. c. 1.* Etiam nunc in locis multis genera pecudum ferarum ſunt aliquot, ut in Phrygia ex ovibus, in Samothrace caprarum, &c. de ſuibus nemini ignotum, &c. boves perſeri ſunt multi in Dardania, &c. equi feri in Hiſpaniæ citerioris regionibus eliquot. *Colum. l. 6. c. 27. ſub fin. de equis.* Id præcipue genus pecudis omore natorum notam trahit. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 64. de ſue.* Qua pecude, quod erat ad veſcendum hominibus apta, nihil genuit natura fecundius. *Colum. l. 6. c. 2. a med. de bob.* Plus enim queunt pecudes collo & pectore conari, quam cornibus. ¶ Interdum dicitur de beſtiis terreſtribus. *Virg. 3. Georg. v. 243.* Et genus æquoreum, pecudes, pictæque volucres. ¶ Interdum de pecore minori, ut capris, ovibus, &c. *Lucret. l. 5. v. 1229.* At variæ creſcunt pecudes, armenta, feræque. *& lib. 4. v. 1190.* Nec ratione alia volucres, armenta ferarque, Et pecudes, & equæ. ¶ Interdum de ovibus, *pecora*. *Plin. l. 24. c. 11.* Pecus etiam, & caprę ſi aquam biberint, in qua folia ea maduerint, mori dicuntur. *Lucret. l. 2. v. 367* hardi Cornigeri norunt matres, agnique petuli Bellantum pecudes. *Ovid. 4. Faſt. v. 903.* Et fruſtra pecudem quæres Athamantidos Helles. *b. e.* Arietem. ¶ Interdum de iis, quæ in uſum, & fructum aluntur: *Cic. 2. Offic. c. 20.* Quantum natura hominis, pecudibus, reliquisque beſtiis antecedat. ¶ Ursinæ *Id. Catil. 2. c. 9. extr.* Iſte non modo hominem, ſed ne pecudes quidem mihi paſturæ eſſe videntur. *Id. Attic. l. 2. ep. 16. circa med.* Quod omnes non modo homines, verum etiam pecudes factum eſſe fuebant. ¶ Eſt convicium in hominem ſtultum, ſtolidum, ſtruum, *perverſe, beſtia. Cic. in Piſon. c. 9.* Ego iſtius pecudis, ac putidæ carnis conſilio ſcilicet, aut præſidio uti voleham. *& cap. 29.* Iſtius impuriſſimæ atque intemperantiſſimæ pecudis ſordes. *Id. Phil. 8. c. 3.* Atque etiam homines agreſtes, ſi homines illi, ac non pecudes potius, inani ſpe ad equos uſque, & Puteolos provhuntur. ¶ Negat *Chariſ. l. 1. pag. 78. Putſch.* uſurpari in recto, & vocativo ſingulari, at præter *Plin. ſup. cit.* habet *Cæſar in Anomaliis.* apud *Priſcian. l. 6. pag. 710.* Si fincera pecus erit. ¶ Etiam maſculino genere uſurpari videtur *Ennius* apud *Priſcian. l. 5. pag. 659.* pecudi dare viva marito. Poteſt tamen, inquit *Priſcian.* figurate eſſe prolatum, ut ſi dicam: *aquila mas tua, vel rex avium.* ¶ *Pecuda* in neutro plur. V. in *Pecu*.

PECUSCULUM, li, n. diminut. a *pecus*. *Juvenc. l. 1. in Matth. c. 12. v. 593.* foveam ſi forte pecuſcula veſtra Inciderint.

PECUSCUM palatii dicta eſt ea regio urbis, quam Romulus obverſam poſuit ea parte, in qua plurimum erat agri Romani ad mare verſus, & qua molliſſime adibatur urbs: cum Etruſcorum agrum a Romano Tiberis diſcluderet, ceteræ vicinæ civitates colles aliquos habebant oppoſitos. *Paul. ex Feſto*, ubi legitur quidem *peſtuſcum*, ſed *Dacerius* corrigit *pruſcum*, quod ea parte pecus paſceretur.

PEDA, æ, f. *pedare*, veſtigium. *Feſtus*: Pedam, veſtigium humani pedis appellaſſe antiquos, in commentariis quibuſdam inveniri ſolet. *Gloſſ. ver.* Peda, pedatura, *Lyroc.*

PEDALIS, le, *di miſura d'un piede*, *voet-lieſ*, pedis menſuram habens. *Cic. 4. Acad. c. 26. & Senec. lib. 1. quæſt. nat. c. 3. a med.* Quid poteſt eſſe ſole majus? quantulus nobis videtur: mihi quidem quaſi pedalis. *Caſ. l. 3. B. Gall. c. 13.* Tranſtra ex pedalibus in latitudinem trabibus. *Colum. l. 4. c. 16.* Pedale ſpatium. *& cap. 7.* Pedalis longitudo. *Plin. l. 10. c. 22.* altitudo. *Id. l. 11. c. 19.* menſura. *Id. l. 17. c. 8.* craſſitudo. *& cap. 20.* ſulcus. *Id. l. 22. n. 4. extr* pedalis intervallo. ¶ *Pedale*, vel *pedaleum* apud *Petron. in fragm. Tragur. c. 36. Burm.* alii intelligunt faciam, qua pes involvitur, alii ſoccultum, ſoleam: ſed dubia eſt & lectio, & interpretatio. *Cornel. Front. de differen. vocab. pag. 2194. Putſch.* pedale menſuram eſt eſſe pedis. *Gloſſ. vet.* Pedale, ποδιαῖος, ποδικὸν, h. e. quo pedes entergentur.

PEDAMEN, inis, n. &

PEDAMENTUM, ti, n. *ſteccato delle viti*, *palo*, *adminſ*, χάραξ, palus, radica ad vites, ulmive plantas infirmiores fulciendas, ſtatumen, adminiculum: a *pedo*, *is*. *Varr. l. 1. R. R. n. 8.* Quibus ſtat rectis vinea, dicuntur pedamenta: quæ tranſverſe junguntur, jugi. *& mox.* Pedamentum fere quatuor generum: unum rubuſtum, & vocatur ſudice: alterum palus e pertica: tertium, quod horum inopiæ ſubſidio miſit arondinetum: quartum eſt pedamentum arivum ejus generis, ubi ex arboribus in arbores tradoctis vitibus vinea fit, quos traduces, quidam rumpos appellant. *Colum. ſub init. l. 4.* Ge-

minis viviradicibus diductis duo contraua per ordinem vellire pedamenta. *& cap.* 30. Pedaminum, jugorumque, & viminum præſciendorum tradenda ratio eſt. *& cap.* 26. Pedamen teres ex junipero. *Id. l.* 5. *c.* 4. Pedaminibus adnixæ vites. Adda *Plin. lib.* 17. *c.* 22. & 22.

PEDANEUS, a, um, idem ac pedalis. *Calum. l.* 4. *c.* 2. *a med.* Nemo minorem pedaneæ ſcrobem vitibus comparat. *Al. leg.* bipedaneæ. *Pallad. in Maio, tit.* 22. Pedaneum rudus inducere. *Solin. c.* 2. (*al.* 8.) *a med.* Pedanei remuli. ¶ Pedanei Judices, χαμαιδικασται, dicuntur, qui de leviuribus tantummodo cauſis ſolent cognoſcere. Quidam ſic dictos putant, quod humiliore loco conſiderent, hoc eſt ubi Magiſtratus ſubſellia pedum habebant; atque adeo non uterentur tribunali, ſed io plano judicarent: alii quod non, ut Magiſtratus curru veherentur, ſed pedibus incederent. *Ulpian. Dig. lib.* 3. *tit.* 1. *leg.* 2. *circa med.* Apud Judices pedaneos poſtulare prohibetur. Adde *lib.* 2. *tit. & leg.* 7. *& Paul. lib.* 48. *tit.* 19. *leg.* 38. *ad fin.* ¶ *Pedaneos* pro *pedaneſtres*, cum de Senatoribus ſermo eſt, barbare dici, notat *Gell. l.* 3. *c.* 18. *extr.*

PEDANUS, a, um, ad Pedum, vel Pedon pertinens, quod eſt oppidum Italiæ, Picæneſi finitimum, nec procul a Roma diſtans. *Horat. l.* 1. *ep.* 4. *v.* 2. Quid nunc te dicam facere in regione Pedana?

PEDARIUS, a, um, ad pedes pertinens. *Pedarium tignum* in vet. Inſcript. apud *Gruter. pag.* 207. *col.* 2. videtur eſſe trabs ex pede, ſeu trunco arboris facta. ¶ Pedarii Senatores vocati ſunt, ut *Gabius Baſſus*, *Gellio* taſte *l.* 3. *c.* 18. ſcriptum reliquit, qui nondum geſſerant Magiſtratum Curulem: idque quia pedibus ireot in Curiam, cum, qui Magiſtratu Curuli functi erant, ſoliti eſſent curru vehi. *Feſtus*, & alii ſic dictos putant, qui non haberent jus novæ dicendæ ſententiæ, ſed pedibus irent in ſententiam aliorum: Senatorum enim alios fuiſſe principes, qui in ſolio aburneo ſiderent, ibique ſententiam dicerent, alios fuiſſe minores, qui non haberent in Senatu ſententiæ dictionem, ſed ab aliis dictam approbarent, movantes ſe loca, & in partem ejus ambulantes, cujus ſententiæ aſſentiebantur. Propter quod qui ſententiam aliorum ſequuntur, *ire in ſententiam pedibus* dicuntur. *Varr.* apud *Gell. ibid.* etiam *equites* quoſdam *pedarios* fuiſſe dicit: & *Gellius* cenſet, equitas eos, qui necdum a Cenſoribus in Senatum lecti erant, eoque nec Senatoros dici poterant, ſi populi honoribus uſi eſſent, habuiſſe jus veniendi in Curiam, dicendæque ſententiæ, ſed quia in poſtremis ſcripti erant, non rogatos fuiſſe ſententias, ſed quas principes dixerant, in eas diſceſſiſſe. Pro *pedarios* dixere etiam *pedaneos*: ſed *Gellius* ut minus Latinum rejicit. *Cic. Attic. l.* 1. *ep. penult.* Eſt illud S. C. ſumma Pedariorum voluntate, nullius noſtrum auctoritate factum. *& ep. ult.* Et reptim in eam ſententiam Pedarii concurrerunt. ¶ Horum ſententia *pedario* appelleta eſt. *Laberius* apud *Gell. loc. cit.* Caput ſine lingua, pedaria ſententia eſt.

PEDATIM, adverb. *uno piede dopo l' altro*, mutu ſucceſſivo pedum. *Plin. l.* 11. *c.* 45. *a med.* Reliqua animalia, ut libitum eſt, gradiuntur: leo tantum, & camelus pedatim, hoc eſt ut ſiuiſter pes non tranſeat dextrum, ſed ſubſequatur. Hæc *Plin.*

PEDATIO, onis, ſ. χαμαιωσις, actus, quo pedamentis vitis ſulcitur, vel ipſum pedamentum, aut ſulcimentum per pedamenta. *Colum. l.* 4. *c.* 12. *extr.* Dum ſe vinea corroboret in pedationem. Al. ita leg. ut *corroboret* ſit poſtremum verbum *capitis* 12. deinde ſequatur *cap.* 13. Impedationem deinde ſequitur alligator.

PEDATURA, æ, ſ. ſpatium certo pedum numero definitum, & ipſa menſuratio per pedes. *Veget. l.* 3. *de re milit. c.* 8. *circa med.* Singulæ centuriæ, dividentibus campidactoribus, accipiunt pedaturas, & ſolſam aperiunt. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 896. *n.* 4. In qua pedature neque humari, neque tumulum fieri volo, ut habeat na area & u tergo, & a latere acceſſum ſuum. Adde aliam apud *Doniam claſſ.* 13. *n.* 19. *& Varr. Antiq. de limitib. pag.* 245. *&* 250. *Gudii.*

PEDATUS, us, & i, m. acceſſus pedis, vel pedis ictus. *Plaut. Ciſtell.* 2. 1. 49. Niſi tertio pedato omnes affligere. *Cato* apud *Non. c.* 1. *n.* 325. Igitur tertio pedato nobis bellum ſecere. *per lo terzo volto. Verus Gloſſographus*, tertio pedatu, τριτῳ ποδητῳ. Sic *Non. ibid.* tertio repetita, ſeu acceſſu quaſi per pedem. Rurſus *Cato* apud *Chariſ. l.* 2. *pag.* 191. *Puſch.* In his duobus bellis alteras ſtipendiis, agriqua parta multati (al. *oculteri*) alteras uppidum vi captum; alteras primo pedato & ſecundo. Nihil hic *Chariſ.* quod locum fatis obſcurum illuſtret. Tò *alteras* videtur dictum ut *alias*, cum adverbii more adhibetur. *primo pedato & ſecundo* fortaſſe eſt primo & ſecundo aggreſſu: ſed omiſit *Chariſ.* verba uliquot, quibus integra ſententia continebatur.

PEDATUS, a, um, ὑπόπους, cui ſunt pedes. *Sueton. de Othone, cap.* 12. Puiſſe traditur & modicæ ſtaturæ, & male pedatus. ¶ Item ſuſtentaculo firmatus, καταπαυσιπους: particip. a *pedo*, qua notat ſuffulcire. *Plin. l.* 17. *c.* 22. *ad fin.* Aut pedatæ vineæ ſimplici jugo. Adde *Calum. l.* 4. *c.* 20.

PEDEMA. V. *Pezisma.*

PEDEPLANA, orum, n. *ſtoreze a piè piano*, τὰ ἐπίπεδα, loca in ædibus ſolo æquelia, quæquis pede pleno, h. e. ſine aſcenſione adeuntur. Vua cadentis Latinitatis. *Imopp. Honor. & Theodoſ. lib.* 7. *Cod. Theodoſ. tit.* 8. *leg.* 13. Milites ex procinctu redeuntes fiogulæ turres in pedeplanis ſuis recipiant.

PEDEPRESSIM, adverb. *ſtalim*, tarde, paulatim, lenta & tarda itione. *Non. c.* 1. *n.* 119. ſed ſine exemplis.

PEDES, itis, m. *pedone, chi va a piede*, πεζὸς, qui pedibus incedit. *Virg. 6. Æn. v.* 881. ſeu cum pedes iret in hoſtem, Seu ſpumantis equi foderet calcaribus armos. *Ovid.* 14. *Met. v.* 363. equique calor ſpumantia terga reliquit, Spemque ſequens vanam ſilvu pedes errat in ulta. *Curt. l.* 8. *c.* 1. *ante med.* Macedones ſcivere, ne pedes venaretur. ¶ Sæpe eſt miles, qui pedibus meretur, *fante, pedone, fanteria*, ſicut *eques* qui equo. *Cæſ. l.* 1. *B. Gall.* 2. 48. Poſtulavit, ut quem peditem ad colloquium Cæſar adduceret. *Pompej. ad Domit.* 2. *poſt epiſt.* 21. *l.* 8. *ad Attic.* Quantas equitum & peditum copias contracturus ſit. ¶ Eſt etiam collectivum nomen, & peditum multitudinem ſignificat, *la fanteria. Liv. l.* 32. *c.* 34. Utrinque equite nudata erat Punica acies, cum pedes concurrit, nec ſpe, nec viribus jam par. *Tacit. l. Ann. c.* 67. Equos fortiſſimo cuique bellatori tradit, ut hi, mox pedes, in hoſtem invaderent. *& cap.* 60. Simul pedes, eques, claſſis apud prædictum unmeos convenere. *Id. 4. Hiſt. c.* 70. Copias veterano pedita atque equite firmavit. ¶ Peditum expeditiones apud *Vellej. l.* 2. *c.* 121. ſunt terreſtres, & claſſicis opponuntur.

PEDESTER, ſtris, ſtre, & Pedeſtris, ſtre, *pedone, pedeſtre*, πεζικὸς, πεζὸς, qui pedibus incedit, pedas: & equeſtri opponitur. *Cic. Phil.* 9. *c.* 6. Gratior illi videtur ſtatua pedeſtris futura, quam equeſtris. *Tacit.* 2. *Hiſt. c.* 11. *extr.* Nec illi ſegne, aut corruptum luxu itur: ſed lorica ferrea uſus eſt, & ante ſigna pedeſter, horridus, incomptus, &c. *Virg.* 11. *Æn. v.* 707. pugnæque accinge pedeſtri. *e combatter a piede. Sueton. in Domit. c.* 4. Prælium duplex, equeſtre ac pedeſtre commiſit, atque in Amphitheatro navali quoque. *Cic.* 2. *de Fin. c.* 34. Xerxes cum tantis claſſibus, tantiſque equeſtribus & pedeſtribus copiis. *Nep. in Eumen. c.* 4. Equitibus prodigatis, pedeſtris exercitus pacem ab eo petiit. *Al. leg.* pedeſter. *Tacit.* 2. *Ann. c.* 17. Simul pedeſtris acies infertur, & præmiſſus eques, &c. *Nep. in Iphicr. c.* 2. Pedeſtria arma. *della fanteria. Aurel. Vict. de Cæſaribus. n. ult.* Pedeſtre magiſterium. Adde *Cæſar. l.* 2. *B. Gall. c.* 17. *Liv. l.* 22. *c.* 47. *& 49. & Juſtin. l.* 4. *c.* 4. ¶ *Pedeſtres* abſolute, peditet. *Juſtin. l.* 11. *c.* 9. Cecidere pedeſtres CXXX. equites CL. ¶ Pedeſtre ſcutum, *da pedone*, quo peditm utuntur. *Liv. l.* 7. *c.* 10. Pedeſtre ſcutum capit, Hiſpano cingitur gladio. ¶ Pedeſtria auſpicia nominabantur, quæ dabantur a vulpe, lupo, ſerpente, equo, ceteriſque animalibus quadrupedibus. *Paul. ex Feſto.* ¶ Sæpe *pedeſter* eſt terreſtris, & navali opponitur, & maritimo. *Cic. de Senect. c.* 5. Pedeſtres, navaleſque pugnæ. *Nep. in Alcib. c.* 8. Lacedæmonios eo nolle conſligere claſſe, quod pedeſtribus copiis, pluſquam navibus valerent. *Cæſ. l.* 3. *B. Gall. c.* 9. Pedeſtria eſſe itinera coacta æſtuariis, navigationem impeditam prupter inſcientiam locorum. *il viaggio per terra. & lib.* 2. *B. Civ. c.* 32. Ut neque pedeſtri itinere, neque navibus commeatu juvari poſſint. *nè per terra, nè per mare. & Hirt. de B. Alex. c.* 26. Tota Ægyptus maritimo acceſſu Pharo, pedeſtri Peluſio munita. *Plin. l.* 3. *c.* 11. Intervallum maris pedeſtri continuere tranſitu, pontibus jactis. *con paſſaggio a piedi. Marcell. de Spectac. epigr.* 28. Abnuit in liquidis ire pedeſter aquis. *Apul. de Mundo.* Animalia pennata, pedeſtria, equeſtilia. ¶ Translate *pedeſtris oratio*, eſt proſa oratim quia humilis eſt, & quaſi pedibus incedens, nec aſſurgit poetico ſpiritu, ut carmen, πεζὸς λογος. *Quinctil. l.* 10. *c.* 1. *a med.* Plato multum ſupra proſam orationem, & quam pedeſtrem Græci vocant, ſurgit. *Horat. l.* 2. *od.* 12. *v.* 9. tuque pedeſtribus Dices hiſtoriis prœlia Cæſaris, Mæcenas. ¶ Et univerſim quicumque ſerma ſtilo ſimplici, vulgari, & ſubmiſſo, ſine ſublimitate, & ſpiritu Tragico. *Horat. de Ar. Poet. v.* 95. Et Tragicus plerumque dolet ſermone pedeſtri. *Id. l.* 2. *ſat.* 6. *v.* 17. Quid prius illuſtrem ſatyris, Muſaque pedeſtri? *Auſon. epiſt.* 16. *v.* 78. Æſopiam trimetriam, Quam vertit exili ſtilo, Pedeſtre concinnans opus. *Terentian. Maurus de carm. Iambico, pag.* 2433. *Putſch.* Sed qui pedeſtres fabulas ſocco premunt, Ut quæ loquuntur, ſumpta de vita putes, &c. ¶ *Pedeſtris* in recto maſculino, præter allatum *Nepot.* locum, qui dubius eſt, legitur etiam apud *Vopiſc. in Probo*, *c.* 21. Longius progredior, quam pedeſtris ſermo deſiderat.

PEDETENTIM, adverb. *a poco a poco, a paſſo a paſſo, adagio, ugni volta, ſtalim*, lento gradu, ſenſim, paulatim. *Donat. in Phorm. a.* 3. *ſc.* 3. *v.* 18. *& Priſcian. l.* 15. *pag.* 1105. *Putſch.* deducunt a *pede*, & *tentando*. Ita de iis proprie dicitur, qui priuſquam pedem ponant, ſolum tentant, ut in tenebris, aut molli ſulo facere ſolemus. Videturque pro hac etymu facere illud *Cotonis* apud *Soſipatrum l.* 2. *pag.* 190. Eam ago viam pedetentim tentabam. *Pacuv.* apud *Cicer.* 2. *Tuſcul. c.* 21. Pedetentim & ſedato uſu, ne ſuccuſſu arripiat major dolor. *Cic. 9. Fam. ep.* 14. *ad fin.* Legi concionem tuam. nihil illa ſapientius. ita pedetentim & gradatim tum acceſſus u ta ad cauſam facti, tum receſſus. *Id.* 1. *Offic. c.* 33. Eam mutationem, ſi tempora adjuvabunt, facilius, commodiuſque faciemus: ſin minus, ſenſim erit pedetentimque faciendo. *Id. pro Quinct. c.* 16. Timida & pedetentim ifluc deſcendunt. ¶ Translate eſt canta. *Terent. Phorm.* 3. 3. 18. Dii bene vertant, quod agas: pedetentim tameo. *Cic. pro Cluent. c.* 42. Caute pedetentimque omnia dicere.

PEDIANUS. V. *Afranius.*

PEDICA, æ, ſ. *laccio, paſtoja, coppo, ulla*, laqueus, quo pedes illigantur. *Virg.* 1. *Georg. v.* 307. Tunc gruibus pedicas, & retia ponere cervis. *Liv. l.* 21. *c.* 36. *extr.* Ut pleraque jumenta, velut pedica capta, hærerent in dura glacie. *Plaut. Pœn.* 3. 1. 10. Iſte quidem gradus ſuccretus eſt cribro pollinario: niſi cum pedicis condiciſtis ſic hoc graſſari gradu. *Grat. in Cyneg. v.* 92. dentatas illiguo robore clauſit Venator pedicas. ¶ Translate *Apul. l.* 5. *Metam.* Ad deſtituetam fraudum pedicam ſermones confereutes. *& lib.* 2. Amoris pedicis alligare aliquem. *& lib.* 6. Luſuria puerilis nuptialibus pedicis alliganda.

PEDICELLUS, i, m. *pidocchietto*, parvus pediculus. *Petron. in fragm. Tragur. c.* 57. *Burm.* In alio pedicellum vides, in te ricinum non vides?

vides? Al. leg. *prædicta* eod. sensu. Est autem proverbium vulgi in eos, qui aliena vitia, quamquam levia, acute cernunt, propria, etsi majora, non vident. *Senec. de vita beata*, c. 27. *a med.* Pappas obfervatis alienis, ubiti plurimis ulceribus. Hoc tale aft, quale fi quis pulcherrimorum corporum nævos, aut verrucas deridens, quem fœda fcabies depafcitur. Hæc *Senec.*

PEDICINUS, i, m. pes tenuis, edolatufque, qui arbor inferitur cardini, aut fuæ bafi. Ita *Pomponius de Inftrum. fundi*, c. 11. & *Turneb. l. 7. Adverfar.* c. 25. ad illud *Catonis de R. R. c. 18. de torculari*. Ibi foramen pedicinis duobus facito. Ibi arbores pedicino in lapide ftatuito.

PEDICLUS. V. *Pediculus*.

PEDICOSUS, a, um, *pedocchiofo*, pediculis ubitus. *Tiriuus.* apud *Feft.* in *Pedibus*. Rus detrudetur pedicofus, fqualidus. *Scalig.* contradit, *peditofus* legi opoctere, *h. e.* pædidus, fordidus.

PEDICULARIS, re, &

PEDICULARIUS, a, um, *da pidocchi*, ad pediculos pertinens. *Colum. l. 6. c. 30. a med.* Cunila bubula, & herba pediculeris cum fale trita. *b.* e. quæ vim habet pediculos necandi. *Scribon. Larg. compof. 166.* Staphis agria, quem herbam pediculariam quidam vocant, quod pediculos necat. ¶ Pedicularis morbus eft, cum corpus ita corrumpitur, ut pediculos fine fine producat, ufque dum conficiatur. Eo L. Sulla, & Alcman ex clariffimis Græciæ Poetis pericre, ut *Plin. c. 33. l. 11. verrat.* item Pherecydes, *Seren. Sammon. c. 5. v. 62.* teſte. *Serv. ad Virg. 3. Georg. v. anteponuit.* Immundus fudor, morbus pedicularis, qui eft φθειρίασις. ¶ *Pedicularius* in *Gloffis* exponitur etiam αυτοκέλευστος, h. e. qui fcabilla, nel cymbala pedibus percutit.

PEDICULOSUS, a, um, *pidocchiofo*, φθειριζων, qui pediculis plenus eft. *Martial. l. 12. epigr. 59.* Hinc menti domicus pediculofi.

PEDICULUS, li, m. *picciol piede, pedino, pedicello*, ψειρὸν, parvus pes. *Plin. l. 9. c. 28.* Loligo, fapia, polypus. His caput inter pedes & ventrem: pediculi octoni omnibus. *Valer. Max. l. 4. c. 4. n. 3.* Fabricius patellam fuam corneo pediculo fuftinari volut. Al. leg. *prædutale*, al. *pediclo*. *Paul. Dig. lib. 34. tit. 2. leg. 33.* Pedicolis argenteis adjuncta figillaænea. ¶ Item id, quo fructus, folia, fungi hærent, & fuftinentur, petiolus, *picciuolo*. *Colum. l. 12. c. 44.* Quidam pediculos punicorum, ficuti funt, in arbore interquent. *& cap. 43.* Pediculos uvarum impicato. *Plin. lib. 17. c. 24.* Pediculo brevi funt folia oleæ, & ilici, longo vitibus, tremulo populus. *Id. l. 22. c. 23.* Pediculi fungorum. ¶ Item vermiculus in capite, & corpore animalium nefcens, infeftus, & morfu pruritum movens, *pidocchie, pollme*, φθεὶς. *Celf. l. & cap. 6. feft. 15.* Qui inter pilos palpebrarum pediculi nafcontur. id φθειρίασις Græci nominant. *Colum. l. 8. c. 7. de gallinis.* Pluma omnis e capite & fub alis detergetur, ne pediculum creet. *Plin. l. 29. c. ult. ante med.* Jus viperæ pediculos e toto corpore expellit, pruritufque etiam fammæ cutis. *Id. l. 20. c. 12.* Omni cibus pediculos facit. *Celf. loc. cit.* Necare pediculos, & prohibere, ne fimiles nefcantur. Adde *Feft.* in *Pedibus*. ¶ *Pediculi terræ* dicuntur a nonnullis fcnmbæi terreftres ricino fimiles, corniculis inftructi: unde & *tauri* appellantur. *Plin. l. 30. c. 5.* ¶ Sunt & marini pediculi ita dicti a fimilitudine pediculorum capitis. *Id. l. 32. c. 7. & 8.* ubi al. leg. *pedunculi*. V. & *lib. 9. c. 47.* ¶ Apud *eund. l. 3. c. 11. & Juftin. l. 12. c. 2.* Pediculi, Græce Πεδιῆται, funt Apullæ populi.

PEDIOLUS, li, m. *pedino, pedem*, parvus pes. *Afran.* apud *Non. c. 2. n. 609.* Atque adeo nolo: nudu pediolo es. Al. leg. *petiole*.

PEDIS, is, m. & f. *pidocchio*, pes, pediculus. *Novius.* Eft pedis unus ingens in nafo. *Plaut. Vidular.* Ubi quamque pedem videbat, fuffurabatur omnes. Hæc *Neo. c. 3. n. 180.*

PEDISEQUUS, (*rectius quam* Pediffequus,) a, um, πεδισεὸς, pedem fequens, pone fequens, comitans officii, aut honoris caufa, aflecla, affectator. Cum de fervis fermo eft, ii intelliguntur, quorum officium erat fequi dominum extra ædes, *fpaffieri, paggi, facchi*. De his *Papinian. Dig. lib. 32. leg. 67. & Scævola lib. 34. tit. 2. leg. 17. & lib. 40. tit. 4. leg. 59.* His enim locis plane de fervis fermo eft. Quod fi aliquando a fervis diftinguuntur, difcrimen muneris aft, non conditionis. *Plaut. Aulul. 3. 5. 27.* Mihi æquum eft purpuram dari, ancillas, muloe, mulliones, pedifequos, falutigerulos pueros. *& ibid. a. 4. fc. ult. extr.* Gnatæ pedifequa nutrix nunc. *Id. Afin. 2. 3. 31.* Vult placere fe fe amicæ, vult mihi, vult pedifequæ, vult famulis, vult etiam ancillis. *Inferipta.* apud *Murator. pag. 918. n. 6.* C. Julius Liviæ Auguftæ fervus pediffequus. *Lapis habet* pedeffequos. Alia fimilis *ibid. n. 5.* pediffequos. ¶ Interdum tamen atiem liberti, aut infimæ, fed liberæ fortis homines pedifequi dicuntur, *Cic. Attic. l. 2. ep. 16.* Quæ mihi videtur una concincula clamore pedifequorum noftrorum effe peritura. *della noftra comitiva. Infeript.* apud *Gruter. pag. 600. n. 6.* Q. Artorius Aatiochus Prifcus pedifeq. V. A. XX. *Alia pag. 1112. n. 10.* Clanamos Ti. Cæfaris Aug. pedifequus Nymphæ conjugi fecit. *Plaut. Mil. 4. 2. 18.* Sequere hac me. *Pyrgopol.* pedifequus tibi fum. ¶ Servi pedifequi arant fere ceterorum infimi. *Nep. in Attic. c. 13.* Ufus eft familia, fi utilitate judicandam eft, optima; fi forma, vix mediocri. Namque in ea erant pueri litteratiffimi, anagnoftæ optimi, & plurimi librarii: ut ne pedifequus quidem quifquam aflet, qui non utrumque horum pulcre facere poffet. *Colum. l. 2. in proem.* Si fundum locuples mercatus aft, e turba pedifequorum, lectiarriorumque delectiffimum annis & viribus in agrum relegat. ¶ Translate *Auft. ad Heren. l. 4. c. 14.* Si voles divitias cum virtute comparare, vix fatis idoneæ tibi videbuntur, quæ virtutis pedifequæ fiat. *Cic. l. de Orat. c. 55. extr.* Quia fæpe utitur orator fubfidio jurie in caufis, idcirco iftam juris fcientiam eloquentiæ tanquam ancillulam pedifequamque adjunxifti. *Apul. l. 2. de doctr. Plat.* Sapieatem quippe pedifequam & imitetnrem Dei dicimus, & fequi arbitramur Deum.

PENETRO, as, avi, atum, a. c. *entrar dentro*, *penetrare*, *insinuarsi*, *entrare*, *intromettersi*, *addarsi*, *immettere*, penitus intro, ingredior, pervado, permano, permeo. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 33. Homo adolescentulus penetrare hujusmodi in palæstram, ubi damnis defodascitur. *Cic. de Univ. cap.* 9. *extr.* Astra, quæ per eælum penetrantia, solstitiali se, & brumali revocatione convertentur. *Lucret. l.* 2. *v.* 538. vallo munitur ebumo, Ut penitus nequeat penetrari. *Cic.* 2. *Tusc. lib. cap.* 20. Qui ostium Ponti viderunt, & eas angustias, per quas penetravit Argo. *Nep. in Chabr. c. ult.* Cum enim eo (*in portum*) penetrasset, cæteræ (*naves*) non sunt secutæ. *Sueton. in Cæs. cap.* 52. Eadem nave pene Æthiopia tenus Ægyptum penetravit. *Virgil. Æn.* 1. *v.* 247. Illyricæ penetrata sinus. *Id. Æn.* 7. *v.* 607. & *Cic. de Provinc. consul. cap.* 13. Ideas Phrygiæ penetravit ad urbes. *Ovid. Met.* 12. *v.* 41. penetratque cavæ vox omnis ad aures. *& lib.* 7. *v.* 601. tristes penetrant ad viscera morbi. *& lib.* 12. *v.* 336. jaculum lævam penetravit in aurem. *Cels. l.* 5. *c.* 28. *sect.* 3. Ulcus celeriter serpendo, penetrandoque usque ad ossa, &c. *Liv. l.* 39. *c.* 31. Permisti turbæ hostium intra vallum penetraverunt. *Cic. in somn. Scip. c.* 7. Romuli animus hanc ipsam in templa penetravit. *Liv. l.* 21. *c.* 53. Tumultus e castris & in urbem penetrat. *Cic. Verr. 6. c.* 48. Ditem Patrem subito non longe a Syracusis penetrasse sub terras. ¶ *Penetrare se*, se conjicere. *Plaut. Amph.* 1. 1. 94. Pedaules penetrant se in fugam. *Id. Trin.* 2. 2. 1. Paras penetrare se ex ædibus. *Gell. l.* 5. *c.* 14. *a med.* Specum quandam ostus, in eam me penetro, & recondo. *Plaut. Trucul.* 2. 1. 23. Ea intro pectum se penetravit potio. ¶ *Penetrare pedem*, inferra. *Plaut. Men. c.* 3. 49. & 5. *c.* 63. Si ego intra ædes hujus unquam penetravi pedem. *se ho mai messo piede*. ¶ Translate *Cic. c. de nat. Deor. c.* 61. Hominum ratio in cælum usque penetravit. *Id. in Brut, c.* 38. *de oratore*. Nulla res magis penetrat in animos, eosque fingit, format, flectit. *Id. in Fanin. c.* 36. Defluendo, describendoque ad sensum judicis opinionemque penetrare. *Justin. l.* 5. *c.* 7. Adeo ad omnem ætatem tanti mali sensus penetraverat. *Sueton. de Grammat. cap.* 3. *sub fin.* In provincias quoque Grammatica penetraverat. *Ovid.* 3. *de ar. am. v.* 291. Quo non ara penetrat? discunt lacrymare decentes, Quoque voluot plorant tempora, quoque modo. *Tacit. Ann.* 3. *c.* 4. Nihil Tiberium magis penetravit, quam studia hominum accessus in Agrippinam. *penetrò, punse. & lib.* 4. *Hist. c.* 7. Sorte & urna mores non discerni: suffragia & cassi nationem, fanatus reperin, ut in cujusque vitam fæmanque penetrarent. *per ispogliare e conoscere interamente*. & *Lucret. l.* 5. *vers.* 1161. Tum penetrabat eos, posse hæc liquefacta calore Quamlibet in formam, & faciem decurrere rerum. *entrava loro in capo*, *intendevano*, *capivano*. & *Gell. lib.* 13. *c.* 10. Penetrata se ea litterne.

PENEUS, i, m. Πηνειὸς, fluvius Thessaliæ, qui ex Pindo ortus, deinde Lariffam alluens, inter Olympum & Ossam per Tempe labitur, virilia calculo, amœnæ cieca ripas gramina, canorus avium concentu, & in finum Thermaicum influit. *Plin. l.* 4. *c.* 8. *Ovid.* 1. *Met. v.* 569. & *Pompon. Mela l.* 2. *c.* 3. Narrat *Claudian. l. c. de rapt. Pros. v.* 170. *& sequent.* Peneum olim, cocuntibus Ossa & Olympo, & corsam ejus intercludentibus, totam Thessaliam inundasse, & a Neptuno tridenti emotis montibus, vinra ei rursus apertam fuisse. ¶ In fabulis est deus, ut cetera fere flumina, pater Cyrenes

renes & Daphnes. *Virgil. fab.* 161. & 203. Hinc *Ovid.* 3. *Amor. el.* 6. *v.* 31. Te quoque promiſſam Xantho, Tenedo, Creuſam Phthiotum terris occuluiſſe ferunt. & 2. *Met. v.* 243. Peneioſque fenes, Teuthraneuſque Caicus. ¶ Quod legitur in quibuſdam codicib. *Catulli carmi.* 67. *ad Manl. v.* 109. Quale ferunt Graji Peneum prope Cyllenem Siccari umuſſa pingue paludem ſolum: rectius *Pœneum* al. reponunt, quod eſt oppidum Arcadiæ in Cyllene monte, *Virgo. Plin. lib.* 4 *cap.* 6. ubi etiam innuit, circa illud paludem eſſe, ex qua Ladon fluvius oritur.

PENICILLUM, i, n. & Penicillus, i, m. *pencello, γραφίς*, inſtrumentum pictorum inducendæ coloribus: diminut. a *peniculus*. *Cic. in Orat. c.* 22. *ad fin.* Pictor illis vidit, obvolvendum caput Argumentonis eſſe, quoniam ſummum illum luctum penicillo non poſſet imitari. *Quintil. in fin. l.* 2. Calathor cælum deſiderat, & pictor penicilla. *Plin. l.* 18. *cap.* 17. *a med.* Setæ e penicillis tectorius. *Id. l.* 35. *c.* 9. Zeuxie audentem jam aliquid penicillum ad magnam gloriam perduxit, *h. e.* artem pingendi, metonymia. Sic *poule ſup.* Apollodorus primus gloriam penicillo jure contulit. ¶ Metaphorice *Cic.* 2. *ad Q. Fr. ep.* 15. *ante med.* Modo mihi date Britanniam, quam pingam coloribus tuis, penicillo meo. *h. e.* ornamentis tuis, artificio & ſtilo meo. ¶ Item linamentum, quod vulneri vel aridum, vel imbutum medicamine, impoſnitur, *taſta, μύτις. Celſ. l.* 2. *c.* 10. *ſub fin.* Deligandum brachium ſuperimpoſito expreſſo ex aqua frigida penicillo. *Id. l.* 7. *c.* 7. *fell.* 6. Exigua penicilla interponenda, donec exulceratio ejus loci finiatur. ¶ Item linteolum concerptum ad ſimilem fere uſum, *pegmata, pegmatium. Vitr. l.* 34. *c.* 12. *ad fin.* Sed ablui ærugineam neceſſarium penicillis calidis, donec rodere deſinat. *Id. l.* 20. *c.* 15. *de cinnabare.* Propter colyn quoque bibitur, illiturque, vel penicillis fervens apprimitur feliciis. *Id. l.* 34. *c.* 12. *ſub fin.* Attemperum penicillo fronti impoſitum. ¶ Item penicillus ad abſtergendum. *Colum. l.* 12. *cap.* 18. Picem in fundum deſtillare, deinde penicillo detergere. ¶ Penicilli ex ſpongiis *Plin. l.* 9. *c.* 45. Spongiarum tria genera accepimus: ſpiſſum ac præduram; tragos id vocatur: ſpiſſum & mollios; manon.: tenue denſumque, ex quo penicilli; Achilleum. *Id. l.* 31. *c. ult. ante med.* Molliſſimum genus earum (*ſpongiarium*) penicilli: oculorum tumores levant ea molſo impoſita. *& in fin.* Circa Lyciam penicillos molliſſimos naſci in alto. *h. e.* ſpongias, ex quibus penicilli fiunt.

PENICULANS. V. vocem ſequent.

PENICULAMENTUM, i, n. lacioia in modum peniculi, ſeu caudæ dependens. *Eon.* apud *Non. c.* 2. *n.* 614. Pendent peniculamenta unum ad quodque pedule. *Lucil. ibid.* Peniculamentum vero reprehendere noli. Adde *Cæſil. ibid.* ¶ Pro ipſa cauda, ſeu caudæ moſcarlo, *Amob. l.* 5. *pag.* 163. Peniculamenta decurtantem cantherium, inſectantem laqueos mobiles. Ita *Scalig. in Caralli N. Al.* leg. *peniculamentem, decurtantem cantherios*, quod eſt, peniculos conquirentem, h. e. ſetas equinæ caudarum, ex quibus laqueos texant.

PENICULUS, i, m. parvus penis, h. e. parva cauda. Dicitur de extrema cauda feroſa, aut villoſa quorundam animalium, ut boum, equorum, vulpium, quibus utebantur ad pulverem & ſordes abſtergendas ex menſis, vaſis, veſtibus: & ira dicitur tale inſtrumentum, etiam ſi ex cauda non ſit, *ſcoparia, ſpongia, σπογγιὰς, σπογγάριον. Plaut. Men. r.* 1. 1. Juventus nomen fecit Peniculo, mihi, ideo quia menſam, quando edo, detergeo. *Paraſitus loquitur. & ibid.* 2. 3. 40. Quis iſte eſt Peniculus? qui extergentur baxeæ? *Terent. Eun.* 4. 7. 7. Quid ignave? peniculon' pertimuere, qui iſtunc hue portem, cogitas? *Sa.* ego ne? imperatorie virtutem noveram, & vim militum: ſuo ſanguine hoc fieri non poſſe: qui abſterserem vulnera. ¶ Etiam ſpongiæ longæ, propter ſimilitudinem caudarum, penículi dictæ ſunt, teſte *Paulo* ex *Feſto*. & fortaſſe hujuſmodi ſpongiam intelligit *Terent. loc. cit.* V. *Penicillus*. ¶ De peniciilo pictorum, *pennello, Plin. l.* 35. *c.* 10. *ante med.* Arrepto peniculo, lineam duxit ſummæ tenuitatis per tabulam. Ita editio *Jenſon.* a. 1472. Aliæ antiquiores, & *Harduin.* penicillo. ¶ Lusit in ambiguo inſtrumenti abſtergentis, & nominis Paraſiti *Plaut. Men.* 2. 2. 12. *Meſſ.* Quem tu paraſitum quæris, adoleſcens, meum? *Cyl.* Peniculum. *Meſ.* eccum hunc in vidulo ſalvum fero. *Lambin.* referrent ad *in villoſos dorſuarios*.

PENINSULA. V. *Paninſula*.

PENIS, is, m. *cede, πέος*, idem quod cauda, apud Veteres, teſte *Cicer. 9. Fam. ep.* 22. & *Feſto*, apud quem *Nevius*: Latres ludentes peni pinxit bubulo. *penis* ablat. pro *pene*, ut *pupi, nevi*. Fortaſſe a *pendendo* dictus eſt, ut ait *Feſt.* ¶ Poſtea ex uſu in obſcenum ſenſum tranſiit. *Cic. ibid. Salluſt. Horat. Juvenal. Martial.* &c. *τὸ πέος, ψαλὸς*.

PENISSIMÈ. V. in *Penitor* adverb.

PENITE, adverb. penitus. *Catull. carm.* 60. *de nupt. Jul. & Mall. v.* 178. Pectore uritur intimo Flamma, ſed penita magis. Al. leg. *penite*, ut ſit adjectivum. *Sidon. lib.* 4 *ep.* 9. Actiones ajus quotidianas penitiſſime inſpexi. Hoc ſuperlativum a *penitus* etiam duci poteſt.

PENITUS, a, um, *εἰὸ τὸ ἐντὸς*, e *nel fondo, intimo, interno, ἐσ ὸν, ἐ ἐντὸς*, qui in us, & in imo eſt, intimus, internus. *Diomed. l.* 1. *pag.* 403. *Puteſch.* ducit a *penes*: quia quod penes me eſt, & in poteſtate mea, id internum quodammodo, atque intimum eſt mihi. *Plaut. Aſin. ſ.* 1. 18. Exſcrea uſque ex penitis faucibus. *Id. Ciſtell.* 1. 1. 65. In latebras abſcondas pectore penitiſſimo. *Gell. l.* 9. *c.* 4. Scythæ illi penitiſſimi, qui ſub ipſie ſeptentrionibus ætatem agunt. *Apul. in frogm.* apud *Priſcian. l.* 3. *poſt init.* Viſus eſt ei adoleſcens trahere ſa in penitiorem partem domus. *Id. lib.* 6. *Met.* Fontis penita ſcaturigo. *& ſub.* 11. Plane meminerim, & penita mente conditum ſemper tenebo. *& lib.* 5. Præcordiis penitis nutrire invidiam. *Macrob. l.* 5. *Saturn. c.* 19. *circa med.* De Græcorum penitiſſimis litteris hanc hiſtoriam emit Maro.

PENITUS, adverb. *ben addentro, fin nel fondo, internamente, dove*, omnino intus, in imo, in fundo, in intimis partibus, intrinſecus: cui opponitur *extra*, aut hujuſmodi. *Severr. in Æmo, v.* 317. extra, penituſque coacti Exagitant venti. *Manil. l.* 4. *v.* 309. penituſque deus, non fronte notandus. ¶ Ducunt a *penes*, ut in voce præced. dictum eſt. *Cic. Verr.* 7. *cap.* 27. Lautumiæ Syracuſanæ omnes auditis: opus eſt totum ex ſaxo in mirandam altitudinem depreſſo, & multorum operis penitus excito. *Virg.* 10. *Æn. v.* 526. jacent penitus defoſſa talcora. *Id.* 2. *Georg. v.* 290. penitus terræ defigitur arbos. *Celſ. l.* 5. *c.* 26. *ſap.* 26 *ſect.* 7. Intereſt vulnus in ſumma parte ſit, an penitius penetraverit. *Ovid. Met.* 2. *v.* 578. deſcendit ab arbore tetras Infelix Phaeton penitus penituſque jacentes. *Nep. in Alcib. c.* 9. Penitus in Thraciam ſa ſupra Propontidem abdidit. *Cæſ. l.* 6. *B. Gall. c.* 9. Suevus omnes penitus ad extremos fines ſe recepiſſe. *Virg.* 6. *Æn. v.* 59. Tot maria intravi duce te, penitoſque repoſitas Maſſylum gentes. *& lib.* 8. *verſ.* 240. umbroſæ penitus patuera cavernæ, Non, ſecus ac ſi qua penitus vi terra dehiſcens Infernas reſeret ſedes. *Cic. Catil.* 1. *c.* 13. Peniculum autem reliquebit, & erit incluſum penitus ut venie atque in viſceribus reipublicæ. ¶ Translata *Cic.* 1. *de Legib. c.* 5. Penitus ea intima philoſophia hauriendaque juris diſciplinam putas. *Id. de Haruſp. reſp. c.* 26. *exor.* Vitia in aliquo penitus defixa atque hærentia. *Id. pro Cluent. c.* 1. *ſub fin.* Evellere ex animis hominum opinionem tam penitus inſitam. *Id. Verr.* 4. 1. 70. bene penitus ſa de re in familiaritatem alicujus. *Id. Attic. l.* 7. *ep.* 18. Demittere ſe penitus in cauſam. *Id.* 1. *de Orat. c.* 23. Res penitus perſpecta, planeque cognitæ. *& ep.* 5. Omnes animorum motus penitus pernoſcendi. *Id. Acad. l.* 2. *ep.* 12. Penitus intelligere aliquid. *Horat. l.* 1. *od.* 22. *v.* 3. Latonamque ſupremo Dilectam penitus Jovi. *coll' intimo del cuore. & Tacit.* 12 *Ann. c.* 52. Multa de virtute ejus memoravit, magis in ſpeciem verbis ornata, quam ut penitus ſentire crederetur. *internamente, nel fondo del cuore.* ¶ Pro radicitus, *fin dalle radici*: quod translate eſt nihil relinquendo. *Cic. pro Roſc. Com. c.* 7. Caput & ſupercilia penitus abraſa. *Id.* 2. *de nat. Deor. cap.* 42. Eahemenes videtur religionem penitus totam ſuſtulisse. *Id.* 2. *Offic. c.* 8. Hanc conſuetudinem & diſciplinam penitus amiſimus. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. *v.* 73. penitus excidere vitium iræ. *Phædr. in prol. l.* 3. *v.* 21. Curamque habendi penitus corde eraderet. ¶ Latiore ſignificatione eſt prorſus, omnino, *del tutto, affatto, totalmente, aſſolutamente, παντελῶς. Virg. Ecl.* 1. *v.* 67. Et penitus tota divisos orbe Britannos. *& Æn.* 12. *v.* 623. Hi fugiunt, penituſque datis reſpurrur habenis. *Q. Cic. ad Tiran. l.* 16. *Fam. epiſt.* 8. Te penitus nono, ut, &c. *Cic.* 5. *de Fin. c.* 25. Ob eam debilitatem animi, multi parentes, multi amicos, plerique ſe ipſis penitus perdiderunt. *Id. Fam.* 3. *ep.* 13. Reipublicæ penitus diffidere. ¶ Superlat. *penitiſſime* V. in *Penitor*: pro quo & *peniſſime* dictum eſt per ſyncop. *Plaut. Moſtell.* 3. 2. 125. Malum quod iſti dii deæque omnes duint: ita mea conſilia perturbat peniſſime. Adde *Aulul.* 3. 4. 7. ¶ *Priſcian. l.* 3. *pag* 608. *Puteſch. & lib.* 15. *pag.* 708. ducit a *pene* adverb. ſeu *pene*, quaſi: unde al. ſcrib. *peniſſime. Apul. in Apolog.* Nam quod peniſſime oblitus ſum, nuperrime cum teſtamentum ſcriberem, &c.

PENITUS, a, um, *cadus, κρυπτὸς*, penem, hoc eſt caudam habens. Unde *eſſe penita*: de qua V. in *Offa*.

PENNA, æ, f. *penna, pinna, ala, πτέρον, πτερὸν*, id quo aves volitant. *Feſtus* & alii ducunt ex Græco *πετασὸς*, ſeu *πετηνὸς*, aut *πετασὸς*, volucris. *Plin. l.* 11. *c.* 39. Pennarum caules omnium cavi: præciſæ non creſcunt, evulſæ renaſcuntur. ¶ Differt a *pluma*, quæ tenuior eſt, mollior, & denſior, totoraque corpus tegit: *penna* autem craſſior, & longior, unica ala, & cauda. *Colum. l.* 8. *c.* 2. *circa med.* Gallinæ ſint rubicundæ, vel fuſcæ plumæ, nigriſque pennis. *& cap.* 4. His rebus plumam, pennaſque emundant. *Senec. epiſt.* 42. Meminiſti, cum quendam affirmares aſa in tua poteſtate, diviſſe me, volatieum ille ac levem, & te non pedem ejus tenere, ſed pennam. Mentitus fuma: pluma tenebatur, quam remiſit, & fugit. *Plaut. Pœn.* 4. 2. 48. Sine pennis volare haud facile eſt: mer alæ pennas non habent. Adde *Ovid. l.* 2. *Metam. v.* 374. *& ſequentia*. ¶ Interdum ponitur ſine hujus diſcriminis reſpectu. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 52. Aves pullos eum excluſerint, ita tuentur, ut & pennis foveant, ne frigore lædantur, &c. *Lucret. l.* 2. *v.* 821. corvos quoque ſæpe volantes Ex albis album pennis jactare colorem. *Phædr. l.* 1. *fab.* 13. *v.* 6. O qui tuorum, corvæ, pennarum eſt oltor! ¶ Sæpe per ſynecdochen dicitur de alis. *Cic. in Arat. v.* 48. Quæ volat, & geminis ſecat aera pennis. *Phædr. l.* 1. *fab.* 31. Columbæ ſæpe cum fugiſſent milvium, Et celeritate pennæ vitaſſent necem. *Ovid.* 1. *Met. v.* 506. Sic aquilam penna fugiunt trepidantes columbæ. *Tibull. l.* 4. *carm.* 2. *v.* 109. per liquidum volucri vehar aera penna. *Virg.* 3. *Æn. v.* 361. & præpetis omina pennæ. *& verſ.* 258. in ſilvas pennis abita refugit. *& lib.* 4. *v.* 223. Labi pennis. *& verſ.* 702. devolare. *& lib.* 6. *v.* 15. præpetibus credere ſe cælo. *& verſ.* 240. tendere iter. *& lib.* 12. *v.* 272. petere æthera. *Ovid. l.* 5. *Triſt. el.* 2. *v.* 26. pulſare aera. *Id.* 8. *Met. v.* 238. pinnibus. *& lib.* 7. *v.* 354. ſubtritus in aera. *Id.* 2. *Amor. el.* 6. *v.* 55. pennas explicare. *Id.* 4. *Met. v.* 616. quatere in aere. *Sil. l.* 12. *v.* 405. pennaſque addente pudore, Evolat. *Plaut. Aſin.* 1. 1. 80. *& a tu, ſis, ſine pennis vola*. ¶ Metonymice eſt ipſe volatus. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 488. Nunc penna verse, nunc datis ore notas. *Propert. l.* 3. *el.* 8. *v.* 11. Tuque, o cara mihi, felicibus edita pennis, *h. e.* felici augurio ex avium volatu ca-

pto. Al. volunt *pennis* poni pro ipſis avibus, & ſic apud *Sil. l.* 3. v. 344. Fibrarum, & pennæ, divinarumque fagacem Flammarum. *& Val. Flacc. l.* 1. v. 231. ſeu flammæ, ſeu lubrica commixus caſa, Seu plenum certis interrogat æra pennis. Sed hic quoque commode volatus auguria ferens intelligi poteſt. ¶ *Pennas vertere*, volando aufugere. *Propert. l.* 2. *el.* 19. v. 5. Me modo laudabas, & carmina noſtra legebas: Ille tuas pennas tam citò vertit amor? ¶ Sagittæ ut rectæ ferantur, pennæ in poſteriore parte addunturæ. *Ovid. 6. Met.* v. 258. Altera per jugulum pannis tenuis acta ſagitta eſt. ¶ Hinc per ſynecdochen *penna* pro ſagitta, *factus*, *Val. Flacc. l.* 6. v. 421. cervos non Umbru venator edaci, Non penna petit. *Ovid.* 2. *Faſt.* v. 110. Flebilibus velati numeris cacentia dura Trajectus penna tempora cantat olor. *Sil. l.* 15. v. 634. hinc pennæ Dictææ volitant, hinc lancea, &c. ¶ Per ſimilitudinem tribuuntur pennæ & iaſectis alatis. *Prop.* 4. *Georg.* v. 73. *de apib.* Tum trepidæ inter ſe cuent, penoiſque coruſcant. *Plin. l.* 11. c. 29. Locuſtæ tanto volant pennarum ſtridore, ut, &c. *& cap.* 2. Penna culicis. ¶ Proverb. eſt in illo *Horat. l.* 1. *ep.* 20. v. 20. Me libertino natum patre, & in tenui re Majores pennas nido extendiſſe loqueris. *h. e.* amplius, elatiuſque me ſaruiſſe, quam conditionis mea tenuitas ferret. Itali dicunt, *diſtendeſi pel, che il lenzuol non è lungo*. Quo pertinet illud *Juvenal. ſat.* 13. v. 37. Nec mullum cupias, cum ſit tibi gobio tantum In loculis. ¶ Allegoria in illo *Cicer. Attic. l.* 4. *ep.* 2. *e med.* Idem illi, qui mihi pennas inciderant, nolunt eaſdem renaſci. *h. e.* qui me dignitate & fortunis ſpoliarunt, nolnoi eas a me recuperari. Hue facit illud *Horat. l.* 2. *ep.* 2. v. 50. me dimiſere Philippi Deciſis humilem pennis, inopemque, &c. Nos quoque dicimus *raglar altrui l' ale*: & *tremer l' ale*. ¶ De calamo ſcriptorio, penna. *Iſidor. l.* 6. *Orig.* c. 14. Inſtrumenta ſcribæ calamos, & pennæ.

PENNATULUS, a, um, adject. diminut. a *pennatus*. *Tertull. l.* 2. *ad Nation.* c. 10. *ſub fin.* Mercurius in calvitio pennatulus. *h. e.* pennato galero tectus.

PENNATUS, a, um, *pennato*, *alato*, πτηνός, pennas habens, alatus, aligæ. *Cic. in fragm. carm. l.* 2. *de Divin.* c. 47. Hic Jovis altricem ſubito pennata ſatelles. *Al. leg.* pinnata. *Plin. l.* 10. c. 52. Pennatorum infecunda ſunt, quæ adunco habent ungues. *Id. ventis l.* 11. Pennatæ apes. *Id. l.* 8. c. 21. Pennati equi, quos pegaſos vocant. *Lucret. l.* 5. v. 737. Pennatus Zephyrus. *Claudian. de nupt. Honor.* v. 204. Pennata cohors. *h. e.* Amores aligeri. *Plin. l.* 34. c. 14. Pennatum ferrum. *factum*. *Senec. in Thyeſt.* v. 861. Pennata ſpicula. V. *Penna*. ¶ *Pennata arbor*. V. *Pinnatus*. ¶ Pennatæ, impennataſque agnas, in Saliari carmine ſpicas ſignificat cum ariſtis, & aliasſine ariſtis: agnas, novas volunt intelligi. *Paul. ex Feſto.*

PENNESCO, is, n. 3. pennas, ſeu alas emittm. *Caſſiod. l.* 1. *ep.* 38. Pulli aquilæ adulta ætate penneſcunt.

PENNIFER, a, um, penniger. *Sidon. carm.* 2. v. 309. Flectis penniferos hederis bicoloribus armos. (De gryphis loquitur.)

PENNIGER, a, um, *alato*, πτηνοφόρος, pennas ferens, alatus, pennatus. *Cic. de Univ.* c. 10. Animantium genera quatuor, quorum unum divinum atque cæleſte, alterum pinnigerum & aerium, tertium aquatile, terreſtre quartum. *Plin. l.* 11. c. 16. *a med.* Rex apum non vermiculus, ſed fixtum penniger. *Sil. l.* 8. v. 375. Nec mos penniger pharetram impleviſſe ſagittis.

PENNINUS, i, m. deus Alpinorum, in jugo quodam Alpium ſacratus, quod inde Penniorum jugum appellatum eſt, in confinio Galliæ Nirbonenſis, & Italiæ, inter Salaſſos, & Ceutrones, qua Annibalem traoſiſſe fama eſt, alterum bellum Punicum Romanis inferentem: quod tamen *Liv. l.* 21. c. 38. negat. *Senec. epiſt.* 31. *a med.* Penninus, Grajuſve mons. *Tacit.* 1. *Hiſt.* c. 61. Penaina juga. *& cap.* 87. Penninæ Alpes. *& cap.* 70. Peoninum iter. ¶ Scribitur & *Pœninus* a *Pœnis*, eorumque illac tranſitu contra *Livii* memeni. *Plin. l.* 3. c. 17. Salaſſorum Auguſta Prætoria juxta gemimas Alpium fores, Grajas atque Pœninas. his Pœnos, Graios Herculem tranſiſſe memorant. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 376. *n.* 6. Proleg. Raitiai, & Vindelic. & Vallis Pœnin. *Al. leg.* Pennin. Sed *Pœnin* retinet etiam *Maſſeras in Muſ. Veron.* ubi hanc eand. refert, *pag.* 113. *n.* 2. ¶ Item *Peninus*. Alta *Inſcript.* apud *Spon. de ditis tenuis*, n. 10. Lucius Lucilius deo Penino optimo maximo. Hanc *Spon.* repertam ait in Penino monte, qui nunc eſſe creditur *mnare di S. Bernardo*. V. Geographos. Addit cultum fuiſſe ſub figura juvenis dextram tollantis, ſiniſtram demittentis, &c. V. *To.* 7. *Græc. antiquit. Gronov.*

PENNIPES, edis, *chi ha l' ale a' piedi*, pennas, ſeu alas habens in pedibus, ut Mercurius, & ab eo acceptus Perſeus. *Catull. carm.* 55. *ad Camer.* v. 14. Non ſi Pegaſeo ferar volatu, Non Ladas ſi ego, penoioteſve Perſius.

PENNIPOTENS, entis, potens pennis: epithet. volucrium. *Lucret. l.* 2. v. 876. & *l.* 5. v. 787. Quadrupedum in membris, & corpore pennipotentum. ¶ Ducitur & *pennipotens*, quia *penna*, & *pinna* idem ſnat. *Donat. in edit.* 5. apud *Putſch. pag.* 1748. Compoounntur nomina ex corrupto, & iotegro, ut pennipotens. nugigerulus.

PENNULA, æ, ſ. *pennetta*, *aletta*, πτερύγιον, parva penna. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 52. Cum amem pulli pennulis uti poſſunt, tum volatus eorum matres profequuntur.

PENNUS, acutus. V. *Bipennis*.

PENSABILIS, le, *compenſabile*, qui penſari poteſt. *Ammian. l.* 31. c. 13. *a med.* (*al* c. 38.) Damna nunquam penſabilia.

PENSATIO, onis, ſ. *compenſazione*, actus penſandi, compenſatio. *Festus. in Satyr. c. ult.* De ſtomachi tui recenſatione non habeo, quod timeam. Sequetur imperium, ſi promiſeria illi pro unius horæ faſtidio multorum bononum penſationem. Adde *Ulpian. Dig. lib.* 36. *tit.* 2. *leg.* 7. & *Quintil.* ſeu quicumque alius eſt auctor, *declam.* 232. ¶ Item conſideratio, examen, perpenſio tio, *conſideratione*, *eſame*. *Ammian. lib.* 26. c. 12. *ante med.* (*al. c.* 28. *extr.*) Hollium terga cæſuris adeste indiſcretus, ſi hoc penſatione moderata fiat, & canta.

PENSATOR, oris, m. *peſatore*, ταβιάχος, ponderator. *Plin. l.* 33. c. 3. Stipis ponderandæ penſatores, libripeodes dicuntur. *Hardoun.* leg. *diſpenſatores*.

PENSATUS, a, um, *peſato*, ponderatus. *Colum. l.* 12. c. 52. Sint autem iis portiooibus penſata, quas infra ſubjicimus. *Flor. l.* 3. c. 15. C. Gracchi caput auro penſatum. *pagato e peſo d' oro*. V. *Val. Max. l.* 9. c. 4. n. 3. & *Vellej. l.* 2. c. 6. ¶ Translate *eſaminata*, *conſiderata*, *penſata*. *Sil. l.* 7. v. 223. Stat penſata diu belli ſententia. ¶ Item compenſatus, *compenſato*. *Liv. l.* 26. n. 37. Teuuiſſimarinæ res quidam vice penſum. *Claudian. de* IV. *Conſul. Honor.* v. 472. Feſſique penſatis reſpiret Græcia pœois.

PENSE, adverb. cum ſtudio, impenſe. *Flavian. Symmachi frater*, apud *mund. l.* 2. *ep.* 34. Nihil hac ætate tractandum penſius domeſticis rebus.

PENSICULATE, adverb. *a' ſoſpeſi*, cum pondere, juſtoque examine. *Gell. l.* 1. c. 3. Quæ a Theophraſto penſiculate atque enucleate ſcripta. Al. leg. *penſim* eod. ſenſu. V. vocem ſequent.

PENSICULO, as, a. 1. idem ac penſim. *Gell. l.* 13. c. 20. Penſicula utrumque, & modulare. Sunt qui legunt: *utrumque penſiculate*, *moderateque*, &c. *Apul. in Florid.* n. 9. (*al. ſub fin. l.* 1.) Meum unumquodque dictum acriter examinatis, ſedulo penſiculatis, ad limam & lineam certam radigitis. Adde *n.* 53. (*al. l.* 4. *ad fin.*)

PENSILIS, le, *pendente*, *penſile*, κρεμαστός, αιωρητός, ſuſpenſus, pendeas, pendulus. *Plaut. Pſeud.* 1. 1. 86. Reſtim volo mihi emere, qui me faciam penſilem. *Id. Pœn.* 1. 2. 99. & *Horat. l.* 2. *ſat.* 2. v. 121. tum penſilis uva ſecundas, Et nua ornabat menſas. *h. e.* quæ appenſa penſili modo, ut *Plin. l.* 14. n. 2. loquitur, in hiemem ſervatur. *Plin. l.* 34. c. 3. Penſiles lychnuchi in dalubris. *Id. l.* 36. c. 25. *a med.* Penſiles Tribus fuit. *mobili*, *portatili*. Loquitur de C. Curione, qui amphithcatrum cardinum veeſatili libramento ſuſpenſum fecit, in quo populus R. ludos ſpectaret. *Id. l.* 19. c. 5. Concubita libertate penſili concuſſa, vifa eſt novem pedum longitudinis. *h. e.* permiſſa, ut pendena libere poſſet creſcere. *Juvenal. ſat.* 2. v. 158. Qui dedit ergo tribus patruis aconita, vebetur Penſilibus plumis, atque illinc deſpicit nos? *h. e.* lectica, in qua lectus, aut pulvinus mollitſimus. *Plin. l.* 19. c. 5. Cucumis mim voluptate Tiberio Principi expetitus, nullo quippe non die contigit ei, penſiles eorum hortos promoventibus in ſolem rotis olitoribus. *campane portatili da agrumi*. De hac eadem re *Colum. l.* 11. c. 3. *a med.* Poſſnet etiam vaſis majoribus rotæ ſubjici, quo minore labore producantur, & rurſus intra tecta recipiantur, &c. Hac ratione fere toto anno Tiberio Cæſari cucumis præbebatur. ¶ *Penſiles fabricæ* eſt, quæ non in ipſo ſolo ſita eſt & fundata, ſed fornicibus, camerſtonibus, columnis aut pilis ſuffulcientibus impoſita. *Colum. l.* 1. c. 6. & *lib.* 12. c. 50. Penſile horreum. *Plin. l.* 36. c. 13. Penſilis ambulatio. *& cap.* 14. Cloacæ, operum omnium dictu maximum, ſuffoſſis montibus, etque urbe penſili, ſubterque navigata. *& cap.* 41. Legitur & penſilis hortus, immo totum oppidum, Ægyptiæ Thebæ, exercitus armatos ſubter educens ſolitis regibus, nullo oppidanorum ſentiente. (De hortis penſilib. Babylonis V. *Curt. l.* 5 c. 1.) *Id. l.* 9. c. 54. *Val. Max. l.* 9. c. 1. n. 1. & *Macrob. l.* 1. *Saturn.* c. 11. Sergius Orata primus penſiles invenit balneas. *h. e.* camerationibus, & hypocauſtis ſubjectis impoſitas. *Suſpenſuras balneorum* appellat *Senec. ep.* 90. *a med.* Quomodo autem ex ſint extolleodæ, & ſuſpendendæ, *Pallad. l.* 1. *tit.* 40. docet. ¶ *Penſilia* abſolute, poma, quæ ſuſpenſa per hiemem ſervantur, *Varr. l.* 1. R. R. c. 68. Penſilia, ut uvæ, mala, & ſorba, ipſa offendunt, quando ad uſum promi debeant. *Aug. Petap. carm.* 53. Pulcra penſilibus peculiati. *tris nicolai*.

PENSIM. V. *Penſicolate*.

PENSIO, onis, ſ. *il peſare*, *peſa*, ταλάντωσις, actus pendendi, ponderatio, pondus. *Vitruv. l.* 10. c. 16. *extr.* Quibus rebus Græcorum penſiones ad modulos habeant rationem, ad eam ut etiam noſtris ponderibus reſpondeant, tradam. *& cap.* 8. *de ſtructura*. Qua longius quamquondam perducitur, etiam pari pondere penſionem parem perficit. ¶ Item ſolutio, *pagamento*: qua ratione *pendere* eſt ſolvere: itemque ipſa ſumma pecuniæ, quæ certis temporibus ſolvitur, *penſione*, *certa*, *annuale*. *Cic. Attic.* 16. *ep.* 2. Hortenſius vero impudenter. nihil enim debetur ei, niſi ea tertia penſione, quæ eſt cal. Sext. ex qua penſione ipſa major pars eſt ei ſoluta aliquanto ante diem. *Id. Fam. 6. ep.* 18. *ad fin.* A Dolabellæ procuratoribus exigam primam penſionem. *Plin. l.* 16. c. 8. Penſionem alteram tributi pauperibus Hiſpaniæ donat. *Liv. l.* 38. c. 9. Ut quingenta darent talenta: ea quibus ducenta præſectis, trecenta per annos ſex penſionibus æquis. *& lib.* 33. c. 30. Mille talentum daret populo R. dimidium præſens, dimidium penſionibus decem annorum. *Ulpian. Dig. lib.* 33. *tit.* 1. *leg.* 3. *a med.* Sed ſi ita legatum ſit: Heres meus Titio decem trima die dato: utrum penſionibus, an vero poſt triennium debeantur. *in rate*. *Senec. epiſt.* 29. *ad fin.* Penſionem aliquam remittere. ¶ De tributo, & vectigali, *Aurel. Vict. de Cæſarib.* c. 39. *a med.* Penſionibus inducta lex nova. *& in epit. c.* 9. Novas vectigalium penſiones exquirere. ¶ De pretio, ſeu mercede, quæ ſolvitur domino ædium, vel agri conducti, *affitto*. *Suetom. in Ner.* c. 44. Inquilinos privatarum ædium juſſit penſionem annuam reprædentare fiſco. *Juvenal. ſat.* 9. v. 63. Improbus es, cum poſcia, ait: ſed penſio clamat, Poſce. *Paul. Dig. lib.* 33. *tit.* 7. *leg.* 18. *ante med.* Si villicus non penſionis certa quantitate, ſed fide dominica coleret. ¶ De uſura fenoris *Lampid. in Alex. Sev. c.* 26. Uſuras feneratorum tranſit ad trientes penſiones, etiam pauperibus

conſulens. ¶ Feſtive *Cic. Phil.* 2. *c.* 44. Etenim iſta tua miniмa avara conjux, nimium debet diu populo R. tertiam penſionem. *b. e.* tertii mariti mortem. Loquitur da Fulvia M. Antonii uxore, quæ duos antea maritos habuerat, P. Clodium, & C. Curionem, occiſos ambos propter turbas excitatas in republica. V. *ibid. c.* 5.

PENSITATIO, onis, f. *pagamento, tributo, grauezza*, ſolutio, penſio, tributum, *contributo*. *Aſcon. in Verr.* 4. *c.* 1. Omne genus penſitationis in hoc capite poſitum eſt, canonis, oblationis, indictionis. Adde *Eumen. in grator. act. ad Conſtantin. c.* 12. ¶ Item compenſatio, *compenſazione*. *Plin. l.* 19. *c.* 6. *ante med.* Cæpas ſecius cieca ver, cum germinant, transferri: ita craſſeſcere præteriti temporis penſitationc. ¶ Item impenſa. *Sulpit. Severr. l.* 2. *ſatyr biſſur. c.* 8. Cum diurnam penſitationem, quæ Idolo inferebatur, clam ipſi abſumerent.

PENSITATOR, oris, m. ζητητὴς, λογιστὴς, ponderator, examinator. *Gell. l.* 17. *c.* 1. Verborum penſitatores ſubtiliſſimi.

PENSITATUS, a, um, ἐκδεδομένος, ponderatus, examinatus. *Plin. ep.* 8. *l.* 1. *circa med.* Nos contra multum ac diu penſitatus amor liberalitatis communibus avaritiæ vinculis aſtringebat. *Tacit. Ann.* 3. *c.* 52. Tiberius ſæpe apud ſe penſitato, ne coerceri tam profuſæ cupidines poſſent, &c.

PENSITO, as, avi, atum, a. t. *peſare, ραδιδόναι*, ſæpe, aut valde, & diligenter pondera: frequentativum a *penſo*, quod a pendo. *Aurel. Vict. de Orig. gent. Rom. c.* 22. Lapis, quo lana penſitari ſolebat. *Plin. l. & cap.* 7. Is demum vitam æqua lance penſitabit, qui ſempeꝛ fragilitatis humanæ memor fuerit. ¶ Translate æſtimare, judicium ferre, *far giudizio, fare ſtima*. *Liv. l.* 34. *c.* 49. Reliquas civitates monere, ut ex factis, non ex dictis, amicos penſent. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 28. Si, quia Grajorum ſunt antiquiſſima quæque Scripts vel optima, Romani penſantur eadem Scriptores trutina, non eſt quod multa loquamur. *Senec. in Herc. Oet. v.* 1336. Penſate merita: mors erit pretium omnium. *Tacit. Hiſt.* 3. *c.* 26. *extr.* Omnis cædes, & vulnera, & ſanguis aviditate prædæ penſabantur. *Sil. l.* 1. *v.* 533. gaudet niteſcere duris Virtutem, & decoris pretio diſcernina penſat. *Quintil. decl.* 3. *c.* 16. Fortiter ancipites inibimus pugnas, vulnera laude penſabimus. ¶ Item cogitare, verſare animo in utramque partem, *penſare, eſaminare*. *Curt. l.* 3. *c.* 6. Quidquid in utramque partem aut metus aut ſpes ſubjecerat, ſecreta æſtimatione penſabat. *& lib.* 7. *c.* 8. Ibi ſine arbitris ſingula animi conſulta penſanda, noctem vigiliis extenſit. ¶ Item compenſare, rependere, paria facere, *rompenſare, vicompenſare, aguaglioro*. *Senec. l.* 3. *de benef. c.* 9. Beneficiis beneficia penſare. *Senec. alter ſub fin.* Τὸ χρεῶν. Scelere quis penſat ſcelus? *Id. in Oedip. v.* 606. Tapeta Nili penſat Arctoas nives. *Suet. in Aug. c.* 25. *extr.* Aurei hami abrupti damnum nulla captura penſari potuit. Sic *Claudian. l.* 1. *de rapt. Pref. v.* 126. numeri dammum Proſerpina penſat. *Id. de* VI. *Conſul. Honor. v.* 115. materno laudem cum crimine penſat. *Cic.* 2. *Offic. c.* 19. *extr.* Ceteriſque operis & officiis erit, quod violatum eſt, penſandum. *Al. leg.* compenſandum. *Velleꝛ. l.* 2. *cap.* 88. *extr.* Præmaturam mortem immortali nominis ſui penſavit memoria. *Sil. l.* 15. *v.* 817. Cannas penſavimus, inquit, Annibal, & Trebiam, & Thraſymeni litom tecum Fraterno capite. *b. c.* parem cladem intulimus. ¶ Penſare *iter*, compendium itineris facare, *accorciar la ſtrada*. *Lucan. l.* 9. *v.* 685. Illa quidem penſabat iter, propiuſque ſecabat Aera, ſi mediaſa Europæ ſcinderet urbes. V. *Compenſa*. Sic *penſare moras*, compenſare, *Id. ibid. v.* 1002. ¶ *Penſare vicem*, ſupplere. *Plin. l.* 31. *c.* 8. *extr.* Alex ſoru apud mediterraneos aquæ marinæ vicem præſtat. *ſerva per acqua di mare*. ¶ Eſt etiam ſolvere, luere, *pagare*, quomodo dicimus *peadere pœnas*, &c. *Senec. in Oedip. v.* 936. Itane tam magnis brevis Pœnas ſceleribus ſolvis? atque uno omnia Penſabis ictu? *Val. Max. l.* 1. *c. ult. n.* 3. *extern.* Illi nefarium concubitum voluntaria morte penſarunt. *Ovid. Heroid. ep.* 2. *v.* 153. Stat nece matura tenerum penſare pudorem. *ſoddisfare*. Sic *Velleꝛ. l.* 2. *c.* 115. *ad fin.* Imperaturi nunquam adeo olla opportuna viſa eſt victoriæ occaſio, quam damno amiſſi penſaret militis. *b. e.* quam veluti emeret pectio amiſſi militis. *Sil. l.* 2. *v.* 35. Nullo jam capti vitam penſabitis auro. *b. c.* nulla auri ſumma perſoluta vitam redimetit. *Calpurn. ecl.* 4. *v.* 141. Sit deus, & nolit penſare Palatia cælo. *b. e.* dare, & quaſi impendere imperium terrarum pro imperio cæli. De Numeriano Imp. R. loquitur. *Id. ecl.* 5. *v.* 111. ſitis eſt penſanda tuorum, Cauthe, gregum viridante cibo. *b. e.* ſolvenda, aſſtinguenda.

PENSOR, oris, m. qui pendit, & examinat. *Auguſtin. l.* 5. *Confeſſ. c.* 4. *extr.* & *l.* 15. *de Civ. Dei, c.* 27. Menſor cæli, numerator ſiderum, & penſor elementorum.

PENSUM, i, n. *tempta, tocata, pennecchio*, τὸ ῥαδιδόμενον, præcipue in lanificio mulierum locum habet, & ſignificat certum lanæ pondus, quod mulieri certo tempore faciendum aſſignatur. *Lucil* apud *Non. c.* 4. *n.* 97. & 491. & *Plaut. Merc.* 2. 3. 62. Nihil opus nobis ſuccilla, niſi quæ texat, quæ molat, lignum cædat, penſum faciat, ædes verrat, vapulet. *Virg.* 1. *Georg. v.* 391. nocturna carpentes penſa puellæ. & *l.* 4. *v.* 348. dum fuſis mollia penſa Devolvunt. *Id.* 8. *Æn. v.* 412. famulaſque ad lumina longo Exercet penſo. *Ovid. Heroid. ep.* 3. *v.* 73. Nos humiles, famulæque tuæ data penſa trahemus, Et minuent plenas ſtamina noſtra colos. *Id.* 1. *Amor. el.* 13. *v.* 24. Lanificam revocat ad ſua penſa manum. *Propert. l.* 3. *el.* 13. *v.* 15. famulam penſis oneravit iniquis. *Claudian. l.* 1. *in Eutrop. v.* 498. Ducere penſa. *Juſtin. l.* 1. *c.* 3. Invenit eum penſa inter virgines partientem. *Propert. l.* 4. *el.* 3. *v.* 33. laborare penſa caſtrenſia. *b. e.* lanam in uſum veſtium militarium. ¶ Sæpe referetur ad Parcas: diciturque de carto vitæ hominum ſpatio, quod illæ, tanquam lanæ penſum nere dicuntur. *Senec. in Herc. Fur. v.* 181. Duræ perſtuot penſa Sorores, Nec ſua retro fila revolvunt. *Albinovan. ad Liv. el.* 1. *v.* 239. Clotho que, duaſque ſorores, Pollice quæ carto penſa ſevera trahunt. *Claudian. l.* 1. *de rapt. Pref. v.* 52. quæ ferſem ſatorum pollice ducunt, Longaque ferratis avolvunt fuſcula penſa. *Stat. l.* 3. *ſilv.* 3. *v.* 172. Jamque in ſios dies, & inexorabilis penſum Deficit. Huc illud *Calpurnii* pertinet *ecl.* 4. *v.* 137. Dii, precor, hunc juvenem poſt longa reducita vitæ Tempora, vel potius mortale reſolvite penſum, Et date perpetuo cœleſtia fila metallo. ¶ Translata æſt cujuſcumque aſſignati muneris functio, officium, partes, munus, *incombenze, debito*. *Cic.* 3. *de Orat.* 1. 31. Nunc ad reliqua pengrediar, mequa ad meum munus penſumque revocabo. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 33. Penſum meum lepide accurabo. *Id. Perſ.* 2. 4. 1. Peoſum meum, quod datum eſt, confeci. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 1. Noſtrum peoſum abſolvimus. *Colum. l.* 3. *c.* 10. Peragere operia ſui penſum. *Liv. l.* 4. *c.* 52. Is cum principio ſtatim anni, velut penſum nominis familiæque, ſeditiones agrariis legibus promulgandis cieret, &c.

PENSORA, æ, f. *il peſare*, ponderatio, penſio. *Varr. ſub fin. l.* 4. *de L. L.* Pee trutinam ſalvi ſolitum, veſtigium etiam nunc manet in æde Saturni, quod ea etiam nunc, propter penſuram, trutinam habet poſitam.

PENSUS, a, um, *peſato*, ἐνσταθὲις, ponderatus: a *pendo*. *Feſt.* in *Pendere*. Ære gravi cum uterentur Romani, paſto eo, non numerato debitum ſolvebant. *Titin.* apud *Non. c.* 4. *n.* 362. Date penſam lanam: qui non roddet tempori, &c. *Plin. l.* 19. *c.* 3. Laſer ad pondus argenteci danarii penſum. *Ovid.* 14. *Met. v.* 270. penſat eominat berbas. ¶ Item ſolutus, impenſus, *pagato, ſpeſo*. *Ulpian. Dig. lib.* 17. *tit.* 2. *leg.* 52. *ad fin.* Sumptus ſocietati imputabit, qui in eam rem penſi ſunt. *Al. leg.* impenſi. ¶ Item examinatus, perpenſus, *penſato*. *Id. lib.* 26. *tit.* 7. *leg.* 3. Si pater minus penſo conſilio hoc fecit. *Al. leg.* pcepenſo. ¶ Item æſtimatus, pretioſus, gratus, probatus. *Plaut. Stich.* 1. 2. 61. utra ſit conditio penſior, virginem ne, an viduam habere? *Gell. l.* 12. *c.* 5. *circa med.* Ut nihil quicquam eſſet carius penſuſque nobis, quam noſmetipſi. *Atteri Capito* apud *eund. l.* 13. *c.* 12. Ratum tamen penſamque nihil haberet, niſi quod juſtum ſanctumque eſſe in Romanis antiquitatibus legiſſet. ¶ *Nihil penſi habere, ducere*, nihil penſum habere, nihili æſtimare, curare, pepcpendere, oullum reſpectum habere, *non avere alcun riguardo, non curarſi di nulla*. *Salluſt. in Catil. c.* 5. Hunc lubidu maxima invaſerat reipublicæ capiundæ: neque id quibus modis aſſequeretur, dum ſibi regnum pararet, quidquam penſi habebat. & *cap.* 24. Prorſus neque dicere, neque facere quidquam penſi habebat. *Suet. in Domit. c.* 12. Nihil penſi habuit, quin prædaretur omni modo. *Id. in Ner. c.* 34. Neque in diversanda matre quidquam penſi habuit. *Salluſt. in Catil. c.* 12. Pudorem, pudicitiam, divina atque humana promiſcua, nihil penſi atque (*al.* neque) moderati habere. *Lactant. l.* 6. *c.* 1. *a med.* Nihil modeſti aut penſi habeat, dummodo auro coruſcent. *Salluſt. in Jug. c.* 45. Nihil penſi, neque ſancti habere, quoad ſemetipſa præcipitavit. *Val. Max. l.* 2. *c.* 9. *n.* 3. Nec penſi duxerat, iiſdem imaginibus adſcribi, &c. ¶ Similia his ſunt, *Liv. l.* 34. *c.* 49. Sed illis nec quid dicerent, nec quid facerent, quidquam nequam penſi fuiſſe. *Salluſt. in Jug. c.* 56. *ad fin.* Quibus in quidquam penſi unquam fuiſſet, non ea conſilia de republica habuiſſent. *Plaut. Truculent.* 4. 2. 52. Nec mihi adeſt tantillum penſi jam, quos capiam calceos.

PENTACHORDUS, a, um, *di cinque corde*, πενταχόρδος, quinque chordas habens. *Martian. Capell. l.* 9. *pag.* 325.

PENTADACTYLI, cochlearum marinarum genos, quinque quaſi digitos, ſeu apices habens: a πέντε, quinque, & δάκτυλος, digitus. *Plin. cap. ult. l.* 32.

PENTADORON. V. *Didoron*.

PENTAETERICUS, a, um, *di cinque anni*, πενταετηρικὸς, quinquennalis: a πέντε, quinque, & ἔτος, annus. *Inſcripc.* apud *Gruter. pag.* 499. *n.* 6. Agonothetæ certaminis pentaeterici.

PENTAGONIUS, &

PENTAGONUS, a, um, *quinquangolo*, πεντάγωνος, quinque angulos habens. *Anſt. de limnib.* apud *Goeſ. pag.* 257. Pontes interdum triſinli, interdum quadrifinii, aliquando pentagonii recipiunt rationem. ¶ Apud *Apul. de herb. c.* 2. eſt nomeo pentaphyllı herbæ.

PENTAMETER, tra, trum, πενταμετρος, quinque menſuras ſeu pedes habens. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. *a med.* In pentametri medio. *Do-*

med. 1143. *pag.* 501. *Putsch.* Pentametrum elegum. & *pag.* 506. Pentameter heroicus.

PENTAPETES, ου, quinquefolium, herba: a πέντε, quinque, & πετάζομαι, pendor. *Plin. l.* 25. *c.* 9. Eadem dicitur & pentaphyllon, πεντάφυλλον: a φύλλον, folium. *Id. ibid.*

PENTAPHARMACUM, ci, n. compositio ex quinque pharmacis. Apud *Spartian. in Ælio Vero*, *c.* 5. fumitur pro edulio, in quo quinque ciborum species sunt. V. *Tetrapharmacum.*

PENTAPHYLLON. V. *Pentapetes.*

PENTAPOLIS, is, f. πεντάπολις, regio Palæstinæ, ad lacum Asphaltiten, ita dicta a quinque urbibus, quæ in illa erant, ea quibus Sodoma, & Gomorrha nominantur. Olim de cælo tacta fuit, teste *Salvo c.* 35. (*al.* 48.) ut testetur humus nigra, & cinere soluta. Nascuntur ibi poma specie pulcherrima, sed quæ enimedii non possunt, licet matura videantur, quod leniter manibus pressa fumum exhalent, & in pulverem fatiscant. *Id. ibid.* ¶ Item regio Cyrenaicæ, mari Libyco exposite, in qua quinque urbes, Berenice, Arsinoe, Ptolemais, Cyrene, Apollonia. Hinc Pentapolitana regio. *Plin. l.* 5. *c.* 5.

PENTAPOLITANUS, a, um, ad Pentapolim pertinens, ut Pentapolitana regio, h. e. Cyrenaica. *Plin. l.* 5. *c.* 5.

PENTAPROTIA, æ, πεντατονία, quinqueviratus, quinque primorum munus, qui & quinque summates vocantur: a πέντε, quinque, & πρῶτος, primus. *Imp. Constantin. lib.* 22. *Cod. tit.* 29. *leg.* 2.

PENTAPTOTA. V. *Diptota.*

PENTAS, adis, f. πεντάς, quinarius numerus. *Martian. Capell. l.* 7. *pag.* 239.

PENTASEMUS, pes meteicus quinque syllabis constans, πεντάσημος. *Martian. Capell. l.* 9. *pag.* 330.

PENTASPASTON, i, n. πεντάσπαστον, machina tractoria, quinque orbiculis constans: a πέντε, quinque, & σπάω, traho. *Vitruv. l.* 10. *c.* 3.

PENTASPHÆRUM FOLIUM, quod a *Martian. Dig. lib.* 39. *tit.* 4. *leg.* 16. enumeratur inter species ad vectigal pertinentes, at sunt cinnamomum, piper, nardi stachys, cassia, &c. dictum vult *Gothofred.* quod quinque σφαῖραι, seu globulos habeat, & idem esse quod malabathrum. Alii aliter.

PENTASTICHÆ PORTICUS, πενταστοαι, sunt quæ ex quinque columnarum ordinibus constant. *Trebell. Poll. in Gallien. c.* 18.

PENTATEUCHUS, i, m. *vel* Pentateuchum, i, n. *Pentateuco*, πεντάτευχος, volumen quinque librorum: a πέντε, quinque, & τεῦχος, volumen. Hoc nomine vocatus opus Moysis Prophetæ, cujus libri sunt, Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium. *Tertull. l.* 1. *adverſ. Marcion. c.* 10.

PENTATHLI, orum, m. πένταθλοι, quinquertiones, athletæ, qui pentathlo se se exercebant. *Plin. l.* 34. *c.* 8. *de Myrone.* Hic fecit Delphicos pentathlos.

PENTATHLUM, i, n. πένταθλον, quinquertium, exercitatio quinque actium, quasi πέντε ἆθλα, quinque certamina. Quinque actes, quibus apud Græcos ingenuorum puerorum institutio constabat, hæ erant, disci jactus, cursus, saltus, luctæ, jaculatio. Ita *Paul. ex Festo.* Alii loco saltus pugilatum numerant. Latini natationem, & equitationem adjecere. *Paulus Festi abbreviator.*

PENTECOSTE, es, f. πεντηκοστή, dies quinquagesimus post Pascha. *Tertull. de Idolol. c.* 14.

PENTELICUS, i, πεντελικός, mons Atticæ, unde optimum marmor effodiebatur. Hinc Hermæ Pentelici, apud *Cicer. Attic. l.* 1. *ep.* 8.

PENTELORIS. V. *Dilorus.*

PENTERIS, is, f. πεντήρης, navis quinquesemis. *Hirt. de B. Alex. c.* 47. Capit ex eo prælio penteren unam, triremes duas, &c. Est qui legit *pentaremem*, quæ vox idem significat, sed hybrida est: a Græco πέντε quinque, & Latino *remus*. Adde *de B. Afric. c.* 72. *extr.*

PENTETHRONICUS, a, um, vox ficta a milite glorioso apud *Plaut. Pœn. a.* 2. *v.* 25. ad significandam regionem longe positam, quæ suspicari est, & ad movendam apud imperitos admirationem: cujusmodi sunt apud *eund. Mil. v. r.* 13. Gurgustulonii campi, &c. Al. leg. *Peletbronico*, alii *Pterontbino* (a πτερὸν ala) quia de volatilis hominibus ibi agitur.

PENTHEUS, a, um, adject. ad Pentheum spectans. *Sidon. carm.* 22. *v.* 94. Pentheie mater.

PENTHEMIMERIS, is, f. πενθημιμερής, q. d. semiquinaria, cæsura versus constans ex duobus pedibus, & syllaba, quæ dictionem claudit: a πέντε, quinque, ἥμι, semi, & μέρος, pars, ut *Virg. r. Æn.* Arma, virumque cano. *& Terentian. Maur. pag.* 2440. *Putsch.* Carmen Pierides struxat sorores. A *Quintil. l.* 9. *c.* 4. *circa med.* Græca scribitur.

PENTHESILEA, æ, f. regina Amazonum post Oithyiam. Hæc, ut ait *Serv. ad l. Æn. v.* 495. dicta est furere, quæ fororem suam in venatione confixit, simulans se cervam ferire. Auxilium Trojanis adversus Græcos tulit, ejusque eo bello inter fortissimos viros magna virtutis exempla exstitere. Ab Achille victa, & interfecta est. *Justin. l.* 2. *c.* 4. *Virg. loc. cit.* Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Penthesilea furens. Alii apud *eund. Serv. ad l. Æn. v.* 661. tradunt, victam quidem ab Achille & captam fuisse, sed captivum adamatam, & victuri Caystrum filium peperisse. quod significat *Propert. l.* 3. *el.* 9. *a verſ.* 13.

PENTHEUS, i, m. per duas syllabas, Πενθεύς, filius Echionis & Agaves, qui cum Bacchi sacra contemneret, a matre & sorore Numinis furore ictus est dilaceratus. *Ovid.* 3. *Met. v.* 514. *Horat. l.* 2. *od.* 19. *v.* 14. & *Propert. l.* 3. *el.* 21. *v.* 33.

PENTHEUS, a, um, ad Pentheum spectans. *Stat.* 2. *Theb. v.* 575. Pentheumque trahens, nondum te Phædimus æquo, Bacche, genus.

PENTHIDES, æ, m. Πενθίδης, Penthei filius, aut nepos, *Ovid. in Ibin, v.* 449. & 609.

PENTIREMIS. V. *Penteris.*

PENTOROBON, i, n. herba, al. pæonia, & glycyside, caulem habens duum cubitorum, comitantibus duobus, aut tribus, fibrutilum, cute leuri, folium quale ilatis, pinguius, & rotundius, & minus, semen in siliquis, aliud grano rubente, aliud nigro. *Plin. l.* 27. *c.* 10. & *lib.* 25. *c.* 4.

PENU. V. *Penus.*

PENUARIUS. V. *Penuarius.*

PENULA, &c. V. *Paenula.*

PENULTIMUS. V. *Paenultimus.*

PENURIA, & Pæneria, æ, f. *monetagium, corrosio, scarsezza, penuria, κωφία, ἔνδεια*, paucitas, inopia. *Paul. ex Festo*: Penuria est id, quod pæne minus sit, quem necesse est. *Al. leg.* quod penui minus sit. *Manut.* vult scribi per diphthongum ex libris veteribus. & quod ita dicta sit, quasi *pene uras*: *Desiguum per e*, quod magis placet. Notatio *Manutii* levis est; probabilius si a *penus* ducas. Propriæ enim dicitur de rebus ad penum, & victum pertinentibus. *Virg.* 7. *Æn. v.* 112. ut vetere morsus Latinum in Cererem penuria adegit edendi. *Lucret. l.* 5. *v.* 1005. Tum penuria deinde cibi languentia leto Membra dabat. *Sallust. in Jug. c.* 20. *de Afric.* Cælo, terraque penuria aquarum. *Colum. l.* 9. *c.* 14. *a med. de apib.* Si longior fames incesserit, optimum est per aditum vestibuli dulcia liquemina immittere, & ita penuriam temporum fustuere. Penuria est illud *Lucret. l.* 5. *v.* 1117. Divitiæ grandes hominis sunt, vivere parce Æquo animo, neque enim est unquam penuria parvi. ¶ *In penuria*, cum penuria est. *Plin. l.* 18. *c.* 13. *a med.* Taxatio in libras sesterti singuli, & re penuria bini. ¶ Latius de re quacumque. *Cic. de clar. Orat. c.* 1. Magna sapientium civium bonorumque penuria, vir egregius alienissima reipubl. tempore exstinctus. *Id. de Amic. c.* 17. Suos igitur firmi, & stabiles, & constantes eligendi: cujus generis est magna penuria. *Sallust. in Jug. c.* 85. liberorum. *Liv. l.* 1. *c.* 9. mulierum. *Plin. l.* 3. *ep.* 19. colonorum. *Colum. l.* 7. *c.* 9. arborum. *Plin. l.* 8. *c.* 6. Interfectus elephantos jaculetredit, penuria consilii. *per non saper che fare. Gell. l.* 14. *c.* 2. Ut rem judiciariam, quoniam vocis, ut dicitur, vivæ penuria eret, ea multis, quod ajunt, magistris cognoscerem.

PENUS, us, m. & f. Penus, i, m. & f. Penum, i, n. Penus, penoris, n. & Penu, u, o. *provvisione pel vitto, e da bocca, vettovaglia, &c.* res necessariæ ad victum hominum quotidianum, quæ ed futuri temporis usum annuum servantur. Nam quod ad edendum bibendumque in dies singulos paretur, penus non esse, ajebat Q. *Scævola* apud *Gell. l.* 4. *c.* 1. sed ea solum, quæ hujusce generis longi usus gratia contrahuntur, & recondantur: quæ ita dicta esse, quod non in promptu, sed intus & penitus habesatui in ædibus. (Al. contra censent *penetrum a penus* dictum esse.) *Ser.* autem *Sulpic. ibid.* docuit, Sejo Ælio placuisse, non quæ clui tantum & potui forent, sed tus quoque, & cereos in penu esse. *& Masur. Sabin. ibid.* etiam jumentis paretum cibum penori attributum dicit: itemque ligna & carbones, quibus penus conficitur, quibusdam ait videri esse in penu. Ea his autem, quæ promercalia, & ususrta in locis isidem essent, ea sola penoris putat, quæ sint usui annuo. Similia his habentur apud *Ulpian. Dig. lib.* 33. *tit.* 9. *qui est* de penu legata, *leg.* 3. Latius definit *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 27. Est enim omne, quo vescuntur homines, penus. *Plaut. Pseud. l.* 1. 45. Nisi penus annuus hodie coovenit, cres populo profituam vos. *& vers.* 91. Nisi hodie mihi omne hic penus affertur. *Afran.* apud *Prisc. an. l.* 5. *pag.* 659. *Putsch.* Vos, quibus cordi est intra tuarem manue lævæ, destra in penum ferile. *Plaut. Capt.* 4. 4. 12. Dicam ut sibi penum aliud ornet. *Justin. lib.* 36. *tit.* 2. *leg.* 19. Ut ante litem contestatam tradita pecu, heres liberetur. *Al. leg.* traditio. *Terent. Eun.* 3. 3. 18. In cellulam ad te patris penum omnem coegerebam clanculum. *Lucil.* apud *Non. c.* 3. *n.* 174. & *Priscian. l.* 5. *pag.* 659. *Putsch.* Magna penus parvo spatio exstructa peribit. *Cæsar Strabo, ibid.* Propinquos nostros penore volebamus privare. *Varro. l.* 10. *c.* 8. Navis immanibus mercis, & penus ponderibus onerata. ¶ Speciatim dicitur de cibis (excepto pane) & eorum condimentis, ut sale, melle, olen, aceto: item de salgamia cujuscumque generis, ut sunt carnes salitæ, poma, aut olere condita, &c. *Horat. l.* 1. *ep.* 16. *v.* 72. Annonæ profit, portet frumenta, penusque. *Colum. l.* 12. *c.* 4. *ad fin.* Cum ea res innovia penore confervet, ubi non innatent, sed semper sint jare submessa. *Ulpian. Dig. lib.* 33. *tit.* 9. *leg.* 3. Penus esculenta. *Suet. in Ner. c.* 11. Sparsa populo missilia omnium rerum, avium cujusque generis multiplex penus, tesseræ frumentariæ, vestis, aurum, &c. *Pers. sat.* 3. *v.* 73. quod multe fidelia putet In locuplete penu. Hic *penus* de penaria cella intelligi potest. ¶ *Penus* etiam dicitur locus in æde Vestæ tegetibus septus, qui certis diebus circa Vestalia aperiebatur, ut *Fest. & Serv. ad Æn.* 3. *v.* 12. docent. *Lamprid. in Heliogab. c.* 6. In penum Vestæ, quod solæ virgines, solique Pontifices adeunt, irrapit *e.* ¶ Quidam Grammatici apud *Gell. loc. cit. & peneris*, & *penisteria*, dixisse Veteres pro *penoris*, tradidit.

PEPARETHUS, a, um, ad Peparetham pertineas, Πεπάρηθος, quæ est insula parva maris Ægæi, cum urbe cognomine, inter sinum Thermaicum, & Pelasgicum: ut Peparethium vinum, *Plin. l.* 14. *c.* 7. *extr.* Ipsa insula Euxenus quondam dicta est, Εὔξεινος, ab Ἄ, bene, & ξένος, vinum, ut *Id. l.* 4. *c.* 12. *a med.* tradit. Etiam olei lenæ esse dicitur. *Ovid. Met.* 7. *v.* 470. Et Gyaros, nitidæque

Digitized by Google

que ferun Peparethos nlivæ. Meminit & *Liv. l.* 28. *c.* 5. & *lib.* 31. *c.* 28.

PEPLIS, is, f. πέπλος, herba, quam alii ſycen, alii meconion, alii mecona aphroda vocant, an una radice tenui fruticans, foliis rutæ paulo latioribus, ſemine ſub foliis rotundo, minore quam candidi papaveris. *Plin. l.* 27. *c.* 12. *a med.* Al. leg. *peplus*. ¶ Alia eſt *peplis*, quæ & porcilaca, de qua *Id. l.* eo. *c.* 20.

PEPLOS. V. vocem præced.

PEPLUM, i, n. & Peplus, i, m. πέπλος, & πέπλον, veſtis lanea (ut ait *Suid.*) exterior, ampla & magnifica, pallæ aut chlamydi ſimilis, qua apud Græcos mos fuit deorum, Minervæ præcipue, & Junonis virginis ſimulacra amicire. Ea ornabatur purpura & auro, & res geſtas tum earum, tum virorum illuſtrium intextas, aut depictas habebat. Athenis dicabatur Minervæ, Panathenaicis ludis, quinto quoque anno, manu nuptarum, & filios habentium laborata: item quoties placari deam opus erat ob inſignem calamitatem. *Plaut. in fragm.* apud *Serv. ed Æn.* 1. *v.* 484. Nunquam ad civitatem venit, niſi eum infertur peplum. (Adda *Mart. prol. v.* 66.) *Virg. lex. cit.* Interea ad templum non æquæ Palladis ibant Crinibus Iliades paſſis, peplumque ferebant. *Id. in Cirí, v.* 21. Sed magno intexens, ſi fas eſt dicere, peplo, Qualis Erichtheis olim portatur Athenis, Debita cum caſtæ ſolvuntur vota Minervæ, Tardaque conſectu redeunt quinquennia luſtro. *& mox.* Ergo Palladiæ texuntur in ordine pugnæ: Magna Gigantei ornantur pepla tropæis: Horrida ſanguineo pinguntur prœlia cocco, &c. *Stat. in. Thеb. v.* 56. Peplum etiam dono, cujus mirabile textum Nulla manus ſterilis, nec diſſociata marito Verſaret, calathis, caſtæ velamina divæ Haud ſpernenda, ferunt: variis ubi plurima floret Pacpura picta modis, miſtoque incenditur auro. Ipſa illic magni thalamo deſponſa Tonantis Expers connubii, &c. ¶ De quavis veſte magnifica eatatiori non ſolum deorum, ſed etiam nobilium matronarum, & illuſtrium virorum. *Claudian. de nupt. Honor. v.* 122. gremio natum Cytherea removit, Et crines feſtina ligat, peplumque fluentem Allevat. *Auſon. in Moſell. v.* 418. Cæruleos nunc, Rhene, ſinus, hyaloque virentem Pande peplum. *Trebell. Poll. in* XXX. *Tyrann. c.* 23. Ea die, qua eſt amictus militibus peplo imperatorio, concione habita, &c. ¶ Et univerſim de quacunque veſte laxa. *Manil. l.* 5. *v.* 387. Accipiunt ſinibuſque ſuis, peploque fluenti, Oſculaque horrendis jungunt impune venenis. ¶ *Peplum horrendum* de vitiis oculorum, quo quaſi velo quodam obducuntur, *Severi. Samonic. cap.* 13. *v.* 222. ubi al. leg. *pinnibus*. ¶ Præter *Auſon. loc. cit.* primam cozripuit etiam *Sidon. carm.* 25. *v.* 15.

PEPO, ōnis, m. *forte de cocumere*, πέπων, ονος, vox Græca, que ſignificatur fructus qualibet a ſola axeoctus, & ad maturitatem perductus: a πέπτω, coquo. Eſt autem nomen cucumeris magnitudine excedentia'. *Plin. l.* 19. *c.* 5. Platent copioſiſſimi Africæ, grandiſſimi Mœſiæ: cum magnitudioe exceſſere, pepones vocantur. *Id. l.* 20. *c.* 2. Pepones, qui vocantur, refrigerant, maxime in cibo, & emolliunt alvum. Caro eorum epiphoria oculorum, aut doloribus imponitur. Radix ſanat ulcera concreta, &c. *Tertull. de anim. c.* 32. Empedocles, quia ſe deum delirarat, idcirco, opinor, dedignatus aliquem ſe heroum recordari, Thamnus, & piſcis fui, inquit. Cur non magis & pepo tane inſulſus, & chamæleon tem inflatus? *Id. l.* 4. *adverſ. Marcion. c.* 40. Marcion peponem cordis loco habuit. *h. l.* inſulſus, inſipians, fatuus fuit. ¶ *Strabus* Gallus, qui vixit ſæculo Chriſti IX. in Hortulo *cap.* 7. videtur vel eos deſcribere, quos Itali *popons* dicimus, vel quos *augurs*.

PEPTICUS, a, um, *digeſtivus*, a πέπτω, coquo, digero. Pepticæ medicinæ dicuntur a *Plin. l.* 20. *c.* 18. *a med.* quæ cibi concoctionem in ſtomacho juvant, vel abſceſſuum emollitiones maturant.

PER, *per*, *per* περὶ, ἀπὸ, præpoſitio accuſativum regens, quam ducunt a περάω, vel περάτω, per apocopen. Significat autem matum per locum, ſeu tranſitum. *Cic. Attic. l.* 14. *ep.* 16. Coronam auream per forum ferre. *Id. a. de nat. Deor. c.* 57. Membranas oculorum perlucidas fecit, ut per eas cerni poſſet. *Caſ. l.* 3. *B. Gall. c.* 26. Hoſtes ſe per munitiones dejicere contendarunt. Cir. 4. *Acad. a.* 37. *extr.* Quædam animalis intelligentia per omnia ea permeat, & tranſit. *Horat. l.* 2. *v.* 46. Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes. *Virg. 9. Æn. v.* 418. it halla Tago per tempus utrumque. ¶ Ponitur & loco præpoſitionis. *in. Salluſt. in fragm.* apud *Priſcian. l.* 6. *pag.* 699. *Puſch.* Dedecores, ioultique per zarga ab hoſtibus cædabantur. *Catull. rerum.* 27. *ad Calon. v.* 8. Municipem meum volo de tuo ponte Ira præcipitem in lutum per caputqua, pedaſque. *Plaut. Ciſtell. c.* 5. *v.* 1. Quid hoc negotii eſt, quod homines tabulantur per vias, mihi eſſe filiam inventam? *Liv. l.* 1. *c.* 9. Invitati hoſpitaliter per domos. Cir. *Fam.* 1. *ep.* 7. *extra med.* Si rex amicis tuis, qui per imperii tui provinciae ai credidiſſent, fidem præſtitiſſet. *Tacit.* 4. *Hiſt. c.* 29. Ipſorum tela per tenebras vana. *Terem. Andr.* 4. 4. 44. O Chreme, per tempus advenis. *h. c.* in tempore, *a tempo*, *opportune*. ¶ Et pro *inter*. *Virg.* 1. *Georg. v.* 237. duæ (*zonæ*) mortalibus ægris Munere conceſſæ divum, & via ſecta per ambas, Obliqua qua ſe ſignorum verteret ordo. *& verſ.* 244. Maximus hic Sexu ſinuoſa elabitur anguis Circum, perque dues in morem fluminis arctos. V. *Macrob. l.* 2. *in ſomn. Scip. c.* 8. ¶ Refertur etiam ad perſonas, & ſignificat media npare, aut ope alicujus. *Cic. Verr.* 4. *c.* 3. *extr.* Statuerunt illum injurias per vos ulciſci & perſequi. *per vostro vostro*. & *lib.* 1. *de Orat. c.* 9. *a med.* Plura detrimenta publicis rebus, quam adjumente, per homines eloquentiſſimos importata. ¶ *Per ſe*, *per te*, ſine alterius ope. *Cic. in Bruto, c.* 25. Summos honores homo per ſe coptitus, ſine ulla commendatione majorum eſt adeptus. *Id. pro Sull. c.* 24. Nihil audaciae ipſos per ſe fine P. Sulla facere potuiſſe. *da ſe ſolo*. & *Horat. l.* 1. *ep.* 17. *v.* 1. ſatis per te tibi conſulis. ¶ *Per me*, *per te ſtet*, *liceat*, &c. *Cic.* 4. *Acad. c.* 29. Per me vel ſtertas licet, inquit Carneades. *quoniam a me*. & *Terent. Andr.* 4. 2. 16. Ne pater per me ſtetiſſe credat, quo minus hæ fierent nuptiæ. *ebe te ſia ſtara la ceſsione*. Rizſos *Cic.* 4. *Attic. ep.* 16. Per ma iſta pedibus teabantur. ¶ Tempus etiam ſignificat. *Cic.* 1. *Verr. c.* 5. Nulla res per triennium, niſi ad nutum iſtius, judicata eſt. *per tre anni*. & *lib.* 2. *Attic. ep.* 8. Nulla abs te per hos dies epiſtola inanis aliqua re utili & ſuavi venerat. *in queſti giorni*. & *Catil.* 3. *c.* 8. *c med.* Ludi decem per dies facti ſunt. *Id. in Bente, c.* 83. Duo fuerunt per idem tempus diſſimiles inter ſe. *Plin. l.* 2. *c.* 10. Per noctem cernuntur ſidera. *di notte*. & *Liv. l.* 38. *c.* 2. *extr.* Poſtero die per inducias ſepeltendi cæſos poteſtas facta eſt. *Id. l.* 8. *c.* 23. *a fin.* Sociali egregio exercitu per multa bella magnaque ſæpe uſi eſtis. *in molte guerre*. & *lib.* 2. *c.* 18. Per ludos. *Celum. l.* 1. *c.* 7. *ſub fin.* Per taturam. *Suet. in Caſ. c.* 80. Per comitia. & *cap.* 45. Per ſomnum. *h. e.* ſomni, enmitiorum, trituræ, ludorum tempore. ¶ Sæpe notat inſtrumentum, modum, cauſam, unde fit aliquid. *Cic. Attic. l.* 5. *ep. ult. extr. med.* Appius turmas aliquot equitum daderat Scaptin, per quas Salamicios coerceret. *con le quali*. & *Ulpian. Dig. lib.* 18. *tit.* 6. *leg.* 1. *ſub fin.* Per corbem menſuram vini ſocare. *Cic. Fam.* 2. *ep.* 6. Non dubitavi id a te per litteras petere. *Id. pro Roſc. Com. c.* 8. Is per ſummam fraudem, & malitiam, & perfidiam HS. ↃↃↃ appetit. & *cap.* 7. *ſub fin.* Per imprudentiam decipi. *Id. pro Roſc. Amer. c.* 21. Per ſummum dedecus vitam amittere. *Id.* 4. *Tuſcul. c.* 37. Per iram facere aliquid. *Id.* 3. *de Orat. c.* 3. Depulſus per invidiam tribunatu. *Id. pro Dom. c.* 23. Aliquem per inſidias interficere. *Hirt. de B. Afric. c.* 73. Gallos homines apertos minimeque inſidioſos, qui per virtutem, non per dolum dimicare conſueverunt. ¶ *Per ludum*, *& jocum*, quaſi ludendo, & jocando. *Cic.* 3. *Verr. c.* 60. Paucos homines, hoc adjutore, Q. Opimium per ludum & jocum fortunis omnibus everriſſe. *& Verr.* 7. *c.* 70. Non mediocribus laboribus contendere, ut ad iſtos honores perveniront, ad quos vos per ludum & per negligentiam pervenilli. ¶ *Per partes*. V. *Part.* ¶ *Per otium*, otii, & pacis tempore. V. *Otium*. ¶ *Per occaſionem*. V. *Occaſio*. ¶ *Per naturam*, *ætatem*, *legem*, *valetudinem*, eum natura, ætas, &c. permittit, fert. *Cic. pro Mil. c.* 16. *c med.* Ut nihil eum delectaret, quod aut per naturam fas eſſet, aut per leges liceret. *Terent. Eun.* 1. 2. 32. Matria nomen, & patris dicebat ipſa: patriam, & ſigna cetera neque ſciebat, neque per ætatem atiam potuerat. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 1. Et cum per valetudinem poſſes, venire tamen noluiſti. ¶ *Per ordinem*, ordine, ex ordine, *in ordine*. *Quintil.* V. *Ordo a*. ¶ *Per affectum*, *poteſtatem*, ſungendo officio, poteſtate. *Tacit.* 1. *Ann.* 1. 24. Druſo propinquanti, quaſi per officium, obviæ fuere legiones. *Cir. 6. Verr. c.* 14. Cum illa ab ſeſe hydriam præclaro opere per poteſtatem abſtuliſſet. *per forza*. Sic *per vim*. *Id. pro Quinct.* 1. 21. *ſub fin.* Qui poterant per vim & ſcelus plurimum. ¶ *Per vinum*, in ebrietate. *Plaut. Mil.* 3. 1. 60. Neque per vinum unquam ea me oritur diſſidium in convivio. ¶ *Per*, ſub præteatu, *ſpecie*, *ſpecie*, *colore*, e *præteſto*. *Cic. pro Cæcin. c.* 3. Qui per tutelam, aut ſocietatem, aut rem mandatam, aut fiduciæ ratinnem fraudavit quempiam. *Id.* 2. *de Invent. c.* 39. Aliquem per fidem fallere. *ſotto la fede*. & *Liv. l.* 1. *c.* 41. *ad fin.* Per ſpeciem alienæ fungendæ vicis ſuas opes firmavit. *Tacit.* 1. *Hiſt. c* 74. Prætorianis, quos per ſimulationem officii legatia Otho adjunxerat. Sic *per ſoſpitem* apud *Cæſ. Ovid. Tibull.* V. *Cauſa*. ¶ Propter. *Plaut. Aulul.* 2. 1. 12. Neque occultum id haberi, neque per metum muſſari. *Plin. l.* 8. *ep.* 20. Dum ſe prægnantem eſſe puellariter nefuit, ac per hoc quædam cuſtodienda prægnantibus omittit. ¶ Inferviſ ſæpe obſecrantibus, & jurantibus. *Cic. pro Deiot.* 23. Per deorum te iſtam ora. *Id. ad Brut. ep.* 15. *ſub fin.* Sed propera per deos. *Id. l.* 2. *de Divin. c.* 55. Utrum tandem per deos atque homines, magis verifimila eſt, &c? *Id. pro Rab. Poſt. c.* 13. Ubi ſemel quis peierraverit, ei credi poſſea, etiam ſi per plures deos jaret, non oportet. ¶ Hoc uſu tranſpoſitiones amat. *Liv. l.* 23. *c.* 9. Per ego te, fili, quæcumque jura liberos jungunt parentibus, precor, quæſoque, ut, &c. *Terent. Andr.* 5. 2. 15. Per ago te deos oro. Adde *Valer. Flacc. l.* 7. *a verſ.* 498. *Stat. l.* 11. *Thеb. v.* 367. *& verſ.* 708. *& l.* 2. *Achill. v.* 267. *& Sil. l.* 12. *v.* 79. ¶ Poſtponitur aliquando ſuo caſui. *Lucret. l.* 6. *v.* 1262. Multa ſiti proſtrata viam per, proque voluta Corpora. *Virg.* 5. *Æn. v.* 663. Tranſtra per, & remos. ¶ In compoſitione fere auget, ut *peramanter*, *pervellе*, *perfacilis*. Interdum minuit, aut contrarium ſignificat, ut *perjurus*, *perfidus*. Interdum continuationem notat, & complementum, ut *perfodere*, *perſpectare*, *pervorare*, *peragere*. Et timeſim in his aliquando recipit. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 47. Nobis iſta ſint pergrata, perque jucunda. *& cap.* 49. Per mihi mirum viſum eſt. *Id.* 3*n. Attic. ep.* 1. Per enim magni æſtimo. *Gell. l.* 2. *c.* 18. Platoni per fuit familiaris. *& lib.* 18. *c.* 4. Per, inquit, magiſter optime, eaopptatus mihi nunc venis. ¶ *Per quam* maxima auget. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 49. Per quam brevitat perſtrinxi. *Plin. in Paneg. c.* 60. *ad fin.* Per quam modica civium menita. *Id. l.* 7. *ep.* 27. Per quam velim ſcire. *Apul. l.* 2. *Metam.* Tucetum per quam ſapidiſſimum. *Vet. lap.* apud *Muretor. pag.* 953. *n.* 2. Parentes per quam infelicſſimi. Et interjecto verbo, *Terent. Hec.* 1. 1. 2. per pol quam paucos reperias. ¶ Scribitur & *perquam*.

PERA, æ, f. *biſaccia*, *tarniere*, *caſſa*, *wipa*, facculus ex aluta, a collo ad lumbos pendens, quo panem & aliquid obſonii geſtare mendici ſolent. *Martial. l.* 4. *epigr.* 53. Cum baculo, peraque ſepea. ubi philoſophum quendam notat. Erant enim baculus & pera inſignia philoſophorum, & Cynicorum in primis, qui pauperes

ſe eſſe profitebantur, & rerum omnium contemptores. *Apul. in Apolog.* Perem, & baculum tu philoſophiæ exprobrares? *Phædr. l. 4. fab. 9.* Perse impoſuit Jupiter nobis duas: Propriis repletam vitiis poſt tergum dedit: Alienis ante pectus ſuſpendit gravem. ¶ *Pera* cognomen R. in gente Junia, ut D. & M. Junius Pera. *Faſti Capitol.* apud *Gruter. pag.* 292. & *Liv. l.* 23. c. 14.

PERABSURDUS, a, um, *molto inverisimile, a ſtrano*, valde abſurdus. *Cic. in Pareth. c.* 15. *extr.* Hæc quia videntur perabſurda, cum graviora ſunt, quam, &c. Adde *lib.* 5. *de Fin. c.* 21. Diviſum per tmeſim, *Paul. Dig. lib.* 22. *tit.* 3. *leg.* 25. Per enim abſurdum eſt, &c.

PERACCOMMODATUS, a, um, *molto accomcie, e comoda*, valde accommodatus. *Cic.* 3. *Fam. ep.* 5. Per fore accommodatam tibi. V. Per ſub fin.

PERACEO. V. in *Peracesco*.

PERACER, cria, cre, *molto forte, molto agro*, valde acer. Translate *Plaut. Bacch.* 3. 3. 1. Nunc experiar, ſitne acetum tibi perecre in pectore. *b. e.* juſtæ indignationis ſenſus. *Cic. Fam. 9. ep. 26. ante med.* Sed tamen ipſe Cæſar habet peracre judicium. *molto ſottile, e ſino*.

PERACERBUS, a, um, *molto acerbo*, valde acerbus. *Cic. de Senect. c.* 25. Uva peracerba guſtatu. *Plin. l. 6. ep.* 5. *ſub fin.* Mihi peracerbum fuit, quod, &c.

PERACESCO, ia, n. valde aceſco. Translate *Plaut. Bacch.* 5. 1. 23. Hoc, hoc eſt, quod peracteſcit: hoc eſt demum, quod percrucior. *che mi duole, mi fa ſdegno.* ¶ Præterit. *peracui* a *peracre*, ere, itidem translate. *Id. Aulul.* 3. 4. 9. Ita mihi pectus peracuit. *mi c' acceſo di ſdegno*.

PERACTIO, onis, f. *compimento, fine*, πλήρωσις, perfectio, finitio. *Cic. de Senect. in fin.* Senectus autem perfectio ætatis eſt.

PERACTUS, a, um, *finito, compito*, perfectus, abſolutus. *Caſ. l.* 5. *B. Gall. c.* 1. Conventibus Galliæ citeriorie peractis. *Nep. in Cat. c.* 2. Senatu peracto. *Ovid.* 2. *ex Pont. ep.* 7. *v.* 49. Vita prime vitiis caret, & ſine labe peracta. *Virg. 9. Æn. v.* 641. Cædes ingene peracta. *Sen. l. c. ſilv.* 1. *v.* 2. Opus peractum. *Horat. l.* 4. *od.* 14. *v.* 39. Imperiis perfectis. *finire il comando dell' armi. Juvenal. ſat. 10. v.* 6. Votum peractum. *b. e.* impetratum. *Martial. l. c. epigr.* 28. Quincunces peracti. *b. e.* bibendo exhauſti. *Horat. l.* 2. *ſat.* 4. *v.* 9. res tenues, tenui ſermone peractas. *b. e.* tractatas, diſputatas. *Juvenal. ſat.* 2. *v.* 54. velleta peracta. *lana filata, lavorata. Stat. ſil. Theb. v.* 746. vireſque peractas ingemit. *b. e.* conſectas, conſumptas, *finite*.

PERACŪO, ia, ui, utum, n. 3. *aguzzare bene*, valde acutum facio. *Cato c.* 40. R. R. Sumito tibi ſarculum durum, eum peracuito. & *infra*. Eum primorem peracuito. Al. leg. utrobique *praeacuto*, aut *praecuito*.

PERACŪTE, *molto acutamente*, valde acute. Translate *Cic. Acad. c. c. 9. ſub fin.* Cum Zeno valde ſubtiliter differeret, & peracute moveretur.

PERACŪTUS, a, um, *molto acuto*, a *raffinare*, valde acutus. *Martial. l.* 3. *epigr.* 24. Ut cito teſticulos (*hirci*) peracuta falce ſecaret. ¶ Translate *Cic. de clar. Orat. c.* 68. Voce peracuta atque magna. *Id. Verr. 4. c.* 44. Ut ſibi ipſe peracutus eſſe videatur. *b. e.* valde intelligens, ſapiens. *Id. de clar. Orat. c.* 39. *ad fin.* Cum peracutus eſſet ad excogetandum. *Id. in Bruto, c.* 76. Obſcura, quia peracuta oratio.

PERADOLESCENS, tia, *molto giovine*. *Cic. pro leg. Manil. c.* 21. Quid tam præter conſuetudinem, quam homini peradoleſcenti imperium atque exercitum dari?

PERADOLESCENTŪLUS, i, m. valde juvenis. *Nep. in Eum. c. c.* Hic peradoleſcentulus ad amicitiam acceſſit Philippi.

PERÆDIFICATUS, a, um, *compito di fabbricare. Colum. l.* 4. *c.* 3. Ab inchoato domus exſtruunt, nec peræ dificatis cultum adhibent.

PERÆQUATIO, onis, f. *uguaglianzata*, perfecte æquatio. *Salm. c.* 1. (*al.* 3.) Temporum peræquatio. *Alii leg.* adæquatio. *Tertull. l.* 4. *adverſ. Marcion. c.* 29. *ante med.* Similitudinum peræquatio.

PERÆQUATORES, um, m. ſunt, qui tributa, & vectigalia ex æquo civibus imponunt penſatis uniuſcujuſque facultatibus. Differunt a cenſitoribus, qui primi modum cenſus definiebant, peræquatores vero diſtribuebant æqualiter, & ſi minus recte eſſet deſinitus, emendabant. Differunt etiam ab inſpectoribus, quorum munus erat qualitatem agrorum inſpicere, ut pro eorum ubertate, aut ſterilitate vectigalium & tributi onus dominis imponeretur. Hinc titulus in *Cod. lib.* 11. *tit.* 57. & in *Cod. Theodoſ. lib.* 13. *tit.* 11. de cenſitoribus, peræquatoribus, & inſpectoribus. *Tuſcepit.* apud *Gruter. pag.* 361. *n.* 1. Peræquator cenſus provinciæ Galleciæ.

PERÆQUATUS, a, um, *uguagliato*, omnino æquatus. *Vitruv. l.* 5. *c. c.* Contractura peræquata. *Id. l.* 9. *c.* 4. Duodecim partibus peræquatis.

PERÆQUE, *ugualmente*, æque omnino. *Cic. Verr.* 5. *c.* 52. Atque hoc peræqua in *omni* agro decumano reperietis. *Id. in Piſon. c.* 35. *extr.* Quod cum peræque omnes, tum acerbiſſime Bœotii ſenſerunt. *Nep. in Ariſt. c.* 3. Terna millia æris peræque in ſingulos menſes.

PERÆQUO, as, avi, atum, a. 1. *uguagliare*. *Col. l.* 3. *c.* 3. Et apud me octogenæ ſtirpes inſitæ intra biennium ſeptenos culeos peræquarent. *b. e.* omnino implerent. *Vitruvius l.* 9. *c.* 4. *ante med.* Peræquatur ejus iter. *Solin. c. c.* (*al.* 3.) Lunari computatione annum peræquarunt.

PERÆQUUS, a, um, valde æquus. *Cic. 6. Verr. c.* 21. Fuiſſe aliquando apud Siculos peræqua proportione cetera. Al. aliter leg.

PERÆSTIMO, as, a. 1. plane æſtimo. *Impp. Conſtantius, & Julian. lib. 6. Cod. Theodoſ. tit.* 29. *leg.* 2. *extr.* Quod ſi forte aliquis peræſtimaverit perpetrandam, &c.

PERAGITATUS, a, um, *cacciato, ſtrafazzato*, valde agitatus. *Caſ. l.* 1. *B. Civ. c.* 80. Vehementiuſque peragitati ab equitatu, montem excelſum capiunt. *Senec. l.* 3. *de Benef. c.* 37. Ætna majore vi peragitera. *b. e.* commota, æſtuana.

PERAGITO, as, n. 1. *agitare, moſcolare*, valde, aut frequenter agito, miſceo. *Colum. l.* 10. *c.* 24. *extr.* Et ut permiſceatur medicamen, rutabulo ligneo peragitare conveniet. Adde *cap.* 19. a *med.* ¶ Translate *Senec. l. c. de Ira, c.* 7. Hic ſtimulus peregitavit, miſitque in pericula audaces.

PERAGO, ie, egi, actum, a. 3. *cacciare, agitare*, ἄγω, ἐλαύνω, vehementer ago, *impello*, agito. *Senec. ep.* 58. Hunc quam Græci œſtrum vocant, pecora peregentem, & totis ſaltibus diſſipantem, aſilum noſtri vocabant. ¶ Item uſque ad finem ago, h. e. perficio, abſolvo, *continuare, compire, finire*, πάνω. *Senec. epiſt.* 64. *ad fin.* Multum egerunt qui ante non fuerunt, ſed non peregerunt. *Cic. de Senect. c.* 19. a *med.* Neque enim hiſtrioni, ut placeat, peragenda eſt fabula, modo, in quocumque fuerit actu, probetur. *Id.* 2. *de nat. Deor. c.* 4. Gracchus cum comitia nihilominus peregiſſet, &c. *Caſ. l.* 6. *B. Gall. c.* 4. *extr.* Peragit concilium Cæſar, equiteſque imperat civitatibus. *Sueton. in Orb. c.* 7. Subſcripſit quingenties HS ad peragendam auream domum. *Virg.* 4. *Æn. v.* 653. Vixi, & quem dederat curſum fortuna peregi. & *verſ.* 442. Peragere inceptum. & *lib.* 5. *v.* 362. domus. *finir di diſtribuire*. & *Plin. l. c. c.* 109. & *Ovid.* 2. *Met. v.* 607. juſta. *b. e.* perſolvere. & *lib.* 7. *v.* 502. mandata. *Colum. l.* 3. *c.* 12. *ante med.* operis ſui penſum. *Plin. l.* 7. *ep. ult.* partes ſuas. *Liv. l.* 3. *c.* 40. ſententiam. *fare di dire il ſuo parere*. & *Ovid. c. Faſt. v.* 688. iter inceptum. *Nep. in Ariſt. in fin.* propoſitum. *Juvenal. ſat.* 2. *v.* 633. & *ſat.* 11. *v.* 114. officium. *Ovid.* 4. *Triſt. el.* 8. *v.* 13. Hæc mea ſic quondam peragi ſpereverat ætas. *di finirſi così*. & *verſ.* 42. Vita procul pœna peregenda ſub axe Boreo. *Id.* 15. *Met. v.* 485. poſtquam ſenior regnumque, ævumque peregit. *fini di regnare, e di vivere*. ¶ *Peragere cibum*, conficere, *digerire. Plin. l.* 9. *c.* 60. Omnem cibum ſtatim peragit. ¶ *Peragere reum*, deferre inter reos, accuſare, & omnia peragere, quæ ad eum damnandum pertinent. *Liv. l.* 4. *c.* 42. Vos autem, ſi reum perago, quid acturi eſtis? *Plin. l.* 3. *ep.* 9. Marium una civitate publice, multique priveti reum peregerunt. *Ovid.* 4. *ex Pont. ep.* 6. *v.* 27. Lenem te miſeris genuit natura, &c. Ut qui, quid valeas, ignoret, Marte forenſi, Poſſe tuo peragi viv putet ore reos. ¶ Apud JCtos peregiſſe reum non altas quia videtur, niſi & condemnaveris, ut *Ulpian.* loquitur *Dig. lib.* 48. *tit.* 5. *leg.* 2. h. e. tenuerit, ut condemnaretur. *Val. Max. l.* 6. *c.* 2. *n.* 4. Ita eodem judicium duos ſuſtinuit reos, accuſatione Manilium, libertate Pompejum: & eorum alterum lege peregit, alterum profeſſione. ¶ *Peragere accuſationem*, ea omnia præſtare, quæ ad accuſandum, damnandumque reum pertinent. *Plin. l.* 6. *ep.* 31. Admonitus, ut peragereet accuſationem peregit invitus. ¶ *Peragere inſtituta*, probere, demonſtrare. *Lact. l.* 6. *c.* 16. ¶ *Peragere conſul*, agere. *Petron. in Satyr. c.* 137. Carmina componat, declamet, concrepet, omnes ei peragat cauſas. ¶ *Reſponſa*, exſequi, & præſtare quod dii oraculo jubent. *Senec. in Troadib. v.* 663. Reſponſa peregam: ſunditus buſta eruam. ¶ Pro perfequi ſcribendo, perſcribere, deſcribere, *Liv. initio l.* 2. Liberi jam hinc populi R. res pace belloque geſtas, annuos magiſtratus, &c. peragam. *ſignerò a ſcrivere*. *Plin. l.* 6. *c.* 28. Reliqua nunc peragemus. ¶ Item percurrere uſque ad finem, *ſcorrere*. *Ovid. Heroid. ep.* 15. *v.* 65. Factus inops agilis peragit freta cærula remo. *Id.* 13. *Met. v.* 618. cum ſol duodena peregit ſigna. *Val. Flacc. l.* 1. *v.* 566. ſic orbe peracto Libet & expertus terras remeavit Apollo. *Stat. l.* 5. *Theb. v.* 574. longa vix tota peregit Membra dolor. ¶ Item tranſodere, *paſſare da parte a parte*. *Ovid. Heroid. ep.* 4. *v.* 119. Theſeus letus enſe peregit. ¶ Et interficere, cooficere, *finire, ammazzare*. *Val. Flacc. l.* 1. *v.* 146. ardenti peragit Clania Actora quarcu. *Sil. l.* 11. *v.* 364. nec tantum fata dederunt, Æterna peragi dextra. *Martial. l.* 5. *epigr.* 38. Adhuc recenti tepet Erotion buſto, Quam peſſimorum lex evara fatorum Scare peregit hieme. ¶ Hinc turpi ſenſu adhibetur ab *Auct. Priap. carm.* 34. ¶ *Peragere vices*, vices habere, vicibus ſubjectum eſſe. *Ovid. Met.* 15. *v.* 237. Hæc quoque non peſſant, quæ nos elementa vocamus, Quæque vices peragant (animoa adhibete) docebo. ¶ *Otia peragere*, agere, in otio degere. *Ovid. Met. 1. v.* 99. ſine militia uſu Mullia ſecura peragebant otia gentes. *Tibull. l.* 4. *carm.* 1. *v.* 181. Languida nam noſter peragit labor otia. ¶ *Noctem*, agere, *paſſar tutta la notte*. *Ovid. 1. Amor. el. c. v.* 3. Et vacuus ſomno noctem, quam longa, peregi. Sic *Horat. l.* 2. *ſat.* 4. *v.* 22. illa ſalubres Æſtates peragat, *nigrie* qui prandia moria Finiet. *paſſerà ſano le ſtate*. ¶ *Humum*, colere, exercere aſſidue, *coltivare, lavorare*. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 693. Ille ſuam peragebat humum, ſive uſus aratri, Sive cavæ falcis, ſive bidantis erat. ¶ Cum infinito pro pergere, *Perſ. ſat.* 5. *v.* 138. regulatam digitu terebrare ſalinum Contentus peragas, ſi vivere cum Jove tendis.

PERAGRANTER, adverb. peragrando. *Ammian. l.* 14. *c. c.* (*al.* 3.) Hi peragranter, & diſſimulatoter hoooratorum circulis adfiſendo, &c. *ſtupendo di paſſeggiare*.

PERAGRATIO, onis, f. περιήγησις, ambulatio, actus peragrandi. *Cic.* 2. *Phil. c.* 23. Quæ fuit ejus peragratio itinerum? luſtratio municipiorum?

PERAGRĀTRIX, icis, f. quæ peragrat. *Martian. Capell. l.* 6. *pag.* 190. Peragratrix cælerolarum.

PERAGRĀTUS, a, um, περιηγημένος, *ſcorſo*. *Cic.* 5. *Fin. c.* 19. A qui-

A quibus propter diſcendi cupiditatem videmus ultimas terras eſſe peragratas. *Plin. l.* 25. *r.* 2. *a med.* Peragratis Perſidis, Arabiæ, Æthiopiæ, Ægyptique Magis. *h. e.* aditis, *audaci a trovare, ſcorſi, viſitati.* ¶ Deponentis forma, *Velleſ. l.* 2. *c.* 97. Nero peragratus omnes Germaniæ partes, ſic perdomuit eam, &c. *avendo ſcorſo.*

PERAGRO, as, avi, atum, a. 1. *ſcorrere, viaggiare, περιέρχομαι, περιοδεύω*; obeo, oberro, perarro, luſtro, vagor: quaſi *per agros* circumeo. *Cic.* 2. *de Orat. r.* 64. Cum Aſellus omnes provincias ſtipendia merentem ſe peragraſſe gloriaretur. *Id. de Harusp. reſp. c.* 11. *extr.* Matrem magnam, acceptimus, agros & nemora cum quodam ſtrepitu framituque peragrare. *Virg. de apib. 4. Georg. v.* 53. Iliæ continuo ſaltus, ſilvaſque peragrant. ¶ De navigantibus, *Plin. l.* 37. *r.* 3. Eques R. qui hæc commercia & litora peragravit. *Flor. l.* 2. *c.* 7. Græciæ litora claſſe peragrara. *Suetno. in Calig. r.* 37. Litora peragrata liburnicis. *Adde Juſtin. l.* 12. *c.* 10. ¶ Translate *Cic. de clar. Orat. r.* 13. Ut ſemel e Piræo eloquentia evecta eſt, omnes peragravit inſulas. *Id. pro Balbo, c.* 16. Cujus res geſtæ omnes gentes cum clariſſima victoria, terra mariqus peragraſſent. *Id. pro Mil. r.* 35. *ſub fin.* Ultra quam fines imperii populi R. ſunt, ea non ſolum fama jam de illo, ſed etiam lætitia peragravit. *Id. pro Cal. r.* 21. Omnes latebras ſuſpicionum peragrare dicendo. *Id.* 1. *de Orat. r.* 51. Orator ita peragrat per animos hominum, ita ſinſus menteſque pertractat, ut, &c. *Lambin.* omittit *per*. *Lucret. l.* 1. *v.* 74. Atque omne immenſum peragravit mente animoque. *Plin. in Panog. c.* 14. Cum orbem terrarum non pedibus magis, quam laudibus peragrares. *Gell. l.* 7. *c.* 16. peragrantis gulæ, & io ſuccos iuſuetos inquirentis induſtria, & undiquevorſum indagines cupediarum. ¶ *Peregror* deponens V. in *Peregratus*.

PERALBUS, a, um, valde albus, ot Ejus peralbus, *Apul. lib.* 1. *Met.* Avis peralba, *Id. l.* 5.

PERALTUS, a, um, præaltus. *Enn.* apud *Macrob. l.* 6. *Saturn. r.* 2. *a med.* Ioceduot, arbuſta peralta ſecuribu' cadunt. *Al. leg.* Iocedunt arbuſta per alta, ſecuribu' cadunt.

PERAMANS, tis, valde amans. *Cic. Attic. l.* 4. *ep.* 8. *a med.* Homo peramens ſemper noſtri fuit.

PERAMANTER, adverb. valde amanter. *Cic.* 9. *Fam. ep.* 10. Qui me quidem perofficioſe & peramanter obſervant. *molto affettuoſamente.*

PERAMBULATUS, a, um, *ſcorſo*, peragratus. *Sidon. carm.* 23. *verſ.* 93. & perambulatum Romanis legionibus Niphatem.

PERAMBULO, as, avi, atum, a. 1. *ſcorrere poſſeggiando, girare, paſſeggiare, διοδεύω*, ambulando circumeo, peragro. *Plaut. Moſtell.* 3. 2. 121. Qualibet perambula ædra oppido tanquam tuas. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 2. Vos, qui multas perambulaſtis terras, ecquam cultiorem Italia vidiſtis? *Phædr. l.* 5. *fab.* 5. *v.* 14. Perambulante læta domino viridia. *Horat. l.* 4. *od.* 5. *v.* 37. Totas bus etenim rura perambulat. *Ovid. Heroid. ep.* 9. *v.* 135. Mens fugit admonitu, friguſque perambulat artus. *ſcorre per le membra*. & *Senec. lib.* 6. *de benef. c.* 16. Meditus ægrotos perambulat. *h. e.* viſit huc illuc diſcurrendo. *Horat. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 79. Recte, nec ne crocum floraſque perambulet Attæ Fabula, ſi dubitem, &c. *h. e.* tadat, ne recto talo ſtet, ut *Id.* loquitur *ibid. v.* 176. docte ſcripta ſit, ne iodocte. Mos erat ſcenam floribus & croco ſpargere. *Atto* vero fuit pravis fultus male talis, ut ait *Id. lib.* 1. *ſat.* 3. *verſ.* 48. V. *Atta*.

PERAMO, as, avi, atum, a. 1. *amare teldamente, ὑπερφιλέω*, valde amo, perfecte amo, ad finem uſque amo. *Cic.* 1. *de Leg. cap.* 18. Si noo ipſe amicus peramatur toto pectore. Alii plerique leg. *per ſe amatur*.

PERAMŒNUS, a, um, valde amœnus. *Tacit. Ann.* 4. *r.* 67. Æſtas in Favonium obverſa, & aperto circum pelago peramœne.

PERAMPLUS, a, um, *molto grande*, valde amplus. *Cic. Verr.* 6. *cap.* 49. *a med.* Simulacra perampla atque præclara. *Val. Max. l.* 5. *c.* 2. *n. ult. extern.* peramplum regnum.

PERAMPUTO, as, a. 1. omoino amputo. *Colum. l.* 7. *c.* 5. *a med.* Vulnus ita inſanabile facit, ut totum peramputandum ſit. *Al. leg.* ut totus pes amputandus ſit.

PERANCEPS, itis, valde anceps. *Ammianus lib.* 19. *cap.* 5. (*al.* 30.)

PERANGUSTE, adverb. admodum anguſte. *Cic.* 1. *de Orat. cap.* 35. Coarctavit, & peranguſte referſit in oratione ſua.

PERANGUSTUS, a, um, *aſſai ſtretto*, admodum angultus. *Cic.* 7. *Verr. c.* 66. Peranguſto ſraro diviſa ſervitutis, ac libertatis jura cognoſceret. *Liv. l.* 22. *c.* 4. Via peranguſta. *Caſ. l.* 7. *B. Gall. c.* 15. Peranguſtus aditus. *Juſtin. initio l.* 7. Macedoniæ termini peranguſti ſunt. *molto ſtretti*.

PERANNA. V. *Perenna*.

PERANNO, as, *a. n.* 1. *ἐνιαυτίζω*, per integrum anni tempus vivo, annum pergo: ex *per*, & *anno*, *ut*. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 12. Ut annare, peranoareque commode liceret. V. *Anno*, *ar*. *Suetan. in Veſpaſ. c.* 5. Idro puella nata non perannavit. Al. leg. *perennavit*. V. *Perenno*.

PERANTIQUUS, a, um, valde antiquus, *Cic. de clar. Orat. cap.* 10. Ut apud nos, perantiquus, ot apud Atheaienſes, noo ita ſane vetus.

PERAPPOSITUS, a, um, valde appoſitus, ſeu aptus. *Cic.* 2. *de Orat. r.* 67. Noo ſolum mimia perappoſita, ſed etiam quodammodo oobis.

PERARATUS, a, um, nom. ex particip. *Ovid.* 1. *Amor. el.* 11. *v.* 7. ad dominam peraratas mane tabellas Perſer. *h. e.* ſcriptas. Sic *Id.* 3. *Triſt. el.* 7. *v.* 2. Vade ſalutatum ſubito peraratа Perillam Lattera. *Sidon. l.* 3. *ep.* 13. *a med.* Taceo cerebrum crebra vibice peratum, quod parum amplius tegi conſtat capillis, quam cicatricibus.

PERARDĔO, es, o. 2. valde ardeo. *Paulin. Nolan. carm.* 23. *in nat.* 8. 3. *Felic. verſ.* 404. Communus io tuguri vicina ſtrage perarſit.

PERARDUUS, a, um, πολυχαλκὴς, valde arduus, perdifficilis. *Cic.* 5. *Verr. r.* 72. Mihi autem hoc peraruum eſt demoaſtrare.

PERARESCO, is, arui, n. a. *ſeccarſi affatto*, probe ateſco. *Varr. lib.* 2. *R. R. c.* 49. Herba quoad perareſcat, furcillis verſari debet. *Colum. l.* 4. *r.* 24. *antr med.* Si trunci pars ſecta ſolis affatu praruit.

PERARGŪTUS, a, um, valde argutus. *Cic. in Brut. cap.* 45. Quem ſtudebat imitari L. Africanus poeta, homo perargutus. *Al. leg.* peracutus. *Apul. l.* 10. *Metam.* Afiaus tiotionabulis perargutis exornatus. *Id. in Florid. n.* 13. (*al. l.* 2.) Hirundines ootimat carmine perarguto.

PERARĪDUS, a, um, valde aridus. *Colum. l.* 2. *c.* 19. Ut eoque peraridum, neque rurſus viride colligatur. *Id. l.* 3. *r.* 11. *ad fin.* Solum ſticuloſum & peraridum. Adde *Catoo. R. R. c.* 5. *ſub fin.*

PERARMĀTUS, a, um, *armato rouoprimente*, probe armatus. *Curt. l.* 4. *cap.* 9. Hoc modo inſtructo exercitu, & præarmato, Babylone copias movit. Adde *ſub fin.*

PERARMO, as, a. 1. munio, armo. *Prudent. Corolemer.* 6. *verſ.* 85. Hujus manum poteotem Gladius peroroiat anceps. Adde 7. *verſ.* 93. & 8. *v.* 43.

PERĀRO, as, avi, atum, a. 1. *orar bene*, probe aro: & mttaphorice rugis ſigno, criſpo. nam rugæ io cute ſulcorum io humo ſunt ſimilee. *Ovid. Met.* 14. *verſ.* 96. & rugis peraravit anilibus oro. ¶ Item ſcribere, *ſcrivere*. ſtilo enim per ceram ſulcus ducitur. *Id.* 9. *Met. v.* 563. Talia nequicquam perarantem plena reliquit Cera nonum. *Id.* 1. *de ar. am. v.* 455. blandis peraratur littera verbis. ¶ Item navigare. *Senec. in Med. v.* 650. Ite nunc fortes, peiarate pontum. Sic *Virg.* 1. *Æn. v.* 780. vaſtum maris æquor arandum, & *lib.* 5. *v.* 158. ſulcant vada ſalſa carina.

PERASPER, a, um, valde aſper. *Colſ. l.* 5. *c.* 28. *ſect.* 14. *Ἀποθλίβουσι*, ſuper corpus quaſi verrucula eminet, io ſummo peraſperum.

PERASTŪTE, adrarb. valde aſtute. *Plaut. Truculi.* 2. 2. 43. Ut peraſtute eum injiciatis io malam fraudem. Plerique al. leg. *ut perreot*, *ut eum illiciatis*, &c.

PERASTŪTULUS, a, um, valde aſtutus. *Apul. l.* 9. *Metam.* Mulier callida, & ad hujuſmodi flagitia peraſtutula.

PERATICUM, *περατικὸν*, dicitur quoddam bdellii genus ex Media advectum, teſte *Plin. l.* 12. *r.* 9. quaſi *ἐκ περάτων γῆς*, ab extremis terræ finibus.

PERĀTIM, adverb. cum pera, vel per pram. Peratim ductare, eſt argento aliquem circumducere, argentum quod io pera eſt, alicui caute & fraudulenter furripere. *Plaut. Epid.* 3. 2. 19. Nihil moror vetera & vulgata verba, peratim ductora; ai ego ſollitim ductatabo. Al. aliter leg.

PERATTENTE, adverb. valde attente. *Cic. pro Cal. r.* 21. Audiri a vobis meum familiarem L. Hirrenium perattente.

PERATTENTUS, a, um, valde attentus. *Cic.* 5. *Verr. c.* 5. Superiora omni oratione perattentos veſtros animos habuimus.

PERAUDIENDUS, a, um, particip. omnino audiendus. *Plaut. Mil.* 1. 1. 34. Auribus peraudienda hæc ſunt.

PERBACCHOR, aris, dep. 1. *πανοιδέω*, perpoto, & luſito conviviis frequentandis. *Cic.* 2. *Phil. c.* 41. At quam multos dies io ea villa turpiſſime es perbacchatus! *Claudian. de B. Get. v.* 142. Incendia pirbacchata domos.

PERBASIO, as, a. 1. valde baſio, peroſculor. *Petron. in fragm. Tragur. c.* 41. *Burmon.* Circumeuntem ſane perbaſiamus.

PERBEĀTUS, a, um, valde beatus. *Cic.* 1. *de Orat. r.* 1. Perbeati fuiſſe illi videri ſolent.

PERBELLE, adverb. valde belle. *Cic. l.* 16. *Faat. ep.* 18. Quod quidem aut facis, aut perbelle ſimulas. *& ad Attic. l.* 4. *ep.* 4. Perbelle feceris, ſi, &c.

PERBĔNE, adverb. valde bene. *Cic. in Brut. cap.* 18. Perbene loqui Latine putabatur. *Liv. lib.* 45. *cap.* 3. Perbene fortoaam feciſſe, quando, &c.

PERBENĔVOLUS, a, um, valde benevolus. *Cic. Fam. l.* 14. *ep.* 4. Peſcennius eſt perbenevolus oobis.

PERBENIGNE, adrerb. valde benigne. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 2. Perbenigne mihi reſpondit. *Al. leg.* per mili benigne. Habet etiam *Terent. Adelph.* 4. 5. 68.

PERBIBESĀA, æ, f. vox jocularis a *Plauto* efficta ad ſignificandam regioaem, io qua ſtreous bibitur, *Curcul.* 2. 3. *v.* 74.

PERBĪBO, is, bi, a. 3. valde bibo, exſugo. *Plaut. Stich.* 1. 1. 16. At ego perii, cui medullam laſſitudo perbibit. ¶ Traoslata bene reſipio, imbuor, *imbeverſi, vivere*. *Cato R. R. c.* 130. Ligna amurca cruda perſpergito: perbibant bene. *Ovid. Met.* 6. *v.* 397. terra Coecepit lacrymas, ac venis perbibit imis. *Colum. l.* 7. *c.* 4. *ſub fin.* Ubi ovis per triduum diſibuto iergora medicamina perbiberit. *Senec. epiſt.* 72. *poſt med.* Lana quoſdam colores ſemel ducit, quoſdam, oiſi ſæpius macerata & racoeta, oon perbibit. ¶ Reſertus etiam ad animum. *Id. epiſt.* 94. Hæc cum perſuaſi mihi, & perbibi, &c. *Id. epiſt.* 36. Colere virtutem, perbibere liberalia ſtudia. *& lib.* 2. *de Ira, c.* 16. Perbibiſti nequitiam, & ita viſceribus immiſcuiſti, ut oiſi cum ipſis exire non poſſit. *Ovid. in Ibin, v.* 533. Perbibit inde ſuæ rabiem outricis alumnus.

PERBĪTO, as, & *ſæpius* is, o. 1. & 3. *perire*, pereo: a *bito*. *Paul. ex Feſto*: Perbitere Plautus pro perire poſuit. *Plaut. Capt.* 3. 5. 32. Qui per virtutem perbitat, oon interit. *Al. leg.* peritat. *Liv. Andron.*

dem. apud *Non.* t. 2. *n.* 654. Puerum ancillæ subdam, ne fame perbibret. *Eun. ibid.* & *Plaut. Pœnul.* 3. 1. 12. Cruciatu maximo perbibere. ¶ Item transire, alia ire. nam *bibere* ire est. *Plaut. Rud.* 2. 6. 12. Utinam, te prius quam oculis viderem meis, malo cruciatu in Siciliam perbibere. Al. leg. *in Sicilia*, & ad priorem significationem trahunt. *Pœnu.* apud *Non. loc. cit.* Nam me perbibere illis opitularier, quovis exitio cupio. *b. e.* transire illis opitulatum.

PERBLANDE, adverb. valde blande. *Macrob. l.* 2. *Saturn.* 2. 2. *e med.* Cum perblande salutavisset.

PERBLANDUS, a, um, valde blandus. *Cic. l.* 1. *ad Q. Fr. ep.* 2. *c.* 3. Successorem habes perblandum. *Liv. l.* 23. *c.* 10. Oratio perblanda.

PERBONUS, a, um, valde bonus. *Cic. pro Flacc.* c. 29. Agros habent natura perbonos. *Id. Verr.* 6. *c.* 18. Perbona immunita. *Id.* 6. *Attic. ep.* 1. Quod mecum rex fuit, perbono loco res erat. *Plaut. Mostell.* 3. 2. 3. prandium perbonum. & *infr.* 77. Æstas perbona.

PERBREVIS, e, valde brevis. *Cic. in Brut. c.* 43. Quodque difficilius est, idem & perornatus & perbrevis. *Id.* 5. *Verr. c.* 9. Illos inter de perbrevi temporis studiorum facilitate conjunxit. *Albinovan. ad Liv. ecl.* 1. *v.* 388. huic hodie perbreve pontus iter. ¶ Dividitur per tmesin. *Cæs. pr. Cluent.* c. 1. Altera pars per mihi brevis fore videtur. ¶ *Perbrevi*, perbrevi tempore. *Cic.* 6. *Fam. ep.* 12. Sed id erit perbrevi.

PERBREVITER, adverb. valde breviter. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 58. De omni isto genere quid sentiam, perbreviter exponam. Adde *pro Dom. cap.* 15.

PERCA, æ, f. πέρκη, piscis delicatissimus, in genere squatilium, qui & in mari, & in fluminibus, & lacubus capitur. Perca marina magnæ similis est, *Plin. l.* 9. *c.* 16. & *lib.* 32. *c.* 9. 10. & 11. *Auson. in Mosell. v.* 115. Nec te, delicias meosarum, Perca, silebo, Amnicolas inter pisces dignande marinis, Solus puniceis facilis contendere mullis. Nam neque gustus laevis, solidoque in corpore partes Segmentis coeunt, sed dissiliantur aristis.

PERCÆDO, is, cecidi, casum, a. 3. valde, vel omnino cædo. *Flor. l.* 3. *c.* 20. In Apennino Lentuli exercitum percecidit. *Id. l.* 4. *c.* 12. Turpe hostium percecidit.

PERCALEFACIO, is, ecì, actum, a. 3. valde calefacio. *Vitruv. l.* 8. *c.* 3. Sulphurosi fontes nervorum labores reficiunt percalefaciendo. ¶ Infinitum *percalefacere*. *Id. ibid.* Percalefieri cogit aquam.

PERCALEFACTUS, & Percalfactus, a, um, valde calefactus. *Lucret. l.* 6. *v.* 177. omnis motu Percalefacta vides ardescere. *Serbon. Larg. compof.* 156. Loco flammeo percalfacto. *Val. Max. l.* 9. *c.* 12. *n.* 4. Multa igni percalfacto cubiculo.

PERCALEFIO. V. in *Percalefacio*.

PERCALEO, es, ui, n. 2. valde caleo. *Lucret. l.* 6. *v.* 280. Inde ubi percaluit vis venti, &c. *Ovid. t. Met. v.* 417. posquam vetus humor ab igne Percaluit salis.

PERCALLEO, es, lui, n. 2. induratum, & obduratum esse longa consuetudine, *aver fatto il callo*. *Cic. pro Mil. c.* 18. Sed jam usu obduruerat, & percalluerat civitatis incredibilis patientia. ¶ Item rerum callere, *esser pratico*. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 34. *in fin.* Si usum rerum percalluerit, nihil te effugiet. *Gell. l.* 1. *c.* 22. Disciplinas Tuscro Stoicas, & dialecticas percalluerat.

PERCANDEFACIO, is, ēci, 3. valde calefacio. *Vitruv. l.* 8. *c.* 3. Ignis percandefecit terram.

PERCANDIDUS, a, um, valde candidus. *Cæs. l.* 5. *c.* 19. *fell.* 24. Percandida compositio. *Solin. c.* 37. (*al.* 50.) *ad fin.* Gemma percandida.

PERCANTATRIX. V. *Precantatrix*.

PERCARUS, a, um, adject. valde carus. *Justin. l.* 22. *c.* 12. Unus ex areicis ejus, obsequii regi percarus. Adde *Tacit.* 2. *Ann. c.* 74. ¶ Item qui magno pretio venditur. *Terent. Phorm.* 3. 3. 24. Quantum opus est tibi argenti? *Ph.* Solæ triginta minæ. *Gr.* Hui, percara est. Al. lap. *procaro*.

PERCAUTUS, a, um, valde cautus. *Cæs. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. *c.* 6. Delectus in familiaritatibus & provincialium hominum, & Græcorum percautus, & sollicite.

PERCEDO, is. *Nonius* affert *t.* 2. *n.* 704. ex *Cicer. in Orat. c.* 48. sed corrupta lectione.

PERCELEBRATUS, a, um, valde celebratus. *Cic. pro Cal. c.* 29. Audita, & pervulgata, & percelebrata fermonibus res est.

PERCELEBRIS, bre, valde celebris. *Plin. l.* 10. *c.* 5. Est percelebris apud Sebin urbem aquilæ gloria. *Pompon. Mela l.* 2. *c.* 3. *ante med.* Templum vetustate, & religione percelebre.

PERCELEBRO, as, a. 1. maxime celebro, frequento. *Cic.* 7. *Verr. c.* 31. De qua muliere plurimi versus tota Sicilia percelebrantur. *Arnob. l.* 2. *pag.* 73. Ut exercerent, ut gerrent, ut percelebrarent vitæ mala. *b. e.* frequentarent sæpe perpetrando.

PERCELER, ris, valde celer. *Cic. Cal. c.* 04. Cujus perceleri interitu esse ab hoc comprobatum venenum.

PERCELERITER, adverb. valde celeriter. *Cic. Fam.* 6. *ep.* 12. Recepit, perceleriter se ablaturum diploma.

PERCELLO, is, culi (*raro* culsi) culsum, a. 3. *mover con forza*, *spingere*, *abbattere*, *atterrare*, κατατίθημι, vehementer moveo, loco moveo, labefacio, urgeo, impello, everto, perverto, humi sterno: ab obsoleto *cello*, moveo. *Cato* apud *Gell. l.* 2. *c.* 22. *fub fin.* Ventus Cercius armatum hominem, plaustrum oneratum percellit. *Plaut. Perf.* 5. 2. 28. Hoc, leno, tibi. *Do.* perii! percidit ree prope. *mi ho quasi gestum a terra*. *Plin. l.* 18. *c.* 34. Hic ventus prætringie atque percellit radices arborum. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 642. Aliis tenerum obtegit solus percellit. *Ennius* apud *Macrob. l.* 6. *Saturn. c.* 1. securibus cædunt, Percellunt magnos quercus. ¶ Usum habet sæpius in præteritis. *Terent. Eun.* 2. 3. 87. Quo trudis? percelleris jam tu me. *mi gnevai a terra*. *Cic. pro Mil. c.* 22. Adde incertos exitus pugnarum, Martemque communem, qui sæpe spoliantem jam, & exsultantem evertit, & percidit ab abjecto. *Id. pro Marcell. c.* 6. Quos amisimus cives, eos Martis vis percidit, non ira victoriæ. *Val. Flacc. l.* 4. *v.* 501. Ii quum percidit victima lues. *Colum. l.* 7. *c.* 7. Cum unam vel alteram capram pestis percellerit. ¶ Pro simplici ferio, percutio, *ferire*, *percuotere*. *Ovid.* 2. *Amor. el.* 9. *v.* 7. Hæmonius quem cuspide percidit heros. *Id. ib.* 1. *el.* 7. *v.* 31. Pessima Tydides scelerum monumenta reliquit: Ille deam primus percidit, ille ego. ¶ De voce, quæ ferit aures, *Valer. Flacc. l.* 2. *v.* 91. vox inde repens ut percidit urbem, &c. ¶ Sæpe translate sumitur pro evertere, pervertere, labefactare, de statu dejicere, perdere, *rovinare*, *esser d'altrui rovina*, *far cadere*. *Cic. pro Dom. c.* 12. Desinant iisdem machinis sperare me restitutum posse labefactari, quibus antea stantem percellerunt. *Id. pro Cael. in fin.* Ne adolescentiam plenam spei maximæ, non modo non eluisse vos, sed etiam percidisse atque afflixisse videamini. *Sueton. in Tiber. c.* 55. Horum omnium vis duos aut tres iocolumes præstitit, ceteros alium alia de causa percidit. *Nep. in Dion. c.* 5. Quinquaginta annorum imperium aden facile percidit, ut, &c. *Tacit. 2. Ann. c.* 39. Mancipii uoius audacia, ut reuuire laventum foret, discordiis armisque civilibus rempublicam percidisset. ¶ Item in superem rapere, timore concutere, conturbare, exterrere, *sbigottire*, *sgomentare*, *impaurire*, *sbalordire*. *Cic. Verr.* 5. *c.* 57. *in fin.* Hæc ut vox non percidit? non perturbavit? *Justin. l.* 25. *c.* 11. Inopinantibus verbera intentant: adeoque illos percellerunt, ut quos ferre non poterant, metu verberum vincerent. *Val. Flacc. l.* 4. *v.* 651. Idem animos Anvci visu timor omnibus antro Percellerat. *Id. lib.* 6. *v.* 480. pavor artus Proximos, atque ingens Ætida percidit horror. *Flor. l.* 1. *cap.* 11. Novissime etiam tanta admiratione percidit, ut, &c. ¶ Pro *terrere*, multare. *Tacit.* 1. *Hist. c.* 53. Quasque alias civitates atrocibus edictis, aut dorono finium Galba percellerat. ¶ Pro impellere, *spingere*, *Apul. in Apol.* Venus nullis ad turpitudinem stimulis, vel illecebris fectatores suos percellens. ¶ Multa de hoc verbo disputant *Lambin.* & *Bentley. ad Horat. epod.* 12. *vers.* 3. ¶ *Percellere se*. *V. Percello.* ¶ *Percidit* passivo significatione, percussus fuit. *Flor. l.* 3. *c.* 10. *ante med.* Hic, insidiis in valle dispositis, dolo percidit. ¶ Pro *percuti*, *percuti* dixit *Ammian. l.* 17. *c.* 8. (*al.* 17.) Subito cunctos aggressus, tanquam fulminis turbo percussit. *Horatio* quoque *lib.* 1. *od.* 7. *vers.* 11. & *Terentio Andr.* 1. 1. 98. sunt qui adscribant: sed rectius alii plures *percussit*.

PERCENSEO, es, ui, a. 2. *contare*, *raccontare*, *far mentione ad uno ad uno*, *annoverare*, tutum aliqui censeo, recenseo, percurro. *Cic. post redit. in Sen. c.* 1. Quod tam divinum est genus orationis, quo quisquam possit vestra in nos universa promerita, non dicere complecti orando, sed percensere numerando? *Tacit.* 4. *Ann. c.* 4. Percensere numerum legionum. *Plin. l.* 7. *c.* 26. *extr.* Percensere res Cæsaris. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 50. Manipulum, ot quamque subfecuerunt, ponunt in terra: ubi eos fecerunt multos, iterum eos percensent, ac de singulis secunt intra spicas, & stramentum. *gli prendono per mano ad uno ad uno*. Rufus *Cic. in Pison. cap.* 36. *ad fin.* Quo ie genere percensere potest, pleraque inveniendi locos. *scorrete*. Si. *Ovid.* 3. *Fast. v.* 109. Signaque quæ longa frater percenseat anno, Ire per hæc uno mense soloris equos. ¶ Item inquirendi causa percurro, recenseo, *rivedere*, *cercare*, singula examinando & notando. *Ovid.* 2. *Met. v.* 334. Clyceene fugabris & amens, Et laniata sinus totum percensuit orbem. *Gell. l.* 7. *c.* 3. *ante med.* Sibi visus est orationem istare acri subtilique ingenio & judicio percensuisse. *Liv. l.* 32. *c.* 21. Orationes legatorum hesterno die dictas pro sententiis percensemus. *prendiamo per mano*, *ifaminiamo*. & *lib.* 34. *cap.* 52. Ita cum percensuissent Thessaliam. *b. e.* tolerabilem rei publicæ administrandæ formam, in ea constituissent. V. *cap. præced.*

PERCEPTIO, onis, f. *raccolta*, συναγωγή, comprehensio, collectio, actus percipiendi. *Cic.* 2. *Offic. c.* 3. *ad fin.* Neque frugum, fructusque reliquorum perceptio, & conservatio sine hominum opera ulla esse potuisset. Adde *Colum. l.* 1. *c.* 3. ¶ Translate sumitur pro cognitione, *percezione*, *cognoscenza*. *Id.* 4. *Acad. c.* 7. *ad fin.* Ars vero quæ potest esse, nisi quæ non ex una, aut ex duabus, sed ex multis animi perceptionibus constat? *& cap.* 6. Cognitio, *aut* perceptio, aut si verbum e verbo volumus, comprehensio, quam καταληψιν illi vocant.

PERCEPTOR, oris, m. qui percipit. *Augustin. lib.* 1. *Soliloq. cap.* 1. *extr.* Jubeas me esse perfectum amatorem, perceptoremque sapientiæ tuæ.

PERCEPTUS, a, um, *raccolto*, *preso*, *sentito*, *gustato*, *inteso*, *compreso*, κατειλημμένος, capius, acceptus, comprehensus. *Plin. l.* 10. *ep.* 79. Rogavit testamenta, ut hereditatem suam adirem, cerneremque, ac deinde perceptis L millibus nummum, reliquam omne civibus redderem. *Ovid.* 1. *Fast. v.* 273. Utilitas aquæ percepta. *Cic.* 2. *de Fin. c.* 30. *fub fin.* Memoria perceptarum voluptatum. *Id.* 2. *de nat. Deor. c.* 36. Animabilis, spirabilisque natura, cui nomen est aer, Græcum illud quidem, sed perceptum jam tamen usu a nostris. tritum est enim pro Latino. & 4. *Acad. c.* 14. & 31. Res comprehensæ, & perceptæ. *& cap.* 7. *ad fin.* Res percepta & cognita. *Nep. in Attic. cap.* 17. *extr.* Philosophorum ita percepta habuerat præcepta. *Gell. l.* 14. *c.* 1. *ante med.* Mirabatur id cuiquam pro perceptu liquere, fieliss istos non esse plures, &c. ¶ *Perceptum* absolute

Cic.

Cic. de Fato, c. 6. Divinatio a perceptis artis proficiſcitur. Percepta appello, quæ dicuntur Græce Θεωρήματα. & *mox*: Percepta aſtrologorum. Al. utrobique leg. *præcepta*.

PERCERPO, is, a. 3. decerpo, carptim lego. *Gell. l.* 2. *in fin.* Cujus rei cauſa cum Ariſtotelis libros problematum percerpſimus, notavi. Al. leg. *præcerpſimus*.

PERCESSUS. V. *Percido*.

PERCIDO, is, idi, iſum, a. 3. *percutere*, *battere*, valde cædo. *Plaut. Perſ.* 2. 4. 12. Non hercle, ſi os perciderim tibi, metuam. Ira legunt in MSS. & veterib. edition. plerique Critici. Addit *Gruter.* exemplum *Senecæ l.* 4. *quæſt. nat. c.* 4. Mendacis leviora, in quibus os percidi, non oculi erui ſolent. Non deſunt tamen qui ubique *præcide* ponunt. *Turneb.* addit 22 *Plautæ* & illud *Caſ.* 2. 6. 52. Percide os tu illi hodie. Porro *os percidere* habet etiam obſcenum ſenſum, apud *Martial. l.* 11. *epigr.* 71. & *percidere* abſoluta, *lib.* 4. *epigr.* 48. & *lib.* 12. *epigr.* 35. quib. omnib. locis alii reponunt *præcido*. ¶ Præteritum eſt etiam *percecidi*, ut *percurro* habet *percurri*, & *percucurri*, &c. *Flor. l.* 3. *c.* 20. *a med.* In Apennino Lentuli exercitum percecidit. *taglio a pezzi*. Adde *lib.* 4. *c.* 12.

PERCIEO, es, a. 2. & Percio, is, ivi, & ii, n. 4. valde cieo, commoveo. *Lucret. l.* 3. *v.* 304. irai fas ſubdita percit. & *v.* 185. Ocius ergo animus, quam res ſe perciet ulla. ubi *perciet* præſens tempus eſt. & *v.* 28. ubi ma divina voluptas Percit, atque hortari. *l. c.* commovit. & *lib.* 4. *v.* 564. Edictum ſæpe unum perciet aures Omnibus in populo, miſſum præconis ab ore. *ferifve*. Hic quoque *perciet* præſens tempus eſt. ¶ *Plaut. Aſin.* 2. 4. 69. Crura hercle diffringentur, ni iſtum impudicum percies. *l. c.* magna voce proclamas, ſeu prædicas, iſtum impudicum eſſe.

PERCINCTUS. V. *Præcinctus*.

PERCINGO, is, inxi, inctum, a. 3. circumquaque cingo. *Colum. l.* 10. *v.* 347. Sæpe ſuas ſedes percinxit vitibus albis. *Manil. l.* 3. *v.* 334. medio percingitur ordine mundus. Utrobique al. leg. *præcingo*.

PERCIO, is. V. *Pércieo*.

PERCIPIO, is, cepi, captum, a. 3. *prendere*, *occupare*, *inveſtire*, συλλαμβάνω, plane, penitus capio, occupo: a *per*, & *capio*. *Lucret. l.* 5. *v.* 603. Eſt etiam quoque, uti noo magno ſolis ab igni Aera percipiat calidis ferventibus ardor. *Plaut. Amph.* 5. 1. 66. Mihi horrori miſero membra percipit dictis tuis. *Id. Men.* 5. 5. 22. Quid ceſſas dare potionis aliquid, priuſquam percipit infamia? *Id. Stich.* 2. 2. 27. Quid ego, cui miſero medullam ventris percepit fames? *Id. Trucul.* 2. 5. 14. & *Lucret. l.* 3. *v.* 80. & *Terent. Eun.* 5. 6. 2. Neque agri, neque urbis odium me unquam percipit. ¶ Item penitus recipere. *Colum. l.* 11. *c.* 3. *a med.* Thymo pinſito aquam medicare, quæ cum ſuccum ejus percepérit, &c. *Plin. l.* 21. *c.* 5. *in fin.* In fæce vini macerantur, ut colorem percipiant. *Ovid. Met.* 4. *v.* 744. tactuque induruit hujus, Percipitque novum ramis & fronde *rigorem*. *Lucret. l.* 6. *v.* 984. varii ſenſus animantibus inſunt, Quorum quiſque ſuam propriam rem percipit in ſe. *Ovid.* 8. *Met. v.* 227. *de lepore*. Tabuerant cera: nudos quatit ille lacertos, Remigioque carens non ullas percipit auras. ¶ Item capere, colligere, *recogliere*. *Cic. de Senect. c.* 7. *ad fin.* Sereſc, perciperc, condere fructus. *Plin. l.* 15. *c.* 1. Fructum percipere ea ulea. *Id. l.* 9. *c.* 54. Magna veſtigalia ea oſtrearum vivariis percipiem. *vicavare*. *Colum.* de officiis villicæ *l.* 12. *c.* 3. *ad fin.* Tonſuris velleruin intereſſe, & lanas etiam diligentes percipere, & vellera ad numerum pecoris recenſere. ¶ Item acciperc, reportarc, nbtinere, conſequi, *riportare*, *conſeguire*, *ottenere*, *riscuotere*. *Colum. l.* 1. *c.* 9. *a med.* Diligens dominus tum a vinctis mancipiis, tum ab ſolutis quæras, an ex ſua conſtitutione juſta percipiant. *Id. lib.* 4. *cap.* 3. Novella vinea, dum adoleſcit, niſi omnia juſta perceperit, ad ultimam redigine maciem. *ſi non abbia tutto lo ſuo giuſto colturo*. & *Caſ. l.* 2. *B. Civ. c.* 32. Percipere præmia. *Juſtin. l.* 13. 1. 7. Ex promiſſis dei jam parte percepta. *Id. in fin. l.* 43. Avum ſuum civitatem a Cn. Pompejo percepiſſe. *Perron. in Satyr. c. ult.* Omnes qui in teſtamento meo legata habent, hac conditione percipiant, ſi, &c. *Sueton. in Tiber.* 1. 15. Ne hereditatem quidem, aut legata percepit ulla aliter, quam ut peculiu referret accepta. *Id. in Aug. c. ult.* Quamvis quaterdecies millies ex teſtamentis amicorum percepiſſet. ¶ Item ſentire, *ſentire*, *provare*: & ad ſenſus corporis pertinet. *Cic. in Orat. c.* 2. *a med.* Quod neque oculis, neque auribus, neque ullo ſenſu percipi poteſt. *Ovid. 14. Met. v.* 700. & totis perceperat oſſibus æſtum. *Cic.* 2. *de Fin. c.* 12. Voluptas, quæ cum jucunditate quadam percipitur ſenſibus. *Plaut. Curcul.* 1. 3. 1. Placide egrederc, ne quod hic agimus, herus percipiat ferri. ¶ Item ad animum. *Cic. Fam. 14. ep.* 1. Me miſerum! Tulliolam noſtram ex quo patre tantas voluptates capiebat, ex eo tantos percipere luctus. Nam quid ego de Cicerone dicam? qui cum primum ſapere cœpit, acerbiſſimos dolores, miſeriaſque percepit. ¶ Item intelligere, comprehendere, cognoſcere, dilcere, aſſequi, *capire*, *intendere*, *imparare*, *apprendere*. *Cic. 4. Acad. c.* 8. *ſub fin.* Aliquid percipere, & comprehendere. & *cap.* 9. Comprehendêre, & percipere. & 2. *de Fin. c.* 19. *a med.* Cognoſcere & percipere. *Horat. de ar. Poet. v.* 335. ut cito dicta Percipiant animi dociles, teneantque fideles. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 28. Quippiam percipere animo, & memoria cuſtodire. *Caſ.* 3. *B. Civ. c.* 84. Qui quotidiana conſuetudion uſum quoque ejus generis præliorum perciperent. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 28. Percipere artificium aliquod. *Id. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. *c.* 10. virtutem & humanitatem. *Id.* 1. *de Orat. c.* 51. philoſophiam. *Id.* 1. *Offic.* 1. 18. præcepta artis. *Id. de Senect. c.* 7. Themiſtocles omnium civium nomina perceperat. *avea imparato a mente*. & *Catil.* 2. *c.* 11. Percipite, quæſo, diligentue quæ dicam, & ea penitus animis veſtris mentibuſque mandate. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 122. & voces percipe mentis meæ. *Plin. l.* 26. *c.* 3. Remedia oculis uſuque percipere. *h. c.* noſſe medicinas videndo, & exercendo. ¶ *Percepiſſe* pro *percepiſſet* nonnulli leg in *Perſium* apud *Cic.* 3. *Offic. cap.* 16.

PERCISUS, a, um, nom. ea particip. valde cæſus, percuſſus, tuſus, *Martial. l.* 2. *epigr.* 72. Os tibi percifum, quanto non ipſe Latinus Vilta Panniculi percutit ora ſono. Adde *lib.* 12. *epigr.* 35. & *Senec. de Provid. c.* 5. Sed ubique al. leg. *præciſus*. V. *Percido*.

PERCITATUS, a, um, incitatus, percitus. *Accius* apud *Non. c.* 7. n. 1. Devagant matrenæ percitatæ tumultu.

PERCITO, as, a. 1. permoveo, incito, concito. Videtur uſurpaſſe *Pacuvius* apud *Feſt.* in *Reciprocare*: ſed locus ille valde eſt corruptus.

PERCITUS, a, um, *ſuccitato*, *commoſſo*, commotus, incitatus. *Lucret. l.* 2. *v.* 1052. Seminaqua tonumero numero, ſummaque profunda Multimodis volitent æterno percita motu. ¶ Tranſfertur ad animum. *Terent. Her.* 3. 3. 17. Incredibili re atque atroci percitus. *Cic. pro Mil.* 1. 23. Sive enim illud animo iram, ac percitu feciſſet. *Plaut. Aſin.* 4. 2. 13. amoris cauſa percitus id feciſti. *traſportato*. & *Caſ.* 3. 5. 6. ira percitus. & *Amph.* 2. 2. 95. atra bili percita. *Senec. in Herc. Fur. v.* 108. magna furore percitus. & *in Hippol. v.* 1256. Quis te dolore percitam inſtigat furor? *Liv. l.* 21. *c.* 53. *a med.* Ingenium percitum, ac ferox. *impetuoſo*, *ardente*. & *Salluſt. in fragm.* apud *Priſcian. l.* 6. *pag.* 704. *Putſch.* Quia corpore & lingua percitom & inquietem, nomine hiſtrionis vix ſani, Barbuleium appellabant.

PERCIVILIS, le, valde civilis. *Suetou. in Tiber. c.* 28. Exſtat & ſermo ejus in Senatu percivilis. *aſſai moderata*.

PERCLAMO, as, *ſgridare*, valde clamo. *Plaut. Trucul.* 1. 1. 8. Quot perclamanda! Dii voſtram fidem! *Alii aliter leg.*

PERCLAREO, es, rui, n. 2. valde clareo. *Symmach.* 1. 10. *ep.* 72. Laudandæ ſublimitatis tuæ relatione perclaruit. *Id. l.* 10. *ep.* 72. Perclaruit, voluiſſe, &c.

PERCLUDO, is, ſi, ſum, a. 3. concludo, claudo. *Vitruv. l.* 2. *c.* 1. *ante med.* Funes, qui non percluduntur, nec præligantur. *Paul. lib.* 20. *Dig. tit.* 2. *leg.* 9. Antequam penſionis nomine percludamur. Utroque loco alii *præcludo* reponunt.

PERCNOPTERUS. } V. *Ovipelargus*.
PERCNOS. }

PERCOARCTO, as, n. 1. vehementer conſtringo. *Colum. l.* 2. *c.* 19. Et utrieque ſiccatum percoarctabimus in ſtrigam. Al rectius leg. *coarctabimus*.

PERCOCTUS, a, um, bens, val valde coctus. *Lucret. l.* 6. *v.* 722. *de Æthiop.* nigra virem percoctaque fæcla calore. *Plin. l.* 21. *c.* 25. *circa med.* Lens non bene percocta.

PERCOGNOSCO, is, a. 3. διαγινώσκω, perfecte cognoſco. *Plaut. Trucul.* 1. 2. 50. Utroſque percognovi utrobidem.

PERCOGNITUS, a, um, probe cognitus. *Plin. l.* 2. *c.* 46. Illos quoque legem naturæ haberc non ignotam, etiamſi nondum percognitam. *Id. l.* 4. *c.* 14. Nam Germania multis poſtea annis, nec tota, percognita eſt.

PERCOLAPHO, as, a. 1. colaphis valde percutio. *Perron. in fragm. Tragur. c.* 44. *Burm.* Ut larvas, ſic iſtos percolaphabant. Al. aliter leg.

PERCOLATIO, onis, ſ. actus percolandi. *Vitruv. ſub fin. l.* 8. Uti percolationibus aquæ tranſmutari poſſint.

PERCOLATUS, a, um, per colum tranſmiſſus. *Plin. l.* 31. *c.* 6. *ſub fin.* Nam in terra marina aqua argilla percolata dulceſcit. Adde *Vitruv. l.* 8. *c.* 2.

PERCOLO, as, a. 1. *colare*, διυλίζω, διηθέω, per colum tranſmitto, totum colo. *Colum. l.* 12. 1. 41. Deinde refrigerantur, & percolantur. *Celſ. l.* 6. *c.* 9. Ia humos percolatus. ¶ Translate *Lucret. l.* 2. *v.* 473. Humor dulcat, ubi per terras crebrius idem Percolatus. *h. e.* tranſmittitus. *Plin. l.* 18. *c.* 21. *circa med.* Terra palvrea ſumma, inferior bibula crebros imbres percolat atque tranſmittit. *Senec. in præfat. ad quæſt. nat. ante med.* Quid enim erat, cur in numero viventium me poſitum eſſe gauderem? ou ut cibos & potiones percolarem? *h. e.* ederem, biberam, & egerercm?

PERCOLO, is, lui, cultum, a. 3. cultorum abſolvo, ſupremam manum addo, polio, perficin, complco. *Plin. l.* 5. *ep.* 6. *ad fin.* Quæ maxima ex parte inchoavi, aut inchoata percolui. ¶ Eſt etiam valde amare, vereri, colere, beneficiis proſequi. *Plaut. Trin.* 2. 2. 4. Patrem tuum ſi percoles. *Ter. h. Hiſt. c.* 82. Multos perfectutis, & procurstionibus, pleroſque ſenatorii ordinis honore percoluit. *Id.* 4. *Ann. c.* 68. Neque omiferat conjugem liberoſque ejus percolere. ¶ Item ornare. *Id. in Agric. c.* 10. Quæ priores nondum comperta, aloquentia percoluere, rerum fida tradentue.

PERCOMIS, me, valde comis. *Cic. in Brut. c.* 58. *ad fin.* Qui peritiſſimus juris, idemque percomis uſi habitue. Al. leg. *patronus*.

PERCOMMODE, adverb. admodum commode. *Cic. pro Cæcin. c.* 27. Hoc loco percommode accidit, quod, &c. *molto accomodamente*, *molto a propoſito*. & *Tuſcul.* 4. *c.* 30. *ſub fin.* Itaque, ſive caſu accidit, ſive conſilio, percommode factum eſt, quod, &c. & *Virg. n. c.* 2. Verum hoc adhuc percommode cadit, quod, &c.

PERCOMMODUS, a, um, valde commodus. *Liv. l.* 22. *c.* 43. Id cum ipſis caſtris percommodum fuit, tum ſalutaris præcipue futurum erat. *molto comodo*, *accontio*.

PERCONTATIO, & Percunctatio, onis, ſ. *vicerca*, *interrogazione*, *dimanda*, inquiſitio, interrogatio. *Cic. de Univ. c.* 2. Ac primum quidem tampue ſalutationibus, reliquum percontatione conſumpſimus. *Caſ. l.* 5. *B. Gall. c.* 13. Nos nihil de eu percunctationibus reperiebamus, niſi certis ex aqua menſuris, breviores eſſe noctes,

quam in continente videbamus. *Cic. de clar. Orat. c. 60. ad fin.* Omnis ille ſermo ductus e percontatione filii, quid in Senatu eſſet actum. *Plin. l. 11. c. 30. de formicæ.* Quæ tunc earum conſurſatio? quam diligens cum obviis quærdam collocutio atque percontatio? ¶ Ponitur a *Cic. 3. de Orat.* inter figuras ſententiarum, *cap. 53.* Et rogatio, atque huic ſimilima quaſi percontatio. *Rogatio*, h. a. interrogatio, differt a *percontatione* in eo, quod illa ſit inſtandi & arguendi cauſa, hæc noſcendi. V. *Percontor* ſub fin.

PERCONTATOR, & Percunctator, oris, m. *circumſpector*, qui percontatur. De eo, qui omnis curioſe inquirit, *Plaut. Men. 5. 5. 31.* Qui te Jupiter dique omnes, percontator, perduint. *Horat. l. 1. ep. 18. v. 69.* Percontatorem fugito, nam garrulus idem eſt.

PERCONTO, as, a. 1. idem quod percontor. *Naviter* apud *Non. c. 7. n. 52.* Docte percontat Enonus, quo pacto Trojam reliquiſſet. *Id. ibid.* Si percontaſſent, malum hoc me præteriſſet. *Apul. l. 11. Metam.* Quod ſedulo percontaveram. ¶ Paſſive *Gell. l. 16. c. 6.* Quære ea potius, quæ a Grammetico quærenda ſunt. nam de ovium dentibus opiniones percontantur. *Apul. l. 1. Metam.* Et percontato pretio, &c.

PERCONTOR, & Percunctor, aris, atus ſum, dep. 1. *interrogare, demandare, vitereare, informarſi, ſpiare, ricinare*, quæro, ſciſcitor, interrogo, inquiro. *Donat. ad Terent. Hecyr. 1. e. e. & Non. c. 1. n. 211. percontor* dici ajunt a *cunto*, quo utuntur nautæ ad explorandam aquæ altitudinem: *percunctor* ab eo, quod a cunctis perquiratur. Utramque notationem ponit etiam *Feſtus*: & priorem eſſe *Veteres Flacci*: ſibique falſam videri: veriorem eſſe alteram, & *percunctor* rectius ſcribi. Ex Orthographis alii o *Verrio* ſtant, alii a *Feſto*. Litem ego non diremerim: tametſi ad *Verrium* inclinat animus. Eſt igitur *percontari*, tentare, inquirere diligenter, ut io cujuſpiam rei notitiam perveniamus. *Cic. 1. de Orat. c. 21.* Quo io genere in nunquam mihi percontaoti, aut quærenti aliquid defuiſti. & *lib. c. c. 71.* Saiſum eſt etiam, quærentibus, & quaſi percontantibus leote reſpondere quod nollent. *Terent. Hec. act.* Modo iſſe dicito ad portum percontatum adventum Pamphili. *Cic. 1. Acad. 1. 1.* Cum totum iter conſumpſiſſet partim io percontando a peritis, partim, &c. *Id. in ſomn. Scip. c. 1.* Ego illum de ſeo regno, ille me de noſtra republ. percontatus eſt. *Id. de vlac. Orat. 1. 46. ſub fin.* Cum percontaretur ex aniçula quadam, quanti aliquid venderet. *Id. c. de Divin. 1. 36.* Solebat ea me Dejotarus percontari noſtri augurii diſciplinam. *Horat. l. 1, ep. 20. v. 26.* Forte meum ſi quis te percontabitur ævum. & *ep. 18. verſ. 96.* Percontabere doctos, Qua ratione queas traducere lenitec ævum. & *ep. 8. v. 13.* Poſt hæc, ut valeat, quo pacto eum gerat, & ſe, Percontare. *Id. l. 1. ſat. c. v. 7.* Hunc ſi perconteris, cur, &c. *Plaut. Capt. 4. 4. 9.* Coquum percontabatur, poſſentne feræ ferveſcere. *Id. Bacch. 4. 1. 4.* Percontarier, utrum aurum reddat, oo, &c. *Id. Aſin. c. c. 76.* Me inſit percootarier, ecquem noverim Demænetum. *Id. Perſ. 4. 4. 49.* Percontari hanc paucis hæc volt. ¶ *Percontari aliquem*, inquirere de aliquo, *informarſi, dimandare di alcuno. Plaut. Aſin. c. 4. in fin.* Tu quoque ſi eſſes percontatus me ex aliis, ſcio pol, crederes quod nunc fers. *Plin. l. 30. c. 2. in fin.* Se evocaſſe umbras ad percontandam Homerum, quanam patria, quibuſque parentibus genitus eſſet. ¶ Apud Rhetores aliud eſt interrogare, aliud percontari. illud enim ab oratore fit inſtando, objurgando, aut reprobandi gratia: hoc ſimpliciter ſciſcitandi, & cognoſcendi. *Quintil. l. 9. c. c.* Quid enim tam commune, quam interrogare, vel percontari? nam utroque utimur indifferenter: cum alterum noſcendi, alterum arguendi gratia videatur adhiberi. Ubi *Burmann.* eos jure reprehendit, qui illud *alterum noſcendi* ad *interrogare* referri putant. V. *Percontatio. Cic. c. de Fin. 1. 1.* Socrates percontando, atque interrogando elicere ſolebat eorum opinionem, quibuſcum diſſerebat. ¶ Percontatum patriſſamiliæ nomen oc quis ſervum mitteret, lege ſuoctum fuiſſe ait Cato ea, qua legem Orchiam diſſuadet. *Feſtus*. ¶ Præclarum monitum eſt illud *Terent. Hec. 5. 3. 16.* Tua quod nihil refert, percontari deſinas. Quod *Plaut.* dixit *Stich. 1. 1. 48.* Tua quod nihil refert, oc curcs.

¶ Paſſive. V. *Percunctor.*

PERCONTUMAX, acis, valde contumax. *Terent. Hecyr. 3. 5. 54.* Percontumax rediſti huc nobis, Pamphile.

PERCOPIOSE, adverb. copioſiſſime. *Sidon. l. 4. ep. 7. ſub fin.* Percopioſe me officii votivi compotem fecit.

PERCOPIOSUS, a, um, valde copioſus. *Plin. ep. 31. l. 9.* In quibus quidem percopioſus fuiſti.

PERCOQUO, is, oci, octum, a. 3. perfecte coquo. *Plin. l. 23. c. 7. circa med.* Bubulas carnes additi caules magno ligni compendio percoquunt. *Ovid. de remed. amor. v. 83.* teneras mora percoquit uvas. *maturat.* & *Lucret. l. 6. v. 858.* Percoquere humorem. *h. e.* calefacere.

PERCOSIUS, a, um, Περσήϊος, ad Percoten pertinens. Percoſia conjux apud *Val. Flacc. l. 3. v. 10.* eſt Clytæ, vel Clitæ, Καίτης, filia Meropis Percoſii (ut eſt apud *Apollon. lib. 1. v. 975.*) uxor Cyzici regis Propontidis.

PERCOTE, es, f. Περκώτη, oppidum Troadis cum monte ad oſtia Æſepi fluvii, io o a Myſiæ. *Plin. l. 5. c. 32.* Deinde percote oppidum & Lampſacum, antea Pityuſa dictum. *Val. Flacc. lib. 2. v. 622.* Jam juga Percotes, Parianique infame fragoſis Exſupecant, Pityamque vadis.

PERCRASSUS, a, um, valde craſſus. *Colſ. l. 5. c. 26. fcil. 19.* Melicera mala eſt, multo, & percreſſa.

PERCREBRESCO, is, brui, & bui, n. 3. *divulgarſi, farſi pubblico*, διαβοώμαι, creber fio in uſu & ſermone hominum, divulgor. Præteritum maxime eſt io uſu: in quo tertium e ofus ſæpe extenit. V. *Crebroſco. Cic. Attic. l. 1. ep. 1.* Ita quidam ſpero nobis profici, cum hoc percrebreſcit, plurimos noſtros amicos ioveniri. *Id. Verr. 2. c. 1.* Inveteravit tam opioio, quæ non modo Romæ, ſed & apud exteras nationes omnium ſermone percrebuit. *Id. Verr. 4. c. 23.* Res percrebuit: io ore atque ſermone omnium cæpit eſſe. & *Verr. 6. cap. 30. & 43. & lib. 12. Fam. ep. 10.* Cum hæc omnino fama de noſtrorum hominum avaritia & cupiditate percrebuerit. *Caſ. lib. 3. B. Civ. c. 43. extr.* Cum fama per orbem terrarum percrebuiſſet, illum a Cæſare obſideri. *Tacit. Ann. 12. c. 6. extr.* In fratrum diſſidia conjugia aliis gentibus ſolemnia, nec ulla lege prohibita: & ſobrinarum diu ignorata, tempore addito percrebuiſſe. *effetti reſi frequenti.*

PERCREPO, as, pui, pitum, *rifonare, ſtrepitare*, valde crepo, reſono, perſono, perſtrepo. *Cic. 7. Verr. c. 13.* Locum illum litoris percrepare totum multitudinis vocibus, cantuque ſymphoniæ. *Lucil.* apud *Non. c. 4. n. 63.* Percrepa pugnam Pompilii, facta Cornelii cane. *h. e.* dic, prædica, lauda.

PERCRESCO, is, a. 3. valde crefco. *Quintil. l. 7. c. 1. ante med.* Via quæſtionum percreſcere debet, & ad potentiſſima ab infirmiſſimis pervenire. Alii rectius leg. *ſemper creſcere.*

PERCRIBRATUS, a, um, cribratus. *Scribon. Larg. compoſ. 269.* Res, quæ infra ſcriptæ ſunt, contuſæ, & percribratæ.

PERCRIBRO, as, a. 1. cribro, aut diligenter cribro. *Scribon. Larg. compoſ. 87.* Contunditur croctum, percribratur.

PERCRUCIO, as, a. 1. valde crucio. *Plaut. Bacch. 5. 1. 13.* Hoc, hic eſt, quod peraceſſit: hoc eſt demum, quod percrucior.

PERCRUDUS, a, um, valde crudus, immaturus. *Colum. l. 12. c. 50.* Pruna purpurea cum immatura, non tamen percruda legecie. *Vitruv. l. 10. c. 20. ſub fin.* Virgæ ceeberrimæ teatæ, percruda coriis conſutæ.

PERCUDO, is, di, a. 3. valde cudo, & ferio, cudendo perforo. *Colum. l. 8. c. 5. a med.* Die undevigeſimo animadvertat, an pulli roſtellis ova percuderint; & auſcultetur, ſi pipiant.

PERCULSUS, us, m. percuſſio, quaſſatio. De fcato caſu ſingulari *Tertullian. de anim. c. 50. ſub fin.* Nevigia inteſtino percuſſu deſidunt.

PERCULSUS, a, um, *atterrato, abbattuto, ſmarrito, διαπλαγείς*, valde ictus, & loco motus, labefactus, concuſſus, proſtratus. *Cic.* verſeos *Homeri* carmen in *lib. de Gloria*, apud *Gell. l. 15. c. 6.* Qui quondam Hectoreæ percuſſus concidit enſe. *Catull. carm. 63. de nupt. Pel. v. 363.* arcelſo coacervatum aggere buſtum Excipiet niveos percuſſæ virginis artus. *h. e.* Polyxenæ mactatæ ad Achillis tumulum. Alia ſunt quamoluminoa, quæ afferri poſſent: ſed *percuſſus*, & *perculſus* paſſim coalubere librarii: ut Eruditi jam obſervarunt. Vide, ſi lubet, *Bentley. ad Horat. epod. 11. v. 2. Burmann. ad Ovid. 4. Met. v. 138. Drakenborch. ad Sil. l. c. v. 623.* & *Oudendorp. ad Lucan. l. 1. v. 487.* ¶ Translate *Flor. l. 4. c. 3.* Perculſum undique, & perturbatum ordinavit imperii corpus. ¶ Sæpe refertur *ad animum*, & eſt valde commotus, turbatus, aatercitus, conſternatus, abjectus, *coſternato, abbattuto, ſbigottito, ſgomentato. Cic. ad Brut. ep. 3.* Timore quodam perculſa civitas. *Liv. l. 4. c. 31. ſub fin.* Exercitus ab re male geſta perculſus, *abbattuto d' animo.* & *Caſ. l. c. B. Civ. c. 12.* Hoſtes turris repentina ruina commoti, inopinato malo turbati, deorum ita perculſi, urbis diceptione perterriti. *Tacit. 1. Ann. c. 28.* Ut ſunt mobiles ad ſuperſtitionem perculſæ ſemel mentes. & *lib. 2. c. 46. ad fin.* Sperabatur rurſum pugna, oi Marobodnus caſtra io colles ſubduxiſſet. id ſignum perculſi fuit. & *lib. 1. c. 12.* Perculſus improviſa ioterrogatione, paulum reticuit. *ſorpreſo.* ¶ Item ictus, offeſus, *colpito, percoſſo. Nep. in Eum. c. 5.* Hac ille perculſus plaga non ſuccubuit, neque eo ſeius bellum adminiſtravit. ¶ Item de ſtatu dejectus, fortunis, aut vita ſpoliatus, everſus, *rovinato. Cic. Catil. 2. c. 1. ad fin.* Jacet ille nunc proſtratus, & ſe perculſum atque abjectum eſſe ſentit. *Tacit. 14. Annal. c. 57.* Perculſo Seneca, promptum fuit Rufum Fenium immittere. & *lib. 13. c. 32.* Reddit ur ordini Varius conſilacis, avaritiæ cæmmibus olim perculſus.

PERCULTOR, oris, m. diligens & aſſiduus cultor. *Aurel. Vict. de Cæſarib. c. 1. de Aug.* Doctorum, qui abunde erant, neceſſariorumque percultor.

PERCULTUS, a, um, valde politus, ſeu ornatus. *Plaut. Pan. 1. 2. 12.* N ſi perculte eſt, meo animo quaſi illiuta eſt.

PERCUNCTOR, &c. V. *Percontor.*

PERCUPIDUS, a, um, valde cupidus. *Cic. l. 2. Fam. ep. 7.* Cognovi Hortenſium percupidum tui.

PERCUPIO, is, a. 3. valde cupio. *Plaut. Aſin. 1. 1. 61.* Percupio obſequi gnato meo. *Terent. Enn. 5. 2. 57.* Viſne, domi opperiamur? *Ch.* imo percupio.

PERCURATUS, a, um, perfecte curatus, ſanatus. *Liv. l. 21. c. 57.* Vixdum ſatis percocato vulnere. *Senec. de Tranquil. c. ult. circ. med.* Quidquid imbecillum in animo, nec percuratum eſt, exulcerat.

PERCURIOSUS, a, um, valde curioſus, πολυπράγμων. *Cic. pro Cluent. c. 62.* Nicoſtratus fidelis Oppioici ſervulus, percurioſus, & minime mendax.

PERCURO, as, avi, atom, a. 1. *curare, ſanare affatto*, πανδηρατεύω, plane curo, perfecte ſano. *Senec. ep. 94. ante med.* Percurare mentem ægram, & vitiis liberare. *Id. l. 3. quæſt. nat. c. 1. ad fin.* Quædam aquæ invetecata, & deſperate a medicis vitæ percurant. *Colum. l. 6. c. 12.* Si ſuppuraverit, tarde percurabitur. *Plin. l. 30. c. 8.* Id faciendum quotidie, donec ſtrumæ percurentur.

PERCURRO, is, percurri, & percucurri, urſum, a. 3. *correre affoè fino a qualche luogo*, διατρέχω, valde curro uſque ad eliquem locum. *Terent. Heaut. 4. 4. 9. Bacch.* Audiſti, modo iſte homo quam villam demonſtravit Charini? *Phry.* audivi. *Bacch.* proximam eſſe

huic

huic fundo ad dextram? *Phry.* memini. *Bacch.* Curriculo percurset. *Id. Andr.* 2. 2. 18. Continuo ad te properans percurro ad forum, ut dicam tibi hæc. *Cæs. ad Cicer. l.* 8. *Fam. ep.* 16. *ad fin.* Priusquam ad urbem accederem, ubicumque esses, ad te percurrissem. *Liv. l.* 26. *c.* 25. Inde citato equo Cales percurrit. ¶ Item per varia loca curro, obeo, lustro, *ferrere*, *trasferrere*. *Cæs.* l. 1. *B. Civ. c.* 25. Ausimo Cæsar progressus, omnem agrum Picenum percurrit. *Hirt. l.* 8. *B. Gall. c.* 46. Cum celeriter omnes convenirent percucurrisset. *Flor. l.* 4. *c.* 12. *ante med.* Primum domuit Ulipetes, inde Tenstheros percucurrit, & Cattos. *Cæs. l.* 4. *B. Gall. c.* 33. *in f.* Per temonem currus percurrere. *Lucret. l.* 6. *v.* 668. Perque mare & terras impidus percurrere turbo. *Ovid. Met.* 10. *v.* 654. Posse putes illos sicco freta radere passu, Et segetis canæ flantes percurrere aristas. *Virg.* 8. Æn. *v.* 391. tonitru cum rupta corusco Ignea cima micans percorrit lumine nimbos. *Propert. l.* 1. *el.* 3. *v.* 31. diversas percurrens luna fenestras. *trapassando*, *penetrando*. *Lucret. l.* 4. *v.* 589. *da Pane*. Unco saps labra calamos percurrit hiatus. *Ovid.* 2. *Amor. el.* 4. *v.* 27. Hæc quæsulas egili percurrit pollice chordas. *Virg.* 7. Æn. *v.* 14. Arguto tenuis percurrit pectine telas. *Mercial. l.* 3. *epigr.* 82. Percurrit agili corpus arte tractatrix, Manumque doctam spargit omnibus membris. *Pallad. l.* 1. *cit.* 6. *ante med.* Hortus, qui spatano humore percurritur. *Plin. l.* 13. *c.* 11. *sub fin.* Percorritur glutino charta. *h. e.* contingitur glutino obiqua. *Val. Flacc. l.* 6. *v.* 63. triplici percurrens tempora nodo. *h. e.* circumedans. ¶ Transtare *Cic.* 5. *Verr. c.* 42. *ad fin.* Per omnes civitates percurrit oratio mea. *Suetan. in Ner. c.* 3. Restitutor in petitum amplissimos honores percucurrit. *h. e.* unum post ultum brevi tempore affectatus est, & gessit. *corse per tutti gli onori*. *Plin. l.* 29. *c.* 8. *a med.* Grato mensa odore percurrit in rusticis dapibus. *va per tutte le tavole*. ¶ Pro stabilitum attingere, brevitas dicere. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 14. Faciles partes ea fuerunt duæ, quas modo percucurri, vel potius pene præterii. *ho scorso brevemente*. *&. l.* 2. *cap.* 47. Quæ vade brevitas a te de ipsa arte percursa sunt. *Id.* 2. *de Divin. c.* 46. Multas res oratione percurrere. *Vellej. l.* 2. *c.* 38. Paucis percurrere, quæ cujusque ductu gesta, &c. *Plin. l.* 35. *c.* 8. Nunc celebres in ea arte quam maxime brevitate percurram. *h. e.* percensebo. *Virg.* 6. Æn. *v.* 627. Omnia pœnarum percurrere nomina possim. ¶ Refertur ad animum, & significat cogitatione complecti, perpendere, perdiscere. *Horat. l.* 1. *od.* 28. *v.* 5. Aerios tentasse domos, animoque rotundum Percurrisse polum. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 50. Est boni oratoris multa auribus accepisse, multa vidisse, multa animo & cogitatione, multa etiam legendo percurrisse. ¶ Et ad oculos. *Horat. l.* 2. *sat.* 5. *v.* 54. folas multisne cohaeres, Veloxi percurre oculo. *scorri con l'occhio*. & absolute *Id. Epist. l.* 6. *v.* 600. campis intendere suadet, Dum datur, ardenesque viri percurrere pugnas. *guardare*, *contemplare*. & *Colpurn. Ecl.* 1. *v.* 24. tu potes alto Cortice describtas actius percurrere versus. *leggere*. Sic *Liv. l.* 9. *c.* 18. *a med.* Pagimus in annalibus magistratuum, fastisque percurrere licet. ¶ Passive impersonaliter *Cic.* 2. *de Orat. c.* 80. Si sic consistatur aliquando, ac non ista brevitate percurritur. *h. e.* usque ad finem orationis cuiritur.

PERCURSATIO, onis, f. *scorso*, *discorrimento*, διάδρομη, actus percursandi, peragmtio, excursio. *Cic. Phil.* 2. *c.* 25. Italiæ rursus percursatio eadem comite animi. A de cap. 39.

PERCURSIO, onis, f. actus percurrendi. *Cic.* 4. *Tusc. l.* 13. *extr.* Pronter animi multarum rerum brevi tempore percursionem. ¶ Est etiam figura rhetorica semeruarum, ἐπιπερισσολογία, cum dictoria plura inter se velociter oratione percurrimus, ut Cæsar in Italiam evolamt, Corfinium pagsidio defectum ceperat, urbe potiebatur, Pompeium persequebatur. Ita *Aquila Romanus de figur. sententiar. Cic.* 3. *de Orat. c.* 53. Nam & commoratio una in re permultum movet, *&c.* & huic contraria sæpe percursio. Ita quidam leg. ex MSS. plerique elit *præcisio*.

PERCURSO, as, avi, atum, n. t. frequent. a percurro. *Liv. l.* 23. *c.* 48. Jam latronum modo percursans totis finibus nostris. *Plin. in Panag. c.* 12. *extr.* Nostra agmina percursare cupes gaudebant.

PERCURSOR, oris, m. qui percucurit. *Lactant. l.* 6. *c.* 7. Percusor viæ. *Al. leg.* præcursor.

PERCURSUS, a, um, *scorso*. *Cic.* 2. *de Or. c.* 35. Ut omnes eas diligentes, & memores, & sobrii oratores percursas animo, & prope decant eas habere debeant. *Tacit.* 4. *Ann. c.* 40. Suis in cum beneficiis modice percursis.

PERCUSSIO, onis, f. *percotimento*, *percossa*, *picchiata*, πλῆξις, actus percutiendi, ictus, verberatio, pulsatio. *Cic.* 3. *Tusc. c.* 26. Mulierbres lacerationes genuum, pectoris, stimiorum, capitis percussiones. *Id.* 3. *Offic. c.* 29. Ut digitorum percussione heres posset sciri pus esse. *h. e.* digitis concrepando, ut paulo ante dixerat. *Gell. l.* 5. *c.* 25. Non enim percussus aer, sed plaga ipsa atque percussio vox est. ¶ Est etiam ictus, seu dimensio temporum in metris, & numeris oratoriis. V. *Ictus*. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 47. Sed sunt insignes percussiones eorum numerorum, & minuti pedes. *Id. in Orat. c.* 58. *extr.* Non sunt *in* oratione, tanquare tibicini, percussionum modi, &c. Adde *Quintil. l.* 9. *c.* 4. *ante*, *& circa med.* Sic *Id. l.* 11. *c.* 3. *a med.* Sunt quædam latentes sonmonis percussiones, & quasi aliqui pedes, ad quos plurimorum gestus cadit: ut fit unus motus, *Novum crimen*: altee, Cæ *Cæsar*: tertius, *& ante hunc diem*: quartus, *inauditum*: deinde *propinquus meus*? &, *ad te Q. Tubero detulit*. Loquitur *Quinct.* de gestu manus, quæ varia cadendo vasoum percussiones imitatur.

PERCUSSOR, oris, *m. percussare*, *ferutore*, πλήκτης, qui percutit, ferit, occidit. *Plin. l.* 8. *c.* 16. *a med.* Leo vulneratus observatione mira percussorem novit, & in quantalibet multitudine appetit. ¶ Specialim eō sicarius, qui ad occidendum mercede conducitur, *sicario*. *Cic.* 2. *Phil. c.* 29. *ad fin.* Domi Cæsaris percussor ab ipso missus, deprehensus dicebatur esse cum sica. *Flor. l.* 3. *c.* 21. Massivam immisso percussore coatecit. *Suetan. in Ner. c.* 43. Percussores submittere, exercitus & provincias regentibus. *& cap.* 34. Percussor subornatus alicui.

PERCUSSŪRA, æ, f. percussio. *Apul. de herb. c.* 32. Percussura ferro, vel fuda facta. *Veter. l.* 2. *c.* 20. *de re veterin.* Si animal oculum ex percussura laserit.

PERCUSSUS, a, um, *battuto*, *ferito*, *percosso*, ictus, pulsatus, vulneratus. *Virg.* 7. Æn. *v.* 190. Percussus virga. *Varr. l.* 1. R. R. *c. ult.* cultello concidit. *Cic. pro Dom. c.* 5. & *Plaut. Stich.* 4. 2. 33. lapide. *Propert. l.* 2. *el.* 2. *v.* 13. vulnere. *Ovid. Met.* 6. *v.* 80. Terra percussa de cuspide. *Id.* 2. *Trist. el.* 2. *v.* 85. cymba vasta percussa procella. *& lib.* 4. *el.* 2. *v.* 5. victima colum percussi securi. *Propert. l.* 2. *el.* 16. *v.* 28. Auriculæ voce percussæ. *Sil. l.* 10. *v.* 166. quercus percussa Jovi. *h. e.* ab Jove. *Cic. Catil.* 3. *cap.* 8. Turres de cælo percussæ. *h. e.* fulmine ictæ. *Ovid.* 3. *Amor. el.* 12. *v.* 40. Duraque percussam saxa fecsta lyram. *fonata*. & *Met.* 10. *v.* 259. aer percussus pedis. *h. e.* alis pulsatus. *& lib.* 6. *v.* 63. Qualis ab imbre solet percussus folibus ardens. *l'incita investita*, *percosso da' raggi solari*. Sic *Lucret. l.* 2. *v.* 799. color percussus luce refulget. ¶ Translatum ad animum. Neque enim admittitur ab Eruditis, quod *Agroet.* tradit de *Orthogr. pag.* 2174. *Postsch.* de corpore *percussum* dici, *percussum* de animo: sed utrumque de utroque recte phorica adhiberi, quamvis libearii passim ista confunderint. Itaque *Bentlej.* in Jenit illud *Horat. epod.* 12. Petti, nihil me, sicut antea, juvat Scribere versiculos amore percussam gravi. (percussus *amore*, ut *amore saucius*, habetur etiam apud *Virgil.* 2. *Georg. v.* 470. & Æn. 9. *v.* 197. ea plurib. & meliorib. MSS. teste *Pricio* his locis, & *lib.* 2. *v.* 517. & apud *Sext.* 4. *Theb. v.* 260. quæ *Bentlej. ibid.* congessit.) *Cic. pro Mur. c.* 24. Homines percussi sallusti temporis calamitate. *Id.* 2. *Acad. c.* 3. *a med.* Fortunæ gravissimo percussus vulnere. *Id.* 9. *Fam. ep.* 25. Recente percussus atrocissimus litteris. *Sil. l.* 5. *v.* 387. prælago percussus pectora luctu. *Val. Flacc. l.* 7. *v.* 475. extremo percussa dolore. *Senec. in Troadib. v.* 674. Deo percussa Mænas. V. alia huc pertinentia in *Percutio*.

PERCUSSUS, us, m. percussio, ictus. In textu sacro sing. *Senec. l.* 2. *quæst. nat. c.* 6. Vox est intentio aeris lingua formata percussi. *Plin. l.* 7. *c.* 51. Venarum inæqualibi, aut formicante percussio. *Ovid.* 2. ex *Pont. ep.* 7. *v.* 40. caducis Percussa crebro saxa cavantur aquis.

PERCUTIO, ūtis, ūssi, ūssum, *battere*, *ferire*, *percuotere*, colo, *vedere*, valde quatio, pulso, verbero, cædo, ferio: a per & *quatio*. *Tibull. l.* 2. *el.* 6. *v.* 31. Janua sed plena est percutienda manu. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 69. Cum Cato percussus esset ab eo, qui arcane ferebat. *Ovid. Heroid. ep.* 4. *v.* 93. Claris erat filvis Cephalus, multaque per herbam Coo iderant, illo percutiente, feræ. *Id.* 5. *Met. v.* 384. loque cor humate percussit crudine Ditem. *& lib.* 14. *v.* 300. Percutiumque caput convexæ verbere virgæ. *Id.* 3. *Fast. v.* 588. Percutitur rapido pumilis aduncа moto. *Cic. in Pison. c.* 34. Tu Rabocentum fecuei percussisti. *Id.* 3. *de nat. Deor. c.* 35. Hunc nec Jupiter fulmine percussit. *Horat. l.* 2. *sat.* 3. *v.* 237. si camenam pe cossi forte. *fyncope pro* percussisti. *Ovid. 4. Met. v.* 138. Percutit indignos claro plangore lacertos. *Val. Flacc. l.* 5. *v.* 200. reixtoque sonantem Percutit ore lyram. *Alhinov. el.* 2. *v.* 51. lyram plectro percussit eburno. *Senec. in Here. fur. v.* 814. Pace sit oculos lucis ignotæ nitor. *Id. in Agam. v.* 634. Percussit aures taciture murmur. ¶ *Percutere fudes*, icere, jungere. *Hirt. de B. Alex. c.* 44. Cum M. Octavium audiret cum Barbaris fœdera percussisse. *Justin. sub fin. l.* 43. Fœdis suo jure percussum. ¶ *Percutere venam*, incidere, *aprir la vena*. *Senec. ep.* 70. *a med.* Ad extremum dum corpus vena percutitur. ¶ *Percutere fossam*, cavare. *Plin. l.* 10. *ep.* 50. Per eadem loca invenio fossam a cepe percussam. Adde *Frontin. l.* 3. *Strategem. c.* 27. *circa med.* ¶ *nummum*, cudere, *battere*. *Suetan. in Aug. c.* 94. *extr.* Ut nummum argenteum nota fuderit Capitolini percuserit. *Id. in Ner. c.* 25. Qua nota etiam nummum percussit. Hinc translate *Senec. ep.* 34. *extr.* Omnia facta dictaque tua inter se congruant ac respondeant sibi, & una forma percussa sint. ¶ Percutere in Bacc Liberi, *Plaut. Cas.* 3. 5. 16. se inebriare. Sic *Enn.* apud *Fulgent. Plane. de perfe. verm.* Nimirum fauciavit se flore Liberi. ¶ Percutere aliquem palpu, *Plaut. Asin.* 1. 3. 28. blanditiis quasi demulcere & lenire, adulari. ¶ *Percutere aliquem*, multare, fraudare, spoliare aliqua re, dolo tangere, de ipsa. *Id. Pseud.* 2. 2. 9. Jam pol ego hunc stratioticum nuntium advenientem probe percutiam *Cic. pro Flac. c.* 20. Hunc Hermippum, homioem eruditum, civem suum, cui debebat esse notissimus, percussit. ¶ Eo evertere, percellere, boais & vita spoliare, *svomare*. *Suetan. in Calig. c.* 35. Ptolemæum accusatione regno & exceptum hospitio, non alia de causa repente percussit, quam quod, &c. ¶ Sæpe refertur ad animum, & significat pulsare, afficere, & quasi vulnerare dolore, suspicione, desiderio, aliove sensu, re *care fol vivo*, *ferire*. *Cic. Attic. l.* 3. *ep.* 12. Percussisti me etiam de oratione prolata. cui vulneci medere, si quid potes. *Id. pro Mil. c.* 29. Quonam modo ille vos vivus afficeret, qui mortuus tiraui cogitatione percussit? *Lucret. l.* 1. *v.* 921. acri Percussit thyrse laudis spes magna meum cor. *& lib.* 2. *v.* 885. Tum porro quid id est, animum quod percutit ipsum, Quod removet, *&* varios sensus exprimere cogit? *Horat. l.* 1. *od.* 7. *v.* 10. Me neque tam patiens Lacedæmon, Nec tam Larissæ percussit campus opimæ, Quam, &c. *Cic. Attic. l.* 4. *ep.* 8. Audivi ex Gavio, Romæ esse hominem, & fuisse assiduum, percussit animum. *h. e.* suspicionem in-

jecit, (Adda *Terent. Andr. 1. 1. 98.*) *Senec. ep.* 41. Animum tuum quadam religionis ſuſpicione percutiet. *Cic. a. de Orat. c. 67. ſub fin. de arte rhetorica.* Utendum eſt imaginibus acutis, acribus, inſignitis, quæ occurrere, celeriterque percutere animum poſſint. *Id. 5. Tuſcul. c. 11.* Quodcumque noſtros animos probabilitate percuſſit. ¶ In quibuſdam ex athletis locis nonnulli verbum *percello* ſubſtituunt præſertim in præterit. ubi magna inter *percuſſi*, & *percuſſi* litterarum ſimilitudo eſt. Sed *percello* majorem vim habet, nempe tenta vi percutere ſignificat, ut non ſolum pulſes, ferias, ſed proſternas, & everſas. V. *Bentlej. ad Horat. epod.* 11. *v.* 2.

PERDAGATUS, a, um, indagatus. *Claud. Mamert. l. 2. c. 3.* Philoſophorum voluminibus perdagatis.

PERDECORO, as, um, valde decorus. *Plin. l. 3. ep. 9. a med.* Eſt alioqui perdecorum.

PERDELEO, es, evi, etum, a. 2. omnino deleo. *Tertull. adverſ. Jud. c.* 11. Interficite omnes, ut perdeleantur. Adde *Veget. l. 3. c. 20. a med. de re milit.*

PERDELIRUS, a, um, valde delirus. *Lucret. l. 1. v. 693.* Quod facit hic idem, perdelirum eſſe videtur.

PERDENSUS, a, um, valde denſus. *Colum. l. 3. c. 12.* Perdenſam humum cæſtæſve aquas non ſorbere.

PERDER, *Perdere* pro *perdere*, inferto *d*, ut in *redro*, legitur apud *Plaut. Pœn. 4. 2. 62.* ubi alii aliter.

PERDERPSO, le, ui, a. 3. obſcena ſignificatione *Catull. in Gell. epigr. 73.* Patri perdepſuit ipſam Unarem. Sunt qui leg. *perdeſpuit*, quod *Scalig. ibid.* improbet.

PERDICALIS, le, ad perdices pertinens, ut Perdicalis herba, eadem quæ perdicium. *Apul. de herb. c. 81.*

PERDICIUM, ii, *n.* nomen eſt duarum herbarum, quarum una etiam helxine dicitur, alia etiam parthenium, Latine urceolaris. *Plin. l. 22. c. 67.* V. *Helxine*, & *Parthenium*.

PERDICO, is, xi, ctum, a. 3. idem ac dico. *Alcim. Avit. l. 5. v. 607.* vim hæc perdiaseſt, illi Profiliont.

PERDIFFICILIS, le, συγγενικῶς, valde difficilis. *Cic. in Partit. c. 24.* Quæ perdifficilia ſunt, perinde habenda ſæpe ſunt, ac ſi aſſiſti non poſſiat. *Id. 1. de nat. Deor. c. 3.* Perdifficilis, & perobſcura quæſtio eſt de natura deorum.

PERDIFFICILITER, adverb. valde difficiliter. *Cic. 4. Acad. c. 15.* Quæ perdifficiliter, internoſcuntur tamen.

PERDIGNUS, a, um, valde dignus. *Cic. Fam. 13. ep. 6. a med.* Sed tamen ſuſpicor, ipſum homiocm, quem tibi commendo, perdignum eſſe tua amicitia.

PERDILIGENS, tis, valde diligens. *Cic. ad Q. Fr. l. 3. ep. 5. ſub fin.* Res operoſa eſt, & hominis perdiligentis.

PERDILIGENTER, adverb. valde diligenter. *Cic. Attic. l. 1. ep. 11.* Duobus epiſtolis ſuis perdiligenter in eadem rationem ſcriptis. Adde *de clar. Orat. c. 3. extr.*

PERDISCO, is, didici, a. 3. perfecte diſco. *Cic. pro Balb. c. 20. ad fin.* Omnia jura belli perdiſcere, ac noſſe potuiſſe. *Plaut. Aſin. 1. 3. 35.* Perdidici iſthæc eſſe vera. *Tibull. l. 1. el. 10. v. 65.* At tua perdidicit, nec tu. ſtultiſſime, fertis.

PERDISERTE, adverb. valde diſerte. *Cic. 1. de Orat. c. 14.* Conſtat, perdiſerte populo rationem ſui operis reddidiſſe.

PERDITE, *ſuperſtitioſe*, *perdutamente*, *de diſperato*, *deshoneſte*, more perditi hominis, flagitioſe, nequiter, ſcelerate. *Cic. Attic. l. 9. ep. 2. a med.* Qui hic poteſt ſe gerere non perdite? ¶ Item vehementer. *Terent. Heaut. 1. 1. 45.* Ejus filiam amare cœpit perdite. *Inconſideratamente*, *ſino ad andarle perduto dietro*. & *Quintil. l. 2. c. 12.* Perdite conari. *Fare ogni ſforzo.*

PERDITIM, perdite. *Afran.* apud *Chariſ. l. 2. pag. 191. Putſch.* Quia ſcit, me illam amare perditim.

PERDITIO, onis, f. amiſſio, exitium, ruina. *Gliſſ. ver.* Perditio, ἀπώλεια. *Alcim. Avit. l. 4. v. 238.* poſtquam percurrere coptum Perditionis iter ſtetuit. Addunt & loc. *Plin. l. 9. c. 35. circa med.* ſed aliter ibi eſt legendum.

PERDITOR, oris, m. *ruinatore*, qui perdit. *Cic. pro Planc. c. 36. in fin.* Ut idem perditor ceipubl. nominarer, qui ſervator fuiſſem. *Id. in Piſon. c. 34. ad fin.* Vexator, & perditor.

PERDITRIX, icis, f. quæ perdit. *Tertull. in Exhortat. ad Caſtit. c. ult.* Luxuria perditrix caſtitatis.

PERDITUS, a, um, *mandato male*, *rovinato*, *perduto*, *irreparabile*, ἀνάλωτος, proſligatus, amiſſus. *Plaut. Trin. 4. 3. 44.* Si quis mutuum quid dederit, fit pro proprio perditum. *Cic. 2. Verr. cap. 5.* Claſſes optimæ, atque opportuniſſimæ, cum magna ignominia populi R. amiſſæ & perditæ. *Id. pro Cæcin. cap. 31.* Obrutis rebus omnibus, & perditis. *Id. 2. Verr. c. 3.* Senatorie judicia perdita profligataque eſſe arbitratur. Ubi *Aſcon.* Perditum eſt, quod invenire non poteſt: proſligatum, quod poteſt. *Cic. 5. Tuſcul. c. 12.* Perdita valetudo. *Id. Attic. l. 8. ep. 11. a med.* Nihil fieri poteſt miſerius, nihil perditius, nihil fœdius. *Terent. Eun. 2. 2. 27.* Quibus & re ſalva, & perdita profueram. *Id. Andr. 3. 5. 12.* Tibi ego credam, furcifer? Tu rem impeditam & perditam reſtituas? *Sen. l. 1. Achill. v. 5ſte.* Et tenuare rudes attrito pollice lanas Demonſtrat, reficitque colos, & perdita dure Penſa manu. *il compito ſtracciato*, *ſtropicciato*. ¶ Sæpe de eo dicitur, cujus de ſalute nulla ſpes, *diſperato*, *perduto*. *Ovid. 1. ex Ponto ep. 3. v. 90.* Nec juvet admota perditus ægre aqua. *Id. 3. Amor. el. 6. v. 80.* Atque ita ſe in rapidas perdita miſit aquas. *Plaut. Rud. 5. 1. 3. Bacch. 5. 1. 6. & Curcul. 5. 2. 44.* Perditus ſum. *ſon perduto*, *ſono in malora*, peri. ¶ Item de eo, cujus res & fortunæ peſſimo loco ſunt, afflicto, jacente. *Cic. Fam. 14. ep. 1. ad fin.* Per fortunas vide, ne puerum perditum perdamus. *Id. Phil. 2. c. 32.* Quem plane perditum ære alieno ſentiemque cognoverat, &c. *follito*, *ſpiantato*. & *pro Mur. c. 40.* Squalore ſordidus, confectus morbo, lacrymis ac mœrore perditus. *Id. Verr. 5. c. 26.* Tu omnium mortalium profligatiſſime ac perditiſſime. ¶ Refertus etiam ad mores, & dicitur de iis, quorum vita adeo coinquinata eſt, atque improba, ut corrigi poſſe non videatur. *Cic. Tuſcul. 4. c. 25. a med.* Adoleſcens perditus ac diſſolutus. *Id. 5. Verr. c. 58.* Homo contaminatus, perditus, flagitioſus. *Id. pro Roſc. Amer. c. 23. in fin.* Oportet offendere & mores feros, immanemque naturam, & vitam vitio, flagitiſque omnibus deditam, & denique omnia ad perniciem proſligata atque perdita. *Catull. carm. 42. in Maſtam*, *v.* 13 o lutum, lupanar, Aut ſi perditus poteſt quid eſſe. ¶ De eo, qui vehementer deperit, immodoreteque amat, *Plaut. Ciſtell. 2. 2. 13.* Amore hæc perdita eſt. *Propert. l. 1. el. 13. v. 7.* Perditus in quadam tarde pallefecere curis Incipis. ¶ Pro impotenti, vehementi, *Quintil. declam. 19. c. 6.* Perditus dolor. *Cornif. carm. 8p. in Gell. v. 2.* Perditus emor. *Cic. pro Cluent. c. 13.* Homo perdita nequitia, & ſumma egeſtate. *Id. Agrar. 2. c. 20. extr.* Conſilia diſſoluta atque perdita. *deſperati*.

PERDIU, valde diu. *Cic. Attic. l. 3. ep. 22.* Perdiu nihil erem audituruc.

PERDIVES, itis, πολυχρήματος, valde dives. *Cic. Attic. l. 6 ep. 2.* Amici regis duo, treſve perdivites ſunt.

PERDIUS, a, um, *mattiniero*, qui per diem vigilat. *Gell. l. 2. c. 2.* Stare ſolitus Socrates dicitur, pertinaci ſtatu perdius atque pernox, a ſummo lucis ortu ad ſolem alterum orientem. *Apul. l. 1. Meta. l.* Et perdia, & pernox non deſinis cruciatum. *& lib. 9.* Ego miſera & pereox & perdia lanificio nervos meos contorqueo.

PERDIUTURNUS, a, um, qui valde diu durat. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 33.* Quæ aut ſempiterna ſit, neceſſe eſt, hoc eodem ornatu quem videmus, aut certe perduturæa, permanens ad longinquum, & immenſum pæne tempus. *Id. pro Sext. c. 27.* Cum Armeniorum rege Tigrane gravi bellum, perdiuturnumque peſſimus.

PERDIX, icis, m. & f. *pernice*, *uccello*, ἡ, *sorta d'*, avis montana ſatis nota, de cujus natura *Plin. l. 10. c. 33.* multa. *Varr.* apud *Non. c. 3. v. 163.* Perdices Bœotiæ. *Martial. l. 3. epigr. 58.* Et picta perdix, Numidicæque guttatæ. & *lib. 13. ep. 65.* Ponitur Auſoniis avis hæc rariſſima menſis. *Plin. loc. cit. in fi.* Perdicum vita ad ſedecim annos durare exiſtimatur. *Serv. Sammon. c. 23. v. 264.* Seu tbi perdicis pariā cum pondere mellis. ¶ In fabulis Perdix fuit filius ſororis Dædali, qui a matre traditus avunculo, ut artes fabriles diſceret, ferram & circinum invenit: cujus rei invidia a tanti a Dædalo percepto actus, a Pallade in avem ſui nominis verſus eſt. *Ovid. Met. 8. a verſ. 240.* & *Hygin. fab. 274.* Denuntiat ab *eo*, *Ovid. in Ibin*, v. 500. Ut cui cauſa necis ſerra reperta fuit.

PERDO, is, didi, ditum, a. 3. *mandar male*, *rovinare*, ἀπόλλυμι, ἀναλίσκω, deſtruo, everto, deperdo. Si vocem ſpectes, eſt a *per*, & *do*: ſi notionem a *vasto*, vaſto, eſſe videtur. *Plaut. Aulul. 4. to. 5.* Quid emeruit, quamobrem meque meoque perditum ires liberos? *Terrus. Pharm. 4. 4. 6.* Ut ts quidem omnes dii deæque y ſuperi, Inferi, male exemplis perdant. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 45.* Jupiter urbes delevis, fruges perdidit. *Id. 6. Attic. ep. 1. ante med.* Civitatem funditus perdidiſſem. *Id. 1. de Fin. c. 15.* Se ipſum penitus perdere. *Id. pro Roſc. Amer. c. 12.* Mors ejus tantum potuit, ut omnes cives ſuos perdiderit & afflixerit. *Jocus ex ambigua* apud *Quintil. l. 6. c. 3. a med.* Conſultori dicenti, *nuovo divorzio vola*, *perdes* inquit. *Plautus Bacch. 3. 3. 3.* Perdere & peſſumdare aliquem. *Pacuv. in fragm. Tragic. c. 42. Burm.* Medici illum perdiſſimum. *Plaut. Aſin. 1. 2. 6.* Capitis te perdam ego, & filiam. *Id. c. ream* capitis peragam. ¶ De iis, qui rem ſuam abſumunt, *gettare*, *conſumare*. *Terent. Heaut. 3. c. 55.* Faciat quod lubet, ſumat, conſumat, perdat: decretum eſt poti. *Cic. 5. Fam. ep. 5. ad fin.* Profundere & perdere. ¶ Translate *Auſil. ad Herenn. l. 4. c. 44.* Decius amiſit vitam: at non perdidit. *non la getò ſudarno*. & *Cic. 3. de Orat. c. 36. a med.* & *Ovid. l. 1. de e. am. v. 504.* Perdere tempus. *perder il tempo*, inutiliter inſumere. *Senec. in Agam. v. 569. Sil. l. 4. v. 607.* & *Lucan. l. 3. v. 706.* & *Stat. 9. Theb. v. 58.* Perdere mortem. *b. e.* ignavam, & inhonoratam oppetere, vel ſine fructu, vel inultam. ¶ De iis, qui aliorum mores corrumpunt, depravant, *guaſtare*. *Terent. Adelph. 1. c. 36.* Cur perdis adoleſcentem nobis? cur amat? cui potat? *Plin. l. 29. c. 1. ad fin.* Illa perdidere imperii mores, illa, quæ ſani patimur, luctatus, ceromata. ¶ Item amittere, jacturam facere, *perdere*. *Cic. Fam. 5. ep. 16.* Minus miſeri, qui liberos his temporibus amiſerunt, quam ſi eoſdem bona, aut denique aliqua republica perdidiſſent. & *lib. 4. ep. 6.* Exiſtimabam, omnes me & induſtriæ meæ fructus, & fortunæ perdidiſſe. *Id. pro Rabir. Poſt. c. 9.* Penitere libertatem. *Id. de Haruſp. reſp. c. 18.* oculos. *Plin. l. 7. c. 28.* dextram manum. *Cic. de Senect. cap. 21.* memoriam. *Martial. de Spect. epigr. 13.* vitam. *Cic. pro Roſc. Com. c. 4.* cauſam. *Id. 1. de Orat. c. 36. extr.* litem. *Plaut. Rud. 1. 4. 3.* ſpem. *Cic. pro Mur. c. 20.* operam. & *Fam. 7. ep. 1.* oleum, & operam. V. *Oleum*. De ludentibus *Ovid. l. 1. de ar. am. v. 452.* Sic, ne perdiderit, *non ceſſat* perdere luſor. *Terent. Pharm. 2. 3. 39.* Pœtii hercle! nomen perdidi. *b. e.* occidit mihi. *Martial. de Spect. epigr. 21.* Implicitam viſco perdidit illa fugam. *b. e.* fugiendi viam. *Quintil. l. 6. c. 3.* Tu enim non times, ne locum perdas, *di perdere il ſuo luogo*, *il tuo poſto*. loquitur de loco ſpectandi in Ludis. ¶ *Perdam*, *ix*, pro *perdam*, vel *perdiderim*, V. ſuo loco.

PERDOCEO, es, ui, ctum, a. 2. *inſegnar bene*, διδάσκω, perfecte doceo. *Cic. pro Sext. c. 44.* Rem quærit præclaram juventuti ad diſcendum, nec mihi difficilem ad perdocendum. *Ovid. 4. ex Ponto ep. 12, v. 27.*

v. 67. Digoem Mæoniis Phæacida condere chartis Cum te Pierides perdoceare tuæ . *Id. de remed. amor. v.* 490. Si quid Apollo Utile mortales perdocet ore meo . *Quintil. l. c. cap. c. ante med.* (*al.* 1. 2.) Suam stultitiam perdocere . *ſæ conſitere . Plaut. Capt.* 3. 5. 59. Quid tu una nocte postulavisti , & die recens captum hominem , nuperum & novitium , te perdocere , ut melius consulerem tibi , quem illi , quicum una a puero ætatem exegeram? *perſuadere , dare ad intendere , indurre .*

PERDOCTE , adverb. velde docte . *Plaut. Mostell.* t. 3. 100. Ut perdocte cuncta callet!

PERDOCTUS , a , um . *Cic. pro Corn. Balb.* c. 67. Cum me præsertim eorum varietate , atque usu ipso jam perdoctum viderent . *Suet. l. 5. silv. 3. v.* c. pulsumque finitimæ Da , genitor perdocte , lyræ . *Plaut. Mil.* 2. 2. 103. Docte tibi illam perdoctam dabo .

PERDOLATUS , a , um , perfecte dolatus . *Vitruv. l. 2. c. 9. ante med.* Arbor præcisa alte , & perdolata. *Arnob. l. 6. pag.* 209. Fomes perdoletus in fulmioris morsu .

PERDOLEO , es , lui , e. 2. vehementer doleo . *Terent. Eun. t. c. 74.* Heu eoster , laudo : tandem perdoluit . *Cæſ. l. c. B. Civ. c.* 65. Suam virtutem irrisui fore , perdoluerunt . *Q. Claudius* apud *Gell. l. 9. c.* 13. Id subito perdolitum est cuidam T. Manlio .

PERDOLESCO , is , e. 3. perdoleo . *Accius* apud *Non. c. 2. n.* 328. Nec perdolescit , ſugi ſocios morte , campos contegi .

PERDOLO , as , avi , atum , e. 1. perfecte dolo . *Vitruv. l. 2. c. ult.* Cum in materiem perdolantur .

PERDOMINOR , aris , dep. 1. *Claudian. in Feſtum. de nupt. Honor. an ſ.* Solus ovantem Zephyrus Perdominetur annum . *h. e.* dominetur per annum , toto anno spiret . Nisi malis , verbum *perdominor* regere accusativum : quod insolens est .

PERDOMITOR , oris , m. qui perdomat . *Prudent. Cathemer.* 4. *v.* 62. Mortis perdomitor , salutis auctor .

PERDOMITUS , e , um , particip. a *perdomor* . *Liv. l. 9. c.* 60. Apulia perdomita in Lucanos perrectum . *Ovid. 3. Faſt. v.* 843. Venit perdomitus ad nos captiva Falisci . *Sueton. in Tiber. c. 16. extr.* Illyrico perdomito , & in ditionem redacto . *Stat. 2. Theb. v.* 563. cumulare cadaveris Perdomitam saxo Cererem . *h. e.* panem ex molita farina , & cocta .

PERDOMO , as , ui , itum , e. 1. perfecte domo , *ſeggiogare . Liv. l. 8. c.* 13. Placuit ad perdomendum Latium , exercitum victorem circumducere . *Veliſ. l. c. c.* 95. Gentes locis tutissimas , aditu difficillimes , numero frequentes perdomuerunt . *Ovid. Heroid. ep.* 12. *v.* 163. Serpentes igitur potui , taurosque feroces , Unum non potui perdomuisse virum ? *Plin. l. 5. ep. 6. ante med.* Tmolis glebis tenacissimum solum asperat , ut nono demum falco perdomuit .

PERDORMISCO , is , e. 3. *dormire continuamente* , πανυχιζειν . *Plaut. Men.* 5. 5. 29. Perdormiscin' usque ad lucem ?

PERDUAXINT . V. *Perdaxit* .

PERGO, is, perrexi, perrectum, n. 3. *andare, προϊέναι*, recta eo, vado, tendo, contendo: a *per*, & *rego*. *Cic.* 2. *de Divin. cap.* 54. Eadem, quæ ceteri, fugere nolui: quibus quærentibus, cur non eadem via pergerem, deterreri ſe a deo dixit. *Id. pro Planc. c.* 41. Cum tum abeſſent aliquot dierum viam, in Macedoniam, ad Placidumque perrexi. *Salluſt. in Jug. c.* 45. Priuſquam domum pergerent. & *cap.* 77. Modo adverſum hoſtes, modo in ſolitudines pergere. *Senec. in Med. v.* 974. Perge tu mecum somes. *Id. in Thyeſt. v.* 490. Perge non dubia gradu. *Cæſ. l.* 3. *B. Gall. c.* 28. *extr.* Læti velut explorata victoria, ad caſtra pergunt. *Salluſt. in Jug. cap.* 51. Non longe ab eo itinere, quo Metellus pergebat. *Lucret. lib.* 6. *v.* 353. Et celeri ferme pergunt ſis fulmina lapſu. *Auct. ad Herenn. lib.* 4. *cap.* 52. Frater venit ad Salernо: ego illi obviam pergam. ¶ Translat. *Cic. de clar. Orat. c.* 43. Pergamus ergo ad reliqua, & inſtitutum ordinem perſequamur. *paſſimo. & Tuſcul.* 5. *c.* 5. *a med.* Ut ad eas ſurſum perrectura beata vita videatur. ¶ Paſſive imperſonaliter *Cæcil.* apud *Non. cap.* 11. *num.* 27. Ad plebem pergitur: publicitus defendendum eſt. *Macrob. l.* 7. *Saturnal. c. ult. ante med.* Non potuit ad ſimilitudinem pergi rei, quæ nocdum eſt. ¶ Cum infinito *Cic. tuſcu* 1. *Acad.* Nullam morem jactarpondam putavimus, quin videremus hominem, itaque confeſtim ad eum ire perximus. *b. c.* ire contendimus. *Id. in Pont. c.* 8. Perge igitur ordine quatuor mihi iſtas partes explicare. *b. c.* aggredere explicare. ¶ Hæc retione ſignificat iter, vel aliud quippiam cœptum continuare, proſequi, perſeverare, *ſeguitare, continuare*. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 77. *a med.* Cenſeo, ut ſatis diu te putes requieſſe, & iter reliquum confecere pergas. *Id. Attic. lib.* 22. *ep.* 7. *a med.* Hæc tu perge, ut facis, mitigare, & probari quamplurimis. *Id. pro Cœcin. cap.* 22. Perge porro hoc idem interdictum ſequi. *Senec. in Hippol. v.* 882. Silare pergit. *Liv. l.* 32. *c.* 6. Ad luſtrum ducere pergit. *Q. Cic. de petit. conſul. cap. ult.* Quare atiam atque atiam perge tenere iſtam viam. *Plaut. Pſeud.* 5. 1. 4. & *Pœn.* 1. 3. 24. Pergitin' pergere? *ſeguitare voi ad andar innanzi?* & *Auct. ad Herenn. c.* 1. *l.* 3. Nos proficiſci ad inſtituta pergemus. ¶ *Pergin'* comicum eſt, & increpantis. *Terent. Eun.* 5. 1. 1. Pergin', ſceleſta, mecum perplexe loqui? *b. c.* non ceſſas? *Plaut. Amph.* 1. 1. 193. Pergin' argutarier? ¶ Tacito infinito *Cic. Verr.* 5. *c.* 20. Pergam, utque inſequæ longius. *b. c.* pergam dicere. *Id. de clar. Orat. c.* 74. Sed pergе, Pomponi, de Cæſare, & cætera quæ reſtant. *b. c.* perge narrare. *Liv. l.* 2. *c.* 40. De his videris, quos, ſi pergis, aut immatura mors, aut longa ſervitus manet. *b. c.* ſi ita agere pergis. *Cic.* 23. *Phil. c.* 19. Pergit in mea maledicta, quaſi vero ei pulcherrime priora profeſſerint. *b. c.* pergit effundi. *Tacit. Ann.* 1. *cap.* 28. Proſpere ceſſura, quæ pergerent, ſi, &c. *b. c.* quæ aggrederentur. *Virg. Ecl.* 6. *v.* 13. Pergite, Pierides. *b.* a. agite: vox hortantis. ¶ *Pergere iter*, itidem ellipſis eſt, pro iter ire, vel facere pergere. *Hirt. de B. Africo. c.* 69. Cum Cæſar iter cœptum pergere cœpiſſet. *Salluſt. in Jug. c.* 81. Duo fratres maturavere iter pergere. *Terent. Hecyr.* 1. 2. 119. Pergam, quo cœpi, hoc itur. ¶ *Pergo*, antiquc. V. ſuo loco.

PERGRACILIS, la, valde gracilis. *Plin. l.* 25. *c.* 23. *circa med.* Longiore cſule, ſed pergracili.

PERGRÆCOR, aris, dep. 1. ἑλληΐζω, eſt Græcorum more intemperantius bibere, epulis & potationibus inſervire. *Plaut. Moſt.* 1. 1. 21. Dies, noctiſque bibita, pergræcamini. *Tercn.* apud *Feſt.* Nunc ruri pergræcatur.

PERGRANDESCO, is, n. 3. grandis fio. *Accius* apud *Non. c.* 2. *n.* 358. Frugem prohibet pergrandeſcere.

PERGRANDIS, de, valde grandis. *Cic.* 6. *Verr. c.* 27. Vas vinarium ex una gemma pergrandi. *Lam. l.* 29. *c.* 29. Regnum ad fratrem regis pergrandem motu pervenit. *Plaut. Perſ.* 4. 3. 23. Pergraode lucrum ſcere.

PERGRAPHICUS, a, um, idem ac graphicus, ideſt ad unguem factus, abſolutus, quaſi pictoris manu expolitus. *Plaut. Trin.* 5. 2. 25. Nimis pergraphicus ſycophanta.

PERGRATUS, a, um, valde gratus. *Cic. de Amic.* 1. 4. *ad fin.* Pergratum mihi feceris, ſi, &c. *Id. Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. *c.* 6. Litteræ tuæ pergratæ fuerunt. & *cap.* 4. Id mihi pergratum, perque jucundum erit. ¶ Elegans eſt tmeſis in illo *ſub fin. ep. ult. l.* 1. *ad Attic.* Per mihi, per, inquam, gratum feceris.

PERGRAVIS, ve, valde gravis. *Cic. pro Sext. c.* 50. Hujus oratio & pergravis, & grata concioni fuit. *Id. pro Cal. c.* 26. Teſtes pergraves. *Terent. Hecyr.* 3. 1. 12. Levis ſunt hæc, quæ tu pergravia eſſe in animum induxti tuum.

PERGRAVITER, adverb. admodum graviter. *Cic. Attic. l.* 2. *ep.* 20. Pergraviter illum eſſe offenſum.

PERGULA, æ, f. *pergolo, ringhiera, ballatoio, poggiuolo, loggetta, ſporto, προβολή*, pars domus exporrecta & propendens, ſeu locus apertus, extra perietem perrectus, & modo tectus, modo ſub dio poſitus, a *pergo*, ut *regula* a *rego*, quia extra parietem pergit, ſeu porrigitur. *Plin. l.* 21. *c.* 3. L. Fulvius argenteis ſuis cum corona roſacea interdiu a pergula ſua in forum proſpexiſſe dictus, ex auctoritate Senatus in carcerem abductus eſt. ¶ Pictores in pergulis ſuo opere proponebant. *Plin. l.* 35. *cap.* 10. *de Apelle*. Perfecta opera proponebat pergula tranſeuntibus, atque poſt ipſam tabulam latens, vitia, quæ notarentur, auſcultabat. *Lucil.* apud *Lactant. l.* 1. *c.* 22. Pergula pictorum, veri nihil, omnia ficta. ¶ Res quoque venales ibi proponebantur. *Ulpian. Dig. lib.* 5. *tit.* 1. *leg.* 19. 5 *med.* Tabernulam, pergulam, horreum, armarium, ſua officinam conducens. ¶ In pergulis Mathematici artem ſuam profitebentur, præceptores erudiebant diſcipelos. *Suetan. in Aug. c.* 94. *ſub fin.* Theogenis Mathematici pergulam, comite Agrippa, aſcenderat. *Id. de Grammat. c.* 18. Initio circa ſcenam verſatus eſt, deinde in pergula docuit. *Vopiſc. in Saturn. c.* 20. *extr.* Romæ frequentaverat pergulas magiſtreles. *Juvenal. ſat.* 11. *v.* 137. Sed nec ſtructor erit, cui cedere debeat omnis Pergula. *b.* 5. omnes, qui ſtructoriam artem docent in pergula, aut diſcunt. ¶ Ponitur & pro cœnaculo, vel caſa, tugurio. *Perron. in fragm. Trogur. c.* 74. *Burm.* His, qui in pergula natus eſt, ædes non ſomnist. *b. c.* qui pauper eſt. *Auſon. epiſt.* 4. *v.* 6. Vilis arundinois cohibet quam pergula teclis. ¶ Et pro ſella meretricum, ubi proſtabant. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 78. Si mihi non jam huc culleis oleum deportatus, Ta ipſum culleo ego cras ſciam deportere in pergulum. Adde *verſ.* 92. Fortaſſe etiam intelligit ipſius lenonis pergulam, in qua puellas veteres proponebat. ¶ In vineis eſt ramorum porrecta diſpoſitio in modum pergulæ. *Colum. l.* 4. *c.* 22. Illa enim pergulæ magis, quam vineæ figurem obtinet, quæ ſupra hunc modum (*b. c. ſupra ecto palmites*) materiis diſtenditur. *Id. l.* 12. *c.* 2. *ante med.* Si quæ pergulæ vitium generoſarum a putatoribus relictæ ſunt, utique depetari debent. *Plin. l.* 14. *cap.* 2. Una vitis Romæ in Liviæ porticibus, ſubdiales insmbulationes umbroſis pergulis opacat.

PERGULANA, *penna eſt* vitis, quem nuper ſibi cognitam eſſe ait *Colum. l.* 3. *c.* 2. *poſt med.* ita fortaſſe dicta, quod in modum pergulæ ejus palmites diſponebantur.

PERHAURIO, is, ſi, ſum, a. 4. ahaurio. *Tertull. l.* 2. *ad Nation. c.* 25. *extr.* Infantem totum præcoquum perhauritis. *Apul. l.* 20. *Met.* Calicem uno hauſtu perhauſi. *Sever. in Æmo, v.* 420. mille perhauſtis Ignibus inflatæ vires.

PERHIBEO, es, bui, ibitum, a. 2. *eſſibire, dare*, ahibeu, præbeo: a *per*, & *habeo*. *Cato* apud *Gell. l.* 3. *c.* 7. Sæpe poſ illa operam reipublicæ ſortam atque ſtrenuam perhibuit. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 49. Cur ego vellem, aurum, atque ea, quibus ab vobis uſui, perhibeo? *Al. leg.* præhibeo. *Id. Merc.* 3. 1. 46. Orsvit, ut apud me præhiberem ſibi locum. *Plin. l.* 7. *cap.* 25. Idem magnæ imitatis perhibuit exemplum, cui comparari non poſſit aliud. *Al. leg.* præhibuit. ¶ Item tribuere, *ſtribuire. Plin. l.* 19. *c. ult. ad fin.* Magnam auctoritatem huic animali perhibet Nigidius, majorem magi. *Id. lib.* 31. *c.* 7. *ante med.* Cui jampridem palma a pleriſque medicis inter omnia ſalis genera perhibetur. *Id. l.* 25. *c.* 8. *ſub fin.* Morbibus imponitur vettonica præcipue, cui tanta vis perhibetur, ut, &c. *Id. lib.* 18. *c.* 11. Cum pondereſiſſima cuique tritico præcipua ſalubritas perhibita ſit. ¶ *Perhibere honorem* eſt habere. *Plin. l.* 19. *c.* 4. *a med.* Virgilio quoque confeſſo, quam ſit difficile verborum honorem tam parvis perhibere. & *lib.* 29. *c.* 1. *ſub fin.* Ordiemur autem a confeſſis, hoc eſt lanis ovilquo, ut nbiter rebus præcipuis honos in primis perhibeatur. ¶ *Perhibere ſe*, offeire ſe. *Quintil. l.* 1. *c.* 1. (*al.* 2.) A Græco ſermone puerum incipere malo, quia Latinus, qui pluribus in uſu eſt, vel nubis nolentibus ſe perhibet. Al. leg. *præbet*. ¶ *Perhibere aliquem*, offerre, exhibere, ſiſtere, *preſentare. Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 1. *a med.* In cauſa hominum ampliſſimorum, qui ſine eo, quem Cæcilius ſuo nomine perhiberet, ſuſile cauſam communem ſuſtinerent. ¶ *Perhibere teſtimonium*, dare, ferre, *far teſtimontanzo. Varr. l.* 2. *R. R. cap.* 5. Veni mi advocatus, dum aſſes ſalvo Palilibus, ſi poſtea a me repetant: ut teſtimonium perhibera poſſis. Adde *Plin. l.* 7. *c.* 30. & 38. & *Colum. l.* 3. *c.* 9. 5 *med.* ¶ *Perhibere verbo*, habere, adhibere. *Plaut. Aſin.* 1. 3. 36. Si eculter nunc habeas, quod des, alis verba perhibeas. *aſeroſſi alere parole*. aliud diceres. *Id. Rud.* 1. 2. 50. Ut verba perhibes, me periiſſe prædicas. Al. leg. *præhibes*. ¶ Hinc ſæpiſſime abſolute ponitur pro dicere, affirmare, prædicare, *dire, affermare, aunonzi*. *Plaut. Caſ.* 1. 1. 68. Quod neque ego habeo, neque quiſquam, ut perhibent viri. *Cic. pro Ligar. cap.* 8. Prohibiti eſtis in provincia veſtra pedem ponere, & prohibiti, ut perhibetis, ſumma cum injuria. *Id.* 2. *de Divin. c.* 5. Eſt quidam Græcus vulgaris in hanc ſententiam verſus: Bene qui conjicit, vatem hunc perhibebo optimum. *Virg.* 4. *Georg. v.* 323. Si modo quem perhibes, patrem eſt Thymbræus Apollo. & *verſ.* 507. Septem illum totos perhibent ex ordine menſes Fleviſſe. & *lib.* 1. *v.* 247. Illic, ut perhibent, aut intempeſta ſilvi nox, &c. *Id.* 8. *Æn. v.* 135. ut Graji perhibent. ¶ Paſſive *Cic. Tuſcul.* 1. *c.* 12. *ſub fin.* Tyndaridæ fratres, qui non modo adjutores in prœliis, ſed etiam nuntii fuiſſe perhibentur. *Terent. Adelph.* 3. 5. 58. Vos æquo animo æque noſcere oportet, ſi vos vultis perhiberi probos. *Plaut. in fragm.* apud *Gell. l.* & *cap.* 7. Sane ego me volo fortem perhiberier virum. *pa-*

cag-

vagage. & *Trin.* 3. a. 66. Quis me improbior perhibeatur esse? *Id. Stich.* 1. 1. 45. Montes, qui esse auri perhibentur. *Cic. Fam.* 5. *ep.* 12. *a med.* Nec minus est Spartanes Agesilaus ille perhibendus. *b. e.* dicendus, commemorandus.

PERHIEMO, as, n. 1. hiemo, himem totam traosigo. *Colum. l.* 11. *c.* 3. Sub initium sulcos vacuos perhiemare patiemur.

PERHILUM, *affus pere*, perpaulum. *Lucret. l.* 6. *v.* 574. Hac igitur ratione vacillant omnia tecta, Summa magis mediis, media imis, ima perhilum.

PERHONESTUS, a, um, velde honestus. *Arnob. lib.* 2. *pag.* 76. Siet licet perhonesti, fuerintque laudabiles.

PERHONORIFICE, adverb. *πολυ ἐμως*, valde honorifice. *Cic. Attic. lib.* 14. *ep.* 12. Hic perhonorifice, & amice Octavius, quem quidem sui Cæsarem salutabant.

PERHONORIFICUS, a, um, *πολύτιμος*, valde honorificus. *Cic. Attic. lib.* 2. *epist.* 18. Consolutatio forensis perhonorifica. *Id. de Provinc. consul. cap.* 19. Discessus mihi omnino perhonorificus. *Id. Attic. lib.* 1. *epist.* 13. Collega & io me perhonorificus, & partium studiosus.

PERHORRESCO, is, cui, e. 3. valde horreo, horridus fio. *Cic. in Divin. Verr. cap.* 13. Non solum commoveor animo, sed etiam toto corpore perhorresco. *tremo tutto*. & *Ovid. 6. Met. v.* 704. quorum (*omnium*) jactatibus omnis Affiata est tellus, latumque perhorruit æquor. *s'inorridì*, *si turbò*. & *lib.* 13. *v.* 876. Tanteque voa, quantam Cyclops iratus habere Debuit, illa fuit: clamore perhorruit Ætne. *si scosse*. ¶ Valde metuo, pertimesco, *inorridirsi assai*. *Cic. Verr. 6. c.* 35. Hanc tu tantam religionem si tum io imperio noo pertimescebas, ne nunc quidem in tanto tuo periculo perhorrescis? *Id.* 4. *Catil. c.* 6. Fugem virginum atque puerorum, ec vexationem Virginum Vestalium perhorresco. *Id. in Pison. c.* 20. Nemo est qui vos non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur, recordatione deorum ipse confulatus vestri perhorrescat. ¶ Pleonasmus est in illo *lib.* 5. *de Fin. c.* 13. Dissolutionem naturæ tam valde perhorrescere.

PERHORRIDUS, a, um, valde horridus. *Liv. l.* 22. *c.* 16. Pœnus contra ioiro Formiana saxa, ac Linterni arenas, flagoaque perrhorrida situ hibernaturus esset.

PERHOSPITALIS, le, valde hospitalis. *Cic. 6. Verr. cap.* 2. Hujus domus est vel optima Messanæ, notissima quidem certe, & nostris hominibus apertissima, maximeque perhospitalis. Pleræque optimæ Editioo. habent *hospitalis*.

PERHOSPITUS, a, um, perhospitalis. *Tibull. l.* 4. *el.* 1. *v.* 143. Ardet Acecleis aut unda perhospita campis. Sed varia hic apud Criticos & lectio, & interpretatio est.

PERHUMANITER, adverb. velde humaoiter. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 8. Scripsit ad me Cæsar perhumaniter.

PERHUMANUS, a, um, admodum humaous. *Cic. ad Q. Fr. lib.* 2. *ep.* 6. Multumque is mecum sermonem habuit, & perhumanom. *Id. Attic. l.* 16. *ep.* 12. Epistola perhumana.

PERIAMBUS, i, m. pes duabus syllabis brevibus constans. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. *vers. med.* Spondeus conflat longis duabus, pyrrhichius, quem alii periambum vocant, brevibus.

PERIBOETOS, vox Græca, quæ significat celebrem, & nominatissimum, *περιβόητος*. Legitur apud *Plin. l.* 34. 1. fi.

PERICARPUM, bulbi genus, cujus duæ species: cortice rubro alterum, alterum nigro, papaveri simile; sed vis major, quam priori: urrique aotem eacalfaciendi. Hæc *Plin. l.* 25. *c.* 20. *extr.*

PERICLES, clis, & cli (ut Ulyssi) m. Περικλῆς, Atheoiensis, Anaxagoræ discipulus, egregius vir ingenio, ut ait *Gell. l.* 1. *c.* 3. honestique omnibus disciplinis ornatus, præsertim eloquentiæ facultate, qua tnoere, cum concionaretur, & fulgere, & permiscere Græciam dictus est ab Aristophane apud *Cicer. in Orat. c.* 9. node in sua civitate plurimos annos princeps fuit consilii publici. Io ea quoque bellica laudem habuit, dicitueque a *Plin. l.* 7. *c.* 56. *extr.* harpagonum seu manuum ioventor callidissimus. Ob tam præclarae animi dotes Olympius cognomine dictus est, quasi divinus, cælestis & Jovis filius. *Cic. a. de Orat. c.* 22. *sub fin.* Retiosbaot illum Pericli successum. *Nep. in Alcib. c.* 2. Educatus est in domo Periclis. *Plin. lib.* 22. *c.* 17. Verna cbares Pericli Athenieosium principi. *Id. l.* 34. *c.* 8. Olympium Periclem dignum cognomine. *Quintil. l.* 12. *c.* 10. *ante med.* Quid Pericles? *vos* Περικλέη. *Cic.* 1. *Offic. c.* 40. O puerum pulcrum, Pericle! *ὦ Περικλῆ*. De eo V. etiam *Val. Max. l.* 5. *c.* 10. *n.* 1. *extern.* & *lib.* 8. *c.* 9. *n.* 2. *extr.* & *Justin. l.* 3. *c.* 6. & 7. Totam ejus vitam scripsit *Plutarchus*.

PERICLITABUNDUS, a, um, periclitans, experiens, teotabundus. *Apul. l.* 3. *Metam.* Jam fui periclitabunda, paulatim terre resultat, mox in altom sublimata totis alis evolet. *& lib.* 5. Deprimit unam de pbaretra sagittam, & puncto pollicis extremem aciem periclitabunda, &c. & *in Apolog.* Voluntatem meam periclitabundus.

PERICLITANS, antis, *periculante*, qui periclitatur, & est in discrimine. *Petron. in Satyr. c.* 96. Periclitanti succurere. *& cap.* 110. Periclitaotium advocatus.

PERICLITATIO, onis, f. *esperienza*, πεῖρα, πείρασμα, experimentum, usus. *Cic. de nat. Deor. l.* 2. *c.* 64. Quarum utilitatem longinqui temporis usu & periclitatione percipimus.

PERICLITATUS, a, um, particip. depon. V. *Periclitor*. ¶ Passive *Cic. de Amic. c.* 27. Aliqua parte periclitatie moribus amicorum.

PERICLITOR, aris, atus sum, dep. t. *far esperienza*, *provare*, *tentare*, periculum facio experior, tento, *πειράζω*. *Cic. Verr. 7. c.* 52. Homines io prælris belli fortunam teotare oc periclitari solent. *Id. pro Quinc. c.* 31. Omnia circumspexit Quintius, omnie periclitatus est. *Plaut. Amph.* 3. 2. 33. Periclitatus animum sum taum, quid faceres, & qua pacto, &c. *Plaut. ad Cicer. l.* 10. *Fam. ep.* 18. Periclitari volui, si imissem Lepidum tuum. *Cæs. l.* 2. *B. Gall. c.* 8. Quotidie equestribus prœliis, quid hostis virtute posset, & quid ostri audereot, periclitabatur. *Sisenn.* apud *Non. c.* 4 *n.* 351. Periclitaotur tormeota ac tela, multaque genera machinamentorum. *Id. ibid. n.* 765. Funes capedioes, claustra foribus imposita periclitantur. *Hirt. de B. Alex. c.* 13. Io portu periclitati remigio, quid quæque earum (*navium*) efficere posset, &c. *Selin. c.* 19. (*al.* 30.) Periclitari fidem alicujus. *b. e.* experiri, an verum dicat. ¶ Passive *Liv. l.* 1. *c.* 46. Tullius haud dubius rex, seu patrum, seu plebis animus periclitaretur. *b. e.* tentaretur. 3ta in Edit. anni 1470. 1482. & *Aldi* 1518. & *quibusd. MSS.* Al. leg. *animos*. ¶ *Periclitandus* passive. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 46. *sub fin.* In periclitandis experiundisque puetis. *Id.* 1. *de Orat. c.* 34. Subeundus usus omnium, & periclitandæ vires ingenii. *Gell. l.* 13. *c.* 8. Exerceri io rebus cumnius noscendis periclitendisque. ¶ Est etiam difficilem subire, io periculo versari, *pericolare*, *arrischiarsi*, *andar a rischio*, *esser in pericolo*. *Tacit. de Germ. c.* 40. Pluribus ac valentissimis nationibus circuli, non per obsequium, sed prœliis, & periclitando tuti sunt. *Cæs. l.* 6. *B. Gall. c.* 33. Ut potius io silvis Gallorum vita, quam legionariorum periclitaretur. *Augustus in epist. ad Tiber.* apud *Suetou. in Aug. c.* 21. *ad fin.* Ne de summa imperii populus R. periclitetur. *Martial. l.* 6. *epigr.* 26. Periclitaei capite. *b. e.* reum esse capitis. *Quintil. declam.* 3. *cap.* 1. vita. *andar a rischio di perder la vita*. & *lib.* 7. *c.* 2. causa. *di perder la causa*. & *Liv. l.* 40. *c.* 15. *a med.* fama ingenii. *Celf. l.* 5. *c.* 26. *fin.* 24. Quod nimis adstrictum est, cancro periclitetur. *d'incancherire*. & *Justin. l.* 37. *c.* 3. *ad fin.* veneno. *di morire di veleno*. & *Plin. l.* 20. *c.* 15. *a med.* paralysi. *di diventar paralitico*. & *lib.* 30. *c.* 13. Ulcera, quæ vermibus periclitantur. *di farsi verminose*. & *lib.* 17. *c.* 24. Nec infirmissimæ arbores gelu periclitantur, sed maximæ. *di morire pel freddo*. & *lib.* 32. *c.* 5. *a med.* Pavore potus periclitantes ex canis rabiosi morsibus. *ὑδροφόβοις*: laborantes hydrophobbia. *Liv. l.* 38. *c.* 25. Ut tererent tempus, donec res sues, cum quibus periclitari nolebant, trans flumen trajicerent. *insieme con le quali non volevano mettersi nel cimento della battaglia*. Al. omitt. *cum*. ¶ Cum genit. *Apul. l.* 8. *Metam.* Hic ego me potissimum capitis periclitatum memini. ¶ Cum infinito *Petron. in Satyr. c.* 140. Periclitabatur totam pene tragœdiam everterc. *Plin. l.* 26. *c.* 11. Omnia, quæ periclitantur fecari, argemonia discutit. *Id. l.* 7. *c.* 44. *ad fin.* Periclitato Macedonico suos perdere. *Quintil. l.* 12. *c.* 3. *ante med.* Ima voc vim non habet, summa eumpi periclitatur. Adde *Plin. in Panegy. c.* 84. & *Trebonius. Dig. lib.* 46. *tit.* 1. *leg.* 50. ¶ *Periclitandus* passive *Cic. Catil. 1. c.* 5. Noo est fæpina io uno homine salus summa periclitanda reipublicæ. ¶ Translate *Quintil. l.* 11. *c.* 1. Io juvenibus etiem uberiora paulo, & pæne periclitantia feruntur. *& lib.* 7. *c.* 3. Optima est illa media via, qua utitur Cicero pro Cæcina, ut ees proponatur, verba non periclitcotur. *b. e.* non incidant in periculum prodendi causam.

PERICLYMENOS, & Periclymenus, i, *περιξυμενος*, herba fruticans, ea iotervallo duo folia habens subcandida, mollia, io cacumine autem femen inter folia durum, & quod difficile vellatur. Nascitue io aevis, ac fepibus, coovolvens se adminiculis quibuscumque. *Plin. l.* 27. *c.* 28. *a med.* ¶ Fuit hoc nomius Nelei filius, frater Neleris, unus ee Argonautis, cui ab avo Neptuno datum fuerat, et in omnes se, quascumque vellet, formas verteret. Hic cum adversus Herculem se *in* aquilam transformasset, ab eo sagitta detractus est. *Ovid. 12. Met.* a *vers.* 556. *Senec. in Med. v.* 635. & *Valer. Flacc. l.* 1. *v.* 388.

PERICOPE, es, f. *cinoglio*, *περικοπή*, refegmen. Vox Græca a *κόπτω*, cædo. Translate *Hieronym. in Jezl cap.* 2. Juochum, & cohaereotem sibi pericopem *dividere* oolui.

PERICULATUS sum, *Cato* ait in ea oratione, quam scripsit ad lites Censorias. *Festus*.

PERICULOSE, *pericolosamente*, *con pericolo*, *ἐπικινδύνως*, cum periculo. *Sallust. in Jug. c.* 8. Periculose o paucis emitur quod multorum est. *Cic.* 8. *Attic. ep.* 2. Periculose ægrotani. *Id. Phil.* 7. *c.* 3. Periculose dico: quemadmodum accepturi, P. C. fitis, horreo. *Hirt. de B. Alex. c.* 64. Nihilo periculosius fe navigaturum credens. *Senec. l.* 3. *de Ira*, *c.* 22. Quod homines & periculosissime, & libentissime faciunt: de rege suo male cenimant.

PERICULOSUS, a, um, *pericoloso*, *rischioso*, *πολυκίνδυνος*, cum periculo coojunctus, periculis plenus, anceps, præceps, lubricus. *Cæs. l.* 1. *B. Gall. c.* 32. In Gallium magnam eorum multitudinem venire, populo R. periculosum videbat. *Cic.* 4. *Acad. c.* 21. Consuetudo assentiendi periculosa esse videtur, & lubrica. *Id.* 1. *Offic. c.* 24. Gravioribus morbis periculosas curationes & ancipites adhibeee. *Id. pro Leg. Manil. c.* 2. Bellum grave & periculosum. *Id. Phil.* 12. *c.* 20. Committere se itineri infesto & periculoso. *& cap.* 9. Duobus periculosis vulneribus acceptis. *& cap.* 3. Periculosissimum locum silentio sum prætervectus. *Justin. l.* 30. *c.* 4. Periculoso regno securam ac totam vitam entepooens. *Liv. l.* 27. *c.* 35. Periculosissimus annus imminere videbatur. *Senec. l.* 3. *de Ira*, *c.* 5. Ira eo turpior, & periculosior. *Tacit. de Germ. c.* 21. Periculosiores fuet ioimicitiæ justa libertatem. *Flor. l.* 1. *c.* 17. Periculosissimum bellum fiae periculo explicevit. ¶ *Periculosum esse in aliquem*, periculum creare olicui. *Cic.* 13. *Attic. ep.* 27. Aliter sussemus & in hos inofficiosi, & io nofmetipsis, si illum offensuri fuimus, pæne periculosi.

PERICULUM, i, o. *esperienza*, *prova*, *cimento*, *saggio*, *πεῖρα*, experimentum. Volunt esse ab obsoleto *perio*, unde *experior*. *Ascon. in Divin.*

Divin. Verr. c. 8. *κατὰ τὸν ἀκίνδυνον.* Fere cum *facis* jungitur. *Terent. Eun.* 3. 1. 23. Fac periculum in litteris, fac in palæstra, in mulieris: quæ libsrum scires æquum est adolescentem, folertem dabo. *Cic. a. Verr.* 1. 12. Siculos vellemus fidei diligentiæque periculum facere, qui innocentiæ abstinentiæque fecissent. *& in divin. c.* 8. *ad fin.* Quo tempore, aut qua re non modo specimen ceteris aliquod dedisti, sed tute tui periculum fecisti? ¶ Sic etiam dicitur id, quod fit periclitandi ingenii causa, & dandi specimenis, *faggo. Cic. l. 1. de Legib.* 1. 2. *sub fin.* Faciunt imperite, qui in illo periculo non ut a poeta, sed ut a teste, veritatem exigant. *Auson. in Mosell. v.* 215. Aut Pompejini Mylasæa pericula belli. Apud *Cicer.* est qui leg. *cpusculo*, sed invitis Criticis multis. ¶ Est item discrimen, dimicatio, *vischio, periculo, nimbosc. Cic. 1. Offic. c.* 43. *sub fin.* Si ei subito sit allatum periculum discrimenque patriæ. *Id. pro leg. Manil. c.* 5. Salus sociorum summum in periculum ac discrimen vocatur. *Id. a. de aut. Dom. c.* 66. Principibus heroum certos deus, discriminum, & periculorum comites adjungere. *Id. pro Rosc. Amer. c.* 38. Adire periculum capitis. *Id. in Pisonium. c.* 19. subire pro amico. *Id. pro Mur. c.* 36. suscipere. *& cap.* 2. ingredi. *Liv. l.* 1. *c.* 54. Obire pericula ac labores. *Terent.* 3. *Hiaor. c.* 69. sumere. *b. c.* subscipere. *Cic. pro Sull. c.* 4. conflare alicui. *Id. pro Rosc. Amer. c.* 3. invendere in aliquem. *& lib.* 2. *Attic. ep.* 19. intendere alicui. *Id. pro Cæcin. c.* 29. mortis alicui injicere. *Id. in divin. Verr. c.* 14. facessere innocenti. *Sallust. in Catil. c.* 34. *Tacit. Annal.* 13. *r.* 33. *& Gell. l.* 5. *c.* 26. *fell.* 4. facere alicui. *Tacit.* 14. *Annal. c.* 28. facere pecuniæ. *b. c.* jacturam. *& lib.* 15. *c.* 6. gloriæ. *perh a risebie di perder gloria.* Sic 4. *Hist. c.* 71. summæ rei. *arrisbiare*, in discrimen adducere. *Plin. l.* 21. *c.* 31. *a med.* affere majoris mali. *Id. lib.* 25. *c.* 5. *a med.* inferre. *Cic. pro Flacc. c.* 1. *& lib.* 2. *ad Attic. ep.* 22. creare alicui. *& ep.* 20. denuntiare cuipiam, *& pro Flacc. c.* 38. comparare alicui. *Id. pro Scar. c.* 1. muliri optimis civibus. *Id. post redit. ad Quirit. c. ult.* propulsare a republica. *Id. pro Cluent. c.* 6. amici depellere. *Plin. l.* 32. *c.* 2. a *med.* amoliri. *Varr. l.* 6. *de L. l. c.* 5. *ad fin.* avertere. *Cic. Fam.* 15. *ep.* 1. *a med.* subterfugere. *Asin. Poll. ad Cicer. l.* 10. *ep.* 32. refugere aut deprecari. *Id. Phil.* 7. *c.* 1. Adducta est res in maximum periculum, & extremum pœna diferimen. *Id. pro Balb. c.* 12. Ne quis se pro nostro imperio in periculum capitis, atque in vitæ discrimen inferret. *Id. pro Mur. c.* 27. Dum unum gradum ascendere dignitatis conatus est, in periculum venit, ne & ea, quæ ab ipso parta sunt, amittat. *Id. pro Rabir. perduell. c.* 9. Arcessere aliquem in summum capitis periculum. *Id. pro Cluent. c.* 55. Includere in periculum. *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 5. *& Virg. 9. Æn. v.* 800. inconsulto se mittere. *Cic. a. de Invent. c.* 8. *ad fin.* In periculum certum se committere. *Nep. in Attic. c.* 12. Includere periculum. *b. c.* in periculum. *Cic. pro Cluent. c.* 26. Eripere ab periculo. *Id. pro Sest. c.* 4. *ad fin.* extrahere. *Id. pro leg. Manil. c.* 7. *ad fin.* Rempubl. a periculo prohibere. *Id. l.* 1. *de Orat. c.* 8. Liberare periculis. *Id. Fam.* 4. *ep. ult.* Esse in periculo. *Id. pro Rabir. Post. c.* 9. versari. *Plant. Merc.* 1. 2. 12. *& Phadr. l.* 2. *fab.* 8. *v.* 19. Res in periculo vertitur. ¶ *Esse periculo* pro *in periculo. Nep. in Dion. c.* 2. Quæsivit a medicis, quemadmodum se haberet: simulque ab his petiit, si forte majore esset periculo, ut sibi faterentur. *Cic. Fam.* 4. *ep. ult.* Na quo periculo te propitio existimares esse. *Cal. ad Cæsar. l.* 8. *Fam. ep.* 2. Majore esse periculo videtur. *Petron. in Satyr. c.* 119. Nunquam ego ægrum tam magno periculo vidi. ¶ *Periculo* pro *cum periculo. Attic. ad Cicer. l.* 9. *ad Attic. ep.* 10. Tibi non sim auctor, ts quoque profugere. Summo enim periculo facies, nec reipublicæ prodeeris. *Cic. pro Mur. c.* 23. Quæ consulantur minimo periculo existondentur. ¶ *Periculo meo, tuo*, me, ta periclitante, *a meo, a tuo visebio. Cic. Verr.* 7. *r.* 20. Qui ex fœdere navem vel usque ad oceanum, si imperassemus, sumptu periculoque suo armatam atque ornatam mittere deberent. *Id. pro Flacc. c.* 17. *a med.* Facis injuste, si putas, periculo nostro vivere tuos contubernales. *Id. pro Sest. c.* 58. Tu meo periculo, gurges ac vorago patrimonii, helluabare. *Id. Attic. l.* 6. *ep.* 1. *ante med.* Impingit mihi epistolam Sceptius Bruti, rem illam suo periculo essi. *Terent. Andr.* 3. 2. 22. Nunc hujus periclo fit, ego in portu navigo. *Plaut. Pan.* 4. 2. 56. Creds audaciter meo periculo. *fogno de me.* Sic *Marcell. Dig. lib.* 46. *tit.* 1. *leg.* 24. Si petierit a te frutet meus, pere, des si nummos fide & periculo meo. *Plaut. Bacch.* 4. 4. 120. Mea fiducia opus conduxi, & meo periculo rem gero. *Id. Asin.* 2. 4. 52. Da modo meo periculo: rem salvam ego exhibebo. ¶ *Rem periculi sui facere*, ut periculo suo sit. *Trephonin. Dig. lib.* 23. *tit.* 5. *leg.* 16. Si fundum, quem Titius bona fide possidebat, muliet ut suum mariti dedit in dotem, eumque petere neglexit vir, cum id facere posset, rem periculi sui fecit. ¶ *Bono periculo* quippiam facere, est tuto, & sine periculo. *Apul. in Apolog.* Videbatur sibi pertidoneum maritum reperisse, cui bono periculo totam domus fortunam concrederet. ¶ *Periculum est*, adest, inest, *es è pericolo. Cic. Verr.* 7. *c.* 44. *a med.* A securi negat ei periculum esse. *Id. Tusc.* 5. *c.* 40. *in fin.* Haud sane periculum est, ne, &c. *Plaut. Rud.* 1. 2. 56. Nullum est periculum, te hinc ire impransum domum. *b. c.* nullum est dubium. *Terent. Heaut.* 3. 1. 6. Cum illi pericli nihil ex indicio fiet. *fyncope.* ¶ Speciatim dicitur de incertatione judicii, accusationis, litis, in quibus vel capitis, vel fortunarum amittendarum periculum aditur. *Cic. pro leg. Manil. c.* 1. Meus labor in privatorum periculis caste integreque versatus. *Id. pro Archi. c.* 2. In ejusmodi persona, quæ propter otium ac studium minime in judiciis periculisque tractata est. *Nep. in Phoc. c.* 2. Hunc non solum in periculis non defendit, sed etiam prodidit. ¶ Item de morbis. *Plin. l.* 23. *c.* 2. *post med.* In acutis vero periculis nullis dandum est vinum, nisi qui manifestas remissiones habent. ¶ De interitu, *Arnob. l.* 1. *pag.* 4. Terrarum validissimis motibus tremefactæ nutant usque ad periculum civitates. ¶ De libello, sex elogiis damnationis, *Nepos in Epamin. c.* 8. Unum ab iis petivit, ut in pasticlo suo conscriberene, &c. V. *Brevisculus.* ¶ *Periculum* sæpe usque frequens est apud Poetas.

PERIDONEUS, a, um, valde idoneus. *Cæs. 2. B. Civ. c.* 24. Quod is lacus peridoneus castris habebatur. *Tacit. Ann.* 4. *c.* 12. Delegerat hominem consiliis suis peridoneum. *Sallust. in fragm.* apud Non. *c.* 4. *n.* 203. *& Serv. ad* 11. Æn. *n.* 515. Gens ad furta belli peridonea.

PERIEGESIS, is, f. *περιήγησις*, Græce est circumductio: a *περὶ*, circum, *& ἄγειν*, duco. Translate *περιήγησις τῆς οἰκουμένης* est descriptum geographica terrarum, quo auctor lectores velut circumducit per omnes terræ partes, singillatim ea verbis describens. Ita inscripsit *Avienus* poema suum ex *Dionysio Alexandrino* Latine versum: ex quo aliquoties exempla in hoc opus transtulimus.

PERIERGIA, æ, f. *περιεργία*, curiositas, sedolitas, nimia anxietas, & veluti redundans diligentia. *Quintil.* scribit Græcis litteris *l.* 8. *c.* 3. *a med.* Est etiam quæ *περιεργία* vocatur, supervacua, ut sic dixerim, operositas.

PERJERO. V. *Pejero.*

PERIGNARUS. V. *Pergnarus.*

PERILEUCOS, i, *περιλεύκος*, gemma: a *περὶ*, circum, & *λάυκος*, albus. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Perileucos fit ab ora gemmæ ad radicem usque candido descendente.

PERILLEUS, a, um, ad Perillum pertinens. *Ovid. in Ibin, v.* 439. Ære Perilleo veros imitere juvencos.

PERILLUS, i, m. *Περίλλος*, faber Atheniensis ingeniu præstans, qui Phalaridi Tyranno Agrigentino taurum ex ære fabricavit, in quo reus claudereturi, ac subjecto igne mugitum bovis ederet: cujus mumeris nomine cum amplissimum a Tyranno, qui novis semper tormentis delectabatur, speraret munus, inclusus tauro, suppositisque ignibus, primus suæ artis asperimentum præbuit. *Plin. l.* 34. *c.* 8. *a med. Ovid.* 1. *de ar. am.* 653. *& Trist. l.* 3. *el.* 12. *a vers.* 41. *& Sil. l.* 14. *a vers.* 221.

PERILLUSTRIS, re, admodum illustris. *Cic. Attic. l.* 5. *ep.* 20. Ibi moreti biduum perillustres fuimus.

PERIMACHIA, æ, f. *περιμαχία*, aggressio, oppugnatio. Vox Græca. *Sidon. l.* 1. *ep.* 7. *circa med.* Deferimus igitur nihil tala mstuenti totam perimachiam, quam summo artificio acres, & flammei viri occulere in tempus judicii meditabantur.

PERIMBECILLUS, a, um, valde imbecillus. *Cic. Attic. l.* 12. *ep. ult.* Quod quidem sit natum, perimbecillum est. *Verr. l.* 3. *R. R. c.* 10. *a med.* Collum anserum perimbecillum.

PERIMEDEUS, a, um, adject. ad Perimeden, *Περιμήδη*, pertinens, quæ insignis venefica fuisse dicitur. *Propert. l.* 2. *el.* 1. *v.* 74. Non Perimedea gramina cocta manu. Alii aliter leg.

PERIMELE, es, Nympha Hippodamantis filia, in insulam sui nominis mutata. *Ovid. Metam. 8. v.* 590. *& seqq. anib.*

PERIMETROS, i, *περίμετρος*, circuitus, ambitus, *circonferenza*: a *περὶ*, circum, *& μέτρον*, mensura. Est autem adject. & subintelligitur *γραμμὴ*, linea. *Vitruv. 5. c.* 6. Theatri conformatio sic sit faciendi, uti quam magna futura sit perimetros imi, circumagatur linea rotundationis, centro medio collocato. *Frontin. de agrandif. artic.* 26. Omnis modulus colligitur aut diametro, aut perimetro. *& artic.* 40. Fistula fenaria habet diametri digitum unum, perimetri digitos quatuor.

PERIMO, is, emi, emptum, *&* emtum, a. 3. *togliere, distruggere, estinguere, annichilare, ἀναιρεῖν*, adimo, tollo, aufero, exhinguo, destruo, interimo, deleo. *Cic.* 1. *Tusc. c. ult.* Si supremus ille dies non exstinctionem, sed commutationem affert loci, quid optabilius? sin autem perimit ac delet omnino, quid melius? *Id. in fragm.* apud Non. *c.* 6. *n.* 9. Ns qui casas perimerce supersora. *Id. in carm. de suo consul. l.* 1. *de Divin. c.* 12. Et divum simulacra paremit fulminis ardor. *Id. pro Planc. c.* 41. Si vitam mihi fors ademisset, aut vis aliqua major redtum permisset. *Id.* 3. *Offic. c.* 7. Ejusmodi credo res Panætium perfecturum fuisse, nisi aliqui casus aut occupatio consilium ejus peremisset. *Id. pro Sest. c.* 22. Hoc videbam, si causam publicam mea mors peremisset, neminem fore, qui auderet suscipere contra improbos cives reipublicæ salutem. *Plin. l.* 8. *ep.* 14. Utrumne sententiæ duæ, callatis viribus, novissimam periment, an separatim unaquæque tantumdem, quantum altera, valebit? *Plin. alter l.* 11. *c.* 37. *fest.* 63. *Hard.* Caput extorum tristis odenti cæsum quoque est, præterquam in sollicitudina ac metu. tunc enim perimit curas. *Id. l.* 2. *r.* 53. In fulgurum interpretatione eo profecit scientia, ut ventura alia finito die præcinat: & an peremptura sint fatum, aut apertura potius alia fata, quæ lateant. V. *Perempsalia.* ¶ Interimere, interficere, occidere, *ammazzare, levar dal mondo. Cic.* versions *Homeri* carmina, *l.* 2. *de Divin. c.* 30. Hunc ubi tam teneros volucres, matremque peremit. *Ovid. Met.* 8. *v.* 395. Hanc tamen invita perimet mea dextre Diana. *& lib.* 13. *v.* 150. petiti tentoria Rhesi, Inque suis ipsum castris, comitesque peremi. *Plin. l.* 8. *c.* 44. Conceptum abortu perimere. *Martial. l.* 10. *epigr.* 61. *& Senec. Trag.* sæpissime. Sic de herbis *Colum. l.* 2. *c.* 21. Ne alterius generis herba invalidam Medicam perimat. *& cap.* 12. *de inpmo.* Sola hæc res adeo non infestatur herbis, ut ipsa herbas perimat. ¶ Pro *perimo* dixere etiam *pereimo. Festus*: Peremere Cincius in libro de verbis prisciis ait significare idem quod prohibere: at Cato in libro, qui est de re militari, pro vitiare usus est, cum ait: Cum magistratus aliul

nihil aliud audet imperare, *ne* quid conſul auſpicii peremet. *Id.* in *Feſtulano*: Peremptalia fulgura, quæ ſuperiora fulgura, aut portenta peremunt, ideſt tollunt. Hæc ſententia ſæpe legitur in libris *Digeſtorum*, unde multa loca congeſſit *Briſſon. l.* 14. *de* V. S. v. 3. *Papinian. lib.* 31. *leg.* 68. Solutio prior peremit alterum actionem. *Venulej. lib.* 45. *princ. leg.* 13. Alteram obligationem ab eliſore peremi, &c. Quæ tamen non in omnib. lib. conſtans eſt lectio.

PERIMPEDITUS, a, um, valde impeditus. *Hirt. de B. Afric.* c. 58. *in fin.* Locus perimpeditus ante veſtem Scipionis.

PERINCERTUS, a, um, valde incertus. *Salluſt.* in *fragm.* apud *Gell. l.* 18. *c.* 4. Perincertum, ſtolidior, an vanior.

PERINCOMMODE, valde incommode. *Cic. Attic. l.* 2. *ep.* 27. Accidit perincommode, quod eum nuſquam vidiſti.

PERINCOMMODUS, a, um, valde incommodus. *Liv. l.* 37. *c.* 41. Quæ nihil edmodum Romanis, ue perincommode regiis erant.

PERINCONSEQUENS, entis, valde inconſequens, valde abſurdum. *Gell. l.* 14. *c.* 1. *ante med.* Per autem, inquit, inconſequens, ipſum quidem corpus, & habetum tem profundi aeris ſub alio, atque alio cæli curvamine non eundem manere.

PERINDE, adverb. *ſimilmente*, *parimente*, *egualmente*, *Ital.* *ſimilmente*, æque, ſimiliter, ad eundem modum. Cic. *ſub fin. l.* 1. *de Fin.* Eas argo artes perſequeretur, vivendi artem tantam, tamque operoſam, & perinde fructuoſam relinqueret? *Al. omitt.* perinde. *Liv. l.* 8. *c.* 17. *ad fin.* Eo certamine ſuperior Alexander, incertum qua fide culturus, ſi perinde cetera proceſſiſſent, pacem cum Romanis fecit. *Tacit.* 2. *Annal. c.* 63. Non Philippum Athenienſibus, non Pyrrhum, aut Antiochum populo R. perinde metuendos fuiſſe. *Plin. l.* 1. *ep.* 8. *c med.* Utiliſſimum munus, ſed non perinde populare. *Salluſt. in fragm.* apud *Quintil. l.* 8. *c.* 3. *ad fin.* Mithridates corpore iogenti, perinde armatus. *Id. c.* paribus armis. *Flor. l.* 3. *c.* 6. Nihil hac plaga infeſtius. atron cælum: perinde ingenia. ¶ *Perinde ac*, æque, *ut*, *ac ſi*, *quaſi*, *tanquam*, *prout*, *quam*, eſt ſimiliter atque, ita ut, tanquam ſi. *Caſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 60. *ſub fin.* Quam maximas potuerunt pecunias mutuati, perinde ac ſatisfacere, & fraudata reſtituere vellent. *tome ſe.* & *Cic. pro Marcell. c.* 4. *ad fin.* Vereor, ot hoc, quod dicam, non perinde intelligi auditu poſſit, atque ego ipſe cogitans ſentio. *Id. Attic. l.* 16. *ep.* 5. *a med.* Noo perinde atque ego potaram, arripere viſus eſt. *Id. in Brut.* c. 50. *a med.* Hæc perinde accidunt, ut eorum qui adſunt, mentes verbis, & ſententiis, & actionibus tractantur. *Id.* 2. *de Divin. c.* 42. *ſub fin.* Perinde utcumque temperatus ſit aer, ita pueros orientes animari, atque formari. *Id. pro Roſc. Com. c.* 5. *ad fin.* Perinde ac ſi in hanc formulam omnia judicia legitima comprehenſa ſint, perinde dicemus. *Caſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 6. Perinde æſtimanos, ac ſi uſus eſſet. *Cic. pro Quint. c.* 26. *in fin.* Atque hæc perinde loquor, quaſi debueris, aut potueris, &c. *Liv. l.* 4. *c.* 3. *ante med.* Et perinde hoc valet, plebejm ne conſul fiat, tanquaio ſervum eut libertinum aliois conſulem futurum dicat? *Plin. in Paneg. c.* 60. *extr.* Meminerint, perinde conjecturem de moribus ſuis homines eſſe facturos, pmut hoc vel illud egerint. ¶ *Perinde ut*, ita ut, *rect. the. Europ. l.* 10. *c.* 16. *extr.* Julianus nimius religionis Chriſtianæ infectator, perinde tamen, ut cruore abſtineret. ¶ *Perinde quam*, tam quam, tantum quantum. *Sueton. in Domit. c.* 15. *a med.* Nulla tamen re perinde motus eſt, quam reſponſo mathematici. *Flor. l.* 3. *c.* 3. *a med.* Perinde ſpecioſa mors eorum fuit, quem pugna. *Tacit. Ann.* 1. *c.* 73. *extr.* Jusjurandum perinde æſtimandum, quam ſi Jovem feſelliſſet. *& lib.* 4. *Hiſt. c.* 72. Nec perinde periculum aut metus, quam pudor ac dedecus obſtupefeceret. ¶ Videtur etiam poni pro multum, admodum, valde. *Sueton. in Tiber. c.* 52. Itaque ue mortuo quidem perinde affectus eſt. *Id. in Galb. c.* 13. Quare adventus ejus non perinde gratus fuit. ¶ *Perinde*, & *proinde* ſæpe in MSS. confunduntur, & promiſcue in Editis ſæpe leguntur.

PERINDIGEO, es, n. c. valde indigeo. *Tertull. Scorpiac. c.* 13. Indigeamus, ſed non perindigeamus.

PERINDIGNE, valde moleſte, indigne, graviter. *Sueton. in Tib. c.* 50. *a med.* Tulit perindigne actum a Senatu, ut, &c.

PERINDIGNUS, a, um, valde indignus. *Sidon. l.* 4. *ep.* 4. *ad fin.* Quæ vos non perindignum eſt delibereo.

PERINDULGENS, tis, valde indulgens. *Cic.* 3. *Offic. c.* 31. *extr.* Et qui perindulgens in patrem, idem acerbe ſeverus in fretrem. Eſt qui leg. *nuper indulgens*.

PERINFAMIS, me, valde infamis. *Sueton. in Vitell. c.* 2. *a med.* Vir innocens & induſtrius, ſed amore libertino perinfamis. *Apul. l.* 3. *Metam.* Alioqui publicitus maleficæ diſciplinæ perinfames ſumus.

PERINFIRMUS, a, um, valde infirmus. *Cic. c. Fin. c.* 16. *a med.* Sunt animi levie & perinfirma, quæ dicebantur a te. *Gelf. l.* 2. *c.* 14. *ad fin.* Si quis perinfirmus eſt.

PERINGENIOSUS, e, um, valde ingenioſus. *Cic. in Brut. c.* 24. Quod peringenioſis hominibus, neque fatis doctis plerunque contigit.

PERINGRATUS, a, um, valde ingratus. *Senec. epiſt.* 98. *a med.* Peringratus eſt, qui cum amiſerit, pro accepto nihil debet.

PERINIQUUS, a, um, valde iniquus. *Cic. pro Leg. Manil. c.* 20. Quare videant, ne ſit perinquum, & non ferendum. *& ep.* 18. *Fam. ep.* 18. Etſi perinique patiebar animo, te a me digredi.

PERINJURIUS, a, um, valde injuriue, periniquus. *Cato* apud *Priſcian. l.* 6. *pag.* 694. *Putſch.* Nam perinjurium fiet, cum mihi ob eos mores, quos prius habui, honos detur, ubi datus eſt, tum uti eos mutem.

PERINSIGNIS, gne, valde inſignis. *Cic. t. de Legib. c.* 19. An corporis pravitates, ſi erunt perinſignes, habebunt aliquid offenſionis?

PERINTEGER, gra, grum, valde integer, omnino invulnatus. *Gell. l.* 3. *c.* 5. Incorruptus, & caſtus, & perintegre.

PERINTHIUS, a, um, Περίνθιος, ad Perinthum pertinens, quod eſt oppidum Thraciæ in ore Propontidis. *Terent. Andr. prol. v.* 9. Menander fecit Andriam, & Perinthiam. *h. e.* fabulam, in qua toduxit mulierem ex Andro, & Perintho. Perinthi meminere *Plin. l.* 4. *c.* 11. *a med.* & *Pompon. Mela l.* 2. *c.* 2.

PERINVISUS, a, um, *multo odiato*. *Cic. pro Cornel.* apud *Aſcon. in fin.* Homo diis ue nobilitati perinſifus.

PERINVITUS, a, um, valde invitus. *Cic. Fam. 7. ep. ult.* Ne perinvitus legerem tuas litteras. Adde *Liv. l.* 40. *c.* 57.

PERINUNDO, as, n. 1. valde inundo. *Alcim. Aust. l.* 2. *v.* 267. & nigris campos perinundat aremis.

PERINUNGO, is, a. 3. valde inungo. *Varr. l.* 2. R. R. *c. ult.* Tonſas recentes eodem die perinungunt vino & oleo.

PERIOCHA, æ, f. *riſtretto*, *compendio*, *argomento*, περιοχὴ, ſumme, compendium, argumentum: a περιέχω, contineo, comprehendo. Periochas in Iliadem Homeri ſcripſit *Anſon.* in Fabulas Terentii *Sulpicius Apollinaris* Grammaticus, qui Pertinacis Imp. præceptor fuit: de quo *Capitolin. in Pertin. c.* 2.

PERIODEUTA, æ, m. περιοδευτὴς, *viſitatore*, circuitor, viſitator. Sic dicitur a *Juſtin. lib.* 2. *Cod. tit.* 3. *leg.* 40. qui in locum remotioris Epiſcopi ſubſtituitur, ut circumeat, & viſitet quocumque opus eſt: a περὶ, circum, & ὁδὸς, via.

PERIODICUS, a, um, *periodico*, περιοδικὸς, qui ſtatis temporibus ad id, unde diſceſſit, quaſi facta periodo, revertitur, ut febres periodicæ, quæ certis temporibus abeunt, & quodam quaſi circuitu facto rurſus erdeunt, ut ſunt tertianæ, & quartanæ. *Plin. l.* 29. *c.* 3. Semina ejus ſi fuerint pari numero adalligata febribus, ſanare dicuntur, quas Græci periodicas vocant.

PERIODUS, i, f. *periodo*, περίοδος. Apud Rhetores eſt compoſitum quoddam ex pluribus membris, vel inciſis, quorum unum ab alio conjunctionibus & aliis oretionis partibus queſi vinculis quibuſdam ligatum, dependet. Cic. *in Orat. c.* 61. In toto circuitu illo orationis, quam Græci περίοδον, nos tam ambitum, tum circuitum, tum comprehenſionem, aut continuationem, aut circumſcriptionem dicimus. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. Periodo plure nomine dat Cicero, ambitum, circuitum, &c. ¶ Item apud Græcos accipitur pro itinere & circuitu: quo ſenſu adhibetur a *D. Hieronymo de Vir. illuſtr. in Luca*: tametſi optimo Editione Græce habent περιόδους. ¶ Iteo pro complevione quatuor facerum Græciæ certaminum, Pythiorum, Iſthmiorum, Nemæorum, Olympiorue, quod hæc ſpectacula unum poſt aliud celebrerentur, & per circuitum, five orbem renovarentur. Hinc apud *Feſtum* periodum viciſſe is dicitur, qui quatuor illa certamina obivit, & in omnibus vicit. Scribitur & *perihodus*.

PERIPATETICI, orum, m. Περιπατητικοὶ, Philoſophi illi, qui ab Ariſtotele originem habuere: a περιπατέω, obambulo, quod Ariſtoteles Philoſophiem ſolitus fuerit docere ſeambulando in Lyceo. *Cic.* 1. *Acad. c.* 4.

PERIPATETICUS, a, um, ad Peripateticos pertinens. *Colum. l.* 9. *c.* 3. Peripatetica ſecta. *Gell. l.* 1. *c.* 3. Philoſophio. *Id. l.* 19. *c.* 5. diſciplina. *Id. l. c. c.* 18. Theophraſtus Peripateticus.

PERIPETASMATA, um, n. περιττὰ, *tappezzerie*, *paramenti*, περιπετάσματα, peritromata, culxa, & tapetia, quibus parietes eularum, ornatus gratia, teguntur, & pavimenta inſternuntur: a περιπετάζω, circumquaque obtendo. *Cic. 6. Verr. c.* ta. Quid? illa Attalica, tota Sicilia nominata, ab eodem Hejo peripetaſmate eamere oblitus es? *& paulo poſt*. Nunc de peripetaſmatis quemadmodum te expedias, non habes.

PERIPHERIA, æ, f. *periferia*, περιφέρεια, linea circuli circumcurreue. *Martian. Capell. l.* 8. *pag.* 278. Unum quod centrum, alterum quod peripheriam demonſtraret.

PERIPHRASIS, is, f. *circonlocuzione*, περίφρασις, circunlocutio, circuitio, Tropus, cum id, quod uno, aut certe pcuioribus verbis dici poteret, pluribus explicatur: a περιφράζω, circunloquor. *Quintil. l.* 8. *c.* 3. *& 6. & alibi. Gell. l.* 3. *c.* 1. Ut Salluſtium, vel ſubtiliſſimum brevitotis artificem, periphraſim Poetarum facere dicaret. *Sueton. de Grammon. c.* 4. *a med.* Inſtituere quædam genere Inſtitutionum ad eloquentiem præparandam, ut problemata, periphraſes, elocutiones, ethnlogias.

PERIPLUS, i, m. περίπλους, Græce ſignificet circumnavigationem. Hinc quidem Scripto es, qui oram maritimam aliquam deſcripſerunt, hujuſmodi libros Periplus inſcripſere, ut Xenophon. *Plin. l.* 7. *c.* 48. Xenophon in Periplo, &c.

PERIPNEUMONIA, æ, f. περιπνευμονία, morbus pulmonum, de quo V. in voce ſequenti: a περὶ, circum, & πνεύμων, pulmo. *Cal. Aurelian. Acuior. l.* 2. *c.* 25. 26. *& 27.*

PERIPNEUMONICUS, a, um, qui morbo laborat, qui περιπνευμονίαν dicitur, qua totus pulmo efficitur: ſequitur tuſſis bilem, vel pus trahens, præcordiorum totiuſque pectoris gravitas, ſpiritus difficultas, magnæ febres, continue vigilie, cibi faſtidium, tabes: quo eſt deſcriptio *Celſi l.* 4. *c.* 7. *Plin. l.* 26. *c.* 7. *ſub fin.* Pleuriticis, & peripneumonicis conteorium majus bibitur. Adde *lib.* 20. *c.* 17. & alibi. ¶ Apud *Veget. de re veterin. l.* 2. *c.* 38. legitur *peripleumonicos*: & apud *Theodor. Priſcian. l.* 2. *c.* 4. *a med. & cap.* 5. peripleumoniacus.

PERIPSEMA, atis, n. περίψημα, ſordes, & purgamenta, quæ abſtergendo, & defricando colliguntur: a ψάω, circum, & ψάω, redendo detergeo. *Tertull. de pudic. c.* 14. *ex* 2. *Cor.* 4. 13.

PERI-

PERIPTERŌS, i, περίπτερος, genus ædificii, quod ea omni parte columnarum ordine cingitur, quasi circum alatus: a περί, circum, & πτέρον, ala. *Vitruv. l. 3. c. 1. & lib. 4. c. 7. V. Bald. in Lex.*

PERIRATUS, a, um, *multo ultimus. Cic. Fam. 9. ep. 6.* Erant nobis perirati.

PERISCĂLIS, idis, f. περισκελὶς, ornamentum muliebre crura ambiens: a περί, circum, & σκέλος, crus. *Hor. l. 1. ep. 17. v. 56.* Sæpe catallam, Sæpe periscelidem rapeum sibi flentis.

PERISCELIUM, ii, o. idem quod periscelis. *Tertull. de cultu femin. 1. vit.*

PERISSOCHOREGĬA, æ, annonæ curatio, περισσοχορηγία: a περισσὸς, copiosus, & χορηγία, erogatio, largitio, suppeditatio. *Imp. Theodos. & Valentinian. lib. 14. Cod. Theodos. tit. 26. leg. 2.*

PERISSOLOGIA, æ, f. περισσολογία, superflua locutio, vitiosa quædam periphrasis, vitium Grammaticale, cum oratio inani verborum turba, & copiosa loquacitate obruitur: a περισσὸς, redundans, & λόγος, sermo. *Virg. 1. Æn. v. 662.* Faciem mutatus, & ora Cupido. Ubi *Serv.* Et ora, Perissologia est. V. *Quintil. l. 8. c. 6.*

PERISTASIS, is, f. περίστασις, circumstantia: a περιστήμαι, circumsto. *Petron. in fragm. Tragur. c. 48. Burm.* Dic ergo, si me amas, peristasin declamationis tuæ. *h. e.* argumentum, in quo versatur declamatio tua, cum omnibus circumstantiis ad illud pertinentibus.

PERISTERĔOS, herba caule alto, foliato, cacumina in altos caules se spargens, columbæ admodum familiaria, unde & nomen. (a περιστερὰ, columba.) *Plin. l. 25. c. 10.*

PERISTROMA, atis, n. στρῶσις, τάπητες, περιστρῶμα, idem quod peripetasma: a περιστρώννυμι, circum sterno. *Plaut. Pseud. 1. 2. 12.* Ita vestra latara loris faciam ut valide varia sint, ut ne peristromata quidem æque picta fiant Campanica. *Cic. Phil. 2. c. 27.* Conchyliatis Cn. Pompeji peristromatis fervorem in cellis lectos stratos videres.

PERISTROPHE, es, f. περιστροφὴ, conversio. *Martian. Capell. l. 5. pag. 186.* Cum adversatii propositionem in nostram partem convertimus, peristrophen vocamus.

PERISTYLIUM, ii, n. *luogo circondato da colonne, loggia, chiostro*, περιστύλιον, locus columnis septus, vel ubi columnæ in circuitu dispositæ sunt: a περὶ, circum, & στῦλος, columna. *Vitruv. l. 3. c. 1. l. 5. c. 11. & lib. 6. c. 4. & 10. & Sueton. in Aug. c. 82.*

PERISTYLUM, i, n. idem ac peristylium. *Cic. pro Dom. c. 44.* In Palatio pulcherrimo prospectu: porticum cum conclavibus pavimentatam trecentum pedum concuperat, amplissimum peristylum. *Varr. l. 3. de R. R. c. 5.* Peristylum tectum tegulis. *Anson. de Urbib. n. 5.* Cunctaque marmoreis ornata peristyla signis.

PERITE, *con perizia, e maestria, dottamente*, ἐμπείρως, cum peritia, seu cognitione, quæ ab experientia nascitur, docte, scienter, scite. *Cic. l. 2. de Orat. c. 19.* Hæc sunt concinnæ distributa, sed tamen, id quod necesse fuit hominibus zaparibus veritatis, non perite. *Petron. in Satyr. c. 135.* Dentibus folliculus fabæ perite spolint. *Plin. l. 17. c. 4. n med.* Nec collas opere nudantur, si quis perite fodiat. *Cic. 2. de Legib. c. 21.* Quod institutum perite a Numa, posteriorum pontificum negligentia dissolutum est. *Id. 2. de Orat. c. 2.* Bene dicere, quod est scienter, & perite, & ornate dicere. *Gell. l. 17. c. 5. ad fin.* Perite & scienter dicem. *Cic. l. 1. de Orat. c. 11.* Satis callide & perite versari in re aliqua. *Id. 4. Verr. c. 54.* Omnia istius decreta, imperia, litteras peritissime & callidissime vanditabunt. *Gell. l. 2. c. 21.* Scita omnia, ac perite differere. & *lib. 5. c. 3.* Viaductum posturamque ligni scite peritèque factam confidarat. & *lib. 10. c. 22. sub fin.* Rempublicam constanter, & fortiter, & perite administrare. *Senec. epist. 90. n med.* Quæ ab imprudentissimis aut æque fieri videmus, aut peritius. *Plin. l. 5. ep. 19.* Perite uti cithara. *Id. l. 3. ep. 15.* Suavissime, & peritissima legere.

PERITHOUS. V. *Pirithous.*

PERMUTO, as, avi, atum, a. 1. *mutare*, ἀλλάσσω, ἀμείβω, idem quod muto, aut prorſus muto. *Cic. Catil.* 2. *c.* 7. Si Catilina ſubito pertimuerit, ſententiam permutaverit. *Al. leg.* mutaverit. *Petron. in Satyr. c.* 107. Vultum qui permutat, fraudem perat. *Plin. l.* 9. *ep.* 40. Cognoviſti quemadmodum in Tuſcis otium æſtatis exigerem: requitis, quid ea hoc in Laurentino hieme permutem. *Plin. alter l.* 5. *c.* 3. Numidæ dicti Nomades a permutandis pabulis. *Id. l.* 28. *c.* 2. Magnarum rerum fata & oſtenta verbis permutari. *Plaut. Capt.* 3. 5. 19. Nomina inter vos permutaſtis. *cambiaſte, trammaſte. & Perſ.* 4. 5. 8. Anne cum argento protinam permuses domum. *b. e.* in aliam domum divertas. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *fell.* Bo. Lien cum jecore locum aliquando permutas. *Martial. l.* 6. *epigr. penult.* Virus ut hoc alio fallax permuteț odore. *Cic.* 3. *de Legib. c.* 9. C. vero Gracchus reinis, & iis ſeris, quas ipſe ſe projecifſe in forum dixit, quibus digladiarentur inter ſe cives, nonne omnem mipublicæ ſtatum permutavit? *b. e.* perturbavit. ¶ Frequenter refertur ad contractum permutationis, quo merx pro merce datur, & accipitur, *permutare, cambiare, barattare. Martial. l.* 5. *epigr.* 42. Qui pallentia ſulphurata fractis Permutat vitreis. *Plin. lib.* 34. *cap.* 17. Indis neque æs, neque plumbum habet, gemmiſque ſuis ac margaritis hæc permutat. ¶ Hinc ponitur pro emere, *comperare*: ductum ab antiquo more, quo ante inventam pecuniam, omnes emptiones venditionesque permutatione peragebantur, quod & Trojanis temporibus factitatum, *Homerus* apud *Plin. l.* 33. *c.* 1. tradit. *Id. l.* 6. 1. 31. Inſula adeo dives, ut equos incolæ talentis auri permutarent. *Id. lib.* 35. *c.* 9. Zeuxis donare opera ſua inſtituit, quod ea nullo ſatis pretio permutari poſſe diceret. *Id. lib.* 12. 1. 21. Sericatum permutatur io libras denarii ſex. *Id. l.* 33. *c.* 3. Placuit, denarium ſedecim aſſibus permutari. ¶ *Pecuniam permutare* dicitur, qui pecuniam das cuipiam, a qua ſolvatur alteri nomine ſuo, vel alibi ibi: & qui pecuniam accipit ab aliquo cum onere eam reddendi alteri nomine ejus, a qua accepit, vel illi ipſi alio loco: quod nos dicimus *cambiare, & dare, e ricevere a cambio. Cic. Fam.* 2. *ep.* 17. *a med.* Ais ſe curaſſe, ut cum quæſtu populi pecunia permutaretur. *Id. Attic. l.* 12. *ep.* 24. De Cicerone tempus eſſe jam videtur. ſed quæro, quod illi opus erit Atheois, permutari ne poſſit, an ipſi leſtendum ſit. *ſe ſi poſſa ſargiecle contare colà*, &c. & *ib.* 15. *ep.* 15. *ſub fin.* Velim cures, ut permutetur Athenæ, quod ſit in annum ſumptum ei. Al. leg. *Athenas. & lib.* 5. *ep.* 15. Vercor, ne illud, quod tecum permutavi, verſura mihi ſolvendum ſit. *b. e.* quam pecuniam a te accepi, ſolvendam hic tuis procuratoribus. *Manut.* ¶ Denique *permutare* interduoi eſt vertere, convertere, *volvere, rivolgere. Plin. l.* 16. 1. 40. *circa med.* Rigorem fortiſſime ſervat nimus: ob id cardinibus, craſſamentiſque portarum utiliſſima, quoniam minime torquetur: permutada taotum ſic, ut cacumen ab inferiore ſit cardine radio ſuperior. *Id. l.* 17. *c.* 11. *a med.* Permutare arborem io contrarium.

PERNA, æ, ſ. *coſcia, a pié del porco, πέρνα, πέρνιξ*, coxa ſuis cum prior, tum poſterior cum ſuo pede: vel pes a coxa abſciſus. *Plin. l.* 8. *c.* 51. Caſtrantur feminæ ſuſpenſæ pernis prioribus. ¶ Dicitur de ſalita in uſum cibi, *preſciutto. Martial. lib.* 10. *epigr.* 48. Pollux ad hæc, cæniſque tribus jam perna ſuperſtes Addetur. ¶ Differt a petaſone, ſi proprie accipias. *Martial. l.* 13. *diſtich.* 54. cujus lemma *Perna*. Cerretana mihi fies, vel maſſa licebit De meapit: lauti de petaſone vorent. Poſtea ſequitur aliud diſtichon, cui *petaſo* lemma eſt. *Athenæus l.* 14. *cap.* 21. *ſub fin.* dicit, *πέρνας; μῆλος* vocari *πέρνα*. Hæc autem eſt a *πέρνη*, calcaneum. *Varr. l.* 4. *de L. L. c.* 22. *a med.* dictam ait a pede ſuis. Quare videtur eſſe pes, aut crus ſuillum, Patavios *peccio: & petaſo* ipſa coxa, ſeu carnoſa pars ſupra crus. *Cato R. R.* 1. *ult.* Cum pernas emeris, angulas earum præcidito. (Ee hoc *Catonis* capite aperta colligitur, *pernam* ab eo intelligi coxam cum pede.) *Horat. l.* 2. *ſat.* 2. *v.* 117. cibum coloni eſſe ait olus fumoſæ cum pede pernæ. ¶ Hoc tamen diſcrimen non ſervant Scriptores. *Plin.* metaphorice *lib.* 17. *c.* 10. *circa med.* Stolones cum perna ſua avellantur, pertemque aliquam e matris quoque corpore auferunt ſecum fimbriato corpore. *cum ſua calce* dixis *id. libri. c.* 21. ¶ De coxa, aus crure hominis *Enn.* apud *Feſt.* in *Suppernatus*. His pernas foccidit iniqua ſuperbia Poeni. Ubi notant Interpretes, Inqui eum fortaſſe de ſtrage Cannenſi, in qua, ut ait *Liv. l.* 22. *c.* 51. quoſdam & jacentes vivos, foccifis feminibus popiitibuſque, invenerunt. ¶ Apud *Plaut.* conviciem eſt hominis fatui, ſtulti. *Trutul.* 2. 7. 39. Quem pernam novi, hominem nihili. ¶ De genere quodam marinæ conchæ, *Plin. ſub fin. l.* 32. Appellantur & pernæ conchatum generis, circa Pontias inſulas frequentiſſimæ. Stant veluti ſuilla crure longo in arena defixæ, hiantefque, qua limpitudo eſt, pedali non minus ſpatio, cibum venantur. Dentes in circuitu mæginum habent pectinatim ſpiſſatos: intus pro ſpondylo grandis caro eſt.

PERNAVIGATUS, a, um, navigando peragratus. *Plin. l.* 2. *c.* 67. Pars tota vergens in Caſpium mare pernavigata eſt Macedonum armis.

PERNECESSARIUS, a, um, admodum neceſſarius. *Cic. Attic. lib.* 5. *ep.* 21. Non eſſe Romæ meo tempore pernecceſſario, ſubmoleſte fero. ¶ Pro valde conjuncto, & propinqua. *Cic. pro Flacc. c.* 6. Contendiſſe a Lælio paterno amico, ac pernecceſſario.

PERNECO, as, avi, atum, a. 1. idem quod neco, aut prorſus neco. *Sil. l.* 4. *v.* 610. Experiar, ſit ne in terris, domitare quod enſis Non queat Auſonius, Tyrrhenove pernecet haſta. *Al. rectius leg.* permeet. *Auguſtin. ſerm.* 57. (*al.* 21.) *de Temp.* Diabolum cum ſuis legionibus pernecavit. In Edit. *Monachor.* S. *Mauri* eſt 520. in Appendice, & *Auguſtini* eſſe negatur.

PERNEGO, as, avi, atum, a. 1. *negar del tutto, ἀπαρνοῦμαι*, prorſus nego, conſtanter nego. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 34. Negas? *Ly.* pernego imo. *Cic. pro Cal.* 1. 27. Imploraret hominum fidem, atque a ſe ille pyxidem traditam pernegaret. *Terent. Enn. prol.* v. 33. Sed eas fabulas factas prius Latinas, ſciſſe ſe, id vero pernegat. *Plaut. Aſin.* 2. 2. 56. Pernegabo, atque obdurabo, perjurabo denique. *Id. Men.* 2. 3. 62. Hercle omnino pernegari non poteſt. *Senec. l.* 5. *de Benef. c.* 17. Catoni populus R. præturam negavit, conſulatum per-

Digitized by Google

pernegavit. *b. e.* femel negavit præturam, at postea dedit: consulatum vero numquam. Sic *Martial. l. 4. epigr.* 82. Negare jussi, pernegata non jussi.

PERNEO, pernes, n. 2. idem quod neo, vel torum pensum neo. *Martial. lib. 1. epigr.* 89. Cum mihi supremos Lachesis pernevecit annos.

PERNETUS, a, um, absolute netus. *Sidon. carm.* 15. *v.* 167. vitam Rumpere Parcarum vellere in ipso Nondum pernetam.

PERNICIABILIS, le, &

PERNICIALIS, le, *mortale, mortifero, perniciosa, ὀλέθριος*, perniciem afferens, mortem inferens, exitiabilis, noxius, mortifer, perniciosus. *Lucret. l. 2. v.* 452. Conjunctum est id, quod nunquam sine pernicieli Dissidio potis est frjungi, seque gregari. *Liv. l. 27. c.* 23. Pestilentia gravis incidit in urbem, quæ tamen magis in longos morbos, quam in perniciales evasit. *Plin. l.* 8. *c.* 5. Pernicialia prælia. *Id. l. 24. c. 2.* odia. *Tacit. 4. Ann. c.* 34. Id pernicialibile ceo. *Curt. l. 7. c. 3.* Nia plurimorum oculis pernicialibus.

PERNICIES, ei, f. *mors, ruina extrema, extermnio, disfacimento, disgrazia, danno, ὄλεθρος*, exitium, interitus, ruina, labes, pestis, calamitas: a *per*, & *nex, necis. Nep. in Thrasyb. c.* 2. Quæ res & illis contemnendis periculei, & huic defecto saluti fuit. *Cic. Catil. 4. c.* 5. Cum de pernicie populi R. & exitio hujus urbis tam crudeliter cogitarit. *& Catil. 2. c.* 23. Hisce ominibus, Catilina, & cum tua pestis ac pernicie, cumque eorum exitio, qui se tecum junxerunt, proficiscere. *Id. a. Verr. c.* 1. Labes atque pernicies provinciæ Siciliæ. *Id. Cæcil. 1. c.* 5. Videbam, pernicies meam cum magna calamitate reipublicæ esse conjunctam. *& cap. 2.* Intellexisti aliquam quotidie pernicies reipublicæ moliene. *Id. pro Dom. c.* 35 Depellere perniciem a patria. *Id. pro Mur. cap.* 28. Incumbere ad perniciem alicujus. *Sallust. in Catil. cap.* 18. machinari cupiam. *Phædr. l. 2. fab. 4 v. 6.* alicui parare. *Tacit. 2. Ann. c.* 74. invenire sibi, & aliis. *Cic. 3. de nat. Deor. c.* 27. Spe dubiæ salutis in apertam perniciem incurrere. *Plin. lib. 28. c. 8. ad fin.* Plus quam drachmæ pondere potum pernicien affert. *cccu la morte. Phædr. l. 4. fab. 12. v.* 3. ad perniciem agi. *Plin. l. 24. c. 16. a med.* In perniciem. *Justin. fub fin. l.* 39. Vires suas in pernicicm mutuum convertecunt. *Tacit. Ann. 12. c.* 37. Pernicies in accusatorem vertit. *Phædr. l. 1. fab.* 20. Stultum consilium ad perniciem mortalee devocat. *Tacit. 3. Hist. c.* 27. Primo saguttis saniique eminus certabant, majore Flavianorum pernicie. *con magazor danno. Plin. l. 24. c. 11. a med.* Hanc herbam contra omnem perniciem habendam prodidere. *b. 1.* contra venena, malefícia, morbos. *Colum. lib. 1. R. R. c.* 5. Cælestis aqua maxime salubris intelligitur, quod etiam venenati liquoris eluit pernicicm. *la malignità. Catull. carm.* 27. *ad puer. v.* 5. hinc abite lymphæ, Vini pernicicæ. *Plaut. Bacch. 4. 7. 29.* Migne io periculn, & pernicia esse. *b. e.* calamitate, grumna. ¶ De homine pernicioso, & exitiabili, *Plaut. Pfaud. 1. 3. 130. & Terent. Adelph. 2. 1. 34.* Leno sum fateor, pernicies communis adolescentium. *Plaut.* de malo servo, *Mostell. 1. 1. 3.* Egredere, herilis pernicies, ex ædibus. *Horat. l. 1. ep. 15. v.* 31. Pernicies, & tempestas, barathrumque macelli. ¶ In genit. sing. *pernecies* pro *pernicei* olim dictum est, teste *Dionysio. l. 1. pag.* 281. *Pursii.* Item *pernecis. Sisenn.* apud *Gell. l. 9. c. 14 & Non. c. 8. n.* 24. Romanos inferendæ pernicii causa veniste. *Cic. pro Rosc. Amer. cap.* 45. Quorum nihil pernicii causa factum putamus. Ita lagit cum aliis *Non. loc. cit.* At *Charis. l. 1. pag.* 53. *Pursch.* ubi docet, *Ciceronem* dixisse *pernicies causa*, hunc ipsum fortasse locum distinguit. V. *Dav.* in fine, & *Gell. loc. cit.* ¶ In plurali numero usurpasse dicitur *Arnob.* nec abhorret analogia. sic enim & *labes*, & *præcenies*, & alia hujus generis pluralitor dicta fuat. Quidam etiam legunt apud *Plaut. Asin. 1. 2. 7.* Pellecebrei, perniciis adolescentum caitium. Et ita *Non.* quoque legisse videtur *c. 2. n.* 652. Alii tameo plures *pellecebræ, pernicies*, &c.

PERNICIOSE, *nocivamente, con grave danno, ὀλεθρίως*, cum pernicie, pestifere. *Cic. 2. de Legib. c.* 5. *a med.* Multa pernicioſe, multa pestifere fiscuntur in populie. *Ai. leg.* pernicioſa, & pestifem. *& l. 3. c.* 14. Quo pernicioſius da republica merentur vitioſi principes. *Plin. l.* 17. *l.* 22. *ante med.* Vitis pernicioſe luxuriat. *Augustin. ep.* 39. Rabus mortalibus validissima, & pernicioſissime compediri.

PERNICIOSUS, a, um, *assai dannoso, malefico, pernizioso, funesto, ὀλέθριος*, exitiosus, pernicicm afferens, pestifer, damnosus. *Cic. pro Dom. c.* 43. *ad fin.* Capere consilia pernicioſa reipublicæ. *Cæs. l. 1. B. Civ. c.* 7. Pernicioſæ leges. *Sallust. in Jug. c.* 50. Ut Jugurtha pacem, an bellum gerens pernicioſior esset, in incerto haberetur. *Cic. 3. Tuscul. cap.* 3. Morbi pernicioſiores, pluresque sunt animi, quam corporis. *Nep. in Agesil. c. 6.* Pernicioſissimum fore videbat, si, &c. *Ovid. 5. Trist. el. 1. v.* 67. nlli nec scripta fuerunt Nostra, nisi nuctori pernicioſa suo.

PERNICITAS, atis, f. *velocità, prestezza, ἀκύτης*, velocitas, celeritas, agilitas. *Cic. 5. Tuscul. c.* 15. Præstans valetudine, viribus, forma: adde etiam, si libet, pernicitatem, & velocitatem. V. *Perotto. Cæs. l. 3. B. Civ. c.* 84. Adolescentee atque expeditos milites ad pernicitatem armis inter equites prælisri jubebat. *Plaut. Mra. 5. 2. 4.* Peraicitas defecit: conatus sum fenectute. *Liv. l. 9. c. 16. de Papirio Cursore.* Præcipua pedum pernicitas inerat, quæ cognomen atiam dedit. *Tacit. 2. Hist. c. 79.* Equorum pernicitas. *Gell. l. 9. c. 4.* Homioes singulis cruribus saltustim currentes, vivacissimæ pernicitatie.

PERNICITER, *velocemente, prestamente, ὠκέως*, velociter, celeriter. *Plaut. Amph. 5. 1. 63.* Facit recta in angues impetum: alterum altera apprehendit eos manu perniciter. *Liv. l. 26. c. 4.* Equo desilire pernicitas. *Catull. carm. 61. epithal. Jul. & Manl. v.* 8. Perniciter exsilire. *Plin. l.* 8. *c.* 14. Alites alte, peraiciterque volantes. *& cap. 53.* Ibices pernicisue, quo libuerit, exsultant. *Claudian. l. 2. de rapt. Pros. v.* 199. tortaque ruunt pernicies hasta.

PERNIGER, gra, grum, valde niger. *Plaut. Pœn. 5. 2. 153.* Ore pareo, oculse perogris.

PERNIMIUM, plusquam nimium. *Terent. Adelph. 3. 4. 28.* Nimium inter vos, ac peraimium intereft. *Papinian. Dig. lib. 48. tit. 3. leg. 2.* Hæc interpretatio perdura & perniinium severa est.

PERNIO, onis, m. *pedignone, πάγκλη, χίμαθλον*, morbus pedum ex frigore, calcanea præcipue infestans: a *perna*, qua pedem, aut calcaneum significat. *Plin. l. 23. c. 3. a med.* Pernionibus nigræ olivæ amurca utilior. *& cap. 6. a med.* Cortice punici aa vino decocti perninnes sanantur. *& lib. 28. c. 16.* Pernionee urfimus adeps, ziminque pedum farcit.

PERNITĒO, es, n. 2. valde niteo. *Paulum. Melo l. 3. c. 9.* Est lacus, quo perfusa corpora, quali oleo pernitent.

PERNIUNCULUS, li, m. diminut. a *pernio*, sed ajusd. usus. *Plin. l. 26. c.* 12. Cyclaminos decocta in aqua perninnculos curat.

PERNIX, icis, adject. *perseverante e costante nella sfarza e fatica*, qui in nisando perseverat, atque in labora patiens & constans est: a *per*, & *nitor* ut docet *Servius* ad illud *Virg. 3. Georg. v.* 229. Ergo omni cura vires exercet, & inter Dica jacet pecaix infracto fasta cubili. Um *Perinius* eos reprehendit, qui *pernox* legunt, cum omnia MSS. uno consensu *pernix* exhibeant. Quamquam nno desunt primi subsellii Critici, qui *pernox* defendunt. Hac trahit *Servius* illud *Horat. epod. 2. v.* 41. perusta solibus Pernicia uenr Appuli. ¶ Præcipue dicitur de eo, qui multo nisu se movet, & celeritata pollet: & differt a veloci, quia *velox* celeritatem habet, *pernix* patientiam, fortitudinem & constantiam in motu ipso celeritate. Unde *Cic. 5. Tusculan. c.* 15. pernicitatem, & velocitatem distinguit. Nihilominus universim accipitur pro velnci, celeri, cito, *veloce, presto, celere, ἀκὺς, ταχὺς. Plaut. Mil. 3. 1. 36.* Clare oculis video, pernia sum manibus, pedibus mobilis. *Tacit. 2. Hist. c.* 13. Nec agrestes capi poterant, pernia genus, & gnari locorum. *Liv. l. 28. c.* 30. Levium corporum hominee, & multa exercitatione pernicium. *Colum. l. 3. c. 9. circa med.* Pernicissimæ quadrigæ. *Virg. 11. Æn. v.* 718. & pernicibus ignea plantis Transit equum cursu. *Id. 4. Æn. v.* 180. *de Fama*, pedibus celerem, & pernicibue alis. *Stat. de ead. 9. Theb. v.* 33. solito pernicior iudea, Cum lugenda refert. *Colum. l. 7. c. 12. a med.* Pecuarius canis neque tam strigosus, aut pernia esse debet, &c. Stat. *Theb. 4. v.* 322. fugit silvas pernicior alite vento. De Atalanta loquitur, quam *pernicem puellam* vocat *Catull. carm. 2. v. 22. Senec. ep.* 108. *a med.* Temporis pernicissimi celeritas, quam retinere non possumus. *Plin. l. 9. c. 47.* Pernici salta exsilitere. *Tacit. 3. Hist. c. 40.* Proditam Rivennatem classem, pernicibus nuntiis accepit. *Plin. l. 19. c. 5. de cucumbite.* Vires sine animiculo stsndi non sunt, velocitas pernix. *b. e.* celeritas crescendi. ¶ Cum infinito *Horat. de ar. Poet. v.* 165. Sublimis, cupidusque, & amata relinquere pernia. *presto a lasciare.*

PERNOBILIS, le, valde nobilis. *Cic. Verr. 6. c.* 57. Tum epigramma Græcum pernobile incisum habuit in basi.

PERNOCTO, as, avi, atum, n. 1. *fare di notte, pernottare, ἀγρονυκτέω*, noctem totam alique in loco trenfigo, sive vigilando, sive dormiando, sive aliud quid operis faciendo. *Cic. pro Cluent. c.* 37. Cum effet adolescens apud mulierculam quandam, atque ibi pernoctaret. *Id. pro Arch. c.* 7. Pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. *Pollad. in Onomast. cit.* 10. Otivam in canitiis esse patieris, ut pernoctet cum salibus, & ducat in se eosdem sapores.

PERNONIDEM LARIDUM, h. e. pernam, vel lardum ex perna, dixit *Plaut. Men. 1. 3. 27.* Al. leg. *pernudem*, quod quidem quid sit, quærit *Lambinus*. fortasse est a *πάχνη*, quod apud Græcos *furam* significat.

PERNOSCO, is, ovi, otum, a. 3. *conoscendomi*, perfecte nosco. *Cic. de Fato, c.* 5. Qui se profitebatur hominum morse, naturasque ea corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere. *Terent. Adelph. prol. v.* 12. Pernoscite, furtum ne factum existimetis, an, &c. *Id. Andr. 3. 2. 23.* Non satis me pernosti etiam, qualis sim. *Plaut. Bacch. 2. 3. 42.* Ingenium haud pernoram hospitis. *Id. Aulul. 3. 5. 29.* Matronarum hic facta pernovit probe.

PERNOTESCO, is, tui, n. 3. perfecta & certe cognoscor. *Tacit. Ann. 2. c. 23.* Neque illi fuisse unquam fratrem pernotuisset. Adde *Ann. 23. c. 25. & Quintil. declam. 3. c. 1.*

PERNOTUS, a, um, valde notus. *Curt. l. 9. c. 7.* Dinoippus regi pernotus & gratus. *Pompon. Melo l. 2. c. 3.* Marathon Perlica maxime clade pernotus.

PERNOX, octis, adject. *che dura tutta la notte, νύκτιος*, qui totam noctem durat. *Liv. l. 5. c. 28. & l. 21. c. 49. a med.* Luna pernox erat. *Ovid. 7. Metam. v.* 268. Addit & exceptas luna pernocte pruinas. *Stat. 7. Theb. v.* 421. Et non adfuetis pernoa ululavit Eleusin Mensibus. *Juvenal. sat. 8. v.* 10. luditur alea pernox. *Gell. l. 2. c. 2.* Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu, perdius, atque pernoa inconnivens, &c. *Apul. l. 9. Metam.* Ego misera & pernoa, & perdia lanificin nervos meos contnqueo.

PERNOXIUS, a, um, valde noxius. *Pompon. Melo l. 1. c. ult. circa med.* Populi asperi, inculti, pernoxii appulsis.

PERNUMERATUS, a, um, numeratus. *Plaut. Epid. 5. 2. 25.* Age, absolve me, atque argentum numera. *Sera.* pernumeratum ad.

PERNUMĔRO, as, avi, atum, n. 1. idem quod numero. *Liv. to fin. c.* 34. *l.* 28. Dum imperatum pecuniam illegetes pernumecarent. *Martial. l. 12. epigr. 63.* Quæ, Saturna, tibi pernumerentur opes.

PERO, onis, m. *ἀμβὼν*, genus calceamenti rustici, præalti, ex corio crudo, quod adversus imbres, nives, & frigora commodum ad, quo atiam

etism prifci Latini in bellis uſi ſunt. *Virg. 7. Æn. v. 690.* veſtigiis nuda ſiniſtri inſtituere pedis: crudus tegit altera pero. *Juvenal. ſat. 14. v. 185,* Quem non pudet alto per glaciem perone tegi. ¶ Perones quoque pro ſaccis legi putant, eſſeque id nomen a pera. Sed V. *Æro*.

PEROBSCŪRUS, a, um, valde obſcurus. *Cic. 1. de nat. Deor. cap. 1.* Tum perdifficilis, & perobſcura quæſtio tegit altera pare. *Juvenal. ſat. 14. v. 185,* Quem non pudet alto per glaciem perone tegi. ¶ Perones quoque pro ſaccis legi putant, eſſeque id nomen a pera. Sed V. *Æro*.

PERODI, iſſi, anom. 4. valde odi. *Manil. l. 5. v. 409.* Quiſquis favit, culpamve perodit.

PERODIOSUS, a, um, valde odioſus. *Cic. Attic. l. 10. ep. 17.* Crebro refricat lippitudo, non illa quidem perodioſa, ſed tamen quæ impediat ſcriptionem meam. Adde *lib. 13. ep. 22.*

PEROFFICIŌSE, adverb. valde officioſe. *Cic. Fam. 9. ep. 20.* Me peroffitioſe & peramanter obſervant.

PEROLEŌ, es, n. 2. valde oleo. *Lucret. l. 6. v. 1153.* Raucida quo peralent projecta cadavera ritu. ¶ *Lucil.* apud *Priſcian. l. 9. pag. 871. Pariſch.* Quis totum ſcis corpus jam peroleſſe bifulcis. *h. e.* creviſſe. ſyncope pro *peroleviſſe*.

PERONĀTUS, a, um, peronibus calceatus. *Perſ. ſat. 5. v. 102.* Navim ſi poſcat ſibi peronatus orator.

PERONIS, idis. V. *Peronides*.

PEROPĀCUS, a, um, valde opacus. *Lucret. l. 1. v. 22.* Spelunca peropaca in nemore Aricino.

PEROPPORTŪNE, adverb. valde opportune. *Cic. 7. Verr. c. 65. extr.* Peropportune fortuna ſe obtulit. *Id. 2. de Orat. c. 4.* Sed hoc tamen cecidit peropportune, quod, &c. *Id. 1. de nat. Deor. 2. 6. extr.* Peropportune, inquit, venis.

PEROPPORTŪNUS, a, um, valde opportunne. *Cic. l. 2. de Orat. c. 57. extr.* Requieſcam in Cæſaris ſermone, quaſi in aliquo peropportuno diverſorio.

PEROPTĀTO, adverb. valde optato, ſive ex animi ſententia. *Cic. 2. de Orat. c. 5.* Nunc peroptato nobis datum eſt.

PEROPUS EST, valde opus eſt. *Terent. Andr. 1. 5. 30.* Sed nunc peropus eſt, hinc cum ipſa loqui.

PERORĀTIO, nois, f. *finimento d' un diſcorſo, concluſione e riſtrettezze e compendio dell' oratione, perorazione, ſvilupyos, ἐπιμυθολόγησις,* concluſio orationis, & brevis repetitio eorum, quæ dicta ſunt. Docet *Auct. ad Herenn. l. 2. c. 30.* tres eam habere partes, enumerationem, amplificationem, & commiſerationem. Treu item ei tribuit *Cic. lib. 1. de Invent. c. 52.* enumerationem, indignationem, conqueſtionem. *Id. de cler. Orat. c. 33. ad fin.* Eſſtat ejus (*C. Galba*) peroratio, qui epilogus dicitur: qui tanto in honore, pueris nobis, erat, ut eum etiam diſceremus. *Id. 2. de Orat. c. 19. circa med.* Jubent exordiri, *&c.* deinde rem narrare, *&c.* poſt autem dividere cauſam, *&c.* Tum alii concluſionem orationis, & quaſi peroirationem collocant: alii jubent, antequam peroretur, digredi, deinde concludere, ne perorere. ¶ In peroratione maxime locum habet tractatio affectuum, quibus judicis & auditorum animus permovetur: quæ in re præcipuus & admirabilis *Cicero* fuit, ut *in Bruto, c. 56. & in Orat. cap. 37.* ipſe affirmat. *Id. in Orat. cap. 35.* Poſt omnia perorationem inflammatam, reſtinguentemve concludere.

PERORĀTUS, a, um, dicendo finitus. *Cic. pro Cal. c. 29. a med.* Dicta eſt *a me* cauſa & perorata. *Id. 2. de Invent. c. 15.* Quo loco, niſi cauſa peracta, & probata, non eſt utendum. *Auct. ad Herenn. l. 1. c. 10.* Perorata narratione, aperiemus, quid, &c. ¶ Item univerſim finitus. *Cic. Attic. lib. 5. ep. 10.* Sed hæc tum laudemus, cum erunt perorata. ¶ *Cauſa perorata* dicitur a *Cicer. pro Quinct. cap. 30.* cum peracta eſt cauſæ dictio, antequam *peroratio* fiat.

PERORĪGA, æ, m. *ebi governa lo ſtallone*, qui admiſſarii curam habet, eumque in equas admittit, ut *Varr.* docet *l. 2. R. R. c. 7.* Videtur eſſe *a per*, & *origo*, pro *aurigo*. Unde apud *Varron. ibid.* ita leg. quidam *cap. 8.* Eodem tempore, quo equus adducentes, iidemque ut ineant equas, per origas curamus. ¶ Dicitur & *prorigo*. *Plin. l. 8. c. 42.* Equæ eadem ea cauſa in Reatino agro laceratum porigam inveniunt. ¶ Sunt etiam qui *prurigem* velint.

PERORNĀTUS, a, um, valde ornatus. *Cic. in Brut., c. 43.* Craſſus in dicendo & perornatus, & brevis.

PERORNO, as, avi, atum, a. 1. valde orco. *Tacit. l. 16. Ann. c. 16.* Detraheret potius Senatui, quem perornaviſſet, infamiam tanti flagitii. Adde *Paulin. Nolan. carm. 20. Nat. 7. S. Fel. v. 304.*

PERORO, as, avi, atum, a. *c. concludere parlando, perorare, ſvilupyo, ἐπιμυθολογία*, orationem finio, & abſolvo, eo modo, quo in *Peroratio* dictum eſt. *Cic. Attic. lib. 4. ep. 2.* Cum horas tres fere dixiſſet, odio & ſtrepitu Senatus coactus eſt aliquando perorare. *Id. 2. de Orat. c. 69.* Alii jubent, antequam peroretur, digredi. *Id. 5. Verr. c. 66.* De qua cum dixero, totum hoc crimen decumanum perorabo. *Al. leg.* peroraro. *Id. 4. Acad. c. 48.* Quoniam ſatis multa dixi, eſt mihi perorandum. *Id. Verr. 4. 5. 29.* Res ilio die non peroretur. dimittitur judicium. *non ſi finiſſe ſi vratere*. ¶ Sumiter etiam univerſim pro dicere, aut diligenter & omnia dicere, *parlare, dire, trattare*. *Cic. pro Sext. c. 2.* Quamquam a Q. Hortenſio cauſa eſt P. Sextii perorata. *Id. pro Quinct. c. 24. a med.* Mihi perdifficile eſt contra tales oratores non modo tantam cauſam perorare, ſed omnino verbum facere conari. *Plin. l. 29. c. 1.* Rabie quadam ia omnes avi medicos perorans. *Sueton. in Calig. c. 53.* Peroraturus, ſtrictiorem ſe lucubrationis ſuæ telum, minitabatur. *Liv. l. 34. c. 32. extrem.* Et breviter peroratum eſſe potuit, nihil me commiſiſſe, &c.

PEROSCŪLOR, aris, atus ſum, dep. 1. valde oſculor. *Martial. l. 8. epigr. 81.* Hos amplectitur, hos peroſculatur. Ita *Heinſ.* ex MSS. Alii *deoſculatur*.

PERŌSUS, a, um, *chi ha in ódio, ἐκμισῶν*, qui valde odit: a *per*, & *oſus*, particip. verbi antiqui *odi*, voce paſſiva, ſed activa ſignificatione. *Liv. l. 3. c. 34. in fin.* Plebs conſulum nomen, haud ſecus quam regum, peroſa erat. *Virg. 6. Æn. v. 435.* lucemque peroſi. *Val. Flacc. l. 6. v. 289.* ſi fata peroſo Tarda tibi, turpeſque moras non ſegnius ipſi Parcimus. *h. e.* tibi qui odio habebas tardam mortem. *Colum. l. 9. c. 5.* Res apiaria non curatorem fraudulentum tantum, ſed etiam immundæ ſegnitiæ peroſa eſt. *Prudent. περὶ στεφ. 9. de S. Eulal. v. 41.* Illa peroſa quietis opem Degeneri tolerare mora, &c. ¶ Paſſive *odiato*. *Tertull. de anim. c. 6. ad fin.* Veritas tanto peroſior, quanto plenior. *Id. de virgin. veland. c. 16.* Nihil Deo carius humilitate, nihil peroſius gloria. *Juvenc. lib. 3. in Matth. c. 19.* Ut malius fuerit thalamis caruiſſe peroſis.

PERPACĀTUS, a, um, omnino pacatus. *Liv. l. 36. c. 21.* Paucoſque per dies omnibus perpacatis, &c.

PERPACO, as, a. *c.* idem ac pacn. *Aurel. Vict. de Vir. Illuſtr. c. 33.* Quas uſque ad mare ſuperum perpacavit. *Flor. ſub init. l. ult. l. 4.* Brennos, Senones per Claudium Druſum perpeavir.

PERPALLĪDUS, a, um, valde pallidus. *Cæs. Cel. l. 2. c. 6.* Color perpallidus.

PERPARCE, admodum perce. *Terent. Andr. 2. 6. 24.* Tu quoque perparce nimium.

PERPARUM, valde parum. *Cic. 5. Verr. c. 57.* Perparum ea illis magnis lugris ad ſe perveaire. Al. leg. *perparvum*.

PERPARVŪLUS, a, um, dimin. a perparvus. *Cic. 6. Verr. c. 43. ad fin.* Duo tamen ſigilla perparvula tollunt.

PERPARVUS, a, um, admodum parvus. *Cic. 1. de legib. c. 19. ad fin.* Quæ & cum adſunt, perparva ſunt. *Id. pro Dejot. c. 3.* perparva culpa. *Id. 5. Verr. c. 38* perparva & tenuis civitas. *Id. 1. de Legib. c. 20. ſub fin.* perparva controverſia.

PERPASCO, is, a. 3. idem quod paſco, *veſcor. Virg. l. 4. de L. L. c. 19.* Pecus *ab* eo quod perpaſcat. ¶ Paſſiva poſitione. *Severr. in Ætna, v. 489.* inæquales volvene perpaſcitur agros.

PERPASTĪNANS, antis, quidam leg. apud *Tertull. de cultu femin. c. 9.* ubi alii *repaſtinans*.

PERPASTUS, a, um, nom. ex particip. bene paſtus, ut Perpaſtus cornis, apud *Phædr. l. 3. fab. 7. v. 2.*

PERPAUCULUS, a, um, dim. a perpaucus. *Cic. 1. de Legib. c. 21.* Deduxitque in Academiam perpaucula paſſibus.

PERPAUCUS, a, um, valde paucus. *Cic. 4. Acad. c. 43.* Erat quidem, ſi perpauca mutaviſſet, garnanſiſſimus Stoicus. *Colum. l. 3. c. 20. in fin.* Tum perpauciſſimis agricolis emntigerit.

PERPAVEFĀCIO, is, a. 3. valde pavefacio. *Plaut. Stich. 1. 2. 28.* Perplexabilitas earum hodie perpavefaciam pectora.

PERPAULŪLUS, a, um, dimin. a perpaulus. *Cic. 2. de Orat. c. 35.* Inter ingenium quidem, & diligentiam perpaululum loci reliquum eſt aeti.

PERPAULUM, adverb. valde paulum. *Cic. 1. Fin. c. 6.* Declinare dixit atomum perpaolum.

PERPAUPER, ra, rum, valde pauper. *Cic. Attic. lib. 6. ep. 3. circa med.* Erat enim rex perpeuper. *Afran.* apud *Non. c. 4. n. 111.* De ruſtico neſcio cui vicino ſuo perpauperi.

PERPAUXILLUM, adverb. dimin. a perpaulum. *Plaut. Capt. 1. 1. 74.* Ne perpauxillum modo.

PERPEDIO, is, a. 4. impedio. *Acc.* apud *Non. cap. 4. n. 10.* Si unquam perpediar gnato.

PERPELLO, is, puli, a. 3. *muovere, ſpingere, ſvuθέω*, idem quod pello, aut valde pello. *Enn.* de impudica apud *Iſidor. lib. 1. Orig. c. 25.* Alii perpellit pedem, alii dat anulum ſpectandum. Al. leg. *percellit*, alii *pervellit*. *Nigid.* apud *Non. cap. 2. n. 584.* Nixurit, qui niti vult, & in coortu ſæpius aliqua re perpellitur. ¶ Transfertur ad animum, & ſignificat permovere, commovere, afficere, *muovere, commuovere*. *Cic. pro Cal. c. 15.* Adoleſcentulum aſpexiſti: candor hujus te, & proceritas vultus, oculique perpulerunt. *Al. leg.* pepulerunt, *alii* perculerunt. *Plaut. Trin. 2. 2. 24.* Qui homo cum animo depugnat ſuo, ſi animus hominem perpulit, actum eſt; animo ſervibit, non ſibi: ſin ipſe animum perpulit, dum vivit, victor victorum cluet. *h. e.* loco movit, & vicit. ¶ Sæpe eſt inducere, impellere ad aliquid faciendum, *indurre, obbligare, ἐπαναγκάζω*. *Liv. l. 2. c. 61.* Illum aoa rosæ plebis, non Senatus preces perpellere uaqeam potuere, ut, &c. *Id. l. 29. c. 23.* Perpellit, ut legatos ad Scipionem mittat. *Id. l. 32. c. 32.* Nec ut diſcederent inde auctoritate conſulis perpelli potuere. *Tacit. 12. Ann. c. 50.* Perpellunt Vulngeſem omittere præſentia. ¶ Frequentem habet uſum in præteritis. *Terent. Andr. 4. 1. 38.* Nunquam deſtitit ſuadere, orare, uſque adeo donec perpulit. *Plaut. Bacch. 4. 4. 4.* Callidum ſeaem callidis dolis compuli & perpuli, mihi omnia ut crederet. *Salluſt. in Cæſil. cap. 27.* Collegam ſuum pactione provinciæ perpulerat, ne contra rempubl. ſentiret. *Id. in Jug. c. 40.* Aulum ſpe pactionis perpulerat, ut, &c. *Liv. l. 32. cap. 14.* Urbem metu ad deditionem perpulit.

PERPENDICULĀRIS, re, &

PERPENDICULĀRIUS, a, um, *perpendicolare*, ad perpendiculum poſitus, *καθετος*. Utrumque uſurpatur a *Frontin. in expoſit. formar, pag. 32. Goeſ.*

PERPENDICULĀTOR, oris, m. artifex, qui perpendiculo utitur. *Aurel. Vict. Epitom. in Adriano, c. 14.* Fabros, perpendiculatores, architectos centuriavit.

PERPENDICULĀTUS, a, um, ad perpendiculum poſitus. *Martian. Capell. l. 6. pag. 193.* Canopum, ue Berenices crinem proſius non cernit Italia, cum illæ antarticis terris ſonſpicuæ ac præſtantes, & velut perpendiculatæ capitibus ſuſpectentur. *verticali*.

PER-

PERPENDICULUM, i, n. *perpendiculo, pendolo, ambipendolo, ἰσόρροπον*, inſtrumentum fabri materiarii, ſeu cæmentarii, quo plumbo a filo pendente, rectitudo, aut obliquitas operis perpendatur & examinatur. Ejus inventor, teſte *Plin. lib. 7. c. 56.* fuit Dædalus. *Cic. in fragm.* apud *Non. cap. 2. n. 718.* Si id credieremus, non ageremus perpendiculis, non normis, non regulis. *Id. Verr. 3. c. 51.* Ad perpendiculum columnas exigere. *ἀγεῖν πρὸς τὸν ὅρθιον. & ibid.* Nullam eſſe columnam, quæ ad perpendiculum aſſa poſſit. *Aſcon. ibid.* Perpendiculum, linea lateribus æqualitatem a ſummo ad imum latitudine probans. hoc autem cum in columnis omnibus, tum maxime in ſtructilibus vetuſtis, ubi tumoris eſt aliquid, evenit, in quibus aut media, aut ima craſſiora ſunt. *Plin. l. 35. c. 14.* Si ad perpendiculum ſiunt. *Vitruv. l. 6. c. 11.* Uti omnes ſtructuræ perpendiculo reſpondeant, neque habeant in ulla parte proclinationes. *Cic. de Fato, c. 10. a med.* Si gravitate feruntur ad perpendiculum corpora individua rectis lineis. *Cæſ. l. 4. B. Gall. c. 17.* Tigna non directa ad perpendiculum, ſed prona, & faſtigiata. *Colum. l. 3. c. 13. ad fin.* Ut tanquam ſuppoſitæ baſi, ad perpendiculum normata inſiſterent. ¶ Translate *Auſon. in Parentalib. n. 5.* Hæc non delicias ignoſcere prompta pudendis, Ad perpendiculum ſequa ſuoſque habuit. *b.e.* ad normam & amuſſim rectæ rationis & virtutis.

PERPENDO, is, pendi, penſum, a. 3. *peſare diligentemente, bilanciare, ἐκβαστάζειν*, diligenter pendo, ac ponduro. *Gell. l. 20. c. 1. a med.* Aut talionem in eo vel ad amuſſim æquiperarent, vel ia libenti perponderent. ¶ Translate aſt diligenter conſiderare, examinare, *eſaminare, piſare, conſiderare. Cic. pro Mur. c. 2.* Cato vitam ad ceteram rationem dirigens, & diligentiſſime perpendens momenta officiorum. *& cap 36. ad fin.* Hæc omnia ad rationem civitatis ſi dirigas, recta ſunt: ſin perpendere ad diſciplinæ præcepta velis, reperientur pravillima. *Id. 3. de Orat. c. 37. ad fin.* Hoc non e te aliqua perpenditur, ſed quodam quaſi naturali ſenſu judicatur. *Q. Cic. de petit. conſul. c. 6.* Judicare & perpendere, quantum quiſque poſſit. *Juſtin. l. 29. c. 3. ad fin.* Pœnorum Romanorumque bella reſpiciens, ſingulorum vires perpendebat. *Exercr. l. 2. v. 1030.* acri judicio aliquid perpendere. *Ulpian. Dig. lib. & en. 4. leg. 13.* Perpendendum erit prætori, cui potius ſubveniat.

PERPENSA. V. *Perpenſo*.

PERPENSATIO, onis, f. diligens examen. *Gell. l. 2. c. 2.* Perpenſatio honorum, atque officiorum.

PERPENSE, adverb. *ἀκριβῶς, ponderate*, conſiderate. *Ammian. l. 16. c. 5. ad fin.* (*al. c. 12. a med.*) Utilitate rei perpenſius cognita. Adde *lib. 25. cap.*

PERPENSO, as, a. 1. frequenter perpendo, examino. *Gran. in Cæcil. v. 298.* Illius (*canalis*) & manibus vires ſic cura futuras Perpenſare. *Ammian. l. 19. c. 11.* (*al. 24.*) Longe alia, quam quæ recta præferebant, & verbis, altis mentibus perpenſantes.

PERPENSUS, a, um, accurate conſideratus, examinatus. *Colum. l. 3. c. 3.* Ut arte perpenſum & exploratum habeamus, an, &c. *Arnob. l. 2. pag. 52.* Homo exanimis judicioque perpenſi. *Martian. Dig. lib. 48. tit. 19. leg. 13.* Perpenſo judicio, prout quæque res poſtulat, ſtatuendum eſt.

PERPERAM, adverb. *malamente, ἀσκόπως, προπετῶς, πρᾴως*, prave, perverſe, præpropere, male: cui contrarium eſt *recte*. *Sueton. in Aug. c. 91.* Si mane ſibi calceus perperam ac ſimiliter pro dextero induceretur. *Cic. pro Quinct. c. 8. ſub fin.* Seu recte, ſeu perperam fecerunt. *Id. pro Cæcin. c. 14.* Recte, aut perperam judicare. *Plaut. Amph. 1. 1. 92.* Perperam loqui. *Id. Capt. 2. 2. 78.* ſuadere aliquid. *Id. Men. 5. 5. 59.* ioſtaire. *Plin. l. 3. ep. 5.* pronuntiare. *Perſon. in Sat. c. 4.* diſcere. *Gell. l. 2. c. 7.* impetrare. *Id. lib. 4. c. 9.* Prave & perperam appellare aliquid. *Nipiol. apud eund. l. 13. c. 6.* Ruſticus ſit ſermo, ſi adſpires perperam. ¶ falſo. *falſamente. Terent. Phorm. 5. 1. 18.* Verum ritoc de nomina, eo perperam olim dixi, ne vos ſoete imprudentes forie affatiretis, atque id poero aliqua oxor mea reſciſceret. ¶ inconſiderate, imprudenter, per errorem, *inavvertentemente. Auct. de B. Hiſpan. cap. 12.* Tabellarii, qui ad Pompeium miſſi erant, peeperamque ad caſtra noſtra pervenerant. *Vatr. ſub fin. l. 1. de R. R.* Ab neſcio quo percuſſum cultrillo concidiſſe: quem qui eſſet, animadvertere in turba non potuiſſe, ſed tantummodo exaudiſſe vocem, perperam feciſſe. *Sueton. in Domit. c. 10.* Perperam præco non conſulem, ſed imperatorem pronuntiavit.

PERPERE, adverb. peperam. *Claud. Mamert. lib. c. c. 1.* Opiniones perpere præſumptæ.

PERPERITŪDO, inis, f. pravitas: a perperus. *Accius* apud *Non. c. 2. n. 626.* Et eo plectuntur poetæ, quam ſuo vitio, inepia, doctibilitate nimia veſtra, aut perperitudine.

PERPERUS, a, um, *πάνουργος*, pravus, nitioſas, temerarius, inconſtans. *Accius* apud *Non. c. 2. n. 626.* Deſcribere in theatro perperos populares. Ubi *Non.* interpretatur ſtultos, indoctos, rudes, inſulſos, mendoſos. *Vopiſc. in Tacit. c. 6.* Nihil immaturum, nihil perperum. *Plaut. Trucul. 3. 1. 9.* Perperas, minas oves. *b. e.* infructuoſas: vel ſtultas, ut quæ aberraverint, & ad quem minus debuere, deverterint. Alii aliter lag.

PERPES, etis, adject. *Non perpes*, integra, tota, *nette intiera. Plaut. Aſiph. 1. 1. 123.* Neque ego hac nocte longiorem me vidiſſe cenſeo, niſi item unum, verberatus quam pependi perpetem. Adde 2. 2. 10. & *Trucul. 2. 2. 23.* Sic *Capitolin. in Vero*, c. 4. Nocte perpeti alea ludere. *Solin. c. 52.* (*al. 65.*) *ante med.* Arenis ferventibus perpetem diem nudis pedibus inſiſtunt. *Lattant. de mortib. perſecut. cap. 33. ſub fin.* Per annum perpetem. ¶ Jugis, perpetuus, *perpetuo, continuo. Pacuv.* apud *Feſt.* hac, ut cœpiſti, hanc operam mihi des perpetem. *Prudent. Cathemer. 10. v. 41.* Siſtitur rivus, cruore qui fluebat perpeti. *Apul. de dee Socrat. ſub init.* Lumi proprio ſeu perpeti candore, &c. *Id. in Florid. n. 17.* (*al. l. 3.*) Vox cohibita lenitatis perpeti. Adde *Sedul. l. 5. v. 36.*

PERPESSIO, onis, f. *il patire, il ſoffrire, il provare*, actus perpetiendi, paſſio, ſenſus. *Cic. pro Rabir. perduell. c. 5.* Harum rerum non ſolum eventus atque perpeſſio, ſed etiam expectatio, mentio, indigna homine libera eſt. ¶ Item tolerantia, patientia, *coſtanza, ſoffermento, ſmenzo. Cic. 2. de Invent. cap. 54* Fortitudo eſt cnabilerata periculorum ſuſcaptio, & laborum perpeſſio. *& paulo poſt.* Patientia aſt, honeſtatis aut utilitatis cauſa, rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpeſſio. *Id. t. de Fin. c. 15.* Laborum perfunctio, & perpeſſio dolorum. *Senec. epiſt. 66. a med.* Illic eſt fortitudo, cujus patientia, & perpeſſio, & toleratia, tami ſunt. *& epiſt. 66. ante med.* Poetis atque obſtinata tormentorum perpeſſio.

PERPESSITIUS, & Perpeſſicius, a, um, *ſollerante, παθικός*, qui ex multorum malorum perpeſſione jam didicit facile pati. *Senec. epiſt. 53.* Levis aliquem motiuncula deciput; ſed cum creverit, & vera ſubeta exaſperit, etiam a duro & perpeſſitio confeſſionem accipit. *Id. epiſt. 24. a med.* Socrates perpeſſitius ſenex, & per omnia aſpera jactatus.

PERPESSUS, & Perpeſſus. V. in *Peepetior*.

PERPETIM, adverb. *continuamente, perpetuamente, ἀεί*, idem ac perpetuo. *Voſſius* dicit, natiua eſſe accuſativum, pro *perpetem*, quaſi dicis, perpetem diem noctemque. Ut *amuſſim*, unde *adamuſſim*, pro *amuſſim*, hoc eſt ad amuſſio, ſic *perpetim* pro *perpetem* dixiſſe. *Plin. l. 20. c. 6.* Ulcus in angulo oculi perpetim humore manans. In *Edit.* veteres A. 1470. & 1472. Sed *Hardum.* cum aliis habet *perpetuo. Apul. in Apolog.* Non quin Pudentillam jam annos perpetim affiduo convictu prope ſpectaſſem.

PERPETIOR, ieris, peſſus ſum, depon. 3. *patire, ſoffrire, tollerare, ſopportare, πάσχω, ἀνέχομαι, ὑπομένω*, duro in patiendo, conſtanter patior, ſuffero, perfero, tolero. *Enn.* apud *Cicer. 3. Tuſcul. c. 3.* Animus æger ſemper erat, neque pati, neque perpeti poteſt. *Cic. 2. de Orat. c. 19. & 5. Verr. c. 57.* Ac mihi quidem non ita moleſti ſunt: facile omnes perpetior ac perfero. *Sulpic. ad Cicer. Fam. 4. ep. 5.* Niſi hoc pejus ſit, hæc ſufferre & perpeti. *Cic. Fam. 1. ep. 9. ante med.* Cum ipſa quali republica colloquutus ſum, ut mihi tam multa pro ſe perpeſſo atque perfuncto concederet, ut, &c. *Id. 5. de Fin. c. 11.* Mendicitatem omnes perpetiuntur, ut vivant. *& lib. 1. c. 14. ſub fin.* Qui etiam dolorem ſæpe perpetiuntur, ne, ſi id non faciat, incidat in majorem. *Id. Fam. 2. ep. 16. circa med.* Affirmavi, quidvis me potius perpeſſurum, quam ex Italia ad bellum civile exiturum. *Id. 2. de Fin. c. 20. a med.* Illa caſus, qui nobis miſerabilis videtur audientibus, illi perpetienti erat voluntarius. *Terent. Eun. 2. 1. 11.* Conſen' poſſe me obſtinare, & perpeti, ne eadem interea? *Ovid. 13. Metam. v. 465.* Admonito quamquam luctus renovatur amoro, Perpetiar memorare tamen. ¶ Paſſive in ſup. & particip. *Cic. 2. Agrar. c. 3.* Mihi multa potius perpetienda eſſe duco, quam quo ita girendum conſulatum, ut, &c. *Id. 4. de Fin. c. 26.* Fortorem me fore in patiendo dolore, ſi eum aſperum & difficilem perpeſſu, quam ſi malum dixero. *Vecus poeta* apud *eund. 2. Tuſcul. c. 8.* O multa dicta gravia, perpeſſu aſpera! ¶ Cum infinito pro finere, permittere, æquo animo ferre, *Plaut. Aſin. 5. 1. 17.* Aliam eccum eſſe, equidem facile poſſim perpeti. *Terent. Eun 3. 5. 3.* Nunc eſt profecta, interfici cum me perpeti poſſum. *Ovid. 3. Met. v. 611.* Non tamen hanc facem violari pondere pioum Perpetiar. ¶ Pro ſimplici ferre, *Plin. l. 2. ep. 11. circa med.* Cum me vehementius putarer intendi, quam gracilitas mea perpeti poſſet. *comportare.* ¶ Pro ſimplici pati, aut valde pati, ſentire, experiri, *Ovid. 14. Met. v. 470.* & ventis inimica per æquora vapet, Fulmina, noctem, imbres, iram cæſique, marilque Perpetimur. Danat, cumulumque Capharea cladis. *Val. Flacc. lib. 4. v. 430.* Talia prodigia, & tales pro crimine pœnas Perpetitur.

PERPETRABILIS, le, adject. *Tertull. l. 2. ad uxor. c. 1.* Nubere in Domino perpetrabile eſt. *b. e.* permiſſum eſt.

PERPETRATIO, onis, f. actus perpetrandi. *Tertull. de Pœnit. c. 3.* aliqua difficultas perpetrationem ejus intercipit. *Auguſtin. l. 13. de Trin. c. 6.* perpetratio mali.

PERPETRATOR, oris, m. qui perpetrat. *Auguſtin. l. 20. de Civ. Dei, c. 1.* Homines peccati magni perpetratores. *Sidon. l. 8. ep. 6. ad fin.* Cædis infauſtæ perpetratores.

PERPETRATUS, a, um, *fatto, compito*, factus, confectus, peractus. *Gell. l. 7. c. 3. a med.* Cum ſcelera admiſſa & perpetrata fuerint. *Liv. l. 44. c. 37. ſub fin.* Sacrificia eſſe perpetrato. *Id. l. 1. c. 6.* perpetrata cædes. *Tacit. Ann. 13. c. 27. extrem.* perpetratum judicium. *Liv. l. 33. c. 21.* Pace mondum perpetrata. *conchiuſa.*

PERPĔTRO, as, avi, atum, a. 1. *fare compiutamente, finire, compire, mandar ad effetto, ἐκτελέω*, eſt peragere, perficere, ut *Feſtus* exponit: a *per*, & *patro. Patruv. ibid.* Neque perpetrare preciibus, imperio queti. Ita *Scalig.* legit. *b. e.* neque precibus, neque imperio perficere potuerunt. *Varr. in fin. l. 6. de L. L.* Quoniam da linguæ Latinæ tres feci partes; prima parte perpetrata, ut ſecundam urdiri poſſimus, &c. *Plaut. Pœn. l. 5. 1. 14.* Poſtquam opus oleum, ut volui, omne perpetravi. *Tacit. 4. Hiſtor. c. 63. a med.* Legati ad Civilem miſſi cum donis, cuncta ex voluntate Agrippinenſium perpetravere. *Id. 14. Ann. c. 7.* perpetrare promiſſa. *Flor. l. 3. c. 14.* cœpta. *Juſtin. l. 1. c. 9.* facrilegium. *& lib. 27. c. 1.* facinus. *Liv. l. 1. c. 6.* eadem. *Id. l. 25. c. 12. & lib. 44. c. 37.* ſacrificium. *Id. l. 33. c. 21.* pacem. *conchiudere. & Sueton. in Calig. c. 46. & Juſtin. l. 12. c. 3.* bellum. *Tacit. 4. Hiſt. c. 51.* eſſi-

qua

qua belli. *Id. 14. Ann. c. 11.* Quanto ſuo labore perpetratum, ne ſtromperet Curiem. *quanto averſus volutu a fare cibi, &c. Martian. Dig. lib. 48. tit. 21. leg. 3. a med.* Qui ſibi manus intulit, & non perpetuvit. *e non finì di terſi di vita.* ¶ Cum infinito *Plaut. Truculi. 2. 5. 11.* Male quod mulier facere incepit, niſi id efficere perpetrat, id illi morbo, id illi ſenio eſt.

PERPETUALIS, le, perpetuus. *Quintil. l. 2. c. 13. ad fin.* Καθολικὸς, ideſt, ut dicamus, quo modo puſſumus, univerſalia, vel perpetualia.

PERPETUARIUS, a, um, perpetuus. Perpetuarius mulio, apud *Senec. in apocolocynth. ante med.* eſt qui perpetuo, & in longinquis, magniſque itineribus mulionis artem exercet. ¶ *Perpetuarii*, apud JCtos dicuntur, qui fundum, aut rem aliam perpetuo conducunt, vel perpetuo jure poſſident. *Impp. Theodoſ. & Valens. lib. 11. Cod. tit. 70. leg. 5.*

PERPETUATUS, a, um, perpetuus factus. *Arator ſub fin. l. 2.* His ſolidata fides, his eſt tibi, Roma, catenis Perpetuata ſalus.

PERPETUITAS, atis, f. *continuatione, perpetuità, tenor coſtante, uddiετης, διάτασις*, continuatio, perennitas, diuturnitas. *Cic. Tuſcul. 5. 1. 10. extr.* Non ex ſingulis vocibus philoſophi ſpectandi ſunt, ſed ex perpetuitate, atque conſuetudine. *Id. 2. Offic. c. 7.* Malus cuſtos diuturnitatis metus: contraque benevolentia fidelis eſt vel ad perpetuitatem. *& l. 2. c. 33.* Ut conſtare in vitæ perpetuitate peſſimus nobiſmet ipſis, nec in ullo officio claudicare. *Plin. l. 34. c. 9. extr.* Uſus æris ad perpetuitatem monumentorum translatus eſt. *Quintil. declam. 2. c. 15.* Sciebas, cæcum unu ſuiter, ſi dux defeciſſet, ingredi poſſe, quam ſi veſtigia parietis perpetuitata dirigeret. *h. e.* perpetuo, & non interrupto parietis tractu. ¶ *Perpetuitas orationis* eſt continuatus curſus per periodos æqualiter fuſas, & invicem ſibi ſuccedentes: cui opponitur oratio inciſa, & per brevia membra quodammodo interrupta. *Cic. 3. de Orat. c. 49. a med.* Neque ſemper utrumlibet eſt perpetuitate, & quaſi converſione verborum, ſed ſæpe carpenda membris minutioribus eſt oratio. ¶ Item *perpetuitas ſermonis* eſt totus ſermo: cui opponitur *pars. Cic. 2. de Orat. c. 54. a med.* In utroque genere leporis excellens, & illo, qui in perpetuitate ſermonis, & hoc, qui in celeritate, atque dicto eſt. Adde *in Orat. cap. 2.* ¶ In plur. num. *Vitruv. lib. 2. c. ult.* Apennini pars ſeptentrionali regioni ſubjecta continetur umbroſis & opacis perpetuitatibus. *h. e.* locis longo & continuo tractu umbroſis.

PERPETUITASSINT, antiqu. perpetuent, perpetuum reddant: quaſi a *perpetuus. Enn. apud Non. c. 2. n. 632.* Libertatemque ut perpetuitaſſint quam maxime. Al. leg. *perpetuaſſint.*

PERPETUO, ui, avi, atum, a. 1. *continuare, perpetuare, eternare, διαιωνίζω*, perpetuum reddo, continuo ſine intermiſſione. *Cic. 3. de Orat. c. 46.* Clauſulas, atque interpuncta verborum animæ interclusio atque anguſtiæ ſpiritus attulerunt. Id inventum ita ſuave, ut ſicui ſit infinitus ſpiritus datus, tamen eum perpetuare verba nolimus. *Id. pro Sull. c. 21. in fin.* Judicum poteſtatem perpetuandam, legis acerbitatem mitigandam putavit. *Plaut. Pſeud. 1. 3. 72.* Non eſt juſtus quiſquam amator, niſi qui perpetuat data. *Rend. Dig. lib. 27. tit. 7. in fin.* Litis conteſtatione temporales actiones perpetuantur. ¶ *Dii te perpetuent*, formula acclamandi Imperatoribus, apud *Lampid. in Alex. Sev. c. 6.*

PERPETUO, adverb. *continuamente, perpetuamente, in perpetuo, per ſempre, αἰὲν, ἀιδίως*, continue, ſine intermiſſione, aſſidue, ſemper, perennitet. *Terent. Heaut. 3. 3. 46.* O fortuna, ut nunquam perpetuo es bona! *Cic. Agrar. 3. c. 1.* Ut eam opinionem perpetuo retineatis. *Ovid. 1. Triſt. el. 5. in fin.* At mihi perpetuo patria tellure carendum eſt. *Caſ. l. 1. B. Gall. c. 31.* Neque recuſatoros, qui minus perpetuo ſub illorum ditione atque imperio eſſent. *& lib. 7. c. 41.* Cum noſtros aſſiduo labore defatigarent, quibus, propter magnitudinem caſtrorum, perpetuo eſſet iiſdem in vallo permanendum. *Cic. Acad. 4. c. 19. a med.* Horteuſius autem vehementer admiratus, quod quidem perpetuo, Lucullo loquente, faceret. *Hirt. l. 8. B. Gall. c. 26.* Qui perpetuo in amicitia Romanorum permanſerat. *Terent. Eun. 5. 9. 13.* Nunquid dubitas, quin ego perpetuo perierim?

PERPETUUS, a, um, *continuus, continuato, intiero, non interrotto, διηνεκὴς, ἀίδιος*, continuus, continuatus, continuus, ſolidus, integer, non interruptus, non interciſus: a *perpes, etis. Cic. in Piſon. c. 22.* Meus reditus is fuit, ut a Brundiſio uſque Romam agmen perpetuum totius Italiæ viderem. *In vet. on. Tab.* apud *Muratori. pag. 582. ad fin.* Semitam lapidibus perpetuis conſtratam recte habeto. *Plin. l. 3. c. 5. ante med.* Apenninus perpetois jugis ab Alpibus tendens ad Siculum fretum. *& lib. 6. c. 10.* Montes perpetuo tractu oceani oræ prætenti. *Id. l. 7. c. 51.* Perpetua febris. *Id. l. 27. c. 27.* Exactam falcis aciem utraque manu imprimentes, perpetuis incifuris dedacunt, ac veluti entem (*arboris*) laxant. *Cato R. R. c. 33.* Vineam arare incipim, ultro citroque ſulcos perpetuos ducito. *Colum. l. 3. c. 13.* Foſſam perpetuam educere. *Caſ. l. 3. B. Civ. c. 44.* Perpetuæ munitiones, perductæ ex caſtellis in proximna caſtella. *Id. l. 7. B. Gall. c. 26.* Palus, quæ perpetua intercedebat Romanos ad inſequendum tardabat. *& cap. 23.* Perpetuæ trabes. *h. e.* integræ, ſolidæque. *Plaut. Moſtell. 2. 2. 67.* Non videor mihi farcire poſſe ædes meas, quin totæ perpetuæ ruant. *tutte do on capo all' altro.* pleonaſmus. *Caſ. l. 2. B. Civ. c. 21.* Milites diſponit non certis ſpatiis intermiſſis, ſed perpetuis vigiliis ſtationibuſque, ut contingant inter ſe, atque omnem munitionem expleant. *Ovid. 2. de ar. am. v. 285.* perpetua contenduot illa riſu. *Terent. Adelph. 4. 1. 5.* Hanc diem cupio perpetuum in lætitia degere. *tutto intiero.* & 4. 2. 4. triduum. *& Heaut. 2. 2. 12.* biennium. *Virg. 7. Æn. v. 196.* hic ariete caſo Perpetuis ſoliti patres conſidere menſis.

h. e. non interruptis diſtinctiſve ſedeotum ordinibus per lectos triclniares, ſed longis & continuis pro numero convivarum. Sic *Ovid. 6. Faſt. v. 305.* Ante focos olim longis conſidere ſcannis Mos erat, & menſæ credere adeſſe deos. Ruſtus *Virg. Æn. 8. v. 182.* Veſcitur Æneas, ſimul & Troiana juventus Perpetui tergo bovis. *h. e.* non in truſtis ſecto, ſed integro menſæ illato. ¶ *Perpetua oratio*, aut altercatione, aut interlocutione non interrumpitur. *Cic. Attic. l. 1. ep. 16. circa med.* Clodium præſentem frege in Senatu tum oratione perpetua, tum altercatione: *Liv. l. 4. c. 6.* Cum res a perpetuis orationibus in altercationem verteſſet. *Id. 2. de Orat. c. 4.* Sum cupidus te in illa longiore & perpetua diſputatione audiendi. *Id. in Top. c. ult.* Nec ſolum perpetuæ actiones, ſed etiam partes orationis iiſdem locis adjuvantur. ¶ *Perpetua quæſtiones.* V. *Quæſtio.* ¶ *Perpetua hiſtoria*, quæ res geſtas continentes, & continuatas perſcribit. *Cic. Fam. 5. ep. 12. bis.* Sic *Ovid. Met. 1. v. 3.* primaque ab origine mundi Ad mea perpetuum deducta tempora carmen. ¶ Sæpe *temperatis* opponitur, *perpetuis, eternis, ἀϊδίοις. Nep. in Milt. c. 3.* Quibus ſingulis ipſarum urbium perpetua dederat imperia. *Horat. l. 1. od. 34. v. 5.* Quintilium perpetuus ſopor urget. *Cic. poſt redit. in Sen. c. 2. ſub fin.* Cum reſpublica non ſolum perentibus perpetuis, veenm etiam tutoribus annuis eſſet orbata. *Id. Catil. 4. c. 9.* Ignis Veſtæ perpetuus ac ſempiternus. *Id. l. 1. de nat. Deor. c. 15.* Lex perpetua & æterna. *& lib. 2. c. 21.* Stellarum perennes curſus atque perpetui. *Id. 2. de Invent. c. 54.* Stabilis & perpetua perorantio. *Id. poſt redit. in Sen. c. 12.* Conſtans, perpetua, fortis, invicta defenſio ſalutis meæ. *Id. Phil. 13. c. 6.* Voluntas mea perpetua & conſtans in rempublicam. *Id. Fam. 6. ep. 13.* Aſſidua & perpetua cura ſalutis tuæ. *Q. Cic. de petit. conſul. c. 7.* Firma & perpetua amicitia. *Martial. l. 6. epigr. 64. v. 10. & l. 7. epigr. 61.* Quas & perpetui dignantur ſerinia Sili. *h. e.* qui fama in perpetuum victurus eſt. ¶ *Perpetuum*, adverb. perpetuo. *Stat. l. 6 ſilv. 1. v. 99.* Utere perpetuum populi, magnique ſenatus Monere. ¶ *In perpetuum*, in omne tempus, *in perpetue, per ſempre, ἐναὶ. Cic. 1. Catil. c. 12. ſub fin.* Hunc peſtem pauliſper reprimi, non in perpetuum comprimi poſſe. *Id. Agrar. 2. c. 21.* Venire res veſtras pmprias, & in perpetuum a vobis alienari. *Id. pro Roſc. Amer. c. 48.* Obtinere aliquid in perpetuum. *Liv. l. 7. c. 37.* Milites duplici frumento in perpetuum, in præſentia ſingulis bobus donati. ¶ *In perpetuum modum*, idem. *Plaut. Moſt. 3. 1. 5.* Perii plane in perpetuum modum. Adde 4. 3. 51. ¶ Interdum *perpetuus* eſt generalis, univerſalis, & ſemper locum, non veritatem habens in aliquo genere. *Cic. 2. de Orat. c. 33.* Perpetui juris, & univerſi generis quæſtio non hominum nomina, ſed rationem dicendi, & argumentationum fontes deſiderat. *Caſſ. l. 2. c. 10. circa med.* Cum ſit autem minima eredo ſanguis mittendus, tamen ne id quidem perpetuum eſt. neque enim ſemper conecoctionem res exſpectat. *nè meu queſto è ſenza eccezzione.* & *Plin. l. 17. c. 2. ad fin.* Nec arbitror, perpetuum quidquam in hoc præcipi poſſe. ¶ *Perpetua fulmina* apud *Stuec. l. 2. quæſtion. natur. c. 47.* ſunt, quorum ſignificatio in totam vitam pertinet, nec unam rem id enuntiat, ſed contextum rerum per omnem deinceps ætatem complectitur. ¶ *Perpetuus*, comparativ. *Cato* apud *Priſcian. l. 3. pag. 601.* Idque perpetuius atque firmius repſit. *Perpetuiſſimus*, ſuperlat. *Id. ibid.* Ab optimis artibus fugit quam maxima fugela, perpetuiſſimo curriculo. ¶ *Perpetuus* dictus eſt a quibuſdam Grammaticis infinitivus modus, quia perpetuum eſt, quod finem non habet. *Diomed. l. 1. pag. 331. Priſcian.*

PERPEXUS, a, um, diligenter pexus. *Jul. Firmic. l. 5. c. 5.* Pectora pugnis obtundant, & perpexam barbam in omnibus cogitationibus ſuis permulceant.

PERPICTUS, a, um, exacte pictus. *Ovid. 10 Met. n. 261.* Lilia, perpictaſque pilas. Alii leg. *Liliaque, pictaſque pilas.*

PERPLACEO, es, n. 2. valde placen. *Cic. Attic. l. 3. ep. 23. a med.* Vide ſegem, quam T. Fabio ſcripſit T. Viſellius: ea mihi perplacet. *Plaut. Meſtell. 3. 3. 4.* Eſquid placeant, me engas? immo hercle vero perplacent.

PERPLANUS, a, um, valde planus. *Diomed. l. 2. pag. 431.* Diſcretio eſt conſuſarum ſignificationum perplana expoſitio.

PERPLEXABILIS, le, idem ac perplexus, implexus, involutus, obſcurus. *Plaut. Aſin. 4. 1. 47.* Neque ullum verbum faciat perplexabile.

PERPLEXABILITER, adverb. idem ac perplexe. *Plaut. Strich. 1. 2. 28.* Perplexabiliter hodie earum perpavefaciam pectora.

PERPLEXE, adverb. *intricatamente, πολυπλόκως*, obſcure, implicite. *Terent. Eun. 5. 1. 1.* Pergin' ſcelleſta mecum perplexe loqui? *Liv. l. 6. c. 13. in fin.* Defectionem haod perplexe indicavere. *Prudent. adverſ. Symmach. l. 2. v. 847.* Anfractus dubius habet, & perplexius errat.

PERPLEXIM, adverb. idem ac perplexe. *Plaut. Stich. 1. 2. 18.* Utrum ego perplexim laceſſam orstione. *Ceſſ. Hemin.* apud *Non. c. 11. n. 50.* Perplexim ſcribere ſticui.

PERPLEXIO, onis, f. Perplexitas, involucrum, ambages. *Pere. Lovo declam. in Catil. c. 33.* Ma ſtenar veteſtiſſima familiaritate Catilinæ conjunctum, perſæpe delimviſſi mitis perpleximibus illius, neque unquam certi quidquam in illo ingenio compehendere potuiſſe.

PERPLEXITAS, atis, f. *perpleſſità*, dubium, ambiguitas. *Ammian. l. 18. c. 6. a med.* (*al. c. 14. extr.*) His ob perplexitatem nimiam ægerrime lectis.

PERPLEXOR, aris, dep. 1. aliquid perplexum facio, & in dubium voco. *Plaut. Aulul. 2. 2. 81.* At ſcio, quo vos pecto ſuleatis perplexarier.

PERPLEXUS, a, um, *intricato, involuppato, perpleſſo, ſ'intrigato*, in-

intricatus, implicitus, involutus, implexus. *Plin. l. 9. c. 2.* Perplexis, & in semet aliter, atque aliter nunc flatu, nunc fluctu convolutis feminibus. *Virg. 9. Æn. v. 391.* perplexum iter omne revolvens Fallacis silvæ. *Stat. l. 1. Theb. v. 502.* Perplexi errores. ¶ Per translationem accipitur pro obscuro, & ita involuto, ut commode intelligi non possit, *difficile, intricato. Liv. l. 40. c. 5.* Singulos amicorum patris tentare sermonibus perplexis instituit. *Id. l. 25. c. 12.* Perplexius carmen. *Id. l. 35. c. 14. sub fin.* Perplexum Punico astu responsum. *Id. l. 34. c. 57.* Ignorare se dixit, quidnam perplexi sua legatio haberet. *Plin. l. 2. c. 25.* Ratio perplexior, multisque involuta miraculis.

PERPLICĀTUS, a, um, implicitus, perplexus. *Lucret. l. 2. v. 394.* Aut magis hamatis inter se, perque plicatis. *tmesis.*

PERPLORO, as, valde ploro. *Verus Lepos* apud *Gruter. pag. 928. n. 12.* Crescо, percrepas: gaudeo, perploras. Invide, morere.

PERPLŪIT, ebat, imp. 3. *περιρρεω, διαβρέχομαι*, est per medium pluit. *Cato c. 155.* Circuire oportet, sicubi perpluat. *Plaut. Mostell. 1. 2. 30.* Venit imber, lavat parietes, perpluunt tigna. *Quintil l. 6. c. 3.* Cum cœnaculum perplueret. *Fellus* in *Patera.* Pateram perpluere, in sacris cum dicerent, significabant, pertusam esse. ¶ Translate *Plaut. Trin. 1. 2. 41.* Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant. ¶ Et transitive, cum accusat. *Id. Mostell. 1. 3. 6.* Hæc est illa tempestas, quam mihi amor in pectus perpluit meum.

PERPLŪRES, urium, valde plures. *Plin. l. 13. c. 24.* Spondetque jupiter ejus annuos perplures reditus. Alii leg. *annuo* H. S.

PERPLURIMUM, adverb. valde plurimum. *Plin. l. 2. c. 54.* Itaque perplurimum refert, unde venerint fulmina, & quo concesserint. Al. leg. *plurimum.*

PERPOL, per Pollucem, adverb. jurandi. *Terent. Hauyr. 1. 1. 1.* Perpol quam paucos repetias meretricibus fidsles evenire amatorea. Ubi tamen *Donatus* vult dictum esse pro *Pol perquam paucos*, &c. nam, inquit, *perpol* Latinum non est. Quod cum sit verius, idem dicendum erit de illo *Plauti Cas. 2. 6. 18.* Perpol sæpe peccas. *h. e.* pol persæpe.

PERPOLIO, ōlis, ivi, itum, a. 4. *διαλεαίνω*, valde polio, absolvo, supremam manum addo. *Cic. 2. de Orat. c. 13.* Et tractu orationis leni, & æquabili perpolivit illud opus. *Id. de Universf. c. 13.* Perpolire, & absolvere aliquid. *Id. 2. de Orat. c. 18.* Perpolire, atque conficere. *Id. pro Balb. c. 7.* Adhibere extremum perpoliendi operis laborem. *di dar l' ultimo mano. & lib. 5. Fam. ep. 12. extr.* Ea, quæ habes instituta, perpolies.

PERPOLITIO, onis, f. *abbellimento*, actus perpoliendi. *Auct. ad Herenn. l. 4. c. 13.* Verborum exornatio est, quæ ipsius sermonis insignita continetur perpolitione.

PERPOLITISSIME, adverb. summo polite. *Auct. ad Herenn. l. 4. c. 32. extr.* Ut continuationes perfecte, & perpolitissime possint esse absolutæ.

PERPOLITUS, a, um, valde politus, absolutus, perfectus. *Cic. 1. de Orat. c. 13. ad fin.* Perfecti in dicendo, & perpoliti homines. *Id. in Pison. c. 29.* Non philosophia solum, sed etiam litteris perpolitus. *Id. pro Sext. c. 42.* Inter hanc vitam perpolitam humanitate, & illam immanem nihil eam interest, quam, &c. *Id. 1. de Orat. c. 8.* Sapientibus sententiis, gravibusque verbis oroata oratio, & perpolita. *& lib. 2. c. 27. sub fin.* Explicatio illustris, & perpolita. ¶ Propria *Plin. l. 33. c. 4.* Aurum carsu ipso, tritaque perpolitum. *arrotato, purgato, fregato.*

PERPOPULĀTUS, a, um, *saccheggiato*, particip. passive significatione. *Liv. l. 26. c. 9. ad fin.* Annibal, perpopulato agro Fregellano, in Labicanum venit. Al. leg. *populato.*

PERPOPULOR, aris, dep. 1. *κατατρυχόω*, totum populor, & vasto. *Liv. l. 22. c. 3.* Annibal emissus e manibus perpopuletur Italiam. *Al. leg.* populetur. *Id. l. 34. c. 56.* Ligurum quindecim millia agrum Placentinum perpopulatos esse. *Tacit. Ann. 14. c. 26.* Cædibus & incendiis perpopulatus.

PERPORTANS, antis, apportans, advehens. *Liv. sub fin. l. 28.* Naves onerariæ prædam Carthaginem perportantes.

PERPOTĀTIO, onis, f. actus perpotandi. *Cic. in Pison. c. 10.* Quid cum tuis sordidissimis gregibus intemperatissimas perpotationes prædicem?

PERPOTĀTOR, iris, depon. 4. omnino & plene potior. *Imp. Zeno lib. 12. Cod. tit. 7. leg. 2. & Imp. Anastas. ibid. tit. 21. leg. 2. & Imp. Theodos. & Valent. ibid. tit. 16. leg. 3. extr.*

PERPOTO, as, avi, atum, n. 1. valde poto, vel totum tempus in potationibus confumo. *Cic. 7. Verr. c. 33. extr.* Similiter totos dies, re iltore tabernaculo posito, perpotabat. *Id. Phil. 2. c. 31.* Delituit in quadam cauponula, atque ibi se occultans perpotavit ad vesperum. ¶ Pro simplici poto, hausio. *Lucret. l. 1. v. 938. & lib. 4. v. 15.* interea perpoter amarum Absinthi laticem.

PERPRĒMO. V. *Perprimo.*

PERPRESSA, æ, f. herbæ nomen. *Plin. l. 21. c. 19. a med.* Bacchas in medicina usu aliqui ex nostris perpressam vocant. *Al. leg.* perpensam. *Id. l. 26. c. 8. ad fin.* Calculos ejicit perpressa, quæ Arretii, & in Illyrico nascitur.

PERPRIMO, is, pressi, pressum, 3. 3. *premere assai*, valde premo, *καταπιέζω. Horat. epod. 16. v. 37.* mollis & culpee Inominata perprimat cubilia. *Senec. epist. 99. a med.* Spiritus ictu doloris impulsus, quemadmodum totum corpus quatit, ita oculos, quibus adjacentem humorem perprimit, & expellit. Al. leg. *perpremit.* Adde *Ovid. l. 1. de ar. am. v. 304.*

PERPROPĒRE, adverb. valde propere. *Plaut. Mil. 3. 4. 20.* Peri perpropere.

PERPROPINQUUS, a, um, valde propinquus. *Asconius* apud *Cicer. l. 1. de Divin. c. 22. sub fin.* commutationem rerum portendit fore perpropinquam.

PERPROSPER, a, um, valde prosper. *Suetan. in Claud. cap. 31.* Valetudine perprospera usus est.

PERPRURISCO, is, n. 3. *κνησμωδέω*, admodum prurio. *Plaut. Stich. 5. 5. 20.* Ubi perpruriscamus usque ex unguiculis.

PERPUDESCIT, valde pudet. *Consilio in epist. ad Graech. (inter fragment. Cornel. Nepot.)* Quando perpudescet miscenda, atque perturbanda republica?

PERPUGNAX, acis, valde pugnax. *Cic. 1. de Orat. c. 20. in fin.* Perpugnacem in disputando videri. Quidam perperam leg. *repugnacem.* Adde *Augustin. l. 3. contra Acad. c. 4.*

PERPULCHER, chra, um, valde pulcher. *Terent. Eun. 3. 2. 25.* Perpulchra, credo, dona, haud nostris similia.

PERPUNCTUS, a, um, *punto. Cal. Aurel. Acut. l. 2. c. 20. a med.* Perpuncti sentiunt.

PERPURGĀTUS, a, um, probe purgatus. *Cels. l. 5. c. 26. fcft. ult.* Perpurgata ulcera. *Plaut. Mil. 3. 1. 179.* Perpurgatia ambo damus tibi operam auribus. *Cic. pro Mur. c. 26.* Locus orationis perpurgatus ab iis, qui ante me dixerunt.

PERPURGO, as, avi, atum, a. 1. *purgare perfettamente, διαπαίω*, omnino purgo, totum purgo. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 50.* Cervæque ante partum perpurgant se quadam herbula. Adde *Cels. l. 2. c. 10. a med.* ¶ Translate sumitur pro expedite, absolvere, finire. *Cic. 2. de Divin. c. 1.* Perpurgatus est is locus a nobis quinque libris. Al. leg. *pertractatus.* ¶ *Perpurgare rationes*, expedire æquando singula capita dati & accepti, perficere, absolvere. *Cic. Attic. l. 15. ep. 12.* De dote tanto magis perpurga.

PERPUSILLUM. *Cic. 2. de Orat. c. 60.* Non accusabis: perpusillum rogabo. (Potest hic & adverb. esse & adject.)

PERPŪTO, as, a. 1. perfecta puto, declaro, profero. *Plaut. Cistell. 1. 3. 7.* Ut ego argumentum hoc vobis plane perputem.

PERQUAM. V. *Per* in fine.

PERQUIESCO, is, evi, etum, n. 3. conquiesco. *Apul. Metam. l. 8.* Totam perquiescimus noctem.

PERQUIRITĀTUS, a, um, perquisitus. *Claudian. Mamert. in præfat. l. 1. de statu anim. ad Sidon.* Opusculum usquequaque perquiritatum. Al. leg. *prosperitatum.*

PERQUĪRO, is, quisivi, itum, a. 3. *cercare diligentemente, ricercare, διαζητέω*, scrutando diligenter quæro. *Cic. 6. Verr. c. 18.* Scribit ad quosdam, ut ea vasa perquirerent. *Id. 5. de Fin. c. 18.* Res contemplari, & perquirere. *Q. Cic. de petit. consul. c. 8.* Perquirere & investigare homines ex omni regione. ¶ item iaterrogando. *Cæs. l. 6. B. Gall. c. 8. extr.* Aditus, viasque in Suevos perquisit. *Plaut. Stich. 1. 3. 49.* Adeunt, perquirunt, quid caulæ fier. Cic. *pro Cal. c. 22.* Possum etiam illi ab accusatore perquirere, ubi sit, &c.

PERQUISITE, adverb. *διζησιμόνως*, diligenter. *Cic. 1. de Invent. c. 41. in fin.* Sed perquisitius, & diligentius conscripsisse pollicemur.

PERQUISITOR, oris, m. *ricercatore*, inquisitor. *Plaut. Stich. 2. 2. 61.* Malevoli perquisitores auctionum.

PERQUISĪTUS, a, um, *ricercato*, diligenter quæsitus. *Plin. l. 6. c. 8.* In quo multa aliter, ac veteres, prodituram me non eo inficias, anxia perquisita cura.

PERRĀRO, adverb. *παρασπανίως*, valde raro. *Cic. 2. Fin. c. 16.* Quæ perraro appellantur ab Epicuro. *Horat. l. 2. sat. 5. v. 50.* perraro hanc aleam fallit.

PERRĀRUS, a, um, valde rarus. *Liv. in fin. l. 29.* Quod tunc perrarum in mandandis sacerdotiis erat. *Plin. l. 32. c. 3. ante med.* Quando perrarum est, ut levior sit aliqua.

PERRECONDĪTUS, a, um, valde reconditus. *Cic. 1. de Orat. c. 30.* Aut perrecondita, aut valde difficilis ratio confuetudinis.

PERRECTŪRUS. V. in *Peago.*

PERRĒCTUS, a, um, *experrectus. Apul. l. 5. Metam.* Perrectis oculis, & nbarmatis ad ergilias. *Al. leg.* perfrictis.

PERRĒPO, is, pſi, ptum, a. 3. *serpere, aggrapparſi, ἐμβαίνω*, rependo aliquo pervenio, adrepo. *Colum. l. 6. c. 5.* Ne ad præsepia sus, aut gallina perrepat. *Id. l. 4. c. 24.* Si a capite vitis emicuerit, & brachiis in alisne jugorum compluvia perrepserit. *Tibull. l. 1. el. 5. v. 43.* tellurem genibus perrepere.

PERRĒPTO, as, avi, atum, n. 1. frequentativum a *perrepo. Plaut. Rud. 1. 4. 4.* Omnia jam circumcursavi, atque omnibus in latebris perreptavi quærere confervam vocs, oculis, auribus. *h. e.* quasi reptando cum labore, & lassitudine obivi. *mi sono strafannato. & Amph. 4. 1. 3.* Omnes plateas perreptavi, gymnasia, & myropolia. *h. e.* reptavi per plateas, &c. Sic *Terent. Adelph. 4. 6. 3.* Perreptavi usque omne oppidum, ad portam, ad lacum, quo non?

PERRHÆBI, orum, m. *Περραιβοί*, pop. Macedoniæ, in confinio Thessaliæ, juxta Peneum fl. & Olympum montem, apud Pelasgiotas. Eorum oppidum Perrhæbia. Etiam in Ætolia collocantur. Causa est, quia eorum regio attingens Pindum montem Ætoliæ, ex parte in Ætolia collocatur. Aliqui causam afferunt, quod Perrhæbi a Lapithis fracti in Ætoliam fugerint. Hinc adjective *Propert. l. 3. el. 3. v. 55.* Aut cur Perrhæbi tremuere cacumina Pindi. *Ovid. Met. 12. v. 172.* Perrhæbum Cænea vidi. *h. e.* Thessalum. V. *Plin. in procem. l. 4. & cap. 2.*

PERRIDĪCULE, adverb. valde ridicule. *Cicer. 2. de Orat. c. 59.* Sed etiam, si quid perridicule possis.

PERRIDĪCULUS, a, um, valde ridiculus. *Cic. 2. de Orat. c. 19.* Sed tamen ea eorum doctrina perridicula.

PERRODO, is, osi, osum, a. 3. vehementer rodo, totum rodo, rodendo penetro. *Plin. l. 34. c. 18.* Valet purgare, sistere, excalfacere,

cere, perrodere. *Id. l.* 30. *in fin.* Quæ non perroderetur a veneno Stygis equæ. *Celſ. l.* 5. *c.* 28. *n.* 12. Num plures ſiaua perroſerint.

PERROGATIO, onis, ſ. rogatio. Legitur in veteri curto lapide apud *Maffei. in Muſ. Veron. pag.* 288. *n.* 4.

PERROGITO, as, a. 1. frequentativum a perrogo. *Paruv.* apud *Priſcian. l.* 4. *pag.* 634. *Pomſch.* Poſtquam defeſſus perrogitando adveſanas de natis, neque quemquam invenit ſcium.

PERROGO, as, a. 1. idem ac rogo, ſeu interrogo. *Tacit. l.* 4. *Hiſt. c.* 9. Cum perrogarent ſcatcatias conſules. *Liv. l.* 29. *c.* 19. *a med.* Perrogati eo die ſententiæ non potuerunt. *b. e.* omnium ſententiæ uſque ad ultimum Senatorem. ¶ Perrogare legem, eſt ita rogare, ut perferatur, & e populo accipiatur. *Valer. Maxim. l.* 2. *c.* 2. *extern.* 1. Minos a Jove traditas ſibi leges perrogabat. *Id. l.* 8. *c.* 6. *in fin.* Tribunus plebis legem perrogavit magna cum clade reipublicæ.

PERRUMPO, is, upi, uptum, a. 3. *rompere per mezzo, aprire rompendo, ſpezzare, διαῤῥήγνυμι*, medium rumpo, prorſus rumpo, diffindo, perfringo, diſcumpo. *Cæſ. l.* 1. *B. Civ. c.* 26. Turres omni genere telorum completas ad opera Cæſaris appellebat, ut rates perrumperet, etque opera diſturbaret. *Celſ. l.* 8. *c.* 9. Coſta ſic finditur, ut eam totam is caſus perruperit. *Cic. l. Tuſcul. c.* 18. *ad fin.* Ab his pereumpitur & dividitur craſſus hic & concretus aer. *Virg. Æn. v.* 479. corripta diua bipeuni Limina perrumpit. & *l.* 9. *v.* 512. Saxa quoque iafeito volvebant pondere, ſi qua poſſent teſtam aciem perrumpere. *Ovid. Met. l.* 12. *v.* 369. Frexineam miſit haſtam, quæ laterum cratem perrupit. ¶ Item vi iecumpo, vi viam mihi facio, penetro, quaſi obſtantia perfringendo, *entrare a forza, paſſare. Cæſ. l.* 7. *B. Gall. c.* 19. Ut ſi eam paludem Rontani perrumpere conarentur, haſtantes premerent ex loco ſuperiore. & *lib.* 6. *c.* 39. Inter ſe cohortati, per medios hoſtes perrumpunt. *Liv. l.* 26. *c.* 7. Nec per caſtra eorum perrumpi ad Capuam poſſe. *Id. l.* 3. *c.* 18. *a med.* Jam in veſtibulum perruperant templi. *Sueton. in Orb. c.* 8. Perrupcrunt in triclinium uſque. *Sil. l.* 12. *v.* 697. etiamne parabit Noſtrea ille domos, aoſtras perrumpere in aeces? *Horat. l.* 1. *od.* 3. *v.* 36. Perrupit Achemenia Herculeus labor. ¶ Translate *Cic.* 3. *Offic. cap.* 8. Pœnam non dico legum, quas ſæpe perrumpunt. *volano.* & *in Partit. c.* 32. *a med.* Perrumpere periculum. *ſuperare.* Sic *Plin. l.* 8. *c.* 23. omnes difficultates. & *Cic. Verr.* 3. *c.* 5. Coofriopat ille ſane vi ſua conſilia ſenatoria, quæſtiones omnium perrumpat, evolet ex veſtra ſeveritate. *b. e.* evadat, effugiat. *Senec. in Agamb. v.* 603. perrumpere omne ſervitium. *rompere ogni ſoggezione, ſcuoterſi d' attorno ogni ſervitù.* & *Tacit.* 3. *Ann. c.* 15. Nullo magia catereitus eſt, quam quod Tiberium, ſine miſeratione, ſine ira, obſtiaxtum clauſumque vidit, ne quo affectu perrumperetur. *b. e.* permoveretur, quaſi vi affectu aliquo animum ejus irrumpente.

PERRUPTUS, a, um, *ſpaccato, ſpezzato*, perfractus, diruptus. *Colum. l.* 2. *c.* 2. *a med.* Perruptæ raſtris & aratris radices herbarum. *Sil. l.* 13. *v.* 741. & perruptis malibus Alpes Eluctatus adeſt. ¶ *penetrato a forza. Tacit. Ann. l.* 4. *c.* 51. Quædam munimenta Romani, quaſi perrupta, omiſere. *Id.* 2. *Hiſt. c.* 44. Media acie perrupta fugere paſſim Othoniani. *Id. l.* 1. *Ann. c.* 51. *ſub fin.* Uno imperu perruptum hoſtem redigunt in aperta, cædunteque. *b. e.* perruptis aciei ordinibus. *sbaragliato.*

PERSA, æ, m. *Perſiano*, Περσεύς, Perſidis incola. *Cic. Attic. l.* 10. *ep.* 8. Regnum non modo Romano homini, ſed ne Perſæ quidem tolerabile. *Id.* 1. *Tuſcul. c.* 45. Perſæ mortuos cere circumlitos condunt, ut quam maxima permaneant diuturna corpora. & *lib.* 5. *c.* 34. Perſarum e Xenophonte victus exponitur, quos negat ad penem adhibere quidquam, præter naſturtium. *Nep. in Alcib. ſub fin.* Veniſſe ad Perſas, apud quos ſumma laus eſſet, fortiter venari, luxurioſe vivere. *Id. in Pelop. c.* 4. & *in Ageſil. c.* 4. In Perſas proficiſci. *per* in Perſidem. ¶ *Perſa*, una ex Plautiaia Fabulis, in qua Paraſitus pro Perſa inducitur. ¶ Item Nympha, de qua V. in *Perſes.*

PERSÆPE, valde ſæpe. *Cic. de Amic. c.* 20. *a med.* Ne quis intemperata quadam benevolentia, quod perſæpe fit, &c. *Id. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 1. *c.* 5. Frons, oculi, vultus perſæpe mentiuntur, oratio vero ſæpiſſime. Adde *Virg.* 7. *c.* 50. *extr. l.* 2. *de Legib. c.* 14. & *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. *n.* 81. &c.

PERSÆVUS, a, um, valde ſævus. *Pompon. Mela l.* 2. *c.* 5. *ſub fin.* Parva ſumina Telis, & Tichia: ubi accrevere perſæva.

PERSALSE, valde ſalſe. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 15. *ante med.* Perſalſe & humaniter etiam mihi gratias agit.

PERSALSUS, a, um, valde ſalſus. *Cic.* 2. *de Or. c.* 69. Perſalſum illud eſt apud Nævium, Quid plorus patee? Mirum ni cantem, condemnatus ſum.

PERSALUTATIO, onis, ſ. *Cic. pro Mur. c.* 21. Non placet mihi teſtium potius, quam ſuffragatorum compacatio; non minæ magis, quam blanditiæ; non declamatio potius, quam perſalutatio. *b. e.* diligens omnium ſalutatio.

PERSALUTO, as, a. 1. valde ſaluto, frequenter ſaluto, ad unum omnes ſaluto. *Cic. pro Flacc. c.* 28. Ut omnes nos, voſque perſalutet. V. *Saluto. Phædr. l.* 4. *ſub.* 11. Cæſa receptus propter virtutem Hercules Cum gratulantes perſalutaſſet deos. Adde *Senec. de Tranquil. c.* 12. *a med.*

PERSANATUS, a, um, omnino ſanatus. *Senec. epiſt.* 8. Ulcera atiamſi perſanata non ſunt, ſerpere deſierunt.

PERSANCTE, valde ſancte, & religioſe. *Terent. Hecyr.* 5. 2. 5. Bacchis dejerat perſancte. Adde *Suetou. in Tite, c.* 10.

PERSANO, as, avi, atum, a. 1. omnino ſano. *Plin. l.* 20, *c.* 22, *circa med.* Vomicas rumpere, purgare, perſanare promittens. Adde *in fin l.* 24. &c.

PERSANUS, a, um, perfecte ſanus. *Cato de R. R. c.* 157. *ſub fin.* Ut radices polypi perſanas facias.

PERSAPIENS, entis, valde ſapiens. *Cic. de Provinc. Conſul. c.* 18. *ad fin.* Quod magni cujuſdam hominis, & perſapientis videtur.

PERSAPIENTER, valde ſapienter. *Cic. pro Mil. c.* 4. *ai fin.* Etſi perſapienter, & quodam modo tacite dat ipſa lex poteſtatem defendendi.

PERSCIENS, entis, valde ſciens. *Lamprid. in Commod. c.* 5. Perennis Commodi animum perſciens, iavenit, &c.

PERSCIENTER, adverb. edmodum ſcienter, & induſtrie. *Cic. de clar. Orat. c.* 55. Ad infimitatem laterum perſcienter contentioaem omnem remiſerat.

PERSCINDO, is, a. 3. *διαῤῥήγνυμι*, tarum ſcindo, vel per medium ſcindo. *Lucret. l.* 6. *v.* 137. ut interdum validi vis incita venti Perſcindat nubem perfringens impete recto. & *verſ.* 179. Ergo ſeevidua hic nubem cum perſcidit atram. *Liv. l.* 22. *c.* 58. Omnie perſcindente vento, & capieare.

PERSCISCO, is, a. 1. plana ſcio, cognoſco. *Dictys Cretenſ. de B. Troian. c.* 37. Cauſam tumultus cupidus perſciſcere.

PERSCISSUS, a, um, particip. a perſcindor. *Lucret. l.* 6. *v.* 112. Interdum perſciſſa (*carbaſino*) furit petulantibus auris.

PERSCITUS, a, um, valde ſcitus. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 67. Quod apud Catoaem eſt, per mihi ſatum videtur, C. Publicium ſolitum dicere, &c.

PERSCRIBO, is, pſi, ptum, a. 3. *ſcrivere, ſcrivere con diligenza, διὰ γραφῆς*, idem fere quod ſcribo, aut diligenter, & totum ſcribo. *Cic. Attic. l.* 3. *ep.* 13. Nunc velim, mihi plana perſcribas, quid videas. & *epiſt.* 15. *ſub fin.* Hæc ut omnia ad me perfecta & explorata perſcribas. *Metell. ad Cicer. Fam. l.* 5. *ep.* 3. De meis rebus ad Lollium perſcripſi. *Cic. third. ep.* 4. Nunc mihi frater mitiſſimam tuam orationem, quam in Senatu habuiſſes, perſcripſit. *Tacit. l. Ann. c.* 12. *ſub fin.* Cuncta ſua manu perſcribere. *Cæſ. l.* 5. *B. Gall. c.* 45. *ſub fin.* Litteras Cæſari dimittit, rem geſtam in Eburonibus perſcribit. & *cap.* 47. Perſcribit in litteris, hoſtes eb ſe diſceſſiſſe, &c. *Id. l.* 1. *B. Civ. c.* 53. Hæc pleniora etiam atque uberiore Romam ad ſuos perſcribebant. *Liv. initio hiſt.* A primordio Urbis res populi R. perſcribere. *Horat. l.* 1. *ſat.* 4. *v.* 54. pueria verſuas perſcribere verbis. *fare, comporre.* ¶ *Perſcribi* dicuntur Senatus conſulta, cum, aullo Tribuno pleb. intercedente, in publicas tabulas referuntur. *Cæſ. l.* 1. *B. Civ. c.* 6. De Fauſto impedit Philippus teib. pleb. de reliquis S. C. perſcribuntur. *vengono regiſtrati.* & Cic. 3. *Catil. c.* 6. Et quoniam nondum eſt perſcriptum S. C. ea memoria vobis, Quirites, quid Senatus cenſuerit, exponam. ¶ Similitee *perſcribi* dicuntue retiones rei familiaris, quæ in tabulis, ſeu codice conſcribuntur accepti & expenſi. *Cic. pro Roſc. Com. c.* 1. Perſcribere falſum nomen. *Id. 9. ad Attic. ep.* 12. uſures. *b. e.* pecuniam datam ſub uſuris. *Id. pro Flacc. c.* 19. Cum illam pecuniam nominatim Flacco datam referent, majorem etiam aliam cum huic iidem darent, in eadem facram efficiendam ſe perſcripſiſſe dicunt. *Terent. Phorm.* 5. 7. 30. Aegeotum perſcripſi illis, quibus debui. *b. e.* per ſcripturam ab argentario numeravi: ſeu illis ſolvendum cucavi pecuniam ab argentario, cavendo ipſi chirographo meo, & promiſſiona uſurarum: quod eſt, per ſcripturam ſolvere, cui apponitur præſenti pecuniæ ſolvere. *Cic. Attic. l.* 16. *ep.* 2. De Publilio quod perſcribi oporret, moram non puto aſſe faciendam: ſed cum videas, quantum de jure noſtro deceſſerimus, qui de ceſſiuis CCCC HS. CC præſentia ſolveeimus, ceiiqui perſcribaraua, &c. Al. leg. *reſcribamus*, quod idem eſt. ¶ Pro deſcribere, *deſcrivere, Sallaſt.* in *Jug. c.* 98. Cujus famia modo, modo eminentibus ſaxis niſus Ligus, caſtelli planitiem perſcribit. *b. e.* animo concipit ſitum, & formam plantiei. Sunt qui aliter leg.

PERSCRIPTIO, onis, ſ. *ſcrittura, ſcrivere, ἀναγραφή*, actus perſcribendi, ſcriptio, ſcriptura. *Cic. Fam. l.* 5. *ep.* 2. *ante med.* Jam illud ſenatuſconſultum, quod eo die factum eſt, ea perſcriptionae eſt, ut dum id exſtabit, officium meum in te obſcurum eſſa non poſſit. *è ſcritto in termini tali, che*, &c. Al. leg. *præſcriptionae.* Facile enim in MSS. *præ*, & *per* confunduntue: ſed *perſcriptio* patior lectio eſt. *Id. pro Roſc. Com c.* 2. Suarum perſcriptionum, & litteraeum adverſaria proferre, non eſt? *Id. Phil.* 5. *c.* 4. Illa vero diſſipatio pecuniæ publicæ ferenda nullo modo eſt, per quam ſepties millies falſis perſcriptionibus, donationibuſque avertit. *b. e.* perſcribendo in tabulis falſa nomina, & cauſas pecuniæ infumendæ. ¶ De ſolutione per ſcripturam, de qua in voce præced. dictum eſt, *Id. Attic. l.* 12. *ep.* 11. *ad fin.* De Cærellia quid tibi placeret, Tiro mihi narravit: dehere, non eſſe dignitatia meæ: perſcriptionem tibi placere. *Id. l.* 4. *ep.* ult. Hæc pactio non verbis, ſed nominibus, & perſcriptionibus facta eſt.

PERSCRIPTOR, oris, m. *ſcrittore, ſcrivano, ἀναγραφεύς*, ſcriptor, ſcriba. *Cic.* 5. *Verr. c.* 72. Scribam tuum dicit, Verres, hujus perſcriptorem fenerationis fuiſſe.

PERSCRIPTURA, æ, ſ. ſcriptura. *Ulpian. Dig. lib.* 29. *tit.* 1. *leg.* 3. Quemadmodum plerique pagani ſolent, cum teſtamenti faciunt perſcripturem, adjicere, velle hoc etiam vice codicillorum valere. Ita *Torrentin.* at *Halander*, cum teſtamentum faciunt, per ſcripturam adjicere, velle, &c.

PERSCRIPTUS, a, um, *ſcritto, regiſtrato, ἀναγραφεὶς*, litteris mandatus, ſcriptus, deſcriptus. *Cic. Agrar.* 2. *c.* 32. *ad fin.* Hoc perſcriptum in monumentis veteribus reperietis, ut, &c. *Id. in Piſon. c.* 25. *ad fin.* Rationes ita ſunt perſcriptæ ſcite & litteratæ, ut, &c. *Id. Catil.* 3. *c.* 6. Senatuſconſultum nondum perſcriptum. *Nepos*

in Datam. c. 5. Hæc Pandares perſcripta ei mittit. ¶ Integre ſcriptus. *Sueton. in Galb. c.* 5. HS namque quingenties cum præciputum inter legatarios habuiſſet, quia notata, non perſcripta erat ſumma ½ herede Tiberio ad quingenta revocante, ne hæc quidem accepit. *Toro Tullium* apud *Gell. l.* 10. *c.* 1. *ad fin.* Perſuaſit Pompejo, ut neque *tertium*, neque *tertio* ſcriberetur, ſed ad ſecundum uſque *c* fierent litteræ, ut verbo non perſcripto, &c.

PERSCRUTATIO, onis, ſ. actus perſcrutandi, inquiſitio. *Senec. de conſol. ad Helv. c.* 9. *ſub fin.* Quid opus eſt profundi perſcrutatione?

PERSCRUTATOR, oris, m. *inveſtigator*, inveſtigator. *Capitolin. in Maxim. c.* 1. Qui talium rerum perſcrutatores fuiſſe dicuntur. Adde *Ulpian. Dig. lib.* 48. *tit.* 3. *leg.* 7. ubi al. leg. *profecutor*. ¶ Item qui jus ſuum perſequitur. *Macer Dig. lib.* 48. *tit.* 3. *leg.* 7. ubi al. leg. *profecutor*. ¶ Item qui comitatur, ſeu proſequitur. V. *Profectores*.

PERSCRUTATUS, a, um, *ſcrutatus*, *inveſtigatus*. *Ammian. l.* 17. *c.* 4. (*al.* 7.) Obeliſci montium venis perſcrutatis exciti, erectique.

PERSCRUTO, as, m. 1. idem quod perſcrutor. *Plaut. Aulul.* 4. 4. 30. Poſtremo hunc jam perſcrutavi: nihil hic habet.

PERSCRUTOR, aris, atus ſum, depon. 1. *curare cum diligentia*, διερεύνω, diligenter inquiro. *Cic. a. de Invent. c.* 44. Sententiam ſcriptoris domeſticis ſuſpicionibus perſcruteri. *Id. pro Flacc. c.* 8. *corr.* Perſcrutari penitus naturam nationemque criminum. *Id. Tuſcul.* 5. *r.* 20. *a med.* Speculari & perſcrutari aliquid. *Id. 6. Verr. c.* 21. *a med.* Immittebantur illi Cibyratici canes, qui inveſtigabant & perſcrutabantur omnia.

PERSCULPTUS, a, um, nom. ex particip. ſculptus, vel perfecte ſculptus. *Corippus l.* 3. *v.* 377. Perſculpti lapides, ſurdæ mutæque figuræ.

PERSEA, æ, ſ. περσέα, arbor Ægyptia, procera, fructu piri, aut mali magnitudine, nomen in Perſide, vecto in Ægypto. *Plin. l.* 23. *c.* 9. & *lib.* 15. *c.* 13. ubi multa de ea.

PERSECO, as, cui, ctum, a. 1. *tonſare*, διατέμνω, idem ac ſeco, vel perfecte ſeco, medium ſecu. Cic. 4. *Acad. c.* 39. Eodem modo rerum naturas perfecare, aperire, dividere poſſumus. *Liv. l.* 40. *c.* 19. *in fin.* Vitium, ne ſerpat, perſecare. *Veter Orator* apud *Quinctil. l.* 8. *c.* 6. *ante med.* Perſecuiſti reipublicæ vomicas. *Cic. Attic. l.* 13. *ep.* 23. Quare da te in ſermonem, & perſeca, & confice, excita, compella, loquere. *h..c.* ſi quid obſtare videtur, amputa, præcide, *tolle*.

PERSECTOR, oris, dep. 1. *perſequitor*, perſequor, infector. *Lucret. l.* 4. *verſ.* 1003. Accipitres ſomno in leni ſi prælta, pugnaſque edere ſunt perſectantes, viſaque volantes. *Id. l.* 2. *verſ.* 165. Nec perſectari primordia. *Al. leg.* perſcrutari.

PERSECUTIO, onis, ſ. διῶξις, actus perſequendi in judicio. *Cic. in Orat. c.* 41. *a med.* In altera perſecutionum, exauctoramque præceptio. *Florentin. Dig. lib.* 46. *tit.* 4. *leg.* 18. Quarumque rerum mihi tecum actio, quaque adverſus te petitio, vel adverſus te perſecutio eſt, actique. ¶ Item inſectatio, vexatio, *perſecutione*, *coxyais*. Unum e ſcriptis ſuis *Tertull.* inſcripſit *de fuga in perſecutione*. ¶ Item ſimpliciter actus inſequendi, *il ſeguitare*, *l'andar dietro*. *Apul. l.* 4. *Metam.* Quidam de latrombus importunæ perſecutionis indignatione permotus, &c. *Ulpian. Dig. lib.* 41. *tit.* 1. *leg.* 44. & *Cajus ibid. leg.* 5. Cum affugeret beſtiæ noſtram perſecutionem. ¶ Inceptı negotii perfectio, apud *eund. l.* 30. *il proſeguire l'incominciata affare*.

PERSECUTOR, oris, m. *perſecutore*, διώκτης, infectator, inſecutor. *Capitolin. in Albin. c.* 11. *ſub fin.* Flapitiorum turpium perſecutor. Adde *Sidon. lib.* 9. *epiſt. ult. in carm. a med. Prudent. Peritteph.* 1. *verſ.* 28. & *Lactant. de martyrib. perſecut. cap.* 3. *ad fin.* ¶ Item qui jus ſuum perſequitur. *Macer Dig. lib.* 48. *tit.* 3. *leg.* 7. ubi al. leg. *profecutor*. ¶ Item qui comitatur, ſeu proſequitur. V. *Profectores*.

PERSECUTORIUS, V. *Preſtatuerius*.

PERSECUTRIX, icis, ſ. *perſecutrice*, quæ perſequitur, & venat. *Auguſtin. lib.* 1. *de conſenſ. Evangel. cap.* 25. Juno perſecutrix Herculis.

PERSECUTUS, & Perſequutus, a, um, particip. V. *Perſequor*. ¶ Paſſive *Pallad. Februar. tit.* 26. *retr.* In porcis etiam illud eſt commodum, quod immiſſi vineis nocdum turgentibus, vel exacta vindemia, gramine perſecuto, diligentiam foſſoris imitantur.

PERSEDEO, es, edi, n. 2. *ſedere*, *e fermarſi a lungo*, *o fino al fine*, καθίζομαι, die ſedeo, uſque ad finem ſedeo, permaneo. *Liv. l.* 45. *c.* 39. *ad fin.* Hoc quoque, quod tidetis, in equo dies noctesque perſedendo habeo. *Sueton. in Claud. c.* 34. Beſtiariis meridianis adeo delectabatur, ut etiam prima luce ad ſpectaculum deſcenderet, & meridie, dimiſſo ad prandium populo, perſederet. *Senec. epiſt.* 108. Non novimus quoſdam, qui multis apud Philoſophum annis perſederint, & ne colorem quidem deaerint? *Lucret. l.* 1. *v.* 307. quo pacto perſederit humor æquat. *h. e.* inhæſerit.

PERSEGNIS, gnis, valde ſegnis, *Liv. l.* 25. *c.* 15. Pedeſtre prælium fuit perſegne, pauris in prima acie pugnantibus Romanis.

PERSEIS, idis, ſ. Περσηΐς, Hecate Perſæ filia. *Senec. in Med. v.* 814. Cauſa vocandi, Perſei, tuos ſiſtite arcus, &c. *Stat. 4. Theb. verſ.* 481. tu ſepare cœtu Elyſios, Perſei, pios, &c. ¶ Apud *Ovid. 4. ex Pont. ep. ult. verſ.* 25. nomen eſt Formatis. ¶ Adjective *herba Perſeis* dicuntur, quibus in veneficiis fagæ utuntur. *Ovid. de remed. Amor. v.* 263. Quid tibi pinſuerunt, Circe, Perſeides herbæ? ¶ Eſt etiam Nympha Oceani filia, ex qua Sol Circen genuit, & Æetro Medeæ patrum, ut *Heſiod. in Theog. v.* 957. & *Hygin. fab.* 156. docent. *Val. Flacc. l.* 7. *v.* 238. Non ita me immemorem magnæ Perſeidos, inquit, &c. ¶ Item urbs Pæoniæ, quam in honorem filii ſui Perſei ita appellari juſſit Philippus rex Macedonum. *Liv. l.* 39. *c.* 54.

PERSEUS, a, um, ad Perſam pertinens. *Val. Flacc. lib.* 6. *v.* 495. Hanc reſidens altis Hecate Perſeia lucis Flevit. *Id. lib.* 5. *v.* 582. Rammigeri proles Perſeia Solis. *h. e.* Æetes Hecates frater. V. *Perſeis*.

PERSENESCO, is, nui, n. 3. ſenex fio, uſque ad ultimam ſenectutem vivo. *Eutrop. l.* 1. *c.* 11. Atque ibi per quatuordecim annos privatus cum uxore perſenuit.

PERSENEX, valde ſenex. *Sueton. de clar. Grammat. cap.* 9. Namque jam perſenex pauperem ſe, & habitere ſub tegulis, quodam ſcripto fatetur.

PERSENTIO, is, enſi, n. 4. idem ac ſentio, nm valde ſentio. *Virg.* 4. Æn. *v.* 90. Quam ſimul ac tali perſenſit peſte teneri Cara Jovis conjux, &c. & *verſ.* 448. magno perſentit pectore curas.

PERSENTISCO, is, a. 3. *incoſtruzione*, idem ac perſentio, vel incipio perſentire. *Terent. Heaut.* 5. 1. 43. Ubi poſſem perſentiſcere, niſi eſſem lapis. *acerra ſentare*, *accorgermene*. & *Lucret. l.* 3. *v.* 250. Concutitur tum ſanguine, viſcera perſentiſcunt.

PERSEPHONE, es, ſ. Περσεφόνη, Græca appellatio Proſerpinæ, filiæ Cereris, uxoris Plutonis: a φέρω, vaſto, & φόνος, cædes. Eſt enim Proſerpina ipſa mors, quæ cuncta omnia vaſtat. *Ovid. 4. Faſt. v.* 591. At neque Perſephone digna eſt prædone marito. *Stat. 12. Theb. v.* 276. Perſephonen amnes, ſilvæ, freta, nubila clamant. ¶ Pro morte *Ovid. Heroid. epiſt.* 21. *v.* 46. Perſephone noſtras pulſat acerba fores. Adde *Tibull. l.* 3. *el.* 5. *v.* 5. V. *Cocumines*.

PERSEPHONIUM, ii, n. περσεφόνιον, herba, papaver ſilveſtre, album. *Apul. de herb. c.* 53.

PERSEQUAX, acis, adject. ſtrenuus in perſequendo. *Sidon. lib.* 4. *epiſt.* 9. *a med.* In reatu perveſtigando perſequax. *Apul. in Florid. ſub fin.* ſeu *unm*, 23. Alex oculis perſequax, unguibus pertinax.

PERSEQUENS, entis, nom. ex particip. qui perſequitur, ſeu ſectatur. *Plaut. Caſ.* 2. 1. 12. Acheruntis pebulum, fugitivi perſequentem. *h. e. amatorem*. *Aull. ad Herenn. lib.* 2. *cap.* 19. Virum integerrimum, inimicitiarum perſequentiſſimum. *h. e.* ulciſcentem inimicitias.

PERSEQUOR, aris, utus ſum, dep. 3. *ſeguitare*, *andare e venir dietro*, παραπορεύομαι, idem ac ſequor, pone ſequor, præeuntem uſque ſequor aſſequendi cauſa. *Cic. Verr.* 7. *c.* 35. Reliqui profecti, appulſis ad Elorum uxibus, Cleomenem perſecuti ſunt. *Petron. in Satyr. c.* 6. Curſum perſequi aliquem. *Terent. Andr.* 5. 4. 32. Is hinc, bellum fugiens, meque in Aſiam perſequens, proficiſcitur. Ubi *Donatus*: *Perſequens* dicit, peſeverationem ſequentis oſtendens. perſequitur enim qui non deſinit ſequi. *Id. Phorm.* 3. 3. 18. Quoquo hinc aſportabitur terrarum, certum eſt perſequi, aut perire. *Cic. de clar. Orat. cap.* 90. Ut poſſis videre, quemadmodum ſimus in ſpatio Q. Metelli ipſius veſtigiis perſecuti. *Fabbiam ſeguitato ſulle ſue pedate*. & *lib.* 1. *de Orat. c.* 23. Veſtigia alicujus perſequi. *Cic. pro Sull. c.* 14. Celeritate ſcribendi facillime quæ dicuntur perſequi. ¶ Item inſequor, infector, *perſeguitare*, *incalzare*, *dar dietro*, *bramo*. *Caſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 83. Omnes aut de honoribus ſuis, aut de perſequendis inimicis agebant. *Id. l.* 5. *B. Gall. c.* 1. Niſi ita fecerint, ſe ſe bello civitatem perſecuturum demonſtrat. & *lib.* 7. *c.* 67. Fugientes uſque ad ſtomas perſequuntur, compluſeque interficiunt. *Ovid. Heroid. ep.* 9. *v.* 34. Perſequi feres. *cacciare*. *Nep. in Amilc. cap.* 1. Romanos armis perſequi. *Salluſt. in Jug. c.* 54. Deterrere hoſtes a perſequendo. *Phædr. l.* 3. *fab.* 20. poſt obitum quoque Perſequitur illum dura fati miſeria. ¶ Item ulciſcor, *vendicare*. *Caſ. l.* 7. *B. Gall. c.* 38. Perſequamque eorum mortem, qui indigniſſime perierunt. *Cic. Verr.* 4. *c.* 3. *ſub fin.* Injurias alicujus ulciſci & perſequi. *Salluſt. in Jug. c.* 54. Perſequi maleficia. *Cic. 9. Attic. ep.* 14. Perſequi pœnas eorum, in quos Sulla fuit crudelis. ¶ Item odiſſe, exſecrari, *odiare*. *Senec. in Hippol. v.* 138. Tibi ponet odium, cujus odio forſitan perſequitur omnes? ¶ Item exſequor, facio, *eſeguire*, *fare*. *Cic. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 14. *a med.* Ut mea mandata deferas, perſequare, conficias. *Terent. Hec.* 4. 3. 12. Ex uſu quod ſit, id perſequar. *Plaut. Stich.* 1. 2. 84. Perſequi imperium patris. *Plaut. Merc.* 3. 2. 11. Hoc, ut dico, factis perſequar. *lo moſtrerò co' fatti*. ¶ Item proſequor, *proſeguire*, *ſeguitare a fare*. *Cic. pro Dom. c.* 55. *corr.* Neque inſtitutas cæremonias perſequi, neque verbum ullum ſolemne potuit effari. *Liv. l.* 6. *c.* 33. Perſequi incepta. *Juſtin. l.* 22. *c.* 8. *auct.* Poeni ad perſequendum belli reliquias duces in Siciliam miſerunt. *h. e.* ad conficiendas, ad debellandum. *Cic. de Provinc. Conſul.* 1. 8. *ad fin.* Si idem extrema perſequitur, qui inchoavit, jam omnia perfecta videmus. *ſa dà l'ultima mano*. ¶ Item dicendo, aut ſcribendo expliço, enarro, *ſpiegare*, *narrare*. *Cic. de Senect. c.* 6. Quæ verſibus perſecutus eſt Ennius. *Id. lib.* 1. *Acad. c.* 3. *ſub fin.* Brutus philoſophiam Latiais litteris perſequitur. *Nep. in Catan. ſub fin.* Hujus de vita & moribus plura in eo libro perſecuti ſumus, quem, &c. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 40. Epicurus obſcenas voluptates perſequitur omnes nominatim. *Id. Fam.* 15. *ep. ult.* Perſequi aliquid ſcriptura. *mettere in ſcrittura*. Etiam *ſequor* & *inſequor* narrare ſignificant. ¶ Item affectu, appeto, *cercare*, *andar dietro*. *Cic.* 3. *de Legib. cap.* 8. Qui legationes hereditates, aut ſyngraphas ſuas perſequuntur. ¶ Item colo, exercen, circa tem aliquam ſtudiuſe verſor. *Cic.* 1. *de Fin. c.* 21. Ergo eas artes perſequeretur, vivendi artem tantam, tamque operoſam relinqueret? *Virg.* 2. *Georg. v.* 407. Rudicus & curvo Saturni dente relictam Perſequitur vinem attondens. ¶ Pertinet etiam ad forum, & judicia. *Cic. pro Flacc. c.* 20. *a med.* Hunc aſſuantem & tergiverſantem judicio ille perſequitur. *gli muove lite*. & *Verr.* 5. *c.* 13. Bona ſua repetere, ac perſequi lite ac judicio. *Id. Divin. in Verr. c.* 6. & *pro Cæcin. c.* 3. Jus ſuum perſequi. & *pro Quinct. c.* 13. *ſub fin.* rem ſuam. & *lib.* 1. *Fam. epiſt.* 9. *ante med.* Cum tribunus plebis pœnas

mi a ſeditioſo cive per bonos viros judicio perſequi vellet. ¶ *Perſequor ſibi aliquid*, quærere, acquirere. *Plaut. Merc.* 5. 1. 7. Ego mihi alios deos Penates perſequar, alium Larem, aliam urbem, aliam civitatem. *mi procreavit*. ¶ *Perſequi vitam*, ſequi, inſtituere, ampleƈti. *Cic. Phil.* 12. *c.* 7. Ut cedamus, abeamus, vitam inopem & vagam perſequamur. *ſi diama ad una vota*, &c. ¶ *Perſequi promiſſa*, urgere, ut impleantur. *Plaut. Merc. prol.* v. 85. Sed mea promiſſa non negleƈt perſequi. *de eſſemus addoſſa, perchè io mantenghi le promeſſe*. ¶ *Perſequi viam*, tenere. *Terent. Heaut.* I. 5. 4. Certum obſtinare ad viam ma, quam decrevi perſequi. *b. e.* eſtionem, quara ſequi decrevi. *Cic. Fam.* 4. *ep.* 13. *ed fin.* Et certe omnes vias perſequar, quibus putabo ad id, quod volumus, perveniri poſſe. ¶ Mortem inedia perſequi, *Petron. in Satyr. c.* 141. querere, appetere, oppetere. ¶ Paſſive *Hygin. fab.* 198. Illa ſe in mari præcipitavit, ne perſequeretur. Al. aliter leg.

PERSERO, is, n. 3. immitto, infero. *Varr.* R. R. *l.* 1. *c.* 41. *ad fin.* Relliculas pei ficos, quas edimus, matures perſerunt, & eas, cum maruerunt, complicant, ac quo volunt, rantluot. ¶ fero, confero. *Sidon. carm.* 7. v. 385. atque ad ſua tecta ferentem Quod non perſevit.

PERSERVIO, ia, n. 4. idem quod ſervio. *Vepiſc. in Probo*, *cap.* 18. Probo potius perſervire maluerunt, quam cura Bonoſo eſſe. *Al. aliter leg.*

PERSES, æ, & Perſeus, i, m. Πλάτων, filius Perſei filii Danaes ex Andromeda Cephei filia, a quo Perſæ originem habuerunt. *Plin. l.* 7. *c.* 56. Alii fagittas Perſeo Perſei filium inveniſſe dicunt. ¶ Fuit & alter Perſes, Solis & Perſæ Nyraphæ filius, & pater Hecates, ut aliqui dicunt, rex Tauricæ regionis crudeliſſimus. *Hygin. in præfat.* Ea Solis & Perſæ Circe, Paſiphaæ, Æeta, Perſes. Adde *Valer. Flacc. l.* 3. 5. & 6. ¶ Denique aſt nomen regis Macedonum, a L. Æmilio Paulo victi, capti, & in triumphum ducti, qui *Perſeus* a *Livio* dicitur. *Cic.* 2. *Agrar. c.* 19. Agros in Macedonia, qui regis Philippi, ſive Perſæ fuerunt. & *Agrar.* 1. *c.* 2. L. Paulus, qui Perſen vicit. *Id.* 3. *Tuſcul. c.* 22. Rege Perſa capto. ¶ In vocatico *Perſe*, ut *Achille*, *Ulyſſe*. *Val. Flacc. lib.* 6. v. 605. & *Feſtum. l.* 6. *pag.* 723. ubi de hac poſitione verba facit. ¶ Adjectiva aſt Perſicus, *Perſiano*. *Quintil. lib.* 3. *cap.* 7. *a rad.* Vic Perſes.

PERSEVERABILIS, le, conſtans, perſeverans. *Cael. Aurel. Acut. l.* 3. *c.* 21. Perſeverabilis tenacitas.

PERSEVERANS, antis, *perſeverantiſſimus*. *Colum. in præfat. l.* 1. *a med.* Iſque mos ſervanæ eſt perſeverantiſſimo colendorum agiorum ſtudio. *Liv. l.* 5. *c.* 31. Valerius perſeverantior fuit cædendis hoſtibus in fuga. *Cuer. l.* 6. *c.* 7. Averſari ſcelus perſeverantem metu mortis tarret. *Auguſtin. epiſt.* 55. *ad Macedon.* Pietas perſeverantiſſima.

PERSEVERANTER, adverb. *perſeveranſemente*, *coſtantemente*, ἐπιμόνως, conſtanter. *Liv. lib.* 4. *cap.* 60. Patres bene cœptam rem perſaverantar tueri. *Id. lib.* 21. *cap.* 10. Vereor, ne perſeverantius ſæviant. *Plin. lib.* 4. *ep.* 21. Nam patrem illarum defunctum quoque perſeverantiſſimas diligo.

PERSEVERANTIA, æ, f. *perſeveranza*, ἐπιμονή, aſt in rationa bene conſiderata ſtabilis & perpetua permanſio, ut *Cic. l.* 2. *de Invent. c.* 54. definit. *Id. Phil.* 7. *a* 5. Retinenda aſt vobis conſtantia, gravitas, perſeverantia. *Id. in Pariſe. c.* 19. Diſputandum eſt, aliud, an idem ſit pertinacia, & perſeverantia. (V. *Pertinacæ*.) *Caſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 26. Labora & perſeverantia nantarum vim tempeſtatis ſuperare. *Hirt. de B Alex. c.* 16. Perſeverantia, conſtantiaqua oppugnandi, in ſuam poteſtatem oppidum redegit. *Juſtin. l.* 3. *rep.* 4. Perſeverantia belli. *continuazione*, *lunghezze*.

PERSEVERATIO, onis, f. parſeverantia, conſtantia. *Apul. in Aſclep. in fin.* de Deo loqueus. Cognovimus te, æternas perſeveretio.

PERSEVERATUS. V. in *Perſeverr*.

PERSEVERO, as, avi, atum, n. 1. *perſiſtere*, *perſeverare*, *continuare*, ἐπιμένω, ſevere in ſententia permanco, cum conſtantia animi, & quadam quaſi ſeveritate perſto. *Cic. l.* 3. *de Legib. c.* 12. Perſeveras tu quidem, & in tua vetere ſententia permanes. *Caſ. lib.* 1. *B. Civ. cap.* 72. & *Cic.* 4. *Phil. cap.* 4. *cerr.* Perſeveare in ſua ſententia. *Id.* 2. *de Invent. c.* 2. in vitiis. *Id.* 12, *de Phil. c.* 2. in errore. *Caſ. l.* 5. *B. Gall. c.* 36. & *Cic. de Provinc. Conſul. c.* 5. Statuit ab initio, & in eo perſeveravit, jus publicano non dicare. *Juſtin. l.* 38. *cap.* 4. a *rad.* Quoſdam pro jure imperii bellis continois perſeveraſſe. *Cic. pro Quint. c.* 8. *ſub fin.* Dolabella injuriara facere fortiſſime perſeveret. *Curius ad Cicer. Fam.* 7. *epiſt.* 29. Perſevera conſtanter nos conſervare. *Maeruol. l.* 8. *epigr.* 38. At ſi quis dare nomini relicto Poſt manes, tumulumque perſeveret, &c. ¶ Ellipſis eſt in his. *Cic.* de *Amic. c.* 7. Cum Pylades Oreſtem ſe eſſe diceret, Oreſtes autem Oreſtem ſe eſſe perſeveraret. *ſuppl.* dicere perſeveraret. *Veltr. l.* 2. *c.* 92. Et cum, id facturos ſe, perſevererent. *ſuppl.* profiteri. *Sueton. in Veſpaſ. cap.* 6. Aquilejam uſque perſeveraverunt. *ſuppl.* ire. ¶ Paſſive *Juſtin. l.* 22. *c.* 6. *ad fin.* Ob hæc illi quatriduo perſeverata inedia aſt. *b. c.* perſeverevit ille in inedia. *Symmach. l.* 10. *epiſt.* 73. Quæ clementia veſtra divino judicio, & perſeverandæ religionis reverentia decernenda arediait. *b. e.* retinendæ, conſervandæ, tuendæ. ¶ Cum accuſativo (niſi malis eſſe ellipſin, & verbum aliquod ſubaudiri) *Symmach. l.* 2. *ep.* 90. (*al.* 96.) *emr.* Vale, & ut ex noſtri diligens, religioſam obſervantiam perſevere. *Firmic. l.* 5. *Aſtron. c.* 2. *a med.* Iras ſuas perpetuis indignationibus perſeverantes. ¶ Cum accuſativo communi. *Cic. pro Quinct. c.* 24. Neque te ipſum id, quod turpiſſime ſuſcepiſſet, perſeverare, & tranſigere potuiſſe. ¶ Paſſive impaſonaliter, *Liv. l.* 2. *cap.* 35. Ipſe cum dia dicta non adeſſet, perſeveratum in ira eſt. *Cic. 6. Verr. c.* 39. Non eſt ab illo perſaveratum.

PERSEVERUS, a, um, valde ſeverus. *Tacit. l.* 15. *Ann. c.* 48. *emr.* Imperium perſeverum.

PERSEUS, i, ra. Περσεύς, filius Jovis ex Danae Acriſii Argivorum regia filia. Educatus fuit a Polydecte rege Seriphi inſ. qui Perſei ingenium vetitus, audaciamque, & feliuitatem, ſub præiextu immortalis gloriæ eum raſit in Gorgades inſ. quæ ſunt in mari Atlantico ad debellandam Meduſam. Accepto igitur a Vulcano, vel Mercurio, enſe adamantino, quem vocant harpen, a Mercurio talaribus, a Pallade alypeo, Pegaſo equo inſidens in regnum Meduſæ pervenit, quam Palladis clypeo impune vidit (illa enim ſe ſe aſpicientes in ſaxa commutabat) & in aere certans Vulcanio enſe interfecit. Abſtulit Meduſæ caput, cum quo per aerem volans a ventis diſcordibus in varias mundi partas nunc ad Borcam, nunc ad Auſtrum, nunc in Ortum, nunc in Occaſum delatus aſt. Cum ſuper Libycas arenas penderet, guttæ ſanguinis 22 capitz Meduſæ cecidiſſe dicuntur, & in variis ſerpentes animatæ fuiſſe: inde eſſe, quod Libya tanta ſerpentum multitudine infeſtetur. Sole occidente conſtitit in Mauritania, ubi Atlantem regem in ſaxum convertit, quod ſibi hoſpitium denegaviſſet. Sequenti die, cura per Æthiopiam, vel potius per Chaldæam Aſſyria regionem tranſiret, vidit Andromedam filiam Cephei, & Caſſiopes ſcopulo alligatam, eamque, facta de illius nuptiis pactiona, belua interfecta, liberavit, cui virgo devoranda expoſita foeret Jovis Hammonis ſententia, ob erimen matris, quæ ſe Nereidibus formæ præſtantia prætulerat. In nuptiali convivio Phineus frater Cephei, cui Andromeda deſponſata ante fuerat, ſponſam repetiit. Ingens igitur rixa exorta eſt, in qua Perſeus multos occidit, tandem oſtenſo Meduſæ capite omnes, qui Phineo favebant, in lapides immutavit. Poſtremo Phineus, cum ſupplex a Perſeo veniam petiiſſet, & impetreſſet, caſu & tamere munſtrum intuitus, & ipſe convertus 22 in lapidem. Ea Aſſyria Perſeus cum Andromeda in Græciam venit, & capite Meduſæ in ſaxum vertit Prætum, qui Acriſium Argivorum regno expulerat. Eadem retione Polydectem ultus eſt, de ſua gloria ob invidiam aſſidue detrahentem. Denique Acriſium avum caſu lapidam fecit. Poſt multas tandera res præclariſſimæ geſtas, cum a Megapenta Prœti filin in altionem patris occiſus eſſet, in cælum translatus dicitur, ejuſque meritis etiam Cepheus, Caſſiopa, & Andromeda. Conſtat ſtellis 22a & viginti. Filios reliquit ſtargophontem, Sthelenum, Erythræam, Bacchemonam. Hæc ex *Hygin. fab.* 64. & 144. & *Poet. Aſtron. l.* 2. *c.* 12. *Serv. ad* 4. *Æn. v.* 246. & *Æn.* 6. v. 289. *Ovid.* 4. *Met. a verſ.* 609. & *lib.* 5. *ab initio*, & *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 44. &c. *Propert. lib.* 2. *el.* 23. v. 55. Non ſi Pegaſeo vecteris in aera dorſo, Nec tibi ſi Perſes moverit ala pedes. ¶ Fuit etiam hoc nomine rex Macedonum Philippi filius, qui & *Perſe* dicitur: da quo *Liv. lib.* 39. &c. ¶ *Perſea* in accuſat. & in vocativo *Perſen* Græcæ poſitiones ſunt. *Ovid. Met.* 4. v. 610. & *Liv. l.* 40. *c.* 12. ¶ In genitivo *Perſeas* pro *Perſei* Græca item poſitio 22. *Lucan. l.* 9. v. 676. & 682. ¶ Eodem caſu *Perſi* pro *Perſes* dixit *Salluſt. in fragm.* apud *Chariſ. l.* 1. *pag.* 52. *Priſcian.* & *Tacit. Ann.* 4. *c.* 55. & in dativo *Senec. de conſol. ad Marc. c.* 13. *carr.* V. dicta in *Oggere*.

PERSEUS, a, um, ad Perſeum pertinens, Περσεῖος. *Propert. l.* 3. *el.* 22. v. 8. Sectaque Perſea Phorcidos ora manu. *Stat.* 1. *Theb.* v. 225. Perſeos alter in Argos Scinditur. *b. e.* ubi regnavit Acriſius Perſei avus. *Id. Theb.* 3. v. 613. Perſei culmina montis. *b. c.* Aphetanis montis Nemees, unde primum Perſeus infidens Pegaſo volare cœpit. *Lucan. l.* 3. v. 225. Perſea Tarſos. *b. c.* a Perſeo condita. ¶ Item ad Perſas pertinens, Perſicus. *Sect. in fin. l.* 1. *Theb.* ſeu Perſei ſub rupibus antri Indignata ſequi torquentem cornua Mithran. *Lucan. lib.* 6. *verſ.* 449. Babylon Perſea. *b. c.* quæ ſub Perſarum ditione fuit.

PERSIA, æ, & *frequentius* Perſis, idis, f. *Perſa*, Περσίς, provin. Aſiæ, ampla, ad mare rubrum, quod propterea & ſinus Perſicus appellatur: a *Perſe*, vel *Perſeo* erge ſic dicta. *Plaut. Perſ.* 4. 3. 28. Tabellæ a Perſia allatæ. *Virg.* 4. *Georg.* v. 290. Quaque phaſeratæ vicinia Perſidis urget. *Nep. in Eumen. c.* 7. Peucellen, qui tunc obtinebat Perſidem. *Plin. l.* 6. *c.* 16. Habet a meridia Sittacenen, & Perſida. Adde *Lucan. l.* 3. v. 258.

PERSIANUS, a, um, ad Perſium pertinens. *Lactant. l.* 2. *c.* 2. Juvat Perſianum illud proclamara (*Sat.* 2. v. 62.) O curvæ in tairas animæ! ¶ *Apul. in Floreil. n.* 16. (*al. initio l.* 3.) Perſianas aquas memorat, dictas, opinor, a quodam loco non procul Carthagine. Ad Perſas quidem certe non pertinent.

PERSIBE, adverb. acute, callide. *Varr. l.* 6. *de L. L. c.* 6. nt *Scaliger* legit: Perſibe, perite. Ubi vulgo *Perſibus eperite*.

PERSIBUS, a, um, peracutus. V. *Perſicus*.

PERSICCATUS, a, um, valde ſiccatus. *Apic. l.* 7. *c.* 6. Perſiccatam, & expreſſam.

PERSICCUS, a, um, valde ſiccus. *Celſ. l.* 3. *c.* 6. *ante med.* Si oculi graves, & ant perſiccæ, aut ſubhumidi ſunt. Adde *Feſtum* in *Subſillum*.

PERSICE, *alla Perſiana*, Perſarum more, aut lingua. *Quintil. lib.* 11. *rep.* 2. *ſub fin.* Themiſtocles intra annum optime locutum aſſa Perſice, conſtat.

PERSICUS, peracutum ſignificare videtur, ut Plautus: nihil deconciliare ſibi, niſi qui perſicus ſapis. Nævius: & qui fuerit perſicus carpenti eſt ratio. Hæc *Feſtus*, quæ Critici corrupta eſſe putant, & ita legenda: Perſibus peracutum ſignificare videtur, ut Plautus: nihil deconciliares illi, niſi quid perſibus ſapis. Nævius: & qui fuerit, perſibus captanda eſt ratio. *Sibus* enim apud eund. *Feſt.* aſt callidus, vel acutus.

PERSICUS, a, um, *Perſiano*, *di Perſia*, ut Perſicus ſinus, *Plin. l.* 6. *c.* 24. *Golfo di Perſia*. Perſica regna, *Juvenal. ſat.* 14. *ſub fin.* Perſicus

cus apparatus. *h.* e. opulentus, dalicatus, ſplendidus: a Perſarum deliciis & luxu, *Horat. l.* 1. *od.* 38. ¶ Perſica malus, περσικὴ μηλέα, *perſicajo, peſco*, arbor humilie, folio lingua ſimili, & amygdalæ, paulo majore, flore ſubpuniceo, fructu ſimili cordi, quod *Perſicum malum* vocatur. Nomen habet a Perſide, ex qua a Macedonibus poſt victum Darium in Graciam translata eſt. Sacra fuit Harpocrati fileatti deo, ut auctor eſt *Plut. l. de Iſide, & Oſiride*, quia ejus folium linguæ ſimile eſt, fructus cordi. V. *Macrob. l.* 1. *c.* 15. & *Plin. l.* 12. *&* 23. & *Colum. l.* 10. a *verſ.* 409. & *Pallad. in Novembr. tit.* 7. ¶ Dicitur etiam *Perſicus*, i, ſ. abſolute. *Pallad. l.* 2. *c.* 37. Perſicus, pirus, pomiferæque arboree. Adde *in Novembr. tit.* 7. ¶ Perſicum malum, *perſica, perſa*, fructus Perſicæ arboris, forte molli lanugine veſtitus, carnoſus, ſucculentus, intus oſſe duro, & ſcabro, quod nucleum amygdalæ ſimilem habet. *Plin. l.* 15. *c.* 12. Sed Perſicorum palma duracinis, &c. ¶ Eſt etiam *Perſica malus* apud *Macrob. loc. cit.* eadem quæ Mallica, & citrea: de que V. in *Aſſyrine*. ¶ Denique alia ab his, neque cognita oobis eſt *Perſica arbor*, ſimilis piro, folia retinens, quam deſcribit *Plin. l.* 13. *c.* 9. ¶ De ſacris Perſicis V. in *Eleocus*. ¶ Perſicum portum *Plautus* cum ait (*Amph.* 1. 1. 248. & 256.) unare Euboicum videtur ſignificare, quod in eo claſſis Perſarum dicatur ſteriſſa non procul a Thebis. *Feſtus*. ¶ Depiqua *Perſicus* idem eſt ac adject. *Perſeus*, h. e. ad Perſea Macedoniæ regem pertinens, in illo *Cicer. l.* 1. *Offic. c.* 22. *in fin.* Cum in Macedonia Perſico bello miles eſſet. *In Faſtis conſularib.* apud *Gruter. pag.* 293. C. Popillius Lænas, P. Ælius Ligus, ambo prioni de plebe. Bellum Perſicum.

PERSIDEO, es, edi, eſſum, ἐπικαθέζομαι, permaneo: ex *per*, & *ſedeo*. *Plin. l.* 17. *c.* 24. Penitæ pernicioſior natura, quoniam lapſa perſidet, gelatque.

PERSIDICUS, a, um, Perſicus. *In vet. epigr.* ætatis Gratiani Imp. apud *Panvin. de civ. Rom. cap* 38. Perſidicique Mithræ antiſtes Babylonie templi. *h.* e. Solis, qui Mithræ nomine a Perſis colebatur.

PERSIDO, is, n. ἐκκαθέζομαι, deorſum ſeroe, proſtus ſido, ſubſido, deſcendo, penetre. *Lucret. l.* 6. *v.* 2123. peſſilitaique Aut in aquas cadit, aut fruges perſidit in ipſas.

PERSIGNO, as, a. 1. *ſignare, ſigillare*, ἐπισφραγίζω, ſigno, & obſigno, notam, ſignum appono. *Liv. l.* 25. *c.* 7. Creati ſunt triumviri bini: uni ſacris conquirendis, donifque perſignandis: alteri, &c. *Pompon. Mela l.* 1. *cap. ult.* Moſſyni potis corpus omne perſignant, propatulo veſcuntur. Adde *Jul. Firmic. l.* 3. *c.* 7. *fell.* 12.

PERSILLUM vocant ſacerdotes rudiculum picatum, quo unguine flamen Portunalis *arma* Quirini unguet. *Feſtus*. Quæ verba *Paulus* ita contrasit: Perſillum dicebant vas quoddam picatum, in quo erat unguentum, unde arma Quirini ungebantur.

PERSIMILIS, le, valde ſimilis. *Cic. in Pariſ. c.* 7. Memoria eſt germana literaturæ quodammodo, & in diſſimili genere perſimilis. *Id. in Piſon. c.* 38. *a med.* Illi autem ſtatuam, ſtatius perſimilem, deturbant. *Horat. de ar. Poet. v.* 6. Credite, Piſones, iſti tabulæ fore librum perſimilem.

PERSIMPLEX, plicis, valde ſimplex. *Tacit. Ann. 15. cap.* 45. *extr.* Perſimplici victu tolerare vitam.

PERSIS, idis, adject. femin. *Perſaus*, Perſica. *Ovid. l.* 2. *de ar. am. v.* 172. Perſidas induſit, Cecropidaſque toros. *Claudian. l.* 1. *de laudib. Stilich. v.* 52. deſixæ hoſpite pulchro Parſides. ¶ *Perſis*, abſolute, regio Perſica. *Lucan l.* 2. *v.* 258. V. *Perſia*.

PERSISTO, is, n. 3. *perſiſtere, perſeverare, ſtare conſtanter, ſtabilire*, perſto, perſevero, permaneo. *Liv. l.* 38. *cap.* 14. *a med.* Niſi præſens quoque in eadem impudentia perſiſtas. ¶ Præteritum *perſtiti* commune cum *perſto* habet. Extra præteritum perrari eſt uſus: atque ego præter *Livium* allatum, *Auſon. in Eclogar.* 1. *verſ.* 22. & *Prudent. l.* 2. *contra Symmach. v.* 772. qui uſurpaverit, inveni adhuc neminem.

PERSIUS, ii. C. Perſius, civis R. Lucilii æqualis, fui temporis doctiſſimus fuit. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 6. & *in Bruto, c.* 126. & *lib.* 5. *de Fin. c.* 3. ¶ A. Perſius Flacrus, eques R. & Poeta Satyricus, natus Volaterris in Etruria, magiſtros habuit Remmium Palæmonem Grammaticum, & Verginium Flaccum Rhetorem. Floruit ſub Nerona, deceſitque anno ætatis trigeſimo. Eius vita legitur in fine vitarum *Suetonii*, qui eam quoque ſcripſiſſe creditur. Exſtat ejus liber ſex Satyrarum, multo quidem ſale, & acumine, ſed non minore obſcuritate, adeo ut affectaſſe eum quidam putent, & in eo deſſe operam, ut multos intelligeretur. *Martial. l.* 4. *epigr.* 29. Sapius in libris memoratur Perſius uno, Quam levis in tota Marſus Amazonide.

PERSOLATA, æ, ſ. nomen herbæ. *Plin. l.* 25. *c.* 9. *a med.* Perſolata, quam nemo ignorat, Græci vero arcion (ἄρκιον) vocant, folia habet majore etiam cucurbitis, & hirſutiora, nigrioraque, & craſſiora, radicem album & grandem. Al. leg. *Perſollata*.

PERSOLEMNIS, ne, valde ſolemnis. *Sueton. in Ner. cap.* 28. Cum dote & flammeo perſolamai naptiarum celeberrimo officio deductum ad ſe prn uxore habuit. Al. rectius leg. *per ſolemne ſuppetarum*.

PERSOLIDO, as, avi, atum, a. 1. idem ac ſolido. *Sedul. l. Theb. v.* 352. ficco quos aſper hiatu Perſolidat Boreas. *h.* e. congelat.

PERSOLLA, æ, ſ. deminut. perſa perſona, ut *corolla* a *corona*. *Plaut. Curcul.* 1. 3. 36. *ubi* tamen Codices mire variant.

PERSOLLATA. V. *Perſolata*.

PERSOLVO, is, ſolvi, lutum, a. 3. *pagare, ſoddisfare*, ἀποδίδωμι, idem quod ſolvo, aut totum ſolvo. *Brut. ad Cicer. Fam. l. & epiſt.* 11. Tantum me tibi debere exiſtimo, quantum perſolvere difficile eſt. *Sallaſt. in Catil.* c. 37. Cum alienis nominibus liberalitas O eſtillæ ſuis copiis perſolverit. *Tacit. l. Ann. c.* 37. Pecuniam alicui perſolvere. *Suetom. in Calig. c.* 16. legata cum fide. *Cic. Attic. l.* 5. *ep.* 14. ſtipendium militibus. ¶ Item dare, reddere, & de iis ſæpe dicitur, quæ aliquo retione debentur. *Terent. Andr.* 1. 1. 12. Quod habui ſummum pietium, perſolvi tibi. *Flor. l.* 4. *c.* 5. Agri, quos Cæſar veteranis, pretium militiæ perſolvebat. *Suetom. in Aug. c.* 15. & *in Veſpaſ. c.* 8. Veteranis promiſſa præmia perſolvere. *Id. in Calig. c.* 26. Quibus omnibus pro neceſſitudinis jure, prope meritorum gratia mora perſoluta eſt. *Senec. l.* 5. *de Benef. c.* 16. Inferias elicui perſolvere. *Virg.* 5. *Æn. v.* 483. Hanc tibi meliorem animam pro morte Daretis perſolvo. ¶ *Perſolvere grates, gratiam*, reddere. *Virg.* 2. *Æn. v.* 537. & *lib.* 5. *v.* 604. grates perſolvere dignas Non opis eſt noſtræ. *Cic. pro Planc. c.* 33. Meritam diis immortalibus gratiam juſtis honoribus, & memori mente perſolvere. ¶ *pœnas*, luere, dare, pendere. *Phædr. lib.* 3. *fab.* 5. *extr.* Comprenſus nunque pœnas perſolvit cruce. *pagò il fio.* & *Cic. Phil.* 11. *cap.* 12. Pœnas diis hominibuſque meritas debitaſque perſolvat. Adde *Caſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 12. *Senec. in Agam. v.* 1001. & *Virg. 9. Æn. v* 413. Sic *Tacit. 6. Ann. c.* 26. *extr.* Sere magis, quam immerita ſupplicia perſolvit. & *Claudian. l.* 2. *in Ruſin. v.* 437. Perſolvere fraudes. *h.* e. luere. ¶ *honorem dicti*, facere debito ſacrificio prn accepto munere. *Virg. 8. Æn. v.* 62. ¶ *votis*, implere. *Cic. de Haruſp. reſp. c.* 23. *Tacit. 3. Ann. c.* 64. *extr.* & *Senec. in Herc. Fur. verſ.* 1037. ¶ *juſta*, præſtare, facere. *Id. in Oedip. v.* 998. Juſta perſolvi patri. ¶ *promiſſa*, præſtare. *Cic.* 3. *Fam. ep.* 9. Velim, reliquum quod eſt promiſſi ac muneris tui, mihi perſolvas. Sic 7. *Verr. c.* 72. Cum & populo R. ſatisfactum, & receptum officium Siculis neceſſarius meis erit perſolvium. & *pro Planc. fub fin.* Sinire me, quod vobis fretus huic ſæpe promiſi, id a vobis ei perſolvere. *h.* e. per me, de veſtro. ¶ *epiſtolæ*, reſpondere. *Cic.* 14. *Attic. ep.* 20. Perſolvi primæ epiſtolæ: venio ad ſecundam. ¶ *quæſtiones, dubium*, ſolvere, explicare. *Id. Attic. l.* 7. *ep.* 3. *ad fin.* Si mihi hoc ζήτημα perſolveris, magna me molestia liberaris. ¶ In carmine dicitur parturi. *Ovid. Faſt. v.* 329. conſul cum conſule ludos Poſtumio Lænas perſoluere mihi. *Alb. novem. ad Liv. el.* 1. *v.* 370. Mutue, nec certa perſoluenda die.

PERSOLUS, a, um, idem ac ſolus, ſeu merus, *unico*. *Plaut. Curc.* 1. 3. 36. Ebrinia, perſolæ nugæ. Alii eliter leg. *Id. Men.* 1. 2. 46. Oculum effodito perſonum mihi, ſi ullum verbum faxo. Verba ſunt cujuſdam luſci, ſeu cocliris. Et nota, adhiberi hoc loco a *Plauto* correpta pæoulrima.

PERSOLOTA, æ, ſ. herba hortenſis, apud Ægyptios. *Plin. lib.* 21. *cap.* 33. Et perſolutam Ægyptus in hortis ferit coronarum gratia.

PERSOLUTUS, a, um, *pagato*, ſolutus. *Cic. Attic. lib.* 5. *epiſt.* 14. Stipendium militibus perſolutum. *Id. in Orat. cap.* 63. Pœnæ perſolutæ.

PERSONA, æ, ſ. *maſchera da commediante, travisò*, μασκάρα, προσωπεῖον, larva hiſtrionalis, h. e. fictitie facies, qua Fabularum actores utebantur, inſtar galeæ, & totum caput obtegens, averſa parte capillamenta inſtructa, adverſa humanam vultum tenuis, aut adoleſcentis, aut mulieris, &c. referens, ure tamen juſto latiore, & rotundo, qua vox exiret facilius: a *perſonando*. *Gabius Baſſus* apud *Gell. l.* 5. *c.* 7. Caput & os cooperimento perſonæ tectum undique, unaque tantum vocis emittendæ via peevium, quoniam noa vana neque diffuſe eſt, in unum tantummodo exitum collectam coactamque vocem, & magis claros canoroſque ſonitus facit. Quoniam igitur inſtrumentum illud oris clarefcere & reſonare vocem facit, ob eam cauſam perſonæ dicte eſt, a littera, propter vocabuli formam, producliore. Hæc *Baſſus*. Alii, quia obſtat quantitas, aliunde dicunt. *Phædr. l.* 1. *fab.* 7. Perſonam tragicam ferre vulpis videtur: O quanta ſpecies, inquit, cerebrum non habet? *Martial. l.* 3. *epigr.* 43. ſcit te Proſerpina canum: Perſonam capiti detraher ille tuo. *Plin. lib.* 11. *epigr.* 14. *extr. med.* Alicui perſonam capiti adjicere. *incappucciarle*. ¶ Ligneas fuiſſe perſonas colligitur ex illo *Prudent. l.* 2. *contra Symmach. v.* 646. Ut Tragicus cantor ligno tegit ora cavato, Grande aliquod cujus per hiatum crimen anhelet. Huc pertinet & illud *Virg.* 2. *Georg. v.* 387. Oraque corticibus ſumnat horrenda cavatis. ¶ Fictilem memoreat *Martial. lib.* 14. *epigr.* 176. & *Lucret.* mox afferendus. ¶ Olim, inquit *Diomed. lib.* 3. *pag.* 486. *Pariſeb.* galeris utebantur, ut qualitas coloris indicium faceret ætatis, cum eſſent aut albi, aut nigri, aut rufi. Perſonis uti primus cœpit Roſcius Gallus præcipuus hiſtrio, quod oculis obverſis erat, nec ſatis decorus in perſonis, niſi parafitus, pronuntiabat. Hæc *Diomed.* ¶ De ea lato *perſona* eſt illud *Juvenal. ſat.* 3. *v.* 175. cum perſonæ palleatis hiatum In gremio matris formidat rufticus infens. ¶ Proverb. aut *genius* eſt illud *Publii Syri* apud *Gell. l.* 17. *c.* 14. Heredis fletus ſub perſona riſus eſt. ¶ A ſimilitudine dicuntur *perſonæ* ſimulacra & imagines, hominum aut animalium capita vultuſque ferentes, *maſcherone*. *Lucret. l.* 4. *v.* 296. ut ſi quis prius, arida quem ſit, Cretea perſona, allidat prævæ trabique. *Plin. l.* 35. *c.* 12. Dibutades primus perſonas tegularum extremis imbricibus impoſuit. *Ulpian. Dig. lib.* 19. *tit.* 1. *leg.* 17. *ſub fin.* Item conſtat, ſigilla, columnas quoque, & perſonas, a quorum roſtris aqua ſalire ſolet, villæ eſſe. ¶ Translate ab hiſtrionibus dicitur *perſona* quidquid ſimulandi cauſa aſſumitur. *Liv. l.* 3. *cap.* 36. Illa ſuis Appio alienæ perſonæ ferendæ fuit: ſua jam vivere ingenio cœpit. *Senec. ep.* 24. *circa med.* Non hominibus tantum, ſed & rebus perſona demenda eſt, & reddenda ſactus ſua. ¶ Item ipſe auctor & hiſtrio, *attore, perſonaggio*. Hinc in fronte Fabularum *Terentii*, & *Plauti* enumerantur *Perſonæ*, quæ in iis inducuntur loquentes: & *muta*

Digitized by Google

muto Perſona aſt hiſtrin qui prodit quidem, ſed non loquitur, κωφὸν ὑποκριτὴν. *Terent. Eun. prol. verſ.* 25. Colacem aſſe Nævii, & Plauti veterem Fabulam: Paraſiti perſonam inde ablatam, & militis. Adde *verſ.* 32. & 35. Hus pertinet illud *Gell. l.* 13. *cap.* 21. Plautus in Truculento, conjugem aſſe Neriemen Martia, dicit: atque id ſub perſona militis, in hoc verſu: Mars peregre adveniens, &c. *Vellej. l.* 1. *c.* 3. Nihil enim ex perſone poetæ, ſed nimia ſub earum, qui illo tempore viuebant, diuerunt. ¶ Univerſim *perſona* eſt conditio, ſtatus, munus, quod quiſque inter homines, & in vita civili gerit. *Cic. Phil.* 8. *c.* 10. Quam magnum eſt perſonam in republica tueri principis! *Plin. l.* 18. *cap.* 13. *a med.* Ipſe ſua lege damnatus, cum, ſubſtituta filii perſona, amplius quingentorum jugerum poſſideret. *Nep. de Pelopid. c.* 4. *extr.* Denique hæc fuit altera perſona Thebis, ſed tamen ſecunda, ita ut proxima eſſet Epaminondæ. *Cic. in Piſon. c.* 11. Non capiunt angustiæ pectoris tui, non recipit levitas iſta, non infirmitas ingenii ſuſtinet tantam perſonam, tam gravem, tam ſeveram. *b. c.* munus conſulatus. *Id. pro Sull.* c. 3. Iſtam ipſam perſonam vehementem & acrem, quam mihi tum tempus & reſpublica impoſuit, jam voluntas & natura ipſa detraxit. *Id. ad Cæſ. poſt epiſt.* 11. *l.* 9. *ad Attic.* Ad eam retionem eaſtimabam ſatis aptam eſſe & naturam, & perſonam meam. *Id. pro Quinct. c.* 13. *extr.* Petitoris perſonam capere, accuſatorie deponere. *Id.* 2. *de Orat. c.* 37. Qui hanc perſonam ſuſceperit, ut amicorum cauſas tueatur. *Id. in Piſon. cap.* 29. Qui philoſophiam profiteatur, graviſſimam mihi faſtinere videtur perſonem. *Id.* 3. *de Orat. c.* 14. *a med.* Neque adhuc quam perſonam teneant, aut quid profiteantur, intelligem potuerunt. *Id.* 1. *Offic. c.* 32. Ipſi gerera quam perſonam velimus, a noſtra voluntate proficiſcitur. *Al. leg.* agere. *Id. pro Planc. cap.* 41. *extr.* Abjecta quæſtoria perſona comitiſque ſumpta. *Quintil. declam.* 9. *c.* 21. Ferre perſonam ſceleris. *ſee comparſo de vero.* ¶ Item ipſa homo, quotenus hanc vel illam perſonam gerit, *perſona, perſonaggia, foggetto. Cic. ad Pomp.* 2. *ad fin. poſt ep.* 11. *l.* 8. *ad Attic.* Ut mea perſona ſemper ad improborum civium impetus aliquid videretur habere populare. *Id. ibid. ep.* 12. *a med.* Ecquæ pacifica perſone defideretur, an in bellatora ſint omnia. *Id. pro Cluent. c.* 29. Hujus Staleni perſona, populo jam nota atque perſpecta, ab nulla turpi ſuſpicione abhorrebat. *Id.* 6. *Fam. ep.* 6. *a med.* Cæſar nunquam, niſi honorificentiſſime, Pompejum appellat. At in ajus perſonem multa fecit aſperius, &c. *Senec. in epocalos. ante med.* Na videar in perſonam, non in rem, ſententiam dicere. ¶ Item pro homine, abſoluta, *perſona, uomo. Suetou. in Ner. c.* 1. Prænomina Cnæi, & Lucii uſurparunt, eaque ipſa notabili varietate, modo continuantes uaamquodque per ternas perſonas, modo alternantes per ſingulas. *Paul. Dig. lib.* 1. *tit.* 5. *leg.* 1. Omne jus, quo utimur, vel ad perſoons pertinet, vel ad res, vel ad actiones. ¶ Apud Grammaticos *perſona* in verbis, & nominibus eſt ſabſtantia ad propriam ſignificationem dicandi relata, ut *Charif. l.* 2. *pag.* 142. *Pufcb.* definit. Adde *Varron. l.* 7. *de L. L. c.* 8. & *lib.* 8. *c.* 23. *extr. & cap.* 57. & 58. *Quintil. l.* 1. *c.* 4. (*al.* 8.) *Diomed. lib.* 2. *pag.* 313. & *Priſcian. l.* 8. *pag.* 840.

PERSONALIS, le, *perſonale*, προσωπικὸς, ad perſonam ſeu hominem pertinens. *Perſonalia* dicuntur a JCtis, quæ perſonæ adhærent, non rei, aut cauſæ. *Paul. Dig. lib.* 8. *tit.* 3. *leg.* 37. Uſum aquæ perſonalem ad heredem tranſmitti non oportere. *Id. lib.* 24. *tit.* 3. *leg.* 13. Tale beneficium perſonale eſt, & cum perſone extinguitur. *Ulpian. lib. ult. tit. pandc. leg.* 178. Perſonales actiones. ¶ Apud Grammaticos verbum perſonale eſt, quod perſonas tres habet utroque numero. *Charif. Diomed. Priſcian.*

PERSONALITER, adverb. apud Grammaticos ſignificat, cum perſonie, ut Varbum perſonaliter dictum, *Gell. l.* 15. *c.* 13. ¶ *Arnob. lib.* 3. *pag.* 124. alia ratione uſurpat: Etiamſi, inquit, perſonaliter ignoramus, qui ſunt Lares, Penates, &c. *non ſappiamo preciſamente.*

PERSONATA, æ, f. herba, quam eandem cum perſolata eſſe volunt. *Colum. lib.* 6. *cap.* 17. Venena viperæ depellit herba, quam vocant perſonatam.

PERSONATUS, a, um, *maſcherato, ἐυπροσωπος, ὁ ἐν προσωπείῳ*, qui perſona, h. e. larva indutus eſt. Proprie perſonati, teſte *Feſto*, dicebantur hiſtrionee Atellani, quia jus erat iis non cogi in ſcena ponere perſonam, quod ceteris hiſtrionibus peti neceſſe erat. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 59. Qui perſonatum ne Roſcium quidem magnopere laudabant. *Horat. l.* 1. *ſat.* 4. *v.* 54. Quem (*verſum*) ſi diſſolvas, quivis ſtomachetur eodem, Quo perſonatus paſto pater. *b. c.* patre in comœdia inductus. Intelligit autem Demeam in Adelphis *Terentii*. ¶ *Perſonata fabula* dicitur, quæ agitur a perſonatis hiſtrionibus. Hoc nomine fabula quædam *Nævii* inſcribitur, non quod permum ab hiſtrionibus perſonatis acta ſit, ut quidam putant, cum multis poſt annis comœdi & tragœdi perſonis uti cœperint, ſed quia propter inopiam comœdorum acta nova eſt per Atellanos, qui proprie vocabantur perſonati. *Feſt.* ¶ Per tranſlationem etiam ſolia herbæ perſolatæ perſonata dicuntur. *Plin. l.* 21. *c.* 15. Folia latiſſima ad ſimilitudinem eorum, quæ perſonata in noſtris amnibus vocamus. ¶ Item translate *perſonatus* dici poteſt, qaiſquis foris aliud oſtendit, & intus aliud ſentit, & machinatur. *Cic. Attic. lib.* 15. *ep.* 1. Quid eſt autem, cur ego perſonatus ambulem? ¶ *Perſonata felicitas*, qaz vera non eſt, ſed ſimulata, *Senec. epiſt.* 80. *ſub fin. Perſonati faſtus*, ſupercilium, & ſeveritas affectata, & ficta. *Martial. l.* 11. *epigr.* 2.

PERSONO, as, ui, itum, *n.* 2. *ſonare molto, gridare, riſonare, ἐξηχεῖν*, velde ſono, alamo, perſtrepo. *Cic. pro Cael. c.* 20. Illæ vero non loquuntur ſolam, verum etiam perſonant, hus unius malieris libidinem eſſe prolapſam, &c. *Virg.* 1. *Æn. v.* 744. cithara crinitus Iopas Perſonat aurata. *Id.* 6. *Æn. v.* 417. Cerberas hæc ingens latratu regna triſauci Perſonat. *Horat. l.* 1. *ſat.* 6. *v.* 114. ſimul domus alta Molotdis Perſonuit cambus. *Id. l.* 1. *ep.* 2. *v.* 7. Eſt, mihi purgatam crebro qui perſonet aatem. *b. c.* in aurem clamet. *Valer. Flacc. l.* 2. *v.* 163. totam inda per urbem Perſoust, ut, &c. *b. c.* clamat ſuadendo, & hortando. *Claudian. de conſul. Mall. Theod. v.* 314. qui pulpita focco Perſonat. *b. c.* comœdum agit. *Paulin. Nolan. carm.* 14. *Nat. 9.* S. *Felic. v.* 561. caſtis famulos quoque vocibus hymnos Perſonat. ¶ Paſſive *Salin. c.* 24. (*al.* 37.) *a med.* Mons choris Ægipanum undique perſonatur. ¶ *Perſonui* pro *perſonui. Apul. l.* 5. *Metam.* Jam ſumpſit arma, & caſtra commovit, & aciem direxit, & claſſicum perſonavit.

PERSONUS, a, um, *riſonante. Valer. Flacc. lib.* 4. *verſ.* 418. In Aſpide cincta comas, & nuanti perſona ſiſtro. *Perſon. in Satyr. cap.* 120. verno perſona cantu vicgulta. *Mamertin. in grat. act. ad Julian. cap.* 11. Lata camporum balatu, hinnitu, mugitibus perſona.

PERSORBENS, entis, exſorbens. *Plin. lib.* 31. *c. ult.* Spongiæ perſorbentes.

PERSPECTE, adverb. *διιγκιβῶς*, diligenter, & docte. *Plaut. Mil.* 3. 1. 161. Ut docte & perſpecte ſupit!

PERSPECTIO, onis, f. perſpicentia. *Lactant. l.* 2. *c.* 7. *ſub fin.* Terrenum animal rerum cælestium perſpectionem non capit. Adde *de ira Dei c.* 1.

PERSPECTO, are, avi, atum, diligenter ac totum ſpecto. *Plaut. Moſtell.* 3. 2. 128. Quin tu in intro, atque ntiose perſpectas, ut lubet? *Suetou. in Aug. c.* 99. Quamquam tum infirmis intellexit, tamen quinquennali certamen gymnicum perſpectavit. *b. c.* uſque ad finem ſpectavit.

PERSPECTOR, oris, m. qui perſpicit. *Juvenc. l.* 2. *v.* 275. *in c.* 4. *Joann.* mentie perſpector Ieſus. Al. leg. *proſpector.*

PERSPECTUS, a, um, *ben oſſervato, conoſciuto, provato, διιγκριβώς*, diligenter animadverſus, inſpectus, exploratus, cognitus, certus. *Cic. de Orat. l.* 1. *c.* 20. Ars rebus cognitis, penitusque perſpectis continetur. & *cap.* 23. Are definitur ex rebus penitus perſpectis, planeque cognitis, &c. & *lib.* 2. *c.* 78. Tuta cauſa perrentata atque perſpecta. *Id. ad Brut. ep.* 1. Clodii animum perſpectum habeo, cognitum, judicatum. *Id. pro Balb. c.* 6. *extr.* Virtus alicujus experta atque perſpecta. *Id. Attic. l.* 3. *ep.* 15. *ſub fin.* Fac, ut omnis ad me perſpecta & explorata perſcribas. & *lib.* 11. *epiſt.* 1. Omnem ſpem habeo in tua arga me mihi perſpectiſſima benevolentia. *Id. in Orat. c.* 34. *ad fin.* Erit ei perſpectum, nihil ambigi poſſe, in quo, &c. *ſapra egli benissimo.*

PERSPECULOR, aria, depon. 1. *περισκοπῶμαι*, diligentar ſpeculor. *Hirt. de B. Afric. c.* 31. Cum da vallo perſpecularetur.

PERSPERGO, is, rſi, rſum, *a.* 3. *aſpergo*, idem ac aſpergo. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 34. *ſub fin.* Quo tanquam ſala perſpergatur omnie oratio. *Cato R. R. c.* 130. Liga amarca cruda perſpergito. *Salin. c.* 42. (*al.* 54.) Pruſiadem urbem alluit Hylas flumen, & perſpergit Hylas lacus.

PERSPICABILIS, le, conſpicuus. *Ammian. l.* 14. *c.* 8. (*al.* 25.) Tarſus urbs perſpicabilis. Adde *Auguſtin. ep.* 32. *ad Paulin.*

PERSPICACE, adverb. perſpicaciter. *Afran.* apud *Non. cap.* 11. *num.* 31. Quam perſpicaca, quam benigne, quam cito! Al. leg. *perſpicete.*

PERSPICACIA, æ, f. idem ac perſpicacitas. *Cic. Attic. lib.* 15. *ep.* 11. Quod ipſum perſpicaciam aliquam ſignificaret. Alii pro *perſpectionem* reponnet προσοψὴν, hoc eſt progreſſum, pnſectum.

PERSPICACITAS, atis, f. *acutezza, perſpicacia, πρόνοια, ἀγχίνοια*, acumen. *Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 18. *ſub fin.* Etſi ea iis, quæ ſcripſimus (tanta es perſpicacitata) atiam a me non ſcripta perſpicis. Pleraque optimæ editiones omittunt *es perſpicacitata*, & ſignum parentheſis.

PERSPICACITER, adverb. acute, cum perſpicientia. *Ammian. l.* 29. *c.* 4. *poſt med.* (*al.* 6. 9.) Omnibus perſpicacitar inquiſitis.

PERSPICATE. V. *Perſpicaxe.*

PERSPICAX, acis, adject. *acuto, perſpicace, ἀγχίνους*, qui valde perſpicit, acutus, ſolers. *Cic.* 1. *Offic. c.* 18. *ad fin.* Sequemur & id, quod acutum & perſpicax natura eſt, &c. *Vetus Poeta* apud *eund.* 3. *Offic. c.* 20. Palamedis perſpicax prudentia. *Terent. Heaut.* 5. 1. 1. Ego, me non tam abutum, neque ita perſpicacam eſſe, id certo ſcio. *Et* 2. 3. 229. Patrem noviſti, ad has res quam ſit perſpicax. *Apul. l.* 2. *Metam.* Homo perſpicacior Lynceo, vel Argo, & oculeus totus.

PERSPICIBILIS, le, qui perſpici poteſt. *Vitruv. l.* 9. *c.* 4. *ante med.* Perſpicibilie & patens Solis ſplendor.

PERSPICIENTIA, æ, f. *cognizione, Scopia*, perfecta viſio, vel cognitio. *Cic.* 1. *Offic. cap.* 5. Aut enim in perſpicientia veri, ſolertiaque verſatur, &c.

PERSPICIO, is, exi, actum, *n.* 3. *penetrare coll' occhio, διοψία*, introſpicio, pervideo. *Cæſ. l.* 2. *B. Gall. c.* 17. *ſub fin.* Sepes intra muri munimenta prabebant, quo non modo non intrari, ſed ne perſpici quidem poſſet. ¶ Item ſæpius *vedere bene, mirare attentamente, conſiderare, diſcernere, conoſcere perfettamente, συωπᾶν*, penitus inſpicio, diligentar animadverto, plane video, cognoſco, intelligo: & tum ad oculos, tum ad animum refertur. *Plaut. Caſ.* 3. 6. 24. Perſpicito prius, quid intus agatur. *Cic. Fam.* 5. *ep.* 6. *ſub fin.* & *lib.* 9. *ep.* 15. *extr.* Domum tuam, atque ædificationem omnem perſpexi, & vehementar probavi. *Plin. l.* 17. *c.* 10. *a med.* Minimie id graais conſtat, ut vix perſpici quædam poſſint. *Cæs.* 1. *de Legib. c.* 22. Cum ſe ipſa perſpexerit, tutumque tentarit, intelliget, &c. *Id. pro Sull. c.* 27. Perſpicite etiam atque etiam judices, &c. penitus introſpicite Catilinæ, Autronii, ceterorumque mentes.

Lucret. l. 1. *v.* 478. Perſpicere ut poſſis res geſtas funditus omnes. *Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep. ult. ad fin.* Sed ut perſpice rem, & portenta. *Id. Agror.* 2. *c.* 35. Hoc, quæſo, perſpicis, atque cognoſcite. *Id. pro leg. Manil. c.* 9. *ſub fin.* Conjectura perſpicere aliquid. *Id.* 1. *de Orat. c.* 78. Totam cauſam pertentare, atque perſpicere. *Caſ. l.* 5. *B. Gall.* 1. 5. Perpaucos querum in ſe fidem perſperarat, delinquere in Gallia decreverat. *Cic. Verr.* 4. *c.* 2. Cujus virtutem hoſtes, miſericordiam victi, fidem ceteri perſpexerunt. *Id. hanc.* 3. *ep.* 10. Nollem accidiſſet tempus, in quo perſpicere poſſes, quanti te facerem: quamquam in conſuetudine quotidiana perſpexiſſes, ſicut perſpicies. *Id. de Amic. c.* 17. Quidam ſæpe in parva pecunia perſpiciuntur, quam ſint leves.

PERSPICUE, *claremente, apertamente, ευκρινῶς*, dilucide, aperte, manifeſte. *Cic.* 3. *de Fin. c.* 3. *extr.* Plane & perſpicue expedire aliquid. *Id. Verr.* 2. *c.* 7. *a med.* Aperte & perſpicue nulla eſſe judicia. *Id. pro Cal. c.* 11. Non me hæc movent, quæ perſpicue falſa ſunt. *Plin. l.* 18. *c.* 28. *a med.* Dilucide atque perſpicue.

PERSPICUITAS, atis, f. *evidenza, chiarezza, ἐναργεια*, evidentia. *Cic.* 4. *Acad. c.* 6. Nihil eſt clarius *ἐναργείᾳ*, ut Graeci, perſpicuitatem aut evidentiam nos, ſi placet, nominemus. *Id.* 3. *de nat. Deor. c.* 4. Neque ego in cauſſa, ſi quid eſt evidens, argumentari ſoleo. perſpicuitas enim argumentatione elevatur. ¶ Proprie eſt pellucidiras, *traſparenza*. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Sunt qui maxime probent vitream perſpicuitatem in his. Adde *cap.* 5. *ſub fin.* ¶ In verbis, inquit *Quintil. capite cap.* 2. *l.* 8. præcipuam habet proprietatem.

PERSPICUUS, a, um, *traſparente, chiaro, διαφανὴς*, qui unuſquaque perſpici poteſt, pellucidus. *Ovid.* 5. *Met. verſ.* 588. Perſpicuas (*aquas*) imo, per quas numerabilis alti Caleſtus omnis erat. *Plin. l.* 31. *c.* 7. Sal maxime perſpicuus. *Martial. l.* 8. *epigr.* 68. Perſpicua gemma. *Id. l.* 4. *ep.* 86. Perſpicuus calie. *Stat. lib. & ſilv.* 3. *v.* 94. nives perſpicuæ. *h. e.* cryſtalla. ¶ Trenslate eſt apertus, manifeſtus, evidens, minime dubius, *chiaro, evidente*. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 4. Quaſi vero hoc perſpicuum ſit, conſtetque inter omnes, eſſe deos. *& lib.* 2. *c.* 2. Quid poteſt eſſe tam apertum, tamque perſpicuum, &c? *Id. pro Roſc. Amer. c.* 7. Quod adhuc eſt ſuſpicioſum, perſpicuum res ipſa faciet. *Id. pro Dom.* 1. 14. *ad fin.* Se in medios hoſtes ad perſpicuam mortem injeciſſe.

PERSPIRO, as, a. t. valde ſpiro, aut ſpirando tranſeo. *Cato R. R. cap.* 157. *circa med.* Venæ omnes ubi ſuſſlatæ ſuot ex cibo, non poſſunt perſpirere in toto corpore. *Plin. l.* 2. *c.* 45. Venti flatu, atque perſpirantes.

PERSTERNO. V. *Proſtraco.*

PERSTIMULO, as, a. t. idem ac ſtimulo. *Tacit. l.* 4. *Ann.* 2. 12 *extr.* Agrippinæ peoetmi illiciebantur pravis ſermonibus ſpiritus perſtimulare.

PERSTINO. V. *Preſtino.*

PERSTO, as, ſtiti, ſtatum, a. t. *perſiſtere, ſtar ſaldo, perſeverare, durabile, ἐμμένω*, permaneo, perſevero, perſiſto. *Cic.* 3. *Offic. c.* 9. *ſub fin.* Urgent ruſticæ fanæ. negant eutre poſſe, & in eo perſtant. *Id.* 2. *de Fin.* 2. 33. Pertinaciſſimus fueris, ſi in eo perſtiteris, ad corpus ea, quæ dixi, referre. *Id.* 4. *Acad. c.* 8. *a med.* Tamenne in illa previtate perſtabitis? *Id. pro Roſc. Com. c.* 9. *ſub fin.* Perſtat in impudentia. *Caſ. l.* 7. *B. Gall.* 2. 16. Ubi eos perſtare in ſententia viderunt. *Valer. Flacc. l.* 4. *v.* 143. *dictis* Perſtatorem cernit in iiſdem. *Liv. l.* 8. 2. 34. Se eamen perſtaturum in incepto. *& cap.* 33. Cum perſtaret incepto immitis animus. *Al. leg.* in incepto. *Senec. in Troadib. v.* 589. Hic ipſe, quo nunc enntumax perſtas, unor monet, &c. *Virg.* 2. *Æn. v.* 650. Talia perſtabat memorans, fiuſque minebat. *& lib.* 5. *v.* 811. Nunc quoqus mens eadem perſtat mihi. *Horat. l.* 2. *ſat.* 5. *v.* 30. Perſta, atque obdura. *Ovid.* 4. *ex Pont. ep.* 12. *in fin.* Hæc tibi, qui perſtaa indeclinatus amico. ¶ Cum infinitn, *Ovid.* 1. *ex Pont. ep.* 5. *v.* 34. Dumnoſa perſto condere ſemen humo. *Val. Flacc. l.* 7. *v.* 58. perſtas non cedere teeris. *Terent.* 4. *Ann. c.* 38. Perſtititque poſthac aſpernari talem ſui cultum. *Sil. l.* 5. *v.* 104. ne cælicolis contendere perſtat. ¶ Paſſive imperſonaliter. *Epitom. Livii, l.* 49. Catonis ſententia pervicit, ut in decreto perſtaretur. *Al. emitt. in.* ¶ Pro durare, *durare. Ovid.* 3. *Faſt. v.* 137. Laurea Flaminibus, quæ toto perſtitit anno, Tollitur, & frondes ſunt in honore novæ. *Id.* 15. *Met. v.* 177. nihil eſt tam, quod perſtet, in orbe: Cuncta fluunt. *Id. Heroid. epiſt.* 18. *verſ.* 206. Cum tua contigero litora, perſtet hiems.

PERSTRATUS, a, um, participium *perſterno*, perſuſus, vel totus ſtratus. *Liv. l.* 10. 2. *ult.* Damnatia aliquot pecuariis, vis a Martis ſilice ad Bovillas perſtreta eſt. *Vitruv. l.* 7. *c.* 1. *in fin.* Cum fuerit hoc ita perſtratum, ſupes nucleus inducatur.

PERSTRENUE, valde ſtrenue. *Terent. Adelph.* 2. 1. 13. Abi perſtrenue, ac fores aperi. Ita legit *Non. c.* 4. *n.* 5. Alii *præſtrenue*, aut *abi præ ſtrenue*.

PERSTREPO, is, pui, pitum, n. 3. *παταβρέμω*, valde ſtrepo. *Terent. Eun.* 3. 5. 52. Abeunt lavatum, perſtrepunt. *Stat. 2. Achill. v.* 76. Rumor in arcana jamdudum perſtrepit aula, Virginibus qua ſola domus, veniſſe Pelaſgum Ductores. *Claudian. l.* 1. *in Ruſin. v.* 213. Turba ſaiutantum latas ibi perſtrepit ædes. *h. e.* ſtrepit per ædes, ut *Virg. 6. Æn. v.* 171. perſonat æquora concha. ¶ Paſſive *Apul. ſub init. l.* 3. *Metam.* Quati fores interdum, & frequenti clamore januæ noſtræ perſtrepi.

PERSTRICTIO, onis, f. *infreddatura, coſtipamento*, perſtrictio. *Veget. de re Veterin. l.* 1. *c.* 35. Qui ea perſtrictione febrit, rigidus eſt. Adde *cap.* 38.

PERSTRICTUS, a, um, valde ſtrictus. *Plin. l.* 17. *c.* 24. Quoniam perſtrictus gelu non potuit eo pervenire humor. *Al. leg.* præſtrictus. *Veget. de re Veterin. l.* 3. *c.* 53. Stomachus nimio rigore præſtrictus, nec coquere poteſt, &c.

PERSTRINGO, is, inxi, ictum, n. 3. *ſtringere aſſai, διαφέγγω*, valde ſtringo. *Cato R. R. cap.* 31. Vites bene nodentur pei omnes ramos. diligentet caveto, ne vitem præcipites, & ne nimium perſtringas. *Grat. in Cyneg. v.* 296. ubi Canemo perſtrinxit frigore veſper. ¶ Translate *Liv. l.* 1. *c.* 25. Ut micantes falſere gladii, horror ingens ſpectantes perſtringit. *h. e.* corripit. Eodem modo & *Valer. Flacc. l.* 7. *v.* 81. locutus eſt. Sic *Ital. l.* 7. *verſ.* 104. Virginis ecce novus mentem perſtringere languor incipit. ¶ percurrere feriendo, aut fulcando. *Cic.* 1. *Agror. cap.* 25. *ad fin.* Quod ſolum tam exile & macrum eſt, quod aratro perſtringi non poſſit? *h. e.* aratro tanquam radi, & ſcindi. Sic *Phil.* 2. *c.* 40. Aratri vomere portam Capuæ pæne perſtrinxiſti. *Senec. in Agam. v.* 534. Ajacem flamma perſtrinxit cadens. *h. e.* fulmen ambuſlit. *Virg.* 10. *Æn. v.* 344. magnique femur perſtrinxit Achatæ. *h. e.* ſcarificavit, levitar vulnerevit. Hinc translate *Cic. pro Planc. c.* 14. Ille L. Craſſi, ille M. Antonii voluntatem aſperioribus facetiis perſtrinxit impune. *h. e.* pupugit, carpſit, *tocco ſul vivo*. & *pro Scaur. c.* 6. Quo in oratione ſi aſperius jo quoſdam homines iavehi vellem, quis non conſideret, ut sos, quorum ſceleris furore violatus eſſem, vocis libertate perſtringerem? *Id. pro Sull. c.* 16. Nemo unquam me tenuiſſima ſuſpicione perſtrinxit, quem non præverterim. ¶ ſtrictim breviterque dicere, & veluti in tranſcurſu atque obiter, *toccare brevemente, e de paſſaggio*. ducta metaphora vel a ſagitta, quæ levitee pungit, & prætervolat, nec infigitur: vel ab aratro, quod proſcindit, & tranſit. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 31. *extr.* In animo eſt levitee tranſire, ac tantummodo perſtringere unamquamque rem. *Id.* 2. *de Orat. c.* 49. Perquam brevitet perſtringere, atque attingere. *Id.* 2. *Phil. c.* 19. Sed reliquum vitæ curſum videte: quem quidem celeriter perſtriogam. ¶ *Oculos perſtringere* eſt ferire nimio lumine, atque adeo reſtringere & conſtiare (nam & palpebras ad nimium lumen claudere ſolemus) ut cernendi facultatem amittant, *abbagliare, accecare*: & refertur etiam ad animum. *Lucil.* apud *Non. c.* 1. *n.* 149. (& *Plaut. Mil.* 2. 2. 4.) Perſtringatque oculorum aciem ſplendore micanti. *Plin. l.* 2. *c.* 18. Cum ſolis radii viſus perſtrinxere noſtros. *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 50. Exiſtimat ſe gemmæ nitore, & auri ſplendore aſpectus omnium perſtringere. *Cic. de Senect. c.* 12. *a med.* Impedit enim conſilium voluptas rationi inimica, ut mentis, ut ita dicare, perſtringit oculos. *Id. pro Rabir. Poſt. c.* 16. Nec illius animi aciem perſtringit ſplendor ſui nominis, nec mentis quaſi luminibus officit altitudo fortunæ & gloriæ. *Id. ad Brut. ep. ult.* Qui ſplendore falſi honoris objecto, aciem boni ingenii perſtrioxi poſſe confiduot. *Id. Phil.* 12. *c.* 1. Quod videbam eundem, ſed quaſi pri caliginem: perſtinxeret aciem animi Bruti ſalus. *Gell. l.* 11. *cap.* 13. *ad fin.* Uti caveretis, ne vos facile perſtingeret modulatus aliquis currentis facundiæ ſonitus. *Stat. 5. Theb. v.* 666. Et juvenem reuito perſtringunt lumine. ¶ Perſtringere aciem gladii, apud *Plin. l.* 15. *c.* 14. in *fin.* obtundere, hebetare. Quo ſenſu *Horat. l.* 2. *od.* 2. *v.* 17. Jam nunc minaci murmure cornuum Perſtringis aures. *interea, affordi*, omnia ſtrepitu obtundis, & exſurdas. ¶ In pleriſque ex allatis exemplis, præſertim vero eum de acie oculorum ſermo eſt, *præſtringo* legunt alii ex probatis MSS. Facile enim fuit librariis alterum pro altero ponere, cum in codicibus manu exaratis ſoleant *per*, *pro*, & *præ* per ootam unius *p* tranſverſa ſubter linoola ſubiberi. Hujus varietatis plura exempla affert *Drakenborch. ad Sil. lib.* 1. *verſ.* 358. *ad lib.* 4. *verſ.* 548. *& lib.* 6. *verſ.* 43.

PERSTRUCTUS, a, ere, uſque ad finem exſtructus. *Vitruv. l.* 7. *c.* 4. Cum paries in altitudinem fuerit perſtructus.

PERSTRUO. V. *Proſtruo.*

PERSTUDIOSE, adverb. valde ſtudioſe. *Cic. in Brut. c.* 56. *ſub fin.* Eumque audire perſtudioſe ſolerem.

PERSTUDIOSUS, a, um, *παλυπρόθυμος*, valde ſtudioſus. *Cic.* 5. *Tuſcul. c.* 22. Muſicorum vero perſtudioſus. *Id. de Senect. c.* 1. *in fin.* Græcarum litterarum perſtudioſum eſſe.

PERSUADEO, es, ſi, ſum, n. 2. *perſuadere, far credere, indurre a qualche coſa, πειθω*, eo uſque ſuadeo, ut credatur, probetve, fiat id, quod ſuadeo, fidem facio, probo. *Cic.* 1. *de Orat. cap.* 31. Oratoris officium eſt dicere ad perſuadendum accommodate. *Plaut. Trinum. c.* 2. 98. Metuebat, ne ſibi perſuaderes, ut, &c. *Caſ. l.* 6. *B. Gall. c.* 13. In primis hoc volunt perſuadere, non interire animas. *Salluſt. in Jug. c.* 39. Huic Albinus perſuadet, regnum Numidiæ ab Senatu petae. *Caſ. l.* 3. *B. Gall. c.* 18. Huic magnis præmiis pollicitationibuſque perſuadet, uti ad hoſtes tranſeat. *Cic.* 2. *Phil. c.* 10. Duo ſunt tempora, quibus aliquid contra Cæſarem Pompejo ſuaſerim: unum, ne, *&c.* alterum, ne, *&c.* quorum ſi utrumvis perſuaſiſſem, in haa miſerias nunquam incidiſſemus. *Id. Tuſcul.* 4. *c.* 27. *ſub fin.* Ne ſi forte de pauperrate non perſuaſeria, ſit ægritudini concedendum. *Id. Fam.* 11. *ep.* 5. *in fin.* Velim tibi ita perſuadeas, me tois conſiliis nullo loco defuturum. *Accurſius ad Cicer. poſt ep.* 8. *l.* 10. *ad Attic.* Sic enire volo te tibi perſuadere, mihi neminem eſſe cariorem te. *Nepos in Eumen. c.* 3. Militibus perſuaſit, ſe contra Barbaros proficiſci. *ſi credere, decide ad intendere. & Cic. Attic. l.* 16. *ep.* 5. Hoc cum mihi non modo confirmaſſet, ſed etiam perſuaſiſſet. ¶ inducere, illicere. *Terent. Adelph.* 3. 5. 23. Hoc quidem ferendum aliquo modo eſt perſuaſit nox, amor, vioum, adoleſcentia. ¶ Cum infinito *Gell. l.* 4. *c.* 5. Quod cum ita fieri perſuaſiſſent, delati ad populum, proditique ſunt. *avendo indotto i Romani a ciò fare. & Nep. in Dione, c.* 3. Perſuaſit ei tyrannidis facere finem. ¶ Cum accuſativo perſonæ, *Perron. in fragm. Trogur. cap.* 46. *Burm.* Aliqua *die* te perſuadeam, ut ad vi-

lam

lam veniae. *& cap.* 61. Perſuadeo hoſpitem noſtrum, ut, &c. *Serv.* quoque *ad Æn.* 12. v. 10. affert, tanquam ex *Ennio*: Quis te perſuaſit? Etiam *ſuadeo* hunc caſum admitti. ¶ Paſſive imperſonaliter, *Caſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 40. Sibi quidem perſuaderi, cognitis ſuis poſtulatis, eum neque ſuam, neque populi R. gratiam repudiaturum. *& lib.* 2. *c.* 20. *extr.* Hic perſuaderi, ut diutius monarcham, non poteret. *Plaut. Bacch.* 4. 9. 93. Perſuaſum eſt facere, cujus nunc me facti pudet. ¶ Pro ſimplici ſuadeo, aut valde ſuadeo. Terent. *Andr.* 3. 3. 45. Et is mihi perſuadet, nuptias, quamvis queam, ut maturem. Al. plerique leg. *ſuadet*.

PERSUASIBILIS, le, *probabile, verisimile, perſuaſibile, πιθανὸς*, qui perſuaderi poteſt, probabilis, veri ſimilis. *Quintil.* aliquoties *l.* 2. *c.* 15. ubi de rhetoricæ definitione diſſerit, & Latine vertit vocem *Ariſtotelis*, & aliorum, πιθανὸς. Eſt qui legit *perſuadibilis*.

PERSUASIBILITER, *perſuaſibilmente, πιθανῶς*, verisimiliter, probabiliter. *Cassiod. Cels.* apud *Quintil. l.* 2. *c.* 15. Finis rhetorices eſt, dicere perſuaſibiliter in dubia, & civili materia. Adde *Quintil. ibid.* Hermagoræ Græca verba vertentem. *Cic. l. de Invent. c.* 5. dicit, appoſita ad perſuaſionem.

PERSUASIO, onis, *f. il perſuadere, πεῖσις, πειθανότης*, actus perſuadendi. *Cic. l.* 1. *de Invent. c.* 5. Officium ejus facultatis videtur eſſe, dicere appoſita ad perſuaſionem. *Juſtin. in fr. l.* 34. Hortati ſuat, ut in auctorem ratoru:at ſceluſ: nec difficiles perſuaſio fuit. ¶ Paſſive eſt credulitas, fama opinio, fides, *perſuaſione, credenza, opinione*. *Plin. l.* 25. *c.* 2. *ante med.* Datat tamen tradita perſuaſio in magna parte vulgi, veneficiis & herbis id cogi. *Id. l.* 30. *cap.* 13. Narvos abſciſſos illitis vermibus ſolidari, perſuaſio eſt. *Quintil. l.* 1. *c.* 1. (*al. cap.* 2.) Qui paulum aliquid ultra primas literas prograſſi, ſeſtam ſibi ſcientiæ perſuaſionem induerunt. *Id. l.* 2. *c.* 4. *ante med.* Arrogans de ſe perſuaſio. *Sueton. in Tiber. c.* 69. Perſuaſionis plenus, cuncta fato agi.

PERSUASORIUS. V. *Perſuaſorius*.

PERSUASTRIX, icis, *f.* quæ perſuadet. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 47. Eccas tandem probri perlecabræ, & perſuaſtrices.

PERSUASUS, a, um, *perſuaſo, πεπεισμένος*, creditus, pro certo habitus. *Cic. Tuſcul.* 3. *cap.* 29. Opinio mali, quo viſo, & perſuaſo ægritudo inferatur neceſſario. *Id.* 7. *Verr. cap.* 25. *extr.* Hodieque omnes ſic habent perſuaſum, *illum*, &c. *Brut. Cicer. l.* 11. *Fam. ep.* 9. Sed quod mihi perſuaſiſſimum eſt, Lepidum recte facturum nunquam. *Colum. l.* 12. *c.* 1. *a med.* Ea porro perſuaſiſſimum habeo debebit, &c. ¶ *Homo perſuaſus*, cui perſuaſum eſt, qui pro certo habet, qui decrevit. *Auct. ad Herenn. l.* 1. *cap.* 6. Cum animus auditoris perſuaſus videtur eſſe ab iis, qui ante contra dixerunt. *Ovid.* 3. *de ar. am. verſ.* 679. Jamdudum perſuaſus ſum, miſarebitur ultro. *Phædr. l.* 1. *fab.* 8. *verſ.* 7. Tandem perſuaſa eſt jurajurando gruis. *Val. Max. l.* 3. *c.* 8. *n.* 1. Capua Italiæ ragnum nefaria deſtectione pacifici perſuaſa. *Juſtin. l.* 2. *cap.* 11. Nihil eſt difficile, perſuadere perſuaſis mori. *cyrus*.

PERSUASUS, us, m. perſuaſio. In ſexto caſu ſingul. *Cic. pro Varenо* apud *Quintil. l.* 5. *c.* 10. *circa med.* Hujus perſuaſu, & inductu. *In argumento Epiſtol. Plautini*. Emit fidicinam, filiam credens, pater, perſuaſu ſervi.

PERSUAVITER, valde ſuaviter. *Auguſtin. lib.* 4. *de Muſica, cap.* 13. Dic mihi, quomodo tibi aurem tangat metrum hoc. *D.* perſuavius.

PERSUBTILIS, le, valde ſubtilis. *Cic. pro Planc. c.* 24. Et quoniam ſua ſuit peralegans, ac perſubtilis oratio. *Lucret. l.* 3. *v.* 180. Animus perſubtilis, atque immutis perquam corporibus factus.

PERSULCANS, antis, ſulcans ducens, navigans. *Apul. lib.* 4. *Metam.* Paſſim maria perſulcantes tritonum catervæ. *Al. leg.* perſultantes.

PERSULCATUS, a, um, ſulcis covatus, aratus. *Claudian. l.* 1. *in Ruſin. v.* 136. rugiſque ſeveras Perſulcare genas.

PERSULTATOR, oris, m. qui perſultat. *Symmach. l.* 6. *ep.* 23. (*al.* 22.) Bajani litoris perſultatos.

PERSULTO, as, avi, atum, *n.* 1. *ſaltelio*, ſuper ram aliquam ſalire: quod proprie feracum eſt, & pecudum, quæ in pabuli abertate identidem ſubiliunt. *Lucret. l.* 1. *v.* 14. Inde feræ pecudes perſultant pabula læta. *Senec. de providen. c.* 4. *ad fin.* Super durata glacie ſtagna perſultant. *Tacit.* 5. *Hiſt. cap.* 15. Germani notis vadis perſultabant. *Id. Ann.* 4. *c.* 47. Qui ante vallum more gentis cum carminibus & tripudiis perſultabant. Adde *Sil. l.* 3. *v.* 385. & *Senec.* 2. *de Ira, c.* 31. ¶ Eſt item cum petulanti quadam inſultatione locum agrumes percurrera, & interdum ſaltando lætitiem animi oſtendere. *Liv. l.* 34. *c.* 20. *Quam ſæpe in agro eorum impune perſultaſſent. Tacit.* 3. *Hiſt. c.* 49. Captam Italiam perſultare. *Prudent. περὶ στεφ. 4. de S. Reppol. v.* 77. Hinc perſultantr. *b. e.* ſuperbe imperanti. ¶ Vox perſultat. *Id. in præfat. Hamartig. v.* 10. *b. e.* refultat, refonat.

PERTABESCO, is, bui, *n.* 3. valde tabeſco. *Sever. in Ætna, v.* 472. Tum ſi quis lapidum ſummo pertabuit igni. *b. e.* exceſſus eſt, exuſue, comminutus.

PERTÆDEO, es, dui, *n.* 2. *diuturnoque*, tædio vehementer afficior. *Gell. l.* 1. *c.* 2. Jamque omnes finem caperent, verbiſque ejus defatigati pertæduiſſent. ¶ *Pertædet, ebat*. V. infra.

PERTÆDESCIT, ebat, impers. 3. idem ac pertædet, val incipit pertædere. *Cato R. R. cap.* 156. *ſub fin.* Nolite multum dare, ne pertædeſcat.

PERTÆDET, ebat, tæſum eſt, impers. 2. *vincreſcere multa, δίωρον-τος*, tædio vehementer affici. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep.* 2. *c.* 2. Pertæſum eſt enim levitatis. *Gell. l.* 15. *c.* 20. Quarum matrimonii pertædebat. *Nep. in Attic. c.* 15. nunquam ſuſcepti negotii eum pertæſum eſt. *Plaut. Moſtell.* 1. 4. 4. Ita me ibi male convivii, ſermonisque pertæſum eſt. *Lucret. l.* 3. *v.* 1074. Exit ſæpe foras magnis ex ædibus ille, Eſſe domi quem pertæſum eſt. ¶ Cum dativo *Græcch.* apud *Diomed. l.* 2. *pag.* 291. *Putſch.* Uſque adeo pertæſum vos mihi eſſe.

PERTÆSUS, a, um, *attediato, ἐξαποδιόμενος*, particip. a *pertædeo*, voce paſſiva, ſed ſignificatione activa. *Tacit.* 15. *Ann. c.* 51. Lenitudinis eorum pertæſa. *Suetan. in Cæſ. c.* 7. Et quaſi pertæſus ignaviam ſuam, quod nihil dum a ſe mamorabile actum eſſet. ¶ Antiqui dixere *pertiſus*. V.

PERTANGO, is, *pro* Pertingo eſt *Apicii l.* 6. *c.* 9. Pullum aſſabis, & ſuo ſibi jure pertangis. *b. e.* perfundis. Adde *lib.* 8. 1. 8.

PERTĔGO, is, xi, ctum, *a.* 3. *coprire d ogni parte, καταστεγάζω*, omni ex parte tego. *Plaut. Rud.* 1. 2. 35. Qui pertegamus villam. ¶ Translate *Id. Trin.* 2. 2. 41. Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant.

PERTEMERARIUS, a, um, valde temerarius. *Imp. Anaſtaſ. lib.* 12. *Cod. tit.* 21. *leg.* 2. Cum perabſurdum, perque temerarium ſit, &c.

PERTENDO, is, endi, enſum, *a.* 3. *perſiſtere, perſeverare, oſtinarſi, ἐπιτείνω*, uſque tendo, contendo: & translate perſiſto, perſevero. *Varr. incerto l.* 4. *de L. L.* Cum demonſtratur, in quo non debet pertendere, & perrendit, pertinacia eſt. *Propert. l.* 2. *el.* 12. *v.* 17. Quod ſi pertendens animo exſtita cubaris, &c. ¶ *Pertendere aliquid*, uſque ad finem perducere. *Terent. Heaut.* 5. 5. 9. Video non licere, ut cœperam, hoc pertendere. ¶ racta tendere, contendere, pergere uſque ad aliquem locum. *Liv. l.* 5. *c.* 8. *ad fin.* Perpauci in majora coſtra, pars maxima Romam pertenderunt. *armorum diritto fine a Roma. Hirt. de B. Alex. c.* 30. Protinus victor ad regis caſtra pertendit. ¶ conferre, contendere, comparare, *confrontare, oſſomigliare paragonando*. *Cic. pro Balb. c.* 5. Nos Pompeii decretum cum legibus conferemus? cum ſœderibus omnia acerbiſſima diligentia pertendemus? Al. leg. *perpendemus*.

PERTENTĀTUS, a, um, valde tentatus. *Vitruv. l.* 8. *cap.* 1. *ad fin.* Cum hæc ita erunt pertentata, &c. *Tacit. Ann.* 6. *c.* 20. Quem accitum, & diverſis ſermonibus pertentatum, poſtremo Græcie verbis adlocutus, &c. ¶ affectus. *Apul. l. c. Metam.* Inſolita vinolentia ac diuturna fatigatione pertentatus, ſopitus jam ſtertebat altius.

PERTENTO, as, avi, atum, *a.* 1. *tentare bene, provare, διαπειρᾶσθαι*, vehementiae tento, explore, expiſcor. *Tacit.* 2. *Hiſt. cap.* 49. Allatis pugionibus duobus, cum utrumque pertentaſſet. *Id.* 1. *Hiſt. c.* 29. Placuit pertentari animum cohortis. *Terent. Andr.* 3. 4. 9. Sed ea gratia ſimulavi, vos ut pertentarem. *Plin. l.* 1. *epiſt.* 20. *a med.* Omnia pertento, omnia aaperior, *tento denique ἀνάπτω*. ¶ Item pro conſiderare. *Cic. ad Q. Fr. l.* 1. *ep. ult. ad fin.* Sed tu perſpice rem, & pertenta. ¶ Item pro permovere, commovere. *Virg. Æn.* 1. *v.* 506. Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus. *Id.* 3. *Georg. v.* 250. Ut tota tremor pertentet equorum corpore. *Id.* 7. *Æn. v.* 354. Ac dum prima lues udo ſublapſa veneno Pertentat ſenſus, atque oſſibus implicet ignem. *Petron. in Satyr. cap.* 107. Tam dulcis ſonus pertentabat nera, ut putares inter auras canere Sirenum concordiam. Al. leg. *pertentimus mulcebat aera*.

PERTENUIS, e, *λεπτότατος*, valde tenuis. *Plin. l.* 18. *c.* 6. Sabulum pertenue. ¶ Translate ſumitur pro valde parvo. *Cic. l.* 14. *Fam. ep.* 3. Spes ſalutis pertenuis oſtenditur. *Id. Agrar.* 2. *c.* 31. Cum pertenui diſcrimine ſepararentur. *Id. l.* 2. *de Orat. c.* 23. Mihi dicendi aut nullam artem, aut pertenuem videri. *Id. Verr.* 2. *c.* 6. *ſub fin.* Pertenue argumentum. *Id. pro Cluent. c.* 60. *ad fin.* Pertenuis ſuſpicio.

PERTEPIDUS, a, um, valda tepidus, ut Aqua pertepida, *Vopiſc. in Carino, cap.* 17. Fone aqua pertepida.

PERTEREBRATUS, a, um, *traforato*, perforatus. *Vitruv. l.* 8. *c. ult. circa med.* Lapis perterebratus.

PERTERĔBRO, as, avi, atum, *a.* 1. *traforare, διατρυπᾶν*, idem ac terebro, ſeu plane terebro. *Cic.* 1. *de Divin. c.* 24. Annibalem Cœlius ſcribit columnam auream perterebraviſſe.

PERTERGĔO, es, erſi, *a.* 2. *nettare, forbire, ἀπομάττω*, diligenter rergeo, abſtergeo. *Colum. l.* 12. *c.* 9. Munda ſpongia vaſa pertergere. *Horat. l.* 2. *ſat.* 8. *v.* 21. Gaufape purpureo menſam pertersit. *Lucret. l.* 4. *v.* 248. Iſque (*ser*) ita per noſtras acies perlabitur omnis; Et quaſi perterget pupillas, atque ita tranſit. Eſt qui leg. *praterget*.

PERTĔRO, is, trivi, itum, *a.* 3. *tritare, peſtare, κατατρίβω*, valde tero, perfrin, protero, comminuo. *Colum. l.* 12. *c.* 38. *ad fin.* Myrti baccam cum panlum ficcaverunt, perterunt ita, ut quantum fieri poteſt, interiora ſemina integra permanenant: tum per linteum ſicum, quod pertrivcrunt, expriment.

PERTERREFACIO, is, *ſpaventare, δειλιάττω*, valde terrefacio, perterreo. *Terent. Andr.* 2. 1. 142. Perterrefacias Davum.

PERTERREFACTUS, a, um, *ſpaventato. Brut. Cicer. l.* 11. *Fam. ep.* 20. Sperare eos, re perterrefacta, adoleſcente impulſo, poſſe magna conſequi præmia. Al. leg. *perterrefacta*.

PERTERRĔO, es, ui, itum, *a.* 2. *πατασκλάττω*, valde terreo. *Cic. pro Cæcin. c.* 9. Ferro, inquit, te rajeci, atque perterrui. *Terent. Eun.* 5. 3. 13. Hunc perterrebo ſacrilegum. *Caſ. l.* 7. *B. Gall. c.* 4. *extr.* Magnitudine pœnæ perterrera alios. *& lib.* 7. *c.* 5. Similitudine armorum vehementer noſtros perterruerunt.

PERTERRICRĔPUS, a, um, *ſpaventoſo*, terrorem crepando incutiens. *Lucret. de tonitru*, l. 6. *v.* 128. Tum pertorricrepo ſonitu det miſſa fragorem. *Cic. in Orat. c.* 49. *ex Pœta*. Habeo iſtam ego perterricrepam.

PERTERRITO, as, *a.* 1. frequentat. a perterreo. *Avien. in phænom. Arat. v.* 1169. Scorpius ingentem perterritat Oriona.

PESTILENTIA, æ, f. *peſti, contagio, peſtilenza, epidemia, λοιμός*, peſtis, ſeu morbus contagione in plurimos ſe effundens, ac tum homines, tum veria brutorum genera vulgatis funeribus abſumens. *Caſ. l.* 2. *B. Civ. c.* 22. Maſſilienſes graai peſtilentia conflictati ex diutina conſuetione, & muretione victus. *Colum. l.* 6. *c.* 5. Id præcipue, quod egerit ſus ægre, peſtilentiam facere valet. *Id. l.* 7. *c.* 7. Alia genera pecorum cum peſtilentia vexantur. *Liv. l.* 27. *c.* 23. Eo anno peſtileotia graais incidit in urbem agroſque, quæ tamen magis in longos morbos, quam in pernicialeſ evaſit. *Colum. l.* 9. *c.* 13. Morbo, aſi peſtilentia laborare. *Liv. in fin. l.* 10. Peſtilentia urens urbem atque agros. *Tacit. Ann.* 16. *c.* 13. In urbe omne mortalium genus vis peſtileotia depopulebatur. *Plin. l.* 23. *c.* 8. *ad fin.* Peſtileotia contagia prohibere. *Id. lib.* 10. *cap.* 28. Peſtilentiam afferre. ¶ Peſtilentiæ deſcriptionem habes apud *Virg.* 3. *Georg.* a *verſ.* 478. *Ovid.* 7. *Met.* a *verſ.* 523. *Lucret. lib.* 6. a *verſ.* 1136. *Liv. l.* 25. *c.* 26. *Sil. l.* 14. a *verſ.* 582. ¶ Differt a *peſte*, quæ eſt generale nomen, & non ſolum de morbis, ſed de quacumque clade, malo, calamitate, nota, pernicie uſurpatur. ¶ Translate *Catull. carm.* 44. *ad fundum ſuum*, *v.* 11. Orstionem in Antium petitorem, Plenam veneni, & peſtilentiæ legit. *b. c.* quæ peſtilentiæ modo coscare auditoras poſſet. In plur. numero *Gell. l.* 2. *c.* 2. Ammorum labes, & peſtilentias. ¶ Sumitur etiam pro gravitate cæli, aut loci: cui *ſalubritati* oppoaitur, *contrario aëri, loogo malſano. Cic. Agrar.* 2. *c.* 26. *ad fin.* Agrorum genus propter ſteriiitatem incultum, propter peſtilentiam vaſtum atque defertum. *Id. l.* 1. *de Divin. c.* 57. Ex habitu extorum, atque ex colore tum ſalubritatis, tum peſtilentiæ ſigna pereipiuntur. *Id. Agrar.* 1. *cap.* 5. Locupletatis aut invidiæ, aut peſtilentiæ poſſeſſoribus, agri tamen amantur. *b. v.* iis qui poſſident vel nimis amplos agros & invidiæ ſubjectos, vel graaitate cæli peſtilantes. V. *Agrar.* 2. *c.* 26.

PESTILENTIARIUS, a, um, peſtilens. *Tertull. de Spectac. cap.* 27. Cathedra peſtilentiaria.

PESTILENTIOSUS, a, um, idem ac peſtilens. *Ulpian. Dig. lib.* 43. *tit.* 8. *leg.* 2. *a med.* Si odora ſoli locus peſtilentioſus fiat.

PESTILENTUS, a, um, peſtilens. *Lucilius* apud *Gell. lib.* 19. *cap.* 7. Loca pulaaulenta & peſtilenta.

PESTILIS, le, peſtilentioſus. *Arnob. l.* 2. *pag.* 32. Poſſunt nos aurie peſtilibus enecare.

PESTILITAS, atis, f. idem ac peſtis. *Lucret. l.* 6. *v.* 1096. Atque ea vis omnis morborum, peſtilitaſque. Adde *verſ.* 1213. & 1230. *Non. c.* 2. *n.* 684. tribuit *Lucilio* verſiculum allatum *Lucretii*.

PESTIS, is, f. *male, calamità, diſgrazia, rovina, danno, πανὶς, βλάβη*, nomen eſt generale omnis mali, perniciei, morbi, exitii, calamitatis, ruinæ, cladis, noxæ, ſiue hominibus incidat, ſive brutis, ſiva rebus inanimis. Quare differt a peſtilentia, ut genus a ſpecie. V. *Peſtilentia*. Ita *Liv. l.* 4. *c.* 25. & *lib.* 5. *c.* 24. & *lib.* 25. *c.* 26. utitur quidem voce *peſtis* ad peſtilentiam ſignificandam, ſed poſtquam *peſtilentiæ* mentionem fecit. *Cic.* 2. *Offic. c.* 5. Nulla tam deteſtabilis peſtis eſt, quæ non hominі ab homine naſcatur. *Id. pro Rabir. perduell. c.* 2. Peſtis us pernicies ciaitatis. *& cap.* 9. Ita imago, quæ domi poſita peſtem atque exilium Sex. Titin attuliſſet. *Lucret. l.* 3. *v.* 348. Difficilium ut nequeat fieri ſine peſte maloque. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 36. Ibes averunt peſtem ab Ægypto, cum volucres angues vento invectas interficiont atque conſumunt. *Liv. l.* 25. *c.* 19. *extr.* Adeo ea fugæ quidem iter petuit, ut aix mille caſerint: ceteri peſſim, alii alia peſte, abſumpti ſunt. *Cic.* aertens locum *Sophocl. l.* 2. *Tuſcul. c.* 8. Ipſa illigatus peſte interimor teatili. *b. c.* aeſte imbuta Neſſi ſanguine. *Virg.* 5. *Æn. v.* 699. ſervatæ a peſte carinæ. *b. c.* ab incendio. *Id. Æn.* 12. *v.* 55. belli evadere peſtem. *Tacit. 1. Ann. c.* 47. Improviſior, greaiorque peſtis fuit. *b. c.* damnum ex terræ motu. *& lib.* 4. *c.* 62. Unde gravior peſtis fuit. *b. c.* clades ex ruina theatri. *Plaut. Capt.* 4. 3. 3. Quanta pernis peſtis veniet! quanta labes larido! *b. c.* ex Peraſiti edacitate. *Catull. carm.* 68. *in Roſam*, *v.* 9. crudelem eoſorum interfice peſtem. *b. c.* mali odoris hircum ſub alis. *Cic. de Haruſp. reſp. c.* 4. T. Annius ad illam peſtem comprimendam, exſtinguendam, ſuoditus delendam natus eſſe videtur. *Id. ad Brut. ep.* 15. Peſtem depellere. *Id. pro Dejot. in fin.* miſerrimam importare alicui. *Id.* 3. *de nat. Deor. c.* 26. machinari alicui. *Liv. l.* 2. *c.* 49. minitari. *Salluſt. in fug. c.* 73. Monere, on præmia Metelli in peſtem ſuam cumuerteret. *in ſuo rovina*, a *malanno. & in epiſt. Madrid. ad Aſſoc. ad fin.* Romani peſte conditi orbis terrarum. *mato per la rovina del mondo.* ¶ Metonymice dicitur de homine publice pernicioſo. *Cic. pro Sext. c.* 14. *in fin.* Producti io concionem ab illa furia ac peſte patriæ. *Id. Verr. 5. c.* 54. Ne poſt abitum quidem hujus importuniſſima peſtis. ¶ In plur. numero *Id. de Haruſp. reſp. c.* 2. *ſub fin.* Cum his furiis & facibus, cum his inquam exitioſis prodigiis, ac pæne hujus imperii peſtibus bellum mihi, &c. *Id. 5. Fam. ep.* 8. Quædam peſtes hominum iſurie aliena dolentium. *Virg.* 1. *Georg. v.* 181. Tom variæ illudunt peſtes. ſæpe exiguus mus, &c. Adde *l.* 3. *v.* 471. & alibi. Sic *Colum. l.* 7. *c.* 5. *ad fin.* Quod in omnibus morbis ac peſtibus faciendum eſſe cenſemus. *& lib.* 2. *c.* 9. *circa med.* Quædam ſubterraneæ peſtes adultas ſegetes enecant. ¶ Abſolute pro morbo, peſtilentia, *peſte, Enn.* apud *Priſcian. lib.* 9. *pag.* 861. *Putſch.* Hos peſtis necuit; pare occidit illa duellis. Addunt *Lucan. l.* 6. *v.* 89. *Sil. l.* 14. *v.* 582. *& 602.* ſed hæc non videntur rem conficere niſi eo modo, quo de *Livii* locis ſupra dictum eſt. ¶ *Opperire peſtem* apud *Plaut. Capt.* 3. 3. 11. eſt mortem oppetere.

PETA, æ, f. dea, quæ rebus petendis præeret. *Arnob. l.* 4. *pag.* 131. Putationibus arborum Puta præſto eſt, rebus petendis Peta.

PETALIUM, ii, n. πεταλίον, genus unguenti, Latino foliatum, & nardinum: a πέταλον, folium. *Plaut. Curcul.* 1. 1. 7. Tu ſtacte, tu cinnamum, tu roſa, tu crocum, & caſia es, tu petalium. Al. *leg. Bdellium*.

PETAMINARIUS, *vel* Petamenarius, m. *chi fa ſalti mortali*, qui ſtrenua corporis agilitate ſaltans volare videtur; a πέτασθαι, volans. *Firmic. l.* 8. *c.* 15. Cum Marte vero, & Mercurio petaminarius, ephalmator, orcheſtopalarius, petauriſtarius.

PETASATUS, a, um, πετασάτος, petaſo tectus. *Cic. l.* 25. *Fam. ep.* 17. *de tabellariis*. Id facerent commodius, ſi mihi aliquid ſpatii ad ſcribendum darent: ſed petaſati veniunt, comites ad portam exſpectare dicunt. *Sueton. in Aug. cap.* 82. Domi quoqus non niſi petaſatus ſub dio ſpatiabatur. Adde *Varron.* apud *Non. cap.* 4. *n.* 319.

PETASIO, onis, m. idem videtur eſſe quod petaſo. *Varr. lib.* 2. *R. R. c.* 4. Succidias Galli uptimas facere confuaverunt. Optimarum ſignum, quod etiam nunc quotannis e Gallia apportantur Romam pernæ tomacinæ, & taniacæ; & petaſiones.

PETASO, onis, m. *proſciutto*, πετασίων, coxa porcina ſalita. *Perottus* ita definit: Petaſo ea pare ſuis dicitur, quæ ab alie insipit, & coſtas comprehendit, quibuſdam veluti aingulis pinguibus diſtincta. Quomodo a *perna* differat, in ea voce diximus. *Martial. lib.* 13. *epigr.* 55. Muſtens eſt: propera, carus nec differ amicos. Nam mihi cum vsiule ſit petaſone nihil. quia ſcil. ut ait *Perott.* ob pinguitudinem facile rancefcit. *Id. l.* 3. *epigr.* 77. Et pulpam dubia de petaſone aoras. *b. c.* jam corrumpi incipiente: *remedio*. ¶ Apud *Varron. l.* 2. *R. R. c.* 4. *ante med.* lag. *petaſia, onis*.

PETASUNCULUS, li, m. *piccial proſciutto*, parvus petaſo. *Juvenal. ſat.* 7. *v.* 119. Quod vocis pretium? ſiccus petaſunculus, & vas Pelamidum. *ſcorn*, h. e. parvi pretii. nam petaſoni gratia ſi muſtus ſit. V. *Martial. l.* 13. *epigr.* 55. ¶ Item parvus petaſus, *cappelluccia. Arnob. l.* 6. *pag.* 198. Mercurio det radios: Solis capiti petaſunculum ſuperponas.

PETASUS, i, m. *cappello*, πέτασος, capitis tegmen, galeri genus: a πετάννυμι, extendo, quod latos haberet margines, quemadmodum videre eſt in imaginibus Mercurii, qui petaſatus pingitur. Utuntatur petaſo longum iter facientes, quo adverſus Solis, & imbrium injurias faciom tueruntur. *Plaut. Pſeud. a.* 1. *ſc.* 4. 45. Etiam opus eſt chlamyde, & machæra, & petaſo. *Arnob. l.* 6. *pag.* 197. Cum petaſo

taſo gnatos Mſiæ, tanquam viæ aggredi præparet, & ſalem pulveremque drelinet. ¶ Translate petaſus dicitur quiddam in galeri formam ædificiis ſuperpoſitum, extenſum, & explicatum, in metæ formam ſe contrahens. *Plin. l. 36. c. 23. ſub fin.* Ut in ſummo obtis xyſtus, & petaſus unus omnibus ſit impoſitus. ¶ Apud *Calpurn. ecl. 6. v. 52.* eſt nomen equi, a πετάζω, volare.

PETAURISTA, æ, m. πεταυριστὴς, qui ex petauro ſe in aerem excutit, atque in terram devolat. *Feſtus:* Petauriſtas Lucilius a petauro appellatos exiſtimare videtur, cum ait, Sicuti mechanici cum alto ſaliuere petauro. At Ælius Stilo, quod in aera volent, cum ait, petauriſta proprie Græca, quod ii πρὸς ἄϐυσσον πετάζωσι. *Scaliger* ad *Feſtum* hujuſmodi fuiſſe docet, qui deſperata audacia in machina, vel reta trajiciebant ſe. V. vocem ſequent. A *Nonio c. 1. n. 277.* petauriſtæ definuntur, qui ſaltibus, vel ſubtiore levioribus moventur. *Varro ibid.* Nec minus aliquo in genere ſunt ludi velitis Galli, Germani petauriſtæ. Addo alium ejuſdem *Varron.* locum *ibid.* ubi Græce ponitur ex lectione *Scalig.* & pro ſaltatore tantum accipiendus eſſe videtur.

PETAURISTARIUS, ii, m. idem qui petauriſta. *Petron. in fragm. Trogur. c. 53. Burm.* Petauriſtarii tandem venerunt: haro inſulſiſſimus cum ſcalis conſtitit, puerumque juſſit per gradus, & in ſummæ parte odaria ſaltare, circulos deinde ardentes tranſire, & dentibus amplioram ſuſtinere. Adde *cap. 60.* & *Farnac. l. 8. c. 15.*

PETAURUM, i, n. πέταυρος, machina in ſublimi ſuſpenſa, ex qua ſe in aerem excutiebant, atque in terram devolebant: ab ἄφω, aufero, & πετάομαι, volo, ut. Hoc nomine comprehendunt & machinam lignearn, genus ludi, quo homines per aerem rotatum pulſu jaciantur, & omne id, ſupra quod homines agilitate corporum inſignes ludunt, ut ſuet haſta, circa quas ſe volvunt, funes, ſupra quos etiam reciproce ambulant, circuli, per quos ſe more piſcium tranſmittunt, tabulæ, e quibus in aere pendent, uno brachio ſe ſuſtinentes. Græce ſignificat perticam, tignum, aſſerem, ſuper quo gallinæ dormiunt. *Lucil.* apud *Feſt.* in *Petauriſtæ*. Sicut mechanici cum alto ſaliuere petauro. *Juvenal. ſat. 14. v. 265.* An magis oblectant animum jactata petauro Corpora, quique ſolet rectum deſcendere funem? *Manil. l. 5. v. 434.* Corpora, quæ velido ſaliunt excuſſa petauro, Alternoſque eient motus: elatus & illo Nuoc jacet, atque hujus caſa ſuſpenditur ille, Membraque per flammas, orbeſque emiſſa ſagittæ. Ubi *Scalig.* Rota in ſublimi poſita a duobus verſabatur: alter ſuperne, alter inferne nitabatur. Ita ſirbat, ut alternis dejecti, nuoc penderent, nunc erecti ſederent. Hæc *Scalig.* quæ confirmari videntur fragmento illo *Petronii pag. 674. Burmam.* Petauro jubenre modo ſuperior. *Martial. l. 1. epigr. 86.* Quid ſi per graciles vias petauri Invitum jubeas ſubire Ladam? ¶ In illo *ejuſd. l. 11. epigr. 22.* Quam mta tranſmiſſo toties impacta petauro: *Turneb. l. 8. adverſar. c. 4.* putat *petaurum* eſſe lignum per rotam a petauriſta tranſmiſſum. Eſt qui ipſum petauriſtam intelligit. *Scalig. ad Manil.* malles *intacta* pro *impacta*.

PETAX, acis, qui multum petit. *Fulgent. Plane. l. 2. Mythol. c. 1.* Vita orneſtus petax, habendi inſatiata.

PETELYA, & Petilia, æ, f. Πετηλία, urbs Brutiorum a Philoctete condita. *Liv. l. 23. c. 30. Plin. l. 3. c. 10.* & *Virg. 3. Æn. v. 402.* ubi *Servius* dictam ait παρὰ τὸ πέτεσθαι, volare, quod captato auſpicio condita ſit. ¶ Scribitur & *Petellia*.

PETELINUS, a, um, ad Petelium pertinens, at Petelina fides, *Valer. Max. in fin. c. 6. l. 6.* h. e. conſtantia in non deſciſcendo ab Romanis, & in toleranda Pœnorum obſidione: de qua *Liv. l. 23. c. 30.* & *Sil. l. 12. v. 431.* ¶ *Petelini, orum*, cives, & incolæ. *Val. Max. loc. cit.* ¶ Scribitur & *Petellinus*. ¶ *Petelinus lucus* prope muros Romæ fuit, extra portam Flomentanam, memoraturque ab *Liv. l. 6. c. 2.* Hunc *Varr. l. 4. de L. L. c. 8. Petilium*, aut *Patilium* appellat.

PETESSO, & Petiſſo, is, a. 3. idem quod peto, aut frequenter peto. *Feſtus*: Petiſſere antiqui pro petere dicebant, ea quidem forma verbi, qua ſunt laceſſere, & inceſſere. Sed, ut mihi videtur, tum ſignificabant ſæpius petere. Hæc *Feſtus*, ubi ſi rem ſpectes *periſſo* legendum videtur: ſi ſeriem litterarum *petiſſo*. *Cic. 2. Tuſcul. c. 26.* Apud quos venandi & equitandi laus viget, qui hanc peteſſunt, nullum fugiant dolorem. *Lucret. lib. 3. v. 649.* pugnam cædeſque petiſſit. *& lib. 5. v. 808.* fugiens humorem, numſque petiſſens.

PETIGINOSUS, a, um, petiginibus laborans. *Theod. Priſcian. l. 1. c. 22.*

PETIGO, ginis, f. *volatica*, eadem quæ impetigo. *Cato R. R. c. 157. in fin.* Petigini parco braſſicam apponite, ſanem faciet. Al. leg. *depetigini*, al. *emperigini*, qua voce *Plin. utitur* eandem *Catonis* ſententiam referendo, *l. 20. c. 9.* Sic *Lucil.* apud *Non. c. 2. n. 437. & 700.* Illuvies, ſcabies, oculos huic, deinque petigo Conſcendere. *Al. leg.* deque petigo.

PETILIA, urbs Brutiorum. V. *Petelia*. ¶ Petilia lex de peculatu, lata a duob. Q. Petiliis tribb. pleb. memorator a *Liv. l. 38. c. 54.* ¶ Alia de ambitu coercendo, auctorem habuit C. Petilium trib. pleb. teſta *eod. l. 7. c. 25. extr.* Sed horum tribunorum nomina aliter alibi legantur, *Petillius, Pantelius, Patilius*.

PETILIANUS, a, um, ad Petilium aliquem pertinens. *Martial. l. 12. epigr. 57.* Tu, Sparſe, neſcis ille, nec potes ſcire, Petilianis delicatus in regnis. *h. e.* in villa, quæ cujuſdam Petilii olim fuit.

PETILIUM, ii, n. ſos autumnalis, & circa vepres naſcens, & tantum colore commendatus, qui eſt roſæ ſilveſtris, ſoliis parvis, quinis. Mirumque in eo flecti cacumen, & non niſi retorto folia naſci, parvo calyce, ac verſicolori, luteum ſemen includente. *Plin. l. 21. c. 8.*

PETILUS, a, um, ſiccus, tenuis, exilis, ſtrigoſus. *Lucil.* apud *Non. Tom. III.*

c. 2. n. 620. Inſignis variis eſt cruribus, atque petilis. *Plaut. ibid.* Petila labra. *Feſtus*: Petilam ſuram, ſiccam & fabriſtram vulgo interpretantur: Scævola ait, angulam ejus albam ita dici. *Decemvir* putat eſſe a πετηλὸς (quod ſonat πέτεσθαι) ſalum.

PETIMINA, um, *n. guidalefchi*, in humeris jumentorum ulcera, & vulgue appellat & Lucilius meminit, cum ait: Ut petimen naſo, aut lumbos cervicibu' tangat. Eo nomine autem & inter duos armos ſuis quod eſt, aut pectus, apvellari ſolitum, teſtatur Nævius in deſcriptione ſuillæ, cum ait: petimine piſcino qui meruerat. Hæc *Feſtus*. Pro *piſcino* eſt qui malit *porcino*. At *Scalig.* qui verba illa *Nevii* de jugulo thymi intelligenda eſſe putat, miratur, cur *Feſtus* ad ſuillam traxerit.

PETIOLUS, li, m. *pediculo, vitis*, parvus pes. *Celſ. l. 2. c. 18. a med.* Ex agna, hædove, cum petiolis totum capot aliquanto, quam cetera membra, laviora ſunt. ¶ pediculus fructuum, quo tamia adhærent, *picciuolo. Colum. de arborib. cap. 23.* Cum matura mala fuerint, antequam rumpantur, petiolos, quibus pendent, intorqueto.

PETISIA MALA, n. genue malorum minutorum, ſed ſapore gratiſſimo. *Plin. l. 15. c. 14.*

PETISSO. V. *Peteſſo*.

PETITIO, onis, f. actus petendi, *dimanda*: & præſertim petendi honores, *concorſo, broglio, bucheramento*, ambitus, ambitio. *Cic. inviio l. 2. ad Attic.* Petitionis noſtræ, quam tibi ſummæ curæ eſſe ſcio, hujuſmodi ratio eſt, &c. Peeuſat Galba ſine fuco ac falliciis, more majorum. *Caſ. l. 1. B. Civ. c. 22.* Quod in petitione conſulatus ob eo erat fabievatus. *Salluſt. in Catil. c. 49.* Petitio pontificatus. *Juſtin. ſub fin. l. 2.* In regni petitione ſuperatus. *Valer. Max. in fin. c. 4. l. 6.* Io petitione magiſtratus victus. *Sueton. in Caſ. c 26.* Dare alicui petitionem conſulatus. *h. e.* ad petendum admittere. *& cap. 28.* Abſentes a petitione honorum ſubmovere. *Tacit. 2. Ann. c. 43.* Abſinere petitione honorum. *Cic. Fam. 13. ep. 10.* Petitionem ſa dare. ¶ Univerſim pro quacumque actione petendi, *dimanda, parigione, ſupplica. Plin. l. 29. c. 4. ante med.* Magi ſanguini baſilifci tribonet & ſuccellus petitionum a poteſtatibus, & a diis etiam precum. *Trajan. ad Plin. l. 10. ep. 23.* Cum Harpocrati civitatem impetravaris, huic quoque petitioni tuæ negare non ſuſtineo. Adde *Gell. ſub fin. c. 26. l. 22.* & *Apul. in Florid. n. 16. (al. l. 3.)* ¶ In re forenſi eſt intentio eluctoris, qua rem ſuam perſequitur. *Papinian. Dig. lib. 44. tit. 7. leg. 27.* Actio in perſonam infertur, petitio in rem. *Ulpian. lib. 5. tit. 3. qui eſt* de petitione hereditatis, *leg. 16.* petitione hereditatis renari. *h. e.* actione, qua hereditas petitur. *Quintil. l. 4 c. 4.* Recuſatio quoque plures interim propoſitiones habet, at contem petitionem pecuniæ: Male petis, procuratori enim tibi *eſſe* non licuit. *Cic. in Bruto, c. 5.* Tibi ego non ſolvam, niſi prius a te cavero, amplius ne nomine neminem, cujue petitio ſit, petiturum. *h. e.* jus petendi. Sic *Florentin. Dig. lib. 2. tit. 14. leg. 56.* Heres meus ab omnibus vobis petitionem habebit. ¶ Præterea *petitio* eſt actus impetendi, & ictum in aliquem intendendi, *ſtoccata, colpo*, ut gladiatorum, ſcitionem, &c. *Cic. 2. Catil. c. 6. ad fin.* Quot ego tuas petitiones, ita cooperias, ut vitari poſſe non viderentur, parva quadam declinatione, &, ut ajunt, corpore effugi. ¶ Translate *Cic. in Orat. c. 68. ad fin.* Sic oratio nec plagam graveun facit, niſi patitio ſumit apta, &c.

PETITOR, oris, m. *dimandatore, aitente*, qui petit. *Frontin. de aquæduct. urbis.* 109. Cum vacare aliquæ cœperint aquæ, adnuntiatur, ut petitoribus ex vacuis dari poſſint. *Apul. l. 4. Metam. prope fin.* Nec quiſquam cupiene ejus nuptiarum, petitor accedit. *h. e.* procue: quo ſenſa adhibetur etiam a *Senec. in fragm.* apud *Auguſtin. l. 6. de Civit. Dei, c. 10. ſub fin.* ¶ Speciatim de eo, qui bona petit, rem ſuam judicio perſequitur, & litem intendit, *petitore, attore*: cui *reus*, & *poſſeſſor* reſpondet. *Cic. pro Roſc. Com. c. 14* Quis erat petitor? Fannius: quis reus? Flavius: quis judex? Cluvius. *Id. pro Cæcin. c. 3.* Prætor nunquam petitori præſtituit, qua actione illum uti velit. *Id. pro Quinct. c. 13. ſub fin.* Poſſumue petitoris perſonam capere, accuſatoris deponere. *Plin. l. 6. ep. 2.* Oculum modo dextrum, modo ſiniſtrum circumlinebat: dextrum, ſi a petitore; alterum, ſi a poſſeſſore eſſet acturus. ¶ Item qui honores petit, candidatus, *concorrente. Horat. l. 3. od. 1. v. 10.* hic generoſior Deſcendat in campum petitor. *Scip. Africau. Æmilian.* apud *Macrob. l. 2. Saturn. c. 10.* Vidi in his unum puerum bullatum, petitoris filium, cum crotalis ſaltare. ¶ Translate *Lucan. de Pompejo lib. 1. v. 131.* famæque petitor Multa dare in vulgus. *ambizioſo di gloria*.

PETITORIUS, a, um, *petitorio*, ad petendum, ſeu judicio & lite poſtulandum pertinens. *Cujus Dig. lib. 6. tit. 1. leg. 36.* Qui petitorio judicio utitur, ne fruſtra experiatur, requiere debet, an is, cum quo inſtituit actionem, poſſeſſor ſit. ¶ *Mamertin. in gratiar. act. ad Julian. c. 16.* Blandiri populo, palpare obvios, & artes petitorias exercere. *gli artifizj de chi broglia*.

PETITRIX, icis, f. quæ petit judicio aliquid. *Paul. Dig. lib. 36. tit. 1. leg. 74. extr.* Contra petitricem pronuntiavit. ¶ Item quæ honores petit. *Quintil.* (ſeu quicumque alius auctor eſt) *declam. 252. ante med.* Quid pœnæ adjicitur, quod adverſus petitricem, quod adverſus eam, quæ facerdotium jam prope acceperat?

PETITURIO, is, a. 4. honores petere cupio. *Cic. l. 1. Attic. ep. 14. in fin.* Video, hominem valde petiturire; navabo operam. Al. aliter leg.

PETITUS, ue, m. idem ac petitio. *Gell. l. 18. c. 3. ad fin.* Juſſitque cum conſenſu, petituque omnium, &c. *Lucret. l. 3. v. 173.* Attamen inſequitur languor, terræque petitus. *h. e.* cupido humi decumbendi.

PETITUS, a, um, *demandato*, ζητηθεὶς, quæſitus, rogatus, poſtulatus. *Cæſ. l. 4. B. Gall. c. 13.* Petita pax. *Horat. l. c. ſat. c. v. 120.* piſcibus urbe petitis. *Ceſar. Cæſ. l. 2. c. 8. ante med.* Sanguinis profuſio vel foetuita, vel petita. *procurata, curata.* ¶ Impetitus. *Horat. epod. 5. v. 19.* Petita ferro balus. *aſſolutus, perculſus.* Ex translata *Cic. de Harusp. reſp. c. 21. ad fin.* Injecta eſt fax luctuoſa reipublicæ, petita eſt auctoritas veſtra. ¶ Tractus. *Horat. epod. 11. v. 18.* latere petitus imo ſpiritus. *ſiratus.* & *Ovid. Met. 2. v. 812.* gemitus alto de corde petiti. *Tacit. 3. Hiſt. c. 51.* Hæc ex veteri memoria petita. ¶ Ad quem iter eſt inſtitutum, ad quem acceſſum eſt. *Ovid. 4. ex Pont. ep. 10. v. 50.* Et quondam Grajis Phaſi petite viris. ¶ *Petitum, i*, petitio, *domandu, richieſta. Catull. carm. 67. ad Manl. v. 39.* Quod tibi non unius petiti cupia facta eſt. Al. leg. *petenti.*

PETO, is, tivi, & tii, titum, a. 3. *domandare, chiedere, pregare, ricercare, aimer, poſer, poſtulo, rogo, contendo, quæſo*: a voce Græca allata: vel a πόθος, deſidero. V. *Feſto. Cic. 13. Fam. ep. 7. e med.* A te etiam atque etiam, pro noſtra conjunctione, majorem in modum peto atque contendo, ut, &c. *Id. 5. Fam. ep. 4.* Peto quæſoque, ut, &c. & *lib. 9. ep. 13.* Petu igitur a te, vel ſi pateris, oro, ut, &c. *Perſon. in Satyr. c. 17.* Peto & oro, ne, &c. *Cic. 6. Verr. c. 29.* Id ſibi ut donaret, rogare & vehementer petere cœpit. *& cap.* eſt. Petit a rege, & eum pluribus verbis rogat, ut, &c. & *Verr. 5. r. ſic.* Petivit in beneficii loco & gratiæ, ut, &c. *Cæſ. ad Cicer. poſt epiſt. B. l. 19. ad Attic.* Quod ne facias, pro jure amicitiæ noſtræ a te peto. *Cic. pro Sull. c. 19. ad fin.* Per litteras precibus a Sulla petiit, ut, &c. *Phædr. in fin. prol. l. 3.* ſiacerum mihi Candore noto reddas judicium, peto. *Ulpian. Dig. lib. 13. tit. d. leg. 5. ad fin.* Si de ea petiſſet, ut triclinium tibi ſtruerem. *b. c. a me. Brut. ad Cicer. ep. 16. e med.* Si Octavius tibi placet, a quo de noſtra ſalute petendum ſit. *Cæſ. l. c. B. Gall. c. 33. extr.* Paſſis manibus pacem a Romanis petierunt. *Cic. 5. Tuſcul. c.* Petere opem ab aliquo. *Id. Q. Fr. l. 2. ep. 15.* M. Cartio tribunatum a Cæſare petivi. *b. c.* pro M. Cartio. Sic *Tacit. Ann. c. 31.* Petere vitam nocenti. *Juſtin. l. 43. c. 5.* Petito, ut intrare urbem liceret. *b. c.* cum petiſſet. ¶ Cum duobus accuſativis, *Ovid. 7. Met. v. 695.* admonitus, juvenes autricipus annos Poſſe ſuis reddi, petit hoc Ætidia munus. *& lib. 14. v. 787.* Has petit ancillum. *Quintil. declam. 9. c. 2.* Quidquid petii patrem, evenavi. *Phædr. l. 1. fab. 2. v. 11.* Ranæ regem peciernnt jovem. Hæc congeſſere *Heinſ.* & *Burman.* ad primum *Ovidii* locum: fateatur tamen, iacertæ lectionis eſſe omnia. ¶ Cum infinito *Stat. l. 1. Achill. v. 35c.* arma humeris arcumque animoſa petebat Ferre, & Amazonio connubia pellere ritu. Adde *Sil. l. 3. v. 60.* ¶ *Petere* abſolute, petere honores, *ſonciterre, brogliare, buchevare. Salluſt. in Jug. c. 63.* Tamen ad id locorum talis vir (nam poſtea ambitione præceps datus eſt) petere non audebat. *& cap. 68.* Marius ab Metello petundi gratia miſſionem rogat. *Cic. Attic. l. 1. ep. 2.* Nemo eſt ex iis, qui nunc petunt, qui ſtimior candidatus fore videatur. *Liv. l. 3. c. 35.* Ergo virum, ceteta egregium, ſecuta, quam in petendo habuerat, atiam reponiiem ambitio eſt. V. *Preſto*, & *Paſtor.* ¶ Item judicia aliquid poſtulare, litem intendendo rem ſuam repetere. *Cic. pro Roſc. Com. c. ult.* Qui per ſe litem contraſtatur, ſibi ſoli petit: alteri nemo poteſt, niſi qui cognitor eſt factus. *Id. pro Cluent. c. 59. e med.* Aliquando cum ſervo Aviti furti egit: nupet ab ipſo Avito petere cœpit. *Id. pro Mil. c. 27.* Qui non calumnia litium, non injuſtis vindiciis ac ſacramento alienos fundos, ſed caſtris, iaercitu, ſignis inferendis petebat. V. *Perſecto*, & *Paſtor.* Hinc *unde petatur* eſt is, a quo in judicio quippiam petitur. V. *Unde.* ¶ Interdum ab exigere, poſtulare, poſcere, *richiedere, volere. Cic. 3. de Orat. c. 31.* Ex iis tantum, quantum res petet, hauriemus. *Varr. l. 1. R. R. c. 23.* Ita petit aſparagus. *Quintil. l. 7. c. 3. e med.* Petuntur in vincula, qui parentes ſuos non alunt. *& cap. 6.* Petere aliquem ad ſupplicium. ¶ Sæpe eſt appetere, ſectari, cupere. *Salluſt. in Catil. c. 57. extr.* Quo minus gloriam petebat, ne magis ſequebatur. *Id. in epiſt. Mithrid. ad Arſac. e med.* Ea re a nobis ad ſocietatem, ab illis ad prædam peteris. *Cic. in Orat. c. 15. ſub fin.* Qui eloquentiæ principatum petit. ¶ Item patere, *cercare, procacciarſi. Cic. Q. Fr. l. 3. ep. 8.* Præſidium firmiſſimum petabamus ex optimi & potentiſſimi viri benevolentia ad omnem ſtatum noſtræ dignitatis. *Terent. Heaut. 5. a. 25.* Unde mihi peterem cibum. ¶ *Petere fugam*, quærere fugiendi locum, aut rationem, *cercare ſcampo. Cæſ. l. 2. B. Gall. c. 24.* Aliam in partem petebant fugam. *Liv. l. 28. cap. 6.* Nec fuga effuſa petita, nec pertinaciter prælia inita. ¶ *Petere ſalutem fuga* apud *Nep. in Annib. c. 11. cercar di ſalvarſi fuggendo.* Sic *Ovid. 1. Met. v. 533.* Ut canis in vacuo leporem cum Gallicus arvo Vidit, & hic prædam pedibus petit, ille ſalutem. ¶ Item ducere, ſumere, capere, *tirare, prendere, torre, pigliare. Plaut. Caſtell. 2. 1. 57.* Hoc ſis vide, ut petiſit ſuſpirium alte! *Terent. Eun. 3. 2. 38.* E flamma petere te cibum poſſe arbitrum. *Cic. pro Cæcin. c. 4.* Si forte videbor altius initium rei demonſtrandæ petiſſe. *Id. 1. Acad. c. 2.* Quæ docti a Græcis petere mallent, indocti ne a nobis quidem accipiunt. *Id. Fam. 5. ep. 15. ad fin.* Sic litteris utor, non ut ab his medicinam perpetuam, ſed ut caiguam doloris oblivionem petam. *Id. l. 1. de Invent. c. 14. & lib. 3. Attic. ep. 16. circa med. & Salluſt. in Jug. c. 69.* Petere pœnas ab aliquo. *Quintil. l. 7. in proœm. extr.* conſilium a ſe ipſo. *Id. l. 10. c. ult.* rerum exempla ab hiſtoricis, aut dicendi ab oratoribus. *Virg. 4. Georg. v. 8.* Principio ſedes apibus, ſtatioque petendæ. *b. c.* capiendæ, aligendæ. ¶ Item impetere, invadere, *tor di mira, andar a ferire, aſſaltare, aſpettar*: & eſt gladiatorum. *Cic. in Orat. c. 68. e med.* Gladiatores & vitando cante, & petendo vehementer, &c. *Id. pro Ligar. c. 3. ad fin.* Cujus latus mucro ille petebat? *Id. pro Mur. c. 06.* Scieſcum, Catilinam non latus aut ventrem, ſed caput & collum ſolere petere. *Horat. l. & ſat. 2. v. 13.* petere aera diſco. *Ovid. c. de ar. am. v. 45c.* alicui genas ungue. *Id. de nuce, v. c. & 100.* aliquem ſaxis. *Virg. 6. Æn. v. 395.* Tartareum ille manu cuſtodem in vincla petivit. ¶ Et translate *Cic. 1. Catil. c. 5.* Quotieſcumque me petiſti, per mn tibi obtiti: nuac jam aperte rempubl. univerſam petis. *Id. Attic. l. & ep. 2.* Qui me epiſtola petivit: ad te comimus acceſſit. *Auſt. ad Horatn. l. 4. c. 16.* Veneficio aliquem petere. *Tacit. Ann. 4. c. 31.* falſis ceimiatibus. *Liv. l. 40. c. 55.* fraude & inſidiis. *Virg. 3. Æn. v. 603.* bello urbem. *Juſtin. l. 9. c. 5.* Neque dubium erat, imperium Perſarum his apparatibus peti. *M. Cæl. apud Quintil. l. 4. c. c. a med.* collum alicujus amplexu. *Virg. 9. Æn. v. 118.* Trojanos hæc monſtra petunt. *b. c.* deſignant, ſpectant: in Trojanos recidunt. ¶ Cum infinito *Martial. l. 5. epigr. 51.* Meque petis ſtricto medium transfigere ferro. ¶ Frequentiſſime eſt itet dirigere, verſus aliquem locum tendere, ire, proficiſci, *auviarſi verſe qualche luogo, andare. Cic. 2. de nat. Deor. c. 49.* Grues loca calidiora petentes maria transmittunt. *Id. 14. Fam. ep. 4.* Per Macedoniam Cyzicum petebamus. *Id. pro Planc. c. 41.* Dyrrhachium petere contendi. *Nep. in Milt. c. 5.* Adeo pertenuerunt, ut Perſæ non caſtra, ſed naves peterent. *Liv. l. 25. c. 27. e med.* Claſſis petere altum viſa eſt. *Virg. 3. Georg. v. 541.* per prata volutus Purioe *electro* campum petit amnis. *Ovid. Faſt. 3. v. 457.* petere cælum pennis. *Id. 1. Met. v. 316.* Mons ibi verticibus petit arduus aſtra duobus, Nomine Parnaſſus. *e' immenſo verſo le ſtelle.* & *Plin. l. 17. c. 19. e med.* Polygala palmi altitudinem petit. *creſce all' altezza d' un palmo.* & *Virg. 9. Æn. v. 219.* Delphinumque modo demerſis aquoea roſtris Ima petunt. *calano al fondo.* ¶ Petere aliquem, *andar a trovare*, adire, convenire, viſere. *Virg. 6. Æn. v. 115.* ut te ſupplex peterem, & tua limina adirem. ¶ *Petere aliquem*, rogare, ut videtur. *Plaut. Curcul. 1. c. 60.* Peſſali, heus peſſuli, vos ſaluto lubens, Vos amo, vos volo, vos peto atque obſecro. *Capitolin. in Maximin. c. c.* Imperatorem publice petiit, ut ſibi daret licentiam contendendi cum iis, qui, &c. ¶ *Petere aver, voam, ingredi, intre. Cic. pro Planc. c. 40. extr.* & *Liv. l. 44. c. 2.* Iter a Vibone Brundiſium terra petere contendi. *Val. Flacc. l. 1. v. 91.* celerique per æthera lapſu Diverſas petiere vias. *Cic. Attic. l. 3. ep. 8.* Ille incertus, ubi ego eſſem, fortaſſe alium curſum petivit. ¶ *Petere aliquid aliquo*, ire aliquo ad quippiam ſumendum, accipiendum, *andar a prendere. Plin. l. 9. c. 54.* Vilum eſt tanti in zetremam Italiam petere Brundiſium oſtreas. *Id. l. 32. c. 15.* Myrrham petunt ad Troglodytas. *& lib. 36. c. 6. ad fin.* Arena ad Æthiopas uſque petitur. *Id. l. 16. c. 10.* Collis, in quem vimine pertebantur. *Id. l. 19. c. 4. e med.* Quæque tiam maria petimus. *& ibid. poſt init.* Aves ultra Phaſidem peti. *Id. l. 5. c. 2.* Coluein jura Baricam petere juſſa. *Id. l. 6. c. 22. e med.* Si perdutta mens illuc uſque cogitet, quid, & quo petatur, & quere.

PETORITUM, & Petorritum, i, n. *carretta*, genus vehiculi Gallici. Nituntur Etymologi ex Græco ducere. V. *Voſſ.* Negat *Gell. l. 15. c. 30.* e Græca eſſe, ſed vocem mere Gallicam: idque Varronis auctoritate confirmat. *Feſtus*: Petoritum & Gallicum vehiculum eſſe, & nomen ejus dictum exiſtimani a numero quetuor rotarum: alii Oſce, quod is quoque petora, quatuor vocent: alii Græce, ſed αἰολικῶς dictum. *Horat. l. 2. ep. 1. v. 191.* Eſſeda feſtinant, pilenta, petorita, naves. *Id. l. 1. ſat. 6. v. 103.* plures calones, atque caballi Paſcendi, ducenda petorrita. *Plin. l. 34. c. 17.* Stanno eſſeda, & vehicula, & petorita exornare. *Auſon. ep. 5. ſub fin.* Juvenes præſto ſubjuncta petorita mulis, & *epiſt. 8. v. 5.* Corripedes rapiant impoſita petoritis mulæ.

PETOSIRIS, idis, m. Πετοσῖρις, Ægyptius Mathematicus inſignis. *Plin. l. c. c. 63.* & *lib. 7. c. 49.* & *Jul. Firmic. in præfat. l. 4.* Hinc pro quolibet Mathematico ponitur a *Juvenal. ſat. 6. v. 580.* capienda nulla videtur Aptior hora cibo, niſi quam dederit Petoſiris.

PETRA, æ, f. *rupe, roccia, ſcoglio*, πέτρα, rupes, cautes, ſcopulus. *Plin. l. 10. c. 32.* Gavia in petris nidificant. *Petron. in fragm. pag. 675. Burmon.* exciſa defoſſa marmore petra. *Senec. in Herc. Oet. v. 804.* Petræ Capharides. *Id. in Hippol. v. 1022.* Et ſcelere petræ nobiles Scironides. *Plin. l. 32. c. 6. extr.* Laudatiſſima alga, quæ juxta terram in petris naſcitur. *Id. l. 34. c. 16.* Lapis ex fabdialibus petris cæditur. Adde *Gell. l. 10. c. 16. e med.* ¶ Hinc nomen eſt aliquot oppidorum, quæ in rupibus ſita ſunt, ut Petra metropolis Arabiæ Petræa, apud *Plin. l. 6. c. 28.* Petra Oxi apud *Curt. l. 7. c. 11.* Adde *Lucan. l. 6. v. 16.* ¶ Eſt etium lapis, ſaxum, *pietra, ſaſſo. Plaut. in fragm.* apud *Serv.* & *Philargyr. ad l. 4. Georg. v. 173.* Quam folles taurini habent, cum liquefcunt petræ, ferrum ubi fit. *Plin. l. 37. c. 10.* Cytin (*gemma*) videtur intus habere petrem, quæ ſentiatur etiam ſtrepitu. Ita *Hardouin.* ex MSS. Libri editi *pertum qui.* Adde *Feſt. in Petreio*, ubi petras agri vitium vocat. ¶ Petrarum, inquit *Feſtus*, genera ſunt duo, quorum alterum ueturale, ſaxum prominens in mare, cujus Ennius meminit *l. 11.* (*de ſpecu*) Alte delata, petriſque ingentibu' tecta. & Livius in Centaurie: ubi ego ſæpe peteis. (al. leg. *ubi echo ſepta petrii*) Alterum manufactum, ut docet Ælius Gallus, petra eſt, quæ Jovis (al. leg. *domus*) dextra ac ſiniſtra formicum expletura eſt ad libramentum ſummi fornicis. Hæc *Feſtus.*

PETRÆUS, a, um, in petris naſcens, ut Petræa braſſica, apud *Plin. l. 20. c. 9.* & Alum petræum *Id. l. 17. c. 6.* ¶ Arabia Petræa dicta eſt ab oppido Petra, de quo in voce præced. Hinc Petræa

tæa balanus, quæ circa illud nascitur. *Plin. l.* 12. *c.* 22. & Petræum hypericon, *ead. ratione. Id. ibid. cap.* 25.

PETREIA vocabatur, quæ pompam præcedens, in coloniis, aut municipiis, imitabatur anum ebriam, ab agri vitio, scilicet petrii, appellata. *Festus*. Similis fuere *Citeria*, & *Mandacus*, quæ V.

PETREJANUS, a, um, ad Petrejum pertinens, quod est nomen propr. civis R. ut Petrejanum auxilium *Hirt. de B. Afric. c.* 19.

PETRENSIS, se, petræus, ut Petrenses pisces, *Col. Aurel. Tord. l.* 1. *c.* 1. *fell.* 26. *h. e. saxatiles*. ¶ *Petrenses, ium*, Petræ oppidi incolæ. *Solin. c.* 5. (*al.* 32.) *a med.* Stagnum Petrense serpentibus noxium est.

PETRÆUS, a, um, adject. a *petra*, aut *Petro*. *Augustin. serm.* 297. *edition. Monachor. Parisiens. c.* 2. *extr.* Aspera via mortis, spinis plena: sed illæ spinæ, Petra, & Petro transeunte, petreis pedibus teritæ sunt.

PETRICOSUS, a, um, petrosus, difficilis, *scabrosa, difficile. Martial. l.* 3. *epigr.* 63. Res petricosæ est, Catile, bellus homo. Alii leg. *pertricosa*. h. *e.* teticis plena.

PETRINUM, i, u. upp. Campaniæ, cum arce apud Sinuessam urb. exc. in monte dictæ urbi imminente. *Horat. l.* 1. *ep.* 5. *v.* 5. Inter Minturnas, Sinuessamque Petrinum. ¶ *Petrini*, incolæ ejus oppidi. *Cic. Verr.* 5. *c.* 39. ¶ Sunt etiam hoc nomine populi Siciliæ, apud *Plin. l.* 3. *c.* 8. *ed fin.*

PETRINUS, a, um, qui est ex petra, ut Petrina acies, apud *Terentill. l.* 3. *adversf. Marcion. c.* 16. & *adversf. Judæos c.* 9. *a med.* qua scilicet circumcisio fiebat. Adde *Lactant. l.* 4. *c.* 17.

PETRITES, æ, m. genus xini ita dictum, ut eidetur, quia circa Arabiæ Petram nascitur. *Plin. l.* 14. *c.* 7.

PETRO, onis, m. rusticus: a petrarum asperitate, duritiaque. *Fest.* ¶ A petra quoque arietes vocantur petrones, idest a duritie, & asperitate. *Plaut. Capt.* 4. 2. 40. Qui petrom nomen induit verveci sectario. Sententia est, qui petronum, five aristum carnem eendunt pro vervecina, quæ sapore magis commendatur.

PETRONIA, amnis est in Tiberim profluens, quam magistratus auspicatu transiunt, cum in campo quid agere volunt: quod genus auspicii peromne vocatur. Amnem autem feminine antiqui enuntiabant. *Festus*, qui etiam in *Carisons* ejus mentionem facit.

PETRONIANUS, a, um, ad Petronium aliquem pertinens, ut Petronianæ Albutia, *Pulgent. Planciad. l.* 2. *Mythol. pag.* m. 23.

PETRONIUS ARBITER (prænomine T. vel C.) Massiliensis, Equestri genere natus, Vie Consularie, & inter familiares Neronis Imp. a cujus familiaritate & favore cum artibus Tigellini æmuli excidisset, sectæ venis xltam finivit. Scripsit Satyricon, quo corruptissimos suorum temporum mores insectatur eleganti quidem, & polita loquendi genere, verum tot obscenitatibus aspersa, ut non sine pudoris detrimento perlegi possit. ¶ Adjective *petronius canes* apud *Grat. in Cyneg. v.* 201. & 206. intelligit *Ulitsei pet rupes*, seu petras, & asperæ montium venari solitos.

PETROSELINUM, i, u. *petrosselino*, πετροσέλινον, genus apii in petris nascens, & in asperis: a πέτρα, petra, & σέλινον, apium. *Plin. l.* 20. *c.* 12. & *Pallad. in April. tit.* 3.

PETROSUS, a, um, πετρώδης, petris abundans. *Plin. l.* 9. *c.* 31. *de lacustr. aquatilib.* Vivunt petrosis locis, cancri mollibus. *Id. l.* 26. *c.* 8. *a med.* Crethmus nascitur in maritimis petrosis.

PETTEUMA. V. *Pessimo*.

PETULANS, antis, *petulante, insolente, sfacciato*, ὑβριστὴς, procax, improbus, immodestus, qui quolibet sine discrimine petit, & lacessit, & lædit. *Festus*: Petulantes, & petulci etiam appellantur, qui pastervo impetu, & crebro petunt lædendi alterius gratia. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 75. Illud adsequor, ut si quis mihi forte maledicat, petulans, aut plane insanus mihi esse videatur. *Id. in Pison. c.* 5. Quam potestatem minuere, quo minus de moribus vestris quinto quoque anno judicaretur, nemo tam effusi petulans conatus est. *Id. de clar. Orat. c.* 68. *in fin.* Fervidum quoddam, & petulans, & furiosum genus dicendi. *Arnob. l.* 4. *pag.* 151. Ne vestitus aures convicio aliquis petulantiore pulsaret. *Pers. sat.* 1. *v.* 11. sum petulanti splene cachinno. *Lucret. l.* 6. *v.* 1211. Carbasus perscissa petulantibus Euris. *Juvenal. sat.* 12. *v.* 5. hostia petulans. *h. e.* vitulus, qui cornu petit. *Petron. in Satyr. c.* 92. Et me quidem pueri, tanquam insanum, imitatione petulantissima deriserunt. ¶ Item lascivus, h. e. ad quidlibet sine modo agendum proclivis, etiam si non lædat. *Gell. l.* 17. *c.* 20. *a med.* Uti quædam animalium parva & vilia, ad imitandum sunt, quas res cumque audierint, viderintve, petulantia. *Petulantem picturam* vocat *Plin. l.* 35. *c.* 12. *a med.* quæ Jupiter pictus fuit mitram habens, & habitu parturientis Baccham inter obstetricia dearum muliebriter ingemiscens. Dedecent enim hæc maxime regem deum atque hominum, & fulmine jaculantem. ¶ Speciatim significat lascivum in turpi libidine. *Cic. Parad.* 3. *c.* 1. Lapsa est libido in muliere ignota: dolor ad pauciores pertinet, quam si petulans fuisset in aliqua generosa ac nobili virgine.

PETULANTER, *insolentemente, sfacciatamente, con petulanza*, ὑβριστικῶς, licenter, procaciter, improbe. *Cic.* 2. *Attic. ep.* 19. Diphilus tragœdus in nostrum Pompejum petulanter invectus est. *Id. pro Cal. c.* 26. *extr.* Si vidua libere, proterva petulanter, dives effuse, libidinosa meretricio more eiveret. *& cap.* 3. Contumelia si petulantius insectur, convicium; si facetius, urbanitas nominatur. *Id. Attic. l.* 9. *ep.* 19. Ea, quæ cum a bonis vicit, cum justo in bello, cum modeste fiant, tamen ipsa per se molesta sunt; quam censes acerba nunc esse, cum a perditis in civili nefario bello petulantissime fiant?

PETULANTIA, æ, f. *immodestia, insolenza, petulanza, sfacciataggine*, ἀβρεία, immodestia, improbitas illa, qua alios per contumelias petimus, & generatim effrenatio immodica ad quodlibet vitium. *Cic. 4. de Rep. apud Non. c.* 1. *n.* 89. Itaque a petendo petulantia, a procando, idest poscendo, procacitas nominata est. *Id. de Senect. c.* 11. Petulantia & libido magis est adolescentium, quam senum, nec tamen omnium adolescentium, sed non proborum. *Gell. l.* 3. *c.* 3. *extr.* Cum delicta sua, & petulantias dictorum diluisset. *Cic.* 2. *Catil. c.* 11. Ea hac parte pugnat pudor, illinc petulantia. *Id. in Pison. c.* 14. Abjecti hominis furorem & petulantiem fregistis. *Id. pro Cæcin. c.* 35. *extr.* Neque quicquam illius audaciæ petulantiæque concessit. *Id. pro Font. c.* 12. *extr.* Nulla turpitudo, quæ a libidine, aut a petulantia, aut ab audacia nata esset. (¶ Petulantiam vocat *Plaut. Men.* 5. 2. 43. cum quis alterum falso infamulat. ¶ Item negligentiam, focordiam, qua quis amittit aliquid, quod magni momenti erat. *Cistell.* 4. 2. 3.) ¶ Dicitur propriè de bestiis, quæ cornu petunt. *Colum. l.* 7. *c.* 6. Maritos gregum mutilos esse oportebit: quoniam cornuti fere pernicioli sunt propter petulantiem. ¶ Translate *Plin. l.* 16. *c.* 32. Præcipue domibus expetitur cæmorum petulantiæ, brevi caudice latissima exspatiantium umbra, & in vicinas domos sæpe transilientium. *h. e.* dilatatio exuberans, luxuria. *Gell. l.* 12. *c.* 5. *a med.* Vidistis philosophum, ratione decreti sui niaum, cum petulantia morbi, doloriique exsultantis colluctantem.

PETULCUS, a, um, *che cozza, insolente*, προπετὴς, qui cornu petit, petulans, lascivus: a *peto, is*, ut hiulcus, ab *hio, as*: & dicitur etiam de pecudibus, quæ cornibus carent, sed lasciviunt tamen, exsultant, insolescunt. *Colum. l.* 7. *c.* 3. Capri, vel etietis petulci sævitiem pastores hac cautis repellunt. *Virg. 4. Georg. v.* 10. neque uves, hadique petulci Floribus insultent. *Lucret. l.* 2. *v.* 267. aguique petulci. *Afran.* apud *Fest.* in *Petulantes*. Nostrum in convantum aut confessum ludum, lapsumque petulcum. ¶ Subdit *Festus*: Interdum pro veloci usi videntur antiqui, ut hoc versu intelligitur: Exsilivit, quasi petulcus quidam, pedibus convibravit. Ita *Fest.* sed non est necesse a priore notione discedere.

PETUSCUM. V. *Petuscum*.

PEUCE, es, f. πεύκη, Græce est picea, pinus, aut larix. *Plin. l.* 12. *c.* 25. Canthaxidas vermiculi ficorum, & pini, & peuces generant. ¶ Apud *eund. l.* 14. *c.* 7. est genus uvæ in Ægypto. ¶ Item nomen insulæ Danubii, sic dicta ab vicino ejus ostio cognomine. *Plin. l.* 4. *c.* 12. *a med. Lucan. l.* 3. *v.* 202. & *Claudian. de* IV. *Consul. Honor. v.* 629. ¶ In Fabulis est Nympha Sarmatica, quam Ister compressit. *Val. Flacc. l.* 8. *v.* 217. & 256. & *Sens. lib.* 5. *Silv. c. v.* 137. undosis circumflua conjuge Peuce.

PEUCEDANUM, i, u. & Peucedanos, i, m. *finocchio porcino*, πευκέδανον, herbæ genus: a πεύκη, pinus, quia ejus folia imitetur, at *saxifragumm a myrtus*: unde & pinastellum nonnulli ex recentioribus appellaverunt. *Plin. l.* 25. *c.* 9. Sed inter primas celebratur peucedanum, laudatissimum in Arcadia, mox Samothrace. Caulie ei tenuis, longus, foniculo similis, junta terram foliosus, radice nigra, crassa, graxi odore, succosa: gignitur in montibus opacis, &c. *Apul. de herb. c.* 94. A Græcis dicitur peucedanos: Latini pinastellum vocarunt. ¶ Vim habet percipue contra serpentes. *Plin. loc. cit.* & *Lucan. l.* 9. *v.* 919.

PEUCETTUS, a, um, ad Peucetiam pertinens, quæ est regio Italiæ, pars Apuliæ, inter Aufidum fluvium, & Calabriam: nunc *Terra di Bari* dicta. *Ovid. Met. l.* 14. *v.* 512. Venulus Calydonia regna, Peucetiosque sinus, Messapiaque arva relinquit. *Servius ad* 8. Æn. *v.* 9. tradit, Peucetiam, & Messapiam a duobus fratribus dictas, qui illic imperarunt. *Plin. l.* 3. *c.* 11. *Peucetiam* scribens dictam a Peucetio Œnotri fratre, ipsam Calabriam appellare eidetur.

PEUMENE, es, f. πεύμενε, spuma argentea genus. *Plin. l.* 33. *c.* 6.

PEXATUS, a, um, qui pexa veste est indutus, hoc est cujus flocci nondum sunt detriti. *Martial. l.* 2. *epigr.* 58. Pexatus pulchre rides mea, Zoile, trita. *Senec. de vita beata, c.* 25. Pexatus, & gausapatus.

PEXITAS telæ est lanugo telæ pexæ. *Plin.* loquens de tela aranei, *l.* 11. *c.* 24. Quanta arte celat pedicas, scutulato rete grassantes! quam non ad hoc videatur pertinere crebrata pexitas telæ, & quadam polituræ arte ipsa per se tenax rotin trama!

PEXUS, a, um, *pettinato, con la chioma aggruffata, pettinato in maccare*, κατακομόων, *Ἐκτενισμένος*, qui capillos comptos, & pectitos habet, deperus. *Juvenal. sat.* 11. *v.* 149. tenui, erectique capilli, Atque hodie tantum propter convivia pexi. *Martial. l.* 7. *epigr.* 57. Dum come te nimium, pexaque barba juvat. *Quintil. l.* 1. *c.* 5. (*al.* 9.) At illi pexus pinguisque doctor putabit, &c. *Pers. sat.* 1. *v.* 15. Scilicet hæc populo pexa sqas, togaque recenti Sede legas celsa. ¶ *Pexa vestis* est nova, & minime trita, villis adhuc planis, & politis, ac texturam tegentibus, ut in laneis pannis recentibus eidemus: Pataviui dicunt *col suo pigno*: cui opponitur trita. *Horat. l. & epist.* 1. *v.* 95. si forte subucula pexa Trita subest tunicæ. *Plin. l.* 8. *c.* 48. Lana Ilirica, Liburnizque pilo propior, quam lana, pexis aliena vestibus. ¶ A similitudine *Colum. l.* 11. *c.* 3. *ante med. de lollace generis*. Cappadocia, quæ pallida, & pexu, densoque folio viret. *h. e.* leviter villoso, & lævi. ¶ *Pexa munera* apud *Martial. l.* 7. *epigr.* 45. quidam intelligunt pexam togam. Al. aliter.

PEZICÆ, vel Pezitæ, m. πεζίδες, πέζιτες, fungi sine radice, aut pediculo: a πέζος, pedes, quasi pedestres, quod non tollant se se altius a terra. *Plin. l.* 19. *c.* 3.

P H

PHACELIS, idis, V. *Fescelis*.

PHÆACES, um, m. Φαίακες, pop. Phæaciæ insulæ, h. e. Corcyræ. *Ovid. Met.* 13. v. 719. Phæacum rura felicibus obsita pomis. ¶ In singulari num. est *Phæax*, *acis*. *Juvenal. sat.* 15. v. 23. Tam vacui capitis populum Phæaca putevit. *Horat. l.* 1. *ep.* 15. v. 24. Pinguis ut inde domum possis Phæaxque reverti. *h. e.* obesus, bene nutritus. Phæaces enim luxu infames fuere. V. *epist.* 2. v. 28.

PHÆACIA, æ, f. insula marie Ionii, eadem ac Corcyra. *Plin. l.* 4. *c.* 12. & *Tibull. l.* 1. *el.* 3. v. 3.

PHÆACIS, idis, f. Φαιακὶς, quæ est ex Phæacia. *Ovid.* 4. *ex Pont. ep.* 12. v. 27. Dignam Mæonis Phæacida condere chartis Cum ta Pieridee perdocuere tuæ. Adde *epist. ult.* v. 27. Intelligitur autem poema inscriptum *Phæaces*, in quo Ulyssis naufragium ad Phæaciæ littora, & ejus mora in ejus insula delcribebatur. Fortasse autem *Phæacidæ* nomine designabatur Nausicaa Alcinoi Phæacum regis filia, a qua primum Ulysses naufragus exceptus fuit. V. *Homer. Odyss.* 5. 6. 7. &c.

PHÆACIUS, a, um, Φαιάκιος, ad Phæaciam insulam spectans. *Tibull. l.* 4. *ad Messalam*, *carm.* 1. v. 78. Talus Phæacia.

PHÆACUS, a, um, Φαίακος, idem ac Phæacius. *Propert. l.* 3. *el.* 1. v. 51. Nec mea Phæacas æquant pomaria silvas.

PHÆAX. V. *Phæces*.

PHÆCASIA. V. *Phæcesium*.

PHÆCASIÂNI dii dicebantur, quorum simulacra phæcasiis induta erant. Alii intelligunt deos, quorum sacerdotes *phæcasiatæ* dicebantur, quod phæcasia gestarent, quales Athenis, & Alexandriæ fuisse, *Appian. l.* 5. *de B. Civ.* ostendit. *Juvenal. sat.* 3. v. 216. hic nuda & candida signa, Hic aliquod præclarum Euphranoris, & Polycleti, Phæcasiatorum vetera ornamenta deorum. Al. leg. *Phœcasiatorum*, eod. sensu, Al. vero *Hæc Asiaticorum*.

PHÆCASIÂTUS, a, um, phæcasiis indutus. *Senec. epist.* 113. Quæ decent phæcasiatum, palliatumque. *h. e.* Græcum. *Petron.* in *Satyr. cap.* 80. Age ergo, inquit illa, in exercitu vestro phæcasiati milites ambulant?

PHÆCASIUM, ii, n. & Phæcasia, æ, f. *forta di calzare*, φαικάσιον, genus calcamenti, Græcorum proprium, tum viris, tum mulieribus commune, tum rusticis, tum urbanis: quin & deorum simulacris aliquando indutum. *Senec. l.* 7. *de benef.* c. 21. Pythagoricus quidam amerat a sutore phæcasia. *Petron.* in *frag. Tregur. c.* 67. *Burm.* Galbano succincta cingillo, ita ut infra cerasina appareret tunica, & perisceliles tortæ, phæcasiaque inauratæ.

PHÆDRA, æ f. Φαίδρα, Minois Cretensium regis filia ex Pasiphae, sorer Ariadnes, uxor Thesei filii Ægei regis Athenarum, qui eam *ex* secutam, relicta Ariadne, uxorem sibi copulavit, atque ex ea Demophoontem, & Antigonum suscepit. Hinc amore Hippolyti privigni capta, cum ipsum adducere non potuisset, ut paternum thalamum conspurcaret, apud patrem eum detulit, tanquam stuprum sibi per vim inferre voluisset. Tandem Hippolyti morte audita, qui patris iram fugiens ab equis discerptus fuerat, scelus suum Theseo narravit, & Hippolyti ensa, vel laqueo ipsa sibi mortem conscivit. *Serv. ad Æn.* 6. v. 14. & 445. *Hygin. fab.* 47. & 243. & *Senec.* in *Hippol.*

PHÆDRUS, Φαῖδρος, natione Thrax, conditione servus, & ab Augusto manumissus, sub Tiberio maxima floruit, & quinque libros fabularum Æsopiarum suavissimis versibus senariis, nitidissimis, elegantissimis compolnit, aureaque illa lingux ætate dignissimos, præclaris insuper sententiis, & memoriæ mandari dignis locupletissimos. In recta casu non sine ratione *Gudius* putat *Phædes* dicendum esse, tum aa analogia, quod Σώκρατες, Μάντιπες, Ἀλέξανδρες, Πειρίθοες, & similia in *es* exeunt; tum quia sic habetur in vet. lap. apud *Gruter. pag* 1111. n. 3. & in alio, quem ipse refert. Ejus vitam fusius ast perfecutus *Jos. Scaliger* in *Argentoratenf.* Quod improbum *Mercial.* vocat illo *versu*, *l.* 3. *epigr.* 20. Ne æmulatur improbi jocos Phædri? url alium ab hoc intelligit, qui ubique in Fabulis fuis honestatie, & probitatis amantissimum se ostendit: (neque enim desunt, qui putant noltrum hunc Phædro Augusti L. esse juniorem) Vel si hunc ipsum significat, improbum, h. e. callidum, astutum intelligit in notandis sui seculi vitiis sub fabellarum allegoria. Simili ratione usurpatur *improbus* a *Stat. 6. Theb.* v. 804. ¶ Ipsa voc Græca significat hilarem, alacrem, item splendidum, luculentum, & in tabula marmorea apud *Gruter. pag.* 347. *sub fin.* nomen est equi Circensis.

PHÆNOMÊNA, orum, n. φαινόμενα, a φαίνω, ostendo, ab Astronomis dicuntur, quæ in acre, & cælie digna observatione apparent. *Lactant. l.* 2. *c.* 5. Eum librum, quo phænomena breviter comprehendit, &c. Quædam *Lactantii* editiones Græce habent φαινόμενα. De his exstat *Aratı* carmen ab *Avieno* Latine redditum.

PHÆNON, onis, Φαίνων, stella Saturni: a φαω, luceo. *Auson. Edyll.* 18. v. 11. (ubi al. leg. *Phæton.*) & *Martian. Capell. l.* 8. *pag.* 287.

PHÆREUS. V. *Pharetra*.

PHÆSTIAS, adis, f. Φαιστιάς, quæ est ex Phæstio oppido Cretæ in mediterraneo, ut *Plin.* ait *l.* 4. *c.* 12. non procul tamen ab Olyssa, & Metallo promontorio. *Ovid. 9. Met.* v. 715. Inter Phæstiades quæ laudatissima formæ Dote fuit virgo.

PHÆSTIUS, a, um, Φαίστιος, ad Phæstium oppidum pertinens, de quo in voce præced. *Ovid. Met. 9.* v. 668. Proxima Gnosiaco narx quondam Phæstia regno Progenuit tellus. ¶ *Phæstius Apollo* apud *Plin. l.* 4. *c.* 3. dictus est a Phæsto oppido Locrorum in Græcia.

PHAËTHON, ontis, re o ἔθων, filius Solis Ægyptii & Clymenes: a φαίθω, quod idem ac φαιδρύνω, splendeo. Hic cum a patre impetrassat, ut uno die currus sui habenae sibi permitteret, auriganaique imperitus cælum & terram comburaret, a Jove fulmine a curru excussus in Padum fluvium decidit. *Cic. 3. Offic. n.* 25. & 3. *de nat. Deor. c.* 31. *Ovid. a. Met. Hygin. fab.* 152. 154. & *l.* 2. *Post. Astron. c.* 42. & *Servius* ad *Æn.* 6. v. 659. & *ad Æn.* 10. v. 189. ¶ Gutta Phaethontie est alectrum. *Martial. l.* 4. *epigr.* 32. V. *Phaethontiades*. ¶ Græci Poetæ interdum Phaethontem vocant ipsum Solem. Notatin enim nominis aptitur in Solem, quam in Phaethontem cadit. Hos itaque imitatue videtur *Virg.* 5. *Æn.* v. 105. Auroram Phaethontie equi jam luce vehebant. & *Sil. l.* 6. v. 3. primique novo Phaethontis retecti Seres. Eadem ratione quidam accipiunt illud *Valer. Flacc. l.* 3. v. 213. trepidam Phaethon afflavit ab alto Tisiphonea. Sunt etiam qui hic intelligunt equum Auroræ. ¶ Per fymæresin fit dissyllabum. *P. Verro* apud *Quintil. l.* 1. *c.* 5. (*al. 6.*) Cum te flagranti dejectum fulmine Phaethon.

PHAËTHONTÆUS, a, um, ad Phaethontem pertinens. *Ovid.* 4. *Met.* v. 246. Post Phaethonteos vidisse dolentium ignes. *Martial. l.* 10. *epigr.* 11. Phaethonteus Padus. *Claudian. de consul. Prob. & Olybr.* v. 258. Phaethontea ruina. *Id. de Phœnice*, v. 107. Phaethontei arbores. *Stat.* 1. *Theb.* v. 221. Phaethontes familia. *h. e.* fulmen. *Martial. l.* 6. *epigr.* 15. Phaethontes umbra. *h. e.* populi arborie. V. vocem sequent.

PHAETHONTIADES, dum. f. tres Heliadee virgines, Phaethusa, Lampetie, & Lampetusa, filiæ Solis & Clymenes, sorores Phaethontis, quæ dum exsinctum fratrem flerent, conversæ sunt in alnos arbores, seu in populos, ac quibus perpetuo guttæ, tanquam lacrymæ, fluunt, quæ deinde in electrum rigescunt & durantur. *Virg. Ecl.* 6. v. 62. & Æn. 10. v. 190. *Ovid.* 2. *Met.* a *vers.* 340. *Senec. in Herc. Oet.* v. 185. Ubi mœsta sonat Phaethontiadum silva sororum.

PHAETHONTIS, idis, patronym. femin. *Avien.* in *Phœnom. Arat.* v. 70. Illum prolixis durx Phaethontides alnis Planserunt. *h. l.* sorores Phaethontii. *Martial. l.* 4. *epigr.* 32. Fe latet, & lucet Phaethontide condita gutta. *h. e.* alectro, quo sudare dicuntur Phaethontis sorores in populos uersæ.

PHAETHONTIUS, a, um, Φαεθόεντος, ad Phaethontem pertinens. *Stat. l.* 2. *silv.* 4. v. 9. eedat Phaethontia vulgi fabula. *Sil. l.* 7. v. 149. nunquam Phaethontius amnis Senguines pontum turbasset decolor unda. *h. e.* non fuisset adversum Romanis prœlium, & cædes facta ab Annibele ad Ticinum & Trebiam annes, qui in Padum incidunt, & cruentat undas cum ejus aquis miscueruut. Eodem refer illud *ejusd. l.* 17. v 497. Qui sacros Thresymehe, lacus, Phaethontia quique Polluerant tabo flagna. & *vers.* 606. & Tyrrhena vada, & Phaethontii videret amnem Strage virum undantem. & *lib.* 1. n. 231. fluit ecce cruentus Eridanus. ¶ Refertur etiam ad Solem. *Sil. l.* 10. v. 110. *de equis*. Oburssum spectans ora ad Phaethontia prolem, Eeplorat dubios Phœbea lampade natos. V *Phaethon*.

PHAETHUSA, æ, f. Φαέθουσα, filia Solis & Clymenes, sorer Phaethontie, Lampeties, & Lampetusæ. *Ovid.* 2. *Met.* v. 346.

PHAGEDÆNA, æ, f. φαγέδαινα, immodicue cibi appetitus, edacitas pœtur cunsuetudinem: a φάγω, edo, & ἄλω, assatim. Translata sit dicitur ceulceratio usque ad ossa, celeritet depascens, tamem male mientem emittens, & ad mortem perducens. *Plin. l.* 26. c. 11. Phagedænis (quod nomen sine modo eforientium est, & aliæ ulcerum) tithymall medentur cum sesamie sumpti. *Id. l.* 28. *c.* 18. Es, quæ phagedænae vocant in ulcerum genere. & *lib.* 35. *c.* 15. *ad fin.* Strongyle phagedænae ulcerum ae aceto sanat. *Id. l.* 23. *c.* 7. *ante med.* Phagedænæ remedium est, sicum imponi. ¶ Item de morbo apum, cum cetæ partes vacuæ computrescunt, & serpente latius vitio ipse quoque apes intereunt. *Colum. l.* 9. *c.* 13. *a med.* Sæpe etiam vitio, quod Græci φαγέδαινα vocant, intereunt.

PHAGEDÆNICUS, a, um, ad phagedænam pertinens, ut Phagedænica vulnera. *Plin. l.* 24. *c.* 4.

PHAGER, vel Phagrus, i, m. φάγρος, genus pilcis, qui lapidem in capite habere neitimatur. *Plin. l.* 32. *c. ult.* qui *lib.* 9. *c.* 16. pagrum vocat. nam Græce etiam πάγρος dicitur.

PHAGO, onis, m. ἔδαξ, vorax, helno. Edones, & phagones, inquit *Non. c.* 1. *n.* 237. ab adjectate (scilicet a φάγω, edo) unum Latinum, alterum Græcum. *Varr. 1bid.* Sed propter phagones fiedulam pinguem, aut turdum nisi volantem non viden. *Vopisc.* in *Aurelian. c. ult.* Vehementissima delectatus est phagone, qui eo usque malum comedit, ut uno die apium integrum, centum panes, vervecem, & porcellum comederet. V. *Lapf. Comitr. miscell.* 3. *ep.* 51. ubi alia exempla hujusmodi phagonum refert.

PHAGRUS. V. *Phager*.

PHALACROCORAX, acie, m. φαλακροκόραξ, corvus aquaticus: ita dictus a naturali calvitie, nam φαλακρὸς calvus, κόραξ corvum significat. *Plin. l.* 10. c. 48. Per Alpes capiuntur & phalacrocoraces, aves Baleaticum insularum peculiaree.

PHALA. V. *Fala*.

PHALÆCIUM, & Phaleucium, & Phalæcum, carmen ast hendecasyllabum, ut *Vidi cretosa per lucos Lucrinos*: & constat spondeo, dactylo, & tribus choreis. Dictum est a Phalæco poeta Græco inventore, ut docet *Diomed. l.* 3. *pag.* 509. *Pursch. Servius* in *Centimetr. pag.* 1865. & *Terentian. Maur. pag.* 2440. ubi pro spondeo dneet admittere etiam iambum, & choreum, & *Casulii* exemplis confirmat. *Sulpicia in sat. v.* 4. quæra nec carmine curro phalæco, Nec trimetro iambo, nec, &c. ¶ Aliud est Phalæcium Choriambicum, da quo idem *Terentian. pag.* 2424. ut *Jesu pater*, *Jane tuear*, *deus*, *hæres*, *biformis*. V. Grammaticos.

PHA-

PHALANGÆ, & Phalangæ, arum, f. *currì*, φάλαγγες, vel φαλάγγια. De his ita *Nav. c. 2. n. 725.* Phalangæ dicantur fustes teretes, qui navibus subjiciuntur, cum attrahuntur ad pelagus, vel cum ad litora subducuntur; unde etiam nunc phalangarios dicimus, qui aliquid onerie fustibus transvehunt. *Varro de vita P. R. ibid.* Cum Pœnus in fretum obviam venisset nostris, & quosdam cepisset, crudelissime pro palangis carinis subjecerat, quo metu debilitaret nostros. *Cæs. l. 2. B. Civ. c. 10. vide.* Palangis subjectis ad turrim hostiam admovent. ¶ Item vectes, quibus onera majore a bajulis portantur, *stangæ*. *Vitruv. l. 10. c. 8.* Onerum maxima pondera cum feruntur a phalangariis, examinantur per ipsa media centra phalangarum. ¶ Item fustes generatim, *bastoni*, *pertiche*. *Plin. l. 7. n. 56.* Prælium Afri contra Ægyptios primum fecere fustibus, quos vocant phalangas. *Id. l. 12. c. 4.* In tributi vicem regibus Persidis e materie ebeni centenos phalangas tertio quoque anno penitissa Æthiopas.

PHALANGARII, & Palangarii, orum, m. *facchini da stanga*, qui aliquid onerie fustibus transvehunt. V. *Phalangæ*. *Vitruv. l. 10. c. 8.* Onerum vero maxima pondera cum feruntur e palangariis, heaaphoria, & tetrephoria. ¶ *Phalangarii* dicuntur etiam milites phalangis. *Lamprid. in Alex. Severo*, c. 50. Fecerat & phalangem triginta millium hominum, quos phalangarios vocari jusserat.

PHALANGITÆ, arum, m. milites ex phalange. *Liv. l. 37. c. 40.* Decem, & seu millie peditum more Macedonum ornati fuere, qui phalangitæ appellabantur. Adde *lib. 42. c. 51.*

PHALANGITES, æ, m. φαλαγγίτης, genus herbæ. *Plin. l. 27. c. 12.* Phalangites a quibusdam phalangion vocatur, eh aliis leucanthemos, vel (ut in quibusdam exemplaribus invenio) leucacantha. Ramuli sunt ei nunquam pauciores duobus, in diversa tendentes: flos candidus, lilio tubro similis: semine nigro, lato ad lenticulæ dimidiæ figuram, multo tenuiore: radice tenui herbacei coloris. Hæc *Plin.* addens, ejus folio, flore, vel semine sanari phalangiorum ictus.

PHALANGIUM, ii, n. φαλάγγιον, genus aranei: a φάλαγξ, quod idem notat. *Plin. l. 18. c. 17.* Nescitur & phalangion in ervo, bellula aranei generis, si hiems aqueja sit. *Id. l. 8. c. 27.* Cervi percussi a phalangio, quod est aranei genus, cancros edendo sibi medentur. *Id. l. 11. c. 24.* Phalangia ex his (*aranei*) appellantur, quorum noxii morsus, corpus exiguum, varium, acuminatum, usultim ingredientium. Adde *Cels. l. 5. c. 27. fett. 9.* ¶ Apud *Veget. de re Veterin. l. 3. n. 77. & 79.* legitur & *sphalangium*: & *sap. 81.* in recta *sphalangius*. ¶ Est etiam herbæ nomen. V. vocam præced.

PHALANGO, *fra* Pelango, as, a. *1. portare a stanga*, onus aliquod fuste transvaho: a *Phalanga*. *Afranius*. Et capream unam semilacerum quaterni simul phalangabant. Ita *Perottus in Cornucop. ad epigr. 115. Martial.* quem penes sit fides.

PHALANTÆUS, a, um, &

PHALANTINUS, a, um, adject. a Phalanto, ut Phalanteum Terentum, h. e. a Phalanto conditum. *Sil. l. 11. v. 16.* Et, Agna Galesi Phalantini, apud *Martial. l. 5. epigr. 38.* Est autem Galesus Bovius Tarentini agri.

PHALANTUS, i, vir quidam Lacedæmonius, qui cum aliquibus sociis in Italiam venit, & Tarentum condidit. *Justin. l. 3. c. 4. & Horat. l. 2. ed. 6. v. 11.* & regnata petam Laconi Rura Phalanto. *Martial. l. 8. epigr. 28.* Appala Ledæi tibi florent herba Phalanti.

PHALANX, angis, f. *squadrone*, *terzo*, *falange*, φάλαγξ, in exercitu Macedonum fuit agmen peditum fortissimorum confertis ordinibus, quadrata acie, aut cuneate: simile Romanæ legioni, nisi quod in exercitu Macedonico una tantum phalanx erat ex selectis militibus composita, robur totius aciei; in Romano plures erant legiones: præterea phalanx sexdecim millibus peditum fere constabat, ut ex *Liv. l. 33. n. 4. & lib. 37. c. 40.* item ex *Appiano*, & *Xenophonte* colligitur: legio sex millia nunquam excessit. *Curt. l. 3. c. 2.* Ipsi phalangem vocant peditum stabile agmen: vir viro, arma armis confarta sunt. *Liv. l. 31. c. 39.* Erant pleraque silvestria circa, incommoda phalangi maxime Macedonum, quæ nisi ubi præluogia habia velut vallum ante clypeos objecit (quod ut fiet, libero campo opus est) nullius admodum usus est. ¶ *Vegetius l. 2. de re milit. n. 2.* etiam Græcis, & Dardanis tribuit, & octo millia hominum habuisse dicit: unda colligi potest, plures in uno justo exercita habuisse phalanges. Sed hæc pro temporum, & opum varietate mutari potuerunt. nam & *Lamprid.* de Alexandro Severo narrat *cap. 50. vide.* phalangem sibi fecisse triginta millium hominum, quo erat ex sex legionibus similium armorum. ¶ Dicitur universim de cujuscumque gentis agmine, aut caterva. *Virg. 6. Æn. v. 489.* At Dauson proceres, Agamemnoniæque phalanges, Ut videre virum, &c. & *lib. 12. v. 661.* de *Latinis*: Soli pro portis Messapus, & Acer Atinas Sustentant aciem: circum hos utrinque phalanges Stant densæ. & *vers 551.* Talcorumque phalanx. & *vers 577.* phalangem vocat octo fretrum pugnantium numerum. Imitatus est *Val. Flacc. l. 2. v. 436.* ¶ De quacumque multitudine. *Prudent. in Psychom. v. 816.* Phalanges culparum. ¶ *Phalangem facere*, *arctare* & densare ordines. *Cæs. l. 1. B. Gall. c. 24. vide.* Helvetii confertissima acie, phalange facta, sub primum nostram aciem succedebant. & *cap. 25.* Milites pilis missis facile hostium phalangem perfregerunt. Adde *cap. 52.* ¶ Videtur de classe dici a *Virg. 2. Æn. v. 254.* Et jam Argiva phalanx instructis navibus ibat A Tenedo. Nisi velis intelligere Græcorum exercitum navibus instructis impositum.

PHALARICA. V. *Falarica*.

PHALARIS, idis, m. φάλαρις, Tyrannus immanissimus Agrigentinorum in Sicilia. Præter cetera novorum supplicium instrumenta, taurum habuit æneum, terribili arte fabricatum, in quem immissi damnati, igneoque subjecto, bovis mugitum edebant: cujus muneris nomine cum artifex non leve munus speraret, jussu Tyranni in taurum conjectus, primus artis suæ specimen præbuit. Ad extremum ipse quoque Phalaris, cum nimia ejus atrocitas ulterius ferri non posset, facto in eum universorum civium impetu, correptus, & ipse tauro, quo alios exasserat, inclusus, vivus crematus est. *Cic. n. Offic. c. 7. 3. de nat. Deor. n. 33. & lib. 1. n. 7. & Verr. 6. c. 33. Plin. l. 7. c. 56. & lib. 34. c. 8. a med. & Sil. l. 14. a vers. 212.* ¶ Est etiam nomen herbæ, de qua *Plin. l. 27. c. 12.* Phalaris thyrsum habet longum, tenuem, cui calamum, in summo florem inclinatum, semen simile sesamo. ¶ Est etiam genus avis equatico apud *Varron. l. 3. R. R. c. 11. Plin. l. 10. c. 48. & Colum. l. 8. n. 15.* apud quos legitur & *phaleris*. ¶ In accusativo *Phalarin* habet pro *Phalaridem*. *Claudian. de B. Gild. v. 186.* Phalarin, tormentosque flammæ Profuit, & Siculi mugitus ferre juvenci.

PHALERÆ, arum, f. *bordature*, *fornimenti da cavallo*, φάλαρα, ωτά, ea omnia, quibus equus ornatur & instruitur. *Liv. l. 22. n. 52.* Argenti plurimum in phaleris equorum erat. *Cic. 6. Verr. n. 22.* Phaleras pulcherrimas fectas, quæ regis Hieronis fuisse dicuntur, utrum abstulisti, an emisti? *Claudian. epigr. 60.* Dumque auro phaleræ, gemmis dum frena renident. *Id. de IV. Consul. Honor. v. 548.* Turbaatur phaleræ, spumosis morsibus aurum Fumat. His locis *Claudian.* distinguit a frenis phaleras, quasi per has sole ephippiorum ornamenta significentur: quod idem videre est etiam in lemmate *epigr. 23.* ubi legitur *De freno*, *phaleris*, &c. item apud *Gell. l. 5. n. 5. & Apulej. l. 10. Metam.* Non puto tamen hoc esse perpetuum. ¶ Per catachresin dicuntur de ornamentis hominum pretiosioribus, *gale*, *obbligamenti*. *Liv. l. 9. sub fin.* Tanturoque Flavii comitia indignitatis habuerunt, ut plerique nobilium annulos aureos, & phaleras deponerent. *Sil. l. 15. v. 154.* Tum merita æquantur donis & præmia virtus Sanguine parta capit. phaleris hic pectora fulget, Hic torque aurato circumdat bellica colla. *P. Syrus* apud *Petron. in fragm. Tragur. v. 55. Burm.* Matrona utraste phalaris pelagiis. ¶ Ex *Flavo* discimus *l. 1. c. 5.* ab Etruscis ad Romanos phalerarum usum transisse nos cum trabeis, curulibus sellis, prætexta, annulis, ceteriisque insignibus. Quin aliquamdiu Imperatorum, & Regum propriæ faisse videntur. quod *Berth.* adnotavit ad *Claudiani laus. ser.* de IV. *consul. Honor.* Idam *Flor. in fin. v. 10. l. 3.* Ipse ille rex, supplex cum in castra venisset, tum & phaleras, & sua arma ante Cæsaris genua projecit. ¶ Fuerunt inter militaria præmia, quibus virtus pugnantium donabatur. *Liv. l. 30. c. 31. sub fin. Juvenal. in fin. sat. 6. Sueton. in Aug. c. 25. Gell. l. 2. c. 12. & Sidon* modo alletus. ¶ Metaphorice dicuntur de rebus externis, fucatis, & speciem boni præferentibus. *Pers. sat. 3. v. 30.* Ad populum phaleres: ego te intus, & in cute novi. ¶ De ornatu dicendi *Martian. Capell. initio l. 3.* Rursum Camena parvo Phaleras parat libello. *Symmach. ep. 83. (al. 89.)* Præter loquendi phaleras, quibus te notare ditavit. *Sidon. sub fin. ep. 9. l. 2.* Collata vestris mas carmina, non heroicorum phaleris, sed epitaphiatarum uzuris comparabuntur. ¶ Ex antiquis Annalibus *Plin. l. 33. c. 1. circa med.* recitat hæc verba *Sed & phalera posita*: quæ femininum genus singularis numeri offendere videntur: sed similius est veri, esse neutrum plurale, Græco more, τὰ φάλαρα.

PHALERATUS, a, um, *bardato*, *abbigliato*, phaleris ornatus. *Liv. l. 30. c. 17. ad fin.* Munera, quæ legati ferrent regi, sagula duo purpurea, & equos duo phaleratos, &c. ¶ De hominibus. *Petron. in Satyr. c. 28.* Lecticæ impositus est, præcedentibus phaleratis cursoribus quatuor. *Suet. in Ner. c. 30. vide.* Soleis mularum argenteis, canusiatis muliumbus, ermillata & phalerata cum Mazacum turba, atque cursorum. *Prudent. in Psychom. v. 30.* Illa hostile capat, phaleratæque tempora vittis Altior insurgens labefactat. ¶ Translate *Terent. Phorm. 3. 2. 14.* Adeon' te esse inconstantem, etqos impudentem, ut phaleratis dictis ducas me, & meam dudes gratiis? *cum bella paroline*, verbis in speciem honestis, sed dolosis.

PHALEREUS, a, um, φαληρεύς, & φαληρικός, ad Phalerum, φαληρόν, pertinens, qui est portus Athenarum prope Piræum, ut *Plin. l. 4. c. 7.* docet. Hinc Phalereus Demetrius, philosophus physicus, & Alexandrinæ bibliothecæ præfectus. *Phadr. l. 5. fab. 1.* Demetriae qui dictus est Phalereus, Athenas occupavit imperio improbo. *Nep. in Thrasyb. cap. 6.* Cum Phalereo portu neque magno neque bono Athenienses uterentur, hujus consilio triplex Piræi portus constitutus est.

PHALERIS. V. *Phalaris*.

PHALEUCIUM. V. *Phalucium*.

PHALLICA, orum, n. φαλλικά, carmina in honorem Bacchi, item Priapi: a φαλλός, penis. Phallicus auctor est ille, qui Priapea scripsit, quæ perperam *Virgilio* quidam tribuunt. Sed hæc Græca sunt.

PHALLOPŒTA. V. *Drilopœta*.

PHALLOVITROBOLUS, i, m. poculum obscenæ figuræ, Priapus ex vitro, apud *Capitolin. in Pertinace*, c. 8. ubi alii leg. *Phallovitrobolum*, alii *Phallovetrobuli* eod. sensu.

PHALLUS, i, m. φαλλός, penis ligneus, vel vitreus, vel coriaceus, quem in Bacchi festis phallico impositum per rura & urbes magno honore circumferebant, ut *Augustin. l. 7. de Civ. Dei c. 21.* narrat. *Arnob. l. 5. pag. 176.* Pudor me habet, Alimontia illa proferre mysteria, quibus in Liberi honorem Patrie phallos fabrigit Græcia, &c.

PHANÆUS, i, mons in promontorio Chii insulæ, optimo vino celebris. *Virg. 2. Georg. v. 98.*

PHANEROSIS, is, f. *rivelazione*, φανέρωσις, manifestatio. Vox Gre-

ca, qua librum quendam ſuum inſcripſit Valentinus, in quo arcana multa, a mala femina dictata, perſcripſerat. *Tertullian. adverſ. Hæret.* c. 30. & 51.

PHANTASIA, æ, f. *fantaſia, immaginazione, penſiero*, viſum, imago rerum animo inſidentium. Ita dicta eſt a φαίνομαι, appareo, quia ſpecies rerum, quæ ſentimus, vel etiam ſentire nos putamus, intus apparent. Græce Cic. 2. *Acad. cap.* 11. In qua primum de ſenſibus ipſe quædam diait nova, quos junctos eſſe cenſuit e quadam quaſi impulſione ohlata extrinſecus, quam ille φαντασίαν, nos viſum appellemus, licat. ¶ Apud Rhetores accipitur pro mentis concepta, *concetto, idea, penſiero. Senec. Suaſor.* 2. *a med.* Ceſtius cum deſcripſiſſet honores, quos, &c. adjecit: per ſepulcra noſtra jurabitur. Nicetas longe diſertius hanc phantaſiam movit, &c. ¶ *Phantaſia, non homo*, convicium apud *Perron. in fragm. Tragur. cap.* 38. *Burm. ſub fin.* quaſi ſpecies & ſimulacrum hominis, non homo: vel homo jactabundus & vanus.

PHANTASMA, atis, n. φάντασμα, ſpeciee, vel imaginatio falſa, quales ſunt, quas dormientes videre ſibi videntur. Hinc & pro ſpectro ſumitur. *Plin. l.* 7. *ep.* 27. Velim ſcire, eſſe aliquid phantaſmata, & habere propriam figuram, numenque aliquod putes, an inanem & vacuam ea metu noſtro imaginem accipere. Adde *Prudent. in Hamartig.* v. 59.

PHANTASOS. V. *Morpheus.*

PHAON, onis, m. Φάων, juvenis Lesbius, quem Sappho poeteis perdite amavit, & ab eo contempta fuit. *Martial. l.* 12. *epigr.* 35. V. *Ovid. Heroid. ep.* 15.

PHARÆUS, a, um, Φαρεύς, ad Pharas pertinens: quod eſt multorum oppidorum nomen: h. e. in mediterraneis Cretæ, teſte *Plin. l.* 4. c. 12. item in Laconia, quod ſæpius *Phæa* dicitur: in Theſſalia: in Bœotia. *Stat. l.* 2. *Theb.* v. 163. longum enumerare Pharæos, Œbaliſque duces.

PHARÉTRA, æ, f. *faretra, turcaſſo*, φαρέτρα, theca, ubi ſagittæ repanuntur: *τοξικὸν τὸ φάρος τὸ τῶνδε βοσκόμενον. Virg. Æn.* 1. v. 327. Succinctam pharetra, & maculoſo tegmine lyncis. *Horat. l.* 1. *od.* 22. v. 3. Nec venenatis gravida ſagittis, Fuſce, pharetra. *Virg.* 1. *Æn.* v. 504. illa pharetram fert humero. *Stat.* 4. *Theb.* v. 259. Amyclæas humeris uptaſſe pharetras. *Propert. l.* 2. *el.* 9. v. 10. Et pharetra ea humero Gnoſia utroque jacet. *Ovid.* 2. *Met.* v. 419. pharetram veſuere humero. *& lib.* 5. v. 379. fulvere. *i. e.* aperire ad depromendas ſagittas.

PHARETRATUS, a, um, *fornito di faretra*, pharetra inſtructus. *Virg.* 11. *Æn.* v. 649. pharetrata Camilla. *Id.* 4. *Georg.* v. 190. pharetrata Perſis. *h. e.* quæ ſagittis maxime delectatur, & pollet. Sic *Horat. l.* 3. *od.* 4. v. 35. pharetrati Geloni. *Ovid. Met.* 10. v. 515. pharetratus puer. *h. e.* Cupido. *Id. l.* 1. *Amor. el.* 1. v. 21. pharetratu virgo. *h. e.* Diana. *Val. Flacc. l.* 6. v. 696. pharetrata tapetia. *h. e.* in quibus eſt pharetre.

PHARETRIGER, a, um, qui pharetram fert. *Sil. l.* 14. v. 186. Clade pharetrigeri ſubmiſeas regie Athenæ. *h. e.* Xereis Perſarum regis.

PHARIA, æ, f. inſula Illyrici mœnie cum oppido. *Plin. in fin. l.* 3. nunc *Leſina*. ¶ *Pharus* ejus nobilis olim in Pharo agro. *Plin. l.* 14. *c.* 3.

PHARIACUS, a, um, Pharius, Ægyptius. *Apul. l.* 2. *Metam.* Pes incrementa Nilotica, & arcana Memphitica, & ſibra Phariaca.

PHARIAS. V. *Pariæ*.

PHARICON, *vel* Pharicum, ci, n. φαρικὸν, genus veneni, ita dicti a Phario inventore. *Plin. l.* 28. *c.* 10. *Scribon. Larg. compoſ.* 195.

PHARISÆUS, i, m. φαρισαῖος, una ex tribus Judæorum ſectis, a ceteris religione & ſanctitate diſtincta. Quare ipſum nomen Hebraice ſeparationem ſonat. Secunda ſecta erat Saddocæorum, tertia Eſſæorum. *Tertull. de præſcriptionib. cap.* 45. Prætermitto Phariſæos, qui additamenta quædam legi adſtruendo, a Judaie divulſi ſunt; unde etiam hoc accipere ipſum, quod habent, nomen digni fuerunt. Adde *Hieronym. adverſ. Luciferi. ſect.* 23. ¶ Adjectivo *Sedul. l.* 4. *v.* 66. Poſt Dominus Phariſæa petit convivia cœnæ.

PHARISAICUS, a, um, φαρισαϊκὸς, ad Phariſæos ſpectans. *Hieron. contra Vigilant. ſect.* 9. Quaſi ſepulchra Phariſaica foris dealbata.

PHARITÆ, arum, m. incolæ Phari. V. *Pharus. Hiſt. de B. Alex. c.* 17. *ad fin.* & *cap.* 19.

PHARIUS, a, um, ad Pherum pertinens. *Lucan. l.* 9. v. 1004. Septima nox, Zephyro nunquam luuente rudentes, Offeudit Phariis Ægyptia litora flammis. *h. e.* ignibus, qui in turri Phari ardebant. ¶ Item onverſim Ægyptius. *Ovid. Faſt.* 5. v. 619. (& *Martial. l.* 12. *epigr.* 48.) Pharia juvenca. *h. e.* Io, Iſis. *Id.* 2. *ex Pont. ep.* 2. v. 38. Jactantem Pharia tinnula ſiſtra manu. *Tibull. l.* 1. *el.* 3. v. 32. Pharia turba. *h. e.* Iſiaci, ut *Brouchuſ.* contendit. *Martial. l.* 4. *epigr.* 22. Pharia conjux. *h. e.* Cleopatra uxor M. Antonii. *Vel. Paterc. l.* 4. v. 408. Pharia terra. *& lib.* 1. v. 644. Phariæ carinæ. *& lib.* 7. v. 123. Phariæ matres. *Lucan. l.* 3. v. 260. Pharia unda. *h. e.* Nilus. *& lib.* 4. v. 257. Pharium æquor. *& lib.* 2. v. 636. Pharii reges. *Id. l.* 4. v. 724. Pharia aſpides. *& lib.* 9. v. 209. Pharium ſcelus. *h. e.* quo Pompejus occiſus eſt. *Martial. l.* 1. *epigr.* 89. Pharia nutantia pondera ſaxo. *h. e.* Ægypti pyramides. *Al. leg.* Pario. *Stat. l.* 2. *ſilv.* 1. v. 261. Pharii Paloſtioique liquores. *h. e.* unguentum quoddam Ægyptiis familiare. V. *Gronov.* Apud *eund. l.* 3. *ſilv.* 2. v. 22. Phaſius annus eſt annona annua ex Ægypto. Sic *Claudian. de B. Gild.* v. 57. Memphis ſi forte negaſſet, Penſabam Pharium Gætulis meſſibus annum. *Juvenal. ſat.* 13. v. 85. Phaſium acetum. V. *Acetum. Stat. l.* 5. *ſilv.* 3. v. 244. Pharii dolores. *h. e.* luctus Ægyptiarum matrum in ſacrie Iſidie, ob memoriam mutationis ejus in vaccam, vel ob amiſſum maritum Oſiridem. *Ovid.* 3. *de ar. am.* v. 270. Phariue piſcis. *h. e.* crocodilus, cujus ſtercus habet oſum in fucis mulierum. V. *Crocodilus*.

PHARMACEUTRIA, æ, f. *magæ, ſtrige*, φαρμακεύτρια, ſaga, veneficu. Hoc nomine *Virg.* Eclogam octavam inſcripſit, in qua Theocriti imitatione veneſica quædam inducitur, quæ magicis incantationibus unimum viri, a quo ſpernebatur, ad ſui amorem conatur revocare.

PHARMACOPOLA, æ, *ebi vende medicine, ſpeziale*, φαρμακοπώλης, qui phaemaca vendit: a φάρμακον, vendo, & πωλέω, medicamentum. Olim alii erant pharmacopolæ, quam hodie. Nunc etiam ſimplicia divenduat, atque ex Medicorum præſcripto pharmaca concinnant. Olim ſimplicia divendebant ſeplaiarii, qui Græcie μυροπῶλαι. Phaemacopola autem non ex alieno agebant præſcripto, ſed ipſimet remedia concinnabant, venaliaque habebant, quales nuue Medici circumforanei, qui per fora, atque urbes curſitant, & peritiam ſuam, ac remedia jactando ſimplici popello ſubſtituere os ſolent, *ciarlatani*. Cete apud *Gell. l.* 12. c. 15. Itaque audite, non aufcultatis, tanquam pharmacopolam: Nam ejus verba audiuntur, verum ei ſe nemo committit, ſi æger eſt. *Cic. pro Cluent. c.* 14. Tum repente Aconitanum quendam L. Clodium pharmacopolam circumforaneum aggreditur. Adde *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. v. 1. & *Scribon. Larg. compoſ. cap.*

PHARMACUM, ci, n. φάρμακον, medicamentum. Vox media eſt, quales multas recenſet *Gell. l.* 12. *c.* 9. & *Cajus Dig. lib.* 50. *tit.* 16. *leg.* 236. Sumitur enim & pro medicamento ſalutifero, & pro veneno malo, ſeu toxico, quemadmodum & Latine *medicamentum* vox media eſt, & tam in malam, quam in bonam partem accipitur, ut *Nonius* auctor eſt *cap.* 4. n. 207.

PHARMACUS, i, m. φάρμακος, homo ſacer, exſecrabilis, devotas. *Servius ad Æn.* 3. v. 75. morem fuiſſe apud Maſſilienſes, ut quotiee peſtilentia laborarent, unum aliquem abjectum, & pauperem hominem eligerent, qui ſe pro civitate devoveret, & annum publice alius exquiſitis ciborum delieiis, tandem ornatus verbenis, & ſacrie veſtibus, tota urbe circumductus, omnium exſecrationibus onneratus, ut in eum mala civium reciderent, extra urbem ſæcie obtueretur, aut præceps daretur e rupe, aut ad aras communie victima mactaretur. Quam rem narrat etiam *vetus Scholiaſt. Strabo ad l.* 10. *Theb.* v. 793. Hic igitur φάρμακος dicebatur. *Heſych.* Φαρμοὶ, καθάρσιοι, ἀναθήματα τῶν θεῶν. Hinc *Petron. in Satyr.* de eo, qui partem corporis quaſi devoverat, vel qui ſceleſtus eſt, ac deteſtabilis, *cap.* 107. *extr.* Cui deo criuem vovilli? Pharmace, reſponde.

PHARNACEON, i, n. herba, genus panacie, ſalio longiore, & feretro; ita dictum a Pharnace rege inventore. *Plin. l.* 25. *c.* 4.

PHARSALIA, æ, f. regio circa Pharſalum. *Ovid.* 15. *Met.* v. 824. & *Catull. carm.* 63. *de nupt. Pel.* v. 37. V. vocem ſequent. ¶ Pharſalia terra, dixit *Luc. l.* 33. *c.* 6. *ſub fin.* V. *Arabia*.

PHARSALICUS, a, um, ad Pharſaliam pertinens, quæ regio eſt Theſſaliæ, ubi Pharſalus oppidum, & Pharſalici campi, celebres pugna & victoria C. Cæſarie contra Pompejum, de qua V. *Cæſarem ipſum l.* 3. *B. Civ. a cap* 82. *Flor. l.* 4. *c.* 2. *Lucan. l.* 7. &c. & Auguſti contra Brutum & Caſſium, de qua *Flor. l.* 4. *c.* 7. *Velleſ. l.* 2. *c.* 70. &c. *Ovid.* 15. *Metam.* v. 823. Illiue auſpiciis nbſcæ mœnia pacem Victa petent Mutinæ: Pharſalia ſentiet illum, Æmathiaque iterum madefacti cæde Philippi. ¶ Secunda ſyllaba corripi etiam poteſt. V. in voce ſequenti.

PHARSALIUS, a, um, Pharſalicus. *Catull. carm.* 63. *de nupt. Pel.* v. 37. Pharſalium coeunt, Pharſalia tecta frequentant. Al. priore loco leg. *Pharſalnum*, alii induount fynæreſim. *Calpurn. Ecl.* 4. v. 101. Nec mora Pharſaliæ ſolverunt fibila cannæ. Al. aliter leg.

PHARSALOS, & Pharſalus, li, f. nomen urbis, de qua V. in *Pharſalicus. Lucret. l.* 6. v. 350. Emathis æquorei regnum Pharſalos Achillis.

PHARUS, & Pharos, i, f. Φάρος, oppidum Ægypti apud Alexandriam, in inſula cognomine, oblonga, parvaque, continenti pane juncta, contra Canopicum oſtium Nili. In ea ingens turris a Ptolemæo Philadelpho rege, Soſtrati Gnidii opera DCCC talentis exſtructa eſt, albo lapide, quæ inter ſeptem orbis miracula numeratur, ee qua lumen per noctem navigantibus elucebat, ut eſt apud *Plin. l.* 36. *c.* 12. *ſub fin.* Unde ut *Solinus* ſcribit *c.* 32. (*al.* 45.) *ſub fin.* machinæ in portubue ad præluendi miniſterium ædificatæ Phari deinceps apud omues gentes appellari cœpto ſunt. *Val. Flacc. l.* 7. v. 84. claramque ſerena Arce Pharon ſubtit. *Sucv. in Tib. c.* 74. Turris Phari tarræ motu Capreis concidit. *Stat. l.* 3. *ſilv. ult.* v. 100. Telebouique domos, trepidis ubi dulcia nautis Lumina noctivagæ ſollit Pharue æmula Luna. ¶ Hanc turrim cum diruiſſet Cæſar bello Alexandrino, reſtituit Cleopatra Ægypti regina. Sic enim intelligendus eſt *Ammian. l.* 22. *c.* 16. (*al.* 42.) ut adſcripſit *Valeſius*. ¶ *Pharus* ponitur interdum pro Ægypto, ut regina Pharii, *Stat. l.* 3. *ſilv.* 2. v. 122. Sic *Lucan. l.* 8. v. 543. Petimus Pharon, arvaque Lagi.

PHASCOLA (φασκῶλα, æ) appellant Græci, quas vulgus peras vocat. *Paul. ex Feſto.*

PHASELARE. V. *Faſelare*.

PHASELINUS, a, um, ad Phaſelidem pertinens, quæ convallis eſt Judææ, ubi plurima lilia: unde Phaſelinum oleum cognominatum eſt, quod ſæpius liriuon dicitur, h. e. a lilio. *Plin. l.* 23. *c.* 4. *ad fin.* & *lib.* 20. c. 5.

PHASELIS, idis, f. Φάσηλις, urbs Pamphyliæ in Lyciæ confinio, olim piraturum ſedes. Cic. *Verr. c.* 10. *Lucan. l.* 8. v. 254. ta primum, parva Phaſeli, Magnus adit. Adde *Plin. l.* 5. *c.* 27. ¶ Item convallis Judææ, V. vocem præced.

PHA-

PHASELUS, & Faſelus, i, m. & f. φάσηλος, navigii genus, miſtam habens formam ex oneraria, & longa triremi, quod tam velis, quam remis agi poterat. *Servius ad Virg. 4. Georg. v. 289.* monet, eſſe brevem naviculam, *Acro ad Horat. l. 3. ed. 2. v. 29.* ſcribit, eſſe navem velocem, & oblongam, *Nonius cap. 13. n. 7.* dicit eſſe navigium Campanum. *Bapſius* eundem putat ac myoparonem, aut certe ab illius figura non multum diſtantem. *Cor. Attic. l. 1. ep. 13.* Tertiam, quam ut ſcribis, anchora ſoluta de phaſelo dediſti. *Salluſt.* apud *Non. lor. cit. & n. 6.* Cohors una grandi phaſelo vecta, a ceteris deerraſit. *Martial. l. 12. epigr. 30.* Pictam phaſelum adjuvant ſert aura. *Catull. carm. 4.* Phaſelus ille, quem videtis hoſpites. *Lucan. l. 5. v. 518.* Et latus inverſa nudum munita phaſelo. ¶ Fictiles etiam phaſelos fuiſſe, tradit *Strabo l. 17. & Juvenal. ſat. 15. v. 126.* Parvula fictilibus ſolitum dare vela phaſelis. ¶ Scribitur & *phaſellus*. ¶ Eſt etiam *phaſelus*, & *faſelus*, aut *faſellus*, m. & f. genus leguminis: quod quidam in duo genera dividunt, majus & minus: majus putant eſſe quod nos dicimus *fabas*: minus quod appellamus *faſeolos*. De hac minore intelligunt illud *Virg. 1. Georg. v. 227.* victumque feres, vilemque phaſelum. & *Columa. l. 10. v. 377.* Et grevis atriplex conſurgit longa faſellus. Adde *lib. 2. c. 10. & Pallad. in Septembr. tit. 12.* Hic dicitur etiam *phaſeolus*.

PHASEOLUS, & Faſeolus, i, m. *faginolo*, φάσηλος, genus leguminis, ſiliquam ferens longiorem, quam fœnogræcum, quæ una cum ſemine manditur viridis ex oleo, & aceto. Pro eo *phaſiolus*, vel *paſſiolus* legas in antiquis *Plinii* codicibus, qui ejus meminit *l. 24. c. 9.* Sic *Columa. l. 11. c. 2. a med.* Milium & panicum hoc tempore demetitur, quo faſeolus ad eſcam ſeritur. V. vocem præced.

PHASGANION, ii, n. gladiolus herba. *Plin. l. 25. c. 11.* V. *Lanceaire*.

PHASIACUS, a, um, ad Phaſidem pertinens, Colchicus, ut Phaſiaca conjux, h. e. Medea, *Senec. in Herc. Oet. v. 950.* Phaſiaca unda, *Ovid. 2. Triſt. v. 430.* terra, *Id. de remed. amor. v. 261.* coronæ, *Id. in Ibin, v. 605.* h. e. quam Medea Creuſæ pellici dono dedit, qua illa cum regia igne abſumpta eſt. Coronam enim ſcribunt fuiſſe *Hygin. fab. 25. Phn. l. 2. c. 103.* & *Apul. l. 2. Metam.* alii pallam, ut *Horat. epod. 5. v. 65. Senec. in Med. a. 4. &c. Perron. in Sat. p. 93.* Ales Phaſiacis petita Colchis. *h. e.* Phaſianus.

PHASIANARIUS, ii, m. φασιανεύριος, qui phaſianos paſcit. *Paul. Dig. lib. 32. leg. 64.* Phaſianarii, & paſtores anſerum non continentur.

PHASIANINUS, a, um, ad phaſianum pertinens, ut Phaſianina ova, *Pallad. l. 1. c. 29.*

PHASIANUS, a, um, ad Phaſim pertinens, ut *Phaſiane aves*, & *Phaſiana* abſolute, quæ plurimæ circa Phaſidis oſtia conveniebant: indeque in Europam ab Argonautis adductæ ſunt, & in delicias cœnarum habitæ, *fagiani*: de quibus *Martial. l. 13. epigr. 72.* Argiva primum ſum tranſportata carina: Ante mihi notum nil, niſi Phaſis, erat. *Id. l. 3. epigr. 58. v. 16.* Et impiorum Phaſiana Colchicum. *Plin. l. 10. c. 48.* Phaſianæ aves in Colchis geminas ex pluma aures ſubmittunt, ſubrigunteque. *Id. l. 11. c. 37. init.* has *aures* cornicula appellat. *Id. ibid. c. 33. de pediculis.* Hoc quidem & aves infeſtat: phaſianas vero interimit, niſi pulverantes ſe ſe. ¶ Dicitur etiam *phaſianus*, ut, abſolute. *Sueton. in Vitell. cap. 13.* Phaſianorum & pavonum cerebella. *Pallad. l. 1. tit. 29.* Si pituitam patientur phaſiani. *Lamprid. in Alex. Sever. cap. 41. ſub fin.* Aviaria inſtituerat pavonum, phaſianorum, gallinaceorum. Adde *Paul. Dig. lib. 32. leg. 64.* ¶ In Fabulis eſt ftys Tereti filius, in hanc avem converſus. V. *Ityr*.

PHASIAS, adis, f. Medea filia Æetæ regis Colchorum, ubi Phaſis fluvius. *Ovid. 2. de ar. am. v. 381.* Conjugia admiſſum, violataque jura maritæ Barbare per natos Phaſias ulta ſuos. Adde *verſ. 103.* Adjective *Id. Heroid. ep. 6. v. 103.* Phaſias Æetine. *Id. l. 3. ex Pont. ep. 3. v. 80.* Phaſias eſt telis fixa puella meis.

PHASIOLUS, i, φασίολος, idem quod phaſeolus. Eſt autem nomen herbæ ſiſopyri, quoniam ejus foliom, quod eſt aniſo ſimile, more phaſeoli in pampinos torquetur. Capitula ſunt in ſummo capite tenuia, plena ſeminis melanthii. *Plin. l. 27. c. 11.*

PHASIS, is, & idis, m. φᾶσις, fluvius Colchidis clariſſimus, qui oritur in Moſchis, navigatur quamlibet magnis navigiis XXX. mill. D. paſſ. inde minoribus longo ſpatio, pontibus CXX. perviis. Oppida in ripis habuit complure celeberrima, in faucibus (ubi in Pontum Euxinum ſeptem oſtiis influit in parte ejus orientali) Phaſin. Hanc, & alia de eo *Plin. l. 6. c. 4. Ovid. 7. Met. v. 6.* Contigerant rapidas limoſi Phaſidos undas. *Stat. 5. Theb. v. 457.* ſua jura cruentum Phaſin habent. *Ovid. 4. ex Pont. ep. 10. v. 52.* Et quondam Gmjis, Phaſi, petite viris. *Stat. l. 4. ſilv. 6. v. 8.* Phaſidis ales. *h. e.* phaſianus. ¶ Adjective *Martial. l. 13. epigr. 45.* Si Libycæ nobis volucres, aut Phaſides eſſent. ¶ Eſt etiam *Phaſis* Medus filia regis Colchorum, quæ & *Phaſias*. *Ovid. 2. Faſt. v. 41.* Veſtam frenatis per inane draconibus Ægeus Credulus immarita Phaſida juvit ope. Adde *lib. 3. de ar. am. v. 33. & Heroid. ep. 16. v. 345.*

PHASMA, atis, n. φάσμα, viſum, ſpectrum, idem ac phantaſma. Hinc nonnulli *phaſmata* legunt pro *phantaſmata* in *epiſt. Plinii*, quam in *Phantaſmata* attulimus. ¶ Eſt etiam nomen unius ex fabulis Menandri, *Terent. Eun. prol. v. 9.* cujus argumentum ibi *Donatus* enarrat. Item cujuſdam Catulli mimographi apud *Juvenal. ſat. 8. v. 186.*

PHATNÆ, arum, f. φάτναι. Vna Græca, quas præſepia ſignificantur. *Plin. l. 18. c. ult. circa med.* Sunt in ſigno Cancri duæ ſtellæ parvæ, Aſelli appellatæ, exiguum inter illas ſpatium obtinente nubecula, quam Præſepia appellant. *Cic. in progn.* apud *Priſcian. in fin. l. 16. & lib. 18. pag. 1179. Putſch.* Aſt autem tenui quæ candent lumine Phatnæ. V. *Aſellus*.

PHAULIÆ, arum, f. φαυλίαι, olivæ grandiſſimæ, ſed minimo ſucco, quæ & regiæ ab aliis, eh aliis majoriæ appellantur: a φαῦλος, vilis, nullius pretii. *Plin. l. 15. c. 3. ad fin.* Apud *Macrob. ſub fin. l. 2. Saturn.* legitur *paulæ*, ſed *phaulæ* corrigendum videtur.

PHAYLLEUS. V. *Paphagon*.

PHEGEIUS, a, um, ad Phegeum pertinens. *Ovid. Met. 9. v. 412.* Cognatumque latus Phegeus hauſerit enſis.

PHEGEUS, i, m. φηγεύς, diſyllab. Alphei filius, qui filiam Alphefibœæ filiæ ſuæ necidit. *Hygin. fab. 244.* ¶ Apud *Virg. 5. Æn. v. 263.* eſt nomen famuli, & *lib. 9. v. 765.* militis Trojani, ut & *lib. 12. v. 371.* Apud *Stat.* quoque *l. 2. Theb. v. 609.* miles Thebanus eſt, ut & *lib. 12. v. 506.* miles, aut *duc* Athenienſis.

PHEGIS, idis, f. Φηγίς, Alphefibœæ Phegei filia. *Ovid. de remed. amor. v. 455.* Amphilochi *teſtor* ne Phegida ſempee amaret, &c.

PHELLANDRION, ii, n. φελλάνδριον, herba paluſtris, folio apii, cujus potu levari veſicæ citia, tradit *Plin. l. 27. c. 12.*

PHELLOS, i, m. φελλός, Græce eſt ſuber, genus arboris. Membrum horologii aquarii ex ſubere. *Vitruv. l. 9. c. 9. de horolog.* Æqualiter per id cavum influens æqua ſublevat ſcaphum inverſum, quod ab artificibus phellos, ſive tympanum dicitur. V. *Bald. in Lex.*

PHEMIUS, ii, citharœdus, Homeri præceptor, quem ipſe cantantem inducit *Odyſſ.* 1. Hinc *Ovid. 3. Amor. el. 7. v. 61.* Quid juvat, ad ſurdas ſi cantet Phemius aures? ¶ Apud *Hygin. fab. 82.* eſt vanus e procis Helenæ.

PHEMONOE, es, f. φημονόη, vates, & augur peritiſſima, Apollinis filia, quæ carmen heroicum invenſſe dicitur, ſcripſiſſe etiam multa de auguriis. *Plin. l. 10. c. 3. & ſ. & Stat. l. 1. ſilv. 2. v. 39.* ¶ Apud *Lucan. l. 5. v. 126.* nomen eſt cujuſdam Phœbadis.

PHENEATÆ, arum, m. Φενεᾶται, cives Phenei oppidi, quod eſt in Arcadia apud Cyllenem montem. *Cor. 3. de nat. Deor. c. 22. Plin. l. 4. c. 6. & Virg. 8. Æn. v. 165.*

PHENEUM, i, n. Φένεον, oppidum Arcadiæ, de quo in voce præced. Item lacus juxta, de quo *Ovid. 15. Met. v. 332.* Eſt lacus Arcadiæ (Pheneon dicere priores) Ambiguis ſuſpectus aquis, quas nocte timeto: Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur.

PHENGITES, æ, m. φεγγίτης, lapis duritia marmoris, candidus, & tranſlucens: a φέγγος, ſplendor. *Plin. l. 36. c. 22. Solinus in Domit. c. 14.*

PHEOS, i, o. φέος, herba foliis & caule ſpinoſo, alio nomine ſcorpius. *Plin. l. 22. c. 15. a med. & lib. 22. c. 22.* ubi al. leg. *phleos*.

PHERÆ, arum, f. Φεραί, oppidum mediterraneum Theſſaliæ. *Plin. l. 4. c. 8.* ¶ Item Bœotiæ. *Id. ibid. c. 7.* ¶ Item agri Laconici. *Id. ibid. c. 5.* ¶ Item Achajæ. *Id. ibid.*

PHERÆUS, a, um, ad Pheras pertinens, ut Pheræus Iaſon, vir Theſſalus, apud *Plin. l. 7. c. 52. Cic. 3. de nat. Deor. c. 28. & Val. Max. l. 1. c. ult. n. 6. extern.* Alexander Pheræus, qui in Theſſalia tyrannidem adeo ſævum exarcuit, ut ab uxore noctu occiſus ſit, *Cic. 2. de Invent. c. 49. Ovid. in Ibin, v. 322.* Inque tuo thalamo ritu jugulare Pheræi, Qui datus eſt leto conjugis enſe ſuæ. Hinc Pheræa gens apud *eund. 2. ex Pont. ep. 9. v. 43.* videtur eſſe genus & ſanguis Pheræi tyreani. ¶ Pheræus conjux, apud *Senec. in Med. v. 662.* eſt Admetus rex Theſſaliæ, & Pherææ vaccæ apud *Ovid. Heroid. ep. 5. v. 151. & lib. 2. de ar. am. v. 239.* armenta ejuſdem Admeti, quæ Apollo paviſſe dicitur. Pheræi duces *Statio l. 2. Theb. v. 163.* Theſſali. Pheræi campi *Val. Flacco l. 1. v. 444.* Theſſaliæ.

PHERECLEUS, a, um, ad Phereclum pertinens, qui fuit architectus, & Paridi naves fabricavit ad rapiendam Helenam. *Ovid. Heroid. ep. 16. v. 21.* Hac duce Sigæo dubius a litore feci Longa Phereclea per freta puppe vias.

PHERECYADES, um, m. dicuntur o *Silio* incolæ Puteolorum, fortaſſe, ut ait *Drakenborch.* quia Pherecydes, qui Pythagoræ præceptor fuit, diu in Samo inſula habitavit: Puteoli autem a Samiis conditi dicuntur. *Sil. l. 12. v. 159.* Inde Phereciadum muros, frondentia læto Palmite devaſtat Nyſæa cacumina Gaſri. ¶ Scribunt & *Pherecrades*.

PHERECYDES, is, Philoſophus Syrus, Pythagoræ præceptor, qui primus animorum immortalitatem docuit, teſte *Cicer. 1. Tuſcul. c. 16. & 1. de Divin. c. 50.* Morbo pediculoſum conſumptum tradit *Plin. l. 7. c. 52.* item *Apul. in Florid. n. 15. (al. ſub fin. l. 2.)* Sic *Serv. Sammon. cap. 5. v. 62.* Sed quis non paveat Pherecydis fata trapœdi? Qui aiweio fudore fluens, animalia terra Eduxit, turpi miſerum quæ morte tulerunt. ¶ *Trapedus* cur dictus ſit, inquirunt Eruditi, nec ſatis expediunt. ¶ Scribitur & *Pherecides*.

PHERECYDEUS, a, um, ad Pherecydem ſpectans, *Cic. 2. de Divin. c. 13.* Quale Pherecydeum illud, quod eſt a ta dictum, &c.

PHERETIADES, æ, m. Φερητιάδης, Pheretis filius, h. e. Admetus, cujus patar Pheres fuit, Theſſaliæ, ſeu Pheræorum rex. *Ovid. 3. de ar. am. v. 19.* Fata Pheretiadæ conjux Pagaſæa redemit. V. *Alceſte*, & *Admetus*.

PHETRIUM, ii, n. φήτριον, locus, in quem, qui ſunt ejuſdem curiæ ſeu ſodalitii, conveniunt, maxime ſacrorum cauſa. Hujuſmodi fuit apud *Gruter. pag. 214. & 215. n. 2.* quod Veſbinus Aug. L. ſua impenſa exornatum, Auguſtalibus cum ara Genii pameit, & municipio Caritum D. D. Q. Ninnio Haſta, P. Manilio Vopiſco Coſ. h. e. ſub annum Chriſti CXIV. Ut dicebant φήτριος pro φράτριος, ſic pro φράτηρ φήτηρ: unde *phretrium*.

PHIALA, æ, f. φιάλη, *coppa*, *bicchiere*, poculi genus in ſuperiori parte latius: & fere ex auro, aut aliis pretioſis materia. *Juvenal.*

venal. sat. 5. v. 37. ipſe capaces Heliadum cruſtas, & inæqueles beryllo Vitro tenet phialas: tibi non committitur aurum. *Martial. l.* 8. *epigr.* 51. Quis labor in phiala? ductî Myoe, anne Myronis? Mentoris hæc manus eſt, an, Polyclete, tua? *Id. l.* 3. *epigr.* 41. Infuſa phialæ, Menturiæ manu ductæ, Lacrta vivit, & timetur argentum. *Plin. l.* 33. *c.* 12. *ed fin.* Ulyſſes & Diomedes erant in phialæ emblemata, Palladium furripientes. Adde *Martial. l.* 8. *epigr.* 33. & *lib.* 14. *epigr.* 95.

PHIDIACUS, a, um, ad Phidiam ſpectans. *Martial. l.* 6. *epigr.* 13. Quis tu Phidiacæ formatam, Julia, cælo, Aut quis Palladiæ non putet artis opus? *Juvenal. ſat.* 8. v. 103. Phidiacum vivebat ebur. Adde *Ovid. l.* 4. *ex Pont. ep.* 1. v. 32. & *Stat. l.* 2. *ſilv.* 2. v. 66.

PHIDIAS, æ, m. Φειδίας, nobilis ſtatuarius, qui in ebore ſcalpendo cæteris æmulum claruit, dire tamen, ut inquit *Quintil. l.* 12. *c.* 10. quam hominibus efficiendis melior. Inter hujus opera præcipua commendata eſt Minervæ ſtatus, quam Athenis ex ebore fecit ex. cubitorum altitudine, in cujus clypeo Amazonum pugnam, & Gigantomachiam inſculpſit, in ſoleis vero Centaurorum, & Lapitharum certamen. Proximam commendationem meruit Jupiter Olympius ſ (quem nemo æmulatur, inquit *Plin.* mox citandus) & ipſe totus ebore. Cælavit & Venerem, quæ poſtea Romæ ſita ſuit in porticu Octaviæ. Item ſtatuam Nemeſis deæ denum cubitorum apud Rhamnuntam Atticæ oppidum fecit. *Cic.* 4. *Acad. cap.* 47. *t. Tuſcul. c.* 15. 2. *de Orat. c.* 17. *in Orat. c. ult. in Brut. c.* 73. & *Plin. l.* 34. *c.* 8.

PHIDITIA, orum, n. cœnationes, live convivia apud Lacedæmonee, ita dicta, ſive quod φείδεσθαι, ideſt amicitiæ cauſa, inſtituta ſint: unde quidam *philitia* dicunt: ſiva potius a parſimonia, a φείδεσθαι, parco, parce utor. Conveniebant enim ad Phiditia conferentre ſinguli farinæ modium, vini cœtos octo, caſei quinque minas, ficuum quinque ſemis minas. *Cic.* 5. *Tuſcul. c.* 34. Quid? victum Lacedæmoniorum in Phiditiis noane videmus?

PHILAGRIANUS, a, um, ad Philagrium partineas, quod aſt nomen viri proprium. *Sidon. l.* 2. *ep.* 3. In lares Philagrianos remeare.

PHILAMMON, onis, m. filius Apollinis, ex Chione Nympha, clariſſimus carmina & cithara. *Ovid. in. Met. v.* 317.

PHILANTHROPIA, æ, f. φιλανθρωπία, humanitas, amor erge homines, liberalitas: a φίλος, amicus, & ἄνθρωπος, homo. *Ulpian. Dig. lib.* 50. *tit.* 14. *leg.* 1. Si quid philanthropiæ nomine accepeit. Meliorus libri habent *philoanthropia*, h. e. præmii, quod proxenetie pro navata opera datur. Paravini dicunt *le ſenſarie*.

PHILANTHROPOS, m. lappæ genus, Dioſcoridi ſparine: a φίλος, amicus, & ἄνθρωπος, homo, quia veſtibus hominum adhærens, eos amare videtur. *Plin. l.* 24. *c.* 19.

PHILEMA, atis, n. φίλημα, oſculum. *Lucret. l.* 4. v. 1160. Simula, Silena, ac Sature eſt; labioſa, Philema.

PHILESIA REGNA, quod leg. aliqui apud *Ovid. in Ibin, v.* 329. & intelligi putant regionem quandam Ponto conjunctam; rem valde incertam affirmant, & in corruptum codicem incidiſſe videntur. Legunt alii *Pelaſgia* a Phylla Theſſaliæ oppido: alii *Peſeta*, a Piſe in Elide: alii *Philoſia* a Philunte Achaiæ oppido.

PHILETÆRIA, æ, f. φιλεταιρία, herba alio nomine Polamonia, a certamine regum inventionis. V. *Chelidonia minor.*

PHILETAS, æ, poeta Græcus, elegiacus, patria Cous, acerrimus poetarum cenſor, Ptolemæi Philadelphi præceptor. *Propert. l.* 3. *el.* 1. Callimachi manes, & Coi ſacra Philetæ.

PHILETÆUS, a, um, adject. a Phileta. *Propert. l.* 3. *el.* 2. *in fin.* Ore Philetea noſtra rigavit aqua. *h. e.* docuit me elegiaci carminis rationem. *Id. l.* 4. *el.* 6. v. 3. Serta Philetæe certent Romana coronibus. *h. e.* alegia Latina Græcæ.

PHILIPPENSIS, ſe, adject. a Philippis, ut Philippenſe prælium, *Plin. l.* 7. *c.* 45. Philippenſis acies, *Val. Max. l.* 1. *c.* 5. *n.* 7. Philippenſis Brutus, *Plin. l.* 34. *c.* 8. a *mod.* h. e. qui Philippenſi acie cecidit. V. *Philippi*. Philippenſe bellum, *Sutton. in Aug. cap.* 9. & 13.

PHILIPPEUS, a, um, Φιλίππειος, ad Philippum Macedonum regem pertinens. *Propert. l.* 3. *el.* 9. v. 39. Scilicet inceſti meretrix regiæ Canopi, Una Philippeo ſanguine inuſta nota. *h. e.* Cleopatra, quæ deſcendebat ex ſanguine Philippi regis Macedonum. V. *Pellæus*. ¶ Philippeus nummus, nota ſignatus Philippi regis. *Plaut. Rud.* 5. 2. 67. Nummi octingenti aurei in marſupio inſuerant: præterea centum denaria Philippea in peſcenio ſeorſus. *Id. Aſin.* 1. 3. 2. Unumquodque illorum verbum nummis Philippeis aureis non poteſt auferre hinc a me. *Id. Tria.* 4. 2. 128. An illa tam eſſet ſtultus, qui mihi mille nummum crederet Philippeum? *Liv. l.* 39. *c.* 7. Philippeorum aurorum nummorum ſedecim millia. *Plaut. Curcul.* 2. 3. v. 70. Statuam vult dare auream ſolidam faciundam ex auro Philippeo. *h. e.* ex ve auro, unda cuduntur Philippei nummi. Porro Philippeorum nummorum valor duos fere aureos Gallicos æquaſſe creditur. ¶ De aliis quoque nummis, h. e. alia forma vultum ſignatis, dicitur. V. *Philippus*. *Valerius. Imp. in quodam epiſt.* apud *Vopiſc. in Aurelian. c.* 9. *extr.* Ipſi ad ſumptus dabis argenteos Philippeos minutulos quinquagenos. Adde *cap.* 12. ¶ *Philippei campi* prope Philippos urbem, ubi pugnatum eſt in Brutum & Caſſium. *Manil. l.* 1. v. 906. cum ducibus jurata cruentis Arma Philippeos implerunt agmine campos. Adde *Vellej. l.* 2. *c.* 86.

PHILIPPI, orum, m. urbs Macedoniæ extremæ, in Thraciæ confinio, ad radices Pangæi montis, & apud oram maris Ægæi: dicta a Philippo Alexandri M. patre, qui eam refecit. Quidam locant in Thracia, quia prope ejus fines ſita eſt. Celebre fuit pugna Octaviani & M. Antonii contra Brutum & Caſſium, qua bi victi & debellati, ſe uterque a ſuis interficiendos curarunt. V. *Flor. l.* 4. *c.* 7. & *Velleij. l.* 2. *c.* 70. Meminit etiam *Tacit. l.* 1. *Hiſt.* 2. 50. & *lib.* 2. *c.* 38. item *Propert. l.* 1. *el.* 20. v. 27. & *Horat. l.* 2. *od.* 7. v. 9. ¶ In illo *Virgilii l.* 1. *Georg.* v. 489. Ergo inter ſe ſi paribus concurrere telis Romanas actas iterum videre Philippi: *vi ſtomm ad concurrere* referri quidam putarunt, non ad *videre Philippi*: & reſpicere pugnam Pharſalicam, quæ ante hanc facta eſt. Alii putent, *Virgilium* male confundere Pharſaliam cum Philippis. Alii geminos Philippos faciunt, in Theſſalia, ubi Pharſalia eſt, & in Macedonia, ſeu Thracia. *Ovid.* quoqus Philippos in Pharſalia locare videtur, cum ait *l.* 15. *Met.* v. 823 *de Oſtaviano*. Pharſalia ſentiet illum, Æmathiaque iterum madefacti (al. *madefient*) cæde Philippi. Nam li Pharſalia hoc loco pugnam Cæſaris cum Pompejo notaret, falſo diceret, Pharſaliam ſenſuram Oſtavianum, cum illi pugnæ ie non interfuerit. Eſt & locus *Perſeus* ad hanc tam pertinens, *in Sat. c.* 121. Cerno equidem gemina jam ſtrictos morte Philippos, Theſſaliæque rogos. Ubi *morte* pro ſtrage quidam accipiunt. Ego malim intelligi de morte Bruti & Caſſii. Sed alii leg. *gemino ſum ſtratus Marte*, quaſi apud veſtem Philippos Theſſalicos utraque pugna pugnata ſit: quod affirmant *Servius ad loc. Virg. cit.* & *Flor.* cum ſcribit *loc. cit.* Cæſar cum Antonio in Caſſium Brutumque ſuccingitur. Illi comparatis ingentibus copiis, eandem illem, quæ fatalis Cn. Pompejo fuit, aremem infelicrant. Diærat autem *cap.* 2. priori pugnæ Cæſarie cum Pompejo Theſſaliam, & Philippicos campos ſumptos fuiſſe. Idem ſignificant *Lucan. l.* 7. n *verſ.* 852. & *Manil. l.* 1. n *verſ.* 905. V. *Theſſalicus* in fine, & *Lexic. Geograph. Mortuerit ad* vorem Philippici campi.

PHILIPPIANUS, a, um. Philippianæ cohortes, h. e. quæ ſub Philippis Impp. R. militaverunt. *Ver. Tabula* apud *Maffei.* in *Muſ. Veronen. pag.* 325.

PHILIPPICUS, a, um, ad Philippum pertinens. *Plaut. Trucul.* 5. 1. 60. Hem tibi talentum argenti. Philippicum eſt: tene tibi. ¶ *Philippicum aurum* apud *Plin. l.* 37. *c.* 4. eſt auri ſodina Philippi regis in Macedonia, ubi repertum ait genus adamantis per ſemini cucumis. ¶ *Philippica vocitavit*, Φιλιππικὰς λόγους, dictæ ſunt, quæ Demoſthenes in Philippum regem Macedonum habuit: quem imitatus *Cicero*, eodem nomine ſuas ſaſcripſit in Antonium. *Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 1. In eis nectnonibus, quæ Philippicæ nominantur, eniteret civis illa tuus Demoſthenes. *Juvenal. ſat.* 10. v. 129. ridenda poemata malo, Quam te conſpicuæ divina Philippica famæ, Volveris a prima quæ proxima. ¶ Item ad Philippos Macedoniæ oppidum pertinens. *Plin. l.* 33. *c.* 3. M. Bruti in Philippicis campis epiſtolæ reperiuntur frementes, &c. ¶ *Flor. l.* 4. *c.* 2. *ante med.* Sic præcipitantibus fatis, prælia ſumpta aſt Theſſalia, & Philippicis campis Ubris, imperii, generis humani fata cummiſſa ſunt. Loquitur *Flor.* de Pharſalia, & *Philippicos campos* pro Pharſalicis poſuit. V. in voce *Philippi*.

PHILIPPUS, i, m. Φίλιππος, rex Macedonum, filius Amyntæ, peter Alexandri M. item alius, Perſei pater, qui cum Romanis bella geſſit. De utroque V. *Juſtin.* & de poſteriore *Livium*. Fuerunt & alii Macedonum regee hoc nomine. ¶ Metonymice eſt nummus Philippeus. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. v. 233. inculſis qui veribus & male natis Rettulit acceptos, regale nomiſme, Philippos. ¶ Dicitur etiam de aliis nummis. *Auſon. ep.* 5. v. 19. Bis ſeptem rutilos, regale nomiſma, Philippos. *Darius* mox appellat v. 23. Sic *Valerius.* in *quadam epiſt.* apud *Trebell. Poll.* in *Claud.* c. 14. Philippeos noſtri vultus annoe centum quinquaginta.

PHILLYRIDES. V. *Philyrides*.

PHILOCALIA, æ, f. φιλοκαλία, amor pulcritudinie: a φίλος, amicus, & καλός, pulcher: item ſtudium honeſtatis, elegantiæ, uitoris, urbanitatis in rebus ornatibus, in cultu corporis, in conviviis, ſupellectile, ædibus, convictu, &c. *Auguſtin. l.* 2. *contra Acad.* 2. 3. & in *ſ. cap.* 2.

PHILOCHARES, is, m. φιλοχαρὶς, herba eadem quæ marrubium. *Plin. l.* 20. *cap.* 22.

PHILOCOMASIUM, ii, f. φιλοκωμάσιον, h. e. comiſſationum amica, nomen aſt meretricie in *Mitite Plauti*: a φίλος, amicus, & κῶμος, comiſſatio: & eſt diminutiva vox, ut *Glycerium*, *Phronefium*, *Euſtachium*, &c.

PHILOCTETÆUS, a, um, Φιλοκτητάϊος, ad Philoctetem pertinens. *Cic. c. de Fin. cap* 29. Saaum illud Lemnium clamore Philoctetæo funeſtare.

PHILOCTETA, & Philoctetes, æ, m. (prior poſitio Latina eſt, altera Græca) Φιλοκτήτης, Pœantis & Demonaſſæ filius, & comes Herculis. Huic Hercules moriens in Oeta monte mandavit, ne cui corporis ſui reliquiae indicaret, idque jurare eum adegit, deditque pro munere pharetram & ſagittas Hydræ felle tinctas. Sed cum Delphico Oraculo monti affaat Græci, ad evertendam Trojam ſagittie Herculis opus eſſe, juventus Philoctetes, & de Hercule interrogatus, negavit primo, ſe aliquod de Hrreule ſcire, tandem vero mortuum eſſe confeſſus eſt, & cum graviter ad indicandum ſepulcrum cogeretur, ne jusjusandum violaret, ictu pedis locum oſtendit. Igitur conſtituere Principes Græciæ, ut ad bellum Trojanum deduceretur, quia ipſe ſolus Lernæis ſagittis uti poterat, quibus Paris erat occidendus. Verum nonus ſagittæ caſu in pede, quo Herculis tumulum monſtraverat, vulnere pene immedicabili affectus eſt. Quare cum vulneris fœtur a Græcis ferri non poſſet, in Lemno relictus eſt. Sed occiſo Achilla, Ulyſſes in Lemnum regreſſus, ad Trojam illum perduxit. Devicta autem Troja, pudore ne in patriam æger rediret, impeditus, in Calabriam venit, ibique Petiliam condidit. Tandem opera Machaonis medici ſanatus eſt. *Servius ad Æn.* 3. v. 402. *Cic. c. de Fin. cap.* 29. & *lib.* 5. *c.* 22. *lib. c. Tuſcul. c.* 7. & alibi. *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 30. *cum Ovid.* 13. *Met.* a *verſ.* 328. *lib.* 5.

lib. 5. *Triſt. el.* 1. *v.* 61. *Propert. l.* 2. *el.* 1. *v.* 61. &c. Sed *Servio* auctore, *lor. cit.* Græci Philoctetem in Lemno, ablatis ſagittis, reliquerunt. Alii narrant, non ſagittæ caſu, ſed morſu ſerpentis vulneratum fuiſſe, curante Junone iratâ, quod auſus fuiſſet Herculis pyram conſtruere. *Hygin. fab.* 102. *Cic. de Fato, c.* 16. & *Ovid.* 5. *Triſt. el.* 4. *v.* 12. ¶ Ad declinationem quod attinet *Cic.* 2. *de Fin. c.* 29. Sit Epicurus Philocteta. *Ovid.* 5. *Triſt. el.* 4. *v.* 12. Quidue Philoctetes ictus ab angue gemat. *Propert. l.* 2. *el.* 1. *v.* 61. Tarda Philoctetæ ſanaeit crura Machaon. *Cic.* 5. *de Fin. c.* 22. Ea perferent, quæ Philoctetam videmus in fabulis. *Id.* 2. *ad Q. Fr. ep.* 12. *ſub fin.* Meliorem civem eſſe, quam Philoctetem. *Ovid.* 13. *Met. v.* 328. Sis licet infeſtus ſociis, regique, mihique, Dure Philoctete.

PHILOGRÆCUS, i, m. φιλόλογος, qui libenter utitur dictionibus Græcis: vox hybrida ex Græco φίλος, amicus, & *Græcus* Latino. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 10. Tranſi inquit Aarus, nunc in illud genus, quod eos philogræci vocatis *dogiſtes*.

PHILOLOGIA, æ, ſ. φιλολογία, *ſtudio di belle lettere*, ſtudium eruditionis, ſeu humaniorum litterarum, quam eruditionem appellat *Suetonius in Aug. c.* 89. &c. *Cicero fil. Fam. 16. ep.* 21. Quid de Bruttio dicam? cujus cum frugi ſeveraque eſt eita, tum etiam jucundiſſima convictus. non eſt enim ſejunctus locus a philologia, & quotidiana ἀχροάσεις. *Cic. pater l.* 2. *ad Attic. ep.* 17. Ne & opere & oleum philologiæ noſtræ perierit. *Vitruv. in præfat. l.* 7. Reges Attalici magnis philologiæ dulcedinibus inducti, cum egregiam bibliothecam inſtituiſſent. ¶ Proprie eſt amor ſermonis, loquacitas, otium verborum ſtudium: a φίλος, amicus, & λόγος, ſermo. Hinc *Senec. epiſt.* 108. *a med.* Quæ philoſophia fuit, facta eſt philologia.

PHILOLOGUS, i, m. φιλόλογος, ſtudioſus philologiæ. *Cic. Attic. l.* 13. *ep.* 12. In qua *homines* nobiles illi quidem, ſed nullo modo philologi, nimis acute loquuntur. *Senec. epiſt.* 108 *a med.* Cum Ciceronis libros de Republica prehendis hinc philologus aliquis, hinc grammaticus, hinc philoſophiæ deditus. V. ibi reliqua, unde intelliges, quodnam philologi ſimul, & grammatici officium & ſtudium ſit. *Sueton. de Grammat. c.* 10. *de Attejo*. Philologi eppellationem ſumpſiſſe videtur, quia ſicut Eratoſthenes, qui primus hoc cognomen ſibi vendicavit, multiplici variaque doctrina cenſebatus. ¶ Ex duab. Inſcript. apud *Murator. to.* 2. *pag.* 806. *n.* 4. & 6. diſcimus, Philologos fuiſſe inter officia domus Auguſtæ. ¶ Adject. *Vitruv. l.* 6. *in proœm.* Cum & parentum cura, & præceptorum doctrinis cuctas haberem copias diſciplinarum, philologis & philotechnis rebus, commentariorumque ſcripturis me delectaus, &c. *vide erudite*.

PHILOMELA, æ, ſ. φιλομήλα, Pandionis regis Athenienſium filia. Tereus rex Thracum, cum Athenienſibus tuliſſet auxilium, ac Pandionis filium Prognem uxorem duxiſſet, poſt aliquot annos rogatus ab ea eſt, ut ſibi Philomelam ſororem ſuam videndam arceſſeret. Profectus Athenas, dum adducit puellam, eam in itinere citiaeit, eique linguam, ne facinus indicaret, abſcidit, inclufamque in ſtabulis reliquit, ementitus conjugi, eam periiſſe naufragio. Sed Philomela rem in veſte ſuo eruore deſcriptam, vel multa arte interſam, miſit ſorori. Qua re cognita Progne Itym filium interemit, patrique epulandum appoſuit. Cognito ſcelere Tereus dum in ambas inſurgit ulciſcendi cauſa, omnes in aves mutti ſunt, ipſa in upupam, Progne in hirundinem, Philomela in luſciniam. Alii Terenm fecero finaiſſe dicunt, Prognem uxorem mortuam, & petiſſe Philomelam in matrimonium: hoc dolore compulſam Prognem impiæ apulæ paraſſe viro, &c. Alii narrant eas navibus effugiſſe periculum, Tereum nove inſecutum: & ob celeritatem aves fuiſſe appellatos. *Servius ad Ecl. 6. v.* 78. *Hygin. fab.* 45. & fuſius *Ovid. 6. Met. a verſ.* 424. Lepida *Martial. l.* 14. *epigr.* 75. Flet Philomela nefas inceſti Tereos: & quæ Muta puella fuit, garrula fertur aeis. ¶ Interdum cum Progne Poetica licentia confunditur, at adnotaeit *Servius* ad illud *Virg. loc. cit.* Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit. ¶ Pru luſcinia, aut pro quacis ave *Id.* 4. *Georg. v.* 511. Qualis populea mœrens philomela ſub umbra Amiſſos queritur fetus, quos durus arator Obſervans nido implumes detraxit.

PHILOMOSUS, i, m. φιλόμοσος, amator, ſive amicus muſarum. Nomen proprium eſt apud *Martial. l.* 3. *epigr.* 20. & *lib.* 7. *epigr.* 75.

PHILONIUM, ii, v. φιλώνιον, pharmaci genus, dictum fortaſſe a Philone medico, cujus meminit *Caſſ. l.* 6. *c.* 6. *ſect.* 3. *Seren. Sammon. c.* 22. *v.* 396. Quid referam multie compoſita phijonia rebus?

PHILOPATOR, oris, φιλοπάτωρ, h. e. amans patris: cognomen additum Ἀντιόχῳ uni ex Ptolemæis, qui patrem matremque interfecit. *Juſtin. l.* 29. *c.* 2.

PHILOSARCA, æ, m. amator carnis: a φίλος, amicus, & σάρξ, caro. *Hieronym. epiſt.* 61. *ad Pammach. adverſ. Joann. Hieroſolym.* Nos ſimplices & philoſarcas dicere, quod eadem oſſa, & ſanguis, & caro reſurgat.

PHILOSOPHIA, æ, ſ. *Filoſofia*, φιλοσοφία, amor & ſtudium ſapientiæ: a φίλος, amicus, & σοφία, ſapientia. *Cic.* ita deſcripſit *l.* 2. *Offic. c.* 2. Nec quicquam aliud eſt Philoſophia, ſi interpretari velis, quam ſtudium ſapientiæ. Sapientia autem eſt, ut a veteribus Philoſophis definitum eſt, rerum divinarum, & humanarum, cauſarumque, quibus hæ res continentur, ſcientia. V. *Senec. epiſt.* 89. ¶ Triplex eſt, Phyſica, Ethica, Logica, quo nomine etiam Metaphyſica a veteribus comprehenditur. Prima rerum naturam ſcrutatur, fecunda animum componit, tertia bene differendi rationem docet. *Cic.* 1. & 2. *Acad.* & 5. *Fin.* 1. *de Or. c.* 15. Item *Senec. ep.* 89. ubi varias ejus diviſiones perſequitur. De diviſione Philoſophiæ ſecundum ſectas *Cic.* differit 2. *Acad.* 1. *de Legib.* 3. *de Orat.* ¶ Antonomaſtice, ſeu per excellentiam Philoſophiæ nomine Ethica, ſeu Moralis intelligitur. *Cic.* 2. *de Divin.* & 2. *de Orat.* & *Senec. paſſim.* ¶ In plur. num. uſurpat *Cicero* 3. *de Orat.* 1. 27. & *Gell. l.* 4. *c.* 1. & *lib.* 5. *c.* 3. Ille ſignificat ſectas Academicorum & Peripateticorum: hic vero priore loco ſubtiles diſputandi rationes, poſteriore partes ipſas Philoſophiæ, dialecticam, ethicen, &c.

PHILOSOPHICE, adverb. *de Filoſofia*, ut Philoſophice vivere, apud *Lactam. l.* 3. *c.* 14. *ad fin.*

PHILOSOPHICUS, a, um, *Filoſofico*, φιλοσοφικός, ad Philoſophiam ſpectans. *Cic.* 5. *Tuſcul. cap. ult.* A quo non modo impuſi ſumus ad Philoſophicas ſcriptiones, verum etiam laceſſiti. *Al. leg.* Philoſophas.

PHILOSOPHOR, oris, atus ſum, dep. 1. *filoſofare*, *ſtudiar Filoſofia*, φιλοσοφέω, ſapientiæ ſtudeo, rerum naturas perſcrutor, Philoſophorum more diſputo. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 3. Et enim minime videbamur, tum maxime philoſophabamur. *Id.* 2. *de Or. c.* 37. Decreci philoſophari potius (ut Neoptolemus apud Ennium) paucis: nam omnina haud placet. ¶ Reperitur etiam imperſ. *Plaut. Pſeud.* 2. 3. 21. Sed ſatis eſt philoſophatum.

PHILOSOPHUS, phi, m. *amatore della ſapienza*, *Filoſofo*, φιλόσοφος, amator ſapientiæ, naturæ interpres, magiſter virtutis, qui rerum cognitione delectatur: a φίλος, amicus, & σοφός, ſapiens. *Cicero* ſic deſcribit *l.* 2. *de Orat. c.* 49. Philoſophi denique ipſius, qui de ſua vi ac ſapientia unae omnia pæne prudtetur, eſt tanum quædam deſcriptio, ut is, qui ſtudeat omnium rerum divinarum atque humanarum vim, naturam, cauſaſque noſſe, & omnem bene civendi rationem tauare & perſequi, nomine hoc appelletur. *Varr.* apud *Non. c.* 1. *n.* 275. Nemo egrotus quicquam ſomniat tam inſaodum, quod non aliquis dicat philoſophus. ¶ Hoc nomen a Pythagora originem habuit. Cum enim Philuntem veniſſet, & cum Leonte principe Phliaſiorum docte & copioſe diſſeruiſſet, ajut ingenium & eloquentiam cum admiratus eſſet Leon, quæſivit ea re, qua maxima arte confideret; at ille, artem quidem ſe ſcire nullam, ſed eſſe Philoſophum, reſpondit. *Cic.* 5. *Tuſcul. c.* 3. ¶ Primus Philoſophus Thales Mileſius fuit. *Cic.* 1. *de nat. Deor. cap.* 10. & *in Fragm. de Philoſophia* apud *Lactant. l.* 3. *c.* 16. *ad fin.* ¶ Adjective *Pacuv.* apud *Gell. l.* 13. *c.* 8. Ego oli homines ignava opera, philoſopha ſententia. *Imp. Verus in quadam epiſt.* apud *Vulcat. Gallican. in Avid. Caſſ. cap.* 5. Te philoſophum amiculum vocat. ¶ Primam ſyllabam Poetæ neceſſitate producunt. *Sidon. carm.* 15. *v.* 43. Innumerabilium primordia philoſophorum. Adde *verſ.* 182.

PHILOTECHNUS, a, um, adject. a φίλος, amicus, & τέχνη, ars, artificioſus, induſtrius. *Vitruv. l.* 6. *proœm.* Philologis, & philotechnis rebus me delectans.

PHILTRUM, i, n. *medicamento per far amare*, *malia*, φίλτρον, amatorium poculum, quod in amorem, & plerumque in inſaniam inducit: a φιλέω, amo. *Ovid.* 2. *de or. am. verſ.* 105. Nec data proſuerint pallentia philtra puellis: Philtra nocent animis, vimque furoris habent. *Juvenal. ſat.* 6. *v.* 609. Hic magicos affert cantus, hic Theſſala vendit Philtra, quibus caleant mentem vexare mariti, Et ſolea pulſare nates.

PHILUS, i, m. *amico*, φίλος, amicus. *Petron. in Satyr. c.* 110. Quam facile (*mulieres*) adamarent: quam cito etiam philorum oblivisceretur. Al. leg. *filiorum*.

PHILYRA, & Philura, æ, ſ. φιλύρα, membrana tenuiſſima inter corticem & lignum tiliæ arboris. eam Græca vox tiliam ſignificat. *Plin. l.* 16. *c.* 14. *de tilia*. Inter corticem & lignum tenues tunicæ multiplici membrana, e quibus cincula, iliæ eocantur: tenuiſſimæ earum, philyræ, coronarum lemniſcis celebres, antiquorum honore. *Horat. l.* 2. *od. ult. v.* 2. Diſplicant nexæ philyre coronæ. *Plin. l.* 21. *cap.* 3. Lemniſcos cælare primus inſtituit P. Claudius Pulcher, bracteaſque etiam philyræ dedit. *b. e.* lemniſco tenuiſſimo aureo adjecit bracteas aureas. *Ovid. l.* 5. *Faſt. v.* 337. Ebrius incinctis philyre conviva capillis Saltat. *Plin. c.* 2. *l.* 24. Philyra coci, & polline nimium ſelem cibi eximunt. *Id. l.* 19. *c.* 2. *circa med.* Junco Græcos ad funes uſos, poſtea palmarum ſoliis, philyraque manifeſtum eſt. ¶ Dicitur etiam de tenuiſſimis papyri membranis, ea quibus charta fit. *Plin. l.* 13. *c.* 11. *extr. de papyro*. Præparantur ea eo chartæ, diviſo acu in prætenues, ſed quam latiſſimas philuras. *Ulpian. Dig. lib.* 32. *leg.* 50. Librorum appellatione continentur omnia volumina, ſive in charta, ſive in membrana ſint, ſive in quovis alia materia. Sed & ſi in philyre, aut tilia, aut nonnulli conficiunt, aut in aliquo corin, idem erit dicendum. ¶ Eſt etiam hoc nomine Nympha Oceani filia, cum qua concumbens Saturnus, advenicnte Ope conjuge, in equum ſe vertit, & aufugit. Ea re autem concubitu natus eſt Chiron dimidia parte homo, dimidia equus: quo territa monſtro Philyre, petiit a Jove, ut ſe ea tanto opprobrio eriperet, qui eam vertit in arborem ſui nominis. *Hygin. fab.* 138. & *Servius* ad illud *Virg.* 3. *Georg. v.* 92. Talis & ipſe jubam cervice effudit equina Conjugis adventu pavida Saturnus, & altum Pelion himitu fugiens implevit acuto. Adde *Valer. Flacc. l.* 5. *v.* 153.

PHILYREIUS, & Philiréus, a, um, ad Chironem pertinens Philyræ filium. *Ovid. Met.* 2. *v.* 676. & *lib.* 5. *Faſt. v.* 391. Philyreius heros. *Id. Met.* 7. *verſ.* 352. Philyreia tecta. *Al. leg.* Philyreaque tecta.

PHILYRIDES, & *Poetice* Phillyrides, æ, m. φιλυρίδης, Chiron filius Philyræ. *Propert. l.* 2. *el.* 1. *v.* 61. Tarda Philoctetæ ſanaeit crura Machaon: Phœnicis Chiron lumina Phillyrides. *Ovid. lib.* 1. *de art. am. v.* 12. Phillyrides puerum cithara perfecit Achillem. Adde *Virg. Georg.* 3. *v.* 550.

PHILYRINUS, a, um, qui eſt a philyra, ut *Philyrinus liber*, philyræ tunica, quæ coronæ alligantur. *Servius ad lib.* 3. *Georg. verſ.* 93. V. *Philyra*.

PHIMUS, i, m. φιμὸς, fritillus, pyrgus. Quidam legunt in illo *Horatii lib.* 2. *ſat.* 7. *verſ.* 17. Mitteret in phimum talos. At plerique *pyrgum*.

PHINEIUS, & Phineus, a, um, ad Phineum pertinens. *Virg.* 3. *Æn.* v. 212. Phineis poſtquam Cleſa domus. *Ovid.* 6. *Faſt. verſ.* 132. Sunt avidæ volucres, non quæ Phineis menſis Guttura fraudabant, &c. *Val. Flacc. l.* 4. *verſ.* 504. Phineia teſta. *Petron. in Sat. c.* 136. cum Phineo maduere veneno Fellaces epulæ. *Ovid.* 5. *Met.* v. 109. Phinea cecidere manu. *b. e.* Cephei. *Senec. in Herc. Fur.* v. 759. Terreteque menſas ſvida Phineas avis. *Id. in Thyeſt.* v. 654. Phineæ eves. *b. e.* Harpyiæ.

PHINEUS, i, m. diſyllab. Φινεὺς, filius fuit, teſte Helleanico, Agenoris, vel, ut *Heſiodus* ait, Phœnicis & Caſſiopeæ, nepos Agenoris, frater Cilicis, Dorycli, & Atumini. Hic vates Apollineus, & rex Arcadiæ, vel ut alii ſcribunt, Thraciæ, vel ut curſus alii, Paphlagoniæ, uxorem duxit Cleopatram, quam quidam Sthenoboeam, ſeu Sthenoboen vocant, ex qua genuit Orytum, & Crambum, ut *Sophocles*; ut alii Mariandynum, & Thynum; vel, ut curſus alii, Pariæmonem & Phineam, quibus, mortua priore conjuge, Harpalycen filiam Boreæ & Orithyiæ, ſororem Calais, & Zethi, novercam ſuperinduxit. Sed alii dicunt, Phineum Cleopatram filiam Boreæ & Orithyiæ, uxorem duxiſſe, ſecundam vero Idæam Dardani filiam novercam ſuperinduxiſſe. Suaſu ſecundæ uxoris filios ſuos ex priore ſuſceptos excæcavit, quaſi eam illi de ſupro interpellaſſent. Quapropter & ipſe excæcatus eſt a diis, & Harpyiæ contra eum miſſæ, quæ menſam ejus & cibos turpiſſime fœdabant. Poſtea vero, cum Argonautæ humaniſſime excepiſſet, Iaſon præcepit Calai & Zetho fratribus alatis, et ayes illac ve ejus regno expellerent, a quibus uſque ad Steuphades inſulas fugatæ ſunt. Poſtremo occiſus eſt ab Hercule, cum is in ſolitudine liberos Phinei inveniſſet excæcatos, audiviſſetque eos calumnias novercæ ejectos fuiſſe. *Serv. ad Æn.* 3. v. 209. *Hygin. fab.* 19. *Ovid.* 7. *Met.* v. 3. *lib.* 1. *de ar. am.* v. 339. & *Val. Flacc. lib.* 4. a *verſ.* 465. & alii. *Ovid. de remed. Amor.* v. 355. Illa tuas redoluit, Phineu, medicamina menſas. *Val. Flacc. l.* 4. v. 425. Litoa fatidici pœna horreretis Phinei. *& verſ.* 473. Suſtulit hæc geminas Phineus ad fidera palmas. ¶ *Phineus* pro quocumque cæco. *Martial. lib.* 9. *epigr.* 26. Si non vis teneros ſpaſſet convita miniſtros, Phineas invites, Afer, & Oedipodas. ¶ Phineus alter, Cephei frater, qui cum promiſſam ſibi Andromedam filiam fratris a Perſeo, cui ex pacto poſtea nupſerat, repeteret, poſt ingentem rixam, viſo caſu capitis Meduſæ, in lapidem mutatus eſt. *Ovid.* 5. *Met.* a *verſ.* 1. *Id. ibid.* v. 210. Pœnitet impulſi tam demique Phinea belli.

PHINIDES, æ, m. Φινίδης, Phinei filius. *Ovid. in Ibin*, v. 273. Ut duo Phinidæ, quibus idem lumen ademit, Qui dedit.

PHISON, m. unus ex quatuor fluviis, qui e terreſtri Paradiſo egrediuntur. Aliis eſt Ganges, aliis Nilus, aliis Phaſis, qui eſt in Colchide. *Alcim. Avit. l. c. v.* 290. Quartus Phiſon erit, quem poſſidet Indus Gangem.

PHLEBOTOMATUS, a, um, *falaſſato*, ut Phlebotomati ægrotantes, *Cœl. Aurelian. Acut. l.* 2. *c.* 13.

PHLEBOTOMIA, æ, f. *falaſſa*, inciſio venæ, φλεβοτομία a φλὲψ, βός, vena, & τέμνω, ſeco. *Cœl. Aurelian. Acut. l.* 2. *c.* 18. Si dolor vehemens fuerit, phlebotomiam convenit adhibere. *Veget. lib.* 1. *vet. veter. c.* 24. Si phlebotomia uti volueris. ¶ Scribitur & *flebotomia*.

PHLEBOTOMĬCE, es, f. φλεβοτομική, phlebotomia. *Cœl. Aurelian. Acutor. l. c. c.* 3. *a med.* Phlebotomice adhiberi prohibetur.

PHLEBOTŌMO, & Flebotomo, as, avi, atum, *falaſſare*, *cavar ſangue*, φλεβοτομέω, inciſa vena ſanguinem extrahо cuntionis cauſa. *Veget. de re veterin. l.* 1. *c.* 24. Admiſſarios flebotomare non eſt opus. *Cœl. Aurel. l.* 2. *Acut. c.* 14. Phlebotomat eos, qui, &c. Adde *lib.* 2. *c.* 19. *a med.*

PHLEBOTŌMUS, i, m. *falaſſo*, φλεβότομον, inciſio venæ, phlebotomis: item ſcalpellum, quo vena inciditur, *lancetta*. *Veget. l. c. vet veterin. c.* 19. Quæ in cauteriis, vel phlebotomo facienda ſunt. *& cap.* 27. *extr.* Cauto tranſverſo phlebotomo percutiet. *Cœl. Aurel. Acut. l.* 2. *c.* 19. *a med.* Phlebotomo uti. *Theod. Priſcian. l.* 2. *c.* 22. Phlebotomus adhibendus. ¶ Scribitur & *flebotomus*.

PHLEGĔTHON, ontis, m. *Flagetonte*, φλεγέθων, fluvius Inferorum igneis undis fluens: a φλεγέθω, uro, incendo. In Fabulis Cocyti filius dicitur. *Stat.* 4. *Theb.* v. 528. Iliventes Acheron ejectat arenas: Fumidus atre vadis Phlegethon incendia volvit. *Senec. in Thyeſt.* v. 1018. ardenti feeto Phlegethon arenas igneus tortas agens. *Id. in Oedip.* v. 162. Phlegethonque ſus motam ripa Miſcuit undis Styga Solomiæ. *Id. in Agam.* v. 752. hæc hodie ratis Phlegethontis otii legias animas vebet. ¶ *Virg.* 6. *Æn.* v. 264. Di, quibus imperium eſt animarum, umbræque ſilentes, Et Chaos, & Phlegethon, loca nocte ſilentia late. Ubi *Servius*: per Phlegethonta ignem ſignificet, unde ſecundum Heraclitum cuncta procreantur.

PHLEGETHONTEUS, a, um, φλεγεθόντιος, ad Phlegethontem pertinens. *Claudian. l.* 1. *de rapt. Proſ.* v. 88. Et Phlegethonteæ requierunt murmura ripæ.

PHLEGETHONTIS, idis, f. quæ eſt a Phlegethonte. *Ovid.* 15. *Met.* v. 532. Et lacerum ſovi Phlegethontide corpus in unda. Adde *lib.* 5. v. 544.

PHLEGMA, & Flegma, atis, n. *flemma*, φλέγμα, humor in corpore frigidus, & humidus, hieme potiſſimum exuberans. *Pallad. in Jul. cit. 6.* Hoc vim genet ventrem purgabit, flegma diſſolvet. *Veget. l.* 2. *de re Veterin. cap.* 12. Jumentum inſaniens multum flegmatis ex ore profundet. *& lib.* 3. *c.* 19. Flegma in genibus jumenti curam. ¶ Volunt eſſe a φλέγω, inflammo, per antiphraſim, quia minime calidum eſt: & ſunt qui *Plinio* etiam tribuunt *l.* 23. *c.* 1. *ante med. fcſ.* 17. *Hard.* Sed ibi *feminæ* legendum eſt.

PHLEGMŌNE, es, f. *inflammazione*, φλεγμονή, collectio ſanguinis in aliqua parte corporis cum rubore, tumore, calore, & dolore, quæ quatuor *Celſ. l.* 5. *c.* 20. ſigna inflammationis eſſe poſuit: a φλέγω, inflammo. *Plin. lib.* 20. *cap.* 4. Raphanos tuſos phlegmonæ illinere.

PHLEGON, ontis, *vel* ontis, m. φλέγων, unus ex equis Solis: a φλέγω, ardeo. *Ovid. Met.* 2. v. 154. volucres Pyroeis, Eous, & Æthon, Solis equi, quartuſque Phlegon.

PHLEGONTIS, idis, f. φλεγοντὶς, gemmæ genus, a φλέγω, uro, quod in ea flamma quædam intus ardere videatur. *Plin. lib.* 37. *cap.* 11.

PHLEGRA, æ, f. φλέγρα, poſſa Pallenes, urbs Macedoniæ, circa quam vallis fuit, in qua Gigantes olim cum cœleſtibus confixiſſe, & ab Hercule enſtinctı eſſe dicuntur. *Plin. l.* 4. *c.* 10. & *Solin. c.* 9. (*al.* 14.) Qui ad hiſtoriam fidem pugnam hanc conantur reducere, ita ſcripſerunt: Pallenen, quæ veteri nomine Phlegra vocabatur, homines tenuerunt, quibus immanitas & ſuperbis morum Gigantum cognomen peperit. In hos ineunte prælium Hercule, fulmina de cœlo miſſa ſunt, donec ii fugere conſti ſunt, ſicque ingenti victoria ſeperati. Ex hac re rumor in vulgus ortus, ut Gigantes moverint bellum diis. *Stat. 1. Theb. v.* 595. Non aliter Geticæ ſi fas eſt credere Phlegræ, Armatem immenſus Briareus ſtetit æthera contra. *Senec. in Herc. Fur.* v. 444. Poſt monſtra tot perdomita, poſt Phlegram impia ſparſam cruore, poſtque defenſos deos. *Val. Flacc. l.* 1. v. 564. Iapeti poſt bella trucis, Phlegræque labores. V. vocem ſequent.

PHLEGRÆUS, a, um, φλεγραῖος, ad Phlegram pertinens. *Ovid.* 10. *Met.* v. 150. recini plectro graviore Gigantas, Sparſaque Phlegræi victricia fulmina campis. *Propert. lib.* 2. *el.* 1. v. 39. Phlegræos Jovis, Enceladique tumultus. *Stat. l.* 1. *Achill.* v. 484. Phlegræa caſtra. *Senec. in Thyeſt.* v. 811. Phlegræi hoſtes. *Val. Flacc. l.* 5. v. 693. Phlegrææ pugnæ. *Martial. l.* 8. *epigr.* 78. Phlegræa victoria. *Stat. l.* 5. *ſilv.* 3. v. 196. Phlegræa prælia. *b. e.* civilia ac tam impia, quam fuere Gigantum cum diis. ¶ In illo *Propert. l.* 3. *el.* 9. v. 37. Iſſane Phlegræo melius tibi funera campo: intelligo campum Pharſalicum, vel Philippenſem, ubi belli civilis Pompeji ac Cæſaris furor detonuit. Sunt enim qui Phlegram in Theſſalia (ubi campi Pharſalici) ponunt. ¶ Phlegræi campi ſunt etiam in Campania Italiæ regionis, ubi Forum Vulcani, prope Puteolos, & Achemſiam paludem e teſte *Plin. l.* 3. *c.* 5. *Sil. l.* 8. v. 540. & *Strabone l.* 5. & 6. quibus ſimiliter Poetæ tribuunt pugnam Gigantum cum diis, quia ſulphure & ignibus ea loca abundant. Unde illud *Propert. l.* 2. *el.* 10. v. 8. Sive Anienæ ſuos tinxerit unda pedes: Sive Gigantea ſpatiabere litore ora. ¶ Phlegræus vertex, apud *Sil. l.* 8. *verſ.* 657. eſt ſumma erumpens e cacumine Veſuvii montis, quia tam alte aſcendit, ut ſidera tangere videatur, & cum diis Gigantum mox pugnare: vel quia a φλέγω, oro, incendo.

PHLEGYAS, æ, m. Φλεγύας, Martis filius, rex Lapitharum in Theſſalia, pater Ixionis & Coronidis Nymphæ, quam cum ab Apolline vitiatam ſenſiſſet, confeſtim ira percitus, templum ejus Delphis incendit. Quapropter Apollo iratus ipſum ſagittis interfectum ad Inferos detruſit, ubi hac pœna afficitur, ut ſub ingenti ſaxo, ruinam minitante, ſedens ſemper illud caſurum ſuſpicetur & timeat. *Servius ad Æn. 6. v.* 618. *Stat. 1. Theb. v.* 723.

PHLEOS. V. *Phees*.

PHLIASIUS, a, um, Φλιάσιος, adject. a Phliunte, ut Phliaſius ſermo, *Cic. Tuſcul.* 3. *c.* 4. *h.* 2. Phliunte habitus. ¶ *Phliaſii*, *orum*, Phliuntis incolæ. *Cic. ibid. c.* 3. & *Attic. l.* 6. *ep.* 2.

PHLIUS, untis, m. Φλιοῦς, oppidum Peloponneſi in Sicyonia, ad fontes Aſopi amnis. *Plin. l.* 4. *c.* 5.

PHLOGINOS, i, m. φλόγινος, gemma colom flammeo: a φλόγω, inflamma. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

PHLOGITES, æ, m. φλογίτης, gemma eadem, quæ phlogitis. *Solin. cap.* 37. (*al.* 50.) *extr.* Phlogites oſtentat intra ſe quaſi flammas effluentes.

PHLOGITIS, itidis, f. φλογῖτις, gemma, in qua intus ardere flamme quædam videtur, quæ non exeat. *Plin. l.* 37. *c.* 11.

PHLOMIS, idis, f. φλωμὶς, herba hirſuta, eſtundis foliis, humilis, quaſi parvum verbaſcum. Ejus tria genera memorat *Plin. l.* 25. *cap.* 10. & tertium genus ait habere folia craſſa & pinguia, aptaque ſuccernarum luminibus: unde & lychnitis dicta eſt.

PHLOMOS, i, m. φλώμος, herba eadem quæ verbaſcum. *Plin. l.* 25. *cap.* 10.

PHLOX, phlogis, f. φλὸξ, φλογὶς, Græcis flammam ſignificat: a φλέγω, incendo. Eſt etiam nomen violæ ſilveſtris, colore flammeo. *Plin. l.* 21. *c.* 11.

PHOBETOR. V. *Morpheus*.

PHOCA, æ, & Phoce, es, f. *vorchiomarino*, φώκη, vitulus marinus, beſtia, quæ corio, & pilis tecta eſt, cunctis modo coit, partu in terra pecudum more, & in ſomno inſtar bovis mugit. *Plin. lib.* 9. *c.* 7. *extr. & lib.* 13. *Virg.* 4. *Georg.* v. 432. Sternunt ſe ſomno diverſæ in litora phocæ. *& verſ.* 395. *de Proteo*. & turpes paſcit ſub gurgite phocas. *Ovid. c. Met. v.* 300. deformes phocæ. *& lib.* 1. v. 267. Corpora phocarum ſummo reſupina profundo Exanimata jacent. ¶ Fingunt Poetæ, Proteæ vehi curru, quem junctæ phocæ trahunt. *Val. Flacc. l.* 2. *verſ.* 319. ¶ Fabulantur etiam unum quendam neporem Cephiſi ab Apolline in hanc piſcem converſum. *Ovid. Met.* 7. v. 388. Cephiſon procul hinc deflentem fata nepotis Reſpicit in tumidam phocen ab Apolline verſi.

PHOCÆA, æ, f. Φώκαια, urbs Ioniæ, in ora maris, in confinio Æoliæ,

liæ, Athenienſium colonia, cum portu. Dicta creditur, quod ingens phocarum numerus contentibus apparuerit. *Plin. l. 5. c. 29. ſub fin. & cap. 30. & Pompon. Mela in fin. c. 17. l. 1.* ¶ Ejus forma & ſitus deſcribitur a *Liv. l. 37. c. 32.*

PHOCÆENSIS, ſe, Φωκαϊς, ad Phocæam pertinens. *Plin. l. 3. c. 4.* Maſſilia Græcorum Phocæenſium fœderata. *& cap. 3.* Phocæenſium ſobolea. *Juſtin. l. 43. c. 3.* Phocæenſium juventus. Adde *Liv. l. 37. c. 32. & lib. 38. c. 39.*

PHOCÆUS, a, um, ad Phocæam pertinens. *Horat. epod. 16. v. 17.* Phocæorum Velut profugit exſecrata civitas Agros, atque lares paternos. *Gell. l. 10. c. 16.* narrat, Phocidis (intellige *Phocæa*) incolas ab Harpago Cyri præfecto vexatos bello, reliquiſſe patriam, & in Europam migraſſe, ubi inter alias urbes Maſſiliam condidere. ¶ Aliud eſt *Phocæus*, de quo V. infra.

PHOCAICUS, a, um, Φωκαϊκός, ad Phocæam urbem Ioniæ pertinens. *Ovid. 6. Met. v. 8.* Colophonius Idmon Phocaico bibulas tingebat murice lanas. *b. e.* qui in mari juxta Phocæam capiebatur. Unde ex hoc loco diſcimus Phocaicam purpuram in pretio fuiſſe. ¶ Item ad Maſſiliam pertineas, cujus incolæ a Phocæa oriundi. *Sil. lib. 4. v. 52.* Scipio Phocaicus ſe ſe referebat ab ortu. *Senec. in epigr.* Corſica Phocaico tellus habitata colono. (V. *eund. de conſol. ad Helv. c. 8.*) Al. leg. *Phoceo*. ¶ Phocaicas Emporias *Silius* appellat ab eadem ratione. *l. 3. v. 369.* V. *Liv. l. 34. c. 9.* & *Plin. l. 3. c. 3. ante med.* ¶ Item *ad* Phocidem, Φωκικός. *Ovid. Met. 2. v. 569.* Phocaica clarus tellure Coroneus. *Lucan. l. 3. verſ. 172.* Phocaicas Amphiſſa manus, ſcopulоſaque Cirrha, Parnaſuſque iugo miſit deſertus utroque. *Id. l. 5. v. 143.* crinesque in terga ſolutos Caadida Phocaica complectitur infula lauro. *b. e.* Parnaſia, quia Parnaſus in Phocide eſt. ¶ Cur Erymanthum, qui mons eſt, & Suvius Arcadiæ in Peloponnaſo, *Phocaicum* dixerit *Ovid. 2. Met. v. 244.* cauſam reperire neſciunt Interpretes. Itaque alii *Pſophidium*, aut *Pſophaum* malient, a Pſophide, quod eſt oppidum Arcadiæ ad fontes Erymanthi, Ψωφὶς, apud *Plin. l. 4. c. 6. & lib. 12. c. 26. Ovid. 5. Met. v. 607.* & *Stat. 4. Theb. v. 296.*

PHOCAIS, idis, adject. femin. ad Phocæam Ioniæ pertinens. *Lucan. l. 3. v. 341.* Phocais in dubiis auſa eſt ſervare juventus Non Grajs levitate fidem. *b. e.* Maſſilienſis, quæ e Phocæa originem ducit. Adde *Sil. l. 15. v. 172.* ¶ *Phocais ballиſta* dicta a Maſſilienſibus, qui in hoc armorum genere excellueruut, & a Phocæa in Europam Inveserunt, ponitur pro quavis ballиſta per ſynecdochen, in illo *Silii l. 1. v. 334.* adductis ſtridula nervis Phocais effundit vaſtos ballиſta molares.

PHOCENSIS, ſe, Φωκικός, ad Phocidem Græciæ regionem pertineus. *Phocenſes, inm*, Φωκεῖς, ejus regionis homines. *Juſtin. l. 8. c. 1. 2. 4. & 5. & lib. 11. c. 3. Plin. l. 3. c. 5. ad fin. & Solin. cap. 2.* (*al. 8.*) ¶ Item ad Phocæam pertinens, pro *Phocæenſis*, unde *Phocenſes* ejus urbis cives, Φωκαεῖς. *Juſtin. l. 37. c. 1.* Maſſilienſes pro Phocenſibus conditoribus ſuis legatos Romam deprecatum miſere. Adde *lib. 43. c. 3.* & *Solin. c. 2.* (*al. 8.*) *ad fin.* Sunt tamen, qui his locis *Phocæenſes* legendum cenſent. Alii putant, erratum eſſe in hac re a Latinis Scriptoribus, qui *Phocenſes* pro *Phocæenſibus* perperam ſumpſerint: quod & in *Phocæcus*, *Phœceus*, & *Phœcis* videre eſt.

PHOCEUS, a, um, Φώκαιος, ad Phocidem pertiuens. *Ovid. Met. 5. v. 276.* Daulia Threicio, Phocenqus milite rura Ceperat. *& lib. 12. v. 348.* Phoceus Anetor. *Plin. lib. 34. cap. 8. ante med.* Telephanes Phoceus. *Ovid. 1. Triſt. el. 5. v. 21.* & *lib. 4. el. 4. v. 71.* juvenis Phoceus. *b. e.* Pylades filius Strophii regis Phocidis. Adde *Senec. in Oedip. v. 772.* His autem locis al. mala leg. *Phocæus*. nam hoc ad Phocæam pertinet.

PHOCIS, idis, f. Φωκὶς, regio Achajæ inter Bœotiam, & Ætoliam, in qua Delphi urbs, Parnaſus, & Helicon montes, Caſtalius fons, & Cephiſus fluvius. *Ovid. Met. 1. v. 313. Pompon. Mela l. 2. c. 3. Liv. l. 28. c. 5.* & *lib. 32. c. 18.* & *Stat. 1. Theb. v. 64.* ¶ Dicta ferunt a Phoco Æaci filio, quem Peleus, & Telamon occidiſſe dicuntur. ¶ Sumitur & pro Phocæa urbe Ioniæ, tum ſubſtantiva, tum adjective. V. dicta in *Phocenſis. Gell. l. 12. c. 26.* Qui ab Harpalo ex terra Phocide fugati ſunt, Maſſiliam condiderunt. *Senec. de conſol. ad Helv. c. 8.* Phocidis relicta, Graji, qui nunc Maſſilium colunt, prius in hac inſula (*Corſica*) conſederunt. *Lucan. l. 4. v. 256.* nec Phocidos undis Maſſiliæ, Phario nec tantum eſt æquore geſtum. (Etiam *Sidon. carm. 23. v. 13.* Phocida pro Maſſilia poſuit.) *Id. lib. 3. v. 340.* Et poſt trauslatas exuſtæ Phocidos arces. Adde *lib. 5. v. 53.* ¶ *Phocis* apud Chios genus eſt piri, quam ſi lambat aut mordeat capra, utiliorem fieri, ſcribit *Plin. l. 17. c. 24. ad fin.* cum aliæ arbores ea injuria fiant deteriores, aliæ moriantur.

PHOCUS, ci, Φῶκος, Æaci filius, Pelei frater, & ab hoc occiſus. *Ovid. Met. 7. v. 476.* & *lib. 11. v. 267.* & *381.*

PHŒBAS, adis, f. mulier Phœbi vates, quæ ejus numine concepto furere & bacchantis more agitari, & futura prædicere credite eſt. Eadem & Pythia dicitur. *Lucan. l. 5. v. 128.* Limine terrifico metuens conſiſtere Phœbas. *& verſ. 165.* tandemque potitus Peſtare Cirrhæo non unquem plenior artus Phœbadne irrupit Pæan. V. ibi reliqua, & adde *Sil. l. 15. v. 282.* ubi Phœbas Iliaca eſt Caſſandra. Sic *Ovid. l. 2. Triſt. v. 400.* & *lib. 2. Amor. el. 8. verſ. 12.* Serva Mycenæo Phœbas amſta duci. Adde *Propert. l. 3. el. 22. v. 61. Senec. in Agam. v. 586.* & *712.* & *Sidon. carm. 15. v. 2.* & *carm. 5. v. 194.*

PHŒBE, es, f. Φοίβη, Phœbi ſoror, Luna, Diana. *Virg. Georg. 1. v. 431.* vento ſemper rubet aurea Phœbe. *Id. 10. Æn. v. 215.* almaque curru Noctivago Phœbe medium pulſabat Olympum. *Val. Flacc. l. 7. v. 366.* quæ lampade Phœbes Sub decima juga ſera menſit. *Ovid. l. 3. Amor. el. 2. v. 51.* Auguribus Phœbus, Phœbe venantibus adſit. *Id. Heroid. ep. 20. v. 229.* jaculatrix Phœbe. *Id. 1. Met. v. 476.* innupta. ¶ Fuit etiam hoc nomine filia Ledæ, ſoror Helenes. *Ovid. Heroid. ep. 8. v. 77.* Flebat anus, Phœbeque ſoror, fratreſque gemelli. Al. aliter leg.

PHŒBEIUS, &

PHŒBEUS, a, um, Φοιβήϊος, & Φοίβειος, ad Phœbum pertinens. *Ovid. 5. Met. v. 389.* Silve ſuis frondibus Phœbeos ſubmovet ictus. *b. e.* radios & calorem. *Lucret. l. 2. v. 504.* Phœbea carmina. *Virg. Æn. 4. v. 6.* lampas. *Ovid. 3. Faſt. v. 847.* aere morbos pellere. *Id. 4. Triſt. el. 2. v. 51.* laurus. *Id. 2. ex Pont. ep. 2. v. 82.* virgo. *b. e.* Daphne in laurum converſa. *Id. Heroid. ep. 16. v. 180.* lyra, *Id. Met. 7. v. 365.* Rhodos. *b. e.* in qua præcipue Phœbus colebatur. *Id. 3. Met. v. 130.* Phœbeæ ſortes. *b. e.* oracula, reſponſa. (V. *verſ. 8.*) *Id. 3. de ar. am. v. 789.* Phœbei tripodes. *Stat. l. 3. ſilv. 4. v. 6. & 69.* & *Ovid. Met. 15. v. 642.* Phœbeius juvenis. *b. e.* Æſculapius Phœbi filius. *& verſ. 742.* anguis. *b. e.* idem in anguem verſus. *Id. Met. 2. v. 545.* & *Stat. l. 2. ſilv. 4. v. 17.* ales. *b. e.* corvus a Phœbo ex albo mutatus in nigrum, qui in auguriis præcipuum locum habet. Sic *Auſon. Edyll. 11. v. 15.* Phœbeus oſcan. *Lucan. lib. 3. v. 203.* Phœbea palatia complet turba Patrum. *b. e.* templum Apollinis in Palatio exſtructum ab Auguſto. *Petron. in Satyr. c. 135.* Phœbeia Circe. *b. e.* Solis filia. Sic *Valer. Flacc. l. 2. v. 258.* Phœbeius Idmon. *b. e.* Phœbi filius & vates, *Id. l. 3. v. 372.* Phœbeus Mopſus. *b. e.* Phœbi vates & augur. *Senec. in Agam. v. 176.* Phœbeus ſenex. *b. e.* Chryſes Phœbi ſacerdos. V. *Chryſes. Lucan. l. 9. v. 965.* Phœbeus murus. *b. e.* Troja a Phœbo & Neptuno exſtructus. De Phœbeis navalibus apud *eund. l. 3. v. 182.* V. Interpretes.

PHŒBIGENA, æ, m. Phœbi filius. *Virg. 7. Æn. v. 773. de Æſculapio.* Fulmius Phœbigenam ſtygias detruſit ad undas. Adde *Seren. Sammon. cap. 11. v. 186. & cap. 20. v. 364.*

PHŒBUS, i, m. *Sole, Febo*, Φοῖβος, idem ac Apollo: ita dictus a ſpecie & nitore, ut aliqui ſenſere apud *Macrob. l. 1. Saturn. c. 17.* Nam φοῖβος notat ſplendidum, lucidum, purum, teſte *Heſych. Hoſm. in carm. ſec. v. 61.* Augur, & ſulgente decorus arce Phœbus. ¶ Revera πάϊος adject. eſt. quare *Homerus* ſæpe παῖδα Ἀπόλλωνα habet; eumque imitatus *Virg. Æn. 3. v. 251.* Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo Prædixit. ¶ pro Sole. *Horat. l. 3. od. 21. extr.* Dum vediens fugat aſtra Phœbus. *Ovid. Met. 2. v. 109.* poſitaque en ordine gemmæ Clara repercuſſo reddebant lumina Phœbo. *Id. de remed. Amor. v. 585.* Trithoe idcirco noe eſt, quam tempora Phœbi.

PHŒNICE, es, f. *Fenice*, Φοίνιξ, regio Syriæ maritima, inter reliquam Syriam ed Bor. Eleuthero fl. diſtreminante, & Paleſtinam ad Mer. Cherſeo fl. ab ea diuiſa. Olim Phœnica erat, quioquid terrarum inter Eleutherum flu. & Peluſium opp. Ægypti mari interno objacebat. Dicta eſt a Phœnice filio Naptuni & Libyes, qui in hac regione regnavit. Inter alia abundat murice, gypſo, gentiano, lilio, myrtis, & circa Orontem myrrha. Sed uſtro maxime Tyrio claret. *Plin. l. 5. c. 12. & 19.* & *lib. 36. c. 26. Pompon. Mela l. 1. c. 12.* ¶ Phœnice item inſula parva maris Ægæi, alio nomine Ios. *Plin. l. 4. c. 12.* Item alia adverſa Sigeo litori, alio nomine Tenedus. *Id. in fin. c. 32. l. 5.* ¶ Item urbs Epiri. *Liv. l. 29. c. 12.*

PHŒNICEA, æ, f. φοινίκη, herba, quam Latini hordeum marinum appellant, quidam hodie ſterilem evenam. *Plin. l. 22. c. 25.*

PHŒNICES, cum, m. Φοίνικες, pop. Phœniciæ, qui a Poetis etiam Agenoridæ, & Pygmalionei dicuntur. Nomen accepere a Phœnice filio Neptuni & Libyus. A mari rubro profecti Tyrum, Sidonem, & alias urbes in Phœnicia condidere. Iidem Thebas, Uticam, Hipponem, Leptim, Maſſiliam, Emporias, & alias urbes ædificavere in Bœotia, Africa, Gallia, Hiſpania, & aliis provinciis. Fuere inventores litterarum, ſiderum in navigando, navaliumque ac bellicarum artium. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 41. Lucan. l. 3. v. 220. Plin. l. 5. c. 12.* ¶ Iidem primi mercaturam exercuere. *Cic. 3. de Rep. apud Non. c. 5. n. 35.* ¶ In illa *Silii l. 13. v. 730.* primo qui fœdera bello Phœnicum pepigit: *Phœnices* ſunt Pœni, ſeu Carthaginienſes, qui Tyro Phœniciæ urbe profecti Carthaginem condiderunt.

PHŒNICEUS, & Pœniceus, a, um, *roſſa, roſſeggiante*, adject. *Phœniceus color, φοινικοῦν χρῶμα*, idem qui ſpadiceus, & badius. *Gell. l. 2. c. 26. ad fin.* Phœniceus, & rutilus, & ſpadix phœnicei *verſiculos*, exuberantiam ſplendoremque ſignificant roboris: quales ſunt fructus palmæ arboris, non admodum ſole innocti: unde ſpadici & phœniceo nomen eſt. Hic *Gell.* oſtendit notationem nominis: nempe a φοίνιξ, palma. Differt a *purpureo*, qui proprie ad nigrum magis accedit. *Plin. l. 21. c. 23.* Aut phœniceum florem habet, aut purpureum, aut lacteum. V. tamen quæ in ea voce dicamus. ¶ Confunditur cum *puniceo*: immo ſæpe in libris promiſcue unum pro altero legitur. *Plaut. Pſeud. 1. 2. in fin.* phœniceum corium vocat tergum ſervi, plagis cruentum. *& Rud. 4. 3. 61.* Fiet tibi puniceum corium, poſtea atrum denuo. *Ovid. 12. Met. v. 101.* Circo taurus aperto Cum ſus terribili petit irritamina cornu, Pœniceæ veſtes, elufaque vulnera ſentit. *& lib. 14. verſ. 345.* Pœnicea chlamys.

PHŒNICIA, æ, f. eadem quæ Phœnice. *Cic. Phil. 11. cap. 13. extr.* (ubi al. leg. *Phœnices*.) Vetus Lap. apud *Gud. pag. 69. in fin. Martian. Capell. l. 6. pag. 219.* & *220.* & *Serv. ad Æn. 1. v. 452.* & *lib. 3. v. 88.*

PHŒNICITIS, itidis, f. gemma ex balani ſimilitudine appellata, inquit *Plin. l. 37. c. 10.*

PHŒ-

PHŒNICIUS, a, um, ad Phœniciam pertinens, ut Phœnicium mare, *Plin. l. 5. c. 12.* Phœnicia cedrus, *Id. l. 13. c. 5.* ¶ *Phœniciorum eorum*, legitur in quibuſdam *Plauti* codicibus pro *Punicorum*, *Pœnul. 1. 2. in fin.* V. *Phœniceus*.

PHŒNICOBALANUS, i, m. φοινικοβάλανος, h. e. palma cum nucleo, palmæ Ægyptiæ fructus præ maturitate nigreſcens, veſcentesque incipiens. *Plin. l. 12. c. 25.*

PHŒNICOPTERUS, ri, m. φοινικόπτερος, ſpecies uvis rubentes pennas habentis. Suapte natura nomen adjectivum eſt, & commune, quod ſignificat pennas habens puniceî coloris: ex φοῖνιξ, qua colorem notat puniceum, & πτερὸν, penna. *Plin. l. 10. c. 48.* Phœnicopteri linguam præcipui ſeporis eſſe, Apicius docuit nepotum omnium alteſſimus gurges. *Martial. epigr. 71. l. 13.* cujus lemma *Phœnicopterus*. Dat mihi penna rubens nomen, ſed lingua guloſis Noſtra ſapit. quid, ſi garrula lingua foret? *Senec. ep. 110. a med.* Quod non deſideras milliſſios upros, nec linguas phœnicopterorum, & alia portenta luxuriæ. *Lamprid. de Heliogab. c. 20.* exhibuit & Palatinis ingeatet dapes aatis mulierum refertas, & cerebellis phœnicopterum, & pendicum ovis, &c. *Celſ. l. 2. c. 18.* In medio materiu numerari debere ea quadrupedibus leporem, aves omnes uſque ad phœnicopterum, piſces omnes, &c. *Juvenal. ſat. 11. v. 139.* Et Scythicæ volucres, & phœnicopterus ingens.

PHŒNICURUS, i, m. φοινίκουρος, avis a cauda rubore ſic dictu. *Plin. l. 10. c. 29. ſub fin.*

PHŒNISSA, adject. Phœnicia. *Virg. Æn. 2. v. 674.* Hunc Phœniſſa tenet Dido. *Ovid. 3. Faſt. v. 595.* Jactatur tumidas exſul Phœniſſa per undas. *Sil. l. 6. v. 321.* vidiſſem mœnia flammis Phœniſſæ ruera. *h. e.* Carthaginem. *Ovid. 15. Met. v. 388.* Et Phœuiſſa Tyros. *Stat. 9. Theb. v. 547.* cohore. *h. e.* Thebana. nam Thebæ a Phœnicibus conditæ. *Sil. l. 7. v. 409.* cleſſis. *& lib. 17. v. 638.* juventa. ¶ Neutre geu. ſed ſedere poſitione, *Id. ibid. v. 174.* Phœniſſa agmina. ¶ *Phœniſſæ* inſcribitur una ex Tragœdiis *Senecæ* (ad exemplum *Euripidis*) quæ vulgo *Thebaes*: ſed lacerata, & curta ad nos pervenit. ¶ *Phœniſſus* ea dixeris, ut nequs *Threiſſus*, nec *Coliſſus*, &c.

PHŒNIX, icis, m. φοῖνιξ, filius Agenoris, nepos Beli Peiſci Ægyptii, frater Taygetæ, Polydori, Cilicis, Europæ, Cadmi, Labdaci, pater Philithenis, & Beli ſecundi. Aliqui dicunt, non filium, ſed patrem Agenoris fuiſſe. Regnavit in parte maritima Syriæ, quæ ab eo Phœnice, ſeu Phœnicia dicta eſt, tempore Danai regis Argivorum. ¶ Phœnix alius, fil. Amyntoris, qui Achilli a Peleo patre comes datus eſt ad bellum Trojanum, ut illum ſolliceret oratorem veſborum, acturemque rerum. *Ovid. 8. Met. v. 307. & lib. 1. de or. am. v. 337. & Cic. 3. de Orat. c. 15.* Cum in cæcitatem incidiſſet (V. *Amyntoridæ*.) a Chirone ſanatus fuit. *Propert. lib. 2. el. 1. v. 62.* ¶ Achilla mortuo, eius rei nuntium ad patrem detulit. Hinc *Plaut. Becch. 2. 2. 48.* Metuo magis, ne Phœnix tuis ſaltis fuam, tequa ad patrem eſſe *mostrum* renuncient. ¶ Item fluvius Theſſaliæ, qui in Apidanum influit. *Plin. l. 4. c. 8. & Lucan. l. 6. v. 374.* ¶ Item uvis in Arabia nobilis, de qua *Plin. l. 10. c. 2.* haud ſcio, inquit, an fabuloſus, unue in toto orbe, nec viſus megnopere. Aquilæ narratur magnitudine, aori fulgore circa colla, cetero purpureus, cæruleum roſeis caudam pennis diſtinguentibus, criſtis fauces caputque plumeo apice honeſtante. Hæc *Plin.* qui deinde ex ſententia uliorum narrat, nuilii viſum veſcentem, ſacrum Soli eſſe, vivere annis DIX. ſeneſcentem caſia turiſque ſarculis conſtruere nidum, replere odoribus (adduct alii, accendere Solis radiis, clarum agitatu) & ſuperemnai: ex oſſibus duinde & medullis ejus naſci primo ceu vermiculum, inde fieri pullum, principioque juſta funare primæ reddare, & totum deferre aidure prupe Panchæam in Solis urbem, & in ara ibi deponere: Q. Plautio, Sex. Papinio Coſſ. devolaviſſe in Ægyptum: aliatum etiam eſſe in Urbem Claudii Principis Cenſure, A. U. DCCC, & in Comitio propoſitum. Similia his multa habes apud *Solin. cap. 33.* (*al. 46.*) *Tacit. 6. Annal. c. 28. & Aurel. Vict. de Cæſarib. c. 4.* Daſcribitur etiam u *Claudiano*, & *Ovid. 15. Met. u verſ. 391.* Varie de longitudina vitæ ejus vani prodiderunt: & falſum denique eſſe, tum *Plin.* tum *Tacit. locis citatis*, merito ſuſpicantur. *Ovid. 2. Amor. el. 6. v. 54.* Et vivax Phœnix, unica ſemper avis. *Claudian. l. 1. de laudib. Stilich. v. 417.* Unicus extremo Phœnix procedit ab Eurn. *Id. in epiſt. ad Seren. v. 15.* Venit & extremo Phœnix longævus ab Eure. *Stat. in ſ. ſilv. 4. v. 36.* ſenin nec feſſus inerti Scendit odoratos Phœnix felicior ignes. *Ovid. 15. Met. verſ. 393.* Aſſyrii Phœnica vocant. ¶ Itere ventus ſpirans mudia regions inter ortum brumalem & meridiem. *Plin. l. 2. c. 47.* V. *Eurocaurus*. ¶ Adjective, qui eſt e Phœnicia. *Plin. l. 19. c. 3. ſub fin.* Fit medicamentum adipe avium, aylohalſamo, Phœnics ſleta, &c. ¶ Apud *Sil. l. 16. verſ. 55.* Pumnix eſt Pœanus: quia Pœni ſunt a Phœnicia oriendi: & ipſa vox *Pœnus* eſt a *Phœnix*. *Adde l. 1. v. 33.*

PHOLOE, es, ſ. φολόη, mons Peloponneſi in Arcadia, excelſus, ſilveſtus, aiveſtus, Piſæ Olympiæ proximus. *Ovid. 2. Faſt. v. 273. & Stat. 2. Achill. v. 168.* ¶ Item mona Theſſaliæ, ubi Hercules Centauros occidit. *Lucan. l. 3. v. 198.* Hinc

PHOLOETICUS, a, um, ad Pholoen ſpectans, ut Pholoetica munſtra, ideſt Centauri. *Sidon. carm. 5. v. 230.* noa ſic Pholoetica monſtra, Atque Pelethronios Lapithas Semsleius Euan Miſcuit.

PHOLUS, i, m. φόλος, unus ex Centauris, filius Iaimois ex Nube, qui Herculem ſuſcepti huſpitis, cum ad expugnandos Centauros pergeret. *Serv. in 8. Æn. v. 294. & Lucan. l. 6. v. 391.* Perut io nuptus Pirithoi. *Virg. 2. Georg. v. 456.*

PHONASCUS, i, m. φωνασκὸς, vocis exercitstor, vocis pronuntiatiuſque magiſter & moderator: a φωὴ, vox, & ἀσκέω, exerceo. *Varr.* apud *Non. c. 2. u. 826.* Phonaſcus adſum, vocis ſuſcitabulum. *Suetou. de Aug. c. 84.* Pronunciabat dulci & proprio quodam ona ſono, dahatqua affidus phonaſco operam. Is eaim vocem intorquere, remittere, lexiro, exaſperare docebat. *Quintil. l. 11. c. 3.* Sed cure non eadem oratoribus, quæ phonaſcis. Ubi *Turneb.* Illi vocem afficiuut mollem & tenerem: cum orator deſideret fortam & durabilem. ¶ Interdum phonaſcus dicitur præcentor in choru canentium, quem docem carminis *Apuleius de Mundo* vocat, *magiſtro di capella*. *Sidon. l. 4. ep. 11. in verm.* Pſalmorum hic modulatus, & phonaſcus, ubi contra naturam Græcæ vocalis ω, primam corripuit.

PHORCUS, ci, & *Græco more* Phorcys, ys, *aut etiam* Phorcyn, nos, Φόρκυς, Φόρκυν, filius Neptuni & Thooſæ Nymphæ, val Oceani & Salaciæ, ut *Cicero* ſcripſit *de Univerſ. cap. 11.* & *Varr.* apud *Serv.* Rex Corſicæ, & Sardiniæ luſularum, quem ab Atlanta navali prælio victum, undiſque obrutum, poſtea ſocii ſuperſtites in marinum deum converſure diuere, eique divinos honores exhibuere. Reliquit filium Bathyllum, & quinque filias, Thooſam, Scyllam, Medaſam, Sthenoionem, Euryalen. *Servius* ad illud *Virg. 5. Æn. v. 240.* Nereidum, Phorcique chorus. & ad illud *ibid. v. 824.* Tritoneſque citi, Phorcique exercitus omnis. *Valer. Flacc. l. 3. v. 756.* Dat procul interea toto parer æquore ſignum Phoreys, & immanes iuterre reurice phocas Contrahit, antra petens. *Lucan. l. 9. v. 645.* nureenque ſecundum Phorcyn uquis. *Cic. de Univ. c. 11.* Ea his Phorcyre, Saturnum, & Opem generatos memoremus. *Prifcian. l. 6. pag. 690. Priſcb. Phorcyn, gnos*, ugnoſcit. ¶ Eſt etiam nomen piſcis cujuſdam, apud *Plin. l. 32. c. ult.*

PHORCYNIS, idos, f. Meduſa filia Phorci. *Ovid. 5. Met. v. 230.* in partem Phorcyuida tranſtulit illam, Ad quam, &c. Adde *Lucan. l. 9. v. 666.*

PHORCYS, ydis, f. Meduſa filia Phorci. *Propert. l. 3. el. 21. v. 8.* Sectaque Perſea Phorcydos ora manu. *Ovid. Met. 4. v. 773.* geminas habitaſſe ſorores Phorcydas, uréus partitas lumires uium. ¶ *Phorcys*, m. V. in *Phorcus*.

PHORMIO, onis, m. paraſitus apud *Terent.* a φορμὸς, ſporta. *Donat. in Phorm. 2. 2. 78.* Phormio non a formulu, ſed u phormiu dicitur ſpertco, quem nos aoiuem *dicimus* trivieliter, & pro conſuetudine. *Id. in prol. eraſd. Comadæ v. 27.* ſcribet phormium dici tegeticulum, quo pavimentum ſuſternitur. Porro φορμίον Græce eſt diminutivum u φορμὸς, ſporta, corbis, itere teges, ſtorea. *Ulpian. Dig. lib. 33. tit. 7. leg. 12. ante med* Centonas, phormiones, ſpongias, & hamas. Sunt qui ſcribunt *formiones*.

PHORONEUS, m. per tres ſyllabas, Φορωνεὺς, filius Inachi flu. frater Ius, fire Ionis, rea Argivorure. Aliqui dicunt, filium habuiſſe Inachum, qui a ſa fluvium Inachum denominarit, hinc eſſe, quad Poetæ fluvium pro filio Phoronei accipiant. Primus dicitur regnaſſe in Græcia, primus Junoni ſtruiſſe templum, atque primus feciſſe ſacre: primus inveniſſe arma, & eidem conſecraſſe. Filium habuit Ægialeum, & filiam Niobeu, quam primam mortalium a Jove compreſſam dicunt. *Hygin. fab. 164. 243. 225. & 274. Plin. l. 7. cap. 56. & Stat. 4. Theb. v. 589.*

PHORONEUS, a, um, per quatuor ſyllabas, Φορωνεὺς, ad Phoroneum ſpectans. *Stat. l. 3. ſilv. 2. v. 201.* Iſi Phoroneis quondam fabulatæ ſub antris. *h. e.* Argivis.

PHORONIS, idis, f. Φορωνὶς, In filis Inachi, ſoror Phoronei. *Ovid. 1. Met. verſ. 668.* Nec ſuperum rectur mala tanta Phoronidua ultre Ferre poteſt. Adde *lib. 2. v. 524.* ¶ Adjective *Senec. in Thyeſt. v. 125.* Phuroniues iatuers vexæ. *h. e.* andæ Inachi fluvii, filii, vel patris Phoronei.

PHOSPHORRUS, a, um, ad Phoſphorum pertinens. *Pendour. Cacheuer. 5. v. 147.* Et qua Phoſphoreum temo regit jugum. Al. leg. *Bosphoreum*.

PHOSPHORUS, i, m. *Lucifero*, Φωσφόρος, Lucifer, ſtella Veneris matutino tempore. Nam veſpere eadem *Heſperus* vocatur. Eſt a φῶς, lumen, & φέρω, portu. *Cic. 2. de nat. Deor. cap. 20. Martial. l. 8. epigr. 21.* Phoſphora, redde diem.

PHRADMON, onis, m. Φράδμων, ſculptor, & pictor nobilis Argivus. *Plin. l. 34. c. 8. & Colum. l. 10. v. 30.*

PHRAGMITIS, is, ſ. φραγμίτης, i, genus calami, ſeu arundinis tenuis & gracilis. *Plin. l. 32. c. 10. ſub fin.* Phragmitis radix recens tuſa luxatis mudetur.

PHRASIS, is, ſ. *freſe, locutsour, ſtile*, φράσις, dictio, ſtylus, elocutio, genus elegans & ornatum loquendi a φράζω, dico, loquor. A *Quintil. l. 8. c. 1.* dicitur Latine eincutio, & *l. 10. c. 1.* corpus eloquentiæ. Macer, *inquit*, & Lucretius legendi quidem, ſed non ot phraſim, ideſt corpus eloquentiæ faciunt. *Senec. in præm. lib. 3. exuoverſ. de Albutio*. Splendor orationis, quantus naſcin an in ullo alio fuerit: non lnars magna, ſed phraſis.

PHRENESIS, is, ſ. *frenoſie*, φρένησις, inſenia, furor: a φρὴν, φρενὸς, mens. *Senec. l. 1. de Ira, c. 13.* Dic & phreneſin, & inſaniam viribus neceſſariam, quia ſape exlidiores furor reddit. *Juvenal. ſat. 14. v. 136.* Cum furor haud dubius, cum ſit manifeſta phrenaſis: *Serem. Sammon. c. 7. v. 90. & Prudent. in Hamartig. v. 115.* ſecundem corripeare: qua in re imitandi non ſant.

PHRENETICUS, a, um, *frenetico*, φρενητικὸς, qui phreneſi laboret. *Cic. 1. de Divin. c. 38.* Ego autem haud ſcin, an nec cardiacia hoc tribuendum ſit, nec phreneticia. *Martial. lib. 12. epigr. 89.* Invaſit medicus Naſica phreneticus Eucli, &c. *Varr.* apud *Non. c. 2. u. 888.* ventos vocat phreneticos Septemtrionum filios.

PHRENITICUS, a, um, φρενιτικὸς, phreuitidis laborans. *Celſ. l. 3. cap. 18.* Ea phreniticis ulii hilares, alii triſtes ſunt. Adde *Cal. Aurel. in præfat. Acuter.*

PHRE-

PHRENITTIS, itidis, ſ. *frenesis*, *paραφρονία*, *delirium*, φρενῖτις, phrenesis, morbus, in quo febris cum inſania. *Cels. l. 3. c. 18.* Phrenitis tum demum eſt, cum continua dementia eſſe incipit; aut cum æger, quamvis adhuc ſapiat, tamen quaſdam vanas imagines accipit: perfecta eſt, ubi meus illis imaginibus addicta eſt.

PHRENITIZO, as, n. i. *frenesicare*, φρενιτίζω, phrenesi laboro. *Cal. Aurelian. in præfat. Acut.* Phrenitizandi cauſas dicere.

PHRIXEUS (*melius quam* Phryxeus) a, um, Φρίξειος, ad Phrixum pertinens. *Ovid. Heroid. ep. 6. v. 104.* Aurea Phrixeæ tergo revellit ovis. *Id. 7. Met. v. 7.* Phrixeo vellera poſcunt. *Martial. l. 14. epigr. 221.* Mollia Phrixei feciſti colla mariti. *b. e.* arietis cujuſcunque. ſyncdoche. *Id. l. 10. epigr. 51.* Sidera jam Tyrius Phrixei reſpicit agni Taurus. *b. e.* Arietis, ſigni cæleſtis. *Ovid. Faſt. 4. v. 278.* Longaque Phrixeæ ſtagna ſororis adit. *b. e.* Helleſpontum, qui *Lucano* eſt *l. 6. v. 56.* Phrixeus pontus: *Seneca in Herc. Oet. v. 776.* Phrixeam mare: *Statius Theb. 6. v. 542.* æquor. *Valer. Flaccus l. 2. v. 391.* Phrixei Colchi. *b. e.* ubi Phrixus habitavit, & mortuus eſt. ¶ *Phrixeum mare* interdum ponitur pro Ægæo, per ſyncdochen, quia Helleſpontus Ægæi pars eſt. *Senec. in Agam. v. 564.* Et iſthmon, arctu qui recarvatus ſolo, Ionia jungi marum Phrixeis vetat.

PHRIXUS (*melius quam* Phryxus) i, m. Φρίξος, filius Athamantis & Nepheles, qui cum ab Ino noverca ad necem quæreretur, una cum Helle ſorore profugit, accepto a matre ariete velleris aurei, in quem conſcendentes mare tranſmitterent. Cum itaque ad ſretum Ægæi maris perveniſſent, Helle enterrita decidit, & merſa eſt, Helleſpontoque nomen dedit. Phrixus incolumis in Colchidem pervenit, ad regem Æeten, ubi ariete mactato, aureum vellus Jovi, vel Marti ſacravit: quod poſtea Iaſon cum Argonautis ope Medææ inde abſtulit. Aries inter ſidera tranſlatus eſt. V. *Aratus*. Phrixus accepta in uxorem Chalciope Æetæ filia, Medææ ſorore, plures filios genuit: demum ab ſocero meiu ne regno pelleretur, interfectus eſt. *Hygin. fab. 2. & 3. &c. Ovid. Heroid. ep. 18. v. 143.* Invideo Phrixo, quem per freta triſtia tutum Aurea lanigero vellera vexit ovis. (V. *eund. 3. Faſt. a verſ. 853.*) *Strab. 1. Achill. verſ. 28.* Phrixi litora. *b. e.* Helleſponti. *& verſ. 409.* Phrixi qua ſemita jungi Europamque, Aſiamque vetat. *Io ſtretto di Gallipoli.*

PHRONESTUM, i, ſ. *φρονίστον*, diminutivum Græcum, nomen meretricis in Truculento *Plauti*, quaſi diceres blandiendo *prudentiuncula*. nam φρόνησις prudentia eſt. *Id. ibid. 1. v. 58.* Nam mihi hæc meretrix, quæ hic habet, Phronefium, ſanum nomen omne ex pectore exmovit meo, Phroneſiam. (nam phroneſis eſt ſapientia.)

PHRYGES, gum, m. pop. Phrygiæ. *Val. Flacc. l. 7. v. 635.* Qualis ubi attonitos mœſtæ Phrygas annua matris Ira, vel exſectos lacerat Bellona comatus. ¶ Barbari, ac ſervili ingenio eſſe leruntur, ſolisque verberibus in officio contineri. Hinc adag. *Phryx plagis melior fere ſolet*, in eus, qui non monitis, nec pudore, ſed verberibus tantum emendantur. *Cic. pro Flacc. cap. 27.* Utrum igitur noſtrum eſt, an veſtrum hoc proverbium, Phrygem plagis fieri ſolere meliorem? ¶ Paſtorum erant. *Cic. 1. de Divin. c. 41.* ¶ Avibus, & earum ſignificationibus obtemperabant. *Id. ibid. c. 42.* ¶ Populi Phrygiæ minoris, ideſt Trojani, innumeris acceptis calamitatibus ob Helenæ raptum, vix decimo demum anno de ea reſtituenda conſultare cœperunt, quam ſi ſtatim repoſcenti Menelao reddidiſſent, iis æruinnis ſe ſe ſubduxiſſent. Hinc proverb. *Sero ſapiunt Phryges*, quod eſt in Tragœdiis Livii Andronici, quæ inſcribitur *Equus Troianus*, in eos, quos ſero pœnitet male, vel ſtulte factorum. *Cic. l. 7. Fam. ep. 16.* In Equo Trojano ſcis eſſe in extremo, Sero ſapiunt. ¶ In ſingul. num. V. *Phryx*.

PHRYGIA, æ, ſ. *Frygia*, *Φρυγία*, regio Aſiæ minoris, ita dicta a Phryge ſ. qui eam a Caris dividit, vel a Phrygia filia Cecropis, vel a Phrygio, ſive Brygio uppid. Macedoniæ, unde colonos profectos ajunt in Phrygiam. Duplex eſt, magna ſea major, & parva ſeu minor. Phrygia magna eſt regio ampla in mediterraneis, Galatiæ, Pamphyliæ, Lydiæ, Cariæque confinis. Minor eſt regio inter Lydiam, Phrygiam magnam, & Cariam. Etiam Troas a Phrygibus occupata Phrygia minor dici cœpit. *Plin. l. 5. c. ult. & Liv. l. 37. c. 56.*

PHRYGIANUS, a, um, Phrygionum opere confectus, ut Phrygiana veſtes, ideſt acu pictæ, & filis aureis decoræ. *Plin. l. 8. c. 48.* Togas raſas, Phrygianaſque D. Auguſti noviſſimis temporibus cœpiſſe, ſcribit *Feneſtella*. (*Hardouin.* leg. ea quibuſdam MSS. *Phrygiones*, & exponit ex Tuinebo. veſtes villoſas, & criſpas ad ſimilitudinem Phryxei velleris.) *Senec. l. 1. de Benef. c. 3. & Gratiar.* Iuveniam alium poetam, apud quem præcingantur, & ſpiſſis auro Phrygianis prodeant.

PHRYGICUS, a, um, Phrygius. *Val. Max. lib. 7. cap. 5. num. 2.* Qui Matrem Idæam Phrygicis ſedibus ad noſtras aras focoſque migratem excepit.

PHRYGIONES, um, m. *vicamatori*, φρύγιοι, qui acu pingunt, vel qui veſtes auro intexunt: a *Phrygibus*, qui artificio veſtes acu pingendi nobiles erant, atque adeo artem hanc iovenifſe exiſtimantur, ut auctor eſt *Serv. ad 3. Æn. verſ. 484. & lib. 9. verſ. 614. & Plin. lib. 8. cap. 48.* his verbis: Acu facera Idæi Phryges invenerunt: ideoque Phrygiones appellati ſunt. *Hardouin.* ex MSS. omnibus legit: *ideoque Phrygionie appellata ſunt*, ſubaudi *veſtes*. *Tzetz.* apud *Non. c. 2. n. 10.* Phrygio ſui primo, beneque id opus fcivi: reliqui acus, aciaſque hero atque heræ noſtræ. *Varr. ibid.* ea lectione *Scalig.* Phrygio qui pulvinos poterat pingere, ſoliar lavigabat. *Plaut. Aulul. 3. 5. 34.* Stat ſulio, Phrygio, aurifex, lanarius. *Id. Mon. 2. 3. 72.* Pallium illam ad phrygionem ut deferas, ut reconcinnetur, atque ut opera addantur, quæ voln. V. *Barbaricarii*.

PHRYGIONTUS, a, um, adject. V. in dictione præced.

PHRYGIUS, a, um, *φρύγιος*, ad Phrygiam pertinens: & ſæpiſſime de Phrygis minore, ac Trojanis intelligitur. *Cic. pro Rabir. Amor. c. 32.* Multos cæſos ad Servilium lacum vidimus. quis ibi non eſt vulneratus ferro Phrygio? *b. e.* ſervorum Phrygum, quibus Sulla uſus eſt in occidendis una die multis millibus civium Rom. ut eſt apud *Senec. de Provid. cap. 3. Virg. 2. Æn. v. 68.* Phrygia agmina. *Id. 4. Georg. v. 41.* Phrygii Ida. *Id. 1. Æn. v. 621.* Phrygius Simois. *& verſ. 385.* Phrygium æquor. *Stat. l. 7 Theb. v. 548.* Phrygius venator. *b. e.* Ganymedes. *Virg. Æn. 7. v. 363.* Phrygius paſtor. *b. e.* Paris. *Stat. l. 5. ſilv. 1. v. 57.* raptor. *Idem Virg. Æn. 12. v. 75.* tyrannus. *b. e.* Æneas. *& lib. 7. v. 358.* Phrygii hymenæi. *b. e.* Æneæ cum Lavinia. *Val. Flacc. in fin. l. 5. & lib. 2. v. 417.* miniſter. *b. e.* Ganymedes pincerna Jovis. *Id. l. 3. v. 512.* Phrygia monſtra. *b. e.* marinum monſtrum a Neptuno immiſſum in Laomedontem, & ab Hercule occiſum. V. *Hiſione*. *Propert. l. 2. el. 2. v. 19.* Phrygius maritus. *b. e.* Pelops filius Tantali regis Phrygiæ. *Stat. 5. Theb. in fi.* Phrygii auci. *b. e.* Priami, vel Tithoni. *Ovid. 13. Met. v. 337.* Phrygia Minerva. *b. e.* Palladium, quod Trojæ olim ſervabatur. *Lucan. l. 9. v. 44.* Phrygius magiſter. *b. e.* Palinurus claſſis Æneæ primus gubernator. *Senec. in Herc. Oet. v. 1077.* Phrygum ſenex. *b. e.* Tantalus Phrygiæ rex. Sed *Ovidio 4. ex Pont. ep. 16. v. 18.* eſt Antenor. *Id. Met. 13. v. 721.* vates. *b. e.* Helenus Tantalus rex Epiri. *Stat. l. 5. ſilv. 3. v. 87.* Phrygius ſilex. Phrygium ſilicem *Domitius* putat eſſe Hecubam: ſed hæc in canem verſa eſt. Videndum ergo, quid *Statius* ibi ſignificet: num Palladium? quod furto ablatum ab Ulyſſe Trojæ auſtum fuit. num ſaxa, quibus dii, Neptunus, Apollo, Hercules ſtruendis Troiæ mœnibus congeſſere? num lapidem, in quam verſa dicitur Niobe in Sipylo monte Lydiæ in confinio Phrygiæ magnæ? Hoc verius puto. V. *Niobe*. ¶ Sæpe de iis dicitur, quæ ad Matrem deum magnam Idæam pertinent, quia in Ida Phrygiæ monte præcipue ſacra ejus colebantur. *Virg. 7. Æn. v. 139.* Phrygia mater. *& l. 10. v. 257.* Phrygii leones. *b. e.* qui ejus currum trahunt. *Ovid. 1. ex Ponto, epiſt. 1. verſ. 45.* Phrygium buxum. *b. e.* tibia, cujus plurimus uſus in ſacris Matris deum. Sic apud *Sil. lib. 11. verſ. 432.* & *Column. l. 10. v. 258.* Phrygia intos. *Lucan. lib. 9. v. 288.* Phrygium æs. *b. e.* cymbala, quæ in iisdem ſacris pulſabantur. *Stat. 12. Theb. v. 224.* Nocte velut Phrygia, cum lamentata reſultant Dindyma, &c. *b. e.* qua Phrygii ſacro Cybeles celebrabant. ¶ *Phrygii modi* erant genus muſices vehemens, & concitatum, quo audientes in furorem accendebantur: adhibebaturque in ſacris Matris deum, in quibus ſe cultris vulnerabant. *Quintil. l. 1. c. 10. a med.* (*al. cap. 17. ſeu.*) Tibicen, qui ſacrificantis Phrygium concinerat, actu illi in infamiam, & per præcipitia delato, accuſatur, quod cauſa mortis exſtiterit. V. *Lydius*. *Ovid. in Ibin, v. 456.* Attonituſque ſecet, ut quos Cybeleia mater Incitat, ad Phrygios vilia membra modos. Adde *Tibull. l. 1. el. 4. v. 64. Propert. l. 2. el. 18. v. 25. Juvenal. ſat. 2. v. 115.* & *Martial. l. 11. epigr. 85.* ¶ De tibiis Phrygiis V. in *Sarranae*. ¶ *Phrygium marmor*, puniceum & maculoſum, in magno pretio habitum fuit, Synnadicum etiam dictum, quia circa Synnadem majoris Phrygiæ urbem, effodiebatur. *Tibull. l. 3. el. 3. v. 13.* domus Phrygiis innixa columnis. *Stat. l. 2. ſilv. 2. v. 87.* Synnade quod mœſta Phrygiæ fodere fecures Per Cybeles jugentis agros. Adde *Horat. l. 3. od. 1. v. 41.* & *Martial. l. 6. epigr. 42.* & *lib. 9. epigr. 77.* ¶ Phrygium lapis genitis nomen habet. Eſt autem glaba pumicoſa: uritur ante vino perfuſus, flaturque ſolibus, donec rubeſcat, ac rurſus vino dulci exſtinguitur, & hoc ternis vicibus: tingendis veſtibus tantum utilis. *Plin. l. 36. c. 19. extr.* ¶ Phrygiæ veſtes Phrygum arta acu pictæ, ut in *Phrygiones* dictum eſt, *vicamatori*. *Virg. 3. Æn. v. 483.* Feri picturatas auci ſabtemine veſtes, Et Phrygiam Aſcanio chlamydem. *Ovid. Met. 6. v. 166. de Niobe*. Veſtibus intextis Phrygiis ſpectabilis auro. ¶ *Phrygiæ*, arum, mulieres a Phrygia. *Virg. 9. Æn. v. 617.* O vere Phrygiæ, neque enim Phryges. *& lib. 6. v. 517.* exantes Orgia circum Ducebat Phrygias. Apud *Plaut.* eſt *Phrygia* nomen ancillæ, *Aulul. a. 5. 7.* ¶ *Phrygius, ii*, nomine, qui & Phryx. *Liv. l. 37. cap. 37. ad fin.*

PHRYNE, es, ſ. Φρύνη, quæ & Maſarete, mulier Theſpia nobilis Athenis & pulcritudine, & quæſtu meretricio. Illa adeo valuit, ut ſa judicium capitis adducta, graviſſimorum criminum delictione, nſenſu judicibus ejus vultu ab Hyperide oratore, tanquam Veneris ſacerdos dimittaretur. Hæc taotas divitias conſecit, ut Thebas ab Alexandro excifas de ſua pecunia refecturam ſe polliceretur, ſi permitteretur adſcribere, Ἀλέξανδρος ἀνέστησεν, ἀπέστησε δὲ Φρύνη ἡ ἑταίρα. *Propert. l. 2. el. 5. v. 5.* Nec quæ deletas potuit componere Thebas, Phryne, tam multis facta beata viris. Meminit & *Quintil. l. 2. c. 15. & Valer. Max. l. 4. c. 3. extern.* V. *Athen. l. 13. cap. 6. &c.* ¶ Apud *Horat. epod. 14. extr.* nomen Romani ſcorti eſt.

PHRYNION, ii, n. Φρύνιον, herba, quæ & poſterior dicitur, & neuras, large fruticans, ſpinis retorrida, lanuginis ſpiſſa, foliis parvis, rotundis, ramulis longis, mollibus, lentis, tenuibus, flore longo herbacei coloris: ſeminis nulli uſus, ſed gulſu acuto & odorato. Invenitur in aquoſis collibus. Radices habet duas aut tres binum cubitorum in altitudine, nervoſas, candidas, firmas. Nomen habet a φρύνος, rubeta, quia contra hujus venenum auxilio eſt. *Plin. l. 27. c. 12. a med. & lib. 25. c. 12.*

PHRYNOS, i, m. φρῦνος, rubeta venenata, in vepribus viveus. *Plin. l. 31. c. 5.*

PHRYX, ygis, adject. m. & ſ. Φρύξ, qui eſt a Phrygia, Phrygius. *Phædr. in prooem. l. 3. v. 52.* Si Phryx Æſopum potuit, &c. *Propert. l. 4.*

l. 4. *sl.* 1. *v.* 2. maxima Roma Aote Phrygem Æneam collis & herba fuit. *Ovid.* 4. *Fast. v.* 274. Phrya pius. *h. e.* pius Æneas. *Sen. Theb. l.* 1. *v.* 709. Tu Phryga submittis citharæ. *h. e.* Masyam Phrygium. *Juvenal. sat.* 6. *v.* 584. Phrya augur. V. *Phrygæ. Sen. Achill.* 2. *v.* 345. Ille Phrygas lucos, matris penetralia cædit Turaigeræ. *Claudian. l.* 2. *in Eutrop. v.* 254 Phrya æger. *Plin. l.* 36. *s.* 15. Basilica columnis a Phrygibus mirabilis. *Martial. l.* 11. *epigr.* 5. Sacra, Lareſque Phrygum. *Id. l.* 9. *epigr.* 37. Phrya puer. *h. e.* Ganymedes. Sic *lib.* 10. *epigr.* 19. avemque regis, Raptum quæ Phryga pertulit Tonanti. ¶ De miniſtris, ſeu Gallis Cybeles, *Id. l.* 8. *epigr.* 46. Te Cybele ſiſcum vellet habere Phrygem. *Propert. l.* 2. *el.* 18. *v.* 16. Et Phrygis iaſanos cæditur ad numeros. *Virg. Æn.* 12. *v.* 98. da ſternere corpus Semivir Phrygiæ. *h. e.* Æneæ, per convicium. ¶ Eſt etiam *Phrya* fluvius Phrygiæ minoris, qui eam a Caria dividit, & utrique Phrygiæ nomen dedit. *Plin. lib.* 5. *c.* 29. *ad fin.* ¶ De populis Phrygiæ V. *Phrygæ.*

PHRYXÆUS. V. *Phrixeus.*

PHRYXIANUS. V. *Phrygianus.*

PHRYXONIDES Nymphas ex Euhemero Poeta memorat *Columella. l.* 9. *c.* 2. tanquam primas apum nutrices.

PHRYXUS. V. *Phrixus.*

PHTHIA, æ.) V. *Phthias.*

PHTHIAS, adis.)

PHTHIOTA, & Phthiotes, æ, m. Φθιώτης, qui eſt ex Phthia, vel Phthiotide. *Cic. l. Tuſcul. c.* 10. Pherecratem quendam Phthiotem finem differentem ioducit. *Plin. l.* 4. *c.* 7. *ad fin.* Phthiotæ nominantur Doridis incolentes. Adde *Liv. l.* 36. *a.* 25.

PHTHIOTICUS, a, um, Φθιωτικὸς, ad Phthiam, vel Phthiotidem pertinens: & pro Theſſalico Poetica libertate ponitur. *Catull. carm.* 63. *de nupt. Pel. v.* 35. linquunt Phthiotica Tempe. *Liv. l.* 33. *c.* 3. *a med.* Phthioticus ager.

PHTHIOTIS, idis, f. Φθιάς, regio Græciæ propa Theſſaliam, vel pars Theſſaliæ meridionalis. *Plin. lib.* 4. *cap.* 8. *Pomp. Mela lib.* 2. *cap.* 3.

PHTHIRIASIS, is, f. *mal di pidocchi*, φθειρίασις, morbus pediculoſus, quo, corrupto ſanguine, naſcuntur in homine animalia exſurſa corpus, ut *Plin.* loquitur *l.* 26. *c.* 13. *in fin.* ubi tradit, eo Sullam Dictatorem conſumptum fuiſſe. *Id. ibid.* Phthiriaſi reſiſtitur ova taminia ſucco. *Id. lib.* 20. *c.* 6. *a med.* Allium phthiriaſes & potrigines compeſcit. *Id. lib.* 25. *cap.* 5. *extr.* Elleboro phthiriaſis emendatur. *Id. l.* 24. *c.* 10. Lacryma hedaræ pſilotrum eſt, phthiriaſimque tollit. Adde *Vitlor. de vir. illuſtr. c.* 75. *extr.* ¶ *Celſ. l.* 6. *c.* 6. *ſect.* 25. φθειριάσεις vocat, cum inter pilos palpebrarum pſdiculi naſcuntur.

PHTHIROPHAGI, orum, m. Φθειροφάγοι, gens Sarmatiæ Aſianæ ad Pontum Euxinum, ita dicti a ſordibus & ſqualore, ut *Strabo* docet *l.* 11. quaſi ſemper ſint pediculis obſiti, iiſque veſcantur. Meminere etiam *Plin. l.* 6. *c.* 4. *ſub fin.* & *Pompon. Mela lib.* 2. *cap.* 19. *a med.*

PHTHIROPHORUS, φθειροφόρος, genus piceæ nucleos ferentis: a φθεὶρ, nucleus, & φέρω, gigno. *Plin. l.* 16. *c.* 10. *ad fin.*

PHTHISICUS, a, um, *tiſico*, φθισικὸς, phthiſi laborans. *Vitruv. l.* 2. *c.* 9. *ſub fin.* Roſina, quæ medetur phthiſicis. *Plin. l.* 20. *c.* 6. Sanguinem vero excreantibus, & phthiſicis ſuccus prodeſt. Adde *lib.* 24. *c.* 16. & *lib.* 28. *c.* 17. & alibi. & *Scribon. Larg. compoſ.* 186. Mirantiamque per tabem, quaſi phthiſici, conſumuntur.

PHTHISIS, is, f. *tiſica*, φθίσις, rebes, morbus totius corporis, quo ea pulmonum vitia macies cum febri, tuſſi & ſputo puruloſo totum corpus paulatim extenuat, & conſumit: a φθίω, corrumpo. *Senec. ep.* 91. *ante med.* Invadit temperantiſſimos morbus, validiſſimos phthiſis. *Id. epiſt.* 95. *a med.* Diſſillatio nos, nec adhuc in morem adducta, tuſſim facit: aſſidua & vetus phthiſim. *Colum.* de morbis boum, *lib.* 6. *c.* 14. Eſt etiam illa gravis pernicies, cum pulmones exulcerantur, inde tuſſis, & macies, & ad ultimum Phthiſis invadit. *Juvenal. ſat.* 13. *v.* 95. Et phthiſis, & vomicæ putres, & dimidium caue, &c. *Plin. lib.* 26. *c.* 7. *extr. med.* Peculiariter pulmonibus, & quos ab his phthiſis tentat, aadix herbæ conſiliginis medetur. *Id. l.* 27. *c.* 5. *a med.* Phthiſim cordi iactus lohæreotem depellere. *Id. l.* 20. *c.* 6. extenuat allium. *Id. lib.* 32. *c.* 6. Phthiſi affectus.

PHTHISISCENS, antis, phthiſicus fieri incipiens. *Sidon. l.* 5. *ep.* 14. Jecoroſis, ac phthiſiſcentibus medicabilis piſcina.

PHTHITARUS, i, m. nomen piſcis noſtrit tempoalbus incogniti. *Plin. l.* 32. *c. ult.*

PHTHIUS, a, um, Φθῖος, ad Phthiam pertinens, quæ eſt urbs Phthiotidis, ſeu Theſſaliæ, Achillis natalibus nobilis. *Virg. a. Æn. v.* 288. Cum domus Aſſaraci Phthiam, clarafque Mycenas Servitio premet. *Horat. l.* 4. *od.* 6. *v.* 3. Trojæ propa victor altæ Phthius Achilles. *Propert. l.* 2. *el.* 20. *v.* 38. Phthii buſta cruenta viri. *h. e.* Achillis. *Ovid. 2. Amor. el.* 17. *v.* 27. Phthius rea. *h. e.* Peleus Achillis pater. *Id. Heroid. ep.* 7. *v.* 165. Non ego ſum Phthia, magniſve oriunde Mycenis. Al. leg. *Phthius*, Φθιὰς, *Alar*, ex Phthia orbe. Dido enim hic loquitur.

PHTHONGUS, i, m. φθόγγος, ſonus: a φθέγγομαι, vocem edo, ſono. In Muſica eſt ſonus, & vox nouve tenoris, quæ a proximo uno integro, aut dimidio intervello diſtinguitur, *voce*, 100ns. Item plurium ſonorum conformatio, vel gravis & lenta, vel acuta & incitata, vel inter has media, qua ratione Pythagoras apud *Plin. l.* 2. *c.* 22. Planetarum motus explicabat, & Saturnum dicebat Dorio movesi phthongo, Jovem Phrygio, &c. V. *Lydius.*

PHTHORIUS, a, um, φθόριος, corrumpendi, ſex axtioguendi vim habens: a φθορὰ, pernicies. *Plin. l.* 24. *c.* 16. *ad fin.* Hoc vinum phthorium vocant, quoniam facit abortus.

PHU, n. indeclin. φοῦ, nardus Cretica, quæ & agria nardus dicitur, herba folio oluſatri, caule cubitali, geniculato, in purpura albicante, radice obliqua villoſaque, & imitante avium pedes. *Plin. l.* & *cap.* 12. & *Scribon. Larg. compoſ.* 176. & 177. ¶ Eſt etiam ioterjectio malum odorem aſpernantis. *Plaut. Pſeud.* 5. 2. 5. Phu! io malam crucem. Al. leg. *phui*, alii *fu*, eodem ſenſu. Dicitur & *ſi*. V. *Chariſ. lib.* 2. *pag.* 213. *Pauſch.* & *Priſcian. lib.* 15. *pag.* 1064.

PHY, ioterjectio mirantis, teſte *Donato* ad illud *Terent. Adelph.* 3. 3. 59. Phy! domi habuit, unde diſceret. *Priſcian. l.* 15. recenſet inter eas, quæ vocat illitteratorum ſonituum imitationes, ut *babæ, heu, ohe, eo*, &c.

PHYCIS, idis, f. φυᾶς, piſcis verno tempore varii coloris, reliquis anni partibus candidus. *Plin. l.* 9. *c.* 16. Eſt a φυκὸς, alga, quia in ea nidificat.

PHYCITIS, idis, f. φυκῖτις, gemma algæ colorem referens: a φῦκος, alga. *Plin. l.* 37. *c.* 10.

PHYCOS, i, n. φῦκος, frutex marinus, folio lato, colore viridi, naſcens in vadis haud procul littore. Aliud genus capillaceo folio ſimile ſœniculo, in ſaxis naſcens: tertium gramini ſimile, radice geniculata & caule qualitea calami. *Plin. lib.* 13. *cap. ult.*

PHYLACA, æ, f. *priggione*, φυλακὴ, carcer, item locus in ædibus urbanis, in quo vincti cuſtodiuntur ſevi. Vox Græca, a φυλάττω, cuſtodio. *Plaut. Capt.* 3. 5. 93. Illic abdactus eſt recta in phylacam, ut dignus eſt.

PHYLACE, es, f. oppidum Theſſaliæ, al. Magneſiæ, in Epiri, ſeu Moloſſidis, quæ Epiri regio eſt, confinio, conditum a Phylaco Deionis filio, ubi Proteſilaus regnavit. *Plin. l.* 4. *c.* 9.

PHYLACEIS, idis, f. φυλακὶς, quæ eſt ac Phylace urbe Theſſaliæ. *Ovid. Heroid. ep.* 13. *v.* 35. Conveniunt matres Phylaceides, & mihi clamant: Indue regales, Laodamia, ſinus. Al. leg. *Phylacides* a Phyllo Itidam Theſſaliæ oppido (quam *pecoroſam* vocat *Stat. 4. Theb. v.* 45.) teſte *Steph. de Urbib.* & *Sreph. l.* 9. ¶ Apud *Stat. l.* 5. *ſilv.* 3. *v.* 273. Phyleceis eſt Laodamia.

PHYLACEUS, a, um, ad Phylacum urbem ſpectans. *Ovid. Trift. lib.* 5. *el. ult. v.* 39. Ut vivet famâ coojux Phylacea. *ideſt* Laodamia uxor Proteſilai.

PHYLACIDES, æ, m. Φυλακίδης, Proteſilaus a Phylace urbe Theſſaliæ, vel a Phylaco Iphiclî patre, avo ſuo. *Ovid. l.* 2. *de ar. am. v.* 356. Phylacides aberat, Laodamia, tuus. & *lib.* 3. *v.* 17. Reſpiſce Phylacidæ, & quæ comes iſſe marito Fertur. *Claudian. de laudib. Serenæ, v.* 250. Laodamia ſequens renisantem rurſus ad umbras Phylacidem. Adde *Propert. l.* 1. *eleg.* 19. *v.* 7. ¶ Quod in his prima ſyllaba producitur, quæ natura eſt brevis, vel metrica neceſſitate fit, vel, quod multi faciunt, *Phylacides* ſcribendum eſt.

PHYLACISTA, æ, m. φυλακιστὴς, carceris cuſtos: a φυλάττω in atriis, cuſtodio. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 44. Trecenti conſtant phylaciſtæ in atriis. Ubi transiits intelligit importunos creditores, qui eos minus cuſtodiunt debitores ſuos, quam cuſtos carcere detentos.

PHYLACTERIUM, ii, n. φυλακτήριον, amuletum. Apud Hebræos erat membrana continens verba Decalogi, quam complicatam & ligatam geſtabant in fronte, ut viderentua legem Dei ſemper habere ante oculos, & diligenter cuſtodire. qua de re *Hieronym. l.* 4. *in cap. Matth.* 23. ¶ Pro amuleto quocumque *Martell. Empir. c.* 8. *ad ephphar.* & *lippitud.* &c. Dolorem oculorum ut non patiaris, &c. lapillos perrundes, & linos inferto pra phylacteria uretis.

PHYLARCHUS, i, m. φύλαρχος, tribunus, vel tribunus principe, regulus, dynaſta: a φῦλον, tribus, & ἄρχω, princeps. *Cic. Fam.* 15. *ep.* 2. Jamblichus phylarchus Arabum. *Ammian. lib.* 24. *cap.* 2. (*al.* 5.) Malechus Philarchus Saracenorum Aſſanitarum. Adde *Sea. Raf. in breviar. c.* 14.

PHYLLACIDES. V. *Phylacides.*

PHYLLEIS, idis, f. φυλλὶς, ad Phylluntem Theſſaliæ oppidum pertinens, ut matres Phylleides, *Ovid. Heroid. ep.* 13. *verſ.* 35. h. e. Theſſalicæ.

PHYLLEIUS, a, um, φυλλήϊος, ad Phylluntem Theſſaliæ oppidum pertinens. *Ovid. Met.* 12. *v.* 479. Nudaque Phyllei juvenes ferit ore ſariſſa. *h. e.* Cænei. Al. leg. *Pellæi.*

PHYLLIS, idis, f. φυλλὶς, filia Lycurgi regis Thracum, quæ Demophoontem Theſei filium regem Athenienſium ex Trojano bello redeuntem hoſpitio lætoque excepit, accepta prius ab eo fide, ut domi compoſitis rebus, illam uxorem duceret. Profectus iteque Demophoon cum ultra ſtatutum tempus, variis diſtrictus negotiis, in patria detineretur, Phyllis & amoris impatientia, & dolore impulſu, quod ſe ſpretam alſe crederet, lequeo vitam finivit, & converſa eſt in arborem amygdalum ſive ſolim. Poſtea reverſus Demophoon, cognita re, ejus amplexus eſt truncum, qui velut ſponſi ſentiret adventum, folia emiſit. Unde etiam *phyllo* ſunt dicta a phyllide, quæ ante *petala* dicebantur. Aliqui dicunt, Phyllidem, cum ſe vellet in mare dejicere, deorum miſeretione in amygdalum eſſe converſam. Hæc *Servius* ad illud *Eclog.* 5. *v.* 10. ſi quos aut Phyllidis ignes, &c. Adde *Hygin. fab.* 59. & 243. *Ovid. Heroid. ep.* 2. *v.* 98. Phylli, face expectes Demophoonta tuum. & *verſ.* 105. Utque tibi excidimus, nullam puto Phyllida noſti. *Perſ. ſat.* 2. *v.* 34. Phyllidas, Hypſipylas, vatum, & plorabile ſi quid Eliquat, &c. *Cremutius* auctor eſt ouſquam eirere arborem, ex qua Phyllis ſe ſuſpenderit. *Plin. l.* 16. *c.* 26. ¶ De quacumque puella, *Virg. Ecl.* 3. *v.* 78. Phyllida amo ante alias. nam me diſcedere flevit, &c. Adde *Horat. l.* 4. *od.* 11. & *Martial. l.* 10. & 12. ¶ De

arbora

arbore amygdali, *Pallad. de inſit.* v. 149. Phyllis odoratos primavis floribus artus Diſciſſi pruni cortice ſiſa tegit. Adde *verſ.* 61. & 97.

PHYLLON, i, n. φύλλον, a Græcis vocatur herba in ſaxoſis montibus, mas, & femina: hanc magis herbacei coloris, caule tenui, radice parva, femina rotundo, papaveris ſimili: mas femina tantum differens, quod eſt incipientis olivæ. Hæc *Plin. l.* 27. *c.* 12. *a med.* ¶ Alia eſt, quæ & leucacantha, & iſchias, & polygonaton dicitur, radice cyperi. *Id. l.* 22. *c.* 16. ¶ Ipſa vox Græce folium, aut frondem ſignificat.

PHYMA, atis, n. φῦμα, tuberculum furunculo ſimile, ſed rotundius, & planius, ſæpe etiam majus. *Celſ. l.* 5. *c.* 28. *fect.* 9. ubi plura de eo. Adde *lib.* 5. *c.* 28. *n.* 23. & 33. Eſt autem a φύω, nascor, quia eſt ex iis, quæ ſponte enaſcuntur, ſine externa cauſa.

PHYNON, onis, m. φύνον, nomen aſi collyrii, cujus confiſiendi ratio nem tradit *Cæſ. l.* 6. *c.* 6. *fect.* 60.

PHYRĀMA, atis, n. φύραμα, lacrymæ genus, an metopio arbore ſillane, pingue & reſinoſum. *Plin. l.* 12. *c.* 23. Eſt a φύραμαι, miſceo, & proprie miuturam ſignificat, quia cum in terram decidat, miſcetur terræ calculie, & ſordibus. Alterum lacrymæ genus, nobilius & pretioſius, vocant thrauſton, Θραυστὸν, muſculi turis ſimile: a Θράω, ſino, frango, quaſi fragmentum, aut particula friando detrita.

PHYSĀTER, eris, m. φυσητὴρ, belua ex balænarum genere, in mari Gallico, & Indico. Nomen habet a φυσάω, flo, quod non ore, ſed ſiſtulis quibuſdam in vertice prope oculos poſitis, ingentem aquarum vim eructet. *Plin. l.* 9. *c.* 4. Maximum animal in Indico mari periſſis, & balæna eſt, in Gallico Oceano phyſeter, ingentis columnæ modo ſe attollens, altiorque navium velis diluviem quandam eructans.

PHYSICA, æ, *vel* Phyſice, es, f. φύσικη, φυσικὴ, ſcientia naturalis, ideſt quæ circa res naturales verſetur. *Cic.* t. *Acad. c.* 7. Sed enim ſar, ut Latina loquar, niſi in hujuſcemodi verbis, ut Philoſophiam, aut Rhetoricam, aut Phyſicam, aut Dialecticam appellem, quibus ut aliis multis, conſuetudo jam utitur pro Latinis. *Al. leg.* Phyſices. Adde *lib.* 3. *de Fin. c.* 21.

PHYSICA, orum, n. φυσικὰ, res naturales, ſcientia naturalis, libri in quibus de rebus naturalibus differitur. *Cic. in Orat. cap.* 34. Quem etiam quo grandior ſit, & quodammodo excelſior, ne phyſicorum quidem eſſe ignarum velo. Adde 1. *Fin. c.* 6.

PHYSICE, adverb. φυσικωτὰτα, more phyſicorum. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 7. *ad fin.* Quæ a te phyſice dicta ſunt de vi ignea.

PHYSĪCULĀTUS, phyſice inquirendo examinatus, ut Phyſiculatæ extorum proſicia, *Martian. Capell. l.* 1. *pag.* 5. ubi alii aliter.

PHYSICUS, ci, m. φύσικος, φυσικὸς, Philoſophus naturalis, ſeu qui Phyſicæ dat operam, qui rerum naturam rimatur, vel, ut *Cicero* definit *de Univ. c.* 1. acer inveſtigator & diligens earum rerum, quæ a natura involutæ videntur. *Id. t. de nat. Deor. cap.* 30. Non pudet igitur Phyſicum, ideſt ſpeculatorem venatoremque naturæ, ab animis conſuetudine imbutis petere teſtimonium veritatis? *Varr. lib.* 1. R. R. *cap.* 40. Si ſunt ſemina in aere, ut uit phyſicus Anaxagoras.

PHYSICUS, a, um, *naturalis*, φυσικὸς, naturalis, ſive ad rerum naturam pertinens: a φύσις, natura. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 59. Aut geometricum quiddam, aut phyſicum, aut dialecticum explicare. *Id.* 2. *de nat. Deor. c.* 21. Phyſica retin. ¶ Prima ſylleba brevis eſt. *Marcell. in carm. de medic. v.* 19. Quæ curis hominum phyſicorum inventa pararint. *Sidon.* tamen produxit *carm.* 15. *v.* 101. Phyſica vel logico, logicum vel jungit ad ethos.

PHYSIOGNŌMON, ōnis, m. *ubi ſe di ſſenomia, ſſonomiſta*, φυσιογνώμων, qui hominum mores ex vultu & corpore cognoſcit. *Cic. de Fato, c.* 5. Quid? Socratem nonne legimus, quemadmodum notarit Zopyrus phyſiognomon, qui ſe profitebatur hominum mores naturaſque ex corpore, oculis, vultu, fronte perſpicere? Eſt a φύσις, natura, & γνώμων, cognoſcens.

PHYSIOLOGIA, æ, f. φυσιολογία, ſcientia, quæ de naturis rerum diſſerit, eadem ac Phyſica. *Cic. t. de nat. Deor. c.* 5. Hinc cenſes primie, ut dicitur, labris guſtaſſe Phyſiologiam? *Id.* 1. *de Divin. c.* 41. Qui & natura revionem, quam Phyſiologiam Græci appellant, notam ſibi eſſe pentitebatur.

PHYSIS, is, f. φύσις, Græce naturem ſignificat. Hinc Phyſes appellari ait *Plin. l.* 37. *c.* 12. quaſdam gemmas proprio nomine carentes, quis ipſius naturæ admirationem in ſe continent.

PHYTEUMA, atis, φύτευμα, herba amatoria. *Plin. l.* 27. *c.* 12. *a med.* Phyteuma quale ſit, deſcribere ſupervacuum habeo, cum ſit uſus ejus tantum ad amatoria.

P I

PIABILIS, le, *che ſi può eſpiare*, qui piari poteſt & purgari. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* alib. Cui dea: ne nimium terrere: piabile fulmen Eſt, uit, & ſævi flectitur ira Jovis.

PIACULĀRIS, e, *purgativo, eſpiatorio, ſoddisfattorio*, κηδεμονικὸς, vim habens expiandi, purgandi, placandi, ſatisfaciendi pro ſcelere admiſſo. *Varr. l.* 5. *de L. L. c.* 4. Prætor, qui tum fatus eſt, ſi imprudens fecit, piacolari hoſtia ſecta piutur. *Liv. l.* 1. *c.* 26. *ad fin.* la quibuſdam piacularibus ſacrificiis factis, tranſmiſſo per viam tigillo, velut ſub jugum miſit juvenem. *Id. l.* 42. *c.* 3. *ſub fin.* Ut piacularis Junoni fierent. ¶ Urbane *Plaut. Epid.* t. a. 36. Men' piacularem oportet fieri ob ſultitiam tuam? ut meum tergum ſtultitiæ tuæ ſubdas ſuccidaneum? ¶ *Piacularia auſpicia*, inquit *Feſtus*, appellabant, antiqua loquendi conſuetudine, cum aut hoſtia ab ara effugit, aut percuſſa mugitum dedit, aut in aliam, quam oportuit, partem corporis decidit. Scilicet quia piaculari ſacro apus erat ad triſtia illa avertenda. ¶ *Piacularis porta* Romæ appellabatur propter aliqua piacula, quæ ibidem fiebant. *Idem.*

PIACULĀRITER, adverb. ita ut piacula opus ſit, impie. *Tertull. de Pudic. in fin.* Piaculariter negare. Al. leg. *peculiariter*.

PIACŪLO, as, ui, atum, a. 1. expio, piaculis placo. *Cato R. R. c.* 141. Mars Patet, te hiſce ſuovetaurilibus piaculo.

PIACULUM, i, n. *eſpiazione, purgazione, ſacrifizio in ſoddisfazione di peccato*, ἄγυσμός, ἁγισμὸς, ἱλασμὸς, ſacrum piaculare, & quidquid ad piandum & purgandum pertinet. *Cic.* 2. *de Legib. c.* 22. *in fin.* Habendæ tridnum ferias, & porco ſemine piaculum pati. *Horat. l.* 1. *od.* 28. *ſub fin.* precibus non linquar inultis, Teque piacula nulla reſolvent. *Cell. l.* 4. *c.* 5. Fulgur piaculis fuere. *Cato R. R. c.* 139. Porco piaculo facere. *b. l.* piaculum facere porcum immolando: vel facere porco (h. e. ſacrificare porco) in piaculum ſeu piaculi cauſa. Sic *cap.* 140. Si ſoderit velis, altero piaculo, eodem modo facito. *Liv. l.* 8. *c.* 10. *ex vet. formula*. Signum in terram defodi, & piaculum hoſtia cædi. *b. l.* cæſa hoſtia piaculum fieri. ¶ Translate *Liv. lib.* 29. *c.* 18. *a med.* Dea ſuum templum aut tutata eſt, aut e violatoribus gravis piacula exegit. *b. l.* pœnas repetiit piaculi loci. Eodem modo locuti ſunt *Juſtin. l.* 6. *c.* 2. *Sil. l.* 13. *v.* 702. & *Val. Max. l.* 1. *c.* 1. *n.* 14. ¶ Metonymice eſt ipſa res, quæ piaculi cauſa adhibetur. *Virg. 6. Æn. v.* 153. Duc nigras pecudes: ea prima piacula ſuntu. *Ovid. Met. 6. v.* 569. & inane ſepulcrum Conſtituit, falſiſque piacula manibus infert. ¶ Metaphorice *Liv. l.* 21. *c.* 10. *a med.* Nec dedendum ſolum (*Annibalem*) id piaculum rupti fœderis, ſed, ſi nemo depoſcat, devehendum in ultimas oras, &c. ¶ Item ipſum ſcelus piacula purgandum, *ſcelleraggine, peccato*. *Virg. 6. Æn. v.* 568. Quæ quis apud ſuperos, furto lætatus inani, Diſtulit in ſemm commiſſa piacula mortem. *Plaut. Trucul.* 2. 1. 13. Piaculum eſt, miſereri nos hominum rei mele gerentum. *Fabius Pictor* apud *Coll. l.* 10. *c.* 15. *de Plautus Diels*. Si quis ad verberandum ducatur, ſi ad pedes ejus ſuppleu procubuerit, eo die verberari piaculum eſt. *Enn.* apud *Feſt. in Mutire*. Falam mutire, plebejo piaculum eſt. *Tacit. Ann.* 1. *c.* 32. Solutus piaculo. *Plin. in Paneg. c.* 37. *in fin.* Nec ſine piaculo quodam ſanctiſſimas neceſſitudines ſcindi. *Liv. l.* 39. *c.* 47. *in fin.* Ut ſi quid minus factum ſit, quem debuerit, tum quoque ſine piaculo rerum prætermiſſarum fiat. *b. l.* ſine culpa, & obligatione ſetisfaciendi. *Plin. l.* 7. *c.* 30. *a med.* Sed & quo te, M. Tulli, piaculo taccem? quove maxime excellentem inſigni prædicem? ¶ Item triſte augurium, meleficium, periculum, quod piaculo egeat. *Plin. l.* 25. *c.* 8. Vettonica herba tantum gloriæ habet, ut domus in qua ſata ſit, tuta exiſtimetur a piaculis omnibus. ¶ *Piaculum*, ſyncope eſt apud *Prudent. περὶ στε. 14. in Rom. v.* 219.

PIAM, ſyllubica adjectio, quæ extra compoſitionem nihil ſignificat, in compoſitione aliquid addit ſignificationi dictionis, cum qua componitur, ut *quiſpiam, uſpiam*. *Veſſius* etiam in *Uſque* meram vocis productionem eſſe putat. *Docerius* ad *Feſt.* in *Quiſpiam* docet Oſcos diuiſſe *piam*, pro *quam*, ut *pitpit* pro *quidquid*: inde eſſe *quiſpiam, nuſpiam, uſpiam* pro *quiſquam, nuſquam, uſquam*.

PIAMEN, inis, n. idem ac piamentum. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 19. Februa Romani diuere piamina patres.

PIAMENTUM, ti, n. *purgazione, ἀδιαφορὰ*, expiatio, actus expiandi: Item id ipſum, quo in expiando utebantur, ut *Feſt.* ait in *Piatrix*. *Plin. l.* 25. *c.* 4. Hæc evulſa, ſcrobem repleri vario genere frugum, religio eſt, ne terræ piamentum. & *cap.* 9. Favis, ante, & melle terræ ad piamentum datis. ¶ Translate *Id. l.* 37. *c.* 1. Ut Polycrati Samio ſalicitatis fuæ, quam unium fatebatur etiam ipſe, ſatis piamenti in unius gemmæ voluntario damno videretur. *Senec. de conſol. ad Helv. c.* 16. Fuerim tantum doliturę domus piamentum.

PIATIO, onis, f. piamentum, expiatio. *Plin. l.* 28. *c.* 2. In menſe id reponi, adolerique ad Larem, piatio eſt.

PIATRIX, icis, f. dicebatur ſacerdos, quæ expiare erat ſolita, quam quidam ſimulatricem, alii fagam, alii expiatricem vocant. *Feſt. Plautus Mil.* 3. 1. 101. Tum piatricem clemeuter non poteſt quis munerum. ¶ *Simulatrix* dicta eſt, quia quæ in ſacris ſuis vera repræſentare non poterat, ficta & ſimulata adhibebat. *Virg. Æn.* 4. *v.* 512. Sparſeraę & latices ſimulatos ſontis Averni. Ubi *Servius*: In ſacris, quæ exhiberi non poterant, ſimulabantur, & erant pro veris.

PIATUS, a, um, purgatus, luſtratus, expiatus. *Plin. l.* 2. *c.* 25. Cometes, terrificum magna ex parte ſidus, ne non levitet piatum, ut civili motu Octavio conſule, iterumque Pompeji & Cæſaris bello. *b. c.* non levi calamitate & clade reipublicæ expiatum. *Ovid. Heroid. ep.* 19. *v.* 191. Nec minus hoſternæ confundor imagine noctis: Quamvis eſt ſacrie illa pietu mcie.

PICA, æ, f. *pica*, γάγγρα, *ὄρνις*, avis magnitudine palumbio, eſis varin nolore, & præſertim cærulne depictis, humane imitane verba. In hac uves fabulantur Poetæ mutatae eſſe Pierides, ideſt novem filias Pieri & Euippes, quod cum Muſis certare auſæ eſſent, indeque illis priſtinam loquacitatem, humanæque linguæ ſtudium remanſiſſe. *Perſ. in prol. in fin.* Quod ſi doloſi ſpes refulſerit nummi, Corvos poetas, & poetrias picas Cantare credas Pegaſeium melos. *V. Plin. l.* 10. *c.* 33. & 42. & *Ovid.* 5. *Met.* a *verſ.* 294. & 663. & *Martial. l.* 14. *epigr.* 76. ¶ Eſt & alis pica, ſub ventre alba, ſuperius nigra, cauda longa, quæ varia appellatur, quæ ab Apennino Romam verſus *Plinii* ætate cerni cœpit. *Plin. l.* 10. *c.* 29. ¶ Apud *Feſt.* in *Picasi* phica & pica ſphingem ſignificat, Græce σφίγγα, & φίγγα.

PICĀNUS, i, m. nomen eſt montis excelſi in Picentine regione, apud

Sil. l. 4. *v.* 304. qui primam ſyllabam corripit, & *Auſon. in deſcript. Orb. v.* 500. qui produxit.

PICARIA, æ, ſ. locus, ubi pix effoditur (eſt enim pix quædam foſſilis, teſte *Plin. l.* 16. *c.* 12.) vel ubi coquitur. *Cic. de clar. Orat. c.* 22. Liberi ſocietatis ejus, quæ picarias redemiſſet. Al. leg. *picarias*, al. *petrarias*. *Ulpian. Dig. lib.* 50. *tit.* 16. *leg.* 17. Veſtigal ſalinarum, metallorum, & picatiarum. Ita *Torrentius*. alii *picariarum*.

PICATUS, a, um, *impeciatus*, πίττωτος, pice illitus. *Colum. l.* 12. *c.* 2. *a med.* Dolia partim picata, partim defricata. *Aull. Cope, v.* 12. Eſt & vappa cado nuper diffuſa picato. ¶ *Vinum picatum* dicitur, quod pice conditum eſt. Solebat enim muſto in primo fervore (qui fere novem diebus peragitur) pix aſpergi, ut odor vino conciliaretur, & quoddam ſaporis acumen. *Plin. l.* 14. *c.* 19. *& 22. & Colum. l.* 12. *c.* 23. ¶ Fuit & vinum picetum naturale ex uva picata, quæ natura picis odorem & ſaporem habebat, in agro Vienneſi. *Plin. l.* 14. *c.* 2. *& 2. Id. l.* 23. *cap.* 1. *a med.* Ad omnia hæc utilius id, quod ſponte naturæ ſuæ picem reſipit, picatumque appellatur. *Martial. l.* 13. *epigr.* 107. Hæc de vitiſera veniſſe picata Vienna, Ne dubites. ¶ Præterea *picata* appellantur quidam, quorum pedes ſumſti ſunt in ſpeciem ſphiagum, quod ea Dolii picas vocant. *Feſtus*.

PICEA, æ, ſ. πίτυς, πίνυς, genus arboris picem fundens: a voce Græca allata, unde etiam noſtrum *pecea*, & Etruſcis *pecu*, quam tamen eandem eſſe non affirmaverim. *Plin. l.* 16. *c.* 12. Picea montes amat, atque frigora, feralis arbor, & funebri indicio ad fores poſita, ac vegis ſirens: jam tamen & in domos recepta tonſili facilitate. Hæc plurimam reſinam fundit, interveniente candida gumma, tam ſimili turis, ut mixta viſu diſcerni non queat. *& mox*. Piceæ rami pæne ſtatim ab radice modici, velut brachia lateribus inhærent. *& mox*. Materies piceæ ad fiſiles ſcandulas, cupaſque, & peuſa alia ſecamenta. *& paulo poſt*. Picea minus alta, quam larix. Illa craſſior levioreque cortice, folia villoſior, pinguior, & denſior, molliorque ſexu. At piceæ raziora ſiccioraque folia, & tenuiora, ac magis algentis: totaque horridior eſt, & perfuſa reſinæ: lignum abiegni ſimilius. *& cap.* 24. Folia infecta pectinum modo piceæ, abieti. *& mox*. pungentia pino, piceæ, abieti, larici. *Ovid. Heroid. ep.* 12. *v.* 67. Eſt nemus & piceis, & frondibus ilicis atrum.

PICEARIA. V. *Picaria*.

PICEASTER, ſtri, m. picea ſilveſtris. *Plin. l.* 14. *c.* 10. Fit a picus reſina, in Hiſpania autem a piceaſtris minime laudata. *Hardouin.* habet *pinaſtris*.

PICEATUS, a, um, πιτοχρώτος, pice illitus. *Martial. lib.* 8. *epigr.* 59. Non fuit Autalyci tam piceata manus. Ubi *picearum manum* dicit pro furaci, quaſi quæ picis inſtar, quod tangit, auferat. (Sic *Catull. carm.* 29. *in Theſſ. furens*, *v.* 9. Quæ nunc tuis ab angulis reglutina, & remitte.) Al. leg. *piperata*: quod neglicam conatur *Barthius* ad *Claudian. l.* 2. *in Rufin. v.* 438. & *lib.* 14. *Adverſar. c.* 24.

PICENIANUS, a, um, Picenus, ut Conſularis Picenianus, *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 471. *n.* 8.

PICENS, entis, Picentinus: item Picenus. *Liv. l.* 10. *c.* 10. *extr.* Fodus ictum cum Picenti populo eſt. *Gell. l.* 15. *c.* 4. Eum Picentem fuiſſe, genere & loco humili. *Verr. l.* 2. *R. R. c.* 2. Ultra agrum Picentium. *Sil. l.* 10. *v.* 313. Hic Picentum acies. *Cic. pro Sull. c.* 8. Doceat, Picentes ſolos non eſſe peregrinos. *Plin. c.* 13. *l.* 3. Quinta regio Picen: CCCLX. millia Picentium in fidem populi R. venere. *& mox*. Finitur Prætutiana regio, & Picentium incipit.

PICENTIA, æ, ſ. oppidum, a quo ager Picentinus nomen habet. *Plin. l.* 3. *c.* 5. *a med.* V. vocem ſequent.

PICENTINUS, a, um, ad Picentes pertinens. *Pamperi. ad Domit.* 2. *poſt epiſt.* 11. *l.* 8. *ad Attic.* Picentinæ cohortes. *Tacit. 4. Hiſt. c.* 62. Picentica ala. *Plin. l.* 15. *c.* 15. Picentina pira. *Id. l.* 3. *c.* 5. *a med.* A Surrento ad Silarum amnem triginta millia paſſuum ager Picentinus fuit Tuſcorum, templo Junonis Argivæ ab Iaſone condito inſignis. Intus oppidum Salerni, Picentia. Hæc *Plin.* Porro hæc regio nunc dicitur *Coſta d' Amalfi*, & *Principato citra*, in ora maris Tyrrheni. ¶ Item Picenus. *Martial. l.* 13. *epigr.* 47. Picentina Ceres niveo ſic nectam creſcit, Ut levia accepta ſpongia turget aqua. *h. e.* Picenus panis, de quo *Plin. l.* 18. *c.* 11. Durat ſua Piceno in panis inventione gratia, ne alica materia. Eum novem diebus macerant: decimo ad ſpeciem tractæ ſubigunt nivæ paſſæ ſucco: poſtea in formis, ollis inditum, quæ rumpantur, ibi torrent: neque eſt ea ex eo cibus, niſi madefacto, quod fit lacte maxime muſto. Hæc *Plin.*

PICENUM, i, n. regio Italiæ in ora maris Adriatici, ab Aterno amne uſque ad Apenninum, quo a Sabinis (unde ejus populi origo eſt) ſejungitur. Nunc eſt *parte dello Morea d' Ancona*, & *dell' Abruzzo*. Ejus oppidum nobiliſſimum, & colonia R. Aſculum. Cetera oppida, & certiores fines habebis a Geographo. Nomen dutit ex eo, quod Sabini cum in hanc regionem migrarent, in vexillo eorum picus conſedit, ut *Feſtus* tradit. *Plin. l.* 3. *c.* 13. Quinta regio Piceni eſt, quondam uberrimæ multitudinis. *Suetton. in Cæſ. c.* 34. Picenum, Umbriam, Etruriam occupavit. Adde *Cæſar. Attic. l.* 8. *ep.* 8. *Cæſ. l.* 1. *B. Civ. c.* 11. 15. *& 29. & Liv. l.* 27. *c.* 43. *ſub fin.*

PICENUS, a, um, ad Picenum pertinens. *Cic. in Brut. c.* 14. *& Liv. l.* 21. *c.* 62. Picenus ager. *Plin. l.* 14. *c.* 3. Picena vitis. *& lib.* 18. *c.* 11. Picenus panis. (V. *Picenianus*.) *Martial. l.* 13. *epigr.* 35. Filia Picenæ venit Lucanice portæ. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 270. *& ſat.* 4. *v.* 70. Picenis cedunt pomis Tiburtia ſucco. Nam facie præſtant. ¶ Picenas olivas memorat *Plin. l.* 15. *c.* 3. *a med.* Hæ conditæ gratiſſimæ erant in cibis. *Martial. l.* 5. *epigr.* 19. Succurrent tibi nobiles olivæ, Piceni modo quas tulere rami. *Id. l.* 13. *epigr.* 36. Hæc, quæ Picenis venit ſubducta trapetis, Inchoat, atque eadem finit oliva dapes. *Id. l.* 4. *epigr.* 89. Nec rugoſarum vimen breve Picenarum. Adde *lib.* 11. *epigr.* 53. *& lib.* 1. *epigr.* 44.

PICEUS, a, um, *di pece*, πιτυώδης, qui eſt ex pice, & qui picis inſtar niger eſt. *Virg. a. Georg. v.* 308. *de igne*. Et totum involvit flammis nemus, & ruit atram Ad cælum picea craſſus caligine nubem. *Id. 3. Æn. v.* 572. *de Ætna*. Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem, Turbine fumantem piceo, & candente favilla. *& l.* 9. *verſ.* 75. piceum ſere humida, lumen Tædæ. *& verſ.* 813. toto corpore ſudor Liquitur, & piceum flumen agit. *Ovid. 11. Met. v.* 549. induſta piceæ a nubibus umbra Omne latet cælum. *Val. Flacc. l.* 2. *v.* 125. piceus nimbus. *& verſ.* 527. piceum cælum. *& lib.* 3. *v.* 439. Tum piceæ mactantur aves. *Martial. l.* 2. *epigr.* 41. dentes picique, buxique. *Lucan. l.* 10. *v.* 491. picea unguine tinctus. *Plin. l.* 16. *c.* 33. Imber piceus craſſuſque.

PICINUS, a, um. Picina uva, a colore picis dicta, omnium nigerrima eſt, teſte *Plin. l.* 14. *c.* 3. *ad fin.* ut quidem legit *Hardouin.* ex MSS. ¶ Picinum oleum. V. *Piſſinus*.

PICO, as, a. 1. *impegolare*, *impeciare*, πιττόω, pice linio. *Colum. l.* 12. *c.* 18. Et ferventiſſima pice infuſa novo alia rutabulo, & ſcopula picatur. *Sueton. in Claud. c.* 16. Picare dolia. *Plin. l.* 36. *c.* 22. *a med.* Tofum cura tuentur, picando pariates. *Vitruv. l.* 7. *c.* 4. Interiores tegularum partes curioſius picentur.

PICRIDIÆ, arum, ſ. picrides, lactucæ agreſtes. *Auguſtin. in ſerm. ad Ceterónum. de catechiſm. c.* 4. *ad fin.* ex *Eundi* 12. 8. To. VI. *edit. Monachor. Pariſienſ. pag.* 605. V. vocem ſequent.

PICRIS, idis, ſ. πικρίς, lactucæ, vel cichoreæ agreſtis genus: a πικρός, amarus. *Plin. l.* 19. *c.* 8. Peſſimum autem genus cum exprobratione amaritudinis appellavere picrida. ¶ Eſt & alia herba hac nomine, tota anno florens, rotundo folio. *Plin. l.* 21. *c.* 17. *& lib.* 22. *c.* 22.

PICTACIUM. V. *Pittacium*.

PICTAVI, m. pop. Galliæ Aquitanicæ, quorum regio Pictavienſis provincia, quæ nunc *el Poetù*. *Venanc. Fortun. l.* 6. *carm.* 7. *v.* 215. Poſt aliquas urbes, Pictavas attigit arces. *Id.* ſecundam corripit *lib.* 2. *carm.* 16. *verſ.* 2. Allobroges referunt Pictavos genitum. ¶ Pictavorum meminit & *Ammian. l.* 15. *c.* 11. (*al.* 18.) Antiquiores *Pictones* vocant.

PICTAVICUS, a, um, adject. ad Pictavos pertinens. *Auſon. epigr.* 51. Imago Rufi Rhetoris Pictavici.

PICTILIS, le, pictus, ornatus. *Apul. l.* 11. *Metam.* Aſinus phaleris aureis, & frenis argenteis, & pictilibus baltheis exornatus.

PICTONES, um, ſidem ac Pictavi. *Plin. l.* 4. *c.* 19. *Lucan. l.* 1. *v.* 436. Pictones immunes ſubigunt ſua rura, nec ultra, &c. Multi hunc verſ. *Lucano* eſſe negant.

PICTONICUS, a, um, ad Pictones pertinens. *Auſon. epiſt.* 9. *v.* 36. Et qua Pictonici legit accola litoris.

PICTOR, oris, m. *pittore*, γραφεύς, qui pingit, ſeu picturam exercet. *Cic. 4. Acad. c.* 7. Multa vident pictores in umbris, & in eminentia, quæ nos non videmus. *Horat. de ar. Poet. v.* 9. pictoribus atque poetis Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas. ¶ De priſcis Pictoribus multa *Plin. l.* 35. *c.* 8. *& ſequentib. & Quintil. l.* 12. *c.* 10. ¶ Fuit cognomen familiæ R. in gente Fabia. Primus enim C. Fabius M. F. ita cognominatus eſt, quia picturam exercuit. *Plin. l.* 35. *c.* 4. Apud Romanos bonos mature hanc artem conſigit. Siquidem cognomina ex ea Pictorum traxerunt Fabii clariſſimæ gentis, princepſque ejus, cognominis ipſe, ædem Salutis pinxit anno U. C. CCCCL. quæ pictura duravit ad noſtram memoriam, ede Claudii principatu exuſta. ¶ Ex hac Familia fuiſſe creditur etiam Q. Fabius Pictor, qui poſt cladem Cannenſem Delphos legatus miſſus eſt, ut eſt apud *Liv. l.* 22. *c.* 57. Hic hiſtoriam ſcripſit rerum R. & longe antiquiſſimus auctor dicitur ab *eod. l.* 2. *c.* 40. Sed ejus ſcripta exciderunt injuria temporum.

PICTORIUS, a, um, adject. ad pictores pertinens. *Tertull. l.* 2. *adverſ. Marcion. c.* 3. Poetica, & pictoria licentia. *Julian. Dig. lib.* 38. *tit.* 2. *leg.* 23. Fabriles, vel pictoriæ operæ.

PICTURA, æ, ſ. *pittura*, γραφική, ars pingendi. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 7. Una eſt ars ratioque picturæ, diſſimillimique tamen inter ſe Zeuxis, Aglaophon, Apelles. ¶ Metonymice accipitur pro tabula, vel tela, vel alia re picta. *Cic. 6. Verr. c.* 2. Nego, ullam picturam neque in tabulis, neque textilem fuiſſe, quin conquæſierit, inſpexerit. *Id. in Orat. c.* 11. In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opace, contra alios nitida, læta, colluſtrata delectant.

PICTURATUS, a, um, *pitturato*, *dipinto*, ποικιλόγραφος, pictura, & variis coloribus ſenmatus. *Claudian. in epiſt. ad Serem. v.* 3. picturatæ volucres. *Stat. Theb. 6. v.* 58. picturatus ſoribus agger. ¶ Veſtes picturatæ dicuntur, quæ acu pictæ ſunt. *Virg. 3. Æn. v.* 483. Fert picturatas auri ſubtemine veſtes.

PICTUS, a, um, *dipinto*, γραφικός. *Cic. 5. Fin. c.* 27. Quæ quidem dicunt, qui nunquam Philoſophum pictum, ut dicitur, viderunt. *Id. 5. Tuſcul. c.* 21. Stragulum textile magnificis operibus pictum. *Id. de clar. Orat. c.* 85. Lyſia nihil poteſt eſſe pictius. *h. e.* in docendo ornatius. *Virg. in Culice, v.* 69. Florida cum tellus gemmantes picta per herbas. *Martial. l.* 10. *epigr.* 72. Picti reges. *h. e.* pictis veſtibus induti. *Propert. l.* 4. *eleg.* 6. *v.* 50. Tigna cava, & pictos experiere metus. *h. e.* venos, caſſas formidines. ¶ *Picta rogi*, quæ triumphantium fuit, itemque Conſulum ſub Imperatoribus,

bos, & Prætorum quoties ludos ederent; ita dicta eſt, quod acu elaborata eſſet, & opire Phrygio diſtincta. Eadem & *palmata* dicta eſt, quamquam ſæpius apud Latinos Scriptores invenies *palmeatam tunicam*, quam *palmatam togam*. V. *Palmatus*. Item *Capitolium* aliquando dicitur, tum quod ea Jupiter Capitolinus indutus eſſet, tum quod veſtes triumphales in templo Jovis Capitolini ſervarentur, & inde, cum opus foret, depromerentur. *Lamprid.* in *Alex. Severo*, c. 40. Prætextam, & phialam togam nunquam niſi Conſul accepit, & eandem quidem, quam de Jovis templo ſumptam alii quoque acciebant aut Prætores, aut Conſules.

PICULA, æ, f. diminut. a *pix*. *Apul. de herb.* c. 36. *fol.* 3. Ipſum cum nitro, & axungia, & picula ea aceto tere.

PICUMNUS, & Pilumnus dii præſides auſpiciis conjugalibus habiti ſunt, inquit *Non.* c. 12. n. 36. *Varro ibid.* Natus ſi erat ejuſdem, ac ſublatus, ab obſtetrice ſtatuebatur in terra, ut auſpicaretur rectus eſſe: Dii conjugalibus Pilumno & Picumno in ædibus lectus ſternebatur. *Æmil. Maver* apud *Non. ibid.* n. 3. Et nunc agreſtes inter Picumnus habetur. *Servius ad Æn.* 9. v. 4. pro *Picumnus* habet *Pithumnus*: docet etiam, Pilumni fratrem fuiſſe, & ſtercorendorum agrorum uſum invenifſe: Pilumnum certo pinſendi ſtrumenti: ideo a piſtoribus coli: ab ipſo etiam *pilum* dictum (quod & *Plin.* tradit c. 3. *l.* 18.) A nonnullis hos credi Caſtorem & Pollucem: a Varrone deos conjugales credi. Eadem fere habet ad *Æn. eo. v.* 76. ubi addit, *Piſonem* dicere, Pilumnum dictum, quia pellat mala infantiæ. Deinde Pilumnum cum Picumno ſeu Pithumno confundit, dum ait, eundem cum Stercutio eſſe. Sed hæc inania videntur. ¶ *Non. cit. cap.* 12. n. 3. ex *Hygino* docet, Picumnum eſſe etiam avem Marti dicatam, quæ & picus, vel pica dicitur.

PICUS, i, m. πελεκᾶς, avis præcipui uſus in auſpiciis. *Plin. l.* 10. c. 18. Sunt & parvæ aves uncorum unguium, ut pici, Martio cognomine inſignes, & in auſpicatu magni: quo in genere arborum cavatores ſcandentes in ſubreptum felium modo: illi vero & ſupini, percuſſi corticis ſono, pabulum ſubeſſe intelligunt. Pulios in cavis (*arborum*) educant aerium ſuli. Adactos cavernis eorum a paſtore cuneos, admota quadam ab his herba, elabi, creditur vulgo. Ipſi principales Latin funt in auguriis, a rege, qui nomen huic avi dedit, & *cap.* 33. Priorum alteri ſuſpenditur nidus ſurculo primis in rauſta cyathi modo, ut nulla quadrupes poſſit accedere. *Id. l.* 11. c. 33. *ſub init.* Cinnus natura pico quoque Martio dedit, & grui Balearicæ. *Plaut. Aſin.* a. 1. 12. Quovis admittunt aves: picus & cornix eſt ab læva, curvus porro ab dextera. ¶ *Picos*, inquit *Nonius cap.* 2. n. 641. Veteres eſſe voluerunt, quos Græci γρῦπας appellant, fortaſſe quia ſicut gryps effodere tartara dicitur in montibus Hyperboreis, & aurum ſcrutari: ita picus tundit & cavat arborum cortices, & formicas venatur: unde ἀπὸ τοῦ πείκειν dicti. & Italice *picchia* appellatur. *Plaut. Aulul.* 4. 8. 2. Pici divitiæ, qui aureos montes colunt, ego ſolus ſupero. ¶ Picus ille, qui a *Plinio* dicitur huic aci nomen dediſſe, fuit filius Saturni, pater Fauni, avus Latini, rex Aboriginum, peritiſſimus auguriorum. Hunc Pomona, ut eſt in fabulis, adamavit, & ejus voluptate ſortita eſt conjugium. Poſtea a Circe quoque amatus eſt, quam cum ſperneret, ab illa iratæ in picum Martium converſus, ut eſt apud *Ovid. 14. Met.* a *verſ.* 320. quamquam *Val. Flacc. l.* 7. v. 232. Circem quoque Pici uxoram facit, ut mos eſt Poetis fabulas confuadere. Hoc ideo finxere, quia ejus aeis augurio plurimum utebatur, unde fotara noſcebat: quod & Pontificales indicant libri, inquit *Servius* ad illud *Virg. Æn.* 7. v. 189. Picus eſquum domitor, &c. Unorem habuit Canentam filiam Jani & Veniliæ. *Ovid. loc. cit.* a *verſ.* 333.

PIE, *devotamente*, *religioſamente*, *piamente*, εὐσεβῶς, cum pietate in Deum, patriam, majores, conſanguineos, mortuos, religioſa, ſancta. *Cic. de nat. Deor. l.* 1. c. 17. & 20. *ſub fin.* Pie ſancteque colere deos. *Id. pro Mil.* c. *ult.* Pace tua, patria, diſerim. metuo enim, ne ſcelerate dicam in te, quod pro Milone dicam pia. *Id. de Senect.* c. 12. *extr.* Memoriam noſtri pie incolateque ſervabitis. *Id. Fam.* 11. *ep.* 27. *ad fin.* Alia ſunt, quæ defendam a te pia fieri, & humane, ut de curatione ludorum. *Id.* a. *de Orat.* c. 40. Si pietati ſumma tribuenda lex eſt, debetis moveri, cum Q. Metellum tam pie lugere videatis. *Id. Attic.* 6. *ep.* 7. Q. filius pie ſane animum patris ſui ſorori tuæ reconciliavit. *Senec. de conſol. ad Polyb.* c. 34. a *med.* Quod utromque piiſſime, & fortiſſime tulit. *Apul. de dogm. Plat. l.* 2. *ad fin.* Pie civere. *Ovid. Heroid. ep.* 15. v. 253. Sola vium non ulta pie mœſtiſſima mater.

PIENS. V. *Pius* in fine.

PIERES, rum, Πιερῆς, populi Macedoniæ *Plin. l.* 4. c. 10.

PIERIA, æ, f. *Veria*, al. *Lucoſicbia*, Πιερία, regio Macedoniæ, in confinio Dardaniæ. Picem habet Indicæ, Naricæ, Idææ, & Illyricæ comparandam. *Plin. l.* 4. c. 12. & *lib.* 24. c. 20. ¶ Pieria altera, regio Syriæ, in ora, inter Ciliciam & Phœnicen, ubi mons ejuſdem nominis, qui Amani pars eſt, ubi etiam Seleucia urbs præcipua cognomento Pieria. *Plin. l.* 5. c. 12. & 21. ¶ Apud *Hovem. l.* 3. *od.* 12. v. 15. eſt nomen mulieris proprium.

PIERICUS, a, um, ad Pieriam pertinens, ut Pierica pia, apud *Plin. l.* 24. c. 20. V. *Pieria*.

PIERIDES, dum, f. *Muſæ*, Πιερίδες, novem filiæ Pieri Macedonis, vel Theſſali ex Euippe, al. Enippe, quæ Muſas ad carminum & cantus certamen provocare auſæ, ab iis victæ ſunt, judicio Nympharum, eumque convicia fecerunt, ab illis in pices verſæ fuere. V. *Pico*. ¶ Vulgo hoc nomine Muſæ appellantur, dictæque creduntur a Pieria reg. Macedoniæ, vel a Pierio monte Theſſaliæ in Macedoniæ confinio, ubi ex Jove & Macmoſyne natæ ſint: vel a Pierio Apollinis filio, cujus meminit *Servius ad Eclog.* 7. v. 21. vel ab Jove tertio Pierio, quem *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 21. eas ea Antiopa ſuſcepiſſe tradit. *Virg. Ecl.* 8. *v.* 63. Dicite Pierides. ¶ In ſingulari num. *Ovid.* 4. *Faſt.* v. 222. Pieris niſa loqui. *Horat. l.* 4. *od.* 3. *verſ.* 17. O teſtudinis aureæ Dulcem quæ ſtrepitum, Pieri, temperas.

PIERIUS, a, um, Πιέριος, ad Pieriam reg. vel ad *Pierium* mont. aut fluv. vel ad Pierides, vel ad Muſas, & litteras ſpectans. *Ovid. l.* 2. ex *Pont. ep.* 9. v. 62. Lucida Pieria tendis ad aſtra via. *Horat. lib.* 3. *od.* 4. v. 40. Pierium aatrum. *Id. in ar. poet.* v. 405. Pierii modi. *Ovid.* 1. *ex Pont. ep.* 5. v. 58. chori. *Stat. l.* 1. *ſilv.* 3. v. 23. dies. *b. e.* quos impellimus litteris. *Martial. lib.* 8. *epigr.* 70. Pieria frons. *b. e.* poetæ. *Id. l.* 10. *epigr.* 64 tuba. *b. e.* carmen heroicum. *Id. l.* 12. *ep.* 52. corona. *b. e.* laurus. & *epigr.* 12. Pierius grex. *b. e.* Muſæum, & vatum. ¶ ad Pieriam Theſſaliæ montem. *Propert. l.* 2. *el.* 10. v. 5. Non ut Pieriæ quercus mea verba ſequatur. *Phædr. in prol. l.* 3. v. 27. Pierium jugum.

PIERUS, ri, m. Πίερος, Macedo quidam, vel Theſſalus, qui ea Euippe, al. Enippa genuit novem filias, quæ Pierides appellatæ ſunt. *Ovid.* 5. *Met.* v. 302. Idem Lioum filium ea Euippe ſuſcepit. Condidit urbem Pieriam in Macedonia, al. in Bœotia. ¶ Item mons Theſſaliæ, al. Bœotiæ, in confinio Macedoniæ, apud Olympum M. ubi opp. ejuſdem nominis, Pieris proximum, cum lacu cogn. *Plin. l.* 4. c. 8. ¶ Vulgo dicitur Muſis fuiſſe edita. Sed filiæ Pieri cum Muſis confunduntur. V. *Pierides*.

PIETAS, atis, f. *pietà*, *venerazione*, *riſpetto*, ἐυσέβεια, *cariſtion*, eſt virtus juſtitiæ ſubjecta, qua parentes colimus, vel alios majores, & conſanguineos, amicos, benevolos: item patriam, quæ altera parens eſt. *Cic.* 2. *de Invent.* c. 22. Pietas, quæ erga patriam, aut parentes, aut alios ſanguine conjunctos officium conſeruare monet. *Id. in Pariſ.* c. 12. *extr.* Juſtitia erga deos religio, erga parentes pietas nominatur. *Id. pro Plaut.* c. 33. Quid eſt pietas, niſi voluntas grata in parentes? *Id. in ſomn. Scip.* c. 3. Juſtitiam cole, & pietatem, quæ cum ſit magna in pareatibus & propinquis, tum in patria maxima eſt. *Id. pro Roſc. Amer.* c. 13. Si (id quod præclare a ſapientibus dicitur) cultu ſæpe læditur pietas, quod ſupplicium ſatis acre reperietur in eum, qui mortem obtulerit parenti? *Id. Fam.* 2. *ep.* 1. Ego omni officio, ac potius pietate erga te ceteris ſatisfacio omnibus. & *ep.* 9. Ta perſpicere meam in te pietatem: qui enim dicam benevolentiam, cum illud ipſum graviſſimum & ſanctiſſimum nomen pietatis levius mihi meritis erga me tuis videatur? & *lib.* 6. *ep.* 22. *extr.* Hic tui omnes valent, ſummaque pietate te deſiderent. *Tacit. in Agric.* c. 7. Solemnia pietatis, *b. e.* juſta funeris, quæ matri defunctæ filius perfolvit. ¶ Item deos: eademque fere eſt ac religio, *devozione*, *pietà*, *religione*. *Cic.* 1. *de nat. Deor.* c. 41. *ad fin.* Eſt enim pietas juſtitia adverſus deos. *Id. pro Dom.* c. 41. Nec eſt ulla erga deos pietas, niſi honeſta de animis eorum ac mente opinio. ¶ Item juſtitia, qua dii res hominum regunt, & pœna meritis pœnas, aut præmia tribuunt, miſeros foerent, malos exagitant, &c. *Virg. Æn.* 2. v. 535. At tibi pro ſcelere, exclamat, pro talibus auſis Di, ſi qua eſt cælo pietas, quæ talia curet, Perſolvant graves dignas, & præmia reddant Debita. *Id.* 5. *Æn.* v. 687. Jupiter omnipotens, ſi nondum axoſus ad unum Trojanos, ſi quid pietas antiqua labores Reſpicit humanos, da flammam evadere claſſi. ¶ Item clementia, mitis animus, & facile miſeratos, & parcens, *pietà*, *tenerezza*, *compaſſione*. *Domitianus* apud *Sueton. in ejus vita*, c. 11. Permittite, P. C. a pietate veſtra impetrari, ut damnatis liberum mortis arbitrium indulgeatis. *Martian. Dig. lib.* 48. *tit.* 9. *leg.* 5. Patria poteſtas in pietate debet, non atrocitate conſiſtere. *Juſtin. l.* 10. c. 1. Darius poſt nova paternæ pietatis exempla, interficiendi patris conſilium cepit. *del paterno affetto*. V. *Sen. ep.* 11. *Theb.* a *verſ.* 457. ¶ In plur. numero *Amm. Paneg. ad Maximian. & Conſtantin.* c. 13. Perpetuis profecto pietatibus affinitas iſta coalefcat. Al. aliter leg. ¶ Romanis Pietas dea fuit, templumque habuit Romæ ad foro, ubi poſtea Marcelli theatrum dedicavit Auguſtus. Voverat illud M' Acilius Glabrio Conſul, quo die cum Antiocho pugnavit ad Thermopylas, ut eſt apud *Liv. l.* 36. c. 18. & *lib.* 40. c. 34. Dedicavit M' Acilius filius ejus, ut *Liv. ibid.* tradit. Locus ei exſtruendo in Urbe delectus, ubi memorabile pietatis exemplum olim editum fuerat a quadam ignobili puerpera, quæ, ut narrant *Plin. l.* 7. c. 36. & *Valer. Max. l.* 5. c. 4. n. 7. ſupplicii cauſa carcere incluſa matre, cum innetraſſet aditum, a janitore ſemper excuſſa, ne quid inferret cibi, deprehenſa eſt uberibus ſuis alere eam. (*Feſtus*, & *Salm. ex* t. (*al.* 7.) *ſub fin.* patrem fuiſſe tradunt.) Quo miraculo materi falos donata filiæ pietati eſt, ambæque perpetuis alimentis: & locus ille eidem confecratus deæ; C. Quinctio, M' Acilio Conſ. templo exſtructo, &c. *Feſtus* ſcribit, non carcerem, ſed domum, ubi va mulier habitaverat, templi ſedem fuiſſe. ¶ *Pietas Julia* vocatur nunc *Pola* urbs Iſtriæ, R. colonia, quondam a Colchis condita. *Plin. l.* 3. *cap.* 19.

PIETATICULTRIX, icis, f. quæ pietatem colit. *Petron. in Satyr.* c. 55. Ciconia etiam grata, peregrina, hoſpita, pietaticultria.

PIGENDUS. V. *Piget*.

PIGER, gra, grum, *pigro*, *tarde*, *accidioſo*, ἀνωφελὴς, *fainéant*, ἀργὸς, segnis, tardus. Putant quidam eſſe a πηγὸς, quod *Heſych. dryanin* interpretatur, *b. e.* difficilem, moleſtum, quaſi difficile moveatur. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 17. Interdum piger, interdum timidus in re militari videbere. *Virg.* 4. *Georg.* v. 259. apes contractu frigore pigræ. *Martial. l.* 3. *epigr.* 67. pueri Vatreni, Eridanoque pigriores. *Liv. l.* 21. c. 55. Gens pigerrima ad militaria opere. *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. *ep.* 1. Ad litteras ſcribendas pigerrimus. *Horat. l.* 1. *ſat.* 4. v. 22. piger ſcribendi ferre laborem. ¶ Cum genitivo *id. l.* 2. *ep.* 2. v. 124. Militiæ piger & malus. *Sil. l.* 14. v. 264. Non Herboſos iners, non Naulocha pigra periclı Sederunt. *Id. l.* 15. v. 504.

ſerpit Arar per rura pigerrimus undæ. ¶ Translata *Horat. l. 1. ep. 1. v. 21.* piger annus Pupillis, quos dura premit cuſtodia matrum. *b. a.* longus. Sic *Ovid. 2. Faſt. v. 767.* Dum nos difficilis pigro tenet Ardea bello. *Id. 4. ex Pont. ep. 12. v. 61.* ſtagno ſimilis, pigræque paludi. *b. e.* immotæ, ſtanti. *Claudian. l. 2. de laudib. Stilich. v. 355.* Elephanti pigra molem. *b. 2.* gravis. *Colum. l. 7. c. 8.* Pigro humore defluere. *b. 2.* ſpiſſo & lento. *Horat. l. 1. od. 22. v. 17.* Pone me, pigris ubi nulla campis Arbor æſtiva recreatur aura. *b. e.* perpetuo frigore obſtita, atque aden ſterilibus. *Colum. l. 2. c. 1. 18.* Pigriora ſunt iſta remedia, cum ſit efficaciſſimum de integro locum evarare. *Stat. l. 1. ſilv. 4. v. 57.* pigra vita. *b. e.* otioſa. *Ovid. 2. Amor. el. 3. v. 14.* Indigna iſt pigro forma perire ſitu. *b. e.* quæ nec amet, nec ametur. *Martial. l. 10. epigr. 104.* Pigrum aliquem facere. *b. a.* otioſum reddere, & ſecutum a labore. Apud *eund. l. 2. epigr. 11.* piger vultus eſt demiſſus, torpens, mœſtus. Sic *Apul. l. 4. Metam.* Rea olim beatus, affatu ſanctæ vaticinationis accepto, piger triſtiſque retro domum pergit. Al. leg. *pigens*. ¶ Metonymica, pigros faciens. *Catull. carm. 62. de Aty. v. 37.* Piger ſopor. *Tibull. l. 1. el 2. v. 89.* Pigra frigora. *& e. leg. 21. v. 40.* ſenecta. ¶ *Pigriſſimus* pro *pigerrimus* eſt *Tertull. in exhortat. ad Caſt. 2. ult.* ¶ Ingerere pigros in os ſenatoris, apud *Sinoc. l. 2. de benef. 2. 12. cete.* V. *Epigrue*.

PIGET, ebat, guit, & pigitum eſt, impeſſ. *a. vincefee, vitem a mopo, μετανίαν, μεταμέλειν*, tædet, moleſtum eſt, dolorem affert. *Terent. Adelph. 3. 3. 37.* Fratris me quidem pudet, pigetque. Ubi *Donat.* Pudet quod turpe eſt, piget quod dolet. Sic *Nen. c. 5. v. 10.* Pudet verecundiæ eſt, piget pœnitentiæ. *Salluſt. in orat. Philippi contra Lepid. circa med.* Niſi forte pudet, aut piget recta facere. *Id. in Jug. 1. 100. intr.* Nam poſtea quæ fecerit incertum habeo, pudeat magis, an pigeat differre. *Plaut. Pſeud. 2. 3. 47.* Nimio id quod pudet, facilius ferur, quam illud, quod piget: Non dediſſe, iſtum pudet; me, quia non accapi, piget. *Salluſt. in Jug. c. 4. extr.* Dum me civitatis morum piget, tædetque. *Apul. l. 1. Metam.* Ne pigeat te, vel tædeat reliqua perlegere. *Cic. pro Dom. c. 31.* Ut me non ſolum pigeat ſtultitiæ meæ, ſed etiam pudeat. *Acteus* apud *eund. l. 1. de Divin. c. 31.* Mea mater, tui me miſeret, mei piget. *Plaut. Mim. ſc. ult. v. 7.* Quæſo, loquere tuum mihi nomen, ni piget. *Cic. in Bruto, 1. 52.* Oratione multitudo ad miſericordiam inducitur, ad pudendum, ad pigendum. *Petron. in Satyr. c. 117.* Nequa enim me piguit quærere. *Sil. l. 7. v. 173.* Nec pigitum parvoſque lares, humiliſque ſubira Limina exlicolam tecti. *T. Caſtricius* apud *Gell. l. 13. c. 21.* Pigitum eſt, cinctos ſalrem eſſe, & pœnulatos? ¶ Cum accuſat. communi, vel nominativo *Terent. Heaut. prol. v. 18.* Factum iſta id non negat, nequa ſe id pepere. *Id. Phorm. 3. 3. 22.* Na quid plus minuſve faxit, quod nos poſt pigeat. ¶ Pro pœnitere. *Juſtin. l. 12. c. 6.* Conſiquum in ira locum ſucceſſit æſtimatio, pigere eum facti cœpit. *Apul. l. 7. Metam.* Profecto vos hujus omnis injuriæ pigeret. ¶ *Paul. ex Feſt.* Pigere interdum pro tardaci, interdum pro pœnitere poni ſolet. ¶ Pro pudere. *Apul. in Apolog.* Hic etiam *pro* ſua gravitate vitio mihi vortebat, quod me nec ſordidiora dicere honeſte pigeret. ¶ Porticip. *pigens*, & *pigendus*. *Apul. l. 4. Metam.* Pigeas triſtiſque rerum domum pergit. *Propert. l. 4. el. 1. v. 76.* averſus Apollo Poſcitur invita verba pigenda lyra. ¶ *Pigeo*. V. in *Pudeo*.

PIGMENTARIUS, ii, m. *chi vende colori, ſpeziale, droghiere, profumiere*, qui pigmenta vendit, item medicamenta, aromata, unguenta. *Gloſſa vet.* Pigmeotarius, *χρωματοπώλης, σμυρνοπώλης, μυροπώλης*. Vox ad adjectiva. *Cic. Fam. 13. ep. 17.* Attius pigmentarius valde gaudebat, &c. *Martian. Dig. lib. 48. tit. 8. leg. 3.* Ut pigmentarii, ſi cui temere cicutam, ſalamandram, aconitum dederint, pœna teneantur hujus legis. *Scribon. Larg. compoſ. 22.* Collyrium ex lacte ipſin papaveris caprum fit, non ex ſucco foliorum ejus, ut pigmentarii infirmes ejus rei compendii cauſa faciunt. *Jul. Firmic. l. 8. 1. 27. a med.* Tutarios faciet, vel pigmentarios, ſeu pharmacopolas. *Fulgent. Plane. in expoſit. ſermon. antiq.* Myropolæ ſunt, qui unguenta vendunt, ut ſunt pigmentarii.

PIGMENTATUS, a, um, *imbellettato, κεκοσμημένος*, pigmentis ornatus. *Tertull. de cultu fem. in fin.* Talites pigmentatæ Deum habebatis amatorem. *Prudent. in Hamartig. v. 316.* Quas pigmentato meretrix jacit improba crine.

PIGMENTUM, ti, n. *colore, χρώματα*, colores pictorum: a ſup. *pictum* verbi *pingo*, e in *g* converſo. Adhibetur fere in plur. numero. *Plaut. Epid. 5. 1. 20.* Quem Apelles, Zeuxiſque dum pingent pigmentis ulmeis. *Ideſt* virgis ulmeis utuntur ad corpus meum ſanguine pingendum. *Cic. 1. de Div. c. 13.* Aſparſa temere pigmenta in tabula, uris lineamenta efficere poſſunt. *Plin. l. 35. c. 11. ſub fin.* Vela in cortinam pigmenti ferventis miſſa, poſt ammentum extrahuntur picta. ¶ Speciarim ſumitur pro unguento, quo mulieres utuntur ad venuſtandam faciem, qualis eſt ceruſſa, aliique id genus ſuci, quibus cuti candorem & ruborem inducunt, *bellette, liſcie, gheſſi*. *Plin. l. 16. c. 43.* Nuper portentoſis ingeniis principari Neronis inventum, ut pigmentis perderet ſe. ¶ Quandoque accipitur pro ſucco herbarum, unde pigmenta fiunt, & pharmaca. *Firmic. l. 8. c. 27.* Marſi erunt, vel qui venenis ea herbarum pigmentis confectis ſaluteria ſolennt hominibus remedia comparare. Adde *Cal. Aurel. 2. Acut. c. 9. circa med.* ¶ Translate dicitur de coloribus Rhetoricis, ideſt de exornationibus. *Cic. Acut. l. 2. ep. 1.* Meus autem liber totum Iſocratis *μυροθήκιον*, atque omnes ejus diſcipulorum arculas, & nonnihil etiam Ariſtotelia pigmenta conſumpſit. *Id. in Bruto, c. 87.* Volvendi ſunt libri Catonis. intelliges nihil illius lineamentis, niſi eorum pigmentorum, quæ inventa nondum erant, florem & colorem defuiſſe. ¶ Item de ornamentis inanibus, de mendaciis, de fraudibus. Nam ejus qui pingitur, non eſt naturalis color, ſed artificialis. *Cic. 2. de Orat. 1. 45.* Tum iotegræ ſententiæ, tam veræ, tam novæ, tam ſine pigmentis fucoque puerili.

PIGNERATIO, onis, ſ. actus pignerandi, pignus. *Cajus Dig. lib. 20. tit. 1. leg. 9.* Quod emptionem venditionemque recipit, etiam pignerationem poterit recipere. ¶ Quidam ſcribunt *pignoratio*.

PIGNERATITIUS, & Pigneraticius, & Pignoratitius, a, um, ad pignus pertinens. *Pompon. Dig. lib. 13. tit. 7. leg. 6.* Pigneratitius fundus. *b. a.* qui pignori datus: *empegnato, ipotecato. Ulpian. ebd. leg. 1. 9. 11.* &c. Pigneratitia actio: & abſolute Pigneratitia. *b. e.* quæ de pignore inſtituitur: & datur debitori ad repetendum pignus, debito ſoluto. *Martian. ibid. leg. 1. 32.* &c. Contraria pigneratitia actio. *b. e.* quæ datur creditori rem ſibi oppigneratam repetenti adverſus debitorem. *Id. lib. 39. tit. 2. leg. 15. a med.* Pigneratitius creditor. *b. e.* qui ſub pignoribus creditit. *Id. lib. 13. tit. 7. leg. 24. & 36.* Pigneratitium judicium. *b. e.* quod de pignore inſtituitur.

PIGNERATOR, & Pignorator, oris, m. *Ἐνεχυραστής*, qui pignus accipit. *Cic. Verr. 5. c. 21.* Cum in his quidem rebus omnibus publicanus petitor, ac pignerator, non creptor, neque poſſeſſor ſoleat eſſe.

PIGNERATUS, & Pignoratus, a, um, *impegnato*, pignori obligatus. *Ulpian. Dig. lib. 40. tit. 5. leg. 24. anni mod.* Si quis ſervo pignerato directam libertatem dederit. *& leg. 46.* Ancillam ſuam pigneratam manumittere. ¶ Translate *Liv. l. 24. c. 1.* Velut obſidibus datis, pigneratos habere animos.

PIGNERO, as, a. 1. *dare in pegno, impegnare, ἐνεχυράσαι*, eſt rem pignori dare: ab antiquo *pignera* pro *pignora*. *Sueton. de Vitell. c. 7.* Utque ex aura mutua detractum unionem pigneraverit ad itineris impenſas. *Modeſtin. Dig. lib. 42. tit. 5. leg. 5.* Si rem, quam tibi pignerevi, ſubripuero. *Liv. l. 29. c. 36. intr.* Cum abſentes damnati eſſent, corporibus ſubtractis, bona tantum, quæ publicari poterant, pigneranda pœnæ pebebant. *de conſiſcare. Juvenal. ſat. 7. v. 73.* Cujus & alvenlos, & lenem pigneret Atreus. *b. e.* Rubrenus Poeta (de quo ſermo eſt) dum tragœdiam de Atreo ſcribit, cogitur ob paupertatem lanam pignori dare. Itaque perperam quidam hoc loco *pigneret* accipiunt pro pignus capere. ¶ Item pignore obligo, devincio. *Apul. l. 3. Metam.* Tuumque mancipium irremunerabili beneficio tibi perpetuo pignera. *Nazar. in Panegyr. ad Conſtantin. c. 35.* Cum ex omnibus provinciis optimates viros curiæ tuæ pigneraveris. ¶ Hoc ſenſu *diarre* etiam *pignero* deponentis forma, ut *Gell. l. 18. c. 12. extr. & Perſicon. l. 8. pag. 799.* Poſſit. adnotarunt. *Cic. in fragm.* apud *Non. c. 7. n. 84.* Maximas noſtri ingenii partes ipſa ſibi ad utilitatem ſuam pigneraretur.

PIGNEROR, aris, atus ſum, dep. 1. *impegnare*, pignus capio, obnoxium mihi reddo. Translate *Sueton. in Claud. c. 10. extr.* Primus Cæſarum ſidum militum etiam præmio pigneratus. *Cic. Phil. 14. 12.* Mars ipſe ea acie fortiſſimum quemque pignerari ſolet. *b. e.* ſibi aſſerere, vindicare, veluti in pignus accipere: itaque ſenſus eſt, fortiſſimum quemque primum in prælio occumbere ſolere. *Id. in fragm.* apud *Non. c. 7. n. 84.* Sed ut plurimas & maximas noſtri animi, ingenii, conſilii prima ipſa ſibi ad utilitatem pigneraretur. *b. e.* vindicaret. *Ovid. Met. 7. v. 620.* ſint iſta, precor, felicia mentis Signa tuæ, dixi: quod das mihi, pigneror omen. *b. e.* accipio tanquam pignus, & fidem tuæ in me voluntatis. Alii ſemen alirer leg.

PIGNORISCAPIO, onis, f. *ſequeſtro*, quaſi captio pignoris. *Cato* apud *Gell. l. 7. c. 10.* Pignoriſcapio ob æs militare, quod æs a Tribuno ærario milen accipere debebat, vocabulum ſeorſum fit.

PIGNOSA, pignora, eo modo, quo Valeſii pro Valerii, &c. *Feſtus*, ubi mallet *Voſſ. in Etymol.* legi *pignoſa* quia & *pignera* olim dictum fuit, ut *Priſcian.* docet *l. 6. pag. 721. Putſch.*

PIGNUS, oris, (*olim* neris) n. *pegno, gaggio, ſbaggio, νυσθήκη*, id quod alteri datur, ut ſit ſecurus vel da re ſua nobis tradita, vel de re, aut opere noſtre ei promiſſa. Quomodo ab hypotheca differat, in eo voce *dictum* eſt. *Cajus Dig. lib. 50. tit. 16. leg. 238.* a *pegno* dictum putat, quia quæ pignori dantur, manu traduntur: alii a *pango* derivant, quia pactione pignus traditur. Utraque notatio nimis longe petii videtur. *Cæſ. l. 1. B. Civ. c. 39.* A tribunis militum, centurionibuſque mutuas pecunias ſumpſit. hac exercitui diſtribuit. quo facto, pignore animos centurionum devinxit, & largitione ſedemit militum voluntates. *Sueton. in Aug. c. 21.* Novum genus abſidum feminas eligere tentavit, quod negligem marium pignora ferrebat. *Papinian. Dig. lib. 20. tit. 1. leg. 1.* Servum pignori *dare*. *& mox.* Cum prædium pignori daretur, nominatim, ut fructus quoque pignori eſſent, convenit. *& leg. 3.* Rem aliquam pignori obligare. *& leg. 2.* Fidejuſſor, qui pignora, vel hypothecas ſuſcepit, atque ita pecunias ſolvit. *Paul. ibid. leg. aft. & Tacit. 3. Hiſt. c. 65.* Rem alicujus pignori accipere. *Cajus lib. 13. tit. 7. leg. 10.* Sub pignoribus mutuas pecunias accipere. *Papinian. lib. 20. tit. 4. leg. 2.* Habere aliquid pignori. *Pompon. ibid. leg. 4.* Liberare pignus a creditore. *Martian. ibid. tit. 5. leg. 7.* Reddere pecuniam, & pignus recuperare. *Ulpian. lib. 43. tit. 3. leg. 2.* Pignoribus cavere alicui. *Id. lib. 13. tit. 7. leg. 27.* Autum pignori apud aliquem ponere. *dar in pegno, impegnare*: quod ſæpius probati Scriptores *apponere* dicunt. *Plaut. Pſeud. 2. 2. 84.* Potes nunc mutuum drachmam dare mihi unam? *Pſeud.* vin hercle opinor, ſi me opponam pignori. V. *Oppono*. ¶ Quod depositue ab iis, qui ſimul de re aliqua decertant, ut ſit victoris, *ſcommeſſo. Virg. Ecl. 3. v. 31.* Certare pignore cum aliquo. *ſcommettere*.

Sic

Sic *Catull. carm. 44. ad Fundum*, v. 4. (& *Phædr. l. 4. fab. 10. v. 5.*) Quovis Sabinum pignore eſſe contendit. *h. e.* paratì quamvis pecuniæ ſummam pignori oppoſuere. *Gell. l. 5. c. 4.* Contra libarius in quodvis pignus vocabat, ni in una uſpiam littera delictum eſſet. (*Al. leg.* ſi in una nuſpiam.) *h. e.* provocabat ad quodvis pignus deponendum. *Plaut. Epid. 5. 2. 34.* Da pignus, ni ea ſit filia. *& mox.* Ni ergo matris filia eſt, in meum nummum, in tuum talentum pignus da. *h. e.* ut ego nummum amittam, tu talentum. *Ovid. l. 2. de ar. am. v. 268.* Et quærit, poſito pignore, vincat uter. *Valer. Max. l. 4. c. 3. n. 3. extern.* Pignore cum quibuſdam poſito, an poſſet, &c. *& paulo poſt.* Ponere pignus cum aliquo de re quapiam. ¶ Juriſconſulti *pignus* dicunt quemvis contractum, in quo pignus datur. Hinc apud eos, contrahere, fiatre, ſolvere pignus. *Ulpian. Dig. lib. 13. tit. 7. leg. 1. & lib. 20. tit. 6. leg. 3.* &c. ¶ Eſt etiam pignus, quod Magiſtratus capit contumaciæ vincendæ cauſa, ut ſi v. gr. Senator per viatorem accitus venire in Senatum recuſaverit, vel in Senatu contra Magiſtratum obloquutus fuerit, &c. *Liv. l. 3. c. 38. ad fin.* Dimiſſi circa domos apparitores ſimul ad pignore capiendo, ſciſcitandumque, num conſulto detrectarent. (Adde *lib. 37. c. 51.*) *Cic. 3. de Orat. c. 1. a med.* Hic cum Philippo quaſi quaſdam verborum faces admoviſſet, non tulit ille, & graviter exercuit, pignoribuſque ablatis Craſſum inſtituit coercere. *Id. Phil. 1. c. 5.* Senatores pignoribus cogere. ¶ *Pignora cedere, concidere*, all pignora contumaci ablata a Magiſtratu diſtrahere, ſub haſta vendere, conſumere. V. *Cædo. Craſſus* apud *Cicer. l. 3. de Orat. c. 1. ſub fin.* An tu, cum omnem auctoritatem univerſi ordinis pro pignore putaris, eamque in conſpectu populi R. concideris, mais pignoribus exiſtimas poſſe terreri? Non tibi illa ſunt cædenda, ſi Craſſum vis coercere: hæc tibi eſt evidenda lingua, &c. Hinc *ſua pignora cædere*, ſibi ipſi damno eſſe, ſcipſum lædere: proverbialis locutio. *Tibull. l. 4. carm. 13. v. 27.* Quid facis demens? heu heu mea pignora cædo. Sunt qui leg. *rada*: ſunt qui *creda*: ſed *cædo* ea *Craſſi* verbis ſatis firmatur. ¶ Eſt & aliud pignoris genus, quod Prætorium dicitur, cum creditor, aut fideicommiſſarius in poſſeſſionem rei a Prætore mittitur, ejus ſervandæ cauſa. *Ulpian. Dig. lib. 13. tit. 7. leg. 26. & Paul. lib. 42. tit. 5. leg. 22.* &c. ¶ Translate pignus dicitur quidquid facit ad continendum in officio, ſidem alicujus rei faciendam, aut retinendam, aut obligandam, *pegno, ſicurezza, presa. Cic. Phil. 2. c. 2.* Magnum pignus ab ea reipublicæ datum, ſe libertam civitatem eſſe velle, cum Dictatoris nomen ſuſtulit. *Id. pro Cæl. 2. ult.* Habet a M. Cœlio reſpubl. duas accuſationes, vel obſides periculi, vel pignora voluntatis. *Plin. l. 20. ep. 11.* Tantam mihi poſt conſulatum reverentiam præſtat, ut publicæ neceſſitudinis pignora privatis comulet officiis. *Cic. Phil. 13. c. 3. a med.* Nec pro his libertatem, ſed pro libertate hæc projicias, tanquam pignora injuriæ. *Id. c.* tanquam pignora injuriæ ſubeundæ. quia dum vis fortunas, & vitam ſervare, ſis obnoxius certæ ſervituti. *Tacit. 3. Hiſt. c. 72.* Sedes Jovis Opt. Max. auſpicata a majoribus pignus imperii condita. *& lib. 4. c. 61.* Pauci centurionum reſervantur, pignus ſocietatis. *& cap. 57.* Militum emebantur animi; ut pignus tanti ſceleris nec aut vinculis Irgotorum darentur. *Curt. l. 6. c. 7. extr.* Dextram ei reconciliatæ gretiæ pignus obtulit. ¶ certum argumentum, ſignum. *Sever. in Ætna, v. 459.* Certaque venturæ præmittit pignora flammæ. *Ovid. 2. Met. v. 38.* Pignora da genitor, per quæ tua vera propago Credar. *Id. 2. de or. am. v. 378.* Ardet, & in vultu pignore mentis habet. *Phædr. in fin. fab. 5. l. 5.* Turpemque apertо pignore errorem probans, &c. ¶ *Pignora* ſunt filii, & nepotes, quia conjugalis amoris, & fidei viaculum. *Propert. l. 4. el. 11. v. 69.* Nunc tibi commendo communia pignora, natos. *Ovid. 11. Met. v. 542.* ſubeunt illi fraterſque, parenſque: Hunc cum pignoribus domus. *Id. Heroid. ep. 6. v. 121.* prolemque gemellam, Pignora Lucina bina favente dedi. *Id. 3. Met. v. 134.* Tot natos, natasque, & pignora cara, nepotes. *Stat. l. 2. ſilv. c. 2. n. 86.* adſcito pignora. *Fgliuoli adottivi.* ¶ Item parentes, fratres, uxor, conjuncti. *Plin. l. 1. ep. 22.* Habens filiam, uxorem, nepotem, ſorores, interque tot pignora veros amicos. *Quintil. l. 6. c. 1. a med.* Quare & obſecratio illa judicum, per cariſſima pignora, utique ſi & reo ſint liberi, conjux, parentes, utilis erit. ¶ De furculis inſitis, qui ſunt quaſi filii adoptivi, *Pallad. de inſit. v. 209.* Necnon & citrei patiuntur mutua remi Pignora, quæ gravido cortica moreo alit.

PIGRE, adverb. *pigramente, lentamente, ἀργῶς*, ſigniter, tarde. *Plin. l. 20. c. 24.* Pigrius retrante femina ad pullos. *Senec. l. 3. de ben. c. 27.* Pigre in ſervitutem tranſiens. *Colum. l. 7. c. 5.* Pigre ac ſegniter agere. *Lucan. l. 5. v. 434.* alto torpore ligatæ Pigrius immotis hæſere paludibus undæ.

PIGRĔO, es, n. a. *eſſer pigro*, piger ſum. *Enn.* apud *Non. c. 3. n. 170.* Pro ætate pigrei ſufferre laborem. *Accius ibid.* Omnes gaudent recte facere, mali pigrant. Ubiqus al. aliter leg.

PIGRESCO, is, n. 3. *divenir pigro, ſvogliarſi*, fio piger, vel lecatus. *Plin. l. 28. c. 18. de Nilo:* Moa pigreſcit, in Virginem mansgreſſu Sole.

PIGRITIA, æ, & Pigrities, ei, *f. pigrizie, ὀκνία*, tarditas, ignavia, negligentia. *Cic. Tuſcul. 4. c. 8.* Pigritiam definiunt, metum conſequutoria laboria. *Id. 1. Offic. c. 29.* Ut eppetitus retioni obediant, eamque neque præcurrant, nec propter pigritiam, aut ignaviom deſirant. *Id. Attic. l. 16. ep. 15.* Noli putare, pigritia me facere, quod non mea manu ſcribam. *Petron. in Satyr. c. 85.* Pigritiamve recedendi impoſuerat hilaritas longior. *Liv. l. 54. c. 42. extr.* Noa & fugiemes texit, & Romanis pigritiam ad ſequendum ignotis locis fecit. *Martial. l. 12. epigr. 80.* Arguimur lentæ crimine pigritiæ. ¶ Apud *rund. l. 12. epigr. 4.* ingenua pigritia eſt honeſtum otium. ¶ Translata *Senec. de Provid. c. 3. ante med.* Conchyliis ſuperi atque infera maris pigritiam ſtomachi naufeantis erigere.

PIGRO, as, n. t. piger ſum, tardo, idem ac pigror. *Non. c. 2. n. 655.* exponit retinere. *Accius ibid.* Metui ſi pigraſſe. nam properaſſe aſ uſus. *Id. ibid.* Sed cur propter te pigrem hæc, aut hujuſce dolorem parcare capiti? *Lucret. l. 6. v. 420.* Quod niſi pigraris, paulumve receſſeris ab re. pro *pigraveris*. Potuit etiam eſſe a *pigror, aris*.

PIGROR, aris, dep. 1. *tardare, ἀργέω*, per pigritiam cunctor, moror, tardo, differo. *Cic. Attic. l. 14. ep. 1.* Tus quæſo, quicquid novi, ſcribere ne pigrere.

PIGROR, oris, m. pigritia. *Lucil.* apud *Non. c. 3. n. 169.* Languor & oppreſſit, pigror, torporque quietem.

PIGUUS, a, um, quam piget. Agnoſcitur a *Priſciano l. 4. pag. 635. Puriſch.* ſed fine exemplis.

PILA, æ, *f. mortaio, ὄλμος, ὕγλη, θύεια*, mortarium, vas æreum, lapideum, aut lignoum, in quo aliquid pinſitur, & comminuitur: a *πίλλω*, ſtipo, denſo. *Cato* R. R. c. 14. Pilam, ubi tritieum pinſant, unam. *Plin. l. 18. c. 11. a med.* Zeæ granum tunditur in pila lignea, ne lapidis duritia conterat. *Colum. l. 12. c. 51.* Animata in pila quam mundiſſime contundito. *Ovid. in Ibin, v. 573.* Aut, ut Anaxarchus, pila minuaris in alta, Iſtaque pro ſolidis frugibus oſſa ſonent. ¶ Item ſtructura erecta in modum columnæ, ad aliquid ſulciendum, *pilaſtro, pilare, μίσσ.* Differt a columna, quæ uno ſtapo conſtat, h. e. lapide oblongo perpetuo: pila vero ſtructilia eſt pluribus lapidibus, aut latericius. *Vitruv. l. 6. c. 11.* Eorum parietes, pilæ, columnæ ad perpendiculum collocantur. *Horat. l. 2. ſat. 4. v. 71.* Nulle taberna meos habeat, neque pile libellos. *Nepos in Alcib. c. 4.* Ejus devotionis exemplum in pile lapidaa incium. *Vitruv. l. 2. c. 8. a med.* Pilis lepidem, ſtructuris teſtaceis altitudines evſtructæ. *Senec. l. 6. nat. quæſt. c. 30.* Pilas operibus ſubdere. *Liv. l. 40. c. 52.* Locavit pilas pontis in Tiberim: quibus pilis fornices poſt aliquot aanos locaverunt imponendos. *Plin. l. 11. c. 18.* Ruentes ceras ſulciunt, pilarum intergerinis a ſolo fornicatis. ¶ Quod ſcribit *Paul. ex Feſto*, Pila, quæ parietem ſuſtentat, ab opponendo dicta eſt. *Voſſ.* putat legendum ab *appilonda*, h. e. ſtipando, firmando. ¶ Item faaca molæ, quæ præſtruitur litori ad frangendam undarum vim, *molo, ἀκρωτήριον, χῶμα*. Ejus conſiciendæ, & in mare jaciendæ *Vitruv. l. 5. c. ult.* rationem docet. *Virg. 9. Æn. v. 711.* Qualis in Euboico Bajarum littore quondam Saxea pila cadit, magnis quam molibus ante Conſtructam ponto jecium. Adde *Sil. l. 4. a verſ. 297.*

PILA, æ, *f. pella, globo, σφαῖρα*, ſphæra, globus, quo luditur. *Cic. 3. de Orat. c. 23.* Ut ſi veltm ego talis optime ludere, aut pilæ ſtodin tangere. *Horat. l. 1. ſat. 3. v. 49.* Namque pile lippis inimicum & ludere crudis. *Propert. l. 3. el. 12. v. 5.* Cum pila veloci ſaltli per brachia lapſu. *Virg. in Cer, v. 149.* cum lapſa e menibus fugit pila, cumque relapſa Procureit virgo. (Hinc diſces, Gezcis virginibus morem fuiſſe pila ludere, leviore tamen, & mioori, quam viris, artificio, & lebore corporis. *V. Ovid. 3. de ar. am. a verſ. 381.*) *Petron. in Satyr. c. 27.* Pilam repetere, quæ terram contigit. *& mox.* Pilas inter manus luſu expellente vibrare. *Varr.* apud *Non. c. 2. n. 281.* Videbis Romæ in foro anta lenenas pueros pila expulſim ludere. *Martial. l. 14. epigr. 46.* cujus lemma *Pila trigonales.* Si me mobilibus ſcis expulſare ſiniſtris, Sum tua: ſi neſcis, ruſtice, redde pilam. *Auct. Pomeg. ad Piſon. v. 173.* Nec tibi mobilitas minor eſt, ſi forte volantem Aut geminare pilam juvat, aut revocare cadentem, Et non ſperato fugientem reddere geſta. *Senec. l. 2. de benef. c. 17.* Pilam cedere non eſt dubium aut mittentis vitio, aut accipientis. Tunc curſum ſanus ſervet, ubi inter manus utriuſque, apta ab utroque & jactata & excepta, verſatur. Neceſſe eſt autem, luſor bonus aliter illam colluſori longo, alitee brevi mittat. *& mox.* Pile utcumque venerit, manus illam expedita & agilis repercutiat. Si cum tirone negotium eſt, non tam rigide, nec tam excuſſe, ſed languidius, & in ipſam ejus dirigentes manom, remiſſe occurremus. *& cap. 32.* In luſu eſt aliquid, pilam ſcite & diligenter excipere: ſed non dicitur bonus luſor, niſi qui apte & expedite remiſit, quam exceperat. *Manil. l. 5. v. 165.* Illa pilam celeri fugientem reddere planta, Et pedibus penſare manus, & ludere ſaltu. V. *Donat.* Tres autem modos ludendi pile obſervant Eruditi, datatim, reptim, expulſim. V. ſuis locis. *Alphon. Dig. lib. 9. tit. 2. leg. 52. ſub fin.* Cum pila complures ludercnt, quidam ex his ſervulum, cum pilam percipere conaretur, impulit. ¶ Pilam luſoriam, inquit *Plin. l. 7. c. 56. a med.* Pythus invenit. Ejus quatuor ſunt genera, trigonalis, pagnica, follis, & harpeſtum. V. ſuis locis. ¶ *Mere claudo retinere pilam*, proverb. apud *Cicer. in Piſon. c. 28. V. Claudus.* ¶ *Mea pile eſt*, aliud proverb. res eſt in mea manu & poteſtate. *Plaut. Trucul. 4. t. 7.* Tatus gaudeo: mea pila eſt. Nos quoque eod. ſenſu dicimus, *avere la palla in mano.* ¶ Enimvero dii nos quaſi piles homines habent *Plaut. Capt. prol. v. 22. h. e.* agitant, verſant, & fortunæ ludenti in rebus humanis objiciunt. *ſecondo di noi alla palle.* Simila eſt illud *Petron. in fragm. Tragur. c. 44. Burm.* Singulos volut pilas tractabat. Al. aliter leg. *Auſel. Vill. in Eprom. c. 18.* Hoc exitu ubiit vir ad homınæ converſationis exemplum per laboris genera univerſa aſſumptus, pervectuſque eo, ut Fortunæ vocaretor pila. ¶ *Pila* etiam dicitur quidquid rotundum eſt inſtar pilæ. *Plin. l. 12. c. 10.* Pilæ lanuginis, ea quibus veſtra pectuntur linteo faciunt. *bottoni, pallottole, globetti. & lib. 13. c. 28.* Scarabæi e ſimo ingentes pilas averſi pedibus volutant. *Id. l.*

37. *c.* 2. *o med.* Cryſtallina pila adverſis poſita ſolis radiis. *Martial. l.* 13. *epigr.* 20. Nurſinæ pilæ. *b. e.* rapa rotunda. *Propert. l.* 2. *el.* 18. *v.* 60. Et manibus dura frigus habere pila. *b. e.* pilam cryſtallinam tractando refrigerara manus. ¶ De terra, quæ inſtar pilæ rotunda eſt. *Ennius* apud *Scalig. ad Feſtum* in *Cohum.* pilam vix Sol mediam: complera cahum tarcoribu' celi. *Varr.* apud *Non. c.* 4. *o.* 273. Hinc liquit homines omnes in terræ pila. ¶ *Calum. l.* 5. *c.* 9. *ante med.* pilam vocat glabam adhærentem arbuſculæ radicibus, cum e ſeminario aum ſua terra evellitur, alio tranſferenda. ¶ De ſuffragiis, quæ Itali *balle*, Etruſci *fove*, & *ballotte*. *Aſcon. ad fin. argum. Milonian.*: Ut coram accuſatora ac reo pilæ, in quibus nomina judicum inſcripta eſſent, æquarentur. *Propert. l.* 4. *el. ult. v.* 19. Aut ſi quis poſita judea ſedet Æacus urna, In mea ſortita vindicet oſſa pila. ¶ Sunt etiam *pila* globi ex lana, aut veſte farta in modum pilæ, & humana capita referentes: de quibus *Feſtus*: Pilæ, & effigies virtles, & mulierbres ex lana Compitalibus ſuſpendebantur in compitis, quod alla deorum Inferorum hunc diem feſtum, quos vocant Larce, putabant: quibus eo dre tot pilæ, quot capita ſervorum; tot effigies, quot eſſent liberi, ponebantur, ut vivis parcemat, & eſſent his pilis, & ſimulacris contenti. ¶ Ad hæc inſtar *pilæ* dictæ ſunt ſtramentitiæ effigies, ſcil. e veſtibus ſtimmento fartis, quibus objectis ad ſpectaculum præbendum tauri iritarentur, ut *Aſcon.* loquitur *ad illud fragment. Cic. pro C. Cornel.* Videlicet homines fameos in medium ad tentandum periculum projectos. *Martial. de ſpect. epigr.* 19. Qui modo per totam ſammis ſtimulatus arenam Suſtulerat mptas tauros in aëra pilas. *& epigr.* 9. *de ſpectacul.* Quantus arat cornu, cos pila taurus erat! *Id. l.* 2. *epigr.* 43. *de toga tenta*, *& lineva*. quæ paſſa eſt furias & cornus tauri: Noluerit dici quam pila prima fuam. ¶ Denique *pila* eſt ſphæra, *ſfera*, in illo *Pompeiſſe lib.* 4. *alleg.* 1. *v.* 76. Neſcius ætata ſigna movem pila. ¶ *Pilai* in genit more ſuo dixit *Lucret. l.* 5. *v.* 711.

PILANI, orum, m. iidem qui triarii, ut *Varr.* docet *l.* 4. *de L. L. c.* 16. a *pilum*, telum ſive baſtile Romanorum proprium. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 128. Haſtatos inſtituitque decem: Et totidem Princeps, totidem Pilanus habebat. *Paul.* ex *Feſt.* Pilani, pilis pugnantes.

PILARII, orum, m. præſtigiatores, qui levi agitatione parvas pilas videntur emittere, ani in vas injicere, cum ſecus faciat. *Quintil. l.* 10. *c.* 7. Quo conſtant miracula illa in ſcenis pilariorum, ac ventilatorum, ni ea, quæ emiſerint, ultro venire in manus credas, & qua jubentur, decunera. *Inſcript.* apud *Fabrett. cap.* 4. *n.* 2. *pag.* 250. P. Ælio Aug. lib. Secundo, pilario omnium eminentiſſimo, &c.

PILARIS, m, ad pilam luſoriam pertinens. *Stat. in præfat. l.* 4. *ſilvar. ſub fin.* Sed & Sphæromachias ſpectamus, & pilaris luſo admittitur.

PILÄTES, genus lapidis, cujus meminit Cato Originum libro quinto: Lapis candidior, quam pilates. *Feſtus.*

PILATIM, *per pilaſtri*, per pilas, ſeu columnas ſtructiles. *Vitruv. l.* 6. *c.* 11. Item quæ pilatim aguntor ædificia, & cuneorum diviſoribus, coagmentis ad centrum reſpondemibus, fornices concluduntur. ¶ Eſt etiam militara verbum, pertinens ad ordinem aciei denſæ, & in longum directæ, pilaque figuram referentis. *Aſellio* apud *Serv. ad Æn.* 12. *v.* 121. Triariorum quartum ſignum antecedebat, ſive pilatim, ſive paſſim iter facera volebat. *in columna*. & *Scaur. ibid.* In agrum hoſtium veni, pilatim a exercitum duxi. *b. e.* ſtrictim & denſa, inquit *Serv.* V. *Pilatus*.

PILATRIX, icis, f. *rubatrice*, quæ pilat, h. e. ſpoliat. *Titinn.* apud *Non. c.* 2. *n.* 259. Quia ago hodia extorrem hanc domo faciam pilatricam pallii, avallavero pulcra.

PILÄTUS, a, um, pilo armatus. *Virg.* 12. *Æn. v.* 121. Procedit leſto Auſonidum, pilataque plenis Agmina ſe fundunt portis. *Martial. l.* 10. *epigr.* 48. Et pilata redit jamque, fubitqua cohnera. *b. e.* cohors militum prætorionorum, quæ io palatio excubias agebat. ¶ Locum *Virgilii* alii aliter explicant. nam *pilata agmina* intelligunt denſa, ſpiſſa: a πίλος, cogo, coarcto, ſtipo. *Varr.* apud *Serv. ad hunc locum*. Quadratum agmen, quod immixtis etiam jumentis incedit, ut ubivis poſſit conſidera: pilatum, quod ſine jumentis incedit, ſed inter ſe denſum eſt, quo facilius per iniquiora loca tranſmittatur. *Ennius ibid.* Inda loci liquidas pilataſque ætheris oras Contemplo. Alii *pilata agmina* volunt eſſe in longitudinem directa, *in columna*: a pila ſtructili: vel fixa & ſtabilia, inſtar pilæ ſtructilis, quæ fixa manet. Translata *Hoſtium ibid.* Sententia præſto pectora pilara. *b. e.* fixa. ¶ Similiter *aliter* leg. alii locum *Martial.* Atque pilata redit, &c. *b. e.* calea & depilata: a *pilo*, ſeu capillis: unde *pilare*, & noſtrum *pelare*, & *pelato*, capillis ſpoliatus. Putant autem fermonem aſſa de facerdotibus Iſidra, quos calvos fuiſſe, *Id. l.* 12. *epigr.* 29. ſignificat. ¶ *Pilatus*, ſpoliatus, *eſpilato*, *rubata*, *ſpogliato*. *Ammian. l.* 14. *c.* 2. (*al.* 5.) Cognitis pilatorum, cæſorumque funeribus, nemo deinde ad has ſtationes appulit navem.

PILEÄTUS, a, um, πιλοφόρος, pileo tectus. *Liv. l.* 24. *c.* 16. *ad fin.* Pileati, aut lana alba velatis capitibus volones apulati ſunt. *Id. in fin. l.* 45. Regem pileatum capite raſo, obvium im legatis ſolitum, libertumque ſe populi R. ferea, & ideo inſignia ordinis ejus gerera. *Senec. epiſt.* 18. Nec pac omnia nos ſimilee eſſe pileatæ turbæ voluiſſes. *b. e.* populo R. qui Saturnalibus pileos ſumebant. Hinc *Martial. epigr.* 7. *l.* 12. Verſu ludere non laborioſo Permittis, puto, pileata Roma. *Suetan. de Ner. c. ult.* Tantum gaudium (*mori eum*) publice præbuit, ut plebs pileata tota urbe diſcurreret. *b. e.* quaſi e ſervitute in libertatem emerſiſſet: vel quaſi Saturnalitios dies ageret. *Aurel. Vict. de Cæſarib. c.* 13. Vires Romanis trana ſtrum propagavit, domitis in provinciam Dacorum pileatis. *b. e.* quibus mos, & patrium geſtare pileos. Eadem ratione *Martial. l.* 10. *epigr.* 72. Ad Parthos procul ite pileatos. ¶ *Pileati fratres* apud *Cmaill. carm.* 37. *ad Cognbernal. v.* 2. ſunt Caſtor & Pollux, quorum peculiare geſtamen pileus. ¶ *Pileati ſervi*, qui pileo impoſito vendebantur: de quibus *Gell. l.* 7. *c.* 4. Pileatos ſervos venum lolitos ire, quorum nomine venditor nihil præſtaret, Cælius Sabinus juriſperitus ſcriptum reliquit. Cujus rei cauſam eſſe ait, quod bujuſmodi conditionis mancipia inſignia eſſe in vendundo deberent, ut emptores errare & capi noo poſſent. V. ibi reliqua.

PILENTUM, ti, n. *carpentum*, πυργωτὸν, κατίσιον ἅρμα, vehiculi genus, quo matronæ ferebantur, ita libratum duabus rotis, ut concidentes in pulvinis, *in aere* ſuſpenſæ agitari viderentur. Differebat a petorito, quod quatuor rotis conſtabat: pilentum fuit inventum Hiſpanorum, petoritum Gallorum. Alii tamen dicunt, pilentum a Tuſcis eſſe. *Feſtus*: Pilentia, & carpentis per urbem vehi matronis conceſſum eſt, quod, cum aurum non capererarur, ea voto, quod Camillus voverat Apollini Delphico, contulerunt. *Liv.* de hac eadem collatione, *lib.* 5. *c.* 25. Honoram ob eam munificentiam ferunt matronis habitum, ut pilento ad ſacra ludoſque, carpentis feſto profeſtoque utereatur. *Virg.* 8. *Æn. v.* 665. caſtæ ducebant ſacra per urbem Pilentis matres in mollibus. *Horat. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 192. Eſſeda feſtinant, pilenta, petorita, naves. ¶ Ea loco *Livii* allato diſcimus, pilenti uſum matronis conceſſum ſacrorum tantum, & ludorum cauſa. Ex iis vera, quæ habet *Macreb. l.* 1. *Saturn. c.* 6. ex *Verrio Flacco*, facta tolummodo, & inſtrumenta atque arcana ſacrorum pilentis geſtari ſolita in arca ſuper iis compoſita, antequam vectandis matronis deſtinamntur: eoſque pellibus aut lana conſtili (quæ κίλλα Græca dicitur, unde his nomen) contegi conſueviſſe, ne vulgo conſpicerentur.

PILEOLUS, li, m. & Pileolum, i, n. *berettino*, *beretta*, πιλίδιον, parvus pileus. *Hinat. l.* 1. *ep.* 13. *v.* 15. Ut cum pileolo (*portes*) ſoleas conviva tribulis. *Colum. de arborib. c.* 25. *ſub fin.* Antequam frigus cacumina aduras, omnia folia decerpera expedias, & ita craſſis arundinibus, quæ ab una parte nodos integros habent, quaſi pileolos induera. *Hieronym. epiſt.* 153. *ad Paulin. in fi.* Pileolum textura breva, caritate latiſſimum, lenili capiti confuvendo, libenter accipi.

PILEUM, i, n. & Pileus, i, m. *berretta*, πῖλος, πίλιον, tegmen, & indumentum virile capitis, ut calantica & mitra muliebre, ut *Serv. ad 9. Æn. v.* 616. docet. Ejus figura fera ſimilis arae drmidio ovi putamini, nt ſunt qui hodieque a nobis geſtantur in cubiculo, & in lectu. Ideo Caſtori & Polluci tribuuntur, ut in *Pileorum* dictum eſt, quia ex ovo nati finguntur. *Feſtus* aliam cauſam affert: Pilea, inquit, Caſtori & Polluci dederunt antiqui, quia Lacones fuerunt, quibus pileatis pugnare mos eſt. *Plaut. in fragm.* apud *Non. c.* 3. *o.* 178. Pileum, quem habuit, deripuit. ¶ Apud Romanos pileus erat libertatis inſigne, geſtabaturque a novis libertis, qui cum in ſervitute promiſſum capillum, & nudum caput gererent, mannmiſſi capillum ſtatim radebant, pileumque induebant: idque in templo Feroniæ, quæ libertorum dea, ut *Serv. ad Æn.* 8. *v.* 564. docet. Cauſam affert *Non. cap.* 12. *n.* 38. quam V. in *Rudo*. *Plaut. Amph.* 1. 1. *in fi.* Quod ille faciat Jupiter, Ut ago hic hodie caſo capite calvus capram pileum. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 82. Hæc mera libertas: hanc nobis pilea donant. *Serv. loc. cit.* tradit, Tarracinæ templum Feroniæ fuiſſe, & in eo ſedile lapideum, in quo hic verſus inciſus erat: Benemerits ſervi ſedeant, ſurgent liberi. ¶ Hinc *ſervos ad pileum vocare* eſt vocare ad libertatem, excitara ad arma cum promiſſione libertatis: quod fere ſeditioſum fuit. V. *Liv. l.* 24. *c.* 32. *in fin. Sueton. in Tiber. c.* 4. *Senec. ep.* 47. *ad fin.* & *Valer. Max. l.* 8. *c.* 6. *n.* 2. ¶ Apud *Martial. l.* 2. *epigr.* 68. Tatis pilea farciuis redemi. *b. e.* libertatem, vendita omm mea ſupellectili, recuperavi, affecique ut ſine altena ſportula vivere poſſem, quæ me obnoxium, & quaſi ſervum aliorum fecerat. ¶ Etiam ingenui, qui aliquando in captivitatem incidiſſent, libertate recuperata pileum tantiſper ſumebant. Exemplum habes in Q. Terentio Culeone apud *Liv. in fin. l.* 30. *Quintil. declam. 9. c.* 20. & *Val. Max. l.* 5. 1. 2. *n.* 5. & 6. V. & *Liv. l.* 34. *c.* 52. *in fi.* ¶ Præterea Romani paſſim Saturnalibus pilea geſtara ſolebant, quo tempora maxima voluptatum, riſus, & joci tota orbe libertas erat, & ſervi ipſi temporaria quadam libertate fruebantur. V. *Pileatus*, & *Martial. l.* 14. *epigr.* 1. ¶ De tribus pileorum generibus V. in *Calerus*. ¶ Quod *Apul. in Apolog.* Marcurio pileum tribuit, videtur cum petaſo confundera. ¶ Pileorum materia fere fuit lana conſta. id anim iadicat Græca vox πῖλος, unde πιλέω, cogo, denſo. Pauperiores etiam ex ſegmentis tritæ laceræ pilea ſibi conſuebaot. *Stat. l.* 4. *ſilv. 9. v.* 23. uſque adeo ne defuerunt Cæſis pilea futa de lacernis? *Martial. l.* 14. *epigr.* 132. cui titulus, *Pileae*. Si poſſem, totas cuperem miſſile lacernas: Nunc tantum capiti munera mitto tuo. V. *Lapſ. de Amphith. c.* 19. & 20. ¶ *Pileum meum* appellatio hominis amici, & nos noſtraque tuentis & foventis. *Plaut. in fragm.* apud *Non. c.* 3. *n.* 178. Te obſecro, Lyde, pileum meum, mi ſodalis, mea ſalubritas. ¶ Hoc nomine appellatur etiam membrana, ſeu pellicula, qua fetus contecti naſcuntur. *Lamprid. in Antonin. Diadum. cap.* 4. Solent pueri pileo infigniri neturali, quod obſtetrices rapiunt, & nos noſtraque tuentis & foventis. *Plaut. in fragm.* apud *Non. c.* 3. *n.* 178. Te obſecro, Lyde, pileum meum, mi ſodalis, mea ſalubritas. ¶ Hoc nomine appellatur etiam membrana, ſeu pellicula, qua fetus contecti naſcuntur. *Lamprid. in Antonin. Diadum. cap.* 4. Solent pueri pileo inſ

mus pila Luſi decenter cum meis laſcribus, Laudante populo maximis clamoribus, Thermis Trajani, thermis Agrippæ, & Titi, Multum & Neronis, ſi tamen mihi creditis, Ego ſum. Ovantas convenite pilicrepi, &c. *Lipſ. ad locum Senecæ cit.* vult intelligi eos, qui luſoria pila ſe exercebant in balneis, ſuper tabulatie malde ex lctu pilæ crepantibus. Unde *Sen. l. 1. ſilv. 5.* quæ eſt de Balneis Etruſci *verſ. 57.* Quid nunc ſtrata ſolo referem tabulata, crepantes Auditura pilas, ubi languidus ignis inerrat Ædibus, & tenuem volvunt hypocauſta vaporem? Aliter alii hanc vocem explicant, *Turneb. Hieron. Mercurial. Cal. Rhodigin.* item *Hadrian. Jun.* qui *pilicrepum* intelligit pilos evellentem a corpore: ſed hoc in allata laſcriptione locum non habet.

PILO, as, avi, atum, n. 1. πτερίω, pilos accipio, vel emitto: a *pilus*. Feſt. Pilat, pilos habere incipit: alies pro detrahit pilos, a quo depilati. *Non. c. 1. n. 184.* Pilare *dictum eſt*, ut plumare plumis veſtiri. *Afranius in Compitaliibus*, Præterea corpus meum nunc pilare primum cœpit. *Novius ibid.* Anteqnem pugæ pilant. ¶ Eſt autem activum, pro pilos evellere, ſeu detrahere. *Martial. l. 6. epigr. 56.* Teque pilare tuas taſſificara nates. *pelare. & lib. 12. epigr. 32.* Summœnianæ qua pilantur uxores.

PILO, as, avi, atum, a. 1. *ſpirare, rubere*, πνέω, furor, expilo, ſuppilo. *Feſtus*: Pilare, & compilare ſunt qui Græcæ originis putarunt. Graci enim fures φιλοὺς, & Æolice πιλοὺς, vocant. Alii ducunt a πιλέω, aut πιλῶ, ſtipare, denſare: quia fures ſtipant ea, quæ furantur. Sed hoc longius petitum videtur. *Ammian. l. 31. c. 2.* (*al. 3.*) Nec caſtra inimica pilantes. *& cap. 5.* (*al. 24.*) Jam turmæ prædatoriæ concurſabant, pilando villas, & incendendo. Tributur etiam *Petron. in fragm. Trojan. cap. 43. & 44. Burm.* ¶ Item figere, premere, *premere*: ab allato πιλῶ. *Hoſtius bello Iſtrici preme* apud *Serv. ad Æn. 12. v. 121.* Percutit, atque haſtam prius pra pondere frangit.

PILOSUS, a, um, *peloſe*, πιλώδης, pilin plenus. *Cic. in Piſon. c. 1.* Noo enim nos color iſte ſervilis, non piloſæ genæ, non dentes putridi deceperunt. *Varr. l. 2. R. R. c. 1.* Ovis ventre piloſo. *Plin. l. 10. c. 16.* E contrario quæ mollis vocatur, pilaſioribus foliis, ac ramis aculeatis. *Martial. l. 12. epigr. 59.* Ta vicinia tota, te piloſus Hircoſo petit oſculo colonus. *Auctor Priap. carm. 46.* Urſus aſperior, piloſiorque.

PILULA, æ, f. *palletta, palliolus*, σφαιρίδιον, parva pila, globulus, ſphæricum quiddam, & rotundum. *Plin. l. 36. c. 7.* Naſcuntur in eo pilulæ nucibus non abſimiles. ¶ Speciatim uſurpatur de pharmacis, quæ hac forma ſumimus, quæ Græcis dicuntur καταπότια a καταπίνω, deglutio. Non enim comminuendæ dentibus, aut guſtandæ ſunt pilulæ, ſed integræ devorandæ. *Plin. l. 28. c. 9. circa med.* Vetus axungia phthiſin in pilulis ſumpta ſanat. *in pillola*.

PILUM, i, n. *peſtelle*, ὕφασμα, piſtillum, inſtrumentum, quo quippiam in mortario teritur. *Cato R. R. c. 12.* Pilas duas, pilum fabarium unum, farrearium unum. *& cap. 18. ad fin. de pavimento.* De glarea, & calce arenato primum corium facito: id pilis ſubigito. *Plin. l. 18. c. 20.* Pinſente pilo præferrato. ¶ Pilum Græcum eſt, teſte *Turnebo l. 6. Adverſar. c. 18. & lib. 17. c. 8.* quod in pinſendo tritico una deprimitur parte, altera attollitur. *Plaut. in fragment.* apud *Feſt. in Reciprocare*. Quaſi tollenonem, aut pilam Græcum reciproces plana via. ¶ Pilum item, πῖλος, fuit telum miſſile Romanum, cujus haſtile, teſte *Vegetio l. 2. de re milit. c. 15.* erat quinque pedum, & ſemis, & ferrum trigonali figura novem unciarum. Generaliter tamen *pila*, ut ait *Serv. ad Æn. 7. v. 664.* tela Romana ſunt, ſicut gæſa Gallorum, & ſariſſæ Macedonum. *Cic. 2. Phil. c. 2.* Cervicibus caput abſcidit, idque ſixum geſtari juſſit in pilo. *Lucan. l. 1. v. 7.* parse aquilas, & pila minantia pilis. *Liv. l. 9. c. 19.* Macedonibue arma, clypeus, ſariſſæque: Romano ſcutum, majus corpori tegumentum, & pilum, haud paulo, quam haſta, vehementius ictu miſſuque telum. ¶ Pilum alicui injicere, apud *Plaut. Moſtell. 3. 1. 43.* eſt impedimentum afferre, & queſi injecto pilo morari. ¶ Ex hoc pilo fecere *primum pilum*, quo nomine ſignificatur prima centuria pilanorum, ſeu triariorum. *Cæſ. l. 5. B. Gall. cap. 35.* Superiore anno primum pilum duxerat. *Id. l. 1. B. Civ. c. 46.* T. Cæcilius primi pili centurio. ¶ Quidam Lexicographi neutrius generis fecere, ita nimirum poſtulante analogia: ſed nullo exemplo genus confirmant. Certe maſculini generis eſt apud *Suetan. in Calig. c. 44.* Pleriſque centurionum maturre jam primos pilos ademit. ¶ Poetæ carminis cauſa *pilum* ſimpliciter dicunt pro *primum pilum*. *Martial. l. 2. epigr. 32.* Grata Pudens meriti tulerit cum præmia pili. Adde *lib. 6. epigr. 58.* Niſi forte *pili* eſt loco *primipili*, quod V. ſuo loco. ¶ Sunt qui putant, pilum ſignificare etiam pilam ſeu columnam ſtructilem, *peloſve*, ex illo *Livii l. 1. c. 26.* Spolia Curiatiorum ſua ea locu, qui nunc Pila Horetia appellatur. *& mox.* Modo inter illa pila, & ſpolia hoſtium. *& Propert. l. 3. el. 2. v. 7.* Et cecinit Curios fratres, & Horatia pila. Porro *Dionyſ. Halicarn. l. 3. ἐτυπὸς*, inquit, Ὅρατία καλουμένη στήλη. h. e. columella appellata Pila Horatia. Sed hæc rem non conficiunt. Nam *pile Horatie* commode intelligentur arma Horatiorum: quod de loco *Propertii* affirmant *Paſſerat. & Broukhuſius*. *Dionyſ.* vero hoc dicit, columellam illam ſic vocatam ſuiſſe, quia Horatia arma olim habuit inſoſita.

PILUMNI, Romani. *Feſtus*: Pilumnos poplos in carmine Saliari, Romani, velut pilis utl affuſi: vel quia ſ recipue pellant hoſtes. Alii putant, *Pilumnos* eſſe genitivum ſingularem, *populo* rectum plurale, ut ſignificetur populus Pilumno, h. e. Romuli qui Pilumnus dictus eſt a pilo, ut Mare a pico Picumnus. Sed hoc eſt minus probabile.

PILUMNUS, i, m. filius Jovis, deus piſtorum, itemque infantium, alio nomine Stercutius, frater Picumni, ſeu Pithumni. V. *Picumnus*, & *Deverra*. ¶ Ad hunc Danaë Acriſii filia, quæ forte ad Apulum litos acta fuerat, a paſtore una cum Perſeo parvulo ducta eſt, quam ipſe cognito genere uxorem duxit, ex qua Daunum filium ſuſcepit. V. *Danaë*, & *Daunus*.

PILUS, li, m. *pelo*, ϑρὶξ, excrementum in pelle animalis. Differt a *capillo*, quia *pilus* eſt in omnibus corporis partibus: *capillus*, qui caput contegit. Sed hoc diſcrimen nonnunquam confunditur. *Phædr. l. 5. fab. 6.* Invenit calvus forte in trivio pectiorm: Acceſſit alter æque defectus pilis. *Ovid. 3. de ar. am. v. 194.* Neve ſorent duris aſpera cruta pilis. *Plin. l. 12. c. 37. ſect. 47.* In capite cunctorum animalium homini pluriraus pilus. *Varr. l. 2. R. R. c. 11. a med.* Ut fructum ovis e lana ad veſtimentum, ſic capra pilos miniſtrat ad uſum nauticum. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 57.* Muoitæ ſunt palpebræ tanquam valli pilorum. *Horat. l. 2. ep. t. v. 45.* Utor permiſſu, caudæque pilos ut equinæ Paulatim vello. ¶ Translate dicitur de re minima & nullius momenti. *Cic. Q. Fr. l. 1. ep. ult. extr.* Ego ne pilo quidem minus me amabo. *punto di meno*. & *lib. 5. ad Attic. ep. 20. a med.* Interea e Cappadocia ne pilum quidem. *Id. pro Roſc. Com. c. 7.* Qui capite & ſupercilitie ſemper eſt raſis, ne ullum pilum viri boni habere dicatur. *Catull. carm. 10. de Vare ſcorte, v. 13.* non facit pili cohortem. *non la ſtima un pelo*. Sic *carm. 17. ad Colon. v. 17.* Ludere hanc ſinit, ut lubet, nec pili facit uni. (*uni* pro *unius*.) ¶ *Pilus* de ordine aciei, V. in *Pilum*.

PIMPLA, æ, f. fons Macedoniæ. V. *Pimpleis*. Alliæ eſt mons ejuſdem regionis, Olympo vicinus, & Muſis ſacer. Item locus in Phocide, apud Parnaſſum.

PIMPLEA, æ, f. Πίμπλεια, idem ac Pimpla, ſive oppidum, ſive mons ſit, ſive fons. Item Muſa. *Stat. l. 1. ſilv. 4. v. 15.* licet enthea vatis Encludat Pimplea ſitim. Adde *lib. 1. ſilv. 2. v. 7. & Horat. l. 1. od. 26. v. 8.* Sed V. vocem ſequent. Legitur & *Pipleа*: item *Pimplaa*, ſed hoc minus recte.

PIMPLEIS, *& Pipleis*, idis, *& idos*, f. Πιμπλεὶς, Pimpla, ſive fons ſit, ſive mons. *Auſon. epiſt. 14. v. 9.* Si rignam laxis recolis Pimpleida Muſis. ¶ Item Muſa. *Feſtus*: Pimpleides Muſæ a fonte Macedoniæ dictæ, propter liquoris ejus unicam ſubtilitatem. *Verr. l. 6. de L. L. c. 2. ad fin.* Muſæ ab terreſtribus locis cognominatæ Libethrides, Pipleides, Pimpliades, Theſpiades, Helicoaiades. *Martial. l. 11. epigr. 4.* Non urbana mea tantum Pimpleide gaudent Otus. *Horat. l. 1. od. 26. v. 8.* Necte meo Lamiæ coronam, Pimplei dulcis. Ita *Heinſ. & Bentley.* qui eos reprehendunt, qui *Pimplea* legunt, liust plerique omnes ſint.

PIMPLEUS, a, um, Πίμπλειος, ad Pimplam, ſeu Muſas pertineus. *Catull. carm. 103.* Pimpleum ſcandere montem. *Mercurial. l. 12. epigr. 11.* Cujus Pimpleo lyra clarior exit ab antro. ¶ Legitur & *Pipleus*: item *Pimplæus*: ſed hoc *Bentley.* improbat, & Græcæ litteræ non patiuntur.

PIMPLEIAS, ádis, f. Πιμπληὶς, & Πιμπλειὰς, eadem quæ Pimpleis. *Vorr. l. 6. de L. L. c. 2.* cujus verba V. in *Pimpleis*. Subducta altera vocali diphthongi, ſecunda ſyllaba corripitur. *Sidon. carm. 10. v. 17.* Hic & Pimpliadas induxeret optimus Orpheus. *& carm. 22. v. 77.* Ibant Pimpliades pariter, mediumque noveno Circumſiſtentes umbrabant ſyrmate currum.

PINA, æ, f. concha marina. V. *Pinna*.

PINACOTHECA, æ, *& Pinacothece*, es, f. *galleria*, πινακοθήκη, locus in ædibus amplus, pictis tabulis, & veterum imagiaibus exornatus: a πίναξ, tabula, & θήκη, repoſitorium. *Vitruv. l. 6. c. 5.* Pinacothecæ, uti exedræ, amplia magnitudinibus ſunt conſtituendæ. *& cap. 28.* Habent ea domus (*Græcorum*) veſtibula egregia, porticuſque ornatas, & in porticibus, quæ ad ſeptentrionem ſpectant triclinia Cyzicena, & pinacothecas: ad orientem autem bibliothecas, &c. *Varr. l. 1. R. R. c. 2.* Hujus ſpectatum veniunt, non ut apud Lucullum, ut videant pinacothecas, ſed uporothecas. *& cap. 59.* Ut in pinacothece faciant, quod ſpectaculum datur ab urte. *Plin. l. 35. c. 2.* Et inter hæc pinacothecas veteribus tabulis conſunt, alienaſque effigies colunt. *& cap 11. ſub fin.* Celeberrimi pictores, quorum tabulæ pinacothecas implent.

PINARII, orum, m. familia nobiliſſima in Latio, quæ una cum familia Potitiorum ſacris Herculis operabatur: a πίνειν, eſurio. Cum enim Euander Herculi adhuc viventi, qui ex Hiſpania, victo Geryone, cum armento boum in Italiam veneret, rem divinam facere vellet, adhibuit ad miniſterium dapemque duas familiæ, ex quibus una ad tempus præſto ſoit, altera extis jam adeſis venit. Igitur Hercules inſtituit, ut ii, qui ad tempus præſto fuere, eorumque poſteri extis ſolemnibus veſcerentur, qui tarde & negligenter acceſſere, ii cum omni poſteritate extis excluderentur, & interea miniſtrarent, his verbis, ὑμεῖς δὲ πινάσετε, *vos vero eſurietis*. Hinc primi Potitii appellari cœpti ſunt, quod extie potiti eſſent, ceteri Pinarii, quod iis fames extorum indicta fuiſſet. *Liv. l. 1. c. 7. Feſt. in Potitium*, & *Serv. ad Æn. v. 269.* ubi alia in hanc rem. *Feſti* verba ſunt *loc. cit.* Potitium, & Pinarium Hercules, cum ad aram, quæ hodieque maxima appellatur, decimam boum, quas a Geryone abductas abigebat Argos in patriam, pmſanaſſet, genus ſacrificii edocuit. Quæ familia, & poſteri ejus non defuerunt decumantibus uſque ad Appium Claudium Cenſorem, qui quioquagiuta millia æris gravis his dedit, ut ſervos publicos edocerent ritum ſacrificandi: quo facto Potitii, cum eſſent ex familia numero duodecim, omnes interierunt intra diem trigeſimum. Pinarius quod non affuit ſacrificiis, poſtea cautum eſt, nequis Pinariorum ex eo ſacrificio veſceretur. ¶ Adjective *Aurel. Vict. de orig. gentis R. cap. 8.* Pinaria gens. *Porg. loc. cit.* primuſque Potitius auctor, Et domus Herculeæ cultus

cuſſos Pinaria ſacri. *Macrob. Saturn. l. 3. c. 6.* docet, ideo cuſtodem factum, quia cum ara maxima vicino conflagraret incendio, liberatam a Pinariis ſerunt. *Plaut. Bacch.* 2, 2. 15. Stultior es barbaro Potitio, qui tantus natu deorum neſcia nomina. *h. e.* Potitio illo Latino, qui Appio Claudio jus ſacrificii vendidit, ut modo ea *Feſto* dictum eſt. ¶ *Pinaria tribus*, apud Romanos, nomen habuit a forore Pinarii. *Feſtus* in *Popillia*. Sed de hac nulla alibi praeterea mentio.

PINASTELLUS. V. *Pauxillanum*.

PINASTER, tri, m. πίτυς ἄγριη, pinus ſilveſtris. *Plin. l.* 16. *c.* 10. Pinaſter nihil aliud eſt, quam pinus ſilveſtris, mira altitudine, & a medio tamoſa, ſicut pinus in vertice.

PINAX, acis, m. tabula, πίναξ. Graeca vox. *Pinax Cebetis* eſt libellus Cebetis philoſophi Thebani, in quo humana natura, & vitae ratiocinem tanquam in tabula deſcripſit. *Tertull. adverſ. Haeret. c.* 39. Inter cetera illi fuit utilia Pinacem Cebetis explicuit. ¶ Etiam *Aurelius Opilius* Grammaticus libellum ſcripſit, qui Pinax inſcribitur. *Suetan. de Grammat. c.* 6. *extr.*

PINCERNA, ae, m. *copparo*, ὀινοχόος, pocillator, ſervus a cyatho, a potione, miniſter vini: a *vinum* ἄιρω, miſce ad bibendum: vel ab ἐνεπίνω, quod ab *ἐνεπίνωνται*, admiſceo. *Aſcon. in Verr.* 3. *c.* 26. Provocant ſe invicem: majoribus autem poſcunt poculis a pincerna. *Lamprid. in Alex. Severo*, *cap.* 41. Ita ut annonas, non dignitatem acciperent fullones, & veſtitores, & piſtores, & pincernae.

PINDARICUS, a, um, Pindaricus. *Martian. Capell. l.* 2. *pag.* 29. Pindarea chelys.

PINDARICUS, a, um, ad Pindarum pertinens. *Horat. l.* 4. *od.* 9. *v.* 6. Pindaricae Camenae. *Id. l.* 1. *ep.* 3. *v.* 10. Pindarici fontis qui non expalluit haustus. *Ovid. l. & epiſt. ult. ex Pont. v.* 28. Pindarica lyra. *Martial. l.* 8. *epigr.* 18. Pindarici modi. *Propert. l.* 3. *el.* 15. *in fi.* Qualis Pindarico ſpiritus ore ſonat. ¶ *Pindaricum metrum* conſtat trimetro brachycatalecto, ut eſt hoc: Medium rapidus mare Tibris adit fluvio. *Serv. in Centimetr. pag.* 1812. *Putſch.*

PINDARUS, i, m. Πίνδαρος, Poeta Thebanus, novem Lyricorum apud Graecos princeps, temporibus Aeſchyli Poetae, & Perſarum expeditionis in Graeciam. Primum a patre tibiam, mox ab Hermione lyram edoctus eſt. Scripſit lingua Dorica Olympia, Pythia, Nemeaea, Iſthmia, quae exſtant. Altiſſimus fertur & verborum & ſententiarum copia. Nam ut ait *Quintil. l.* 10. *c.* 1. ſpiritus magnificentia, ſententiis, figuris, beatiſſima rerum verborumque copia, & velut quodam eloquentiae flumine adeo excellit, ut Horatius (*l.* 4. *od.* 2.) nemini crediderit imitabilem. Ejus gratia Lacedaemonii in reliquem Boeotiam ſaevientes Thebis pepercerunt. Alexander etiam cum Thebas everteret, & in omnes ſaeviret ſine diſcrimine, Pindari vatis penatibus familiaeque parci juſſit.

PINDUS, i, m. Πίνδος, mons ingens Theſſaliae, inter illam, & Epirum. Ab Acrocerauniis jugis ad Thermopylas excurrit, & ea media ſui brachiuma emittit, quod Parnaſſum in Phocide facie, & deſinit in Heliconem. Haec cauſa eſt, cur apud Poetas tria haec nomina *Pindus*, *Parnaſſus*, *Helicon* confundantur, & in omnibus promiſcue Muſis colloquentur. Aetolos ab Acarnanibus dividit. *Plin. l.* 4. *in praem. & cap.* 8. *Virg. Eclog.* 10. *v.* 11. Nam neque Parnaſi vobis juga, nam neque Pindi Ulla moram fecere.

PINEA. V. *Pinus*.

PINETUM, ti, n. *ſilva di pini*, *pineto*, πευκών, locus pinis conſitus, pinorum ſilva: & per ſynecdochen fumitur pro quovis nemore. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 275. Cinctaque pinetis nemoris juga Nonacrini. *Id. Met.* 15. *v.* 603. Qualia ſuccinctis, ubi trux inſibilat Eurus, Murmura pinetis fiunt. *Id.* 4. *Faſt. v.* 273. innumeraeque caduot pineta ſecures. *Plin. l.* 27. *c.* 8. *a med.* Chryſolachanum in pineto lactucae ſimile naſcitur.

PINEUS, a, um, *de pino*, πευκίνος, qui eſt ex pinu. *Virg.* 11. *Aen. v.* 788. cui pineus ardor acervo Pabitur. *h. e.* ignis e pineis lignis ſuccenſus. *& verſ* 320. & celſi plaga pinea montis. *h. e.* ubi mons eſt pinis conſitus. Sic *Val. Flacc. l.* 3. *v.* 521. juga pinea montis. *Virg. Aen. 9. v.* 85. pinea ſilex. *& lib.* 2. *v.* 258. pinea furtim Laxat clauſtra Sinon. *h. e.* latus equi duratri. *Propert. l.* 4. *el.* 6. *v.* 20. Pinea moles. *Ovid.* 14. *Met. v.* 530. fert avidas in pinea Turnus Teata faces. *h. e.* in tabulata navium. (Adde *Catull. de nupt. Pel. carm.* 63. *v.* 20. & *Ovid. Faſt.* 1. *v.* 506.) *Martial. l.* 9. *epigr.* 77. Pinea compages. *h. e.* tabularum pinearum. *Plin. l.* 13. *c.* 20. Pineae nuces. *& ibid. in fi.* Pinea corona victores apud Iſthmum coronantur. *Lucret. l.* 4. *v.* 588. Pan pinea ſemileri capitis velamina quaſſans. ¶ *Pinea*, *ae*, ſ. abſolute eſt nux, vel arbor pinea. *pignus*. *Colum. l.* 5. *c.* 10. a *med.* Eodem tempore juglandem, & pineam, & caſtaneam ferre oportet. *Id. l.* 10. *v.* 239. *de cinere.* deſertaque colli Nunc adoperta manet, nunc pineis vertice pungit. *h. e.* velut pinea nux. *Lamprid. in Commod. c.* 9. Iſiacus pineis uſque ad perniciem pectus tundere cogebat. *h. e.* ſtrobilis.

PINGO, is, pinxi, pictum, a. 3. *dipingere*, γράφω, formam alicujus rei ductis lineis, & inductis coloribus repraeſento. Voluot eſſe a *fingo*. *Cic.* 5. *Fam. ep.* 12. (& *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 239.) Neque Alexander gratiae cauſa ab Apellis potiſſimum pingi, & a Lyſippo fingi volebat. *Cic.* 2. *de Invent. c.* 1. Tabulas pingere. *& ibid.* Helenae ſimulacrum. *Id.* 2. *de Orat. c.* 86. hominis ſpeciem. *Tibull. l.* 1. *el.* 10. *v.* 31. Ut mihi potanti poſſit ſua dicere facta Miles, & in menſa pingere caſtra mero. *Phaedr. l.* 4. *fab.* 5. *v.* 2. victi mures muſtelarum exercitu, Hiſtoria quorum in tabernis pingitur. *Ovid. l.* 2. *de ar. am. v.* 131. Ille levi virga, &c. in ſpiſſo litore pingit opus. *delineo*, *diſcerno*. ¶ Item univerſim colores inducere, inficere; *coloro*, χρώζομαι. *Virg. Ecl.* 6. *v.* 22. Sanguineis frontem moris, & tempora pingit. *Lucret. l.* 4. *v.* 336. pallentibus omnia pingunt. ¶ Item variis coloribus ornare, variare. *Lucret. l.* 2. *v.* 374. Concharumque genus parili ratione videmus Pingere: talluris gremium. *& lib.* 5. *v.* 1395. anni Tempora pingebant viridantes floribus herbas. *Senec. in Med. v.* 310. ſtellis pingitur aether. *Virg. Ecl.* 2. *v.* 50. Mollia luteola pingit vaccinia caltha. *Martial. l.* 9. *epigr.* 14. Nigra tibi niveum littera pingat ebur. *& epigr.* 78. pingit barba genas. ¶ Translate eſt ornare. *Cic. Auct. l.* 4. *ep.* 5. *extr.* Bibliothecam mihi tui pinxerunt conſtructione, & ſittybis. *Ovid.* 6. *Met. v.* 23. Seu pingebat acu, ſeires a Pallade doctam. *vicenove.* ¶ Tranſfertur concinne ad orationem. *Cic. in Brut. c.* 37. *extr.* Σχήματα non tam in verbis pingendis habent pondus, quem in illuminandis ſententiis. *h. e.* per tropos ornandis. *Id. Attic. l.* 1. *ep.* 14. Totum hunc locum, quam ego varie meis orationibus ſoleo pingere, de flamma, de ferro; valde graviter pertenuit. *Id. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 25. Modo mihi date Britanniam, quam pingam coloribus tuis, penicillo meo.

PINGUEDO, inis, ſ. *graſſezza*, *graiſſe*, λίπος, λιπαρία, ſubſtantia oleoſa in animalibus, & aliis rebus. *Plin. l.* 22. *c.* 25. *extr. de myrtho.* Unguentarii digerunt haud difficulter, odoris atque pinguedinis argumentis. Hoc uno in loco ita legit *Hardouin.* nam in ceteris, quae a Lexicographis afferri ſolent, *pinguitudo* reponit. Quin, nunquam *Plinium* voce *pinguedinis* uſum, *ſed pinguitudinis*, affirmit *Gronov. Pallad. in Februar. tit.* 29. *ad fin.* Succus ea aqua ad ſapae pinguedinem reſolutus. *Id. in Octobr. tit.* 20. Decunques donec tota permixtio pinguedioem puri mellis imitetur. *Sidon. l.* 2. *ep.* 2. *a med.* Limi biboli pinguedo coaleſcit. Agnoſcit etiam ut Latinum, *Empeher de diſcern. conjugat. l.* 1. *pag.* 2155. *Putſch.* Itaque *Servius ad* 3. *Georg. v.* 124. Latinum eſſe fruſtra negat.

PINGUEDINEUS, a, um, pinguis, oleoſus. *Plin. l.* 35. *c.* 25. Gignitur & pinguedinei liquoris. Ita *Salmaſ.* Alii & *pingue*, *liquoreſque*, &c.

PINGUEFACIO, is, eci, actum, a. 3. *ingraſſare*, λιπαίνω, pinguem efficio. *Plin. l.* 16. *c.* 44. Hypheat ad ſaginanda pecora utilius. Vitia modo purgat primo, deinde pinguefacit.

PINGUEFACTUS, a, um, *ingraſſato*, πίειρος, ſaginatus. *Tertull. adverſ. Pſych. c.* 6. ex *Deuter.* 32. 15. Incraſſatus eſt dilectus, & pinguefactus, & dilatatus eſt.

PINGUESCO, is, n. 3. *ingraſſarſi*, λιπαίνω, παχύνομαι, pinguis fio. *Colum. l.* 2. *c.* 11. Omne emaciatum armentum medica pinguefcit. *Plin. l.* 9. *c.* 25. Attilus (*piſcis*) in Pado inertia pinguefceos. *Id. lib. c.* 14. Pinguefcere lupini fatu arva vineaſque. *& lib.* 17. *c.* 2. Ita maxime frumenta pinguefcunt. *& lib.* 19. *c.* 5. *ad fin.* Bubus pinguefcit. *& lib.* 15. *c.* 22. Nuces juglandes vetuſtate pinguefcunt. *Id. l.* 14. *c.* 4. *a med.* Vinum Maroneum vetuſtate pinguefcit. *h. e.* craſſeſcit inſtar pinguis. *Id. l.* 37. *c.* 10. Achates politura pinguefcit. *h. e.* nitorem induit inſtar pinguis. *Virg. l. Georg. v.* 491. bis ſanguine noſtro Emathiam, & latos Hami pinguefcere campos.

PINGUIARIUS, ii, m. qui pinguia amat. *Martial. l.* 12. *epigr.* 101. Carnarine ſum, pinguiarius non ſum.

PINGUIS, gue, *graſſo*, *pingue*, λιπαρός, opimus, craſſus, obeſus: a πιαίνω, quod idem ſignificet: vel a πυκνός, craſſus. Dicitur de animalibus carne & adipe abundantibus. *Cic. de Fato*, c. 4. Craſſum Thebis caelum: itaque pingues Thebani, & valentes. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 40. pingui tentus omaſo Furius. *Id. l.* 1. *ep.* 4. *in fin.* Me pinguem & nitidum bene curata cute viſes. *Plaut. Aulul.* 2, 5. 5. Pinguiorem agnum alii habent. *Sen.* At nunc tibi dabitur pinguior ſidicina. *Juvenal. ſat.* 11. *v.* 65. pinguiſſimae hadulae. *Colum. l.* 8. *c.* 7. Pinguem facere gallinam. *Horat. l.* 2. *ſat.* 6. *v.* 64. Unda ſatis pingui ponentur oliſcula lardo. ¶ *Pingue* abſolute eſt ipſe liquor craſſus, *graſſo*, πίαδος ὑγρὸν. & differt ab adipe, ut *Plin.* docet *lib.* 11. *c.* 37. *ſect.* 85. quia adeps concretus eſt, & cum refrixit, fragilis, ſemperque in ſine carnis: contra pingue inter carnem cutemque, ſucco liquidum. Sed hoc loco *Plin.* pingue cum ſevo confundere videtur. *Virgil.* vero cum adipe, cum ait *Georg.* 3. *v.* 224. omnes impendunt curas denſo diſtendere pingui (*ingraſſare*) Quem legere docem, & pecori dixere martitum. *Plin. loco cit.* Omnibus animalibus eſt quoddam in oculis pingue. *Id. l.* 28. *c.* 9. *a med.* Taurorum, leonum, ac pantherarum pinguia. ¶ *Ager pinguis* dicitur, qui glebas habet humore veluti macerataes, tenaces, ſpiſſas, & digitis adhaerentes, inſtar adipis: cui *macer* opponitur. *Colum. l.* 2. *c.* 4. & *lib.* 2. *c.* 2. *Plin. l.* 17. *c.* 4. & *lib.* 18. *c.* 19. *Virg.* 2. *Georg. v.* 64. & *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 689. Sic *Horat. l.* 2. *od.* 6. *v.* 19. (& Sim. 7. *Theb. v.* 545.) Quis non Latino ſanguine pinguior campus? *Lucan. l.* 6. *v.* 381. pinguis ſulcus. *h. e.* in agro pingui ductus. ¶ *Pinguis humus* dicitur & ob eandem rationem, & quia campos pinguefacit. *Virg. l. Georg. v.* 80. Ne ſaturare ſimo pingui pudeat ſola. Sic *Id. l.* 9. *Aen. v.* 31. aut pingui flumina Nilus Cum refluit campis. ¶ *Pinguis ager* idem & fecundus, & fructu dives habetur. *Virg.* 4. *Georg. v.* 118. Pingues horti. ¶ Hinc *pinguis* pro divite, opulento. *Horat. l.* 2. *od.* 12. *v.* 22. Aut pinguis Phrygiae Mygdonias opes. *Perſ. ſat.* 2. *v.* 52. Si tibi crateras argenti, incuſaque pingui Aurea dona ferant. *h. e.* craſſo, ſolido, atque adeo multi pretii. ¶ *Pinguis ſolum*, craſſa, & veluti carnoſa. *Plin. l.* 16. *c.* 34. Duo genera hederae: major traditur mas, corpore, & folio duriore etiam, ac pinguiore. *Id. l.* 22. *c.* 9. *a med.* Sertula Campana foliis breviſſimis, atque pinguiſſimis. ¶ *Pinguis flabilis* de apum alveariboe dixit *Virg.* 4. *Georg. v.* 14. quae *Servius* interpretatur plena, ſicut inanes res, tenues nominamus. Rectius dices reſpexiſſe ad pinguitudinem cerae, & mel-

& mollis. ¶ *Pinguis pomus*, craſſa & ſucci plena : *Horat. l. 2. ſat. 8. v. 88.* Pingaibus & ficis paſtum jecur anſeris albi. ¶ *Pinguis liquor*, craſſus, oleoſus, & leote fluens, adipiſque ſimilior, quam aquæ. Hujuſmodi eſt oleum, anguruta, muſtum. *Ovid. 10. Met. v. 176.* Corpora veſte levant, & ſucco pinguie olivi Splendeſcunt. *Horat. epod. 2. v. 55.* lecta de pinguiſſimis Olivæ ramis arborum. *Ovid. de medic. fac. v. 88.* Myrrhæ pingues. *Senec. in Thyeſt. v. 948.* Pingui madidus crinie amomo. *Lucan. l. 3. v. 681.* Pingues taxæ. *b. e.* multa pice fluentes. *Tibull. l. 1. el. 2. v. 6.* & *Calum. l. 10. ſub fin.* pleno pinguis muſta lacu. Sic dicitur *fumus*, *flamma pinguis*, h. e. craſſior, oleoſior, & quæ contigerit facile inficiens. *Senec. in Herc. Fur. v. 909.* quidquid Indorum ſegea, Arabeſque odoris quidquid arboribus leguot, Conferte in aras : pinguis exundet vapor. *Lucan. l. 8. v. 730.* non pinguis ad aſtra Ut ferat e membris Eoos fumus odores. *Ovid. 5. Triſt. el. 5. v. 11.* Da mihi turа, puer, pingues facientia flammas. ¶ *Pinguet aræ*, ſanguine delibutæ propter frequentiam victimarum. *Virg. 4. Æn. v. 62.* & *lib. 7. v. 764.* ¶ *Pinguit coma* & unguentis madens iotelligitur, & denſa ac multo capillo abundans. Poſteriori ſenſu *Sueton. in Ner. c. 20. extr.* Inſignes pinguiſſima coma, & excellentiſſimo cultu pueri. *Priori Martial. l. 8. epigr. 29.* Cujus olat tuto pinguis coma Marcelliano. ¶ Pinguia Herodis palmeta *Horat.* dicit *l. 2. ep. 2. v. 184.* propter opobalſami copiam. ¶ *Pinguc meram* apud *eund. l. 2. ſat. 4. v. 65.* quidam intelligunt, non defæcatum : alii plenum, cui opponitur tenue. Noſtri *tondo* dicunt, & *perno* : quo ſenſu videtur etiam *Celſ. pingue vinum* dixiſſe, *l. 2. c. 18. a med.* ¶ Pinguis ſaliva, *ſputo groſſo. Senec. l. 3. de Ira, c. 38. extr.* ¶ *Pinguc cælum*, craſſi & humidi aeris, *di aria groſſo. Cic. l. 1. de Divin. c. 57.* Si Canicula obſcurior aſtiterit, pingue & coacrtum eſſe cælum, ut ejus adſpiratio gravis & peſtilens futura ſit : ſin illuſtris & perlucida apparuerit, ſignificari cælum eſſe tenue, purumque, & propterea ſalubre. ¶ *Pinguis toga*, craſſo filo contexta, & denſa. *Sueton. in Aug. c. 82.* Hieme quatereie cum pingui toga tonicis muniebatur. *Juvenal. ſat. 9. v. 28.* pingues aliquando lacernas, Munimenta togæ, dari craſſique colorie, Et male perculſæ textoris pectine Galli. *Martial. l. 6. epigr. 11.* Te Cadmea Tyros, me pinguie Gallia veſtit. ¶ *Pinguis menſa*, epulis copioſa, lauta. *Catull. carm. 61. epithal. v. 3.* Surgere jam tempus, jam pingues linquere menſas. ¶ Pinguis crura lutu, *Juvenal. ſat. 3. v. 247. b. e.* oblita, & craſſo luto quaſi peructa. Sic *Marcial. l. 9. epigr. 55.* Pingnit & implicitæ virga teneret aves. *b. e.* viſco illita. ¶ *Pinguis color*, ſaturus, & veluti craſſus, obtuſuſque. *Plin. l. 37. c. 8. ad fin.* Iaſpidem ſmaragdo ſimilem ferunt laudi, Cypros durum, glaucoque pingui, Perſæ aeri ſimilem. ¶ *Pinguis ſapor*, obtuſus, & ſordus, non acer, non acatus, qualie eſt in lacte, oliva, lauro, nuce juglande, amygdalis, ot eſt apud *Plin. l. 15. c. 27. & 28.* ¶ Translate *pinguis ocium*, in quo minima eſt corporis agitatio, aptum proinde alendo corpori, & pinguefaciendo. *Plin. alter l. 1. ep. 3.* Quio tu humiles & ſordidas curas nobis mandas, & ipſe te io alto iſto pinguique ſeceſſu ſtudiis adſeris? *Id. l. 5. ep. 6. ſub fin.* & *lib. 9. ep. 3.* & *Senec. ep. 73. a med.* Altius ibi otium, & pinguius, eoque ſecurius. *Plin. l. 7. ep. 26.* Mollie & pinguis vita. ¶ *Pinguis ſomnus*, tranquillus & profundus, & pinguefaciendo corpori idoneus. *Ovid. 1. Amor. el. 13. v. 7.* & *Lucan. l. 10. v. 354.* Sic *Ovid. de remed. amor. v. 806.* & pingui membra quiete levat. ¶ *Pinguis amor*, qui redamantem facile ioveoit, nullo labore, aut meto, aut zelotypia exercitus, quietus, ſecurus. *Ovid. 2. Amor. el. 19. v. 25.* Pinguie amor, nimiumque patens io tædia nobis Vertitur, & ſtomacho, dulcia ut eſca, nocet. ¶ Aliquando ad ingenium refertur, & craſſum, ſtupidum, hebes, tardumque ſignificat. *Ovid. 11. Met. v. 548.* Pingue ſed ingenium manſit : occiturusque, at ante, Ruſus eraoi domino ſtolidæ præcordia mentis. *Cic. pro Archi. c. 10. extr.* Ut eriam Corduba natie poetis, pingue quiddam ſonantibue atque peregrinum, tamen aures ſuas dederet. *Quintil. l. 1. c. 5. (al. 9.)* At illa pecus pinguiſque doctor putabit, &c. (hic ſimul ad corporis obeſitatem, & ingenii tarditatem reſpicitur.) *Celum. l. 9. c. 14. a med.* Nec tamen Hipparchi ſubtilitas pinguioribus, ut ajunt, ruſticorum lirteris oeceſſaria eſt. *alla groſſolana erudizione*. Sic *in corollell. Virgil. pag. m. 98.* pingui nil mihi com populo. Hinc proverb. *pingui Minerva*. V. *Minerva. Horat. l. 2. ep. 1. ſub fin.* Nec prave factis decorari verſibus opto, Ne rubeam pingui donatus munere. *Cic. 4. Acad. c. 34.* Quod ipſi Aotiocho pingue videbetur, & ſibi contrarium. *Gell. l. 13. c. 20.* Verte & muta, ot *orbes* dicas, indubidius neſcio quid facies, & pinguius. ¶ *Pinguia verba*, quaſi craſſa, plena, inflata, ſonantia, & quæ efferendo buccas implent, quibus opponuntur tenuia, gracilia, ſubtilia. *Quintil. l. 12. c. 10. circa med.* Nec rerum oimiam tenoitatem, ot non dicam pinguioribus, fortioribus certe verbis miſcebimus. *& mox.* Non poſſumus eſſe tam graciles? ſimus fortiores. *Gell. l. 17. c. 20.* Ejuſmodi ſententias & verba molitus eſt, ut Pindaro quoque ipſo, qui nimia opima pinguique eſſe facundia exiſtimatus eſt, ioſoleotior tumidiorque fit. ¶ *Pinguis vitis*, qui crapula, & voluptatibus tum corpus pingue reddidit, tom ſimul animum depravavit, corrupitque. *Horat. l. 2. ſat. 2. v. 21.*

PINGUITER, *con dello groſſezza*, Λεπτῶς, cum pinguitudine. *Colum. l. 2. c. 2.* Solum pingue ac putre præſtantiſſimum : proximum huic pinguitei denſum. ¶ Translate *Paul. Dig. lib. 44. tit. 2. leg. 14.* Pinguius accipere aliquid. *b. e.* craſſiore Minerva, & laxios, *più alla groſſa*. & *lib. 42. tit. 2. leg. 49.* Pinguius donatori ſuccurrere debemus, quam ei, qui verum debitum perſolvere compellitur. *b. e.* uberius, largius, & plura ei condonando.

PINGUITTA, æ, &

PINGUITTES, ei, ſ. pinguitudo. *Arnob. l. 7. pag. 226.* Nno videtis ibas eſſe hoſtiarum carnes, oſſa, dentes, pinguttias? *Apul. l. 10. Meram.* Corpus obeſa pinguitie compleveram.

PINGUITUDO, inis, ſ. *groſſezza*, *groſſa*, πιμελή, λίπος, pinguitia, pingoedo, piogue. *Varr. R. R. l. 2. c. 4. de ſue.* Quæ ets non modo pinguitudinem efficit, ſed etiam carnie jucundam ſaporem. Cato apud *eund. ebid.* Vere ſus aſque adeo pinguitudioe creſcere ſolet, ut ſe ipſa ſtans ſuſtinere non poſſit. *Plin. l. 22. c. 37. ſect. 72.* Io corde ſummo pinguitudo eſt quædam, lætia extis. *Colum. l. 22. c. 50. a med.* Pinguitudo olei. *Id. l. 4. c. 24. a med.* oli. *Pallad. in Februar. tit. 22.* palmiris. ¶ Translate *Quintil. l. 2. cap. 22. (al. 19.)* Vitia, ſiqua ſunt, oris emendet, ut expreſſa ſint verba, at ſuie quæque litteræ ſonis enuntientur. Quaronodam enim vel exilitate vel pinguitudine oimia laboramus. *b. e.* vaſtum, craſſum, & juſtu pleniorem ſonum habentium. ¶ Scribitur & *pinguetudo*, unde *pinguedo* per ſyncop. Sella eſſe videtur.

PINIFER, a, um, pinum ferens, pini ſerax, πιτυοφόρος. *Virg. 4. Æn. v. 248. de Atlante*, cinctum aſſidue cui nubibus atris Piniferum caput. *Id. Ecl. 10. v. 14.* Pinifer Mænalus. *Stat. l. 3. ſilv. 4. v. 82.* Pinifera Ida.

PINIGER, a, um, pinum gerens. *Ovid. 3. Faſt. v. 84.* Pinigerum Fauoi Mænalis ora caput. *Jeſtiret* colit. *Val. Flacc. l. 6. v. 393.* Piniger Othrys. *Sene. in Thoeb. v. 205.* pinigeri Simoentis ad amnem. *& lib. 7. v. 172.* Pinigeri agri.

PINNA, æ, ſ. *penna*, πτέρυξ, penna, plume aviam craſſior, & longior, io cauda præſertim, & alis. Eſt idem omnino quod *penna*, & io veterib. libr. promiſcue anam pro altero ponitur. Neque verum eſt, quod ſcripſit *Caper de Orthogr. pag. 2243. Putſch.* murorum pinnæ dici, avium, pennas. & *Quintil.* qui *l. 1. c. 4. (al. 6.)* videtur negare, *pinnas* de avibus dici. *Colum. l. 8. c. 2. a med. de gallis gallinaceis.* Tum proceriſſimæ caudæ, duplici ordine ſinpubs utrinque promioentibus pinnis mixtæ. *& cap. 4.* Nam bis zebus plumam pinnaſque emondant. *Varr. l. 3. R. R. cap. 9.* Galli faiacæ, brevibus cruribus, caudis magnis, frequentibus pinnis. *Sueton. in Claud. c. 33.* Ut ſupino ac per ſomoum hianti piona io os indreretur, ad eaonerandum ſtomachum. ¶ Sæpe dicitur de penna varii calorie, quæ iouxtæ linea terrendit ſeria & avibus adhubentur. V. *Formido.* ¶ Pes ſynecdoche eſt ala, *ala. Cic. in Mario l. 1. de Divin. c. 47. extr.* Hanc abi præpetibus pioois, lapſuque volantem, &c. *Al. leg.* pennis. ¶ De alia piſcium *Plin. l. 9. c. 13. de marinis vitulis.* Pinnis, quibus in mari ntuntur, humi quoque vice pedum ſerpunt. ¶ Præterea *pinna* dicitur quidquid eſt acutum : unde murorum, & turrium, valli cacumina, quæ in acutum per iotervalla deſinunt, *pinnæ* vocantur, *merli*. *Varr.* ſcribit *l. 4. de L. L. c. 32.* dictas eſſe a pinnis, quas inſigniti milites habere in galeis ſolent, & io gladiatoribus Samnites. *Claud. Quadriger.* apud *Gell. l. 9. c. 2.* Milites Metelli a pinnis hoſtes defendebant facillime. *Caſ. l. 3. B. Gall. c. 30.* Turres contabulantur, pinnæ loricæque ex cratibus attsauntur. *& lib. 7. c. 72.* Aggerem & vallum reſtruit : huic loricam pionaſque adjecit. *Virg. 7. Æn. v. 159.* primaſque io litore ſedes Caſtrorum in morem pinnis atque aggere cingit. ¶ Quod gladiatores Samnites pinnas in galeis geſtarent, argumento eſt, quod qui contra eum depugnarent *pinnirapi* dicti ſunt. ¶ Apud *Vitruv. l. 10. c. 10.* dicuntur *pinnæ* tabellæ circa frontes rotarum certis intervallis infixæ, io quas incurrente aqua, verſatiooes fiant. ¶ Item *cap. 13.* tabellæ io organa hydraulico, junctas regulis, quæ variis foraminibus inſtructæ, a onbis *regulis* appellantur, *pinnæ* vocat : quia ſunt veluti alæ, quibus illæ regulæ eunt, redeuntque. ¶ Deniqoe *pinna*, *vitra*, piſcis eſt marioua ex genere concharum, duebue teſtis patolus, & parva ſquilla comitatus, quæ ducem ei ſe præbet, (*pinnoteres* ideo dicta) & cibi preſentis admonet : tunc illa comprimit ſe, & quidquid incluſit examinat, partemque ſociæ ttibuit. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 48. lib. 3. de Fin. c. 20.* & *Plin. l. 9. c. 42.*

PINNACULUM, li, n. extremo ædificii pare pinnis inſtructa, faſtigium, culmen. *Tertull. adverſ. Jud. c. 8.* Dicit enim Daoiel, & civitatem & ſanctum terminari cum duce venturo, & deſtrui pinnaculum uſque ad interitum. V. *Daniel. 9. 26.*

PINNATUS, a, um, *pennato*, *penouto*, *alato*, πτερωτός, pinnas habens. pennatus, alatus. *Varias Porta* apud *Cicer. 2. Tuſcul. c. 20.* Jovis fatelles pinnata cauda noſtrum adalat faogoinem. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 23.* Diana prima, quæ pinnatum Cupidinem genuiſſe dicitur. *Porcius Licin.* apud *Gell. ſub fin. l. 17.* Muſa pinnato grado intulit ſe, &c. *b. e.* celeri. Sic *Prudent. in Apotheoſ. v. 679.* Quis tam pinnatus, rapidoque ſimillimus Auſtro Nuntius, &c? *Plin. l. 16. c. 20. a med.* Abies ſolio pinnato denſa, ut imbres non tranſmittat. *b. e.* ita diſpoſito, ut aliud ſuper aliud fadens pinnas avium referat. *& cap. 23.* Fraxinoe procera & teres, pinnata & ipſa ſolio. *Id. l. 17. c. 9.* (da filica, quæ Græco nomine pteris, πτερίς, dicitur.) Folia utriuſque lateribot pinnata : unde nomen Græci impoſuere.

PINNENSIS, ſe, ad Pinnam pertinens, quæ urbs eſt Veſtinorum, *ciuà di vemo* : at Pinnenſis juvenis, *Valer. Max. l. 5. c. 4. in fin.* ¶ *Pinnenſes*, ium, ejus incolæ. *Plin. l. 3. c. 12.*

PINNICILLUM, i, n. *vel* Pinnicillus, i, m. penicillum, vel penicillus : quaſi ea pinnis factus. *Pallad. in Mart. tit. 1. a med.* Ligaturæ ipſi pinnicillo tanuis debet frequenter humor affundi.

PINNIGER, a, um, *pennuto*, pinnas habens, pennatus. *Accius* apud *Cicer. Fam. 7. ep. ult.* Hæc pinnigeto, non armigero ia corpore tela exercentur. *b. e.* io aves, non io homines armatos. *Lucret. l. 5. v. 1074.* Pinnigeri ſævit calcaribus ictus amoris. *b. e.* Cupidinis.

Ovid. Met. 13. *v.* 963. Cruraque pinnigero cuevats noviſſima piſce. *b. e.* pinnas, ſeu alas gerente.

PINNIPOTENS. V. *Pennipotens*.

PINNIRAPUS, pi, m. πτερυγαλίδος, qui tum Samoite gladiatore depugnabat, quod pinnam, ideſt ſummitatem in illiue galea appeteret, & raperet. *Juvenal. ſat.* 3 *v.* 158. Hic plaudat nitidi præconis filius inter Pinnirapi caltos juvenes.

PINNOPHYLAX, acis, m. πινοφύλαξ (*a* πίννα, pinna, & φύλαξ, cuſtos) idem qui pinnoteres. *Plin. l.* 9. *c.* 46.

PINNOTERES, æ, m. πινοτήρης, cuſtos pinnæ: a πίννη, pinna, & τηρέω, ſervo. *Plin. l.* 9. *c.* 42. & *lib.* 32. *c. alt.* & *Cic. l.* 3. *de Fin. c.* 19. ¶ Alii ſcribunt *pinnotheres*, æ, πινοθήρης, a θηράω, venor, quaſi venatoe pinnæ, quia prædæ præſentis eam admonet, ut in *Pinno* dictum eſt. ¶ Eſt & alius *pinnotheras*, nempe minimus piſcis in cancrorum genere, ideo opportunos injuriæ. Huic ſolertia eſt inanium oſtrearum teſtæ ſe condem, & cum accreverit, migrare in capaciores. *Plin. l.* 9. *c.* 31.

PINNOTHERAS. V. vocem præced.

PINNULA, æ, f. *pennacea*, *pennetta*, πτερύγιον, parva pinna, pennula. *Plaut. Amph. prol. v.* 143. Ego has habebo hic uſque in petaſo pinnulae. *Colum. l.* 8. *c.* 5. *de gallin.* Inhibetur cupiditas incubandi pinoula per nares trajecta. ¶ De parvis alis piſcium, *Plin. l.* 9. *c.* 57. Quoſdam inde exire ad pabula pinnulis gradientes, cæteo cauda motu, &c.

PINSATTO, onis, f. actus pinſendi. *Vitruv. l.* 7. *c.* 1. Rudus vectibus ligneis crebiter proſarsone ſolideiur.

PINSITO, as, a. t. πτισανίζω, frequentat. a *pinſo*. *Plaut. Aſin.* 2. 2. 18. Qui polentam pinſitaoe. Alii legunt *pranſitant*.

PINSITUS, a, um, *peſtato*, particip. a pinſoe, ere. *Colum. l.* 2. *c.* 9. 12 *ſ.* Panicum pinſitum, & evolutum ſurſum, &c. *Id. l.* 6. *c.* 31. Pinſita lens, & a valvulis ſeparata, minuteque molita. & *cap.* 6. *in ſ.* Tribus heminis vini tres uncias pinſiti allii permiſceetur. & *cap.* 8. Allium pinſitum eum oleo in aures infundere.

PINSO, is, ſi, & ſui, piotum, & pinſitum, & piſtum, a. 3. *peſtere*, *πτίσσω*, *πτύσσω*, tundo, frango, tero. *Varr. l.* 4. *de L. L. c.* 31. Pilum, quod eo far pinſunt: id ubi fit, piſtrinum. *Id.* apud *Non.* 1. 2. *n.* 643. Neque piſtorem ullum noſſent, niſi eum, qui in piſtrino pinſetur, ac torreatur. *Nonius cap.* 2. *n.* 713. legit *piſcitur*, ut ſit a *piſa*, æ, pro *piſſo*: alii *piſatus*, ut ſit a *piſo*, *is*. *Virruv. l.* 7. *c.* 3. *ad fin.* Mortario colinoato, calcn & arena tibi confuſa, decuria hominum induſta, ligneis vectibus piaſunt materiam, & ita ſubacta uruntur. ¶ *Pinſibant* pro *pinſebant*, πτίσσον. *Enn.* apud *Varron. l.* 4. *de L. L. c.* 4. In terram eadentes, cubitie pinſibant humum. *b. e.* feriebant: quo ſenſu *Id.* apud *Diomed. l.* 1. *pag.* 370. Puſſunt terram genibus. ¶ De illo *Perſii ſat.* 1. *v.* 58. O Jane, a tergo quem nulla cicoma pinſit. V. *Cicamo*. ¶ *Ponſere ſagos*, verbeeaie. *Plaut. Merc.* 2. 3. 81. ¶ Particip. *pinſus*, *pinſurus*, *ponſitus*, & *pſitus*, quæ agnoſcunt etiam *Diomed.* & *Priſcian. locis cit.* V. ſuie locis. ¶ In allato *Perſii* loco ambiguum eſt, *piſce*, an *piſe* legendum ſit, inquit *Priſcian. l.* 1. *pag.* 370. *Puſſch.*

PINSUS, a, um, *peſtato*, pinſitus, puſtus: a *pinſo*, is, *ſi*. *Vitruv. l.* 7. *c.* 1. Rudue pinſum abſolutum craſſitudioe ſit dodrantis.

PINUS, nus, & ni, f. *pinus*, *πίτυς*, uis, arbor ex earum genere, quæ reſinam fundunt, tametſi minime omnium ejus feræ, in magnam altitudinem ſe promittens, tamoſa in vertice, folia habens capillamenti modo prætenuia, longa, mucrone aculeata, & nunquam deciduntia, nunquam florens, fructum habens altum matureſcentem, alium proximo anno ad maturitatem venturum, alium deinde tertio. Hæc ex *Plinio l.* 16. *c.* 10. 20. 25. & 26. qui *l.* 17. *c.* 12. addit umbram eiue necare gramina. Eſt ſecundæ, & quartæ declinat. non taioen promiſcue in omnibus eaſibus. *Virg. Ecl.* 7. *v.* 65. Fraxinue in ſilvie pulcherrima, pinus io hortie, Populus in fluviis, abies in montibus altis. *Id.* 2. *Georg. v.* 389. Oſcilla na alta ſuſpendunt molla piou. *Plin. l.* 23. *c.* 8. Carbois e pino decoctum contra tormina datur. *Virg. Ecl.* 8. *v.* 82. argutumque nemus, pinoſque loquentes. *Accius* apud *Non. c.* 10. *n.* 16. Lætum in Parnaſſo inter pinos tripudientem. *Virg.* 11. *Æn. v.* 136. evertunt actas ad ſidera pinus. & Æn. 10. *v.* 230. Nos fumne Idæ ſacro de vertice pinus. *Plin. l.* 23. *c.* 1. Contra cantharidae, bupreſtim, pinorum erucas. *Id. l.* 37. *c.* 3. Gummi in ceraſis, reſina pinie. *Pallad. in Mart. tit.* 10. *corr.* Locie ſitgidis pini ſemen aſperitur. *Plin. l.* 24. *c.* 6. Herba flore pinus & odore. ¶ In Fabulie eſt ſacra Cybeiæ, ut *Phædr. l.* 3. *fab.* 17. & *Macrob. in ſ. l.* 6. *Saturnal.* docent. *Ovid.* 10. *Met. v.* 103. Et ſuccincta comae, hirſutaque vertice pinus Grata deum matri: ſiquidem Cybeleiae Atys Exſuit hac hominem trunco que induruit illo. ¶ Item Dianæ. *Horat. l.* 3. *od.* 22. Montium cuſtos, nemorumque, Virgo, &c. Iomineus villa tua pinue eſto. *Propert. l.* 2. *ad.* 15. *v.* 17. jam nunc me facta Dianæ Sufcipere, & Veneri ponere vota juvat. Incipiam captare feras, & reddere pinu Corcus. *b. e.* cornua cervorum captorum, vuto promiſſa Dianæ, reddem ei affixa pinu. ¶ Aptiſſimam præbet materiam cooſtruendis navibus: unde per ſynecdochen pro navi ponitue. *Virg. Æn.* 10. *v.* 206. quos Mincius infeſta ducebat io æquora pinu. *Horat. epod.* 16. *v.* 57. Non huc Argoo contendit remige pinue. *Ovid.* 14. *Met. v.* 88. orbataque præſide pinus Inarimen, Prochytenque legit. ¶ Synecdoche eſt & in illo *Virgilii* 9. *Æn. v.* 76. Atque manum pinu flagranti fervidus implet. *b. e.* tæda pinea. & *Sen.* 8. *Thеb. v.* 539. una duo corpora pinu, Cornipedemque, equitemque ſeeiv. *b. e.* biida. *Lucan. l.* 3. *v.* 531. pro remo poſuit. ¶ Corona ex pinea fronde geſtamen eſt Panos. *Ovid.* 14. *Met. v.* 637. & *Faſt.* 1. *v.* 401. & *Sil. l.* 13. *v.* 331. Hoc ideo, quia Pao amavit nlim Pityo nympham, quæ cum Boream amantem ſe everſaretur, ab hoc aliiſa foio, in arborem ſui nominis verſa eſt. Hinc *Propert. l.* 2. *el.* 18. *v.* 20. & Arcadio pinus amica deo. ¶ Item Fauni. *Ovid. Heroid. ep.* 5. *v.* 137. Cornigerumque caput pinu præcinctue acuta Faunus. ¶ Etiam victores Iſthmiorum pino coronabantur. V. *Iſthmia*. ¶ In illo *Virg.* 4. *Georg. v.* 110. Ipſe thymum, pinoſque ferens de montibue eltie: *pinus* Eruditie nonnullie non nebor eſt, ſed ſtos, qui chamæpytie dicitur. Sic apud *eund. in Culic. v.* 406. Buphthalmuſque virene, & ſemper florida pinus. Negant tamen alii: alii *rinee* legi volunt.

PIO, as, avi, atum, a. 1. *placare con ſacrificzi*, *ſoddisfare*, *espiare*, placo, propitium reddo, ſatisfacio. *Horat. l.* 3. *ep.* 1. *v.* 143. Telluremem porco, Silvanum lacte piabant. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 318. Janus Aquali luce piandae erit. *Id. Met.* 13. *v.* 523. Piam buſta. *b. e.* placare manes. Sic *Virg.* 6. *Æn. v.* 367. piare oſſa. *Propert. l.* 3. *el.* 17. *v.* 17. Nam quid Medeæ referam, quo tempore matris Iram natorum exde piavit amne? *ſacrò*, *ſoddisfece*, *ſpegò*. ¶ Apud *Ovid.* piare damna, *riſare*, *rimediare*, *lib.* 3. *de tr. am. v.* 160. Quarum ſunt multis damna pianda modis. ¶ Item pie colere. *Plaut. Aſin.* 3. 1. 3. Ubi pieus Pietatem, ſi iſte mom moratam tibi poſtulem placere, mater, mihi quo pacto præcipis? *Propert. l.* 3. *el.* 8. *v.* 19. coronstae ubi tum praveote arae. ¶ Item purgare, expiare, procurare, *purgare*, *espiare*, *ripurdre*. *Cic. pro dom. c.* 51. *a med.* Si quid tibi piandum fuiſſet religione domeſtica, ad pontificem deiulliee. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 191. & 321. Piare fulmen. *Verg.* 1. *Æn. v.* 184. Effigiem batuere, oeſas quæ triſte piaret. & *verſ.* 140. & culpam hanc miſerorum morte piabuot. *Sil. l.* 17. *v.* 565. quæ mœrm fatæ delicta piabit Tartareus torrene? *Id. l.* 4. *v.* 811. dii patrii, quorum delubra piantur Cædibus. ¶ purgare ab amentia. *Feſtus*: Piati eos, veluts propeim verbo, nit Varrius, qui parum ſint animati, cum mentie fuæ non ſint: & per quædam verba liberartue incommodo. *Plaut. Men.* 2. 2. 17. Jube te piari de mea pecunia. nam ego quidem inſanum te eſſe certo ſcio. Adde 3. 2. 52. ¶ Addit *Petronius*: Quandoque caputue pro eo, quod nſi pio amo. Nævius: Nemo eſt, qui magis ſuos piet liberoe.

PIPATIO, clamor ploiantis, lingua Oſcorum. *Feſtus*.

PIPATUS, us, m. vox pulloeum. *Varr. l.* 6. *de L. L. c.* 5. *a med.* Pipulum declinatum a pipatu pullorum.

PIPER, piperis, n. *pepe*, *pevere*, *πέπερι*, fructus cujuſdam arboris in India, condimentis aptus: a voce Græca allata, per apocopen, ut a *nive*, mel. Arboe eſt juniperis noſtris ſimilis: ſemen e junipero diſtat parvulis ſiliquae, quales in faſeolie videmus. Hæ priuſquam dehiſcant, decerpae, toſtaeque ſole faciunt quod vocatur pipes longum: paulatim vero dehiſcentes maturitate, oſtendunt candidum pipes, quod deinde toſtum ſolibus, colore tuginſqm mutatue. Piperis arborem jam & Italia habet, oec abſimilem. Amaritudo grano eadem, quæ piperi muſteo creditur eſſe. Hæc & alia plura *Plin. l.* 12. *c.* 7. quæ tamen magna ex parte aliter ſe habem Recentiores tradiderunt. Inter ea, quæ exlefaciune, *Celſ. l.* 2. *c.* 27. enumerat. *Horat. in ſ. ep.* 1. *l.* 2. Et piper, & quidquid chaetia amicitur ineptis. *Martial. l.* 13. *epigr.* 5. Cenæ quæ patalo lucet ficedula lumbo, Cum tibi forte datue, ſi ſapie, adde piper. *Perſ. ſat.* 3. *v.* 55. Rugoſam piper. & *ſat.* 6. *v.* 21. ſacrum mrrorane patinæ piper. *ſacrum* dicit, quia tanquam rei ſacræ, avarus ei parcit. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 210. neſcius uti Compoſitæ, metuenſque velut contingere ſacrum. ¶ Transfertur elegaeter ad acrimoniam dicendi. *Hieronym. epiſt.* 19. *ad Euſtoch.* Ut te aliquid & piperis mordeat, &c. *Petron. in fragm. Tragur. c.* 44. *Burm.* Piper, non homo. *b. e.* præditus aſpera, acrique libertate loquendi. proverbium. V. vocem ſequent.

PIPERATUS, a, um, pipere conditue. *Plin. l.* 14. *c.* 16. Qualia (*vina*) nunc quoque fiunt pipere & melle addito, quæ alii condita, alii piperata appellaot. *Colum. l.* 12. *c.* 47. & 57. Piperatum acetum. *Petron. in fragm. Tragur. c.* 36. *Burman.* Garum piperatum. ¶ *Piperatum* abſolute condimentum ex pipere. *Celſ. l.* 4. *c.* 19. & *Apic. l.* 3. *c.* 14. ¶ Translate *Sidon. l.* 5. *ep.* 8. Pipeota facundin. *b. e.* acris, mordax, ſale & dictis aſperſa. *Id. l.* 8. *ep.* 11. *de epigrammatis*. Eadem cum noo pauca piperata, mellea multa conſpiceres, omoia tamen falſa cernebae. V. *Piper*. ¶ *Piperata mensa*. V. *Piscatus*.

PIPERITIS, idis, *vel* idie, f. *genginovo*, *wenzgivo*, genus herbæ. *Plin. l.* 20. *c.* 17. Piperitis, quam & filiquaſtrum appellavimus, contra morbos comitiales bibitur. Caſtor & aliter (h. n. *aliud genus*) demonſtrabat, caule cubro, & longo, denſie geniculie, foliie lauri, ſemine albo, tenui, guſtu piperis, utilem gingivis, dentibus, orie ſuavitati, & ruſtibus.

PIPILO, as, n. 1. *pigolare*, idem quod pipio. *Catull. carm.* 3. *de paſſere*, *v.* 10. Ad ſolam dominam uſque pipilabat. *Vet. Inſcript. in Prolog. Heſſelii ad Inſcript. Gud. pag.* 9. Lufciniæ pulcerrimæ canticis ſuaeiſſ. omnibus gintiis, ad digitum pipilanti, &c.

PIPINNA. V. *Pipinnax*.

PIPIO, as, n. e. prpim, vagire plorando. *Tertull. de monogam.* 1. 16. *in fin.* Uteros nauſeantes, & infantes pipiantes. *Id. adverſ. Valentinian. c.* 15. Cæleſtes imbres pipiavit Achamoth. *b. e.* pipiane & fiens velut effudit.

PIPIO, is, n. 4. *pigolare*, *πιπίζω*, verbum naprimens vocem pullorum gallinaceorum, item paſſerum, & aliarum avium minutarum: e voce Græca allata: vel a *pipo*, as. *Colum. l.* 8. *c.* 5. *a med.* Avia-

viarius animadvertat, ne pulli roſtellis ova percutiant: & auſcultetur, ſi pipiant. *Auſt. carm. de pöſtemate*, v. 32. Peſſimos at paſſar triſtia ſtendo pipit.

PIPIO, onis, m. pullus avium pipiens. De pullis palumbium, aut columbarum, ut cenſet *Salmaſ.* eſt illud *Lamprid. in Alex. Severr. c.* 41. *extr.* Ne eorum (*auceriorum*) paſtus gravaret annonam, ſervos habuit vectigales, qui eos ex ovis & pullicenis, ac pipionibus alerent. *h. e.* ex pecunia, quæ venditis ovis, pullitenis, &c. redigebatur. *Pullicenæ* ſunt pulli gallinacei, *pulcini* & *pipiones* palumbini, aut columbini, *piccioni*, *pippioni*.

PIPO, as, n. 1. idem ac pipio, m. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 676. Mugit bos, balat ovis, equi hinniunt, gallina pipat. ¶ Apud *anſtorem carm. de pöſtem. v.* 64. tribuitur & accipitri: & prima ſyllaba producitur. Addit *Scalig. in conjectan. ad Varron. p.* m. 165. Oſcos *pipare* diciſſe pro eo quod eſt ejulando conqueri. V. *Pipatio*.

PIPULUM, *vel* Pipulus. *Plaut. Aulul.* 3. 2. 31. Niſi reddi mihi vaſa jubes, pipulo hic differam te ante ades. *Varr. l.* 6. *de L. L.* afferens hunc *Plauti* locum ita explicat *c.* 5. a *med.* id eſt convicia: declinatum a pipata pullorum. Vult ergo convicium ei facere, gallinarum vocem imitando. Eodem fere ſenſu dicebant, *occentare ante oſtium*. ¶ Hinc *pipulo poſcere*, quod dixit *Cn. Matius* apud *Gell. l.* 20. *c.* 9. eſt convicio poſcere, clamore, ejulatu, ploratu, quæ vel flagitationem, vel irriſionem contumeliamque ſignificent.

PIRACIUM, ii, n. vinum ex piris. *Hieronym. l.* 2. *adverſ. Jovinian. fol.* 5. *extr.* referens ipſius Joviniani verba: Paulus Timotheo dolenti ſtomachum, vinum ſuadet bibere, non piracium. *Al. leg.* piraticem.

PIRÆEUS, triſyllab. & Piræus, i, m. & Piræum, i, n. Πειραιεύς, *ῶς*, ὁ, portus Athenarum celeberis, quadraginta navium capax, quinque mill. paſſ. ab Athenis diſtans, ſed urbi longo muro junctus, & multo opere munitus opera Themiſtoclis: qui murus μακρὰ τείχη, longa mœnia, dicitur. *Plin. l.* 4. *c.* 7. Pirææus, & Phalera portus, quinque millia paſſuum muro recedentibus Athenis junctæ. *Catull. carm.* 63. *de nupt. Pel. & Thet. v.* 74. Egreſſus curvis e litoribus Piræi: *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 653. Suaſon axpoſitum, Piræaque tuta receſſu Linquit. *Stat.* 12. *Theb. v.* 616. & trepidis ſtabilem Piræea nautis. *Piræeus* accuſativus eſt Græce poſitionis, *τὸν Πειραιᾶ*: Latini *Piræum* dicunt. *Cic. Attic. l.* 7. *ep.* 3. *a med.* Venit ad *Piræeum*: in quo magis reprehendendus ſum, quod homo Romanus *Piræea* ſcripſerim, non *Piræum* (ſic vetus omnes noſtri locuti ſunt) quem quod in addiderim, non enim hæc, ut oppido, præpoſui, ſed ut loco. ¶ Adjective *Ovid. 6. Met. v.* 446. portus Cecropios iatras, Piræaque litora tangit. Adde *Sil. l.* 13. *v.* 754.

PIRATA, æ, m. *corſale*, *corſore*, *πειρατὴς*, prædo maritimus: a nomine Græco allato, quod a *πειράω*, conor, tento. *Cic.* 3. *Offic. c.* 29. a *med.* Nam pirata non eſt ex perduellium numero definitus, ſed communis hoſtis omnium. *Vellej. l.* 2. *c.* 31. Piratæ urbem claſſibus terrebant. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 50. Quis unquam prædo fuit tam nefarius, quis pirata tam barbarus, ut, &c? *Lucan. l.* 3. *v.* 218. Itque Cilix juſta, jam non pirata, carina.

PIRATICUM. V. *Piraticum*.

PIRATICUS, a, um, *de corſale*, *πειρατικὸς*, ad piratas ſpectans. *Cic.* 7. *Verr. c.* 28. *ſub fin.* Myoparone piratico capto, dux liberatus, ſymphoniaci Romam miſſi. *Id. poſt redit. in Sen. c.* 5. Piraticum bellum. *h. e.* contra piratas. *Plin. ipſo fine l.* 3. Piratica ſtatio. *Lucan. l.* 2. *v.* 582. Et victis cedat piratica lautus Gallis. *h. e.* parta ob victos piratas. ¶ *Piraticus* abſolute, piratarum ars, & vita, *πειρατικὴ*, *πειρατεία*. *Cic. poſt redit. ad Sen. c.* 5. Egeſtam & improbitate conatus piraticam ipſe feciſſet. *Juſtin. l.* 8. *c.* 3. *ad fin.* & *lib.* 20. *c.* 2. Piraticam exercere adverſus patriam. Quintiliani temporibus hæc vox nova videbatur. *Piraticam* (inquit *lib.* 8. *c.* 3.) quoque, ut *muſicam*, & *fabricam* dici adhuc dubitabant mei præceptores. Fortaſſe ignorabatur ea multo ante uſum *Ciceronem* fuiſſe.

PIRENE, es, f. Πειρήνη, filia Achelœi, quæ a Neptuno compreſſa, in fontem cognominem verſa eſt, quod filium Cenchriam, imprudentem a Diana occiſum, nimium lugeret, ut eſt apud *Pauſan. in Corinthiac.* Hic autem fons in Acrocorintho fuit, ut *Plaut. Aulul.* 3. 6. 23. & *Plin. l.* 4. *a.* 4. docent. ¶ Latini Poetæ hunc fontem faciunt ex ictu unguiæ Pegaſi ortum, ut Hippocrenem (quod ſatis indicat *Stat. l.* 2. *ſilv. ult. v.* 4. & *lib.* 4. *Theb. v.* 60.) ac proinde Muſis ſacrum. Unde *Stat. l.* 1. *ſilv.* 4. *v.* 65. licet enthea vatis Excludes Pimplea ſitim, nec conſcia detur Pirene. *Perſ. in prol. v.* 4. Heliconidaſque, pallidamque Pirenen. Sed *Cæſonbon.* in hunc loc. obſervat, a nullis Græcis Scriptoribus dici ſacrum Muſis: proinde videri, vel incogitantia, vel imperitia cum Hippocrene Latinos Poetas confudiſſe.

PIRENIS, idis, f. Πειρηνὶς, ad Pirenem pertinens, ſeu ad Corinthum, quam prope Pirene eſt. *Ovid.* 7. *Met. v.* 391. *de Medea*. Tandem vipereis Ephyren Pirenida pennis Contigit. *Id.* 1. *ex Pont. epiſt.* 3. *v.* 75. Exſul ab Haemonia Pirenida ceſſit ad undam. *h. e.* Corinthum. Al. leg. *urbem* pro *undam*. Loquitur de Iaſone, qui poſt interfectum Pelian patruum, Corinthi exſulavit, ibique Creuſam duxit. *Senec. in Med. v.* 745. Tantalus ſecurus undas hauriat Pirenidas. *ſitiens* quis Corinthiorum rex fuit, ut *Serv. ad Æn.* 6. *v.* 603. tradit.

PIRITHOUS, & Peritheus, i, m. Πειρίθοος, Ixionis filius, non ex Nube, quemadmodum Centauri, ſed ex legitima uxore, rex Lapitharum. Arctiſſimo amicitiæ fœdere Theſeo Athenienſi conjunctus fuit. Duxit in uxorem Hippodamen Atracn filiam, quam cum ei Centauri impere in nuptiis vellent, a Piritheo ope Theſei, & Lapitharum ſuperati ſunt. Mortua autem Hippodame, cum Theſeo, qui tum forte cælebs erat, convenit, ut uxorem, niſi ex Jove natam, nullam ducerent. Et cum jam Theſeus Helenam Jovis & Ledæ filiam rapuiſſet, nec alia eo tempore noſceratur, quæ Jovis eſſet, præter Proſerpinam, Plutonis conjugem, ad rapiendam illam ſimul profecti ſunt ad Inferos. Verum Pirithous primo impetu a Cerbero interfectus eſt, quem Theſeus adjuvare volens, ipſe quoque in vitæ diſcrimine fuit, atque ad extremum captus, a Dira detentus eſt, ſed poſtea ab Hercule liberatus, ſuperiſque reſtitutus. *Horat. ep. ſin. ad.* 4. *l.* 3. amatorum Pirithoum cruentæ cohibent catenæ. *& in fin. ad.* 7. *l.* 4. Nec Lethæa valet Theſeus abrumpere caſa Vincula Pirithoo. *Ovid. l.* 6. *ex Pont. ep.* 6. *v.* 26. Non hæc Ægidæ, Pirithoique fides. Adde *epiſt.* 3. *v.* 43. & *lib.* 1. *Triſt. el.* 5. *v.* 19. *Stat. Theb.* 8. *v.* 54. & *Martial. l.* 10. *epigr.* 22.

PIRPIT (*corrige* Pitpit) Oſce quidquid. *Feſtus*.

PIRUM, i, n. *pero*, ἄπιον, fructus piri arboris: a πῦρ, ignis, quia flammæ inſtar a lato in oblongum & acutum faſtigiatur, ac protenditur, *v* in *i* tranſeunte, ut a *πῦρ* eſt *pa*. Legitur tamen & *pyrum*. *Horat. epod.* 2. *v.* 19. Ut gaudet inſitivis decerpens pira! ¶ Pirorum varia ſunt genera, quæ enumerant diligenter *Plin. l.* 15. *c.* 15. *Colum. l.* 5. *c.* 10. *ad fin.* & ex *Claſſicis Macrob. l.* 2. *Saturn. c.* 15. Aliquot recenſent etiam Cato R. R. *c.* 7. & *Calſ. l.* 2. *a.* 24. ¶ *Pirorum* de hominibus ex aere magno numero decidentibus, *Pun. c.* 2. *v.* 38. Tam crebri ad terram accidebant, quam pira.

PIRUS, i, f. *pero*, ἄπιος, genus arboris, cujus fructus pirum dicitur. *Virg.* 1. *Eſl.* 2. 74. Inſere nunc Meliboce piros. *Plin. l.* 16. *c.* 24. Pirus circinata folia, & *cap.* 26. Perdunt facillime fructum ante maturitatem amygdala, malus, pirus. & *cap.* 27. Amygdala, & pirus in ſenecta fertiliſſimæ.

PISA, æ, *ſæpius quoque* Piſæ, arum, f. Πίσα, urbs Peloponneſi in Elide, ad Alpheum fluvium, ludis Græcorum Olympiis celebris. V. *Olympus*, & *Olympiæ*. *Virg.* 3. *Georg.* v. 180. Aut Alphea potis præſabi flumina Piſæ. *Ovid.* in *Ibin*, v. 327. Utque Milon, ſub quo cruciata eſt Piſa tyranno, Vivus in occultas præcipiteris aquas. *Pompon. Mela*, *l.* 2. *c.* 3. Piſa Œnomai, Elis, & ſanum Jovis, &c. Adde *Stat.* 4. *Theb.* 8. 638. ¶ *Piſa*, *arum*, urbs Etruriæ, *Piſa*, ad Arnum fluvium, condita a civibus Piſæ Alpheæ, qui Neſtoram ad Trojanum bellum ſecuti, & in reditu tempeſtate disjecti, alii quidem Mataponti, alii Etruſcum litus tenuerunt. *Virg. Æn.* 10. *v.* 179. Alpheæ ab origine Piſæ, Urbs Etruſca ſolo. (Varias de conditoribus ejus opiniones *Servius* hic recenſet.) *Juſtin. l.* 20. *c.* 1. Sed & Piſa in Liguribus Græcos auctores habent. *Lucan. l.* 2. *v.* 401. Tyrrhenos vado frangentes æquora Piſæ. Adde *Rutil. l.* 2. *a verſ.* 560. & *Plin. l.* 3. *c.* 5.

PISÆUS, a, um, ad Piſas Elidis pertinens, & ad certamina equorum ibi in honorem Jovis Olympii celebrata. *Ovid. Met.* 5. *v.* 409. Piſæa Arethuſa. *h. e.* cujus fontes in Elide eſſe fingunt. *Id.* 3. *Amor. el.* 2. *v.* 15. Ah quam pene Pelops Piſæo concidit ante, Dum ſpectat vultus, Hippodamia, tuos! *h. e.* curru, quo certabat Piſæ cum Œnomao rege Elidis patre Hippodamiæ. *Alii leg.* Piſæa haſta. *h. e.* ipſius Œnomai, qui eam legem ſtatuerat, ut qui filiam vellet, ſecum decertaret curuli certamine, victor nuptias ejus obtineret, victus moreretur: de qua *Stat. l.* 1. *ſilv.* 2. *v.* 41. Piſæa lege trementem Currere, & Œnomai fremitus audire ſequentis. *& Nemeſian. in Cynæg. v.* 63. Piſæique tori legem. *Stat. l.* 6. *Theb. v.* 166. Piſæis metuendas habemus. *h. e.* certamine curuli. *Ovid.* 6. *Triſt. v.* 385. Quid? non Tantalides, agitante Cupidine currus, Piſæam Phrygiis vexit eburnea equis? *h. e.* Hippodamiam. *Senec. in Thyeſt. v.* 123. Piſæi cineres. *Sil. l.* 15. *v.* 610. ubi perſiluit Piſæo carcere præceps, Ante ſuos it victor equos. *Juvenal. ſat.* 13. *v.* 99. Piſææ ramus olivæ. *Stat. l.* 1. *ſilv.* 3. *v.* 8. Piſæue annus. *h. e.* anni tempue, quo Olympii ludi fiunt, nempe media æſtate. *Id.* 1. *Theb. v.* 422. Piſæi ſua luſtra Tonanti Cum redeunt. *Senec. in Agam. v.* 938. Piſæus Jupiter. *Accius* apud *Priſcian. l.* 6. *pag.* 698. *Putſch.* Piſæa pramia. *Lucan. l.* 2. *v.* 265. Piſæa aula. *h. e.* Œnomai regis. *Stat. l.* 4. *ſil.* 6. *v.* 67. ebur Piſæo pollice raſum. *h. e.* ea manu, qua Phidias Piſæ Jovem Olympium fecit.

PISANUS, a, um, *Piſano*, ad Piſas Hetruriæ urbem pertinens. *Liv. l.* 39. *c.* 2. In agrum Piſanum, Bononienſemque incurſaverant. *Rutil. l.* 1. *Itiner. v.* 12. Piſanus portus. ¶ *Piſani*, *orum*, ejus populi *Liv. l.* 40. *c.* 43. & *Rutil. in Itiner. l.* 1. *v.* 576.

PISATTILEM appellat Nævius Pæotaleontem e Piſis netundum tyrannum: cum alioqui inde profecti nunc Piſani dicantur. *Feſtus*.

PISATIO, onis, f. actus piſandi, hoc eſt pinſendi. *Senec. ep.* 86. *ad fin.* Terram non aggeſſit tantum, ſed calcavit, & preſſit. Negat, quidquam eſſe hac, ut ait, piſatione utilius. Al. plerique legunt *ſpiſſatione*.

PISAURENSIS, ſe, ad Piſaurum pertinens, quod eſt oppidum Umbriæ ad oſtia Iſauri fluvii, nunc *Peſaro*. *Cic. de clar. Orat. c.* 78. *Plin. l.* 7. *c.* 30. & *Inſcript.* apud *Gruter. pag* 481. *n.* 9. *pag.* 563. *n.* 1. & *pag.* 1085. *n.* 12. ¶ Si credis *Servio ad 6. Æn. v.* 846. dictum eſt Piſaurum ab auro penſato: quod circa ea loca Camillus debellatis Gallis, qui Romam ceperant, & reaguam vim auri ab Romanis Capitolio inclusis pro libertate extorſeruat, omnem pecuniam reddere coegit.

PISCARIUS, a, um, *ἰχθυοπωλικὸς*, ad piſces, & ad piſcandum pertinens. *Plaut. Caſ.* 2. *ſt.* 65. Ex copia piſcaria conſulere quid emam, æquum eſt. *Id. Curcul.* 4. 1. 13. Forum piſcarium. (quod *Sex. Ruf.* & *P. Vict.* ponunt in regione octava Urbis Romæ.) *Id. Stich.* 2. 1. 27. Arundinem ſert, ſportulamque, & hamulum piſcarium. ¶ *Piſcaria*, æ, abſolute, *ἰχθυοπώλιον*, *peſcheria*, piſcarium forum. & *piſcarius*, ii, qui piſces vendit, *peſcivendolo*. *Varr.* apud *Perott. in Cornucop.* (quem penes ſit fides.) Nullus in piſcaria piſcis erat: inter piſcarios nemo vendebat. *Ulpian. Dig. lib.* 50. *tit.* 16. *leg.* 17.

Vectigal salinarum, & metallorum, & piscariarum. Ita *Maloander*, at *Torrentius* habet *piscariarum*. ¶ Piscarium argumentum *Apul.* 10 *Apolog.* dixit. *b. e.* dubium a piscibus.

PISCATIO, onis, f. *pesca*, *piscagione*, ἁλιεία, piscatus. *Ulpian. Dig. lib.* 8. *tit.* 4. *leg.* 13. Piscationem thymiariam exercere. *Id. lib.* 7. *tit.* 1. *leg.* 9. Piscationum aeditui ad fructuarium pertinere.

PISCATOR, oris, m. *pescatore*, ἁλιεύς, qui piscatur. *Cic.* 3. *Offic. c.* 14. Piscatores ad se convocat.

PISCATORIUS, a, um, *da pescare*, *e da pescatore*, *pescherecio*, ἁλιευτικὸς, ad piscatum, & piscatores pertinens. *Conf. l.* 8. *B. Civ. c.* 4. Piscatoriæ naves. *Perron. in Satyr. c.* 115. Piscatoria casa. *Plin. l.* 16. *c.* 36. *sub fin.* arundo. *Id. l.* 24. *c.* 9. *circa med.* lina. *b. c.* ad retia piscaria facienda. *Colum. sub fin. l.* 8. Piscatorium forum. ¶ Piscatorii ludi vocantur, qui quotannis mense Junio trans Tiberim fieri solent a Prætore urbano pro piscatoribus Tiberinis, quorum quæstus non in macellum pervenit, sed fere in aream Vulcani, quod id genus pisciculorum vivorem datur ei deo pro animis humanis. *Festus*. Meminit horum ludorum *Ovid. l.* 6. *Fast. v.* 239. ¶ Piscatorium ius vetusto more appellatur, quod in monte Albano datur pro piscibus. *Festus*.

PISCATRIX, icis, f. *pescatrice*, ἁλιεύτρια, quæ piscatur. *Plin. l.* 9. *c.* 40. Nec minor fortitu rana, quæ in mari piscatrix vocatur. *Ver. lap.* apud *Gud. pag.* 190. *n.* 8. Aurelia C. L. Nais piscatrix, &c.

PISCATURA, æ, f. piscatus. *Tertull. l.* 4. *adverf. Marcion. c.* 9. Ad piscaturam respexit.

PISCATUS, us, m. *pesca*, *pescagione*, ἁλιεία, piscatio. *Plin. l.* 6. *c.* 22. *sub fin.* Esse & in piscatu voluptatem, maxime testudinum. *Id. l.* 8. *c.* 26. Quos venatus, aucupia, piscatusque alebant. ¶ Item ipsi pisces capti. *Plautus Mostell.* 1. 2. 63. Ego ire in Piræum volo in vesperum parare piscatum mihi. *&* 3. 2. 41. Vivo, & victu, piscatu pcobo vitam colitis. Adde *Cæsar. 1. de Fin. c.* 8. ¶ Olim fuit secundæ declinationis. *Pompon.* apud *Non. c.* 8. *n.* 38. Quid habes in scipiculis, calve? omus piscati genus. *Turpil. ibid.* Inopia tum erat piscati.

PISCICULENTUS. V. *Piscolentus*.

PISCICULUS, i, m. *pescetto*, *pesciolino*, ἰχθύδιον, parvus piscis. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 48. Itaque cum piscículi parvi in concham hianteni innataverint. *Terent. Andr.* 2. 2. 32. Olera, & piscículos minutos fere obolo in cenam emi. *Varr. l.* 3. *R. R. c.* 5. *ad fin.* Piscículi ultro citroque commeant.

PISCINA, æ, f. *peschiera*, ἰχθυοτροφεῖον, lacus, & stagnum, in quo vivi pisces coercentur, ut *Gell. l.* 2. *c.* 20. docet. *Cic. Parad.* 5. *c.* 1. Barbatulos inulilios exceptantem de piscina. Adde *lib.* 2. *ad Attic. ep.* 1. *a med. & Colum. l.* 7. *c. ult.* ubi ejus conficiendæ cationem tradit. V. etiam *Varron. R. R. l.* 3. *c.* 17. ¶ Et quoniam in piscinis etiam homines natare solebant, invaloit consuetudo, ut omnes in hunc usum collectæ aquæ, sive frigidæ, sive calidæ, piscinæ dicantur, quamvis in his nihil piscium sit. *Plin. l.* 5. *ep.* 6. Si natare latius, aut lapidius velis, in area piscina est. *Id. l.* 2. *ep.* 17. Cohæret calida piscina, ex qua natantes mare aspiciunt. *Senec. ep.* 86. Thalius lapis piscinas nostras circumdedit, in quo multa sudatione corpora exsanata demittimus. *Lampred. de Heliogab. c.* 19. Hic non nisi unguentum nobili, aut croco piscinas infectis natavit. *& ep.* 84. Momentarias de rosato & rosis piscinas habibuit. ¶ De frigidaria cella in balneis usurpat *Lampred. in Alex. Sever. c.* 30. ¶ Imo piscinæ etiam vocantur, ubi anates innatant, unde pecora bibunt, denique ubicumque aqua est ad usum aliquem hominum collecta. *Colum. l.* 1. *c.* 6. Circa villam esse oportebit piscinas minimum duas, alteram quæ anseribus, ac pecoribus serviat, alteram, in qua lupinum, vimina, & virgas, atque alia, quæ sunt usibus nostris apta, maceremus. ¶ Præterea *piscinas* vocat *Plin. l.* 3. *c.* 5. ubi de Tiberi verba facit, clausura in tenui flavio ad sustinendam aquam, ut diu ibi concepta & coercita, deinde emissa, largius fluat, & aliquantisper navigabilis sit. *Ferro*, *ferraglio*, *catwatra*. ¶ Denique piscina dicitur quoque de vasis ligneis amplioribus, ad tenendam aquam. *Plin. l.* 34. *c.* 12. *a med.* Et in piscinas ligneas funditur.

PISCINALIS, le, ad piscinam spectans. *Pallad. l.* 1. *tit.* 40. Piscinales cellæ in æstivis balneis a septentrione lumen accipiant, in hiemalibus a meridie. *b. e.* cellæ frigidariæ.

PISCINARIUS, ii, m. ἰχθυοτροφεῖος, qui amplis & sumptuosis piscibus delectatur, in quibus pisces magni pretii gulæ, & deliciarum causa aluntur, cujusmodi fuere Hortensius, Lucullus, & alii. *Cic. Attic. l.* 2. *ep.* 19. *a med.* Beatos homines (hos piscinarios dico, amicos tuos) non obscure nobis invidere. Adde *epist. ult.*

PISCINENSIS, se, piscinalis. *Lucil.* apud *Festum* in *Piscem*. Piscinensia res est.

PISCINELLA, æ, f. &

PISCINULA, læ, f. diminutæ sunt a piscina. *Varr. l.* 8. *de L. L. c.* 45. sed improbare videtur. Legitur *piscinula* in MSS. *Herum. de vita Hilarion. fect.* 32. *edition. Veronenf. in.* 2. *pag.* 30. Quare *piscinellam* ego quoque improbaverim, *piscinulam* non item.

PISCIS, is, m. *pesce*, ἰχθὺς, animal, quod in aqua degit, & proprie quod tegitur squammis, ut in *Plauto* apparet *lib. 9. c.* 22. *Cic. 2. de nat. Deor. c.* 50. Etsi pisces, ut ajunt, ova cum genuerint, colinquunt. *Horat. l.* 4. *od.* 3. *v.* 19. O mutis quoque piscibus donatura cveni, si libeat, sonum. *Plaut. Asin. a.* 3. 26. Quasi piscis, itidem est amator lenæ: nequam est, nisi recens. *Id. Trucul.* 2. 3. 1. Pisces ego credo, qui usque dum vivunt, lavant, minus diu lavere, quam hæc lavat Phronesium. ¶ *Piscis femina*. *Ovid. a. de ar. am. v.* 481. cum quo sua gaudia jungat, Invenit in medio femina pisce aqua. ¶ *Pisces* sunt unum ex signis Zodiaci, constans ex quatuor & triginta sideribus. Cum olim bello Gigantico Venus Typhonem fugiens ad Euphratem una cum Cupidine venisset, repentino turborum, & cannarum strepitu, quæ circa flumen erant, perterrita in ipsum invocatis Nymphis profiluit. Duo pisces accurrerunt, alterque Venerem, alter Cupidinem trans Euphratem incolumes detulerunt. Hoc merito in cœlum translati sunt. *Ovid. l.* 2. *Fast. a vers.* 457. item *Hygin. Poet. Astron. l.* 2. *c.* 30. *& lib.* 3. *c.* 20. qui dicit, Venerem cum filio se in piscium formam vertisse: quod & *Ovid. 5. Met. v.* 331. narrat. Inde factum, ut Syri ea loca accolentes, piscibus in cibo abstinerent, ne aut deorum præsidia impugnare, aut ipsos captare videantur, ut ait *Hygin. ibid. Colum. l.* 12. *c.* 2. *ante med.* XV. Cal. Martii Sol in pisces transitum facit: nonnunquam ventosa tempestas. ¶ Horum alter (ut est apud *Germanic. in Arat. v.* 240.) in austros Tendit, Thracium boream petit alter, &c. Eadem habet *Ovid. 3. Fast. v.* 400. *Avien. in Arat. v.* 545. & *Cic. in Arat. v.* 22. ¶ De nodo, quo invicem connectuntur. V. *Nodus*. ¶ Est aliud signum, quod *Pisces notius* dicitur, de qua *Avien. in Arat. a vers.* 806. & videtur esse idem, de quo *Virg. Georg.* 4. *v.* 234. Plus fidus fugiens ubi Piscis equosi Tritior hibernas cælo defendit in undas. *aquosus* dicitur, quia videtur ore aquam excipere a signo Aquarii. Creditur autem esse pater duorum illorum Piscium Zodiaci; & laborantem quondam Isin servasse: unde in cælum locatus est. *Hygin. loc. cit. c.* 41. *& lib.* 3. *c.* 40. *& Manil. l.* 1. *v.* 428. Situs est autem in Australi parte cæli infra Tropicum Capricorni, sub Aquarii pedibus. Appellatur *Notius* major, a Noto, h. e. Austro: quia *Notius minor* est alter a Piscibus Zodiaci in Austrum versus, ut modo diximus. ¶ *Non ex pero, piscem pera*. V. in *Reservus*. ¶ Quod Itali dicimus, *il pesce grosso ingabbatisce il minore*, aut *divora il piccolo*, est *Varronis* apud *Non. c.* 2. *n.* 98. pisces ut sæpe minutos Magnus comest, ut aves enecat accipiter.

PISCOR, aris, dep. 1. *pescare*, ἁλιεύω, piscari venor. *Cic.* 3. *Offic. c.* 14. Ut ante fines hortulos poslere die piscarentur. *Horat. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 57. eamus, Quo ducit gula, piscemur, venemur, ut olim Gargilius. *Sueton. in Aug. c.* 25. *&* 83. Piscari hamo. *Id. in Ner. c.* 30. Piscatus ait rete nutato. *Plin. l.* 19. *c.* 1. *circa med.* Retia in piscando duranda. ¶ *Piscari in aere*, proverb. est operam ludere, frustra laborare. *Plaut. Asin.* 2. 2. 86. Jubeas una opera me piscari in aere. Simile est illud, quod subdit *ibid.* Venari retejaculo in medio mari.

PISCOSUS, a, um, *che abbonda di pesci*, ἰχθυώδης, piscibus abundans, vel in quo piscari facile est. *Ovid. 3. Fast. v.* 581. Est prope piscosos lapidosi Cratidis amnes Parvus ager. *Virg. 4. Æn. v.* 255. Piscosi scopuli.

PISCULENTUS, a, um, idem ac piscosus. *Plaut. Rud.* 4. 2. 2. Qui salsis locis incolit piscularius. *Salm. da Secilia*, c. 5. (*al.* ca.) Promontorium omnibus mari nantibus pisculentissimum. Adde *Caton.* apud *Non. c.* 2. *n.* 634. ¶ De ipsis piscibus. *Apul. in Apolog.* Nunquam marino aliquo & pisculento medicavit nec Proteus faciem, nec Ulysses fœcobam, &c. Al. leg. *pisculentum*.

PISIDÆ, arum, m. populi Pisidia, quæ est pars Pamphyliæ Borealis. *Claudian. l.* 2. *in Eutrop. v.* 241. Finibus obliquis Lydi, Pisidæque feroces. Cic. 1. *de Divin. c.* 1. Pisidarum gens. ¶ *Pisæus*, *a Pisæges* usurpat in 3. declin. & primam & secundam syllabas producit (*vers.* 808.) Post hos Pisidum pinguissima rura coluntur.

PISINNUS, i, m. vetus vocabulum significans puerum, infantem, pusionem: quasi *pusillus*. *Labeo* apud *veterem Scholiast. Persii ad sat.* 1. *v.* 4. Ceudum manduces Priamum Priamique pisinnos. *Martial. l.* 12. *epigr.* 73. Dauci Nata sui vocat pisinnum. *b. e.* parvam puellam: quamquam ibi translate loquitur. Alii legunt *pipinnum*, hoc est parvam mentulam. Alii *vepernm* eodem sensu.

PISITO, as, n. t. verbum exprimens vocem ferni. *Auson. verne. de philom. v.* 17. Burnus tunc pisitat ore.

PISO, are, a. *e.* idem ac *pisò*, is, seu pinso. V. *Pinso*.

PISO, is, fi, a. 3. *pestare*, *wirwen*, pinso, calco, tundo: a verbo Græco allato. *Varr. R. R. l.* 3. *c.* 16 *a med.* Alii ficum & uvam passam cum piperunt, affundunt sapam. *Plin. l.* 18. *c.* 20. Ut nisi inrenti pisant, concidantur grana. *Id. ibid.* Cum pistur spica. Ita legit *Hardouin.* Alii ubique *pinso* ceponunt. etiam in loco *Varronis*. Nihilominus *piso* agnoscitur ut Latinum a *Donnel. l.* 1. *pag.* 370. *Perfch.*

PISO, onis, m. mortarium, in quo aliquid pistur. *Marcell. Empir. c.* 8 Radices betæ lavabis, siccabis, deinde tundes in pisone marmoreo.

PISONES, um, m. Πίσωνες, familia nobilissima Romæ t e piserum satione, quod pisa optime sererent, ut *Cicero* a cicere, *Fabii* a faba, *Lentuli* a lenca. Sed *Plin. l.* 18. *c.* 3. *& Auct. Pomp. ad Persi. v.* 26. deducit a' *pisendo*. E Calpurniorum prosapia, seu gente fuere, quæ a Numa Pompilio descendit. Calpus enim Numæ filius fuit, ut ait *Festus*: unde Calpurnii dicti. Ea hac familia fuit L. Piso cognomento Frugi. Item M. Piso Philosophus Peripateticus, æqualis Hortensii. Item C. Piso Orator. Item C. (*al.* Cn.) Piso Orator gener Ciceronis. Item Cn. Piso socius Catilinæ. Item L. Piso inimicus Ciceronis, homo omnibus vitiis infamis, ut quidem *& Cicero* pingitur. ¶ Pisonum etiam familia plebeja fuit, in qua natus est L. Piso Orator, qui Tribunus plebis legem primus de pecuniis repetundis, Censorino, & Manilio Coss. tulit. *Cic. in Brut. c.* 27. *& Verr. 5. c.* 84.

PISONIANUS, a, um, ad Pisones pertinens. *Sueton. in Ner. c.* 36. Pisoniana conjuratio. *Hieronym. epist.* 83. *ad Oceon.* Primum Spinosulus noster obmutuit: postea vero, Pisonano vitio, cum loqui nesciret,

Digitized by Google

ſciret, tacere non potuit. *Cic. in Piſon. c.* 1. L. Piſoni objicit tardiſtem ingenii, ſuperem debilitatemque linguæ. Dicitur tamen is mira loquendi libidine laborasſe.

PISSASPHALTUS, i, m. *πισσάσφαλτος*, pix miſta bitumini, quæ in Apolloniatarum agro reperitur: a *πίσσα*, pix, & *ἄσφαλτος*, bitumen. *Plin. l.* 24. *c.* 7.

PISSELÆON, i, n. *πισσέλαιον*, oleum, quod ex pice cedrina fit. *Plin. l.* 24. *c.* 5. Fit ea eo oleum, quod piſſelæon vocant.

PISSINUM OLEUM eſt, quod e pice fit: a *πίσσα*, pix. *Plin. l.* 25. *c.* 7. *ad fin.* E pice fit quod piſſinum appellant, cum coquitur, vellentibus ſupra halitum ejus expanſis, atque ita expreſſis: probatum maxime a Brutia. eſt enim pinguiſſima & raſinoſiſſima. Quidam editi libri habent *picinum*; at MSS. omnes *piſſinum*, teſte *Hardouino*. *Id. lib.* 23. *c.* 4. *ad fin.* Piſſino oleo uſus ad quadrupedum ſcabiem eſt. Adde *lib.* 25. *c.* 5. *e med.*

PISSOCEROS, i, m. *πισσήρης*, genus melligini miatum a cera & pice: a *πίσσα*, pix, & *κηρός*, cera. *Plin. l.* 11. *c.* 7. *de apib.* Prima fundamenta commoſin vocant periti: ſecunda piſſocerœo, tertia propolin. Commoſin cruſta eſt prima, ſapurie umari: piſſoceros ſuper eam venit, picantium modo, cum dilutior cera.

PISTACIA, æ, f. arbor piſtacium ferens. *Pallad. in Februar. tit.* 25. *extr.* Et piſtaciæ planta vel nunc ſtatui, aut inſeri poteſt.

PISTACIUM, & Piſtaceum, i, n. *πιστάκιον*, *πιστάκιον*, nucis genus apud Alexandriam Ægypti, & Berytham Syriæ copioſiſſima proveniens. *Pallad. de inſitione*, v. 157. Quin & umygdaleos ſubeunt piſtacia ramos. *Plin. l.* 13. *c.* 5. In nucum genere piſtaceæ nota. Adde *Pallad. in Odobr. tit.* 12. ubi ejus ſationem, & culturam docet.

PISTANA, æ, f. Græcis dicitur alvæ genus, quod Latini ſagittam vocant. *Plin. l.* 21. *c.* 17. *ſub fin.*

PISTIA, cognomen Dianæ in veteri Inſcript. apud *Reinef. claſſ.* 1. *n.* 230. & Cereris *ibid. n.* 232. eſt fidelis, a *πίστις*, fides, quaſi *Fidia*. Sed *Reinef.* errorem lapicidæ putat, & *Fuſca* corrigit.

PISTILLUM, i, n. & Piſtillus, i, m. *peſtillo*, *ὕπερον*, pilum, h. e. inſtrumentum, quo quippiam in mortario teritur: a *pinſo* ſup. *peſtum* verbi *penſo*. *Plaut. Aulul.* 2. 2. 27. Cultrum, ſecurim, piſtillum, mortarium, quæ utenda vaſa ſemper vicini rogant, fures veniſſe, atque abſtuliſſe dicito. *Calum. l.* 12. *c.* 55. Semen ſinapis in mortarium conjicito, & piſtillo contrito. *Plin. l.* 34. *c.* 18. In mortaria lapideo plumbeo piſtillo terere. *Auctor Moreti v.* 111. Sed gravior lentos ibat pittullus in orbes. *Hieronym. epiſt.* 60. (*al.* 83.) *ad Oceau. ſoli.* 4. *extr.* Acumen omni piſtillo ratuſino. *b. e.* argutia obtuſa & infirma. ¶ In neutro gen. *Vetus Scriptor* apud *Non. c.* 3. *n.* 182. Piſtillum grande eſt. Sunt qui putant, *Nonium* eo loco non de piſtillo, ſe de *peſtillo* verba facere: cui magis congruere videntur, quæ ibi afferuntur exempla.

PISTO, as, a. t. *peſtare*, pinſo. *Veget. de re Rustica. c.* 32. *l.* 2. In pila lignea piſtabis, cerneſique ſubtilites.

PISTOLOCHIA, æ, f. *πιστολοχία*, herba, genus Ariſtolochiæ, denſis radicis capillamentis: ite dicta quaſi fidelis puerperiis. *Plin. l.* 25. *c.* 8. *e med.* ubi tamen *Hardouin.* ex MSS. legit *piſtolochia*.

PISTOR, oris, m. *μαγεύς*, *σιτοπώλης*, qui ante inventum molarum uſum frumentum in pila contundebat: a *pinſendo*. *Varro* apud *Non. c.* 2. *n.* 643. Nec piſtorum ullum noſſent, niſi eum, qui in piſtrino pinſeret farinam. *Id. ibid.* Nec piſtoris nomen erat, niſi ejus, qui ruri far pinſebat. *Plin. l.* 18. *c.* 11. Certum eſt A. Atreji Capitonis ſententia, coquos tum panem lautioribus coquere ſolitos: piſtoreſque tantum eos, qui far pinſebant, nominatos. *Plautus* quoque piſtor fuit hoc ſenſu, ſcilicet molle verſandis operam ſuam locare ſolitus, ut *Gell.* tradit *l.* 3. *c.* 3. *ad fin.* ¶ Deinde dici cœpit *de eo*, qui farinam fubigit, panemque conficit, *peſtore*, *fornaja*, *ἀρτοκόπος*. *Plin. loc. cit.* Piſtores Romæ non fuerunt ad Perſicum uſque bellum, annis ab Urbe condita ſuper quingentos octoginta. Ipſi panem faciebant Quirites: mulieremque id opus erat, ſicut etiam nunc in plurimis gentium. *Varr.* apud *Gell. l.* 15. *cap.* 19. Si quantum operæ ſumpſiſti, ut tuus piſtor bonum faceret panem, &c. *Suetou. in Cæſ. c.* 48. Ut piſtorem, alium, quam ſibi, panem convivis ſubjicientem compedibus vinxerit. ¶ *Jupiter piſtor* dictus eſt, quod obſeſſis in Capitolio Romanis eam mentem dedit, ut paoes in munimenta Gallorum abſidentium dejicerent ad ſtimulandam copiam, ut illi fame poſſa vinci ſperarent. *Ovid. 6. Faſt. a verſ.* 377. & *Lactant. l.* 1. *c.* 20. ¶ Etiam qui placentas, & alia opera dulciaria facit, *piſtor* dicitur, *crumbellaro*, *confortenario*, *poſticciere*. *Martial. l.* 12. *epigr.* 32. & *lib.* 14. *epigr.* 222. & *Petron. in fragm. Trogur. c.* 60. *Burm.* Sic *piſtor dulciarius*, & *candidarius*, quæ V. ſuis loc. ¶ *Pyderma*, ut ceterorum fere artificum, corpus, & collegium Romæ fuit, quod nos dicimus *fraglia de' piſtori*, ut apparet ex *Inſcript.* apud *Grater. pag.* 811. *num.* 10. & *pag.* 255. *num.* 1. & ex *Cato Dig. lib.* 3. *tit.* 4. *leg.* 2. & *Papiniano lib.* 27. *tit.* 1. *leg. ult.*

PISTORICUS, a, um, idem ac piſtorius. *Ulpian. Dig. lib.* 32. *leg.* 72. Sed quorum operæ locabet vel piſtoricas, vel hiſtrionicas. Alii leg. *peſtoricas*.

PISTORIENSES MILITES, dicuntur a *Pistoia* jocoſa, & ambigue, *Capr.* 1. *n.* 57. poſſunt enim intelligi, ut ſint a Piſtorio oppido Hetruriæ, nunc *Piſtoja*: & ut ſtrenui ſint in arte piſtoria, h. e. in pane, & frugibus conſumendis. Verba ſunt: Opus eſt militibus piſtorienſibus, opus panificis, placentinis, turdetanis, ficedulenſibus. Al. leg. *Peſtoricubus*.

PISTORIUS, a, um, *de piſtore*, *σιτοποιός*, *ἀρτοκοπικός*, ad piſtorem pertinens, ut Ars piſtoria, quod fuit nomen generale ad panem, & ad omnia delicatiora panis genera, cujuſmodi erant, quæ placentas, & mazas appellabant. *Plin. l.* 18. *c.* 11. Ad operis piſtorii genera transeunte cura. *Celſ. l.* 2. *c.* 18. Opus piſtorium valentiſſimum eſſe, quod ex frumento, adipe, melle, caſeo conſtat. ¶ Forum Piſtorium Romæ fuit in Aventino, quæ eſt Regio XII. *P. Victor de Reg. U. R.*

PISTRIGER, a, um, adject. a Piſtrio. *Sidon. l.* 4. *ep.* 8. *in carm.* Piſtrigera quæ concha vehit Tritone Citheren. *h. e.* Tritone in piſtricis formam cauda deformatem. Al. leg. *piſtigera*.

PISTRILLA, æ, f. mola truſatilis, quæ manibus verſatur: vel piſtrine parva. *Terent. Adelph.* 4. 2. 45. Apud ipſum lacunt eſt piſtrilla, & ea adverſum eſt fabrica.

PISTRINA, æ, f. idem ac piſtrinum. *Plin. l.* 18. *c.* 9. E ſiligine laudatiſſimus panis, piſtrinarumque opera laudatiſſima. Adde *lib.* 19. *c.* 14. ubi intelligit officinam piſtoris dulciarii: & *Lucil.* apud *Chariſ. l.* 1. *pag.* 55. *Puteſch.*

PISTRINALIS, e, ad piſtrinum pertinens, piſtrinenſis. Piſtrinales fues dicuntur, quæ in piſtrino aluntur furfuribus & farina. *Calum. l.* 7. *c.* 9. R. *Rᵉ do ſuib.* Si regio temperata eſt, glabrum pecus, vel etiam piſtrinale album poteſt paſci. Huc facit illud *Plauti Capt.* 4. 2. 87. Piſtores ſcrophipaſci, qui alunt furfure ſues, quarum odore præterire nemo piſtrinum poteſt. Quidam in verbia *Calum.* legunt *piſtinale*, ſed non facile confirmant.

PISTRINARIUS, ii, m. qui piſtrinum exercet. *Ulpian. Dig. lib.* 16. *tit.* 3. *leg.* 1. Actionem eſſe adverſum piſtrinarium.

PISTRINENSIS, ſe, *μυλικός*, ad piſtrinum pertinens. *Suetou. in Caligula. c.* 39. Comprehenſis ad deportandum meritoriæ quoque vehiculis, & piſtrinenſibus jumentis.

PISTRINUM, ni, n. *piſtrino*, *molino*, *μύλων*, locus, in quo frumentum, & aliæ frugeo ante molarum truſatilium inventionem in pilis conterebantur: item poſt molæ inventæ omnis locus, in quo fruges molis circumactis, opera jumentorum, vel ſervorum, vel impulſu aquæ, aut venti communebantur: a *pinſendo*. *Terent. Andr.* 1. 2. 28. Verberibus caſum ra in piſtrinum, Dave, dedam uſque ad necem. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 11. Oraturem in judicio, tanquam in aliquod piſtrinum, detrudi & compingi videbam. *Suetou. in Aug. c.* 4. Exercere piſtrinum. *b. e.* artem piſtoriam. ¶ Translate pro quovis operoſo loco, vel labore accipitur. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 33. Tibi mecum in eodem eſt piſtrino, Craſſe, vivendum.

PISTRINUS, a, um. V. *Piſtinus*.

PISTRIS. V. in dictione ſequent.

PISTRIX, icis, f. *fornaja*, *μακαίρις*, *ἀρτοκόπος*, mulier, quæ fruges piniſt: item quæ panem conficit. nam panis confectio apud Romanos fuit opus præcipue mulierum, ut *Plin. l.* 18. *cap.* 11. docat. *Lucil.* uſuepavit, teſte *Varron. l.* 4. *de L. L. c.* 31. Verba autem refert *Feſt. in Mamphula*, ubi V. ¶ Item genus marinæ belluæ longi corporis, & anguſti. *Flor. l.* 3. *c.* 5. Numtius per medias hoſtium naves utre ſuſpenſue, & pedibus itar adgubernans, videntibus procul, quaſi marine piſtria, evaſerat. ¶ Hoc ſenſu dicitur & *peſtris*, is, & rectius per metathefim *piſtris*. *Plin. l.* 9. *c.* 3. In Indico mari balænæ quaternum jugerum, piſtres ducenum cubitorum. *Val. Flacc. l.* 2. *v.* 530. jamque agmine toto Piſtrie adeſt, miſerzque inhiat jam proxima prædæ. *Virg.* 3. *Æn. v.* 427. *de Scylla*. Prima hominis facies, & pulcro pectora virgo Pube tenus: poſtrema immani corpora piſtria. Ubi *Servius*: ſi navem intelligas, *hæc piſtis*, *hujus piſtis* facit: ſi de bellua, *hæc piſtria*, *hujus piſtricis*. *Arnob. lib.* 3. *pag.* 118. Frater Jovis Olympii germanus, tridenti armatus ferro, piſtricum dominus, atque marinarum. ¶ Ut ut hoc diſcrimen ſit verum, certe *piſtris* eſt etiam unvigili genus, ut ait *Nonius c.* 13. *n.* 13. e forma piſtrium marinarum, quæ longi corporis ſunt, ſed anguſti. *Claudius Quadriger. ibid.* Quinque piſtres: unvigilum ea forma a marine bellua dictum eſt. *Virg.* 5. *Æn. v.* 116. Velocem Mnetheus agit acri remiga piſtrin. Ubi *Pierius* docet (ut & *ad Æn.* 10. *n.* 209.) in antiquis pleriſque codicib. *peiſtrin* legi, in aliis *piſtrim*: & dictam eſſe a *πίζω*, findo, a ſecandis fluctibus. ¶ Item ſignum cæleſte, de quo ſatis in *Cete* dictum eſt. *Cic. in Arat. v.* 152. Flumine mixta ratro ad Piſtricis terga reverti. *Cæſ. Germau. in Arat. v.* 358. Auctor Piſtrin agit: duo ſidera prælegit unum.

PISTURA, æ, f. *peſtamento*, *macinamento*, actus pinſendi frumenta in uſum panis. *Plin. l.* 18. *c.* 10. *e med.* Piſtura non omnium facilis: quippe Etruria ſpicam ſarrit toſti piſente pilo præterato, &c. & *paulo poſt*. Et ipſa quæ evalluntur, variam piſturarum rationem habeat. Acus vocatur, cum per ſe piſtur ſpica, &c.

PISTUS, a, um, *peſtato*, *peſto*, *frauto*, *πτισθείς*, pinſitus, tuſus, tritus: a *pinſo*. Ubi legitur apud *Feſt.* Piſtum a pinſendo pro polito antiqui frequentius uſurpabant, quem nunc eos dicimus: illud *politum* in *molitum Scaliger* mutat. *Plin. l.* 20. *c.* 5. *extr.* Capa ſile & aceto piſta & arafacta. *Id. l.* 28. *c.* 10. Zeam ac tiphen cum ſtat degeneres, redire ad frumentum, ſi piſta ferantur. *b. e.* decorticata, & purgata.

PISUM, i, n. *peſello*, *πίσον*, & *πίσος*, genus leguminis, rotundo in ſiliquis grano, caule oblonga, & ſpargente ſe humi, ſi careat adminiculo. *Calum. l.* 2. *c.* 10. Piſum facilem & ſolutam terram deſiderat, tepidumque locum. *Plin. lib.* 18. *c.* 12. Piſum in apricis ſeri debet, frigorum impatientiſſimum. *Id. ibid. ſub fin.* Piſo ſiliquæ cylindratæ.

PITHAULES. V. *Pythaules*.

PITHECIUM, ii, n. *ſcimmietto*, *πίθηκιον*, diminut. a *πίθηκος*, ſimia. *Plaut. Mil.* 4. 2. 42. Pithecium hæc eſt præ illa, & ſpinthernicium. ¶ Eſt etiam nomen herbæ, apud *Apul. de herb. c.* 86. alio nomine *eanie cerebrum*.

PITHECOSA, æ, f. inſula maris Tyrrheni in ſinu Puteolano, ante pro-

promontor. Miſeni : a πίθος, dolium ; quia multa ibi dolia ex creta fiebant. *Plin. l.* 3. *cap.* 6. Ænaria a ſtatione navium Ænea, Homero Inarime dicta, Græcis Pithecuſa, non a ſimiarum multitudine, ut aliqui exiſtimavere, ſed a figlinis doliorum. ¶ Alii duas faciunt Pithecuſas, & dictas putant a πίθηκος, ſimia, quia multa olim ibi ſimiarum copia fuerit. Eſt enim in fabulis duos fratres, Candalum & Atlantem, omnium ſculptum inventores, dolis omnibus circumvenire ſolitos, quicumque ad eas inſulas appellerent, Jovem ipſum aliquando decipere tentaſſe, ab eoque in ſimias fuiſſe mutatos. *Ovid. Met.* 14. *v.* 89. Inarimen, Prochytemque legit, ſterilique locatas Colle Pithecuſas, habitantum nomine dictas. Quippe deum genitor, &c.

PITHEUS, i, m. diſyllab. πίθευς, nomen globi ignei in cælo apparentis, dolii figura, in concavo fumidis lucis, ut ait *Plin. l.* 2. *c.* 25. (Latina) a πίθος, doliura. Al. leg. *Pithæus*, *i*, m. πίθαιος. unus & ſic appellatur. *Senec. quæſt. nat. l.* 1. *c.* 14. Sunt pithiæ, cum magnitudo vaſti rotundique ignis dolio ſimilis vel fertur, vel eodem loco ſtagnat. ¶ Dicitur etiam *Pithus*, *i*, πίθος. *Apul. de Mundo.* Sunt & alia ejuſmodi imaginum genera, quæ Græci Faces, & Docidas, & Pithos, & Bothynos, ad eorum ſimilitudinem, unde dicta ſunt, nominant. De his *Manil. l.* 1. *v.* 840. Quin etiam tumidis exæquat dolia flammis, Procero diſtenta utero.

PITHIAS. V. in dictione præced.

PITISSO. V. *Pytiſſo.*

PITMIT, Oſce, quidquid. *Feſtus.*

PITTACIUM, ii, n. *bullatorium*, *biglietto*, πιττάκιον, ſchedula brevis, ſeu membranæ, aut chartæ particula, quæ alicui rei pice vel cera aliave re affigitur, & paucis verbis perſcribitur memoriæ cauſa : a πίττα, pix. *Petron. in Satyr. c.* 34. Allatæ ſunt amphoræ vitreæ diligenter gypſatæ, quarum in cervicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo : Falernum Opimianum annorum centum. De his *Plaut. Pœn.* 4. 2. 14. Ibi tu videas litteratas fictilibus epiſtolas, pice ſignatas nomina inſunt cubitum longis litteris. Ita vinariorum habemus noſtræ delectum domi. ¶ Item brevis charta, libellus, in quo memoriæ cauſa aliquid adſcribitur, licet nullibi affigatur. *Vet. Gloſſ.* Πιττάκιον, pittacium, brevis. (V. *Breve.*) *Gloſſ. Iſid.* Pittacia, epiſtola brevis, & modica. *Lamprid. in Alex. Severo. cap.* 41. *ſub fin.* De promovendis etiam ſibi annotabat, & perlegebat cuncta pittacia. *Imp. Valentinian. & Valens lib.* 7. *Cod. Theodoſ. tit.* 4. *leg.* 11. *de erogat. annonar. miſtorium.* Suſceptor notequam diarnum pittacium authenticum ab actuariis ſuſceperit, non eroget : quod ſi abſque pittacio fuerit erogatie, id quod expenſum eſt, damnis ejus potius deputetur. *& leg.* 13. Actuarii per ſingulos, vel, ut multum, binas dies authentica pittacia prorogent, ut hoc modo immiſſis pittaciis, ſpecies capitum, annonarumve ex horreis proferantur. ¶ Item emplaſtrum, ſeu panni particula aliquo medicamente illita, quæ imponitur alicui parti corporis ad ſedandum dolorem. *Celſ. l.* 3. *c.* 10. Si capitis dolores ſunt, capitoli habeatur duo pittacia, quæ latitudinem frontis æquent : ex his invicem alterum in aceto & roſa habere, alterum in fronte. *Laberius* apud *Gell. l.* 16. *cap.* 7. Induis capitium tunicæ pittacium. *h. l.* quod tanquam pittacium tunicæ adſutum & affixum eſt. ¶ Sunt qui ſcribunt *pittacium*, alii *pittorium*, alii *pyttacium* : ſed verior eſt ſcribendi ratio, quam poſuimus. *Dauſq.*

PITTACUS, ci, m. Πιττακός, Philoſophus Mitylenæus unus ex ſeptem Græciæ Sapientibus, qui ea Lesbo tyrannum Melanchrum depulit, & certantibus Athenienſibus, atque Mitylenæis dux in bello factus, Phrynonem Athenienſium ducem ſingulari certamine interfecit. Hujus illud eſt : *Providere ne caſus veniant ; ſi forte venerint, æquo animo tolerare. Auſon. de* VII. *Sapientib.* Mitylena oriundus Pittacus ſum Lesbius, Τεγέσιον ἄνορα, qui dixi ſententiam. Sed iſte καιρὸς, tempus ut noris, monet, Et eſſe ἀνῳὸν, tempeſtivum quod vocant. Romana ſic eſt vox, Venite in tempore. *Juvenal. ſat.* 2. *v.* 6. Si quis Ariſtotelem ſimilem, vel Pittacon emit.

PITTHEIS, idos, f. patronym. Πιτθηὶς, filia, vel neptis Pitthei. *Ovid. Heroid. ep.* 10. *v.* 131. *de Theſeo.* Nec pater eſt Ægeus, nec tu Pitthidos Æthræ filius. *h. e.* Æthræ filiæ Pitthei, qui Trœzene regnavit.

PITTHEIUS, a, um, Πιτθεῖος, ad Pittheum pertinens, regem Trœzenis. *Ovid. Heroid. ep.* 4. *v.* 207. Hic necum Trœzena colam, Pittheia regna.

PITTHEUS, a, um, Pitthæus, Πιτθεύς. *Ovid.* 15. *Met. verſ.* 506. Pittheum profugo curru Trœzena patebam. Adde *verſ.* 496.

PITUINA reſina eſt, quæ e pinu fluit, πιτυΐνη. nam πίτυς pinus eſt. *Veget. de re Veterin. l.* 4. *c. ult. a med.* & *Scribon. Larg. compoſ.* 201. & 205.

PITUITA, æ, f. *flemma*, *catarro*, φλέγμα, ſanguis imperfecte coctus, humor crudus, aqueus, excrementitius, vel naturaliter, vel præternaturaliter in corpore genitus : quo pertinent mucus narium, qui ea capite redundat, ſaliva, phlegma ventriculi, & inteſtinorum : a πνέω, & πτύω, ſpuo, & πτύαλον, coagulo. Ridet *Quintilian. l.* 1. *cap.* 6. (*al.* 10.) *poſt med.* eum, qui dictum putavit, quia *pectus vitium. Cic. Tuſcul.* 4. *c.* 10. Quemadmodum cum ſanguis corruptus eſt, aut pituita redundat, aut bilis, in corpore morbi ægrotationeſque naſcuntur. *Plin. l.* 25. *c.* 11. *extr.* Hujus tadix pituitas capitis purgat. *Id. l.* 23. *c.* 1. *ante med.* Pituitam oris ſiccare. *Id. l.* 24. *c.* 6. detrahere pri alvum. *Id. l.* 20. *c.* 14. *ad fin.* diſcantere. *Cato R. R. c.* 156. ejicere. *Columa. l.* 6. *c.* 34. elicere per nares. *Plin. l.* 22. *c.* 22. *a med.* extenuare. *Id. l.* 23. *c.* 9. *extr.* extrahere. *Id. l.* 21. *c.* 23. trahere. *Id. l.* 20. *c.* 7. *a med.* Pituitæ lentitiem digerere. *Id. lib.* 26. *c.* 11. *ad fin.* eruptiones emendare. *Id. l.* 22. *c.* 25. *ante med.* Adverſus acutas pituitæ fluxiones, quas Græci rheumatiſmos vocant. ¶ Interdum ſumitur pro morbo ex pituitæ fluxu nato, quo etiam gallinæ infeſtantur. *Colum. l.* 8. *c.* 5. *a med.* Ipſis matribus etiam vitanda pituitæ pernicies erit. *Pallad. lib.* 1. *tit.* 27. Pituita his naſci ſolet, quæ alba pellicula linguam veſtit extremam. Adde *Plin. l.* 10. *c.* 57. ubi & remedia affert. Iteli vocant *la pipita.* ¶ Dicitur etiam de humore lente ex arboribus effluente. *Plin. l.* 17. *c.* 27. Amygdalæ ex amaris dulces fiunt, ſi ſtipite ab ima parte circumforato, defluens pituita abſtergeatur. *Id. l.* 22. *c.* 23. Fungorum origo non niſi ex pituite arborum. ¶ Prima ſyllaba producitur, & tertia. *Catull. carm.* 23. *in Fur. v.* 17. Mucuſque & mala pituita naſi. Secunda & tertia aliquando pro ſynereſim coaleſcunt. *Perſ. ſat.* 2. *v.* 57. Somnia pituita quæ purgatiſſima mittunt. *Horat. l.* 2. *ſat.* 2. *verſ.* 75. Dulcia ſe in bilem vertunt, ſtomachoque tumultum Lenta ferat pituita. vides ut pallidus ora ſic. &c.

PITUITARIA, æ, f. herba ſpecies, al. aſtaphiſagria, ſeu uva agreſtis, ita dicta, quod pituitam eris ſiccet. *Plin. lib.* 23. *cap.* 1. *ante med.*

PITUITOSUS, a, um, *pituitoſe*, pituite abundans, φλεγματώδης. *Cic. de Fato*, 1. 4. Inter locorum naturas quantam interſit, videmus : alios aſſe ſalubres, alios peſtilentes : in aliis eſſe pituitoſos & quaſi redundantes, in aliis naſicoatos atque aridos.

PITYINUS, a, um, qui eſt ex pinu, quæ Græce πίτυς dicitur : ut Pityina reſina, apud *Marcell. Empir. c.* 36. *a med.*

PITYIS, idos, f. *vervex*, nux pinea e pinaſtris. *Plin. lib.* 15. *cap.* 10.

PITYOCAMPA, æ, & Pityocampe, es, f. πιτυοκάμπη, eruca e picea naſcens, venenata, & vim habens adurendi corpus, & cruſtas obducendi, ut *Plin. l.* 29. *c.* 4. *ſub fin.* docet. *Id. l.* 18. *cap.* 9. *ante med.* Potis pityocampæ, cantharidum, aut ſalamandræ venenia.

PITYSMA. V. *Pytiſmo.*

PITYUSA, æ, f. πιτυοῦσα, pinis abundans : a πίτυς, pinus. Nomen eſt cujuſdam inſulæ in ſinu Argolico, de qua *Plin. l.* 4. *c.* 12. item duarum in mari mediterraneo prope Hiſpanias. *Id. l.* 3. *c.* 5. *ad fin.* Præterea ita dictæ fuet Chios, & Miletus, & Lampſacum, teſte *Sud. l.* 5. *c.* 31. *a med.* & *cap.* 29. *circa med.* & *cap.* 32. a pinorum copia.

PIUS, a, um, *pio*, *pieuſe*, *reſpectoſe*, *affectuoſe*, εὐσεβὴς, ἐυσεβὲς, qui parentes, majores, ſanguine conjunctos, amicos, patriam amat, colit, fovet, iisque obſequitur, & inſervit (at in *Pietas* dictum eſt) benignus, miſericors. *Cic.* 3. *Offic. cap.* 23. Ipſi patriæ conducit pios habere civea in parentes. *Terent. Hec.* 1. 2. 77. Pium ac pudicam ingenium narras Pamphili. *Ovid.* 11. *Met. v.* 389. pii metus. *h. e.* uxoris pro mariti vita ſollicitæ. *Id.* 7. *Met. v.* 482. Arma juves oro pro gnate ſumpta, piaque Para ſis militiæ. *Cic. pro Sext. c.* 2. Pius dolor, & juſta iracundia. *Ovid.* 4. *Triſt. el.* 5. *v.* 30. illo, Quo plus affectu Caſtora frater amat. *Id. Heroid. ep.* 7. *v.* 107. ſimilesque parens, pio farcina nati. *h. e.* Anchiſes humeris ſublatus ab Æoea, qui idcirco *pius* paſſim a *Virgil.* dicitur. *Liv. l.* 30. *c.* 36. *a med.* & *lib.* 30. *c.* 31. & 32. *l.* 15. *verſ.* 162. pium bellum. *h. e.* quod pro ſociis, aut patria ſuſcipitur. *Ovid.* 5. *Triſt. el.* 4. *verſ.* 43. Pro quibus affirmat ſore ſe memoremque piumque. ¶ Item qui deos veretur, colitque, & ſanctè & eſt moribus, *religioſe*, *de bono*, *diuvito*, *pie. Plaut. Rud. prol.* v. 26 Facilius, ſi quis pius eſt, a diis ſupplicans, quam qui ſceleſtus eſt, invenies veniam ſibi. *Id. Amph.* 5. 2. 33. At ego faciam, pium & pudicam eſſe tuam uxorem ut ſcias. *Horat. l.* 3. *od* 23. *v.* 19. Mollivit averſos Penates Farre pio, & ſalſimve mica. ¶ Hinc *pia* dicuntur Poetæ, quia divinum aliquid habere creduntur, & deorum numine afflari. *Catull. carm.* 36. *in Aurel. &c. v.* 5. Nam caſtum decet eſſe pium poetam, &c. *Virg. 6. Æn. verſ.* 662. Quique pii vates, & Phœbo digna locuti. (*Servius* intelligit vaticinantes, non mendaces. Alii pios doctos volunt eſſe, & *impios* indoctos. V. *Impius.*) *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 325. Scire nefas homini : nobis concella canantur, Quæque pie diſci vetis ab ore licet. ¶ Item Elyſii manes. *Ovid.* 12. *Met. v.* 61. quæreſque per arva pium Invenit Eurydicen. *Cic. Phil.* 14. *c.* 12. Vos, qui extremum ſpiritum in victoria effudiſtis, piorum eſtis ſedem & locum conſecuti. Adde *Valer. Flacc. Virg. Sil. Lucan. Martial.* & alios, quorum loca congeſſit *Benzlej.* ad illud *Horat. l.* 3. *od.* 4. *v.* 6. audire, & videor pios Errare per lucos. Ubi Elyſium pleriqus intelliguut, quod *ſedem* pium vocat *Virg. in Cal. v.* 38. *&* 374. & *pium arcuum Albinovan. ad Liv. v.* 329. Ipſe tamen *pius iuter* caput neraus Heliconis, & Muſarum. ¶ Eſt etiam benignus, clemens, miſericors, *pietoſo*, *clemente. Claudian. de* IV. *conſul. Honor. v.* 275. Sis pius in primis. nam cum vincamur in omni Munere, ſola deos æquat clementia nobis. *M. Antonin. Imp. in epiſt. ad Fauſtinam*, apud *Vulcat. Gallican. in Avid. Caſſ. c.* 11. Non enim quidquam eſt, quod Imperatorem Roman. melius commendet gentibus, quam clementia. Hæc patrem tuum in primis Pii nomine ornavit. V. *Capitolin. in Pio*, *cap.* 2. ¶ Item minime gravis, blandus, jucundus, amœnus. *Horat. l.* 3. *od.* 21. *v.* 2. Seu tu querelas, ſive geris jocos, Seu ritam & infames amores, Seu facilem, pia teſte, fomnum. (*Bentley.* ita diſtinguit : Seu facilem pia, teſta, ſomnum : ut *pio* ſit tantummodo, cum ſomnum gerit. Sed quidquid teſta ſecum ferat, ſemper jucunda & blanda eſt, cum bibitur.) *Caſ. Germon. in Arat. verſ.* 604. Arguſque ipſi pio cælo refecetur imago. Ita Ing. *Groe.* & interpretatur. *Martian. Capell. l.* 6. *pag.* 191. Mouque imitata pium lactea Luna diem. ¶ *Pio & æterno pax ſit*, formula adhiberi ſolita in fœderibus, ut eſt apud *Cic. pro Balb. c.* 16. ubi *pio* dicitur, quod pie ſanctæque colenda ſit. ¶ *Pium eſt*, pia & diis placens res eſt. *Ovid. Faſt.* 4. *v.* 830. Quoſque pium eſt adhibere deos. *Id. l. Triſt.*

Triſt. el. 2. *v.* 96. nec, quæ damnaverit ille, Crimina defendi, juſve, piumve puto. *Id. Heroid. epiſt.* 8. *v.* 4. ſocluſam contra juſque, piumque tanet. Adde *lib.* 1. *de ar. am. v.* 200. ¶ *Pius*, juſtus, crimine carens. *Cato de R. R. in præfat.* Ex agricolis maxime pius quæſtus, ſtabiliſſimuſque conſequitur. *h. v.* legitimis nectibus partus, *gnadagno innocente*. ¶ Comparativo caret: pro quo *magis pius* dicimus, ut *Charif.* monet *l.* 1. *pag.* 88. & *lib.* 2. *pag.* 230. *Priſcian.* Superlativ. *eſt piiſſimus*: de quo ſic reprehendit M. Antonium *Cic. Phil.* 13. *c.* 19. *ad fin.* Tu porro ne pios quidem, ſed piiſſimos quæris: & quod verbum nimirum nullum in lingua Latina eſt, id propter tuam divinam pietatem novum inducis. Poſt *Cicer.* tamen uſurparunt multi. *Senec. de conſol. ad Polyb. cap.* 26. *a med.* Quod lunge, a ſenſibus tuis prudentiſſimis piiſſimiſque abeſt. *Senec. oliter controv.* 27. *l.* 4. *a med.* Piiſſimo patri tormentum quæriſſe. *Tacit. in Agric. c.* 43. Cohæres optimæ uxori, & piiſſimæ filiæ. Adde *Quintil. declam.* 6. *c.* 3. *ad fin. Flor. l.* 4. *c.* 7. *in fin. Curt. l.* 9. *c.* 6. & plurimos *ver. Inſcription.* apud *Gruter.* & *Reinef.* & al. ut videre eſt *in Indicib. c.* 14. Sed in æque multis, ut *ibid.* patet, habetur *pientiſſimus*, tsmetſi *pient non eſt in uſu*: (quamquam legitur in veteri Lap. *Muſ. Veron. pag.* 129. *n.* 3. Parent. pientes filii fecerunt. Et in alia apud *Murator. pag.* 1614. *n.* 4. Pientes ſalvete.) Sed, puto, plenim, & ſonantius poſterioribus temporibus viſum eſt.

PIX, picis, f. *pece*, *pegolo*, *nivem*, ſturus combuſtæ in tæda ſuæ reſinæ. Differt a *reſina*. Nam *reſina* eſt liquor craſſus ex arboribus fluens, & ſæpe ſua ſponte ſiccatus ad ſolem: *pix* eſt, quæ ſit ex arborum reſinis ad ignem decoctis, idque ad navium, & aliarum multarum rerum uſum. *Plin. l.* 23. *c.* 1. *a med.* Sed & picem meminiſſe debemus non aliud eſſe, quam combuſtæ reſinæ fluxum. *Id. l.* 24. *c.* 20. Craſſiorem reſinem, & ad pices faciendas cedrus ſuadit. *Ovid. Heroid. ep.* 18. *v.* 7. Calum pice nigrius. *Horat. lib.* 3. *od.* 8. *v.* 12. Hic diu, anno redeunte, feſtus Corticem adſtrictum pice dimovebit Amphora. *Ovid.* 5. *Triſt. el.* 10. *verſ.* 25. paſtor junctis pice cantat avenis. *Plaut. Moſtell.* 3. *a.* 140. Poſtes ſatis boni ſunt, ſi ſint inducti pice. ¶ Fuit inter tormenta fervorum, cum ferveus inſtillabatur corpori. *Lucret. lib.* 3. *v.* 1031. Verbera, carnifices, robur, pix, lamiuæ, tædæ. *Plaut. Capt.* 3. 4. 64. At pol te, ſi hic ſapiat ſenex, atra pix agitet apud carnificem, tuoque capiti illuceat. ¶ Picia coquendæ & conficiendæ rationem tradit *Plin. l.* 16. *c.* 22.

P L

PLACABILIS, le, *che facilmente ſi place*, *piegbevole*, *placabile*, ἱλαστὸς, ἐυκατάλλακτος, qui facile placatur, exorabilis. *Auctor ad Herenn. l.* 4. *c.* 25. & 45. Inimicis ne placabilem, emicis inexorabilem præbes. *Cic. Attic. l.* 2. *ep.* 17. *ante med.* Ireitabiles animos eſſe optimorum ſæpe hominum, & eoſdem placabiles. *Liv. l.* 4. *c.* 42. *ſub fin.* Placabile ad juſtas preces ingenium. *Cic. Verr.* 4. *c.* 38. *in fin.* Omnia habuiſſet æquiora & placabiliora, quam animum prætoria. *Ovid.* 3. *Triſt. el.* 5. *v.* 31. Quo quiſque eſt major, magis eſt placabilis im. Al. leg. *vre*. ¶ Aram placabilem Dianæ, & Palici dixit *Virg.* 7. *Æn. v.* 764. & *lib.* 9. *v.* 585. quia cum olim humanis hoſtiis coleretur, mitigata aliquando illa ſacra ſrant, & ad victimas aoimalium redacta. ¶ Item qui facile placat, vel ad placandum idoneus eſt. *Terent. Adelph.* 4. 3. *in fin.* Quapropter te ipſum purgare ipſis corem, placabilius eſt. *Lollour. l.* 4. *c.* 28. Si una hoſtia placabilis, placabilioces utique hoſtiæ plures.

PLACABILITAS, atis, f. *piacevolezza*, τὸ ἱλάσκεσθαι, lenitas, menſuetudo. *Cic.* 2. *Offic. c.* 25. Nihil enim laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate atque clementia.

PLACABILITER, adverb. placate. *Gell. l.* 7. *c.* 3. Judices conciliandos eſſe ac propitiandos laudabiliter, ac placabiliter, & lenitee.

PLACAMEN, inis, n. idem ac placamentum. *Liv. l.* 7. *c.* 2. Ludi quoque ſcenici, nova res bellicoſo populo, inter alia cæleſtis iræ placamina inſtituti dicuntur.

PLACAMENTUM, ti, n. *placamento*, *placazione*, id quo quis placatur. *Plin. l.* 21. *cap.* 7. Hoc veluti placamento terræ blandiuntur. *Tacit. l.* 15. *Ann. cap.* 44. Non largitionibus Principis, non deum placamentis decedebat infamia. *Id. l.* 2. *Hiſtor. cap.* 63. Siratis per vias pueris femioiſque, quæque alia placamenta hoſtilis iræ, &c.

PLACATE, adverb. *pacificamente*, ἱλαστικῶς, quiem. *Cic. l.* 6. *Fam. ep.* 2. Omnia humana placate & modeiate ſoramos. *& ep.* 23. Sed hoc ipſum intelligamus eum quotidie remiſſius, & placatius ferre.

PLACATIO, onis, f. *placazione*, ἱλασμὸς, mitigatio, pacificatio. *Cic.* 4. *Tuſcul. cap.* 28. Sed omnis ejuſmodi perturbatio animi placatione abluatur. *Cic.* 3. *de nat. Deor. cap.* 2. Placatio deorum immortalium.

PLACATORIUS, a, um, ad placandum pertinens. *Tertull. de Pacem. c.* 23. Hoſtia placatoria.

PLACATUS, a, um, *placato*, *quieto*, *mite*, ἥμερος, ἱλαστὸς, lenitus. *Cic.* 3. *Catil. c.* 8. Niſi dii immortales omni ratione placati ſno numiaa prope fata ipſa ſtxiſſent. *Id.* in *Orat. c.* 20. Conſequeris tamen, ut eos ipſos, quos contu ſtatuas, æquos placatoſque dimittas. *Id.* 2. *Tuſcul. c.* 42. Qui nonnunquam etiam ſine viſis ſomniorum placatiſſimam quietem affert. *& l.* 5. *c.* 6. Animi quietus & placatus ſtatus. *Id.* 2. *de Fin. c.* 22. Placata, tranquilla, quieta, beata vita. *Id. Attic. l.* 5. *ep* 2. Nihil tam vidi mite, aibil tam placatum, quam meus fratet erat in ſororem tuam. *Id. in Orat. c.* 29. Res placatæ ac minime turbulentæ. *Virg.* 3. *Æn. v.* 69. placataque venti Dant maria. *Lucret. l.* 2. *v.* 8. tibi rident æquora ponti, Placatumque nitet diffuſo lumine cælum. *Liv. l.* 37. *c.* 45. Placatiore animo aliquid facere.

PLACENDUS. V. *Placeo*.

PLACENS, entis, *cupo*, *diletto*, *grato*, *piacente*, qui placet, placitus. *Horat. lib.* 2. *od.* 14. *verſ.* 22. Linquenda tellus, & domus & placens uxor.

PLACENTA, æ, f. *focaccia*, *ſchiacciata*, *torta*, πλακοῦς, πλακόεις, ὄπτη, panis ex farina ſiliginea ſine formento coctus, caſeo & melle adjecto, & in latam ac tenuem formam compoſitus: a Græca voce ellata, quæ a πλατὺς, πλακὸς, cruſta. Ejus conficiendæ rationem fuſe tradit *Cato R. R. c.* 76. Coctam in quadras ſecabant (magna enim forma fem fiebat) & convivis dividebaat. *Horat. l.* 1. *ſat.* 10. *v.* 20. Utque ſacerdotia fugitivus, liba recuſo: Pane egeo jam mellitis potiore placentis. *Juvenal. ſat.* 11. *v.* 59. pultes Coram aliis dictem puero, ſed in aure placentas. *Martial. l.* 5. *epigr.* 40. miſi Hybläis madidas thymis placentas. *Id. lib.* 6 *epigr.* 75. quadrum placentæ alicui mittere. *Horat. l.* 2. *ſat.* 8. *v.* 24. abſorbere placentas. ¶ Erat ejus uſus etiam in ſacris, ut liborum. *Martial. l.* 9. *epigr.* 92. Et cum tare, meroque, victimaque Libetue tibi cadidas ad aras Secta plorima quadra de placente.

PLACENTIA, æ, f. *piacevolezza*, ἀφάνεια, ſtudium, & aea ubique, & omnibus placeadi. *Apul. lib.* 2. *de dogm. Platon.* In homine ad placentiam, ac mediocritatem libido flectitur. ¶ Eſt hoc nomine arbe Italiæ, in Gallia Criſpadana, ad Padum fluvium, colonia R. *Piacenza*. *Sil. l.* 8. *v.* 593. Certavit Mutiæ queſtora Placentia bello.

PLACENTINUS, a, um, ad Placentiam pertinens. *Cic. in Brute*, *cap.* 46. Ego memini, T. Tincam Placentinum, hominem facetiſſimum. Adde *Verr.* 7. *cap.* 33. ¶ Placentini militas ambigue dicuntur a *Plauto*, vel Placentiæ incolæ, vel placentarum ſtudioſi. V. *Piſtorienſes*.

PLACEO, es, cui, & placitus ſum, citum, n. 2. *piacere*, *aggradire*, *ſoddisfare*, *andar a gusto*, *a genio*, ἀρέσκω, jucundus ſum, arridco, ſatisfacio. *Perron. in Satyr. cap.* 93. Aſiæ volucres placent palate. *Cic.* 2. *Phil. c.* 5. Non placet Antonio conſulatus meus, at placuit P. Servilio, placuit Q. Lutatio, placuit duobus Lucullis, placuit M. Catoni. *Id. Q. Fr. l.* 3. *ep.* 2. *cap.* 4. Erigonam ſi accepero, ſcribam ad te, quid ſentiam: nec dubito, quin mihi placitura ſit. *Terent. Hecyr.* 2. 2. *in fin.* Et quæ vobis placita eſt conditio, datur. *Id. ibid. prol.* 2. *verſ.* 22. Ubi font cognitæ, placitæ ſunt. *Cic. Attic. l.* 13. *ep.* 2. Exſpecto quid iſtis placeat de epiſtola ad Cæſarem. *Ovid.* 2. *Amor. el.* 4. *v.* 19. Eſt quæ Callimachi pæa noſtris ruſtica dicat Carmina. cui placen, protinus ipſa placet. *Nep. in Ariſtid. c.* 1. Se ignorare Ariſtidem: ſed ſibi non placera, quod cupida elaboraſſet, ut prætor ceteros juſtus appallaretur. *Cæſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 20. *ad fin.* Interea & reipublicæ, & ipſis placere oportem ſi uterque juraviſſet, &c. *Plin. l.* 18. *c.* 7. Piper ſola placet amaritudine. *Ovid.* 4. *Triſt. el.* 3. *v.* 57. omni tibi dote placebam. ¶ Inſolens, nec facile imitanda illa loquendi ratio apud *Plaut. Trin.* 5. 2. 35. Si illa tibi placet, placenda dos quoque eſt, quam dat tibi. Simile eſt illud *Epid.* 2. 2. 70. Puppis pereunda eſt probe. ¶ *Placet ne?* increpantis, & quærentis. *Terent. Eun.* 5. 2. 22. Bone vir, ſalve, die mihi, aufugiſtio'? *Cher.* hera, factum. *Tho.* fatin' id tibi placet? *Cic. Attic. l.* 6 *ep.* 6. Sed heus tu, *vuoi ch' io* dicam Athenis? placet hoc tibi? *ti piace? ſia bene quello?* ¶ *Vello placere alicui*, velle gratificari. *Cic.* 2. *ad Q. Fr. epiſt.* 6. Longiſtum redemptorem cohortatus ſum fidem mihi faciebat, ſe velle nobis placem. *Id. Attic.* 13. *ep.* 23. Vole Dolabellæ valde deſideranti placem: non reperis quid. Al. *placero* omitt. ¶ *Placere ſibi*, efferri, gloriari, *compiacerſi*, *eſſer contento di ſe ſteſſo*, *vantarſi*, *inſuperbirſi*. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 4. Ego nunquam mihi minus, quam hellerno die, placui. *Plin. l.* 35. *c.* 9. *de Zeuxe*. Adeo ſibi in illo (*athleta pitto*) placuit, ut verſum ſubſcriberet, &c. *Perron. in Satyr. c.* 126. Nolo tibi tam valde placeas. Hinc ſpectat illud *Livii l.* 33. *cap.* 31. Antiochum tranſgreſſurum in Europam, cum primum ei res ſuæ placuiſſent. *ſtolto che i ſuoi intereſſi gli foſſero andati bene*: vel *ſtolto che aveſſe avuto forze da fidarſi*. Sic enim & *Tacit.* 4. *Hiſtor. c.* 23. Non loco, neque muaimentis labor additus: vis, & arme ſatis placebant. ¶ *Si dii placeri*. V. *Deus*. ¶ *Placet*, *ebat*, *uit*, & *placitum eſt*, ſæpe ponitur pro videtur, voluntas, aut ſententia eſt, docetur, tenetur. *Cic.* 4. *Acad. c.* 31. Duo placet eſſe Carneadi genera viſorum. *Id.* 2. *de Divin. cap.* 49. Natura deorum, a qua, ut doctiſſimis ſapicatiſſimiſque placuit, hauſtos animos & libatos habemus. *Auct. ad Herenn. l.* 2. *cap.* 2. Ita nobis placitum eſt, ut ea potiſſimum ſcriberamus. *Ovid.* 4. *ex Pont. ep.* 11. *v.* 7. Non ita diis placuit. *Plin. l.* 34. *c.* 18. Nero (quoniam ita diis placuit) Princeps. *Valer. Flacc. l.* 3. *v.* 296. quod ſi jam bella manebant, & placitum hoc ſuperis. ¶ Pertinet etiam ad conſultationes, deliberationes, edicta Senatus, Magiſtratus, conſilii. *Cæſ. l.* 7. *B. Gall. c.* 25. Deliberatur de Avarico in communi conſilio, incendi placeret, an defendi. *Pompei. ad Cæſ. poſt epiſt.* 12. *l.* 8. *ad Attic.* Placirum eſt mihi, ac ita video cenſeri Marcello & cæteris noſtri ordinis, ut Brundiſium ducerem hanc copiam, quam mecum habeo. *Cic. Phil.* 12. *cap.* 20. Senatui placere, C. Caſſium procoſulem provinciam Syriam obtinere. *& Phil.* 14. *ſub fin.* Senatui placere, ut Conſules curent, &c. *In edicto Craſſor.* apud *Suetou. de Rhetorib. c.* 2. Quapropter iia, qui eos ludos habent, videtur faciendum, ut oſtendamus noſtram ſententiam, nobis non placere. *Suetou. in Aug. c.* 44. *extr.* Edixit, mulieres ante homm quintam venim in theatrum non placere.

PLACIBILIS, le, qui placere poteſt, placens, placitus. *Tertull. de reſurrect. carn. c.* 43. ex 2. *Cor.* 5. 9. & *cap.* 47. ex *Rom.* 12. 1.

PLA-

PLACIDE, *fauemente, piano piano, placidamente, quietamente, tranquillamente, ἐνηχῶ*, ſine ſtrepitu, quiete, leniter, ſedate, placate, tranquille. *Plaut. Bacch.* 4. 7. 35. Forem hanc pauxillulum aperi, placide, ne crepa. *Id. Mil.* 2. c. 65. Propere hæc, non placide decet. *Caſ. l. 6. B. Gall. c.* 7. Placide progredi. *Terent. Phorm.* 5. 6. 18. Suſpenſo gradu placide ire perreat. *Plin. l.* 10. *cap.* 18. Picus in capite Prætoris ita placide ſedit, ut manu prehendererur. *Plaut. Pœn.* 3. 1. 46. Placide, otioſeque agere aliquid. *Cic. Tuſcul.* 2. *c.* 64. a *med.* Placide & ſedate ferre dolorem. *Id. in Orat. c.* 27. Sedate placideque loqui. *Plin. l.* 7. *ep.* 1. Spe balinei placide leniterque dimiſſa. *Gell. l.* 13. *c.* 64. *a med.* Leniter ac placide objurgare. *Solinſt. in Jug. c.* 45. Populus & Senatus placide modeſteque inter ſe rempubl. tractabant. *& cap.* 111. Placide & benigne ſimul verba facit. *Gell. l.* 19. *c.* 1. *circa med.* Placide & comiter loqui. *Salluſt. in Catil. c.* 40. Plebem placidius tractare. *Auguſtin. Confeſſion. l.* 6. *c.* 1. Placidiſſime reſpondit.

PLACIDEJANUS, V. *Pacideianus*.

PLACIDITAS, atis, ſ. *placidezza, ἐυηθεία*, lenitas. *Varr. lib.* 2. *de R. R. cap.* 1. Oves aſſumptas & propter utilitatem, & propter placiditatem. *Gell. l.* 13. *c.* 21. *ex comment. Servii in Clenda*. Nerin dictum quaſi Neinin, hoc eſt ſine ira, & cum placiditate.

PLACIDULUS, a, um, *placidetto*, diminutivum a placidus. *Auſon. in Parental.* 27. Ciuis placidula.

PLACIDUS, a, um, *piacevole, placida, manſueto, tranquille, πρᾶος, ἡσυχιος*, ſedatus, placatus, tranquillus, lenis, quietus, mitis, perturbatione animi carens: a *placeo*. Differt a clemente, quia, teſte *Donato*, clemens eſt circa recte agentes, placidus etiam circa delinquentes: clemens animo, placidus vultu. *Terent. Adelph.* 5. 4. 9. Ille ſemper egit ſuam vitam in otio, in conviviis, clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. *Id. ibid.* 4. 1. 18. Cum fervet maxime, tam placidum, quam ovem reddo. *Cic.* 4. *Tuſcul. c.* 5. Tranquillitas animi, id eſt placida quietaque conſtantia. *Id. de Senect. c.* 5. Placida ac lenis ſenectus. *Id. pro Cæcin. c.* 10. Ita eum placidum mollemque reddidi. *Id. c. de Orat. cap.* 43. Non ſemper fortis oratio quæreret, ſed ſæpe placida, ſummiſſa, lenis. *Id.* 5. *Tuſcul. c.* 16. *ad fin.* Semper in ejus animo placidiſſimam pacem eſſe. *Lucret. l.* 5. *v.* 1121. Placidam vitam degere. *Liv. l.* 3. *c.* 14. Nihil illis placidius, aut quietius erat. ¶ Arbor placida eſt, cui ſilveſtris opponitur. *Plin. l.* 16. *c.* 5. Præterea ſunt aliquæ ſilveſtres, aliæ placidiores, quæ culta obtinent. ¶ *Cælum placidum*, ſerenum notat. *Sil. lib.* 11. *verſ.* 667. Nec placido commota tonitrua cælo. ¶ *Diei placidus*, tranquillus, & ſerenus. *Plin. ep. 6. l.* 5. Accipit ab hoc auras quam libet ſereno, & placido die. ¶ *Placidum mare*, aut *flumen*, eſt nullis ſuctibus imbatum, leni motu fluens. *Plin. l.* 9 *epiſt.* 26. Nequaquam par gubernatoris eſt virtus, cum placido, & cum turbato maxi vehitur. *Ovid. Met.* 1. *v.* 702. placidum Ladonis ad amnem. Sic dicitur placida mors, *Virg. 6. Æn. v.* 520. placidus ſomnus, *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 1815. urbs placida, *h. e.* quæ belli expers eſt, *Virg.* 7. *Æn. v.* 46. loca placidiora, *Pallad. lib.* 1. *tit.* 6. *circa med.* h. e. quæ cæli iejuriis minus infeſtantur: quibus opponit *moleſtiora*. ¶ *Placide uva*, maturæ. *Sedul. l.* 1. *v.* 69. Labruſcam placidis quid adhuc præponitis uvis?

PLACIFER. V. *Pacifer*.

PLACITIS, tidis, ſ. tertium genus Cadmiæ, in latebribus fornacum adhærens, quæ propter gravitatem ad cameras pervenire non potuit. Eſt a πλάξ, πλακὸς, cruſta, quia cruſta eſt verius, quam pumea, inus vaſta. *Plin. l.* 34. *c.* 10.

PLACITO, as, n. *c.* frequent. a *placeo. Plaut. Bacch.* 4. 20. 10. Neque placitant mores, quibus video vulgo gnatis aſſe parentes.

PLACITUM, ti, n. *dogma, opinione, decreto, ſentimento, τὸ δόκουν, δόγμα*, ſententia, opinio, decretum: a *placeo*, qua ſignificat ſentire, cenſere, tenere. *Plin. l.* 25. *c.* 5. Nunc dicentur Caronis placita de olivis. *Id. l.* 14. *c.* 22. Medicorum placita, novitate aliqua ſe commendantium.

PLACITUS, a, um, *piaciuta, grata, care, gradite, ἀρεσὸς*, placens, gratus. *Virg.* 2. *Georg. v.* 425. & placitam paci nutritor olivam. *Ovid. c. Amor. el.* 4. *v.* 67. Sive ea docta, places mœras dotata per artes: Sive rudis, placita es ſimplicitate tua. *Id. Heroid. epiſt.* 17. *v.* 98. Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis. *Juſtin. ex f. c.* 7. *l.* 6. Atque ita veluti ex placito conſenſo, a prœlio diſceditur. *Id. l.* 18. *c.* 3. Eum regem placitiſſimum diis, qui ſolem orientem primus vidiſſet. *Al. leg.* acceptiſſimum. *Stat. ex. Theb. v.* 302. cultris placitiſſima noſtri Ioachis Argia. *Al. leg.* placidiſſima.

PLACO, as, avi, atum, *a. t. pacificare, placare, addolcire, calmare, mitigare, πραΰνω, ἱλάσκομαι*, placidum reddo, lenio, mitigo, ſedo, reconcilio. *Terent. Phorm.* 5. 3. 1. Agedum, fac, illa ut placetur nobis. *Nep. in Pelop. c.* ult. Nunquam is animo placari potuit in eum, a quo erat violatus. *Cic.* 2. *Catil. c* 8. Quos quidem ego, ſi ullo modo fieri poſſet, non tam ulciſci ſtudeo, quam ſanare, & ipſos placare reipublicæ. *Id.* 1. *de Fin. c.* 14. Temperantia paſcem animis affert, & eos quaſi concordia quadam placat ac lenit. *Id. Phil.* 10. *c.* 3. Placa animum illum aliquando, & mitiga. *Caſ. l.* 6. *B. Gall. c.* 15. Pro vitu hominis niſi vita hominis redditur, non poſſe aliter deorum immortalium numen placari arbitrentur. *Virg. c. Æn. v.* 116. Sanguine placaſtis ventos, & virgine cæſa. *Liv. l.* 4. *c.* 33. Placare aliquem beneficiis. *Cic. c. de Legib. c.* 9. Impius ne audeto placare donis iram deorum. *Id. de Haruſp. reſp. in fin.* Noſtræ nobis ſunt inter nos iræ diſcordiæque placandæ. *Id. l.* 1. *de nat. Deor. c.* 3. Benevolæ obiurgatores placare. *Id. pro Dom. c.* 55. Divinum numen ſcelere violatum placare precibus. *& cap.* 67. Placare odia improborum. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 13. invidiam. ¶ Tranſlate *Ovid. Met.* 11. *v.* 432. Hippotades cum vult, æquora placat. *Phædr. l.* 4. *fab.* 9. *v.* 3. Parva libellum ſuſtine patientiæ, Severitatem frontis dum placo tuæ. *h.* 2. lenio & mitiuo tuum legendi faſtidium. *Horat. l.* 1. *od.* 36. *v.* 1. Et tore & fidibus placare & vituli ſanguine debito deos. *h. e.* vota facre diis perſolvere, qui merito inſcientur, niſi reddamus ea, quæ vota promiſimus. ¶ *Placare aliquem*, placare conari. *Horat. l.* 1. *ep.* 14. *v.* 5. Non ſi trecenis, quotquot eunt dies, Amice, places illacrymabilem Plotona tauris. ¶ Placare eſca ventrem inatum, *Horat. l. c. ſat.* 8. *v.* 5. h. e. ſatiare famem. Sic *Martial. lib.* 1. *epigr.* 50. *v.* 17. placare ſitim.

PLÆTORIA LEX, cujus meminit *Varr. l.* 5. *de L. L. c.* 2. fuit plebis ſcitum, quod tulit M. Plætorius trib. pleb. in quo ſcriptum erat: Prætor urbanus, qui nunc eſt, quique poſt hac fuat, duos lictores apud ſe habeto: iſque uſque ad ſupremam jus inter cives dicito. Ita *Cenſorin. de die natal. c.* 24. refert. *Varr. loc. cit.* Sed poſſea lex Plætoria id quoque tempus jubet eſſe ſupremum, quo Prætor in comitio ſupremam pronuntiavit populo. ¶ Alia fuit lex Plætoria, cujus meminit *Cic.* 3. *Offic. c.* 15. (ubi al. leg. *Latoria*) & habetur in vet. Tab. ænea apud *Manoch. pag.* 423. cavens, ne pueri circumſcriberentur. V. *Latorius*.

PLAGA, æ, f. *percoſſa, colpo, battitura, πλαγὴ*, ictus, percuſſio: a voce Græca allata, quæ a πλήττω, percutio. *Cic. Verr.* 7. *c.* 51. a *med.* Dico, in illo ſupplicio mercedem lacrimarum, mercedem vulneris atque plagæ, mercedem funeris ac ſepulturæ conſtitui, nefas fuiſſe. *Virg.* 7. *Æn. v.* 382. *de trochæo*. Dant animos plagæ. *Gell. l* 5. *c.* 15. Non percuſſus aer, ſed plaga ipſa atque percuſſio vox eſt. *Ovid.* 12. *Met. v.* 487. Plaga facit gemitus, ceu corpore mœroris ictu. ¶ De incuſſu, & impulſione atomorum, *Cic. de Fato, c. ult.* Atomi aliam quandam vim motus habebunt a Democrito impulſionis, quam plagam ille appellat: a te, Epicure, gravitatis & ponderis. Adde *cap.* 10. & *Lucret.* qui ſæpe *plagam* dicit concurſum atomorum, alias aliis ferientibus, unde varia res gigni in natura, & diſſolvi poſſint. V. *lib.* 1. *v.* 626. & 1040. & *lib.* 2. *v.* 663. &c. ¶ Metonymice eſt ipſa ruptio, & fiſſio membri, quæ inflicta plaga fit, *piaga, ferita*. Diſtinguit *Plin.* inter *plagam*, & *vulnus*, ut illa ſit, qua perforatur, & finditur corpus, *ἕτρωσις*, hoc, quo pars ejus laceratur, & avellitur, *ἕλκος*. Sic enim ait *lib.* 16. *c.* 12. Aperiuntur picea a parte ſolani, non plaga, ſed vulnere oblati corporis. Alio modo *Celſus lib.* 8. *cap.* 4. *ante med.* Plagam ſi ea vulnera eſt, talem neceſſe eſt habeamus, qualem accepeimus: ſi manu facienda eſt, ea fere commodiſſima, quæ littera X figuram accipit. Alibi *v. gr. lib.* 5. *c.* 26. ſæpe plagam, & vulnus promiſcue accipit. Apud *Sueton. in Vitell. c.* 10. Verbata, & plagis, ſæpe vulnera, nonnunquam eecem repræſentames adverſantibus: *verbera* ſunt, quæ virgis, fuſte, loro infiguntur; *plagæ*, quæ pugnis, calcibus, ſanis, aliove duro inſtrumento; *vulnera*, quæ gladio, haſta, aut hujuſmodi, unde membrum rumpitur. V. *Vell. l.* 6. *c.* 47. *Elegantior.* Io illa *Catull. Gell. l.* 10. *c.* 3. *ad fin.* Infignitas injurias, plagas, verbera, vibices, eos dolores atque carnificinas te facere aiſunt, &c. *plagas* puto eſſe flagrorum ictus: *verbera* addi amplificandi gratia, quia loquitur de liberis hominibus flagro cæſis. V. integr. loc. ¶ Promiſcue ad *pleœrem*, ſivo ictum, ſive vulnus ſignificet, hæc pertinent. *Virg. ex. Æn. v.* 797. Jamque aſſurgentis dextra, plagamque ferentis Æneæ ſubiit mucronem. *Plaut. Pſeud.* 1. *c.* 4. Neque homines magis aſinos unquam vidi: ita plagis coſtæ calleant. *Terent. Eun.* 2. *c.* 23. Ego neque ridiculus eſſe, neque plagas pati poſſum. *Cic. c. Tuſcul. cap.* 17. Plagas perferre. *Id. Phil.* 7. *c.* 6. Plagam luculentam accipere. *Id. in Verr. c.* 8. mortiferam infligere. *Id. in Orat. c.* 68. graveam faceen. *Id. pro Sext. cap.* 19. & *Perſon. in Satyr. c.* 105. alicui impooere. *Plin. l.* 28. *c.* 18. inferre. *Hirt. de B. Alex. c.* 52. Sauciara aliquem plagis. *Suetan. in Cæſ. c.* 80. confodi. *Cic. Verr.* 7. *cap.* 54. confectus. *Celſ. l.* 5. *c.* 26. *fell.* 29. Plagam curare. *& fell.* 23. ſuere. *Plin. in prooem. l.* 23. *a med.* Scorpionum, & canum plagas ſanare. *la morſicature*. ¶ Tranſlate *Cic. pro Mur. c.* 23. *a med.* Illa plaga eſt infecta petitioni tuæ maxima. *Id. in Orat. c.* 68. Sic nec oratio plagam gravem facit, niſi petitio fuerit apta. *Id. l.* 9. *Fam. ep.* 26. *ad fin.* Levior eſt plaga ab amico, quam a dabitore. *h. e.* jactura. *Nep. in Eumen. c.* 5. Hac ille perculſus plaga non ſuccubuit. *h. e.* calamitate.

PLAGA, æ, f. *tratto, clima, regione, κλίμα, χώρα*, tractus, ſpatium, regio: a πλάξ, πλακὸς, planities: vel a πλάγιος, obliquus, tranſverſus, ut proprie tranſverſum, obliquumve ſpatium ſignificet. *Veteres Poeta* apud *Gicer. l. c. de Divin. c.* 23. Quod eſt ante pedes, nemo ſpectat: cæli ſcrutantur plagas. *Gell. l.* 17. *cap.* 10. *ad fin.* Flurre amnes ſumi, & flammarum fulva & fluctuoſa volumina in plagas maris ferre. *Pindori* locum ioterpretatur, qui habet *ἐς βυθὸν οὐρέα πλάκα*. profundum maris æquor. *Virg.* 7. *Æn. v.* 226. & ſi quem extenta plagarum Quatuor in medio dirimit plaga ſolis iniqui. *zona. (Senec. in Herc. Oet. v.* 67. zonam torridam, *ardentem plagam*: & *verſ.* 1219. *ferendam* appellat.) & *lib.* 1. *v.* 3en. Hæc omnis regio, & celſi plaga pinea montis Cedat amiciriæ Teucrorum. *Id.* 1. *Æn. v.* 394. Ætheria quos lapſa plaga Jovis ales aperto Turbabat cælo. *Senec. in Oedip. v.* 426. Omnis Eoæ plaga vaſta terra. *Id. in Hippol. v.* 930. te licet terra ultimo Sitmmota mundo dirimat Oceani plagis. *Plin. l.* 16. *cap.* 32. Septentrionalia plaga. *Stat. l.* 4. *ſilv.* 3. *v.* 95. pariterque ſe levaret Ingenti plaga marmorata dorſo. *an longo tractu de ſtrada*. ¶ Item retis genus ad capiendas feras, *rete, δίκτυον, ἄμπυξ*: & plerumque in plur. numero. Sunt enim qui putant *plagas* proprie eſſe maculas, ſeu foramina, quibus rete conſtat, *maglie*. *Servius* ad illud 4. *Æn.*

v. 131. Retia ſura, plagæ: multi, inquit, dividunt, ut ſint *retia ſuræ* majora: *plagas* vero minora intelligamus. Alii plagas per definitionem accipiunt, ut intelligamus quæ ſuat retia rara, plagæ. Sciendum tamen proprie plagas eſſe funes illos, quibus retia tenduntur circa imam & ſummam partem. Hæc *Servius Cæs.* 3. *Offic.* c. 17. Suntne inſidiæ, tendera plagas, etiamſi excitaturus non ſis, nec agitaturus? *Horat. l.* 3. *od.* 5. *verſ.* 31. extricata denſis cerva plagis. *Ovid. 7. Met. v.* 767. *de vulpe.* Illa levi velox ſuperabat retia ſaltu, Summaque tranſibat poſitarum lina plagarum. *& l.* 2. v. 499. Nexilibuſque plagis ſilvæ Erymanthidas ambit. *Id. 6. Faſt.* v. 110. Nodoſaſque cava tendere valle plagas. *Id.* 3. *de ar. am. v.* 418. Inque plagam nullo cervus agente cadit. *Al. leg.* plagas. *Plin. l.* 11. *cap.* 24. *a med. de avenis.* Cum vero captura inciuit, quam vigilans & paratus ad curſum? licet extrema hæreat plaga, ſemper in medium currit. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 35. Canes compellunt in plagas lupum. ¶ Diſtinguit inter plagas, & retia *Nemeſian. in Cynaget.* ubi ait, *verſ.* 209. Nec non & caſſes iidem (*ſervi*) venatibus aptos, Atque plagas longoque meantia retia tractu Addiſcant raris ſemper contexere nodis, Et ſervare modum maculis, hinoque tenaci. Ad quem locum *Ulitius* obſervat, etiam *Horat. diſtinguere Epod.* 2. v. 31. Aut trudit acres hinc & hinc multa cane Apros in obſtantes plagas: Aut amite levi rara tendit *retia*, Turdis edacibus dolos: item *Virg. loc. cit.* Retia rara, plagæ. Vult itaque (id quod ex *Servio* modo diximus) *retia* eſſe majora, & quæ in amplis tractibus tendantur, plagas minorae, & quarum ſit uſus in viis anguſtis, ubi magnis retibus locus non eſt. Dictas autem eſſe a πλάγιος, obliquus, quia obliquæ ubicumque. Poteſt etiam dici ex loco *Horatii*, eſſe *plagas* majoribus feris capiendis aptas, retia minoribus, & avibus. ¶ Translata *Plaut. Mil.* 4. 9. 12. Ipſue illic ſe ſe jam impedivit in plagas. *Id. Trin* 2. 1. 11. Amor quemquam, niſi cupidum hominem, poſſulat ſe in plagas conjicere. *Perron. in Satyr. c.* 107. Juvenes caſu in hae plagas inciditſe. *over date in queſte rete.* & *Cic.* 4. *Acad. c.* 48. De ſorite, aut pſeudomeno: quas plagas ipſi contra ſe Stoici texuerunt. *Id.* 7. *Verr. c.* 58. Si ex his laqueis te exſueris, in illas tibi majores plagas incidendum eſt. *Id. Cæcin.* 12. *cp.* 25. *circa med.* Antonium conjecti in Cæſaris Octaviani plagas. *Plaut. Mil.* 3. 1. 14. Speculabor, ne quis noſtro conſilio venator adſit cum auritis plagis. *b. e.* attentis attentiſque auribus. ¶ In illo *Varron.* apud *Non. cap.* 11. *n.* 716. Nulla poteſt bene judicare, quid ſit bene pictum a plumario in polvinaribus plagis: *pulvinares plagæ* videntur eſſe raticula, quibus pulvini involvuntur. Addit *Non. c.* 4. *n.* 361. & *cap.* 14. *n.* 5. ſumi *plagam* pro fundove, ſeu velo, quo lectica, aut lectus integitur, *cortinaggio, cortina, tenda. Varr. ibid.* Eburneis lectis & plagis figillatis. *Id. ibid.* Chlamydes, plagæ, vela aurea. V. *Plagula.* Idem fortaſſe ſignificat *Varro* prinre loco allato. ¶ Item pro clavo veſti adſuto. *Pacuv. ibid.* Et ſimitu pictæ plagæ pallam. Ita leg. *Voſſ.* ¶ Alia ſenſu *Lev. l.* 9. *c.* 41. *a med.* Repene adventus conſulis ita exterruit Umbros, ut bellum omittendum cenſerent. Plaga una (Materinam ipſi appellant) non continuit modo cetores in armis, ſed confeſtim ad certamen egit. *b. e.* para aciei, *una ſquadrone:* & fortaſſe, inquit *Glareau.* acies quadrata altera parte longior, quæ πλαγία Græce dicitur, quia tranſverſa hoſti opponitur. *Gloſſ. vet.* Πλαγία, tranſverſa. Alii intelligunt regionis, ſeu pagi unius milites.

PLAGIARIUS, ii, m. qui mancipia alinos ſollicitat, celat, ſupprimit, item qui liberum hominem ſciens emit, abducit, invitum in ſervitute retinet. *Senec. de Tranquill. c.* 8. *Ulpian. Dig. lib.* 21. *tit.* 1. *leg.* 17. & *lib.* 47. *tit.* 2. *leg.* 49. & 53. & *lib.* 48. *tit.* 15. *leg.* 1. & *Calliſtrat. ibid. leg.* 6. Et videtur etiam *Cic.* uſurpaſſe, ubi ait ad *Q. Fr. l.* 1. *ep.* 2. *c.* 2. Licinium plagiarium cum ſuo pullo milvino tributa exigere. ¶ Tranſfertur ad eum, qui alieni libri ſe auctorem falſo prædicat. *Martial. l.* 1. *epigr.* 53. Impones plagiario pedoreon.

PLAGIATOR, oris, m. idem qui plagiarius. *Tertull. lib.* 2. *adverſ. Marcion. c.* 23.

PLAGIGER, ra, rum, πλαγιφόρος, qui plagas gerit, qui uetue eſt ad plagas ferendas: & dicitur de ſervis. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 20. Plagigera genera hominum.

PLAGIGERULUS, a, um, idem ac plagiger. *Plaut. Moſtell.* 4. 2. 19. Peculii ſui prodigi, plagigeculi.

PLAGIOSIPPUS, & Plagiuxippus, i, m. vox ficta ad ſignificandum eum, qui plagas infert: vel (ſi malis ducere a *plagium*) eum qui furtis delectatur. *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 31. Pronominatim eſt, quæ cognomine quodam extraneo demonſtrat id, quod ſuo nomine appellari non poteſt, ut ſi quis de adverſario dicat: Videte, judices, quemadmodum me plagioſippus iſte tractarit. *Turneb. l.* 20. *c.* 25. ex conjectura lectionem mutata conatur.

PLAGIPATIDA, æ, com. gen. qui plagas patitur, plagarum patiens. *Plaut. Capt.* 3. 1. 12. Nihil morantur jam Lacones imi ſubſelli viros plagipatidas. V. *Spartanus.*

PLAGIUM, ii, n. ἀνθρωποκλοπία, crimen illud, quo quis hominem, quem ſcit liberum eſſe, emit, & pro ſervo tenet, vel vendit: item quo alieno mancipio perſuadet, ut a domino fugiat, vel ipſum invito, vel inſciente domino celat, vinctum habet, emit, vendit, donat. Eſt a πλάγιος, quod proprie notat obliquum, metaphorice autem pro doloſo ſumitur. *Calliſtrat. Dig. lib.* 48. *tit.* 15. *leg.* 6. & *Ulpian. ibid. leg.* 1. ¶ Eſt etiam rare pluribus plagis contextum. *Gratius in Cyneg.* v. 24. Armorum caſſes, plagiique exordiar aſtus. Al. aliter leg.

PLAGO, as, a. 1. *impingere*, plagam facere. *Auguſtin. l.* 11. *de Civ. Dei, c.* 11. Servus, qui verbo, aut ictu laceſſivit dominum, vel plagavit.

PLAGOSUS, a, um, *impingens*, πληγώδης, plenus plagis. *Apul. lib.* 9. *Metam.* Plagoſum dorſum. *& lib.* 8. Plagoſa crura. ¶ Active pro eo, qui frequentes, & multas plagas infert. *Horat. l.* 2. *epiſt.* 1. *verſ.* 70. Memini quæ plagoſum mihi parvo Orbilium dictara.

PLAGULA, æ, ſ. *cortina, tenda*, παραπέτασμα, velum, aut para veli, quo lectus, aut lectica integitur, aut inſternitur. V. *Plaga* ſub fin. *Afran.* apud *Non. cap.* 4. *n.* 361. Demitto plagulam de lecto. *Varr.* apud *eund. c.* 2. *n.* 131. Qui primus uxorem ducebat, duabus calcitris, ac duabus rutos plagulis cum ſtraſſet. *Sueton. in Tito, c.* 10. Cum inde lectica traosferretur, ſuſpexriſſe dicitur dimotis plagulis cælum. *Liv. l.* 39 *c.* 6. Luxuriæ peregrinæ origo ab exercitu Aſiatico invecta in urbem eſt: ii primum lectos æratos, veſtem ſtragulam pretioſam, plagulas, & alia textilia Romam advexerunt. ¶ Item pare veſtis. *Varr. l.* 8. *de L. L. c.* 47. Si quis tunicam in uſu ita conſuit, ut altera plaguia ſit anguſtus clavie, altera latis. ¶ Item chartæ folium, *foglio. Plin. l.* 13. *c.* 11. Premitur deinde pteiis, & ſiccantur ſole plagulæ, atque intra ſe junguntur, *&c.* nonquam plures ſcapo quam vicenæ.

PLAGÙSIA, æ, ſ. genus piſcis. *Plaut. Rud.* 2. 1. 9. Captamus concha, marinam urticam, muſculos, plaguſias. A πλάγιος, obliquus dictam volunt, quia obliqua ſocedat. Al. legi mallent *plagiæ*: alii aliter.

PLANARATRUM, i, n. aratrum cum duabus rotis, a Gallie primo inventum. *Plin. l.* 18. *c.* 18. *ad fin.* ubi *Hardouinus* mavult legere *plaufrarratum*, compoſita voce ex *plaufro*, & *aro*, as.

PLANARIUS, a, um, qui in plano ſit, ut Planarius conflictus, apud *Ammian. l.* 19. *c.* 5. (*al.* 8.) Planaria interpellatio, *Imp. Conſtant. lib.* 3. *Cod. tit.* 11. *leg.* 4. h. e. compellatio Magiſtratus, quæ ſit de plano. h. e. antequam in tribunal aſcendat. ¶ *Planaria* etiam dicta eſt inſula parva roaris Liguſtici, inter Caprariam, & Corſicam, quia plana eſt, & æqualis freto, ideoque navigiis fallax. *Plin. l.* 3. *c.* 6. ¶ Alia eodem nomine, & itidem plani ſitus, eſt inter Fortunatas. *Id. l.* 6. *c.* 32.

PLANCA, æ, ſ. πλανίς, tabula plana, vel complanata. *Feſt.* Plancæ, tabulæ planæ: ob quam cauſam & planci appellantur, qui ſupra modum pedibus plani ſunt. *Plin. l.* 8. *c.* 43. Nec pontes aſini tranſeunt, per raritatem plancarum translucentibus fluviis. Ita in vet. edit. anni 1470. & 1472. At antiquior 1469. & *Harduin.* ex MSS. eorum. *Pallad. l.* 1. *tit.* 21. Plancæ roboreæ ſupponantur ſtationibus equorum cum ſtramine.

PLANCIANUS, a, um, ad Plancum aliquem pertinens, cognomen quod eſt R. hominis: ut Plancianum ſenatuſcooſultum, apud *Ulpian. Dig. lib.* 25. *tit.* 3. *leg.* 1. *circa med.* ubi al. leg. *Plautianum.*

PLANCTUS, us, m. *percuſſo, battimento ſtrepitoſo*, πλῆξις, *percuſſio*, percuſſio, plaga, ictus cum ſtrepitu, plangor: a *plango. Voler. Flacc. l.* 4. v. 494. unum omnes inceſſere planctibus, unum Infeſtare manus. De harpyis loquitur, alarum agitatione ſtrepitum facientibus. Sic de iiſdem *Perron. in Satyr. cap.* 136. tranuit perterritus æther Planctibus inſolitis. *Lucan. l.* 6. v. 690. quod fibilas anguis, Exprimit, & planctus illiſæ cautibus undæ, Silvarumque ſonum. ¶ Præcipue vero dicitur de ictibus, qui in fletu & lamentis fiunt, cum querentes pectus tundunt, brachia, vultum feriunt. *battimento di petto. Senec. in Troadib.* v. 91. Vacet ad crebri verbera planctus Furibunda manus. *Id. in Thyeſt.* v. 1045. pectora illiſo ſonent Contuſa planctu. *Lucan. l.* 2. v. 37. planctu livemes contuſa lacertos. *Petron. in Sat. c.* 81. Verberabam ægrum planctibus pectus. *Lucan. l.* 1. v. 23. nec mater crine ſoluto Exigit ad ſævos famularum brachia planctus. *Valer. Flacc. l.* 2. v. 175. Flet Venus, & ſævis ardens dea planctibus inſtat. *Claudian. l.* 2. *de rapt. Proſer.* v. 148. planctuque lacertus Verberat, & queſtus ad nubila rumpit inanes. *Tacit. Ann.* 1. *cap.* 41. Gemitus ac planctus. *Senec. in Troadib.* v. 905. Planctus & gemitus ſonent. *Lucan. l.* 9. v. 49. luctus planctuſque ferebant. *Flor. l.* 4. *c.* 1. *circa med.* Theatri plauſum in modum planctus circumſonare.

PLANCUS, a, um, *ebe ha i piedi piani*, λαύκης, σκυταλίας, ut in *Gloſſ.* exponitur, qui pedes ſupra modum planos habet, ut *Feſt.* docet in *Planca*, h. e. ſine vola, ſeu cavitate in ſolo medio pedis. *Plin. lib.* 11. *cap.* 45. *a med.* Vula homini tantum, exceptis quibuſdam. namque & hinc cognomina inventa Planci, Plauti, Scauri, Panſæ. ¶ Ab Ariſtotele dicitur *plancus*, πλαγιὸς, ſpecies quædam aquilæ, cujus meminit & *Plin. l.* 10. *c.* 3.

PLANE, *apertamente, ſchiettamente, chiaramente, pianamente, ουσφῶς, παῤῥήσιος*, manifeſte, clare, aperte, plano & facili ad intelligendum modo. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 80. *ſub fin.* Alia potes, ſemel ſi obſcurius diceris, dicere alin loco planius. *Plaut. Amph.* 2. 1. 30. Satin' hoc plane, ſatin' diferte, here, nunc videor tibi locutus? *Cic.* 1. *de Orat. c.* 32. Plane & dilucide loqui. *Id.* 3. *de Fin. c.* 5. *in fin.* Plane & perſpicue expedira aliquid. *Id. pro Roſc. Com. c.* 14. *extr.* Planius utque apertius dicere. *Id.* 4. *Verr. c.* 64. *extr.* Apertiſſima planiſſimeque explicare. *Id.* 7. *Phil. c.* 6. Plane & Latine loqui. ¶ Item omnino, prorſus, penitus, *affatto, totalmente. Cic. Attic. lib.* 13. *ep.* 6. Quod reliquos coheredes conveniſti, plane bene. *Id. Fam.* 3. *ep.* 10. Illud plane moleſte tuli, quod, *&c. Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 20. Fieri poteſt, ut non plane par ſit numerus ſyllabarum. *Cic.* 1. *de Orat. cap.* 23. Ex rebus penitus perſpectis, planeque cognitis. *Terent. Heaut.* 5. 1. 24. Sed te miror, qui alia tam plane ſcias. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. v. 66. Communi ſenſu plane caret. *Plaut. Epid.* 3. 4. 55. Tibi ne eſt ſublitum plane & prube. *Cic. in Brut. c.* 97. Quod jam propemodum, vel plane potius effeceras. *& cap.* 81. Erat autem cum inſtitutus optime, tum etiam perfecte planeque eruditus. *& cap.* 59. Nec vero Sulpicio, neque

Cottæ dicere poſſumus rem nullam plane atque omnino deſuiſſe. ¶ In reſponſionibus affirmandi vim habet. *Terent. Phorm.* 5. 2. 3. *De.* Nonne id fat erat, accipere ab illo injuriam? etiam argentum eſt altro objectum, ut ſit, qui vivat, dum aliud aliquid ſagitii conficiat. *Ge.* planiſſime. *De.* His nunc præmium eſt, qui recta prava faciunt. *Ge.* veriſſime. *cerl & per appunte.* Sic *Plaut. Trucul.* 2. 7. 57. Ego & doaia privatus ſum, & periì. *Ge.* plane iſtuc eſt.

PLANES, ētis. V. *Planeta* in fi.

PLANESIUM, Πλανήσιον, nomen mulieris in Curculione Plautino, *à τὸ πλάνης*; h. e. ab errore factum.

PLANETA, æ, m. *planeta, πλανήτης*, ſidus errans: a *πλανᾶσθαι*, *errare*, vagor. Ita autem planetæ vocantur, non quia errent re vera, ſed quia errare videntur, quia nunc alio, atque alio ſidere cetera. Sant autem ſeptem: Saturnus ſuorum locum obtinet, proximum Jupiter, tertium Mars, quam deinde Sol ſubſequitur, Solem Venus, ſub Venere Mercurius ſitus eſt, Luna ultimum, terriſque proximam, eundemque minimum orbem poſſidet. *Cic.* vocat *ſtellas errantes*, at *Senec. Nogid.* & *Varr. errantes*, & *errones*. V. *Plin. l.* 2. *c.* 8. & 9. *Macrob. l.* 1. *in ſomn. Scipion. c.* 17. 19. & 21. & *Cic. in ſomn. Scip. c.* 4. & *Lucan. lib.* 10. *v.* 199. qui omnes de his verba faciunt: ſed *planetas* qui appellaverit Latinus ſcriptor, inveni adhuc neminem, præter *Iſidor. l.* 3. *Orig. c. ult.* & *lib.* 19. *c.* 24. *ad fin. Jul. Firmic. l.* 2. *c.* 2. & *veter. Inſcript.* apud *Fabrett. c.* 20. *num.* 307. *pag.* 709. ¶ In tert. declin. *planes, ētis*, m. *πλάνης, νος*, legitur apud *Gell. l.* 14. *c.* 1. *ante med.* Ut alii quidam planetes peri poteſtate eſſent.

PLANETARIUS, ii, m. *aſſervator de planeti, aſtrologus*, aſtrologus. *Auguſtin. l.* 4. *Confeſſion. c.* 3. Illos planetarios, quos mathematicos vocant, conſulere non deſiſtebam. AL. rectius leg. *planos*. Adde *Serv. ad Æn.* 3. *v.* 284.

PLANETICUS, a, um, ad planetam pertinens. *Sidon. l.* 8. *ep.* 12. *a med.* Planeticorum ſiderum globus.

PLANGO, is, axi, actum, *a.* 3. *percuterе, battere, πλήττω, πάτταλος*, percutio, verbero. Verbum eſt ſere poeticum, a plago (ut *tango a tago*) quod a πλαγὴ Dorico pro πληγή, percuſſio. *Lucret. lib.* 2. *v.* 1154. Nec mare, nec fluctus plangentes faxa crearunt. *Id. l.* 6. *v.* 114. chartaſque volantes Verberibus venti verſant, plangantque per auras. *Ovid.* 12. *Met. v.* 118. plangens moribundo vertice terram. *Id. Heroid. epiſt.* 16. *v.* 334. Cæſaque ſanguineam victima planget humum. *& epiſt.* 19. *v.* 111. Me miſeram! quanto plangatur litora fluctu! *Sil. l.* 1. *v.* 588. *de Borea.* ſæpeque rigeas nunc litora pulſat, Nunc ipſas alis plangit ſtridentibus Alpes. *Catull. carm.* 63. *de nupt. Pel & Thet. v.* 261. Plangebant aliæ proceris tympana palmis. ¶ Translate *Stat. Theb.* 3. *v.* 505. ales fugiens placabile plauxerit omen. *h. e.* alis aera verberando omen dederit. Al. leg. *plauſerit*. ¶ Sæpe dicitur de iis, qui flentes, querentesque pectus tundunt, vultum, brachia feriunt præ dolore. *Petron. in Satyr. c.* 111. Funus ſparſis prælequi crinibus, & nudatum pectus in conſpectu frequentiæ plangere. *Ovid. 6. Met. v.* 248. lanistaque pectore plangens. *& lib.* 11. *v.* 81. femur morienti plangem dextra. *& lib.* 9. *v.* 635. a pectore veſtem Deripuit, planxitque ſuos furibunda lacertos. *Apul. l.* 5. *Metam.* Ibique deflebant oculos, & plangebant abera. ¶ Paſſive *Ovid. Met.* 8. *v.* 525. ſtillæque capillos Plangunter matres Calydonides Eueninæ. *h. e.* tundunt ſe præ dolore. Al. leg. *plangunt ſe*: alii *plangebant*: ſed *Heinſ. ri plangantur* defendit. Sic *lib.* 3. *verſ.* 675. Dumque volunt plangi. Alia eſt ſententia in illo *triſtil. l.* 11. *v.* 73. Utque ſuum laqueis, quos callidus abdidit auceps, Crus ubi commiſit volucris, ſenſitque teneri, Plangitur, ne trepidans, adſtringat vincula motu. *h. e.* agitat ſe, & alas diverberat, ut effugiat. ¶ Abſolute *Ovid.* 3. *Met. v.* 505. plangere ſorores Naides, & ſectos fratri poſuere capillos: Planxere & Dryades: plangentibus adſonat echo. *Stat. Theb.* 11. *v.* 417. Cuncta madent lacrymis, & ab omni plangitur arce. *Juſtin. l.* 19. *c.* 2. *extr.* Toto litore plangentium genitus. ¶ *Plangere aliquem*, aut *aliquid*, fletu, lamentis, & pectoris verberatione proſequi, *piangere. Tibull. l.* 2. *el.* 6. *verſ.* 17. ſuum pubes miratur Oſirim Barbara, Memphitem plangere docta bovem. *Val. Flacc. l.* 3. *n.* 297. nonne hæc meu juſtius eſſent Funera, mequa taas potius nunc plangeret error? *Caſ. Germanic. in Arat. v.* 198. tendit palmas, ceu ſit planctura rehictam Andromedam. *Stat. l.* 2. *ſilv.* 2. *v.* 123. Et monſtrare astes, & verba reſtagere, quæ nunc Plangimus. *Id. Theb. 11. v.* 117. plangont ſua damna coloni. *& lib.* 12. *v.* 383. mea funera plangis. *Claudian. in prol. l.* 2. *in Eutrop. n.* 49. Diuptas quid plangis opes? *Id. l.* 3. *de rapt. Proſ. v.* 159. Nec deſtet, plangitve malum. *Stat.* 3. *Theb. v.* 196. & longo examine matres Invidiam planxere data. *h. e.* lamentando necem natorum Niobes, invidiam in deos moverunt, a quibus interfecti fuerant. *Ovid.* 4. *Metam. n.* 545. Cadmeida palmis Deplanxere domum, ſciſſa cum veſte capillos.

PLANGOR, oris, m. *percuſſa cum ſtrepitu, πατάγος*, percuſſio, ictus cum ſtrepitu. *Catull. carm.* 63. *de nupt. Pel & Thet. v.* 272. Quæ (*undæ*) primum clementi flamine pulſæ Procedunt, leni & reſonant plangore cachinni. *Ovid.* 3. *Met. v.* 497. *de Echo*. Cumque ſuos manibus percuſſeret ille lacertos, Hæc quoque reddebat ſonitum plangoris eundem. ¶ Præcipue vere ſic dicitur percuſſio pectoris, aut vultus in lamentatione, & fletu, ut *planctus. Cic. in Orat. c.* 38. Plangora & lamentatione compleremus forum. *Virg.* 2. *Æn. v.* 487. penituſque cavæ plangoribus ædes Femineis ululant. *Ovid.* 6. *Met. v.* 532. ædis plangore lacertis. *& lib.* 4. *v.* 553. dum ſolito tentat plangora ferire pectore. *& lib.* 14. *v.* 420. Nec ſatis eſt Nymphæ fiere, & lacerare capillos, Et dare plangorem.

Val. Flacc. l. 3. *v.* 274. Tum ſuper exſangues conſertæ cædis acervos Præcipiti plangore ruunt.

PLANGUNCULA, æ, f. *fantoccino*, puſilla pupa: a *πάμμυγγον*, pupa. Unde *Scholiaſtes Callimachi* exponit *κόρον τινὰ*, ceream nympham. *Cic. Attic. l.* 6. *epiſt.* 1. *ſub fin.* Inventæ ſunt quinque plangunculæ matronarum. Al. leg. *lagunculæ*, al. *imagunculæ*.

PLANILOQUUS, a, um, *che parla ſbiaco*, qui plane loquitur. *Plaut. Trucul.* 4. 4. 11. Dii immortales, at planiloqus eſt! paucis ut rem ipſam attigit!

PLANIPEDES, um, dicti ſunt mimi, infimi ordinis actores (V. *Mimus*) qui non in ſuggeſtu ſcenæ, ſed in plano actitabant: vel nudis pedibus, h. e. non cum ſoccis, neque cum cothurnis, ut Tragici, ſcenam ingrediebantur. Utramque opinionem affert *Diomed. l.* 3. *pag.* 487. *Paſch.* ſed priorem præferunt *Scalig. ad Feſt. in Orcheſtra, & Voſſ. inſtit. Poet. l.* 2. *c.* 32. quamvis enim, inquiunt, verum eſt, pedibus nudis fuiſſe; tamen falſum, pedem oudum, pedem planum eſſe. *Ateo* apud *Diomed. loc. cit.* Daturin' eſtis aurum? exſultat planipes. *Gell. l.* 1. *c.* 11. *a med.* Quid enim foret iſta re ineptius, ſi ut planipedi ſaltanti, ita Graccho concinnanti numeros & modos tibicen incineret? *Juvenal. ſat.* 8. *v.* 189. populi frons durior hujus, Qui ſedet & ſpectat triſcurria patriciorum, Planipedes audit Fabios. *Macrob. l.* 2. *Saturn. c.* 1. Hæc nobis ſit litterata lætitia, & docta cavillatio, vicem planipedis, & fabulonis, impudica & prætentata verba jacientis, ad pudorem ac modeſtiam verſus imitata. *Caſſius* apud *Quintil. l.* 5. *c.* 11. *a med.* Quis iſtam faciem planipedis ſenis tocquens? *Al. leg.* Quis iſte? faciem, &c. *Al.* lanipedis. *h. e.* laneis vinculis pedes deligatos habentis, tanquam ulceroſi ſint: atque adeo tardigradi, lenti. Plura de Planipedibus *Voſſ. loc. cit.*

PLANIPEDIUS, a, um, humilis, ut Planipedia Comœdia. *Donat. in præfat. de Comœd. & Trag.* Planipedia dicta ob humilitatem argumenti, ac vilitatem Actorum, qui non cothurnos aut ſoccos utuntur in ſcena aut pulpito, ſed plano pede: vel ideo quod non ea negotia contingat, quæ perſonarum in turribus, aut in cœnaculis habitantium ſunt, ſed in plano & humili loco. Poſteriorem hanc *Donati* cauſam cave probes: & jamdiu *oli*, quod hoc fragmentum Eruditi *Pſeudonati* cujuſdam eſſe judicarunt.

PLANITAS, atis, f. *Auct. dial. de oratorib. c.* 23. *ad fin.* Ea eſt electio inventionis, is ordo rerum, is compoſitionis decor, ſententiarum planitas, &c. *h. e.* æquabilitas, vel perſpicuitas. Alii malient *ſanitas*, alii *gravitas*.

PLANITIA, æ, f. &

PLANITIES, ei, f. *pianura, piano, pianezza, ἐπιπεδότης, πεδίον*, æqualitas loci, æquor, locus planus. *Cic. 1. de Divin. c.* 1. Principio Aſyrii propter planitiem, magnitudinemque regionum, quas incolebant, &c. *Vitruv. l.* 7. *c.* 3. Planitiæ coronarum ſunt periculoſæ. *Caſ. l.* 1. *B. Civ. c.* 43. Erat inter oppidum & collem planitia circiter paſſuum CCC. *Vet. Inſcript.* apud *Uſſm. in not. ad hunc loc.* Clivum Martis in planitiam redigendum curavit. (Adde aliam eadem ſententia apud *Murator. pag.* 463. *n.* 9.) *Salluſt. in Catil. c.* 61. Planities erat inter ſiniſtros montes. *Lucret. l.* 4. *v.* 294. Planitiem ad ſpeculi veniens cum offendit imago. Supra *v.* 190. dixit *æquor ſpeculi*.

PLANITUDO, inis, f. planitia. *Vet. Gloſſ.* Planitudo, *ἐπιπεδία*. Tribuunt & *Columellæ l.* 4. *c.* 30. Sed V. *Plenitudo*.

PLANITUS, adverb. plana via. *Tertull. de Pall. c.* 4. Quo planitus adeantur.

PLANO, as, a. 1. *appianare, ἐπιπεδόω*, planum facio, complano. *Corripp. l.* 2. *v.* 223. Ante pedes planate vias.

PLANTA, æ, f. *ramuſcello, pollone, marza, κλάδισκος, κλάδιον, ῥάβδος*, ſurculus, ſeu ramus tenerior, & virens, qui in ſummitate ramorum ab arbore emittitur, & deſectus transferri, aut inſeri poteſt. Vocis notatio apud Etymologos valde eſt incerta. *Cic. de Senect. c.* 15. Malleoli, plantæ, farmenta, viviradices, propagines, nonne ea efficiunt, ut, &c? *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 55. Qui quatiet, ne adverſam cædat. ſæpe enim ita percuſſa olea defert de tumulo plantam. *Virg.* 2. *Georg. v.* 23. Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrum, Depoſuit ſulcis. *& verſ.* 300. neve flagella Summa pete, aut ſumma deſtringe ex arbore plantas. *& verſ.* 78. enodes trunci reſecantur, & alta Findtur in ſolidum cuneis via: deinde ſeraces Plantæ immittuntur. ¶ Apud *Feſt.* planta oleaginea eſt virga foliata ex olea deplantata. ¶ Si cum *ramus* jungatur, ita ab eo differt, ut minor a majore: vel *planta* una virga conſtat, *ramus* pluribus. *Colum. l.* 5. *c.* 10. Semina ſi en veteribus ramis ſumes, illos magis eligito, qui ſunt contra ſolum, quam qui umbris, ramis, aut plantis, contiantur. *Id. de arbor. c.* 20. Arbor inſita fructuoſior eſt, quam quæ inſita non eſt, ideſt quam quæ cum ramis, nec plantis ponitur. ¶ Per ſynecdochen eſt tota arbor, aut herba, *pianta, ὄρπηξ*, ſed cum reſpectu ad tranſlationem, aut ſationem. *Plin. l.* 17. *c.* 11. Plantas ex ſeminario transferre in aliud, priſquam ſua loco pangantur. *Colum. l.* 11. *c.* 3. *circa med.* Hæ res (h. e. *herba, quæ condimentorum cauſa ſeruntur*) & ſemine, & plantis circa æquinoctium vernum ſeruntur. *Ovid. de remed. amor. v.* 193. Ipſe potes riguis pinotam deponere in hortis. *Pallad. in April. tit.* 2. Aliqui ulcus in radicibus inſerunt, & ubi comprehenderint, cum aliqua parte radicis avellunt, & transferunt more plantarum. ¶ Et univerſim quidquid e terra germinat. *Journal. ſac.* 3. *v.* 226. Hortulus hic, puteuſque brevis, nec reſtæ movendus, In tenues plantas facili diffunditur haufu. ¶ Apud *Feſt. plantæ* dicuntur etiam feminum olerum, quod plana ſunt. Appellantur etiam, inquit *Id.* ex ſimili plantæ noſtrorum pedum. Dicitur enim *planta pedis*, & *piano* abſolute, ſolum pedis, & ipſe pes, *pianta, o pianta del piede, pede, πέλμα. Plin. l.* 7. *c.* 2. *a med.* In meridianis Indiæ viris plantas eſſe cubitales, feminis adeo parvas, ut ſtrathopodes appellentur.

& ibid.

& *ibid. poſt init.* Homines averſi poſt crura plantis, caſimiæ velocitatis. *Virg. Ecl.* III. v. 49. Ah! tibi ne teneræ glacies fecet aſpera plantas. *Id. Æn.* 8. v. 458. Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis. *Ovid. Met.* III. v. 592. Aura refert ublata citis talaria plantis. *Sil. l.* 13. v. 846. per aperta volantem Aſſequitur planta. *b.* r. curſu. Sic *Id. l.* 16. v. 458. læta ad certamina plantæ invitat. *Id. l.* 6. v. 212. Quadrepedem planta fodiens. *b. e.* calcaribus. *Senec. epiſt.* 122. Exſurgere in plantas. *alcarſi in punta di piedi. & Val. Flacc. l.* 6. v. 702. Improba barbaricæ procurrunt tegmina plantæ. *b. e.* pedis barbarico calceo induti, vel etiam ipſius calcei. ¶ Supra *plantam*, proverb. apud *Valer. Max. l.* 8. r. 12. *extr.* & *Aramæa. l.* 28. *c.* 2. *ante med.* (*al. c.* 3.) eandem habet ſententiam, ac *ultra crepidam.* V. *Crepido.*

PLANTAGO, ginis, f. herba vulgaris, cujus duo genera. Minor anguſtioribus foliis & nigrioribus, linguæ pecorum ſimilis (unde *πεντάλωττον* dicitus) caule anguloſo, in terram lenſto, in pratis naſceus. Altera major, foliis interum modo incluſa, quæ quia ſeptem ſunt, quidam eam heptapleuron vocavere. Hujus & caulis cubitalis eſt, & napi ſimilis. Naſcitur in humidis multo efficacius. *Plin. l.* 25. *c.* 8.

PLANTARIS, re, *παλαμαῖος*, ad plantam pedis ſpectans. *Stat. l.* 1. *Theb.* v. 304. *de Mercurio.* Summe pedum propere plantaribus alligat alis. *Val. Flacc. l.* 1. v. 67. nunc aerii plantaria vellet Perſeos. ¶ Item ad plantas, quæ ferantur: unde *plantaria* ſunt ipſæ plantæ. *Virg.* 2. *Georg.* v. 26. Silvarumque aliæ præſſos propagimis arcus Exſpectant, & vera ſua plantaria terra. *Plin. l.* 21. *c.* 20. *ad fin.* Abrotonum feritur ſemine nullus, quam radice aut furculo: ſemine quoque non ſine negotio: plantaria transferuntur. *Juvenal. ſat.* 13. v. 123. non Epicurum Sufpicit exigui lætum plantaribus horti. *b. e.* uberibus, *erbaggi*. Hæc etiam ad vocem ſequent. pertinere poſſunt.

PLANTARIUM, ii, n. *ſemenzajo, ſeminario, φυτωτήριον*, locus plantarum, ſeminarium. *Plin. l.* 13. *c.* 4. *de palmis.* Ergo plantaria inſtituunt, anoiculaſqua transferunt, & iterum binas. *Id. l.* 17. *c.* 20. *a med.* Ideo nucibus potius, quam vitiradicibus, plantaria cædus impleatur. *Id. l.* 16. *c.* 33. *de cupreſſo.* Quæſtuoſiſſima in ſatus ratione ſilva: vulgoque dotem filiarum nutriqui plantaria appellabant. ¶ Metaphorica *Perſ. ſat.* 4. v. 39. Quinque palæſtritæ licet hæc plantaria vellant. *b. e.* inguina dentis pilis obſita. ¶ Metonymice *plantaria* ipſæ plantæ. V. in voce præced.

PLANTATIO, onis, f. *piantamento, piantagione, φύτευσις*, actus plantandi, aut transferendi. *Plin. l.* 21. *c.* 4. *de roſis.* Pangæus mons fert numeroſis foliis ac parvis: unde accolæ transferentes conferunt, ipſique plantatione proficiunt.

PLANTATOR, oris, m. *piantatore*, qui plantat. Eſt *Auguſtini epiſt.* 89 (*al.* 157.) *c.* 20. & *ep.* 222. (*al.* 147.) *ſub nom. & ſimm.* 358. *edit. recent. in fin.*

PLANTIGER, era, rum, *φυτοφόρος*, plantas gerens, vel ex ſe pullulando emittens. *Plin. lib.* 13. *cap.* 8. Silliqua plantigera eſt in imis partibus.

PLANTO, as, a. 2. *piantare, trafpiantare, φυτεύω, πυτεύω*, per plantam arborem ſero, aut tranſero. *Plin. lib.* 17. *c.* 10. Stolones cum perna ſua avelluntur, partemque aliquam e matris quoque corpore ſuſerunt ſecum. Hoc modo plantantur punicæ, coryli, muli, ſurbi. *Pallad. in Mart.* tit. 5. Sinapis, & caules uptima ſeruntur, vel plantantur. *b. e.* ſemine, vel planta.

PLANUS, i, m. *impoſtore, ingannatore, barattiere, furbo, πλάνος*, propria eſt erro, vagabundus: a πλάνη, error: ſed accipitur etiam pro eo, qui decipiendi cauſa vagatur, impoſtore, nebulone, ſycophanta, fraudulento, fallaci, ut & *Gell.* obſervat *l.* 16. *c.* 7. *Cic. pro Cluent. c.* 26. a *med.* Hic illa planus improbiſſimus, qui, &c. *Petron. in Satyr. c.* 82. Notavit me miles, ſive ille planus fuit, ſive noctorius graſſator. *Aceron ad Horat. lib.* 1. *ep.* 17. ſcribit, *Planum* nomen fuiſſe notiſſimi impoſtoris, qui cum fixiſſet aliquoties, ſe crus fregiſſe, ut in vehiculo tolleretur, cum poſtea vera crus fregiſſet, rogaretque ut vehiculo in Urbem reportaretur, non fuit ei creditum. *Horat. loc. cit. ſub fin.* Nec ſemel irriſus triviis attollere curat Fracto crure planum. *Capitolin. in M. Anton. Philoſ.* r. 23. Planus quidam concionabundus, ignem de cælo lapſurum, ſinemque mundi affore dicebat. Addo *Plin. l.* 35. *c.* 10. *versu med.* & *Arnob. lib.* 2. *pag.* 66. &c.

PLANUS, a, um, *piano, eguale, piatto, ſpianato, ὁμαλός*, æquus, æqualis, æquabilis, in quo nihil eminet, non clivoſus, non editus. *Cic. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 18. Cum duæ formæ præſtantes ſint, ea ſolidis globus, ex planis circulus aut orbis. *Id. de Univerſ. c.* 5. Si univerſitatis corpus planum & æquabila explicaretur. *Id. pro Cæcin. c.* 17. *ſub fin.* Æquus & planus locus. *Id.* 2. *Agror. c.* 35. Campus planiſſimo in loco explicata. *Cæſ. l.* 4. *B. Gall. c.* 23. *extr.* Aſpecto ac plano litore naves conſtituit. *Plin. l.* 9. *c.* 20. & 51. Plani piſces. V. in *Jactus. Plaut. Teren.* 3. 2. 19. Facilis & plana via. *Liv. l.* 34. *c.* 29. A porta unde aditus planior erat, irrumpere conabantur. *Ulpian. Dig. lib.* 43. *tit.* 8. *leg.* 2. *a med.* Deteriorem viam fieri, ſi cum plana fuerit, clivoſa fiat. *Vitruv. lib.* 6. *c.* 11. Ædificia, quæ plano pede inſtituuntur. *b. e. ſine* hypogæis & concamerationibus. *Id. l.* 7. *c.* 2. Si plano pede erit ruderandum. a *piè piano*: cui opponitur *in contignatione*. Sic *cap.* 4. conclavia, quæ plano pede ſuot. ¶ *Planum*, planitius, *piano, pianura. Juſtin. l.* 2. *c.* 11. *ſub fin. de Xerxe.* Montes in planum ducebat, & convexa vallium æquabat. *Salluſt. in Jug. c.* 53. *extr.* Aciem in planum deduxit. *Ovid.* 2. *de ar. am. v.* 243. per planum ire. *cui non opponi* pœ præcepo. *Id.* 3. *Triſt. el.* 4. v. 17. cadere in plano. *cui non opponit* tecto delapſus ab alto. *Senec. de Tranquill. c.* 10. a *med.* In planum deferre aliquid. *Flor. l.* & *cap. ult.* Caſtra quæ in plano erant. *Phædr. l.* 2. *fab.* 4. v. 10. Quercum vult evertere, ut umbram in piſces facile progeniem upprimat. *Flor. l.* 3. *c.* 5. *ad fin.* In plana deſcendere. *alla pianura.* ¶ *De plano*, ex æquo loco, non ex edito, *in piano, in piana terra, χαμόθεν, ἐξ ὑπαίθρου. Ulpian. Dig. lib.* 13. *tit.* 6. *leg.* 5. *ante med.* Hoc verum puto, ſi ferrum tibi commodavi, ut in machina operaretur: ceterum ſi ut de plano opus faceret, &c. *Auſon. in gratiar. act. c.* 21. Has litteras ſi in omnibus pilis atque particibus, unde de plano legi poſſint, inſtar edicti pendere mandavero. Hinc illa notæ V. D. P. R. L. P. in Edictis & Legibus proponendis, quæ habentur in ænea Tabula optimæ notæ apud *Murator. pag.* 581. hoc eſt *Unde*, vel *ubi de plano recte legi poſſius.* ¶ Apud JCtos ſignificat nuilla forma judicii, vel ultra tempus juris dicendi, *in forma effraginduzzata*: cui pre *tribunali* apponitur. *Sueton. in Tiber. c.* 33 Judices aut *de plano*, aut a Quæſtoris tribunali, legum & religionis admonebat. *Paul. Dig. lib.* 48. *tit.* 18. *leg.* 18. *extr.* Cuſtodiæ non ſolum pro tribunali, ſed & de plano audiri poſſunt, atque damnari. Adde *Ulpian. lib.* 37. *tit.* 1. *leg.* 3. *ſub fin.* & alibi. Huc pertinet illud *Senec. de clement. c.* 5. Hæc magnanimitas in bona fortuna laxiorem locum habet, meliuſque in tribunali, quam in plano conſpicitur. *b. e.* in homine divite ac nobili, quam pauvere & humili loco nato. ¶ Præterea *de plano* tranſlate eſt facili negotio, nullo labore, non multa opera & cura adhibita. *Lucret. lib.* 1. v. 412. Hoc tibi de plano poſſum promittere, Memmi. ¶ Eſt etiam *planus*, apertus, clarus, manifeſtus, qui facile intelligitur, *piano, chiaro. Plaut. Perſ.* a. 2. 1. Satin' hæc ſunt tibi plana & certa? *Cic. in Top. cap. ult.* Ut narrationes planæ ſint, breves, evidentes. *Plin. l.* 2. *c.* 7. Minus plana de Deo conjectatio. ¶ Planum eſt, *è coſa chiara. Plaut. Capt.* 3. 4. 32. Pol planum id quidem eſt, non noviſſe. Adde *Mil.* 2. 4. 52. ¶ *Planum facere*, patefacere, declarare, ante oculos ponere, *far vedere, ſpiegare ad evidenza. Cic.* 7. *Verr. c.* 64. Cum hæc omnia quæ polliceor, cumulate tuis proximis plana feceto. *Id. Verr.* 1. *cap.* 14. Cum planum facere multis teſtibus poſſim, Verrem dixiſſe, &c. *Lucret. l.* 2. v. 932. planum facere atque probare.

PLASEA. V. *Paleſea.*

PLASMA, atis, n. *finzione*, fictio, figmentum, *πλάσμα*, a *πλάσσω*, fingo. *Auſon. epiſt.* 20. v. 1. Si qua fides falſis unquam eſt adhibenda poetis, Nec plaſma ſemper alimunt. *Martian. Capell. ſub fin. l. ult.* Garrire agreſti cruda finxit plaſmate. ¶ Item opus fictile figuli arte a lutu formatum. Hinc a Poetis Chriſtianis nonnunquam de homine dicitur, qui a lutu factus eſt. *Prudent. Cathemer.* 7. v. 184. Emancipator ſervientis plaſmatis. *& ep.* 9. v. 91. Quid tibi, prophane ſerpens, profuit rebus novis, Plaſma primum perculiſſe verſipelli hortamine? ¶ Eſt etiam potius ex dulcioribus quibuſdam rebus compoſitus, qua colluebaot os & fauces ad fingendum vocem, ut liquida eſſet, clara, & ſuavis, *gargariſmo per la voce. Perſ. ſat.* 1. v. 17. Sede leges celſa, liquido cum plaimate guttur Mobile colluerit. *Quintil. l.* 1. *c.* 8. (*al.* 14.) Sit lectus uon in canticum diſſoluta. nec plaſmate, ut nunc a pleriſque fit, effeminata.

PLASMATIO, onis, f. actus plaſmandi. *Hieronym. ep.* 22. *ad Euſtoch. feſt.* 38. *ſub fin.* Quomodu poſſuot honorare plaſmationem hoſtis ſui?

PLASMATOR, oris, m. qui plaſmat. *Tertull. adverſ. Judæos, c.* 2. Deus univerſitatis conditor, hominis plaſmator.

PLASMATUS, a, um, fictus, factus. *Tertull. adverſ. Jud. cap.* 23. *circa med.* Illa terra virgo, ex qua homo tunc primum plaſmatus eſt. Adde *Prudent. in Apotheoſ. v.* 934.

PLASMO, as, a. 1. *πλάσσω*, e lutu fingo, formo. *Prudent. in Apotheoſ. v.* 933. Ut pei corpoream ſpeciem plaſmaſſe feratur Corporis effigiem.

PLASSO, as, a. 2. plaſmo, fingo, formu, *πλάσσω*. Eſt *Apicii lib.* 2. *cap.* 1.

PLASTES, æ, m. *chi fa ſtatue, o altro di terra* cotta, *πλάστης*, qui vaſa vel ſtatuas, aliave opera ex argilla facit, figulus: a *πλάσσω*, fingo. *Velleii. l.* 1. *c.* 17. Hoc idem eveniſſe grammaticis, plaſtis, pictoribus, ſcalptoribus. *Plin. l.* 35. *c.* 12. Plaſtæ laudatiſſimi fuere Damophilus, & Gorgaſus, iidemque pictores. *Tertull. de Idolol. cap.* 3. Neque intereſt, an plaſtes effingat idolum, an cælator exſculpet.

PLASTICA. V. *Plaſtice.*

PLASTICATOR, oris, m. qui ex argilla opus facit. *Jul. Firmic. l.* 8. *c.* 16. Erunt aurifices, bracteatores, inauratores, plaſticatores, margaritarii.

PLASTICE, es, f. *arte di fare ſtatue di terra cotta*, e *di ſtucco*, *πλαστική*, ars faciendi ſtatuas, aliudve opus ex gypſo, creta, aut argilla: a *πλάσσω*, fingo. *Plin. l.* 35. *c.* 12. narrat Dibutadem Sicyonium figulum, primum inveniſſe Corinthi, filiæ opera, quæ capta amore juvenis, illo abeunte peregre, cum umbram ex facie ejus ad lacernam in pariete linea circumſcripſiſſet, illis pater impreſſa argilla typum fecit, & cum ceteris fictilibus induratum igni peopoſuit. *Id. ibid.* Qui plaſticen matrem ſtatuariæ, ſcalpturæque, & cælaturæ eſſe dixit. ¶ *Plaſtices, æ*, Latina poſitione uſurpatur a *Tertull. de cult. fem. cap.* 2. *ſub fin.* & *cap.* 5. & *de Spectac. cap.* 18.

PLASTICUS, a, um, *πλαστικός*, ad plaſticen pertinens, h. e. ad fingendum ex argilla. *Vitruv. l.* 1. *c.* 1. *a med.* Architectos non poſſe eſſe plaſtes, ut Myreu, ſed rationis plaſticæ non ignarus. *Tertull. l.* 1. *ad Nation. c.* 12. Plaſtica manus. ¶ *Plaſticus, i*, plaſtes. *Jul. Firmic. l.* 7. *c.* 25. Faciet pictores, plaſticos, aurificus.

PLATÆÆ, arum, f. *Πλάταιαι*, urbs etc. Bœotiæ, apud Cithæronem mon-

montem Theſpiæ proxima, inter Cithæronem & Thebas. Apud hanc urbem Ariſtides Prætor Athenienſium, & Pauſanias dux Spartanorum viceruet Mardonium ducem Xerxis cæſis trecentis millibus peditum, & viginti millibus equitum, ideſt univerſis fere copiis Perſarum, quos, illi Xerxis in regnum revertena reliquerat. *Cic.* 2. *Offic. c.* 16. *Nep. in Ariſtid. c.* 2. & *in Pauſan. c.* 2. *Juſtin. l.* 2. *c.* 12. & 14. *Plutarch. l. c. c.* 2. ¶ In ſingul. aum. ſi τὸ Πλάτανον ἴχω dixit *Homer. Iliad.* 3. *in extol. v.* 26. ¶ Apud *Nepot. locis citat.* legitur *Platæa*.

PLATÆENSIS, ſe, ad Platæam pertinens. *Plutarchus*, Platææ civis. *Nepos in Milt. c.* 5. & *Juſtin. l.* 2. *c.* 9.

PLATÆUS, a, um, Platæenſis. *Virruv. l.* 2. *c.* 2. Platæum prætium.

PLATALEA, æ, ſ. avis, de qua *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 49. Legi etiam ſcriptum, eſſe avem quandam, quæ platalea nominetur: eam eibum quærere advolantem ad eas aves, quæ ſe in mari mergerent, quæ cum emerſiſſent, piſcemque capiſſent, uſque eo premere earum capita morsicus, dum illæ captum amitterent, id quod ipſa invaderet. Eademque hæc avis ſcribitur conchis ſe ſolere complere, eaſque cum ſtomachi calore concoxerit, evomere, atque ita eligere ex iis, quæ ſunt eſculenta. Hæc *Cicero*. Eadem narrat *Plin. l.* 10. *c.* 40. ſed *plateam* vocat. *Ariſtot. l.* 9. *Hiſt. anim. c.* 20. πελεκᾶν. Ex Italis multi dicunt *palettone*.

PLATANINUS, a, um, πλατανικὸς, qui ex platano eſt. *Colum. l.* 12. *c.* 16. Alii ſuſilia vitigineia, nonnulli plataninis ſemivietas uvas contegunt.

PLATANISTA, æ, m. πλατανιστὴς, piſcis, de quo *Plin. l.* 9. *c.* 25. In Gange Indiæ plataniſtas vocant, roſtro delphini & cauda, magnitudine autem quindecim cubitorum.

PLATANON, onis, ſ. πλατανὼν, locus platanis conſitus. *Petron. in Satyr. c.* 131. Poſteto die in eundem Platanona deſcendi. *Martial. l.* 3. *epigr.* 19. Exornant fictæ qua platanona ſtræ. *Vitruv. l.* 5. *c.* 11. *ad fin.* Faciunda autem xyſta ſic videntur, ut ſiet inter duas porticus ſilvæ, aut platanonis. ¶ Rectus caſus *platanus* eſt apud *Plin. l.* 12. *ep.* 3. & in quibuſdam Editionib. Græcis litteris πλατανὼν.

PLATANUS, i, ſ. *platano*, πλάτανος, arboris genus, quod umbræ tantum gratia expetitur: a πλατὺς, latus. Hinc ab *Horat. l.* 2. *od.* 15. v. 4. cælebs dicitur, quia non ſolet adhiberi ad vites ſulcicandas, ut ulmus. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 7. Nam nec hæc tua platanus admonuit, quæ non minus ad opacandum hunc locum patulis ſit diffuſa ramis, quem illa cujus umbram ſecutus eſt Socrates, quæ mihi videtur non tam ipſa aquula, quæ deſcribitur, quam Platonis oratione creviſſe. *Plin. l.* 12. *c.* 1. Quis non jute miretur, arborem umbræ gratia tantum ea aliunde peſtitam orbe? Platanus hæc eſt, mare Ionium in Diomedis inſulam primum invecta, inde in Siciliam tranſgreſſa, atque inter primas donata Italiæ, & jam ad Morinos uſque pervecta, *&c. & mox*. Celebrentur ſunt primum in ambulatione Academiæ Atheniis cubitorum XXXIII. Nunc eſt clara in Lycia, gelidi fontis ſocia amœnitate, itineri appoſita, domicilii modo cava, octoginta atque unius pedum ſpecu, nemoroſa vertice, & ſe vaſtis proteges ramis, arborum inſtar, agros longis obtinet umbris, &c. V. ibi reliqua. *Virg.* 2. *Georg. v.* 70. Et ſtirilis platani realos geſſere valentes. In quarta decliuat. *Virg. in Col. v.* 122. prona ſurgebant valle patentes Aeriæ pletanus. Eſt qui leg. *plateæ*.

PLATEA, æ, ſ. *ſtrada larga*, πλατεῖα, via lata in urbe: a Græce voce allata, in qua ſuppliendum eſt ὁδὸς, via. Eſt enim adject. femin. nominis πλατὺς, latus. *Terrent. Andr.* 4 5. 1. In hac habitaſſe platea dicitur eſt Chryſidam. *Cæſ. l.* 1. *B. Civ. c.* 27. Portas obſtruit, vicos plateaſque inædificat. *Hirt. de B. Alex. c.* 2. *extr.* Turres ſubjectis rotis, ſuoibus, jumentiſque, directis plateis, in quamcumque erat viſum partem movebant. ¶ Extrita ſubjunctiva diphthongi pænultima corripitur. *Horat. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 69. Puræ ſunt plateæ, nihil ut properantibus obſtent. Adde *Catull. carm.* 15. *ad Aurel. v.* 7. ¶ Quandoque etiam capitur pro area in medio ædibus, *corticle. Lamprid. in Heliog. c.* 24. Plateæ in Palatio ſtravit Lacedæmonis & porphyreticis ſuis. ¶ *Platea* ium, πελεκᾶς eſt nomen avis. V. *Platalea*.

PLATESSA, æ, ſ. genus piſcis plani, & jecentis. *Auſon. epiſt.* 4. *v.* 60. molleſque plateſſæ.

PLATICE, es, ſ. *abbozzo*, πλαττὴ, rudis & compendiaria inſtructio, quam poſtea ſequitur plenior doctrina. *Jul. Firmic. l. c. c.* 16. *extr.* Nunc ad platicen, locorumque definitionem revertamur.

PLATICE, adverb. πλατικῶς, *alla groſſa*, *rozzamente*, cruditer, laxe, univerſim. *Jul. Firmic. l.* 2. *c.* 26. Debet enim is, qui inſtituitur, primum platice inſtitui, ut his aperturibus leviuſculque compoſitus, ſecretiore doctrinæ confidentius conſequatur.

PLATICUS, a, um, πλατικὸς, laxus, latus, remotus. *Jul. Firmic. l.* 3. *c.* 2. *a med.* Et quamvis quidam putent, platicam iſtam diſpoſitionem eſſe, diſcentia tamen ingenium facili inſtitutionis magiſterio componit. *vid. obbozzo*.

PLATO, & Platon, onis, m. Πλάτων, ωνος, philoſophus Athenienſis, ſic dictus ab humerorum, & pectoris latitudine (a πλατὺς, *latus*) ut ait *Senec. ep.* 58. *a med.* nam primis annis Ariſtocles eſt appellatus, teſte *Apul. initio l.* 1. *de dog. Plat.* ubi plura de eo. Patrem habuit Ariſtonem, matrem Perictionem Glauci filiam: natuſque fertur eo die, quo Apollinem & Dianam Latona peperit, vel pridie ejus diei. Parvulo in cunle dormienti, ut eſt apud *Cicer. l.* 1. *de Divin. c.* 36. cum in labellis apes conſediſſent, reſponſum eſt, ſingulari illare ſuavitate orationis fore. Miro fuit ingenio, primiſque annis tantum profecit in litteris & ingenuis artibus, ut ſingularem in omnibus laudem aſſequeretur. Philoſophiæ rector deditus, atque ejus gratia in Italiam profectus, Pythagoram audivit: deinde in Ægyptum navigans, libros Moyſis ibi legiſſe dicitur: tantaque cœpit clarere luce doctrinæ & ſapientiæ, ut totum terrarum orbem illuſtraverit, *divinus* vulgo appellatus. Vixit annos LXXXI. deceſſit die natalis ſui, teſte *Senec. loc. cit.* Errare, inquit *Cic.* 2. *Tuſcul. c.* 27. malo cum Platone, quam cum iſtis vera ſentire. *Id. in Orat. c.* 3. Ille non intelligendi ſulum, ſed etiam dicendi graviſſimus auctor & magiſter Plato. *Id. in Brut. c.* 31. *ad fin.* Quis uberior in dicendo Platone? Jovem ajunt philoſophi, ſi Græce loquetur, ſic loqui. *Id. de opt. gen. Orat. c.* 6. Divinus auctor Plato. *Id.* 2. *de nat. Deor. c.* 22. Audiamus Platonem, quaſi deum quendam philoſophorum. *Horat. l. c. ſat.* 4. *v.* 3. Pythagoran, Aeytique reum, doctumque Platona. *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 11. Neſcis, quæ ætate Hecuba ſervire cœpit, qua Diogenes, qua Plato. *Manil. lib.* 2. *verſ.* 772. Ætheriuſque Plato, & qui fabricaverat illum. V. *Rubico*.

PLATONICUS, a, um, ad Platonem pertinens, ut Platonica ſublimitas, *Plin. l.* 2. *epiſt.* 20. Platonicus philoſophus, *Gell. lib.* 15. *cap.* 2.

PLATYCÆROS, ſtia, πλατύκερως, lata cornua habens: a πλατὺς, latus, & κέρας, cornu. *Plin. ſub init. cap.* 37. *l.* 11. Alterum (*animalium cornua*) fineit in palmas, digitoſque emiſit ex iis: unde pleycerotas vocant. *b. c.* dorcades. Πλατυκέρωτας quidam leg. & apud *Varron. l.* 2. R. R. *c.* 2. ubi libri habent *ceperarum quas Lacone rotas appellant*.

PLATYCORIASIS, is, ſ. pupillæ ultre naturalem modum dilatatio, morbus equorum oculos infeſtans: a πλατὺς, latus, & κόρη, pupilla. *Veget. l.* 2. *c.* 26. *mulomedic.*

PLATYOPHTHALMUS, i, πλατυόφθαλμος, lapis ſpumæ candidæ nitentiſque, oculos dilatans: a πλατὺς, latus, & ὀφθαλμὸς, oculus. *Plin. l.* 37. *c.* 6.

PLATYPHYLLON, i, πλατύφυλλον, genus tithymali latis foliis. *Plin. l.* 26. *c.* 8. & *cap.* 11. *ad fin.* Eſt autem a πλατὺς, latus, & φύλλον, folium.

PLAUDO, dis, ſi, ſum, a. 3. *percutere, battere con ſtrepito*, ποιῶ, cum ſimitu percutio, plaga, verbero, pulſo, ferio. *Virg. in Ciri*, v. 179. Non Libyco mollies plaudunter pectora tala. *Ovid. Met.* 2. *v.* 866. modo pectora præbet Virginea plaudenda manu. *Stat. 7. Theb. v.* 134. elypeum ter pectore plauſit. *Id. l.* 1. *ſilv.* 3. *v.* 74. vitreaſque natatu Plaudit aques. *Virg. 6. Æn. v.* 644. Pars pedibus plaudunt, eborea. *b. c.* pede terram pulſando choreas aguat. ¶ *Plaudere alicui re*, ſimitum edere. *Virg.* 5. *Æn. v.* 515. alis pleudeatem figit ſub nubs columbere. *Ovid. 8. Met. v.* 238. proſpexit ab ilice perdix, Et plauſi pennis, teſtataque gaudia cantu eſt. *Id. Met. 6. v.* 97. plaudit crepitante ciconia roſtro. ¶ Abſolute *Senec. l.* 2. *quæſt. nat. c.* 28. Averſæ inter ſe manus colliſæ non plaudunt, ſed palma cum palma collata plauſum facit. *reſonando*. ¶ Sæpe eſt colliſis manibus ſonitum edere, quod ſit cum alicui re bene geſta gratulamur, cum probamus aliquid, cum lætitiam oſtendere volumus, *applaudere, applaudire. Cic. Attic. l.* 16. *ep.* 2. Populum R. manus ſuæ non in defendenda republ. ſed in plaudendo conſumere. *Al. leg.* in laudendo. *& lib.* 2. *ep.* 19. Huic ita plauſum eſt, ut ſalva republ. Pompeio pleudi ſolebat. *Horat. l.* 2. *ep.* 1. *v.* 88. favere & plaudere alicui. *Cic. l.* 2. *ad Q. Fr. ep.* 4. Vatinium arbitratu noſtro concidimus, dits hominibuſque plaudentibus. ¶ *Plaudere*, extremo vox actorum, aut cantoris in theatro pronuncia ſebula, ut apud *Terent. & Plaut.* videre eſt. *Quintil. l.* 6. *c.* 1. *ſub fin.* (*al. c.* 2.) Tunc eſt commovendum theatrum, cum ventum eſt ad ipſum illud, quo veteres tragediæ comediæque claudantur, Plaudite. *Horat. de ar. Poet. v.* 155. uſque Seſſuri, donec cantor, vos plaudite, dicat. ¶ *Plaudere ſibi*, ubi placere, blandiri, ſoe mirum amare, probare. *Plin. l.* 9. *ep.* 14. Nec ipſe ti bi plaudis, & ego mihi magis ea fide, quam de te ſcribo. *Horat. l.* 1. *ſat.* 1 *v.* 66. populus me ſibilat: at mihi plaudo ipſe domi, nummi ac nummos contemplor in arca. ¶ *Plaudere in aliquem*, contra aliquem, & quaſi exſibilare. *Minut. Fel. in Octav. cap.* 24. ¶ Pro *plaudo* dixere etiam *plodo*, ut pro *cauda coda*, pro *plauſtrum ploſtrum*, &c. unde *explodo*, *complodo*. *Varr.* apud *Non. c.* 7. *v.* 85. In balneis plodere cœpimus, & murmurari. Adde *Cicer. in frogm.* apud *Diomed. l.* 2. *pag.* 378. *Putſch.*

PLAVIS. V. *Anaſſum*.

PLAUSIBILIS, le, *plauſibile, favorevole, grato, che piace*, προσῳδικὸς, ἀρεστὸς, qui placet, qui plauſum meretur, popularis, gratus. *Cic. in Divin. Verr.* 2. 3. Cenſorium nomen, quod aſperius antea populo videri ſolebat, id nunc populare etque plauſibile factum eſt. *Senec. ep.* 59. Antiqui, apud quos nondum captabatur plauſibilis oratio. *Quintil. l.* 4. *c.* 3. Pleriſque moris eſt, prolato rerum ordine, protinus utique in aliquem latum ac plauſibilem locum, quam maxime poſſint, favorabiliter excurrere.

PLAUSIBILITER, *plauſibilmente*, cum plauſu. *Sidon. l.* 8. *ep.* 10. Magnus orator, ſi negotium aggrediatur anguſtum, tunc amplum plauſibilios manifeſtat ingenium.

PLAUSILIS, le plauſibilis. *Sidon. l.* 9. *epiſt.* 14. Plauſilibus aliquem fovere ulais. Al. leg *plauſibilibus*.

PLAUSITO, as, n. *c.* frequent. a plaudo. *Auſt. Philom. v.* 22. Plauſitet arborea clamans de fronde palumbes.

PLAUSOR, oris, m. *applauſore*, qui plaudit. *Horat. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 130. In vacuo lætus ſeſſor, plauſorque theatro. *Petron. in Satyr. cap.* 5. neve plauſor in ſcena Sedeat redemptus hiſtrionis addictus. *Sueton. in Ner. c.* 25. Sequentibus currum ovantium ritu plauſoribus. ¶ Dicitur etiam *plaſor*, ut *plodo* pro *plaudo*. *Sidon. l.* 9. *ep.* 3. *a med.* & *carm.* 9. *v.* 300.

PLAUSTRARATUM. V. *Planaſtrum*.

PLAUSTRARIUS, ii, m. *τετραξενος*, *διαξονιος*, opifex plauſtrorum. *Lamprid. in Alex. Severi. c.* 24. Linteorum, vitreariorum, plauſtrariorum, & ceterarum artium veſtigal pulcherrimum inſtituit. ¶ Item qui plauſtrum regit, *αρματηλατης*. *Ulpian. Dig. lib.* 9 *tit.* 2. *leg.* 27. *ad fin.* Si ex plauſtro lapis ceciderit, & quid ruperit, vel fregerit, Aquiliæ actione plauſtrarium teneri placet. Al. leg. *plaſtrarium*.

PLAUSTRUM, i, n. *τετρο*, *αρραξ*, *τετροκυκλον*, *ἁμαξα*, *ὑποζυγιον*, carruca, cahuciuum reagnis oneribus ſerendis aptum, præſertim apud ruſticos: a *plaudendo*, quod terram plaudat, ut placet *Scaligero*. *Plaut. Aulul.* 3. 5. 31. plus plauſtrorum in ædibus videas, quam rura, quando ad eas tam veneris. *Cic. c. de Divin.* c. 27. *a med.* Se interfectum in plauſtrum a caupone eſſe conjectum, & ſupra fiercus injectum. *Ovid.* 3. *Triſt. el.* 10. *v.* 59. Ruris opes parvæ, pecus, & ſtridentis plauſtra. *Id. ex Met. v.* 281. inque humeros limen tellure ravulſum Tollit, onus plauſtri. *Id.* 4. *ex Pont. ep.* 7. *v.* 9. Ipſe vides, onerata feros ut ducat Iazyx Per medias Iſtri plauſtra bubulcus aquas. *Virg.* 1. *Æn. v.* 638. Nec plauſtris ceſſant vectara gemitibus omnis. *Juvenal. ſat.* 3. *v.* 256. pinum plauſtra vehunt. ¶ Scythæ in plauſtris habitaſſe dicuntur. V. *Homumbris*. *Horat. l.* 3. *od.* 24. *v.* 9. Campeſtres melius Scythæ, Quorum plauſtra vagos rite trahunt domos. ¶ Plauſtris facra *Cereris*, ejuſque miniſtras Athenis vectara mos fuit: item Romæ, teſte *Servio* ad illud *Virg.* 2. *Georg. v.* 163. Tardaque Eleuſinæ matris volventia plauſtra. ¶ Fabularum agendarum inertium in plauſtris fuit. nare ut ait *Horat. in ar. Poet. v.* 275. Ignotum Tragicæ genus inveniſſe Camenæ Dicitur, & plauſtris vexiſſe poemata Theſpis Qui canerent, agerentque, peruncti fœcibus ora. ¶ *Plauſtrum perculi*, proverb. ruſticum, h. e. res meas perturbavi, everti: ductum, ut *Feſt.* ait, ab eo, qui pede onuſta plauſtra perculit, everſtuque. *Plaut. Epid.* 4. 2. 22. Perii! plauſtrum perculi. *Domos.* ad illud *Terent. Eun.* 2. 3. 87. Quo trudis? perculeris ta jam me: Perverteris, inquit. unde proverbium: *bene plauſtrum perculi*, ubi *Scalig. ad Feſtum* monet legendum *penes*, ſeu *pene*. ¶ Eſt & ſignum cæleſte hoc nomine: de quo *Ovid.* 10. *Met. v.* 447. Flexerat obliquo plauſtrum temone Bootes. *Id.* 4. *ex Pont. ep.* 10. *v.* 39. Proximus ſunt nobis plauſtri ducentia forteam, & quæ præcipuum ſidera frigus habent. V. *Septentrio*. ¶ Etiam *plaſtrum* dixere. *Suetou. in Veſpaſ. c.* 22. Nonnulla ejus facetiſſima exſtant, in quibus & hæc: Meſſerium Florum, admonitus ab eo, plauſtra potius, quam plaſtra dicenda, die poſtero Flaurum ſalutavit. *Cato R. R. c.* 2. *extr.* Venduſi boves vetuſtos, plauſtrum vetus. *Colum. l.* 6. *c.* 2. Juvenci poſt ejuſmodi experimenta vacuo plaſtro ſubjungendi. Adde *Varron. l.* 1. *R. R. c.* 22. *Horat. l. c. ſat.* 6. *v.* 42. *c. Tab. Æu.* apud *Morator. pag.* 582. *ſub fin.* Ex loco *Suetou.* apperet, *plaſtrum*, uſque ad Vaſpaſiani tempora magis in uſu fuiſſe, quam *plauſtrum*, præſertim in ſermone familiari.

PLAUSUS, a, um, *percuſſe*, *barrimoro con ſuono*, *κρουθεις*, percuſſus cum ſonitu. *Virg.* 3. *Georg. v.* 185. *de equo*. hiandis gaudere reagiſtri Laudibus, & plauſæ ſonitum cervicis amare. *& Æn.* 12. *v.* 80. Circumſtant properi auriga, manibuſque inceſſunt Pectora plauſa cavis. *Ovid.* 14. *Metam. v.* 576. præpes Subvolat, & cinctum plauſis everberat alis. *Val. Flacc. l.* 3. *v.* 527. Ipſe citatarum tellus pede plauſa ſororum Perſonat.

PLAUSUS, us, m. *percuſſe*, *barrimoro con ſuono*, *κρουσις*, percuſſio cum ſonitu. *Virg.* 5. *Æn. v.* 215. *de columbis*. plauſumque aſterrita pennis Dat teſtu ingentem. *Senec. l.* 2. *quæſt. nat. cap.* 28. Palma cum palma collata plauſum facit. *Enn.* apud *Cicer. l.* 2. *de Divin. c.* 26. *de gallis gallinac.* Favent fanctibus ruſtis cantu, plauſuque premunt alas. *Plin. de ſiſd. l.* 10. *c.* 21. Diem venientem nuntiant cantu, ipſum vero cantum plauſu latterum. *Id. l.* 11. *c.* 20. *de apib.* Gaudent plauſu atque tinnitu æris, eoque convocantur. ¶ Sæpius dicitur de callifione manuum in gratulatione, lætitia, ſtudio, *applauſus*, *plauſu*, *feſto. Cic. Attic. l.* 14. *ep.* 16. Præſertim tantis plauſibus, tanta approbatione iaſimorum. *Id. ad Brut. ep.* 3. Maximo clamore atque plauſu in Roſtris collocatus ſum. *Id. Attic. l.* 4. *ep.* 1. *extra med.* A plebe plauſu maximo eſt mihi gratulatio ſignificata. *Quintil. l.* 8. *c.* 3. Admirationem ſuam non acclamatione tantum, ſed etiam plauſu canſteri. *Cic. de Senect. c.* 18. Quibus cum a cuncto canſeſſu plauſus eſſet multiplex datus, &c. *Id. Attic. l.* 2. *ep.* 18. Huic plauſus maximi a bonis impertiuntur. *Id. pro Sext. c.* 58. *a med.* Tantus ed ex omnibus ſpectaculis plauſus excitatus, ut, &c. *Id. Attic. l.* 8. *ep.* 9. In aliqua re plauſus quærere. *Horat. l.* 2. *ſer.* 3. *v.* 185. ferre. *reportare*. & Cic. *Tuſcul.* 2. *c.* 26. *ad fin.* captare. *Quintil. l.* 4. *c.* 2. *ſub fin.* petere. *Virg.* 1. Æn. *v.* 752. ingeminare. *& lib.* 5. *v.* 506. ingenti ſonuerunt omnia plauſu. *& verſ.* 576. Aliquem plauſu excipere. ¶ In ſecunda decim. *Iropp. Honor. & Theodoſ. lib.* 15. *Cod. Theodoſ. tit.* 9. *leg.* 2. Inconſulta plauſorum inſania. ¶ Apud Cilices plauſus ſupplicantium ſignum fuit, ut eſt apud *Flor. l.* 3. *c.* 6. *ad fin.* ¶ Romæ aliquando plauſuum ars quædam fuit: ac tria eorum genera ſub Neronæ, bombos, imbrices, teſtas, enumerat *Suetou. in Ner. c.* 20. Olim res fuit ſimplex, & arte carens, ut ait *Ovid. de or. amo. l. c. v.* 623. ¶ *Plaſor* pro *plauſor* quidam leg. in illo *Enn.* apud *Macrob. l.* 6. *Saturn. c.* 1. It Eques, & plaſu cæca concutit angula terram.

PLAUTIANUS, a, um, ad Plautium pertinens, qui fuit quidam poeta Comediarum, ut ait *Gell. l.* 3. *c.* 3. *a rerd.* Hinc Plautianæ fabulæ, *Id. ibid.* ¶ Dicitur etiam *Plotianus*. *Cic. Fam. ep.* 8. Quæ prædia Laberiue memorat a Cæſara de bonis Plotianis. *h. e.* cujuſdam Plotii, qui a Pompeji partibus ſtetetat: & fortaſſe eſt ille M. Plotius centurio, cujus meminit *Cæſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 19.

PLAUTINUS, a, um, ad Plautum pertinens. *Horat. in art. Poet. v.* 270. At veſtri proavi Plautinos & numeros & Laudavere ſales, nimium patieoter utrumque, Ne dicam ſtulte, mirati. *Cic. ad Brut. ep.* 2. *ſub fin.* Plautinue pater. *h. r.* qui a *Plauto* in Comœdia Trinummi inducitur. *Quintil. l.* 10. *c. c. poſt med.* In Comœdia maxime claudicamus, licet Varro dicat, Muſas, Ælii Stilonis ſententia, Plautian ſermone locuturas fuiſſe, ſi Latine loqui vellent. *Gell. l.* 3. *c.* 3. Qui verſus, ut de Varronis rocca dicam, Plautiniſimi ſunt. *h. c.* Plauti ingenio digniſſimi ſunt, & abſque dubio eum auctorem habent. *Minuc. Fel. in Octav. c.* 24. Quid ad hæc audet Octavius, homo Plautinæ præſapiæ, ut priſcorum præcipuus, ita poſtremus philoſophorum?

PLAUTTUS, a, um. *Plautia lex* lata a M. Plautio Silano trib. pleb. Cn. Pompejo Strabone, L. Portio Catone Coſſ. ut Tribus ſingulæ ex ſuo numero quinos ſuffragio crearent, qui eo anno judicarent: quo fiebat, ne Senatores quoque, & aliquot etiam ex plebe judices eſſent, cum antea equeſter ordo in judiciis dominaretur. *Aſcon. in orat. Cicer. pro C. Cornel. in fin.* ¶ Alia ſunt de vi, ut qui eas aperte, vel per inſidias alterο eim intuliſſet, in eum quæreretur. *Salluſt. in Catil. c.* 31. Hanc *Plotiam* vocant *Cic. pro Mil. c.* 23. & *Cul. ad Cicer. Fam. l. ep. ſ.* Lata eſt autem M. Æmilio Lepido, Q Luctatio Catulo Coſſ. a P. Plautio Trib. pl. V. & *Cicer. pro Cal. c.* 29. ¶ Alia furi *Plautia repetiæ*, cujus meminit *Gell. l.* 13. *c.* 3. item *Suetou. in Cæſ. c.* 5. ubi *Plotia* dicitur. Fuit autem privilegium de reducendo L. Cinna fratre uxoris C. Julii Cæſaris, qui ad Sertorium confugerat.

PLAUTUS, & Plotus, a, um, adject. *Feſtus*: Plauti appellantur canes, quorum aures languidæ ſunt ac flaccidæ, & latius videntur patere. ¶ Notat etiam eum, qui planis eſt pedibus. *Idem*: Plauti appellati ſunt Urubri, pedibus planis quod eſſent. Unde ſole x dimidiatas, quibus minutus in venando, quo planius pedes ponerent, cocaue *ſemiplauta*. Et ab eadem cauſa M. Accius Poeta, quia Umber Sarſinas erat, a pedum planitie initio Plautus, poſtea Plautus cœpteu eſt dici, ut idem *Feſt.* docet. Hic cum propter pauperrtatem molam in piſtrino verſaret, horis ſubſecivis, quibus ab eo labora otium erat, aliquot fabulas compoſuit ex his, quæ etiam hodie omnium manibus teruntur. Excelluit linguæ Latinæ puritate. Ceteris Comicis præfertur ſententia multorum, præſertim *Varronis*, qui ait: Si Muſis Latinæ loqui vellent, Plantino ſermonn loquerentur. V. *Plautinus*. Eſt plenus facetiis, & Latinorum omnium feſtiviſſimus. Mirifice gaudebat Comœdiis illis ſuis, quæ *Trucolentos*, & *Pſeudolus* inſcribuntur. Mortuus eſt P. Claudio, L. Porcio Coſſ. annis circiter octoginta ante natum Ciceronem, Terentio puero ers novemo, ante Chriſtum vero A. CLXXXIV. Hæc ex *Gell. l.* 3. *c.* 3. *Cic. in Brutu, c.* 15. *l.* 3. *de Orat. c.* 12. &c. De verſibus & jocis ejus non bene ſenſit *Horat. in ar. Poet. v.* 270. neque omnino de ſtilo *Quintil. l.* 10. *c.* 1. Utriuſque verba in *Plautinas* retulirous. *Varro* ita cenſet apud *Non. c.* 4. *n.* 377. In argumentis Cæciliue poſcit palmam, in atheſin Terentius, in ſermonibus Plautus. *ſermones* collocutiones & *διαλογισμοι* intelligit.

PLEBECULA, æ, f. *gentuntia*, *plebeja*, *voſtrau plebe*, *bruſbos*, infimæ plebe, popellus. *Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 16. Illa concionalia hiruda zararii, miſera ac jejuna plebecula, me ab hoc Magno unice diligi putet. *Horat. l.* 2. *ep. c. v.* 183. media inter carmina poſcunt Aut veſum, aut pugiles: his nam plebecula gaudet.

PLEBEJUS, a, um, *dello plebe*, *plebee*, *δημοτικος*, qui eſt ex plebe, h. e. ea tertia, infimoque ordine populi R. *Cic. Fam. 9. ep.* 21. Quid tibi venit in mentam negara, Papirium queraquam unquam, niſi plebejum fuiſſe? fuerunt enim patricii minorum gentium. *Id. pro Mur. c.* 7. Sunt amplæ & honeſtæ familiæ plebejæ. *Liv. l.* 6. *c.* 40. Ne, ſi duos licebit creari patricios conſules, neminem creetis plebejum. *Id. l.* 10. *c.* 23. Virginia Auli filia patricia plebejo nupta Volumnio conſuli. *& ibid.* Hanc ego animi Pudicitiæ plebejæ dedico. ¶ Item ad plebem pertinens, vulgaris, humilis, abjectus, vilis. *Plin. l.* 15. *c.* 18. *in fin.* Vitis, atque ales, ſedalitate plebeja fata. *Cic. 9. Fam. ep.* 21. Quid tibi ago in epiſtolis videor? nonne plebejo ſermone agera tecum? *Id. pro Sext.* c. 8. Veſtitue aſpera noſtra hac purpura plebeja, ac pæne fuſca. *Id. in frag.* apud *Auguſtin. l.* 2. *com. Pelag. c. ult.* De plebeja fæce ſellulariorum. *Id. l. Tuſcul. c.* 23. Licet concurrant plebeji omnes philoſophi, ſic enim ii, qui a Platone, & Socrate, & ab ea familia diſſident, appellandi videntur. *Gell. l.* 12. *c.* 2. Eruditio vernacula & plebeja, nihilque ex veterum ſcriptis habens neque gratiæ, neque dignitatis. *Propert. l.* 2. *el.* 20. *v.* 24. Plebej parvæ funerie exſequiæ. *Ovid. in Ibin, v.* 654. date plebejo corpus inane rogo. *Plin. l.* 14. *c.* 6. *ad fin.* Plebeja vina. *Id. l.* 13. *c.* 22. charta. *Id. l.* 37. *c.* 9. *circa med.* geramus. *Propert. l.* 2. *el.* 29. *v.* 21. plebejue amictus. *Martial. l.* 13. *epigr.* 8. Imbue plebejus Clufinis pultibus ollas. ¶ Abſolute *Enn.* apud *Feſt.* in *Murrea*, & apud *Phædr. in fin. l.* 4. Palam mutira, plebejo piaculum eſt. *e ou plebeo*. & *Petron. in Satyr. c.* 93. ut albus anſer, Et pictis anas rancentis pennis Plebejum ſapit. ¶ *Ludi plebeji*, a plebe R. inſtituti. V. *Cerereuſes*. *Liv. in fin. l.* 29. Ludi Romani bifuum inſtaurati: idem per biduum plebeji ab ædilibus.

PLEBES, f. *plebe*, idem quod *plebs*, fortaſſe a *πλῆθος*. *Cic.* 3. *de Legib. c.* 3. *ad fin.* Plebes quos pro ſe auxilii ergo creaſſit, &c. *Salluſt. in Catil. c.* 34. *a med.* Sæpe ipſa plebes dominandi ſtudio permota, &c. *Phædr. l.* 4. *fab.* 5. *extrem.* Minuta plebes facili præſidio latet. *Hirt. de B. Alex. c.* 5. Plebes ac multitudo. *Lucan. l.* 7. *v.* 760. capit impia plebes Cæſpite patricio ſomnos. *Sil. l.* 8. *v.* 276. Martia plebes. Adde *Liv. l.* 6. *c.* 32. & alibi ſæpe, *Flor. Senec. Plin. Tacit. Claudian.* & al. Hinc *plebi* in genit. & dat. pamultima correpta, pro *plebis*, *bi*, ut ſit quintæ declinat. ut *tribuum plebei*, in veteri decreto apud *Gell. l.* 7. *c.* 19. item apud *Cicer. Fam.* 7. *ep.* 27. Liv.

Liv. l. 3. *c.* 64. *in antiqua formula regationis*, & alibi ſæpe: *& Salluſt. in orat. Lucull. trib. pleb.* Adde *Varron. l.* 4. *de L. L. c.* 14. *& lib.* 5. *c.* 92. *& Priſcian. l.* 6. *pag.* 704. *& lib.* 7. *pag.* 780. *Pmſch.* In dativo *Plin. l.* 11. *c.* 11. *de epiſt.* Domus primum plebei exædificant, deinde regibus. *Id. l.* 19. *c.* 4. Ea horto plebei macellum, quanto innocentiore victu! ¶ Veſtus tamen eſt fortaſſe, quod alii ſentiunt, *ro plebri* non genitivum, ſed dativum eſſe diſſyllabum ex conſuetudine veterum Latinorum ſcribendi *ei* pro *i* longa, uti docet *Priſcian. l.* 1. *pag.* 555. *&* 561. Hinc *Sulpicius* apud *Varron. l.* 4. *de L. L. c.* 4. *cett.* Plebei rura largitus ad aream. Quod autem affert *Priſcian. l.* 6. *pag.* 704. ex *fragmento Salluſt. l.* 2. *Hiſtor.* Plebei tribunitiam poteſtatem (quæ verba habentur in *Orat. Philippi contra Lepid. a med.*) ſequitur verbum *reſtituit*, ex quo intelligitur eſſe detivum, non patrium. Neque obſtat, quod *tribunus plebes* dixere *Salluſt. Cic. Liv.* &c. nam ea forma dixere, qua *imperator Romanus*, & *Triumvirr tribunis deſcendis*, &c. Hæc & alia in hanc rem *Corſinus* ad *Salluſt. l.* 37. ¶ *Plebi* etiam pro *plebei* in multis *Livii* locis haberi in genitivo, docet *Drakenborch. ad l.* 2. *c.* 43. ¶ Cum verbis & adjectivis pluralis numeri. *Liv. l.* 4. *c.* 9. *al ſin.* Plebes ad capiendum ſecum Ardeam Vulſcos excivere. *Stat. Theb. l.* 5. *v.* 488. fremit impia plebes Sontibus accenſæ ſimulis. ¶ *Plebrum* in genit. plur. dixit *Prudent. in Romano, v.* 709.

PLEBICOLA, æ, com. gen. *δημοφιλής*, qui plebem colit, & plebi ſervit. *Cic. pro Sext. c.* 52. Qui credo non libidinie cauſa, ſed ut plebicola videretur, libertinam duxit uxorem. *Al. leg.* poplicola. *Id. Agror. a. c.* 31. Ab hoc plebicola tribuno plebis ejicitur.

PLEBIS, ſ. idem quod *plebs*, & *plebes*. Habetur in *Inſcript.* apud *Gud. in not. ad Phædr. l.* 4. *fab.* 5. *extr.*

PLEBISCITUM, i, n. *decretum*, e *lege ſanctum de populo*, *ψήφισμα*, *χειροτονία*, decretum plebis, ſeu populi R. cum ſenatu rogata in concione plebs rogatione Magiſtratus, velitne, jubeatque quippiam fieri, ipſa per ſuffragia id jubet, aut vetat: a *ſcisco*, decerno. Senatue autem *conſulere*, & *auctor eſſe*, plebs *ſcifcere*, & *jubere* dicitur: Senatus ſunt *conſulte* plebis *ſcita*, & *juſſa*. *Cic. pro Dom. c.* 17. *Velleius*, *jubeatis*, *ut M. Tullius in ſtatuam ne ſit*, *honoque eius ut meo ſim*. Ita enim fecit, etſi aliis verbis tulit. Hoc plebiſcitum eſt? hæc rogatio eſt? *Id. l.* 2. *de Fin. c.* 16. *ſub fin.* Ut tribunus plebis ferret *ad* plebem, velleatne de ea quæri. quo plebiſcito *decreta* a Senatu eſt conſuli quæſtio. *Id. a. de Orat. l.* 48. Plebiſcitis toties conſulatrem poteſtatem minui. *Liv. l.* 4. *c.* 49. Tribuni pleb. nullum plebiſcitum, niſi ex auctoritate Senatus, paſſuros ſe perferri oſtenderunt. *Id. l.* 7. *c. ult.* Aliis plebiſcitis cautum, ne quis eundem Magiſtratum intra decem annos caperet, neu duos Magiſtratus uno anno gereret. *Id. l.* 8. *c.* 12. *ad fin.* Q. Publilius Philo (U. C. *anno* CCCCXVI.) dictator legem tulit, ut plebiſcita omnes Quirites tenerent. *Lalius Feſtus* apud *Gell. l.* 15. *c.* 27. Tribuni neque advocant patricios, neque ad eos referre ulla de re poſſunt: ita ne leges quidem propriæ, ſed plebiſcita appellantur, quæ tribunis plebis ferentibus accepta ſunt: quibus rogationibus ante patricii non tenebantur, donec Q. Hortenſius Dictator (U. C. *anno* CCCCLXII.) eam legem tulit, ut eo jure, quod plebes ſtatuiſſet, omnes Quirites tenerentur. *De hoc Q. Hortenſio mentio eſt* in *Epit. Livii l.* 11. ¶ Diviſim etiam uſurpatur. V. *Sc'tum*. ¶ In quarta declinat. *In vet. decreto* apud *Cicer. Attic. l.* 4. *ep.* 2. *bis.* Neque populi juſſu, aut plebis ſcitu. Al. leg. *ſcite*.

PLEBITAS, atis, ſ. conditio plebeja, ignobilitas. *Cato* apud *Non. l.* 2. *a.* 619. Propter tenuitatem, & plebitatem. *Coſſ. Hemina ibid.* Quicumque propter plebitatem agro publico ejecti ſunt. Alii ſcribunt *plevitas* propter affinitatem litterarum *b*, & *v*.

PLEBS, plebis, ſ. *plebe*, *populo*, *πλῆθος*, *δῆμος*, ea pars populi R. quæ a Patribus ſeu Patriciis diſtinguitur: a *πλῆθος*, unde *plebes*, & contract. *plebs*. Differt a *populus*, quia hoc nomine omnis pars civitatis, omneſque ejus ordines continentur: *plebs* vero ea dicitur, in qua gentes civium patriciæ non inſunt, ut ait *Gell. l.* 10. *c.* 20. ex Ateii Capitone. *Liv. l.* 2. *c.* 56. *a med.* Appius negare, jus eſſe tribuno in quemquam, niſi in plebejum. non enim populi, ſed plabis eum Magiſtratum eſſe. *Cic. pro Mur. c.* 2. Ut ea res mihi Magiſtratuique meo, populo, plebique Romanæ bene atque feliciter eveniret. ¶ Hoc ſenſu etiam equeſter ordo plebe comprehenditur. *Salluſt. in orat. a. ad Cæſ. c.* 5. In duas partes ego civitatem diviſam arbitror, ſicut a majoribus accepi, in patres, & plebem. *Liv. l.* 2. *c.* 56. Huic actioni, gratiſſimæ plebi, cum ſumma vi reſiſterent patres. ¶ *Populus* etiam aliquando pro *plebe* hoc ſenſu ponitur: ut cum dicitur *Senatus populuſque R.* & *Liv. l.* 2. *c.* 55. Provoco ad populum, *meo enim judicio*: Provoco, & fidem plebis implore. *&* *lib. c.* 1. 47. *ad fin.* Non per ſuffragium populi, non auctoribus patribus, regnum occupaſſe. ¶ Frequenter *plebs* dicitur de tertio ordine populi R. excluſis Equitibus, & Patribus. Hinc illud *Auſon. in Gryphe*, ſeu *Edill. ep.* 7. Martia Roma triplex equitatu, plebe, ſenatu. *Horat. l.* 1. *ep.* 1. *v.* 59. Si quadringentis ſex ſeptem millia deſint, Plebs eris. *h. e.* mus plebeji ordinis. *Ovid. 4. Triſt. el.* 2. *v.* 15. Plebs pia, comque pio lætetur plebe Senatus, Parvaque cujus aram pars ego nuper, Eques. ¶ In hac quoque ſignificatione *populus* interdum pro *plebe* ponitur. *Martial. l.* 8. *epigr.* 25. Dat populus, dat geotus equee, dat tura Senatus. ¶ Univerſim ſæpiſſime in quacumque civitate plebs eſt ordo infimorum hominum, pauperiorum, viliorum, *plebe*, *plebaglia*, *popolacco*. *Cic. Tuſcul. l. v.* 45. In Hyrcania plebe publicos alii canes; optimates domeſticos. *Id. pro Mil. c.* 35. Plebem & infimam multitudinem delinire. ¶ *Plebs urbana* Romæ erat turba otioſorum, egenorum, factioſorum, turbulentium, & in foro aſſidue verſantium, quos in quatuor tribus redegit Q. Fabius Max. ut *Liv. in fin. lib.* 9. narrat. *Salluſt. in Catil. c.* 38. Sed urbana plebs præceps erat multis de cauſis. Contra *plebs ruſtica*, quæ in agrie degit. *Plin. l.* 17. *c.* 24. *& lib.* 18. *c.* 3. ¶ Translate de quocumque infimo cœtu dicitur. *Ovid. in Ibin, v.* 81. Vos quoque plebe Superum, Fauni, Satyrique, Larefque, Flaminaque, & Nymphæ, Semideumque genus. *Colum. de epib. loquens, l.* 9. *c.* 11. *plebem* dicit vulgus apum, ut diſtinguatur ab earum regibus. ¶ In plur. num. *Colum. loc. cit.* Duas vel tres alveorum plebes. *Prudent. Cathemer. 14. de S. Romano, v.* 709. Scribes & ipſos, & coronam plebium. *Auguſtin. epiſt.* 166. Recedite a plebibus noſtris. ¶ In recto ſingulari habet etiam *plebes*, & *plebis*. V. ſupra ſuis locis. ¶ De genitivo, & dativo *plebei*, & *plebi*, V. in *Plebes*.

PLECTIBILIS, le, *dignus de caſtigo*, plecti dignus. *Sidon. l.* 4. *ep.* 6. *ad fin.* Plectibilis invidia. *Id. ibid. ep.* 13. *e med.* Et quoniam nemo ferme eſt, qui plectibilibus careat occultis. *b. e.* criminibus. Al. leg. *protectibilibus*, h. e. molle illecebris, a *protecto*, es. Caterum *plectibilis* habetur etiam apud *Claud. Mamert. l. a. de ſtatu animæ*, *c.* ult. & *Impp. Gratian. Valentinian. & Theodoſ. lib.* 14. *Cod. Theodoſ. tit.* 3. *leg* 16.

PLECTILIS, le, *intrecciato*, πλεκτός, plexus, nexilis. *Plaut. Bacch. l.* 1. 37. Pro jaſpi ſit corona plectilis. *Prudent. in Apotheoſ. præfat. l. v.* 36. Syllogiſmi plectiles. *intricati*.

PLECTO, is, a. 3. *percuotere*, *battere*, πλήττω, verbero, ferio, percutio: a πλήσσω, percuſſor: & univerſim punio, ſupplicio afficio. Fere autem paſſiva voce uſurpatur, & *plecti* aſi pœnas dare, luere, *pagar il fio*, *provar le pene*. *Terent. Phorm. l.* 4. 43. Tu jam lites audies: ego plectar pendens, niſi quid me ſeſellerit. *Horat. lib.* 2. *ſat.* 7. *v.* 105. tergo plecti. *Plin. l.* 6. *epiſt.* 29. *ſub fin.* Quæſitum eſt an provinciales plecti oporteret: pœnas luerunt. *Cic.* 3. *de Legib. c. ult.* Ut in ſuo vitio quiſque plectatur. *Id. pro Cluent. c.* 2. Ut in judiciis culpa plectatur. *Modeſtin. Dig. lib.* 48. *tit.* 9. *leg.* 9. *& Ulpian. ibid. tit.* 8. *leg.* 10. Capitis pœna plecti. *Nep. in Attic. c.* 11. *extr.* Cavit, ne qua in *ea* jure plecteretur. *Phædr. in fin. fab. ult. l.* 5. De aliquis tunc una: merito plectimur. *ben ci ſta.* & *Cat.* 2. *Offic. c.* 8. Jure igitur plectimur. niſi enim multorum impunita ſcelera tuliſſemus, nunquam ad unum tanta pervenuſſet licentia. *Ovid.* 3. *Triſt. el.* 5. *v.* 49. Iaſcia quod crimen viderunt lumina, plectus. *Cic. de Amic. c.* 16. *ſub fin.* Cum multis in rebus negligentia plectimur, tum maxime in amicis deligendis. *b. e.* ob negligentiam. *Ovid. 4. ex Pont. ep.* 14. *v.* 17. Ergo ego ceſſabo nunquam, per carmina lædi? Plectar & incauto ſemper ab ingenio? *Apul. genitivum* adjunxit in *Apolog.* Ut obtentu ejus ætatuiæ, ipſe inſimulatioois falſæ non plecteretur. ¶ Active *Impp. Diocles. & Maximian. lib.* 9. *Cod. tit.* 50. *leg.* 7. Si quem hujuſmodi facinore deprehenderis, capite eum plectere non dubitabis. Addunt quidam ex *Plaut. Capt.* 4. 2. 116. ſufti plectito, & *Mer.* 5. 7. 28. plectæ pugnis. Sed utroque loco legendum eſt *pecto*. *Solen.* tamen dixit *cap.* 25. (*al.* 25.) *a med.* Grypes velut geniti ad plectendam avaritiæ temeritatem. *& Auſon. in epiſt. præfixa Edyll.* 6. Quæ ſibi ignoſcunt, & plectunt deum. ¶ Eſt etiam implicare, nectere, texere, *intrecciare*: a πλέκω. *Auſt. Pomp. ad Piſon. v.* 169. Mobilitate pedum celeres ſupet orbibus orbes Plectis. Al. leg. *flectis*. ¶ Item plicare, flectere, *piegare*. *Phædr. l.* 5. *fab.* 9. Angullo in adim taurus luctans cornibus, Cum vix iatrare poſſet ad præſepia, Monſtrabet vitulus, quo ſe pacto plecteret. *i' intrecciaſſe*. Al. leg. *flecteret*. *Juvenal. ſat.* 6. *v.* 495. plectitque comæ, & *adde* vit in Addit. Al. leg. *pectit*. ¶ Hinc *plexus*, & compoſita *amplectior*, *complectior*, &c. ¶ Hac notione *plexi* habet in præterit. *at Priſcian.* docet *lib.* 10. *pag.* 903. *Putſch.* exemplum affert ex *Livio* in *Erotopæg. Voſſ. de Grammat. l.* 5. *c.* 31. etiam *plexus* tribuit, ſed auctoritate parum idoneo, qualis eſt in Bibliis *Judic.* 16. 13.

PLECTRIPOTENS, tis, poeticæ & muſicæ peritus. *Sidon. in metre epiſt.* 13. *l.* 9. Qua Flaccos lyricos Pindaricum ad melos Feenis flexit aquos plectripotentibus.

PLECTRUM, i, n. *plectre*, *archetto*, πλῆκτρον, inſtrumentum citharœdi, quo ab illis fides, hoc chordæ pertentuntur: a nomine Græco allato, quod a πλήσσω. ſenin. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 59. *ra fin.* Itaque plectri ſimilem linguam noſtri ſolent dicare, chordarum dentes. (Hinc *Prudent. in Romano, v.* 6. *plectrum linguæ & jactrum* linguam vocat.) *Ovid. 12. Met. v.* 167. Inſtructamque fidem gemmis, & deatibus Indis Suſtinet a læva: tenuit manus altera plectrum. *Id. Heroid. ep.* 3. *v.* 113. plectra movere. ¶ A Poetis fere uſurpatur pro lyra ipſa; item pro ipſis carminibus. *Tibull. l.* 3. *el.* 4. *v.* 39. Plectro modulatus eburno. *Horat. l.* 2. *od.* 13. *v.* 26. Et te ſonantem plenius aureo, Alcæe, plectro. *Id. in fin. od. l.* 2. Mecum Dionzo ſub antro Quære modos leviore plectro. ¶ Eſt etiam *plectrum* navis gubernaculum, vel ipſius gubernaculi ſumma pars. *Sil. l.* 14. *v.* 549. Non plectre ratis, aut ſtragenda in vulnere prora Parcitur. *& verſ.* 403. Deduxit telum, & reſidentis puppe magiſtri Affixit plectro dextram.

PLEGUS, ſidejuſſor. V. *Pligium*.

PLEIADES, dum, ſ. *le pleiadi*, *le gallinelle*, Πλειάδες, ſeptem filiæ Atlantis ex Pleione Nympha, nempe Electra, Halcyone, Celæno, Maja, Afterope, Taygete, Merope, quæ in cœlum translatæ, & ante genua Tauri collocatæ finguntur. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 105. Quis tuus aut Hyadas, aut Plejadas Atlanteas ſeuſerat? ¶ Dictæ ſunt *ἀπὸ τῦ πλεῖν*, ideſt a navigando, quia exortu ſuo indicant tempus navigationi idoneum. Alii dictas putant, quaſi πλειάδες, quod nunquam ſingulæ apparerent, ſed fere omnes ſimul, præter Meropen, quæ viu cernitur. Cauſa hujus rei affertur, quod cum reliquæ ſorores diis nupſiſſent, Maja, Electra, & Taygeta Jovi, Halcyone, & Celæno Neptuno, Afterope Marti, ſola Merope mortali

viro

viro Siſypho cupiſt: quam ob cauſam veluti pudibunda latitat. Sed aliorum opinio eſt, hanc eſſe Electram matrem Dardani, & idcirco obſcuriorem videri, quod excidium Trojæ ſpectare non potuerit, ſed oculis manum oppoſuerit. V. *Ovid.* 4. *Faſt.* a *verſ.* 169. & *Hygin. Poet. Aſtron. l.* 2. *c.* 21. ¶ A Latinis appellantur Vergiliæ, a veris temporis ſignificatione, quod indicant, dum in noſtro hemiſphærio oriuntur. Nam vere exoriuntur, & circa æquinoctium earum ortus matutinus eſt. *Hygin. loc. cit.* Inter hujus Tauri ſinitionem, & caudam Arietis ſtellæ ſunt, quas noſtri Vergilias, Græci Πλειάδας dixere. ¶ Hæc dictio aliquando ſit tetraſyllaba, Πλειάδες. *Propert. l.* 3. *el.* 3. *v.* 58. Pleiadum denſo nix coit imbre chorus? ¶ Aliquando in diphthongo a Poetæ abjiciunt *e*, & dicunt *Pliades*, prima correpta. *Stat. l.* 1. *ſilv.* 3. *v.* 95. Nec per & Ægæas Hyadas, Pliadumque nivoſum Sidus. ¶ In ſingulari num. *Id. l.* 1. *ſilv.* 6. *v.* 22. Terras obruit aut ſoluta Plias. (Hic prima producitur. Sic *Valer. Flacc. l.* 2. *v.* 357. Pliada lege poli nimboſo movaret aëro.) *Virg.* 4. *Georg. v.* 233. Plejas, & Oceani ſpretos pede reppulit amnes. ¶ *Ovid.* triſyllabam facit, 2. *Met. v.* 670. Pleias amica eſt, lethoque dei, imperat Argum. ¶ Ponitur aliquando pro tempeſtate, & pluvia. *Val. Flacc. l.* 4. *v.* 268. ſpumanti qualis in alto Pliada rapta retis. *& lib.* 3. *v.* 405. aſpera ſi te Plias in adverſæ tenuiſſet litore Thraces. Adde *verſ.* 357. & *Propert. loc. cit.*

PLEIONE, es, f. Πλειόνη, Nympha filia Oceani, & Tethyos, unor Atlantis, en qua Plejades ſuſcepit. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 83. Hinc fata Pirithoa cum exhiſtro Atlanta. *Val. Flacc. l.* 1. *v.* 738. magnæque nepotem Pleiones. *h. e.* Mercurium Maiæ filium, quam Pleione peperit. Sic eum vocat etiam *Ovid. Heroid. ep.* 16. *v.* 62. Atlantis magni, Pleioneſque nepos.

PLEMINA. V. *Flemina.*

PLEMINIANUS, a, um, adject. ad Pleminium pertinens, quod a nomen proprium civis R. ut Plaminianus tumultus, *Liv. l.* 38. *c.* 51. V *eund. l.* 29. *c.* 9. 17. 18. &c.

PLEMMYRIUM, ii, n. *Maſſa Olivieri*, Πλεμμύριον, promontorium Siciliæ, in ora Orientali, apud Anapi 8. ſtadium, cum 8. cognomina. Fortaſſe dictum a quaſi undoſum, ut vocatur a *Virg.* 3. *Æn. v.* 693. a πλημμύρα, exundo, vel a πλημμύρα, maris æſtuantis acceſſus, quod maris fluctibus alluatur. Sed aliqui putant, *undoſum* eſſe epitheſum Suvii.

PLENE, *perumenter*, *compiuumenter*, *totalmente*, *d'avvhdo*, perfectè, plenè, cumulatè. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 1. Ut ejus loci quæſtio plene eſſet cumulateque perfectè. *Cæſ. l.* 3. *B. Gall. c.* 3. Cum neque opus hibernorum, munitionesque plena eſſent perfectæ, neque, &c. *Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. *c.* 13. Si hoc plena vitæ non potes. *Id.* 1. *Offic. cap.* 15. Homines plene ſapientes. *Plin. l.* 5. *ep.* 8. *ſub fin.* Quamvis illud pleniſſime, hoc refertiſſime feceris. *Quintil. l.* 2. *c.* 2. Licet ſatis exemplorum (*præceptor*) ad imitandum ea lectione ſuppeditet, tamen viva illa, ut dicitur, vox alit plenius. *Ovid.* 2. *ex Pont. ep. ult. v.* 20. Plenius facere aliquid. *h. e.* impenſius, promptius, diligentius. *Plin. l.* 18. *c.* 28. a *med.* Oſtendemuſque jam plenius. *h. e.* fuſius, copioſius, uberius. *Horat. l.* 2. *od.* 13. *v.* 26. Et te ſonorem plenius aureo, Alcæe plectro. *Id. l.* 1. *ep.* 21. *v.* 14. plene præſtare aliquid. *& lib.* 2. *ep.* 2. *v.* 10. plenius æquo laudare. *più del dovere.* ¶ Propria Plin. *l.* 14. *c.* 22. Ingentia vaſa corripere ac plene infundere. *h. e.* ad planum.

PLENILUNIUM, ii, n. *plenilunio*, *novilunio*, oppoſitio Lunæ & Solis, cum Luna Soli ex diametro oppoſita tota ab illo illuminatur: tempus illud, cum Luna quintadecima, & rotunda eſt. *Plin. l.* 18. *c.* 32. Cum vero occidente Sole orietur ex adverſo, ita ut pariter reſpiciantur, tunc erit plenilunium. *Colum. l.* 11. *c.* 2. *poſt med.* Ut pridie quam plenilunium ſit, ſi minus, certe ipſo plenilunio, omnem quam ſaturus es, ſabam una die ſpargas. *Plin. l.* 9. *c.* 15. Latent in gurgitibus imis, niſi tepore aliquo avocati, aut plenilunii.

PLENITAS, atis, f. idem quod plenitudo. *Vitruv. l.* 8. *c.* 2. Nubes propter plenitatem & gravitatem liqueſcendo diſperguntur. *Id. l.* 5. *c.* 9. *a med.* Cum corpus motionibus in ambulatione calefcat, humores ex membris aer exſugendo, imminuit plenitates, extenuatque diffipando quod plus ineſt, quam corpus poteſt ſuſtinere. *Id. l.* 6. *c.* 1. Sub ſeptentrionibus nutriuntur gentes immanibus corporibus, ſanguine multo, quoniam ab humoris plenitare cælique refrigerationibus ſunt conformati. Adde *l.* 7. *c.* 8.

PLENITUDO, inis, f. *pienezza*, *groſſezza*, *corpulenza*, πλήρωσις, plenitas, craſſitudo. *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 20. Longitudo, aut plenitudo ſyllabarum. *Colum. l.* 4. *c.* 30. Pertica cacuminum modicæ plenitudinis. Eſt qui leg. *plenientiſſit*, male. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *ſub fin.* Homo creſcit in longitudinem ad annos uſque ter ſeptenos, tum deinde ad plenitudinem. *In declam. quæ inſcribitur* Trib. Merion. *c.* 3. Attendat Romanæ militiæ plenitudo. *h. e.* univerſi Romani militis. Cave, imitaris.

PLENUS, a, um, *pieno*, *rapiceo*, πλέως, πλήρης, μεστὸς, refertus, confertus, repletus: a prima Græca voce allata. Et genitivum regit, & ablativum: ſed cum genitivo eſt magis Latinum, ut *Quintil. l.* 9. *c.* 3. *inſtro* monet. *Cic.* 4. *Acad. c.* 37. Plenum & inane. *Id. pro Font. c.* 2. Referta Gallia negotiatorum eſt, plena civium R. *Id. pro Sext. c.* 20. Orioſa vita, plena & conferta voluptatibus. *Id.* 4. *Verr. c.* 14. Plena domus cælati argenti, multaque fragilæ veſtis. *Cæſ. l.* 1. *B. Civ. c.* 74. *ad fin.* Erant plena lætitiæ & gratulatione omnia. *Cic. Verr. 6. c.* 57. Plena domus ornamentis fanorum atque oppidorum. *Id. Attic. l.* 3. *ep.* 14 Ea tuis litteris plenus ſum exſpectatione de Pompejo. *Liv. l.* 26. *c.* 42. Urbem omni bellico apparatu plenam. *Id. l.* 2. *c.* 25. Feroces & pleni adhortantium vocibus. *Cic. poſt redit. in Sen. c.* 6. & *Varr.* apud *Non. c.* 9. *n.* 6. Vici, ſomne plenus. *Ovid. Met. v.* 176. magno feror æquore, plenaque ventis Vela dedi. *& Virg.* 5. *Æn. v.* 281. & *lib.* 1. *v.* 404. velis ſubit ollis planis. *a pieno vele. Cic. pro Dom. c.* 22. Pleniſſimis velis navigare. ¶ Abſolute *Pallad. in Januar. cit.* 25. Sorba ficulnibus uſque ad plenum claudantur urceolis. *Virg.* 2. *Georg. v.* 243. dulceſque a fontibus undæ Ad plenum calcentur. *Plin. l.* 16. *c.* 40. *ad fin.* In plenum dici poteſt. *h. e.* univerſim, ſummatim, omnia. Adde *lib.* 4. *c.* 12. *lib.* 7. *c.* 16. *lib.* 23. *c.* 4. &c. ¶ *Plenus*, grevidus, *pregno*, *gravido*. *Cic.* 1. *de Divin. c.* 45. Ut ſue plena procumtin fieret. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 633. Nunc gravidum pecus æſt, gravidæque nunc femine terræ. Telluri plenæ veſtitus plena datur. *Id. Heroid. ep.* 16. *v.* 46. plenus venter. *Colum. l.* 6. *c.* 24. Bos plena fetu. *Val. Flacc. l.* 1. *v.* 413. Nec timet Aoæum genitrix committere ponto, Plena tulit quem rege maris. ¶ craſſus, *groſſo*. *Colum. l.* 4. *c.* 29. *circa med.* Ut ab ima parte acutus ſurculus, latere altero ſit tenuior, atque altero planior. *Cæſ. l.* 8. *c.* 4. Specillum neque nimis tenue, neque acutum; neque nimis plenum. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 6. *a med.* Quod etiam quibuſdam regionibus contingere videmus, hebetiora ut ſint hominum ingenia propter exili plenioremve naturam. *aria groſſa.* ¶ corpulentus, pinguis, *groſſo*, *corpulento*. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 69. Pleni, erectius ſimus, &c. *Varr. R. R. l.* 2. *c.* 5. a *med.* Tauros palea ac fœno facere pleniores. *Horat. l.* 1. *ep.* 7. *v.* 31. Vulpecula plenum corpore. *Ovid.* 2. *de ar. am. v.* 661. & *de remed. amor. v.* 327. Dic habilem, quæcumque brevis; quæ turgida, plenam. *Cæſ. l.* 2. *c.* 9. Frigus inimicum nil ſeni, tenui: at prodeſt juvenibus, & omnibus plenis. *& lib.* 2. *c.* 2. a *med.* Quæ paricula pleniſſimi cujuſque ſunt. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 23. Aliæ pecudis jecur nitidum atque plenum eſt, aliæ horridum, & exile. ¶ ſatur, ſatiatus, *ſazziato*, *ſazio*. *Ovid.* 2. *Amor. el.* 6. *v.* 29. *de ſpittoco.* Plenus eros minimo. & translate *Horat. l.* 2. *ep.* 20. *v.* 8. & ſeis, In breve te cogi, plenus cum languet amator. *h. e.* ſatur, & ſabidians. *& lib.* 2. *ep. c. v.* 200. Quo ſi cupide petiit, mature plena reliquit. *Plenores ebi*, apud *Cæſ. l.* 3. *c.* 20. *in f.* qui craſſiores, valentiores, & majoris alimenti. ¶ *Vinum plenum* apud *eund. l.* 1. *c.* 6. opponitur tenui. ¶ *Plenus*, dives, abundans, *ricco*, *pieno*, *abbondante*. *Cic.* 4. *Verr. c.* 4. *ad fin.* Non tam Siciliam, quam inopem offenderant, quem Verrem ipſum, qui plenus deceſſerat, &c. *Id. Fam. 7. ep.* 9. Seriæ potius nil nos, dum plenæ. *Id. pro Roſc. Amer. c.* 2. Quoniam in alienam pecuniam tam plenam, atque præclaram nollo jure inveſerit. *Id. in Piſon. c.* 37. Nobiles urbes atque plenæ. *Horat. l.* 1. *ſat.* 5. *v.* 50. pleniſſima villa. *Id. l.* 2. *od.* 12. *v.* 24. plenas Arabum domos. *Virg.* 11. *Æn. v.* 738. Exſpectare dapes, & plenæ pocula menſæ. ¶ numeroſus, *numeroſo*. *Ovid.* 2. *de ar. am. v.* 66. Hoc quoque, credo mihi, pleoius agmen erit. ¶ onuſtus, *caricco*. *Stat.* 4. *Theb. v* 812. & pleni dominis, armiſque ferunntur Quadrupedes. *Ovid.* 2. *Amor. el.* 14. *v.* 23. Quid plenam fraudat vitem creſcentibus uvis? *Virg.* 4. *Georg. v.* 181. apes crura thymo plenæ. *Liv. l.* 41. *c.* ult. Exercitus pleniſſimus prædæ. *Propert. l.* 4. *el.* 10. *v.* 6. exuviis plenus ab hoſte redit. ¶ integer, cui nihil deeſt, *intiero*. *Cic. pro Milo. c.* 9. Ut haberet ad prætneram gerendam plenum animum atque integrum. *Id. in Orat. c.* 47. *Stet* plenum eſt, *ſia* imminutum. *Id. Fam.* 3. *ep.* 6. a *med.* Illud me movet, in tanta multitum paucitata abeſſe tres cohortes, quæ ſint plaziſſimæ. ¶ perfectus, juſtus, *pieno*, *compito*. *Quintil. l.* 1. *c.* 2. *circa med.* (*al. c.* 2.) Nec ſum adeo ætatum imprudens, ut infandum teneris protinus acerbe petem, exigeodamque plenam operam. *Auct. ad Herenn. l.* 2. *c.* 20. Perfecta & plena argumentatio ex quinque partibus conſtat. *Cic.* 4. *Fin. c.* 14. Perfecta & plena ſententia. (*cui curta opponitur.*) *Id.* 5. *Tuſcul. c.* 23. *extr.* Ex perpetuis pleniſque gaudiis vitam beatam exiſtere. *Id. in ſomn. Scip. c.* 2. Numerus plenus. ¶ Refertur ad ætatem. *Virg.* 7. *Æn. v.* 53. jam plenis nubilis annis. *h. e.* idoneis ad nubendum. Sic *Val. Flacc. l.* 5. *v.* 258. plena necdum Medea juventa. *Plaut. Merc.* 3. 3. 23. Plenus ætatis. *vecchio*. & *Stat. l.* 2. *ſilv.* 2. *v.* 129. Planus vita. *Plin. l.* 2. *ep.* 1. Plenus annis, plenus honoribus. *h. e.* qui ad ſummam ſenectutem pervenit. *Val. Flacc. l.* 2. *v.* 376. plenior annis. *più avvanzato.* ¶ *Plenus oratore ſalcare*, apud *Colum. l.* 2. *c.* 2. *ſub fin.* eſt tam aratro terræ immerſo. ¶ *Plenus gradu* eſt ita citato, ut parum abſit a curſu, *a gran paſſi*. Habent *Salluſt. in Jug. c.* 103. *Trebon. ad Cicer. Fam.* 12. *ep.* 16. *Liv. l.* 4. *c.* 32. & *lib.* 34. *c.* 15. & alii. ¶ *Plena manu*, tota manu, tutis manus viribus. *Tibull. l.* 1. *el.* 6. *v.* 31. nec verbis victa fatiſcit Jaana, ſed plena eſt percutiendi manu. *Grat. in Cyneg. v.* 147. haſtilia plena cædæ manu. ¶ Translate eſt copioſa, abundanter, *a mani piene*. *Cic. Arrio. l.* 2. *ep. ult.* Hortatus quam plena manu, quam ingenue, quam ornate noſtras laudes in aſtra ſuſtulit? ¶ *Plena vertice*, toto vertice, contorta cervice. *Ovid.* 2. *ex Pont. ep.* 7. *v.* 77. Sudineas ut omnes, nitendum vertice pleno eſt. Sic *plena cervice. Stat.* 2. *Theb. v.* 559. Saaum ingens, quod vir plena cervice gementes Vertere humo, muriſque valeat inferre juvenci. Sic *plena lumine*, intentis oculis, diligenti obtutu. *Claudian. l.* 3. *de rapt. Proſerp. v.* 441. & pleno rimatur lumine campos. ¶ *Plena ore vocis*, apud Plin. *l.* 8. *c.* 22. *ſub fin.* avida, & buccas implendi, a *pieno boco*. Translate *pleno ore laudare*, quantum poteſt, impenſe, liberaliter, large. *Cic.* 1. *Offic. c.* 18. *ad fin.* Quæ magno animo, & fortiter geſta ſunt, ea nescio quomodo quaſi plenore ore laudamus. ¶ *Plena voce*, magna & clara, fuſa & grandis, canora, reſonans, *voce piena*: cui opponitur *exilis*, *tenuis*, ut eſt apud *Quintil. l.* 12. *c.* 3. *Cic. in Brut. c.* 84. Subſellia grandiorem & pleniorem vocem deſiderant. *Virgil.* 1. *Georg. v.* 388. Tum cornix plena pluviam vocat improba voce. *Cic. l.* 1. *de*

de Orm. c. 19. Ego neminem voce pleniorem, aut suaviorem mihi videor audisse. ¶ *Plena litterarum*, quæ sonantiores sunt, & plena voce efferuntur. *Cic.* 3. *de Orat.* c. 12. Cotte noster, cujus tu illa lata imitaris, ut iota litterarum tolles, & E plenissimum dicas. *Auct. ad Herenn.* l. 4. c. 12. Pleniores syllabæ. ¶ *Plena verba*, plene significantia. *Ovid. Met.* 10. v. 290. Tum vero Paphius plenissima concipit heros Verba, quibus Venerī grates agat. ¶ *Plena epistola*, longa & multa continens. *Cic. Fam.* 11. *ep.* 12. Tres uno die a te accepi epistolas, unam brevem, duas pleniores. ¶ *Plenus orator*, copiosa, rebus & ornamentis instructa, & referta. *Cic.* 1. *Offic.* c. 1. Orationem Latinam prosecto legendis nostris efficies pleniorem. Sic *plenus orator*, copiosus. *Id.* 3. *de Orat.* c. 4. *a med.* Si quis erit, qui aut Antonium jejuniorem, aut Crassum fuisse pleniorem putet. *& lib.* 1. *c.* 13. *ante.* Oratorem plenum atque perfectum esse cum dicam, qui de omnibus rebus possit ornate copioseque dicere. *Quintil. l.* 9. c. 4. *ad fin.* In procœmiis plerumque submissi, in ostentatione pleni atque expressi, in argumentis citeti sumus. *de compositione loquitur.* ¶ *Deo plenus*, afflatus, inflinctus, *numine*, *invasus*. *Lucan. l.* 9. *v.* 564. Ille deo plenus, tacita quem mente gerebat, Effudit dignas adytis e pectore voces. ¶ *Plenus inimicorum*, qui plurimos habet inimicos. *Cic. de provinc. consul. c.* 8. *a med.* Quis plenior inimicorum fuit C. Mario? ¶ Commode etiam dicuntur hæc: plenus consilii, *Plen. Epid.* 1. c. 49. vitii, probrique, *Id. Mil.* a. 5. c. 1. & *Rud.* 2. c. 13. fraudis, sceleris, parricidii, perjurii, *Id. Pud.* 3. c. 37. officii, *Cic. Attic. l.* 7. *ep.* 4. negotii, h. e. occupatissimus, *Id. l.* 1. *de nat. Deor.* c. 20. *a med.* ira, *Liv. l.* 3. c. 48. & *Justin. l.* 14. c. 4. fidei, h. e. valde fidus, *Eus.* apud *Cicer. de Senect.* c. 1. ingenii, h. e. valde ingeniosus, *Id. pro Flacc.* c. 6. *ad fin.* laboris, h. e. laboriosissimus, *Plin. l.* 6. c. 19. Alia sensu *Virg.* 1. *Æn.* v. 464. Quæ regio in terris nostri non plena laboris? *h. e.* ubi nota non sint mala nostra, & non sit multus sermo de his? *Stat.* 2. *Theb.* v. 684. ubi tu Teitonis virgo, Flagrentem, multaque operis caligine plenum Consilio dignata eirum. h. e. *congemeraso*, *occiecato*, *offuscato nella mente*: magnitudine facinoris stupentem, attonitum, & quasi amentem. ¶ Illa sunt JCtorum: *Ulpian. Dig. lib.* 32. *leg.* 71. Suos servos vel ancillas eos accipimus, qui sunt plano jure testantis. *h. e.* quorum non solum ususfructus, sed etiam proprietas ad testantem pertinet. *Marcian. lib.* 48. *tit.* 16. *leg.* 1. *a med.* An plenam habuerit aliquis accusandi facultatem. *Ulpian. lib.* 50. *tit.* 4. *leg.* 8. Aucue vicesimusquintus cœptus pro pleno habetur. *Id. tit.* 20. *regulae. de testam.* Impubes nondum plenum judicium animi habet. ¶ *In plenum*, plene omnino, summatim, universe. *Plin. l.* 13. c. 4. *ante med.* Quod in plenum satis sit dixisse hoc in loco. (Adde *lib.* 16. c. 40. *ad fin.*) *Pompon. Dig. lib.* 40. *tit.* 7. *leg.* 11. Si heres pecuniem donasset statulibero, ut sibi eam daret, & liber esset, non fieri liberum, Ariston ait: si *in* plenum ei donasset, fieri liberum.

PLEO, implus. *Paul.* ex *Festo*. Plentae antiqui etiam sine præpositionibus dicebant. *h. e.* sine *in*, *con*, *re*, *ex*, *de*, &c. ex quibus fuot hujus verbi compositæ.

PLEONASMUS, i, m. πλεονασμὸς, abundantia, redundantia, vitium, quo supervacaneis verbis oratio onerature, ut *Ego oculis meis vidi*: *Sic ore locutus est*. nam *oculis meis*, & *ore* superflua sunt. Sed voa Græca est, & Græcis litteris scribenda. *Quintil. l.* 1. c. 5. (*al.* 9.) *adjectionis vitium* appellat: *& lib.* 9. c. 3. *abundantem supra necessitatem orationem*. Rursus *Id. l.* 8. c. 3. *a med.* Emendavit hoc non inurbane in Hirtio Cicero, qui cum in Pansam declamans, *filium a matre decem mensibus in utero latum esse* dixisset, *quid? alius*, inquit, *in pauculis solent fieri?* Nonnunquam tamen affirmationis gratia adhibetur (*Virg.* 4. *Æn.* v. 359.) *vocemque hæc auribus hausi*. At vitium erit, quotiee otiosum fuerit, & supererit, non cum adjicietur. Sic *lib.* 9. c. 3. Id cum supervacua onerstur adjectione, vitium dicitur: cum autem auget manifestam sententiam, sicut hic, virtus: *vidi oculis ante ipse meis: vidi, ipse, ante oculos*, quot verba, tot idem sunt affectus. Hæc *Quintil.*

PLERIMUS. V. *Plerus*.

PLUTEUS, i, m. *ſepes quam* Plutcum, i, o. *parapetto*, *riparo*, *gallerìa*, *Steccato*, machina militaris ex tabulis, aſſeribus, cratibus, qua milites protecti ad injurias hoſtiles, opus faciunt. *Feſtus*: Plutei dicuntur crates corio crudo intentæ, quæ ſolebant appam militibus opus facientibus, & appellabantur militares. *Ammian. l. 23. c. 12.* (*al.* 20.) Pluteos igitur præferentes oppugnatores, crateſque denſius teatas, ſenſim incedentes & caute, murorum ima ſuffodere ferramentorum multitudine conebantur. ¶ Alius videtur eſſa illa, ejuſdem tamen officii, quam ita deſcribit *Veget. l. 4. de re milit. c. 15.* Plutei dicuntur, qui ad ſimilitudinem abſidis (*al. leg.* caſſidis) contexuntur a mnioe, & ciliciis vel coriis protegnatur, temſique rotulis, quarum una in medio, duæ in capitibus apponuntur, in quamcunque partem volueris admoventur more carpenti: quos obſidentra applicant murie, eorumqua munitiona protecti, ſagittie, ſiva fundia, vel miſſilibus defenſores omnes de pumpugnaculis exturbant, ut ſcales eſceodendi facilior penſtetur occaſio. V. *Lipſ. polmocet. l. 2. dial. 7.* ubi & figuram exhibet. Similis eſt atiam illa, de qua *Vitruv. l. 10. c. 21. a med.* Supra caput eorum, qui continebant arierem, collocatum erat pluteum, turricula ſimilitudine ornatum, uti ſine periculo dun milltee tuto ſtantes proſpicere poſſent, & renuntiare, quee res adverſarii conentur. *Liv. l. 34. c. 27. extr.* Segeſticam vineis, & plutcie cepit. *Salluſt. in fragm.* apud *Non. c. 2. n. 104.* Pluteos reſcindit, ac munitiones demolitur, locoque ſummo potitur. Translate *Plaut. Mil. 2. 2. 111.* Si invenio qui vidit, ad eom aineas pluteoſque agam. *b. e.* omni arta & ni eum aggrediar. ¶ Præterea *plutei* dicuntue tabulæ, qnibue quid præſepitur, ut uit *Feſt.* Itaque univerſim *plutei* ſunt quæcumque tegumenta & munitiones alicui rei præfiguntur ad vim & ignem hoſtilem arcendum. *Caſ. l. 7. B. Gall. c. 41.* Duabue rathſtie portis, obſtruere ceteres, pluteoſque vallo addere. *& cap. 65.* Eo magis, quod denſos pluteos turrium videbant. *Id. l. 3. B. Civ. c. 64.* Scaphas navium magnarum cratibus pluteiſque contexit. *& lib. 2. c. 25. ſub fin.* Ratæ a fronte atque ab utroque latera cratibus ac plutcis protegebat. Adda *Liv. l. 10. c. 38.* ¶ De ſponda lecti interiore, quæ tabula claudebatur, cum exterior aperta eſſet aicendeadi gratia, *Martial. l. 3. epigr. 91.* Excidunteque ſenem, ſponiæ qui parte jecebat. Namque puer pluteo vindice tutus erat. ¶ De lecti triclinaris tabula, qua ejus pars exterior, & a menſa remota muniebatur, *Sueton. in Calig. c. 26.* Quoſdam fumnie honoribus functos, conanti modo ad plurcum, modo ad pedes ſtare ſuccinctos lineo paſſus eſt. Adde *Propert. l. 4. el. 8. v. 68.* In *Gloſſis vet.* exponitur Græce pluteus *ἀνάκλιτος*, q. d. reclinatorium, & *κλιντὴρ ἐγγωνιος τρικλίνου*, additamentum angulofum triclinii, & *ἀκλὶς πλάγιος*, pulpirum, ſuggeſtum in nam: & forteſſe intelligit tabulam aaſtantem ad latera navis ad arcendos fluctus. Quæ omnia licet confiemara Latini Scriptoris teſtimonio facile non ſit, aliquam tamen lucem afferunt bis. Nam ufurpatur etiam de tabula ſuper rogum poſita in modum lecti, ſeu de ipſo lecto funebri pluteis munito, in quo extendebatur cadaver comburendum. *Martial. l. 8. epigr. 44.* Supraque pluteum te jacente, vel ſaxum, Fartus papyro dum tibi torus craſcit, &c. ¶ De tabulis parieti affixis ornatus, *aut* innitendi gratia, v. gr. cum ſedetur, aut ſcribitur: item repoſitoriie librorum, tabularum pictarum, ſtatuarum, & hujuſmodi. *Ulpian. Dig. lib. 19. tit. 1. leg. 17.* Reticuli circa columnas, plutei circa pariates, item cilicia, vela, adium non ſunt. *Juvenal. ſat. 2. v. 7.* Et jubet archatypos pluteum ſervare Cleanthas. *Perſ. ſat. 1. v. 106.* Nec pluteum cædit, nec demorſos ſapit uegues. ¶ Apud *Vitruv.* accipitur ariam pro ſepto ex marmore, aut lateribus, aut alia meteria, qun intercolumnium claudi, & ſepiri ſolet: *lib. 4. c. 4.* Item intercolumnia trie, quæ erunt inter antas & columnas, plutcis marmoreis, ſive ex inteſtinu opere factis intercludentur, ita uti fores habeant, per quas itinera pronao fiant. *balauſtrata*. *& lib. 5. c. 1.* Pluteum, quod fuerit inter ſuperiores columnae, &c. *& ſub fin.* Pluteum columnarumque ſuperiorum diſtributio, &c. Ubi *Philander*: Plutei hoc loco ſum ſuperiorum ab inferioribus columnis interſepta, ideſt quidquid a capitulo inferiorum columnarum ad baſim ſuperiorum intercedit.

PLUTO, & Plutus, onis, m. *Plutone*, *Πλούτων*, *Αΐδης*, filius Saturni & Opis, deus Inferorum: a *πλοῦτος*, divitiæ, quia opes omnes ab inferis, ideſt ex intimis terræ viſceribus affodiuntur. Fratres habuit Jovem, & Neptunum, ſororem Glaucen, quæ cum ipſo eadem partu nata eſt. Fabulantur, cum ad regni diviſionem veniſſent, Jovi imperium cæli, Neptuno mariz, Plutoni, qui natu minor erat, inferorum obtigiſſe, quia Jupitee plagam Orientalam regni paterni, ideſt Cretam, ſortitus eſt, Neptunus inſulas, ideſt Peloponneſum, & alias, Pluto partem Occid. & inferiorem, ideſt Epirum. Rapuit Proſerpinam filiam Cereris. Hanc raptum *Claudianus* Poeta tribus libris deſcribit. Ejus currus a tribus equis trahi dicitur, quorum nomina ſiot Methæus, Abaſter, Nonius: alii quatuor tribuunt, Orpheum, Æthonem, Nyſteum, & Alaſtorem. Hæc ex *Hygin. in præfat. & fab. 146. Cic. l. 2. de nat. Deor. c. 26. & l. 3. c. 23. & Senec. in Hippol. v. 628. & Claudian. l. 2. de rapt. Proſ. in fin.* ¶ *Pluton* in recto habant *Verg. 7. Æn. v. 327. Juvenal. ſat. 13. v. 50. Claudian. loc. cit. v. 276. Hygin. cit. fab. 146.* ¶ *Pluto* eſt apud *Hygin. in præfat. ex.* V. *Rubico*.

PLUTONIUS, a, um, ad Plutonem pertinens. *Horat. l. 1. od. 4. v. 17.* Et domus exilis Plutonia. *b. e.* Inferi. ¶ *Plutonea*, *orum*, locus in Aſia, ubi teter & peſtifer halitus: quaſi illa ſit via ad Plutonem. *Cic. l. 1. de Divin. c. 36.*

PLUTOR, oris, m. qui plnit. *Auguſtin. ſerm. 8 de diverſ. c. 3. Seminator, plutor, rigator, atque ipſius incrementi dator.*

PLUTUS, i, m. *Πλοῦτος*, deus divitiarum. Hujus domum quidam finxerant eſſe in ſubterranein Hiſpania, in quod ea regio eſt metallorum ferax. *Phædr. l. 4. fab. 12.* Cælo meceptus propter mirutem Hercules, Cum gratulantes perſaluaſſet deos, Venienta Pluto, qui Fortunæ eſt filius, Avertit oculos. Cauſam quæſivit pater: Odi, inquit, illum, quia malis amicus eſt.

PLUVIA, æ, f. *pioggia*, *ſerein*, aqua jugis ex aere, & nubibus decidens, imbec. *Cic. Attic. l. 15. ep. 26.* Equidem etiam pluvias metuo, ſi prognoſtica noſtra vera ſunt. ranæ enim *ſereno dicunt*. *Virg. 1. Georg. v. 92.* tenues pluviæ. *& verſ. 395.* pluvia ingens. *& lib. 4. v. 191.* impendens. *Martial. l. 9. epigr. 100.* grandis. *Ovid. 2. Faſt. v. 71.* Sæpe graves pluviæ adopertus nubibus æther Concitat. *Stat. l. 2. ſilv. 2. v. 186.* cum pluviis rarefcunt nubila. *Plin. l. 33. c. 6.* Stibium teritur in mortariis, admixta pluvia. *acqua piovana*.

PLUVIALIS, le, *da pioggia*, *piovoſo*, *ὑδατώδης*, *ὑετῶδης*, ad pluviam pertinens, pluvius, pluviofus. *Virg. 3. Georg. v. 429.* Vere madent udo terra, ac pluvialibus eustris. *Id. 9. Æn. v. 668.* Quantus ab occaſu venieus pluvialibus Hadæ Verberat imber humum. *Colum. l. 2. c. 13. ſub fin.* Pluvialis dies. *Ovid. 7. Met. v. 393.* Pluvialia fungi. *Id. 4. Faſt. v. 506. Senec. l. 3. quæſt. nat. c. 7. extr. & Colum. l. 12. c. 5.* Plumalie aqua. *piovana*. *& Tacit. 5. Hiſt. c. 23. ed fin.* Flexu autumni, & crebria pluvialibus imbribus ſuperfuſus amnis.

PLUVIATICUS, a, um, pluvialis. *Marcell. Empir. c. 8.* Teritur ex equa pluviatica, atque conficitur.

PLUVIATILIS, le, pulvialie. *Colum. l. 9. c. 12. & Celſ. l. 4. c. 12. ad fin. & lib. 7. c. 3.* Aqua pluviatilis. *piovana*.

PLUVIOSUS, a, um, *piovoſo*, *vinoſo*, pluviæ abundans, pluvius, pluvialis.

vialis. *Plin. l.* 18. *c.* 25. *poſt med.* Vergiliarum ſidus nubilo occaſa pluvioſam hiemem denuntiat.

PLUVIUS, a, um, *pioveſe, νότιος*, pluviam ferens, pluvialis, pluvioſus. *Plin. l.* 2. *c.* 39. Suculas Græci pluvio nomine Hyadas appellant. *Virg.* 3. *Æn.* v. 516. Arcturum, pluviaſque Hyadas, geminoſque Triones. *Horat. l.* 2. *od.* 17. *v.* 4. Pluvii venti. *& l.* 3. *od.* 3. *v.* 56. rores. *Colum. l.* 2. *c.* 5. *a med.* dies. *Cato R. R. c.* 2. Pluviæ tempeſtates. *Varr. l.* 2. R. R. *c.* 13. Pluvium cælum. *Colum. l.* 2. *c.* 10. cæli ſtatus. *Tibull. l.* 1. *el.* 8. *v.* 26. Jupiter? (hanc loc. *Seneca l.* 4. *Quæſt. nat. c.* 2. *ἐκ μέρους ἁμαρτάνοντα Ovidio* tribuit.) *Ζεὺς ὑέτιος. Horat. de ar. poet. v.* 58. arcus. *Irride*, quia poſt pluviam apparet. *Cic. pro Mur. c.* 9. *ſub fin.* & *in Tog. c.* 9. Aqua pluvia. *piovana.*

P N

PNEUMATICUS, a, um, *πνευματικός*, ſpiritalis: a *πνεῦμα*, ſpiritus: ar Pneumatica organa, ſpiritalia, hoc eſt, quæ vi ſtatus, vel ſpiritus aliquid hauriunt, vel attrahunt. *Plin. l.* 19. *c.* 4. *a med.* E putre pertica, pneumaticiſve organis, vel tollennium hauſtu hortos rigandos. *Id. l.* 7. *c.* 37. *a med.* Laudatus eſt Ctefibius pneumatica ratione, & hydraulicis organis repertis. *Virgav. l. & cap.* 9. Ctefibius Alexandrinus, qui ſpiritus naturales, pneumaticaſque res invenit.

PNIGEUS, i, m. diſyllab. *πνιγεύς*, a *πνίγω*, ſuffoco, machina quædam, ſeu vas ad inſtar infundibuli inverſi, quæ in organo hydraulico aeerem aſcendentem coercet, & veluti ſuffocat. *Vitruv. l.* 10. *c.* 13. V. *Bald. in Lex. Vitruv.* In quibuſd. edit. *Vitruvii* leg. *phigeus* male.

PNIGITIS, ſ. *πνιγίτης*, terra quædam Eretriæ ſimillima, grandioribus tantum glebis, & glutinoſa: ita dicta, quod eam deglutienti periculam ſuffocationis ſit: *πνίγω* enim ſuffocare ſignificat. *Plin. l.* 35. *c.* 16.

P O

PO. V. Po.

POBLILIA, *ſeu* Poblilia, *aut* Publilia Tribus (quæ & Publicia, & Popilia, ſeu Popillia) una fuit ex Ruſticis inſtituta circa A. U. CCCXCV. ſimul cum Pomptina, ut eſt apud *Liv. l.* 7. *c.* 15. *ſub fin.* & *in ſenſd. libri Epitom.* quibus locis tor ſera ſunt lectionis variatates, quot adſcripſimus. *In veterib. Inſcripsionib.* ſæpiſſime habetur Pob. & Pop. & Pub. & Publ. Præterea Publil. habetur in *Donianis ſtaff. 6. n.* 552. expreſſe Publia *ibid. num.* 534. & apud *Gruter. pag.* 568. *num.* 2. ¶ Quotieſcumque io antiquis lapidib. Pop. legitur, de Popinia etiam intelligi poteſt. ¶ In hac Tribu fuit Verona, ut conſtat ex plurib. lapidib. apud *Maffeium in Ver. illuſtr. in fin. par.* 2. ¶ Sunt qui putant Popilium, ſeu Popillium a Publilio a diſtingui. V. *Manut. de civ. Rom.* & *Sigon.* ¶ De Popilia hac habentur apud *Feſtum*: Popillia tribus una quinque & triginta tribuum (tot enim fuerunt) a Popillia fœmina felici nomine appellata: quomodo tribus quoque Pinaria a ſorore Pinarii dicta, ſive ab ejus nomine. Quem loc. ita contraxit *Paul. Diac.* Popilia tribus a progenitrice transit vocabulum.

POCILLATOR, oris, m. *coppiere, ἀνηρόϊος*, qui eſt a poculis, pincerna, qualis fuit Ganymedes in menſa Jovis: *a pocillum. Apul. l.* 6. *Metam.* Q.30, ductu Cupidinis, Jovi pocillatorem Phrygium ſuffulerat. *Id. ibid.* Tunc poculum nectaris, quod vinum deorum eſt, Jovi quidem ſuus pocillator ille raſticus puer, ceteris vero Liber miniſtrabat.

POCILLUM, i, n. *ἀνανιπτῆρον, bicchieretto, coppetta*, parvum poculum. *Liv. l.* 10. *c.* 42. *in fin.* Vaverat, Jovi Victori, ſi legiones hoſtium fudiſſet, pocillum muſſi, priuſquam temetum biberet, ſe ſacturum. Al. aliter leg. Sed *Plin.* de eadem re verba faciens *l.* 24. *c.* 13. eodem *pocilli* verbo utitur: niſi quod non *muſſi*, ſed *vini pocillum* narrat. *Cato R. R. c.* 156. In linteum exſugeto ſuccum, quaſi heminam, in pocilium fictile. *& mox.* Poſtea ponito pocillum in ſereno noctu. *Sueton. in Veſpaſ. c.* 2. Pocillo argenteo potare.

POCULENTUS, a, am, *de bere, πότιμος, πότιμος*, potui aptus. *Cic. l. de nat. Deor. c.* 56. Guſtatus habitat in ea parte oris, qua eſculentis, & poculentis itet natura patefecit. Al. leg. *poculentia a potus*, quod nihil abhorret a Latina analogia. *Q. Scævola* apud *Gell. l.* 4. *c.* 1. *ad fin.* Penus eſt, quod eſculentum, aut poculentum eſt. Adde Ipſum *Gell. l.* 17. *c.* 11. ¶ In vet. Inſcript. apud *Gruter. pag.* 643. *v.* 3. videtur mentio fieri *argenti poculenti*, h. e. poculorum ex argento: quod alibi *argentum potorium* dicitur.

POCULUM, li, n. *vaſo da bere, tazza, bicchiere, gotto*, vas, quo bibitur, *ποτήριον, ποτόν. Virg.* 3. *Ecl. v.* 44. Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit, Et molli circum eſt anſas amplexus acantho. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 322. Tarra rubens crater, pocula fagus erant. *Tibull. l.* 1. *el.* 1. *v.* 32. Fictilia antiquum primum ſibi fecit agreſtis Pocula, de facili compoſitaque luto. *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. *v.* 114. Num, tibi cum fauces urit ſitis, aurea quæris Pocula? *Id. l.* 3. *od.* 29. *v.* 12. tribus aut novem Miſcentur cyathis pocula commodis. *Cat.* 3. *Varr.* 2. 26. Hortatur hoſpes: poſcunt majoribus poculis. *Id. pro Cluent. c.* 55. Exhauſira poculum. *Horat. l.* 2. *od.* 17. *v.* 22. ducere. *Petron. in Satyr. c.* 92. avide ſiccare. *Plaut. Caſ.* 5. 2. 44. Ut ſenex hoc eodem poculo, quo ego bibi, biberet. *ἐπιγραφικῶς*, at eundem ſentiret calamitatem. ¶ Per metonym. eſt ipſa potio, *bevanda. Virg.* 1. *Georg. v.* 328. victu paſcuntur ſimplicis herbæ: Pocula ſunt fontes liquidi. *Horat. Epod.* 5. *v.* 37. Exſta uti medullis, & aridum jecur Amoris eſſet poculum. *& Epod. ult. extr.* Deſiderique temperare poculum. *h. e.* philtrum. *Flor. l.* 2. *c.* 20. Epulantes, ut, ubi eſſent, præ poculis neſcientes. *h. e.* præ ebrietate. Adde *Lamprid. in Heliogab. c.* 19. ¶ Item compotatio largius in cœnis. *Cic.* 2. *Phil.* 2. 25. *ſub fin.* Si inter cœnam, in ipſis tuis immanibus poculis hoc tibi acciderat. *Id. de Senect. c.* 14. Is ſermo, qui more majorum a ſummo adhibetur in poculis. ¶ Sæpe, cum de veneficiis potionibus ſermo eſt, poculi nomen uſurpatur. *Cic. pro Cluent.* 2. 20. *ad fin.* Uxori ſuæ cum ipſa poculum dediſſet, ſubito illa in media potione exclamavit, &c. Alia ex *Virg. Horat. Prop.* congeſſit *Broukuſ.* ad *Tibull. l.* 3. *el.* 5. *v.* 9. quibus adde *Ovid. 14. Met. v.* 295. & *Val. Flacc. l.* 2. *v.* 555. ¶ *Poculum per* ſyncop. In quodam carm. apud *Arnob. l.* 5. *pag.* 175. Inde mana poclum fumit, riſuque ſequenti Perducit totum cycenuis lata liquorem. Adda *Prudent. Cathemer. 6. v.* 26.

PODAGER, gri, *podagroſa, ποδαγρός*, podagricus. *Enn.* apud *Priſcian. l.* 8. *pag.* 819. *Putſch.* Nunquem poetor, niſi podager. *Claudian. epigr.* 19. Atque nihil prorſus ſtare putat podager.

PODAGRA, æ, ſ. *gotta, podagra, ποδάγρα*, morbus articularis, præcipue pedes infeſtans: ſicut *chiragra* manus. Vox Græca, quaſi ἀγρα τοῦ ποδός, captura pedum. *Plin. l.* 26. *c.* 10. *a med.* Podagræ morbus ratios ſolebat eſſe non modo patrum avorumque memoria, verum etiam noſtra, peregrinus & ipſe. Nam ſi Italiæ fuiſſet antiquitus, Latinum nomen inveniſſet. Inſanabilis non eſt credendus, quippe quoniam & in multis ſponte deſiit, & in pluribus curs. *Catull. carm.* 72. *ad Verron. v.* 2. Aat ſi quem merito tarda podagra ſecat. *& in fin.* Illum affligit odore, ipſe perit podagra. *Martial. l.* 1. *epigr.* 99. Litigat, & podagra Diodorus, Flacce, laborat: Sed nil patrono porrigit. hæc chiragra eſt. *Cic.* 2. *Tuſcul. c.* 19. *a med.* Qui complures annos doloribus podagræ crucietur maximis. *Id.* 5. *de Fin. c. penult. ſub fin.* Cum arderet podagræ doloribus. *Ovid.* 1, *ex Pont. ep.* 3. *v.* 23. Tollere nodoſam neſcit medicina podagram. ¶ In plur. num. *Celſ. l.* 5. *c.* 28. Malagma ad calidas podagras aptum. Adde *Plin.* ſæpiſſime.

PODAGRICUS, a, um, *gottoſe, podagroſa, ποδαγρικός, ποδαγρώδης*, podagra laborans, podagroſus, podager. *Petron. in Satyr. c.* 131. Podagrici pedibus fatis maledicunt, chiragrici manibus, lippi oculis. *Celſ. l.* 4. *c.* 24. Vitia, quæ in podagricis, chiragricisve eſſe conſueruet. *& ſub fin.* Equitare podagricis alienum eſt. Adde *Plin. l.* 28. *c.* 8. *a med.* & alibi. & *Lober.* apud *Oberiſ. l.* 1. *pag.* 58. *Putſch.* & *Senec. epiſt.* 24. &c.

PODAGROSUS, a, um, *gottoſo, podagroſa, ποδαγρώδης*, podagricus. *Lucil.* apud *Non. c.* 2. *v.* 743. Quod deformi' ſenex, ut padidus, ut podagroſus. *Plaut. Pan.* 3. 5. 28. Nunc, vos quia mihi advocatos dixi podagroſi eſtis, ut viciſtis cochleam tarditudine. *Id. Merc.* 3. 4. ſt. Podagroſis pedibus eſſe.

PODALIRIUS, ii, m. *Ποδαλείριος*, Æſculapii filius, qui ex Creta ob inſignem medicæ artis peritiam una cum fratre Machaone ad bellum Trojanum evocatus fertur: ita dictus, ut aliqui ajunt, ob pedum magnitudinem. *Ovid.* 5. *Triſt. el.* 6. *v.* 21. Quum ſemel ancepit, tanquid Podalirius ægro Promiſſam medica non tulit artis opem? *Id.* 2. *de art. am. v.* 735. Quantus apud Danaos Podalirius arte medandi, Æacides dextra, pectora Neſtor erat. ¶ Podalirius alter vir Trojanus, qui Æneam in Italiam navigantem ſecutus eſt. *Virg. Æn.* 12. *v.* 304.

PODERES, *vel* Poderis, is, m. *camice, ποδήρης*, tunica ſacerdotalis linea corpori adſtricta, & uſque ad pedes deſcendens: quæ vulgo camiſia vocatur: a *εἰς, πρός*, pes, & *ἄρω*, apto. *Tertull. adverſ. Judæos, cap.* 21. & *Iſid. l.* 19. *Orig. c.* 25.

PODEX, icis, m. para pudenda inter nates animalis, qua ſtercus agetitur, *πυγαῖον. Horat. epod.* 8. *v.* 5. Hietque turpis inter aridas nates podex, velut crudæ bovis, *Juvenal. ſat.* 2. *v.* 12. ſed podica levi Cæcuntus tumidæ, medica ridente, mariſcæ.

PODISMATUS, a, um, pedibus menſuratus, ut Ager podiſmatus, *Frontin. de Colon. pag.* 535. *Goeſ.*

PODISMUS, i, m. *πόδισμος*, idem ac pedatara, ideſt menſura jugeri, areæ, aut alterius rei pedibus definita: a *πόδιζω*, pedibus dimetior. Pedibus enim, vel paſſibus, vel ſune, aut pertica certam pedum menſuram habente colligebatur magnitudo loci. *Veget. l.* 2. *c.* 7. *ad fin.* Menſores ſunt, qui ad podiſmum dimetiuntur loca, in qaibus tentoria milites figant, &c. Adde *lib.* 3. *c.* 15. *Frontin. de Colon. pag.* 530. *Goeſ.* & *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 885. *n.* 8. & aliam apud *Reineſ. claſſ.* 7. *v.* 26.

PODIUM, ii, n. *parapetto, poggio, poggiuole, πόδιον*, projectura in ſummo muro arenam circi, vel amphitheatri proxime cingente. Quia vero podium areæ proximum erat, ideo digniſſimus is orchebræ gradus (nam plurium orchellra gradaum erat) qui proximus podio: ſaitque is latior, cum in eo ſuggeſtus fuerit Imperatoris; ut Conſulum, Prætores, aliique, quibus id jus, federint in ue ſellis curulibus, cum lictoribus, apparitoribus, & Magiſtratus ſui pompa. Sed & in eodem fuit tribunal editoris, & Virginum Veſtalium ſedes. Plura de eo *Lapſ. de amphitch. c.* 21. *Juvenal. ſat.* 2. *v.* 145. Et Capitolinis generoſior & Marcellis, Et Catulis, Paulifque minoribus, & Fabris, & Omnibus ad podium ſpectantibus. *Sueton. de Nat. c.* 12. Accubuit primum parvis foraminibus, deinde toto podio adaperto ſpectare conſueverat. Adde *Plin. l.* 37. *c.* 3. ¶ Dicitur etiam de quolibet loco porrecto extra domus parietem inſtar pulpiti, qui aliter dicitur Maniauum. *Plin. l.* 5. *ep.* 6. *circa med.* Eſt & aliud cubiculum a proxima platano viride, & umbroſum, marmore exciltum podio tenus. Adda *Vitruv. l.* 3. *c.* 3. & *lib.* 5. *c.* 7. ¶ Et de quolibet ſuggeſtu. *Pallad. l.* 1. *tit.* 38. Podia ternis alta pedibus fabricentur, inducta teſtaceo, & albario opere levigata. *& arva.* Super hæc podia alvearia collocentur. (*Colum. l.* 9. *c.* 7. ſuggeſtus lapideos vocat.) *Id. ibid. cit.* 28. *de colla vinaria.* Si cupis locum ſuum depatabimus, is locus ad calcſtorii ſimilitudinem podii brevibus, & teſtaceo pavimento ſolidetur. *&*

tit. 19. de haredit. Si terræ pauperies minora promittit, vel craticiis podiis erunt diſcernende granaria, vel nimineis vaſculis reditus teones colligemus.

PŒANTIADES, æ, m. Pœantis filius, Philoctetes. *Ovid. Met.* 13. *verſ.* 313. Nec, Pœantiaden quod habet Vulcania Lemnos, Eſſe reus meruit.

PŒANTIUS, a, um, ad Pœantem pertinens. *Ovid.* 13. *Met. v.* 45. Pœantia proles. *h. e.* Philoctetes. Sic *Id. de remed. Amor. v.* 111. Pœantius heros. & Pœantius, abſolute, apud *eund.* 5. *Triſt. el.* 1. *v.* 61. & *el.* 2. *v.* 13. & *Valer. Flacc. l.* 1. *v.* 391. *h. e.* Philoctetes. Sic *Senec. in Herc. Oet. v.* 1485. Pœantiam genus. ¶ Sunt qui ſcribunt *Peantius*.

PŒAS, antis, m. Ποίας, αντος, vir Theſſalus ex Meliboea oppido, patet Philoctetæ. *Ovid. 9. Met. v.* 233. *Senec. in Herc. Oet. v.* 1603. & *Hygin. fab.* 14. Al. ſcrib. *Peas*.

PŒCILE, es, ſ. ποικίλη, porticus Athenis, in qua Stoici philoſophabantur, a Polygnoto Thaſio gratis picta: a ποικίλος, varius, macaloſus, quia varia, ſive variegata, propter multiplicem picturam. *Plin. l.* 25. *c.* 9. ¶ Fuit & in Elide porticus Pœcile, quæ a *Plinio Heptaphonos* appellatur, quoniam ſepties eadem vox in ea redditabatur: *lib.* 36. *c.* 15.

POEMA, atis, n. *poema, compoſitione poetica*, ποίημα, proprie eſt opus quodlibet factum, vel quodlibet figmentum: a ποιέω, facio, fingo: & præcipue dicitur de opere poetico, quia poetarum eſt facere, & fingere. Differunt *poema*, & *poeſis*: hæc eſt magnum & totum opus: illud parvum, aut pars operis. *Lucil.* apud *Non. c.* 5. *n.* 95. Cujuſvis operis pars eſt non magna poema. Pars eſt parva poema, proinde ut epiſtola quævis. Illa poeſis opus totum, ut tota Ilias una Eſt *Sicca*, annaleſque Ennii: atque iſtoc opus unum Eſt majus multo, quam quod dixi ante poema. Ita hos verſus apud *Non.* perverſos, aut corruptos *Janus Dauſa* ordinavit, reſtituitque. In eandem ſententiam ſant illa *Varron.* (ſi modo *Varron.* ſunt unula) apud *Non. ibid.* Poema eſt λέξις ἐνμελὴς, id eſt verba plura modice in quandam conjecta formam. Itaque etiam diſtichon epigrammation vocant poema. Poeſis eſt perpetuum argumentum e rhytmis, ut Ilias Homeri, & Aenales Ennii. *Cic.* quoque *poema* vocat *lib.* 2. *de Divin. c.* 31. paucos verſus veteris Poetæ: & *Catull. non titand.* carmen unum hendecaſyllabum. ¶ Hoc tamen diſcrimen non obſervatur: & *poema* univerſum quodcumque opus poeticum dicitur, ſive breve ſit, ſive longum. *Catull. carm.* 50. *ad Licin.* Hoc, jucunde, tibi poema feci, Ex quo perſpiceres meum dolorem. *Cic.* 1. *Acad. c.* 3. *da Varrona*. Atque ipſe varium & elegans omni fere numero poema feciſti. *Id. Q. Fr. l.* 3. *ep.* 1. *c.* 4. Poema ad Cæſerem quod compoſueram, incidi. *Id. Attic. l.* 1. *ep.* 16. *ad fin.* Græcum poema condere. *Horat. l.* 1. *ep.* 18. *v.* 40. pangere. & *lib.* 2. *ep.* 1. *v.* 117. ſcribere. *Petron. in Satyr. c.* 118. caſtruere. *Cic. l.* 1. *de Orat. c.* 50. Egregium poema. *Id. in Piſon. c.* 29. Ita feſtivum, ita concinnum, ita elegans, nihil ut fieri poſſit argutius. *Id.* 1. *de Divin. cap.* 31. teneram, & moratum, atque molle. *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 28. *a med.* Si poema loqueas pictura eſt, picture tacitum poema dicet eſſe. ¶ In genitive plur. *poematorum* dixere *Varro*, *Q. Lalius*, *Accius*, & ipſe *Cic. pro Callio*, teſte *Charif. l.* 1. *pag.* 114. *Pmſeb.* tanquam a recto *poematum*, ti, & *Afron.* apud *Non. c.* 8. *n.* 79. a quo & *poemasis* in dat. plur. uſurparunt idem *Varr. l.* 6. *de L. L. c.* 3. & *Plaut. Aſin.* 2. 3. 22. & *Annæus Flor.* apud *Charif. ibid.* & *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 4. & *Cic.* 3. *Offic. c.* 3. *ad fin.* (ut cum aliis legit *Non. c.* 8. *n.* 39.) & in *Orat. cap.* 21. Sed & *poematibus* recte dicitur cum *Auct. ad Herenn. l.* 4. *c.* 2. & al. Libentius itaque *poematis* dixerim, ita jubente uſu, ut *epigrammatis*, *emblematis*, *periperoſmatis*, & aliis, quæ congeſſit *Voſſ. l.* 4. *de Grammatic. cap.* 13. *ad fin.* At *poematorum* non videtur ita uſu obtinuiſſe.

POEMATTUM, ii, n. *breve compoſitionis poetica*, ποιημάτιον, breve poema. *Plin. l.* 4. *ep.* 14. *a med.* Sive epigrammata, ſive Edyllia, ſive Eclogas, ſive, ut multi, poematia vocare maluerit, licebit voces: ego tantum hendecaſyllabos præſto. Adde *epiſt.* 27. Utroque autem loco ſaet qui aliter leg. *Auſon. in epiſt.* præfixa *Edyll.* 7. Poematia, quæ in alumnam meam luſeram.

PŒMENIS, idis, ſ. nomen canis: a ποιμὴν, ένος, paſtor, quod oves ſervaret. *Ovid.* 3. *Met. v.* 215.

PŒNA, æ, ſ. *pena, caſtigo*, ποινὴ, *mutatio*, unimadverſio, ſupplicium, ultio peccati, multa: a voce Græca allata. *Cic. pro Flacc. c.* 17. Pœna Dorycleuſiam gravior, quam apud ulios, falſerum litterarum. *Id. in fragm.* apud *Auguſtin. l.* 21. *de Civ. Dei, c.* 11. Octo pœnarum genera in legibus continentur, damnum, vincula, verbera, talio, ignominia, exſilium, mors, ſervitus. *Id. ad Brut. ep.* 15. In unimadverſione pœnaque duriorem eſſe. *Id. pro Balb. c.* 28. *a med.* Multa & pœna multare aliquem. *Terent. Heaut.* 4. 4. 6. Syrus mihi tergo pœnas pendet. *me la pagherà colla ſchiena.* & *Cic. Attic. l.* 11. *ep.* 8. Maximes pœnas pendo temeritatis meæ. *Id. pro Sext. c.* 67. Omnes fere reipublicæ pœnas aut præſenti morte, aut turpi exſilio dependerunt. *Id.* 2. *Tuſcul. c.* 10. Prometheus pœnas expendit Jovi fato ſupremo. *Virg.* 4. *Æn. v.* 386. dabis, improbe, pœnas. *mi pagherai le pene, empio guerriero.* Hoc ſenſu *dare pœnas* etiam *Cic. de Haruſp. reſp. c.* 18. *ad fin.* & *Tuſcul. c.* 19. dixit. *Id.* 7. *Verr. c.* 63. *a med.* & C. *Carbo* apud *eund. in Orat. c.* 63. Quicumque eam violaviſſet, ab omnibus eſſe ei pœnas perſolutas. *avere tutti pagato il fio.* & *pro Mil. c.* 31. *ad fin.* Pœnas juſtas & debitas ſolvere. *Id. pro Dom. c.* 52. Ferre pœnam temeritatis. *Id. poſt redit. ad Quirit. c.* 1. ſuſtinere. *Id. Agrar.* 2. *c.* 34. perferre. *Id. pro Flacc. c.* 38. ſufferre. *Id.* 3. *Offic. c.* 26. ſubire. *Vetus Pœna* apud *eund.* 3. *de nat. Deor. c.* 38. & *Ovid.* 8. *Met. v.* 689. luere. *Id. Met.* 9. *v.* 372. & *lib.* 2. *Faſt. v.* 483. pati. *Suetun. in Cæſ. c.* 14. ultiam ſtatuere in aliquem. *h. e.* mortem. *Quintil. l.* 6. *c.* 4. *a med.* irrogare alicui. *Cic. pro leg. Manil. c.* 3. dignam ſuo ſcelere ſuſcipere. *recovere*, *riportare*. & *Verr.* 7. *c.* 63. *a med.* & *pro Roſc. Amer. c.* 24. Repetere pœnas ab aliquo. *h. e.* curare, ut pœnas det. *forſela pagare*. & *Attic. lib.* 1. *ep.* 16. *circa med.* Ut aperte virtutis nequitia ac libido pœnas eb uptimo quoque peteret doloris ſui. & *de Haruſp. reſp. c.* 20. *ad fin.* Graccham mors fraterna ad expetendas pœnas domeſtici ſanguinis excitavit. & *Fam.* 1. *ep.* 9. *ante med.* Pœnas a ſeditioſo civa per bonos viros judicium perſequi. *Plin. l.* 7. *c.* 44. & *Ovid.* 4. *Met. v.* 190. & *lib.* 8. *v.* 195. pœnam ab aliquo exigere. *Salluſt. in Jug. cap.* 71. & *Curt. l.* 4. *c.* 6. *ad fin.* Capere pœnas pro civibus. *h. e.* ſumere, repetere, cives ulciſcendo. *Liv. l.* 2. *c.* 5. Capere pœnam de aliquo. *Curt. l.* 4. *c.* 6. *ſub fin.* Capere pœnam in hoſtem. *Virg.* 2. *Æn. v.* 586. ſumere pœnas. *Cic.* 2. *Offic. c.* 5. *extr.* Pœna aliquem afficere. *In SCto* apud *eund. l.* 2. *ad Q. Fr. ep.* 3. *a med.* Teneri ea pœna, quæ eſt de ei. ¶ De multa, quam in ludo victus ſolvit. *Ovid.* 2. *de ar. am. v.* 205. Seu jacies talos, victum ne pœna ſequatur, Damnoſi ſacito ſtent tibi ſæpe canes. ¶ Apud Poetas *Pœna* ſunt Furiæ, quia ſunt ſcelerum vindices: ſic & Ποινὴ Græcis, *Val. Flacc. lib.* 7. *v.* 147. Turbidus ut pœnis, cæciſque pavoribus enſem Corripit, & ſævæ ferit agmina matris Oreſtes. *Stat. 8. Theb. v.* 25. Sævaque multifonas exercet Pœna catenas. *Varr.* apud *Non. c.* 4. *n.* 418. Tertia Pœnarum Infaſtis ſtans unus in vulgi pectore, fluctuanti intonſa coma, ſordido veſtitu, ore ſevero. *Sealig. ad Virg. in Cul. v.* 118. & 375. præponenda his cenſet illa *cujuſd. Varron.* apud *Non. eod. cap. n.* 160. Videmus populum Furiis inſiſtum tribus Diverſum ferri, exterritum formidine. *Deinde poſt pauco, quæ interridere* Tertia Pœnarum, &c. Quidam diſtinguunt Pœnas a Furiis, fortaſſe ut Furiæ ſint, quæ vexant animos, & cruciant conſcientia ſceleris; Pœnæ, quæ animadverſione, & ſuppliciis apud Inferos, ποινυσιν. *Cic. in Piſon. c.* 37. Ætoliam, quæ medio fere Græciæ gremio continetur (o pœna, o furia ſocionum!) decedens miſeram perdidiſti. *Id. pro Dom. c.* 9. Illud a te, homine vſano ac furioſo, requiro, quæ te tanta pœna tuorum ſcelerum vexet, ut, &c. Vel Pœna eſt Furiarum mater, ut in illo *Valer. Flacc. l.* 2. *v.* 706. Ultriceſque deæ, Furiæque, & ſæva ſororum Pœna parens. ¶ Interdum *pœna* eſt labor, moleſtia, *pena*, *fatica*, *travaglio*, *moleſtia*. *Ovid. initiis Amor.* Ut jam nulla tibi nox ſit legiſſe voluptas, At levior demptis pœna duobus erit. *Senec. in Hippol. v.* 439. Namque eniam me cura ſollicitat tui, Quod te ipſe pœnis gravibus infeſtus domas. *Senec. ep.* 5. *circa med.* Frugalitatem exigit philoſophia, non pœnam. *Plin. l.* 2. *c.* 7. In tantis vitæ pœnis. *Id. l.* 9. *c.* 6. Balanæ utero graves, parientive pœnis invalidæ. *Id. l.* 23. *c.* 2. Acetum ſtillinum prodeſt acefcentibus cibis. guſtetum vetus diſcutit pœnam eam. ¶ Eſt *vetus* Græce etiam debita merces, pretium quod ſolvitur pro injuria illata, aut pro opere, aut opera, *mercede*, *peno*. Quo ſenſu *Virg. in Cir*, *v.* 83. Auſe quod eſt mulier numen fraudare deorum, Et dictam Veneri votorum vertere pœnam.

PŒNALIS, le, *penale*, ad pœnam ſpectans, pœnam continens. *Plin. l.* 18. *c.* 11. *a med.* Pilo vinctorum pœnali opera. *Id. lib.* 4. *c.* 8. *in fin.* Pœnales aquas, diriſque genitas. *Solin. c.* 46. (*al.* 58.) Pœnales tenebræ. *h. e.* in quas aliquis pœnæ cauſa conjectus eſt. *Modeſtin. Dig. lib.* 40. *tit.* 12. *leg.* 21. Pœnalis actio. *Paul. lib.* 19. *tit.* 2. *leg.* 54. *a med.* ſtipulatio. *Ulpian. lib.* 46. *tit.* 3. *leg.* 7. cauſa. *Scævola lib.* 22. *tit.* 2. *leg.* 5. conditio. *Paul. lib.* & *tit. ult. leg.* 108 Pœnalis judicia. *Imp. Conſtantin. lib.* 10. *Cod. tit.* 19. *leg.* 2. Carcer pœnalium, carcer hominum noxiorum eſt.

PŒNALITER, adverb. per pœnam. *Ammian. lib.* 16. *cap.* 8. (*al.* 12.) Reus delatus, ſeptuſque in judicium pœnaliter interibat.

PŒNARIUS, a, am, idem ac pœnalis. *Quintil. l.* 4. *c.* 3. Si legem aſperam tuebimur, aut pœnarias actiones inferemus. *h. e.* quibus pœna irrogatur. Has *pœnales actiones* vocant JCti paſſim in *Digeſt.*

PŒNI, orum, *Carthaginenſes*. V. *Punus*.

PŒNICE, adverb. Punice. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 2. *ante med.* Qui de agricultura ſcripſerunt & Pœnice, & Græce, & Latine.

PŒNICÆUS. V. *Phœniceus*.

PŒNICUS, a, um, ad Pœnos pertinens, Punicus. *Varr. l.* 1. *R. R. c.* 1. *ſub fin.* Pœnica lingua. & *cap.* 52. Plotellam Pœnicum. *Valer. Max. l.* 2. *c.* 6. *n.* 15. Pœnicæ feminæ. Cave apud *Fest.* in *Povimento*. Pœnica pavimenta. *h. e.* marmore Numidico ſtrata. *In fragm. Capitolin.* apud *Gruter. pag.* 297. *col.* 2. Pœnica claſſis. *Sil. l.* 1. *v.* 602. Pœnicus ignis. *h. e.* a Pœnorum exercita illatus. ¶ *Pœnicum* abſolute, genus veſtimenti Pœnici. *Varr. l.* 4. *de L. L. c.* 23. ¶ *Pœnicei, orum*, Pœni. *Varr. l.* 7. *c.* 36. Pœnicorum, aut Ægyptiorum vocabula.

PŒNINUS mons. V. *Penninus*.

PŒNIO, is, pro *punio* (ut *mauvio* pro *munio*, *marvat* pro *murus*, *Puniceus* pro *Puniſtus*) legitur apud *Cicer. pro Mil. c.* 31. *a med.* & *lib.* 2. *Tuſcul. c.* 44. & apud *Gell. l.* 6. *c.* 14. *l.* 7. *c.* 3. *ſub fin. l.* 11. *c.* 18. & *lib.* 20. *cap.* 1. in multis editionibus, & MSS. teſte *Pareo in Lex. Cris.* Similiter *punitio* pro *punicio*, & *punitur* pro *punitus* apud *eund. Gell. cit. l.* 6. *c.* 14. & *l.* 21. *c.* 1. & *l.* 20. *c.* 7.

PŒNITENDUS, a, am, *de pœnitendus*, ποινατέος, cujus nos pœnitet, damnandus, improbandus. *Colum. l.* 9. *c.* 2. Itaque hic eger, ſive exercetur, ſive ceſſat, colono eſt pœnitendus. *Liv. l.* 1. *c.* 35. Sub haud pœnitendo magiſtro. *Cell. l.* 1. *c.* 3. Dicta mea, factaque pleraque omnia fuiſſe non pœnitenda. *Suetun. in Veſpaſ. c.* 1. Gens Flavia obſcura illa quidem, ſed tamen reipub. non pœnitenda.

PŒNITENS, entis, *ebi ſi pente*, *penitente*, quem pœnitet. *Cic.* 12. *Phil.*

Phil. c. 2. *extr.* Optimus eſt portus pœnitenti mutatio conſilii. *Salluſt.* apud *Chariſ. l.* 3. *pag.* 224. *Putſch.* Lepidum pœnitentem conſilii. *Sueton. in Claud.* c. 43. Signa quædam nec obſcura pœnitentis de matrimonio, deque adoptione dederat.

PŒNITENTER, adverb. cum pœnitentia. *Minuc. Fel. in Octav.* c. 26. Auſpicia & augurio pœnitenter omiſſa, obſervata felicites.

PŒNITENTIA, æ, ſ. *penitenza*, *pentimento*, *mercivon*, actus pœnitendi, dolor ob aliquod factum noxium, aut occaſionis prætermiſſionem. *Phædr. l.* 1. *fab.* 13. Qui ſe laudari gaudent verbis ſubdolis, Sera dant pœnas turpes pœnitentiæ. *Liv. l.* 31. c. 32. Celerem pœnitentiam, ſed eandem ſeram atque inutilem ſequi. *Plin. l.* 7. *ep.* 20. Ne rurſus provinciæ, quod damnaſſe dicitur, placeat, agatque pœnitentiam pœnitentiæ ſuæ. *Petron. in Sat.* c. 132. *Curt. l.* 8. c. 6. & *Auct. dial. de Oratorib. cap.* 25. Pœnitentiam agere ſermonis mei cœpi, ſecretoque rubore perfundi, quod, &c. *Senec. in præfat. l.* 2. *quæſt. nat.* Fideliſſimus eſt ad honeſtas pœnitentia tranſitus. *Plin. l.* 27. *c.* 12. *extr.* Nihil eſt fœdius agricolis, quam geſtæ rei pœnitentia. *Id. l.* 20. c. 23. *ad fin.* Hanc avem pœnitentia cum labore ſubibit. *Id. l.* 7. c. 25. Cæſari propitiam & peculiare clementiæ indigne, quæ uſque ad pœnitentiam omnes ſuperavit. *ſino a pentirſene.* & *Suetan. in Cæſ.* c. 9. Pœnitentia, vel meta diem cædi deſtinatum non obiit. *Tacit.* 4. *Hiſt.* c. 37. Dein mutati in pœnitentiam primani, quartanique, Voculam ſequuntur. *Flor. in fin. l.* 3. Iode Sardiniam receſſit, ibique morbo, & pœnitentia interiit. *Ulpian. tit.* 22. *regular.* qui heredes ioſtit. *ad fin.* Pœnitentia actus everſando heres fieri poteſt. *l. e.* pœnitentia ductus, ut loquitur *Imp. Probus l.* 8. *Cod. tit.* 56. *leg.* 2. ¶ *Ciceronem* hac voce abſtinuiſſe, notavit & *Anſon. ep.* 12. *v.* 20. ¶ Monet *Lactant. l.* 6. c. 24. cum de dolore peccatorum apud Chriſtianos ſermo eſt, aptius Græce *μετανοια*, & Latine *reſipiſcentiam* dici quam *pœnitentiam*. hæc enim ſolum reſipicit factum præteritum, de quo dolet: *μετανοια*, & *reſipiſcentia* & præteritum factum dolet, & correctionem futuræ vitæ reſpicit, confirmans animum ſuum ad rectius vivendum. Nihilominus & *pœnanetro* hoc ſenſu uſurpatur a *Tertull. de pœnit. Auguſtin. Herron.*

PŒNITET, tebat, tuit, imperſ. 2. *pentirſi*, *μετανοῶ*, *μετανοεῖν*, doleo, moleſte fero, diſplices quod placuit. *Voſſ.* dusit a *pœna*. Pœnitere, inquit *Gell. l.* 17 c. 1. tum dicere ſolemus, cum quæ ipſi fecimus, aut quæ de noſtra voluntate noſtroque conſilio facta ſunt, ea nobis poſt incipiunt diſplicere, ſententiamque in iis noſtram demutamus. *Phædr. l.* 5. *fab.* 5. *v.* 3. Ad pœnitendum rebus manifeſtis agi. *Cic. Tuſcul.* 4. c. 37. Alexander cum interemiſſet Clitum, via a ſe manus abſtinuit. tanta vis fuit pœnitendi. *Id. in fragm.* apud *Lactant. l.* 6. c. 24. Corrigere errorem pœnitendo. *Ovid. l.* 1. *ex Pont. ep.* 1. *v.* 57. Sæpe levant (*dei*) pœnas, ereptaque lumina reddunt, Cum bene peccati pœnituiſſe vident. Pœnitet me, ſi quid miſerorum creditur ulli: Pœnitet, & factis torqueor ipſe meis. *Curt. l.* 10. *cap.* 7. Pœnitebat modo conſilii, modo pœnitentiæ ipſius. *Nep. in Timoth.* c. 4. Cum populum judicii ſui pœniteret. *Attic. ad Cicer. l.* 9. *ad Attic. ep.* 20. *ad fin.* Hoc dicam, non pœnitere me conſilii de tua manſione. Cic. 2. *de Orat. c.* 19. Efficiunt, ut me non didiciſſe minus pœniteat. *Id. Attic. l.* 8. *ep.* 5. Etſi ſolet eum, cum aliquid furioſe fecit, pœnitere. *& lib.* 7. *ep.* 3. *a med.* Valde ego ipſi, quod de ſua ſententia decederit, pœnitendum puto. *Plaut. Trin.* 2. 2. 39 Is probus eſt, quem non pœnitet, quem probus ſit, & frugi bonæ. *b. e.* qui altro, libenter, & conſtanter probus eſt. ¶ Cum accuſat. aut nominat. rei, Cic. 5. *Tuſcul.* c. 28. Sapientis eſt proprium, nihil, quod pœnitare poſſit, facere. *Id.* 2. *de Invent.* c. 83. Quæri oportet, utrum id facinus ſit, quod pœnitere fuerit neceſſe. *Fleur. Stoch.* 2. 1. 50. Et me quidem hæc conditio nunc non pœnitet. *b. e.* non diſplicet. *Juſtin. l.* 21. c. 3. Athenienſes ſicuti primi defecerant, ita primi pœnitere cœperunt. ¶ Latet nominativus in illo *Liv. l.* 36. c. 22. Ætolos quoque, ſi pœnitere poſſint, poſſe & incolumes eſſe. Eſt qui leg. *poſſit*. ¶ In plur. numero, *Pacuv.* apud *Non.* c. 7. *n.* 63. Nunc pœnitebunt: libant liberi gratis ex loco. ¶ Dicitur etiam de iis rebus, quæ nec voluntate, nec conſilium noſtro factæ ſunt: & ponitur pro diſplicere, dolere, pigere, tædere, aut pudere. *Cic. de Senect.* c. 6. *a med.* Num ipſitur, ſi ad centeſimum annum vixiſſet, ſenectutis ſuæ eum pœniteret? *gli rincreſcerebbe la ſua vecchiaja? & in ſomn. Scip.* c. 3. *extr.* Ipſa terra ita mihi parva viſa eſt, ut me imperii noſtri, quo quaſi punctum ejus attingimus, pœniteret. *mi vergognavo.* & *Attic. l.* 12. *ep.* 23. Ait, ſe pœnitere, quod animum tuum offenderit, ſed ſe jure feciſſe. *che gli rincreſceva di*, &c. *Suet. l.* 2. *ſilv.* 3. *v.* 23. Pœnituit videre deam. *b. e.* diſplicuit deæ vidiſſe. Adde *Cic. pro Cal. c.* 3. ¶ Et *de* iis, quæ contemnimus, parvi facimus, & quæ non fatiſfaciunt. *Cic.* 4. *Acad.* c. 22. Cur non ſe tranſtulit ad alios, & maxime ad Stoicos? Quid vum Mnaſarchi pœnitebat? quid Dardam? qui erant Athenis tum principes Stoicorum. *non gli piaceva? non lo ſoddisfaceva?* & *Plaut. Amul.* 3. 2. 20. Me haud pœnitet: tua ne expetam? *ſon contento de quel che ho. Liv. l.* 8. c. 23. Minime pœnitere ſe virium ſuarum, ſi bellum placeat. ¶ *Pœnitet*, parum videtur. *Terent Eun.* 5. 7. 12. An pœnitebat flagitii, te auctore quod feciſſet adoleſcens, ni miſerum inſuper *etram* patri indicares? *ti pareva poco? non ti contentavi?* Adde *Hrant.* 2. 2. 20. Sic *Plaut. Sench.* 4. c. 44. Imo duo dabo, inquit illy adoleſcens, una ſi parum eſt: & ſi duarum pœnitebit, addentur duæ. Adde *Trucul.* 2. 4. 77. & 2. 6. 52. & *Liv. l.* 9. c. 36. *a med.* Sic *Cæſ. l.* 2. *B Civ.* c. 32. *a med.* An pœnitet vos, quod ſalvum atque incolumem exercitum, nulla omnino nave deſiderata, transduxerim? ¶ Participia. *pœnitens*, *pœnitendus*, *pœnitura*, V. ſuo locis. ¶ Scribitur & *pœnitet*. Sic enim perpetuo habetur in Pandectis Florent. Sic in Tab. æreæ apud *Gruter. pag.* 502. *col.* 2. *ad fin.* Non magis ſunt pœnitendi ſenatores, quam pœnitet, &c. Sic etiam in libris veterib. & Virgilio Carpenſi haberi teſtatur *Manut.* Huc facit, quod *Gellius l.* 17. c. 1. non a *pœna*, ſed a *pœet*, & *pœnuria* ducendum putat. quod ſane videtur probabile, ſi dicamus primam & propriam hujus verbi vim eſſe, cum *pœ pœnam videri* poniur. Quod confirmat *Donat.* ad illud *Terent. Phorm.* c. 3. 20. noſtri noſmet pœnitet. Pœnitet (inquit) eum, qui parum putat.

PŒNITO. V. *Pœnio*.

PŒNITŪDO, inis, ſ. pœnitentia. *Pacuv.* apud *Non. cap.* 2. *n.* 646. & 769. Deſiderio, pœnitudine. *Auſon. in Sapient. de Thal.* v. 22. Prædes, vadeſque pœnitudinis mi. Adde *Sidon. l.* 6. *ep.* 9. & *Hincmar. epiſt.* 84.

PŒNITŪRUS, a, um, particip. temporis futuri verbi *pœnitet*. *Quinctil. l.* 9. c. 3. Eo uſque proceſſum eſt, ut *non pœnituerus* pro non acturo pœnitentiam, & *viſurus* ad videndum miſſos, Salluſtius dixerit. *Accius* apud Non. c. 2. *n.* 685. Neque te, neque quemquem abhorror tuæ pœniturum laudis.

PŒNITUS. V. *in Pœnio*.

PŒNULUS, li, m. diminut. a *Pœnus*, unde Plautina fabula nomen ſumpſit, in qua Pœnus Hanno Punice loquens inducitur.

PŒNUS, i, m. *Αἴβυς*, Carthaginienſis: a *Φοῖνιξ*, Phœnix. Pœni enim e Phœnicia erant, quæ Græce *Φοινίκη*. *Virg.* c. Æn. *v.* 306. ponuntque ferocia Pœni Corda volcate deo. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 18. Hic Pœnos non optime Græce, ſed tamen libere reſpondiſſe fertur. ¶ Adjectivus pro Punicus. *Virg. Ecl.* 5. *v.* 27. Pœnos ingemuiſſe leones. *Propert. l.* 2. *eleg.* 23. *v.* 3. porticus Pœnis digeſta columnis. *Sil. l.* 6. *v.* 338. Pœna inſurgit via ſæva virorum. *& verſ.* 407. habitu & velamine Pœno deformis. *Stat. l.* 4. *ſilv.* 3. *v.* 91. Pœnos Bagrada ſarpit inter agros. *& ſilv.* 5. *v.* 45. Sermo Pœnus. *Auſon. ep.* 20. *v.* 47. Pœna fides. ¶ Ponitur pro vafro, callido, verſuto. Tales enim Pœni habiti ſunt. *Plaut. Pan. prol. v.* 121. Ita docte, atque aſtu filius quærit ſuas: Et is omnes linguas ſcit, ſed diſſimulat ſciens ſe ſcire. Pœnus plane eſt. ¶ *Pœnum* pro *Pœnorum*. *Sil. l.* 7. *v.* 714. circumdata Pœnum Agmina deturbat gladio. Adde *lib.* 27. *v.* 321.

PŒSIS, is, ſ. *poeſia*, *poema*, *veiuvs*, opus poeticum: a *ποιέω*, facio, fingo. *Horat. de ar. Poet. v.* 361. Ut pictura poeſis: erit quæ, ſi propius ſtes, Te capiat magis: & quædam, ſi longius abſtes: Hæc amat obſcurum: volet hæc ſub luce videri. *Cic.* 4. *Tuſcul.* c. 33. Anacreontis tota poeſis eſt amatoria. *Id.* 3. *de Orat. c.* 25. *ſub fin.* Quamvis claris ſit caloribus picta vel poeſis, vel oratio, non poteſt in delectatione eſſe diuturna. V. *Poema*, ubi de diſcrimine inter utramque vocem. ¶ Cave imiteris *Prudent.* medium ſyllabam corripientem *lib.* 2. *in Symmach. v.* 52. cum pulcrum poeſis caſtravere Atyn.

PŒSNIS, pœnis, ut caſmenas dicebant pro camenis, & cœſnas pro cœnis. *Feſtus*.

POETA, æ, m. *poeta*, *vimatore*, *νοιητὴς*, carminum ſcriptor: a *ποιέω*, facio, fingo. *Cic. pro Arch. c.* 8. Ceterarum rerum ſtudia & doctrina, & præceptis, & arte conſtant: poeta natura ipſa valet, & mentis viribus excitatur, & quaſi divino quodam ſpiritu inflatur. *Id. l.* 2. *de Orat. c.* 46. *extr.* Poetam bonum nemiuem ſine inflammatione animorum exiſtere poſſe, & ſine quodam afflatu quaſi furoris. *Id.* 2. *de Orat. c.* 54. *ſub fin.* Poetæ quaſi alia quadam lingua locuti. *Horat. in ar. Poet. v.* 9. pictoribus atque poetis Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas. *& verſ.* 372. mediocribus eſſe poetis Non dii, non homines, non conceſſere columnæ. *Quinct. l.* 10. c. 2. *a med.* Cornelius Severus, verſificatne, quam poeta, melior. *poetam* intelligit, qui & apte invenire ac fingere imitando poteſt, ſimulque verſus idoneis verbis componere: *verſificatorem*, qui altera tantummodo poteſt. ¶ artifex, architectus. *nam νοιητὴς* proprie eſt, qui quippiam facit. *Plaut. Aſin.* 4. c. 1. Agedum, iſtum oſtende, quem conſcripſiſti, ſyngraphum. Nam tu poeta es ad eam rem unicus. ¶ Per antonomaſiam *poeta* Græcis eſt *Homerus*, Latinis *Virgilius*. *Juſtinian. inſtitution. l.* 2. *tit.* 2.

POETICA, æ, & Poetice, es, ſ. *Poetice*, *Ποιητικὴ*, ars ſcribendorum verſuum. *Cic.* 2. *Tuſcul. c.* 1. *extr.* Serius Poeticam nos accepimus. *& lib.* 4. c. 32. O præclaram emendatricem vitæ Poeticam! *Nep. de Attico*, c. 18. Attigit quoque Poeticen: credimus, ne ejus expers eſſet ſuavitatis. *Plin. l.* 7. *ep.* 4. Nunquam a Poetice alienus fui.

POETICE, adverb. *da poeta*, *poeticamente*, *νοιητικὸς*, poetæ more modoque. *Cic.* 5. *de Fin. c.* 4. Ut nulla pars cælo, mari, terra, ut poetice loquer, prætermiſſa ſit. *Plin. l.* 8. *ep.* 4. Pande vela, ne, ſi quando alias, toto ingenio velucre. cur enim non ego quoque poetice cum poeta? *Petron. in Satyr. c.* 90. Minus quam duobus horis mecum moraris, & ſæpius poetice, quam humane locutus es.

POETICUS, a, um, *de poeta*, *poetico*, *νοιητικὸς*, ad poetam pertinens. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 38. Poeticum verbum. *& lib. c. c.* 33. Collocatio verborum perficitur in ſcribendo, non poetice, ſed quodam oratorio numero & modo. *Id.* 3. *de nat. Deor. c.* 31. Poetici dii. *b. e.* qui & quales a poetis finguntur. *Id.* 2. *ad Q. Fr. ep.* 15. Curſu corrigam tarditatem, tum equis, tum (quamiam ſcribis poema ab eo noſtrum probari) quadrigis poeticis. *Quinctil. l.* 10. *c. de Homero*. Nec poetica modo, ſed oratoria virtute eminentiſſimus. *Horat. l.* 1. *ep. ep. v.* 44. manare poetica mella.

POETILLA, æ, m. *poetaſtro*, malus poeta. Habetur apud *Plaut. Trucul.* 2. 6. 4. ſed non certa lectione.

POETOR, aris, dep. c. *poetare*, *verſeggiare*, *νοιητίζω*, poetam ago, verſus facio. *Enn.* apud *Priſcian. l.* 8. *v.* 849. Nunquam poetor, niſi podager. *Auſon. in epiſt. præfat. Edyll.* 6. Mirandi ſupporem tranſtuli ad inepcium poetandi.

POE-

Digitized by Google

POETRIA, æ, f. *poeſſa*, *vimatrice*, ποιήτρια, femina poetices peritæ. *Cic. pro Cael. c.* 27. Vetus & plurimarum fabularum poetria. *Ovid. Heroid. ep.* 15. *v.* 183. Grata lyram poſui tibi, Phœbe, poetria Sappho. *Perſ. in fin. prol.* Corvos poetas, & poetrias picas docere credas Pegaſeium melos. Sunt qui leg. *poetridas a poetris*, *idis*, eod. ſenſu.

POETRIS. V. in voce præced.

POGONIAS, æ, m. πωγωνίας, genus cametæ, ſtellæ barbatæ ſimilitudinem referens. πώγων enim Græci barbam vocant. *Senec. l.* 1. *quæſt. nat. c.* 15. & *Plin. l.* 2. *c.* 25. Deſignatur a *Manil. l.* 2. *v.* 837. Et globus ardenti ſequitur ſub imagine barbæ.

POL, per Pollucem adverb. juranda, quod juramenti genus tam viris, quam mulieribus erat commune. *Horat. l.* 1. *ep.* 7. *v.* 92. Pol, me miſerum, patrone, vocares. *Terent. Eun.* 4. 5. 5. Certe tu quidem pol multo hilarior. *Plaut. Amph.* 1. 1. 215. Pol profecto. *Enn.* apud *Macrob. l.* 6. *Saturn. c.* 1. Non pol homo quiſquam faciet impuna animatus Hoc, tuſi tu.

POLATICUS, a, um, ad Polam pertinens, quæ eſt urbs Iſtriæ maritima: unde *Polaticus ſinus*, idem qui Flanaticus, apud *Pompon. Mel. l.* 2. *c.* 3. *ſub fin.*

POLEA, æ, f. πόλεα, ſimus pulli aſinini. *Plin. l.* 28. *c.* 13. *a med.* Aſinini pulli ſimum, quod primum edidit, poleam vocant Syri.

POLEMO, & Polemon, onis, m. Πολέμων, Philoſophus Athenienſis, filius Philoſtrati, diſcipulus Xenocratis, magiſtri Zenonis. Cum in juventute petulans eſſet, & aliquando ebrius, & coronatus Xenocratis ſcholam ingreſſus fuiſſet, ejus orationc, quæ tunc de pudicitia erat, adeo mores immutavit, tantumque in Philoſophia profecit, ut Xenocrati in ſchola ſuccedere potuerit. V. *Valer. Max. l.* 6. *c.* 9. *n.* 1. *extern. Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 254. quæro, faciamne quod olim mutatus Polemon? *Cic.* 4. *de Fin. c.* 6. Polemo, ſecundum naturam vivere, ſummum bonum eſſe dixit. ¶ Fuit etiam hoc nomine rex Ponti, qui poſt devictum a Pompejo M. Mithridatem, redactaque in provinciam dimidia regni ejus parte, in reliqua regnavit, & ſub Nerone hanc ipſam quoque populo R. conceſſit, ut eſt apud *Suetou. in Ner. c.* 18. Hinc Pontus Polemoniacus, apud *Aurel. Victor. de Cæſarib. c.* 15. *Vopiſc. in Aurelian. c.* 21. *extr.* & *Eutrop. l.* 7. *c.* 14. ¶ De poſitione recti caſus, V. in *Rubico*.

POLEMONEUS, a, um, ad Polemonem pertineas. *Cic.* 4. *Acad. t.* 43. Si Polemoneue peccat Stoicus, rui falſæ aſſentiens.

POLEMONIA, æ, f. πολεμωνία, herba, ruta capraria. *Plin. l.* 25. *c.* 6. V. *Chiliadynama*.

POLEMONIACUS, a, um. V. in *Polemo*.

POLENTA, æ, f. *polvere*, ἄλφιτον παρασκεύασμα, πόλτος, cibus viliſſimus ex farina hordeacea toſta, proprius tenuiter viventium. Fiebat autem a Græcis hac ratione. Perfuſum aqua hordeum ficcabant noctu una, poſtem die frigebant, deinde molle frangebant, ſervabantque in multos dies: cum vero uti velleut, partem illius farinæ aquo aſpergebant, & torrebant in ſartagine. Ita narrat *Plin. l.* 18. *c.* 7. additque alias conficiendæ polentæ rationes ab iiſdem uſurpatas. alii enim adjiciebant hordeo ſemina lini, & coriandri, ſal, &c. Italia vero, ſubdit *Id. ibid.* ſine perfuſione toſtum hordeum in ſubtilem formam molit, iiſdem additis, utque etiam millio. V. *eund.* & *l.* 22. *c.* 25. ubi medicinas ex polenta recenſet. *Perſ. ſat.* 3. *v.* 55. *de Sciris*. detonſa juventus Invigilat, ſiliquis, & grandi paſta polenta. *Senec. epiſt.* 110. *ſub fin.* Diſce parvo contentus eſſa, & illam vocem magnus atque animoſus exclama: Habeamus aquam, habeamus polentam, Jovi ipſi de felicitate contraverſam faciamus. Turpe eſt beatam vitam in auro & argento reponere: æque turpe eſt in aquo & polenta. *Ovid.* 5. *Met. v.* 450. Dulce dedit, toſta quod coxerat ante polenta. *b. e.* mel, vel mulſum, quo toſtam polentam conſperſerat, coxeratque. Unde mox *verſ.* 454. Cum liquido mixta perfudit dive polenta. Videtur *Ovid.* hic deſcribere cycconem, cujus meminit *Aruob. l.* 5. V. *Cyceon. Colum. l.* 6. *c.* 17. *ſub fin.* Epiphoram ſupprimit polenta conſperſa mulſa aqua, & in ſupercilia genaſque impoſita. *Apul. l.* 6. *Metam.* Offae polentæ mulſo concreatæ umbubus geſtare manibus. *Colſ. l.* 4. *c.* 11. Polenta vino aſperſa. *Apul. l.* 1. *Metam.* Polentæ caſeatæ offula. *Plin. l.* 24. *c.* 1. Nitroſæ, aut amaræ aquæ polenta addita mitigantur: qua de cauſa & in ſaccos vinarios additur polenta. *Id. l.* 30. *c.* 12. Carbunculus aboletur polenta impoſita inſperſa. *Id. l.* 27. *c.* 8. *ante med.* Herba, quæ ignes ſacros cum flore polentæ ſanat impoſita. *b. e.* cum flore farinæ, ex qua polenta fit: vel cum polenta liquidiore, de qua infra. ¶ Differt a pulte, tum quia pulſ Latina vox eſt, & res Italiæ, polenta Græciæ: tum quia pulſ ex farre eſt, polenta ex hordeo. *Plin. l.* 18. *c.* 8. Videtur tam pulſ ignota Græciæ fuiſſe, quam Italiæ polenta. ¶ Macedonibus men fuit, arbie quem condere pararent, muros polentæ deſignare, teſte *Curt. l.* 4. *c.* 8. Adde *Valer. Maxim. l.* 1. *c.* 8. *n.* 1. *extern.* ¶ *Polenta*, *orum*, neutro genere, *Macrob. l.* 7. *Saturn. c.* 15. Si natumhe via potum in pulmonem traheret, cum polenta bibuntur, vel cum hauritur potus admixtis grauis, ſeu en ra aliqua denſiore, quid hic ſumptis pulmo pateretur? *bibuntur* dicit, quia polenta ita temperari poteſt, ut potui ſit: unde *Scribon. Larg. compoſ.* 159. Polentæ tenuie cyathi duo.

POLENTARIUS, a, um, ἀλφιτικός, qui eſt ex polenta. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 16. Eos ego ſi offendero, ex unoquoque eorum exciam crepitum polentarium. *b. e.* adeo cubito, aut peſtore, aut genu offendam, ut pedere cogam iſtos Græcos palliatos polenta paſtos. *Apul. l.* 6. *Metam.* Polentarium damnum. *b. e.* jactura offæ ex polenta factæ.

POLENTINUS, & Pollentinus, a, um, ad Polentiam, ſeu Pollentiam pertinens, quæ eſt urbs Italiæ in Piceno: unde *Pollentini*, *orum*, ejus cives, *Plin. l.* 3. *c.* 13. ¶ Alia eſt in Liguria ad Tanarum fluvium celebris fictilibus calicibus, ut eſt apud *Plin. l.* 35. *c.* 12. *a med.* & *Martial. l.* 14. *epigr.* 157. Item lanæ fuſci velleris, teſte *eod. Plin. l.* 8. *c.* 48. & *Colum. l.* 7. *c.* 2. Unde *Sil. l.* 8. *v.* 599. fuſcique ferax Pollentin ville. *In lemmate epigr.* 157. *l.* 14. *Martial.* lanæ Polentinæ. Ad hanc peetinet & illud *Stat. l.* 2. *ſilv.* 6. *v.* 63. Seu Pollentinos merſiſſent flumine ſaltus. ¶ In campis circa eandem cæſi ſunt magno clade Gothi ab exercitu R. ſub Honorio. *Claudian. de* VI. *conſul. Honor. v.* 107. Jam Polentini tenuatus ſumere campi Hoſtis. *Prudent. l.* 2. *adverſ. Symmach. v.* 718 inhumata cadavera late, Quæ Pollentinos texerunt oſſibus agros. ¶ Alia item eſt in Baleari inſula majori. *Plin. l.* 3. *c.* 5. *ſub fin.* & *Pompon. Mela ſub fin. l.* 2.

POLET, pollet, quia nondum geminabant antiqui conſonantes. *Feſt.*

POLIA, æ, f. gemme canitiem quandam ſparti indicans: a πωλίος, canus. *Plin. l.* 37. *c.* 11. ¶ Item grex equorum, *greggia di cavalli*: a πῶλος, pullus equinus. *Ulpian. Dig. lib.* 21. *tit.* 1. *leg.* 38. *ſub fin.* Si polia venierit, dicemus unum equum, qui vitioſus eſt, non omnem polliam redhiberi oportere. ¶ Græce eſt πώλαινα (quamquam hoc aliud ſignificat) prima & altera ſyllaba producta.

POLIMEN, inmnie, n. politura, politio. *Apul. de deo Socrat.* Neque enim in emendie equie phaleras conſideramus, & baltei polimina inſpicimus. *b. e.* bullas, fibulas, &c. ¶ Item polimina ſunt ea, quæ nos prolee verecundiùs dicimus: a vulgaribus autem aſſolent cognomine teſtium nuncupari. *Arnob. l.* 7. *pag.* 230. V. vocem ſequeat.

POLIMENTA, orum, n. (ait *Verrius* apud *Feſt.*) dicebant antiqui teſticulos porcorum, cum eos caſtrabant: a politione ſegetum, aut veſtimentorum: quod ſimiliter atque illa, curentur. *Plaut. Men.* 1. 3. 18. Jube de ſtro obſtinarier ſincipat, aut polimenta porcina, aut aliquid ad eum modum. Diſplicet *Scaligero in coniectan. ad Varr. pag.* 71. ea notatio verbi a *Feſto* allata: vula autem dici *polimenta* a *polir*, ſeu *polubis*, quæ fuerint pilæ ex aluta, tomento molli farctæ, quibus datatim ludebant: unde *polire*, pila ludit, apud *Paul.* ex *Feſto*. Alii alia commiſiſcuntur. V. *Voſſ.*

POLINDRUM, i, n. nomen aromatis, vel condimenti, fictum joculariter a coquo apud *Plaut. Pſeud.* 3. *c.* 43.

POLIO, ire, ivi, itum, a. 4. *polire*, *luſtrare*, *nettare*, *liſciare*, *ornare*, λειαίνω, ἀναξέω, lævigo, nitidum reddo, perficio, & dicitur proprie de iis, quæ fricando, & terendo nitorem acquirunt. A Græcis ducunt Etymologi, aliunde alii. *Vitruv. l.* 7. *c.* 4. & *Colum. l.* 8. *c.* 8. Parietem tectorio polire. *inroucare*. & *Vitruv. ibid.* Supra podia abaci ex atramento ſunt fabigenda & polienda. *Lucret. ſub fin. l.* 5. & dædala ſigno polire. *Plin. l.* 18. *c.* 9. *ad fin.* Polita ſcabritiam ferri hircorum ſanguine. *Id. l.* 19. *c.* 5. *a med.* Raphani poliuut ebora. *Id. l.* 36. *c.* 21. Lapie Samius polienda aura utilis. *Id. l.* 37. *c.* 8. Polire gemmas cotibus. *Id. l.* 9. *c.* 12. & *lib.* 34. *c.* 9. *a med.* Sqnatinæ piſcis cute polire ligna. *Id. l.* 36. *c.* 6. *ad fin.* marmora. *Id. l.* 8. *c.* 48. ahena. *In Legib.* XII. *Tab.* apud *Cicer.* 2. *de Leg.* 2. 23. Rogum aſcia ne polito. *Quintil. in proem. l.* 8. *a med.* Ungues polire, & capillum raponere. *Ovid.* 1. *Triſt. el.* 2. *v.* 12. Nec fragili gemiæ poliantur pumice frontes. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 9. Ambæ nunquam conceſſavimus lavari, aut ornari, polirі, expoliri, pingi, fingi. *Ovid. de medic. faciei*, *v.* 25. feminæ poliuntur lege mariti. *Jul. Firmic. de err. profh. relig. c.* 4. Effeminare voltem, polire cutem, & virilem ſexum ornatu muliebri dedecorare. ¶ *Polire lima*, eſt *lavare*, *nettare*. *Plin. l.* 19. *c.* 1. Hiſpania citerior habet ſplendorem lini præcipuum, torrentis, in quo politur, naturæ. & *ibid. a med.* Iterum deinde in filo politur, illiſum crebro in ſilice ac aqua. ¶ *Hor politum eſt*, perfectum eſt. *Plaut. Epid.* 3. 2. 3. Hoc oppido politum eſt. ¶ *Polire veſtes* eſt fullonum, qui lavant, illidunt ex aquo, & pectinæ villos deſtringunt, γναφεύειν, *purgare*, *lavare*. *Plin. l.* 35. *c.* 17. Creta Umbrica polienda veſtibus aſſumitur. *Ulpian. Dig. lib.* 47. *tit.* 2. *leg.* 12. Fullo, qui curanda, polienduque veſtimenta accepit. *Cajus lib.* 19. *tit.* 5. *leg.* 22. Si tibi polienda, farciendave veſtimenta dederim. ¶ *Polire agros*, raſtris, bidente, crate, quaſi pectere, occare, radere, occolere. *Enn.* apud *Non. c.* 1. *n.* 339. Raſtros dente fabet capiit canſa poliendi agri. V. *Polire*, & *Polimus*. ¶ Tranſlare *Cic.* 1. *de Orat. c.* 14. *in fin.* Ignarus faciundæ ac polienda orationis. *Quintil. lib.* 10. *c.* 4. *ad fin.* Sit aliquando, quod placeat, aut certe quod ſufficiat, ut opus poliat lima, non exterat. *Phædr. l.* 1. *prol.* Æſopus auctor quam materiam reppcrit, Hanc ego polivi verſibus fenariis. *Ovid.* 1. *ex Pont. ep.* 5. *v.* 61. Cur ego ſollicita poliam mea carmina cura? *Petron. in Satyr. c.* 5. mores frugalitatie lega poliat exacta. ¶ *Polibam* pro *policham*: quæ politio in 4. conjugatione frequens eſt: *Virg.* 8. *Æn. v.* 435. Palladis arma Certatim ſquamis ſerpentum, amoque polibant.

POLIO, onis, m. qui arma polit. *Aurel. Arcad. Dig. lib.* 50. *tit.* 6. *in fin.* Poliones, & cuſtodes armorum. *Torrentin.* habet polliones: *Heloand.* pelliones: alii *poliores*. Quidam Lexicographi addunt & locum *Fermeri*, ſine notatione libri, aut cap. Fortaſſe deſignant *lib.* 3. *c.* 13. *ad fin.* ubi tamen *polliones*, non *poliones*. ¶ In Gloſſ. veterib. legimus Polio, πανηγυρίζω. V.

POLION, ii, n. *polio*, πόλιον, nomen herbæ Græcum, Latine *tinctoria* apud *Scribon. Larg. compoſ.* 83. quoniam ad arcendas tineas interponitur veſtibus; duplex eſt, campeſtris, major; ſilveſtris, minor. Folia ſunt canis hominis ſimilia (unde nomen. nam πολιός canum ſignificat) a radice protinus, nunquam palmo altiora. Ita *Plin. l.* 21. *c.* 7. *in fin.* qui miroe ejus uſus in medicina recenſet *cap.* 20. *a med.* & folia ejus æterna eſſe, tradit *cap.* 17.

POLIORCETES, æ, m. πολιορκητής, urbium obſeſſor, & expugnator,

tor, urbicapus : a πόλις, urbs, & ἅομαι, ſeptum, vallum : cognomentum eſt Demetrio regi Macedonum, Antigoni filio inditum ob poriti am, & conſtantiam obſidendarum urbium. *Vitruv. l. & c. alt. Senec. epiſt. 9. ad fin. Plin. l. 7. c. 38. Gell. l. 15. c. ult.* & *Ammian. l. 23. c. 4.* (*al.* 9.) & *lib. 24. c. 2.* (*al.* 8.)

POLITE, *politiſſimè, elegantiſſimè, cum politiore*, γλαφυρῶς, ornate, elegantèr, ſplendidè, perfectè. *Cic. 4. Acad. c. 38.* Negatis hæc tam politè, tamque ſubtiliter effici potuiſſe ſine divina aliqua ſolertia. *Id. de clar. Orat. c. 19.* Et luculente quidem ſcripſerunt, etiamſi minus, quam tu, politè. *Id. pro Cal. c. 3. extr.* Ornatè politèque dicere. *Id. 4. de Fin. c. 3.* Politè aptèque dicere. *Plin. l. 1. ep. 16.* Cauſas agere acriter & ardenter, nec minus politè & ornatè. *Cic. 1. Acad. c. 1.* Quæ & ſunt magna ſane, & limantur à me politius. *Auſt. ad Herenn. l. 4. c. 32. extr.* Ut perfectè & politiſſimè poſſint eſſe abſolutæ. *Ita* infert *Ruſin. de mirer. com. pag. 2715. Pariſ.* In editis eſt *perpoliſſimè*.

POLITIA, æ, ſ. *republica, governo della repubblica*, πολιτεία, reſpublica, ſtatus civitatis, & ut *Ariſtoteles* definit *in Rhet.* principatus, & conſuetudo rarum, ſecundum quam vivere unumquemque, & converſari decet. Hoc nomine inſcripſerunt aſt opus Platonis de Republica, quod in decem dialogos diſtinguitur. *Cic. 1. de Divin. c. 30.* Vide, quid Socrates in Platonis Politia loquatur. Adde *lib. 2. c. 27.*

POLITICE, es, ſ. πολιτική, civilitas, reſpublicæ ſtatus, & ars ejus adminiſtranda. *Apul. de dogm. Plat. l. 2.* Civilitatem Plato politicen vocat. Al. ſcrib. πολιτικήν. *Cicero* quoque Græce uſurpat.

POLITICUS, a, um, *politico, civile*, πολιτικός, ad politiam, & reſpubl. pertinens, civilis. *Cic. l. 7. Fam. ep. 1.* Sed quæ poteſt eſſe homini politico, delectatio, eum, &c? *Al. leg.* polito. *Id. Attic. l. 9. ep. 4.* Quædam tanquam *Sicem*, quæ & politicæ ſunt, & temporum horum. *Cael. ad Cicer. l. 8. Fam. ep. 2.* Tui libri politici omnibus vigent. *Macrob. l. 1. in ſomn. Scip. c. 8.* Politicæ virtutes.

POLITIO, onis, ſ. *politura, πολιασμός, λείανσις*, actus poliendi & perficiendi. *Vitruv. l. 7. c. 4.* Quibus rationibus ſecti locis tectoria oporteat fieri, dixi : nunc quemadmodum humidis locis politiones expediantur, ut permanere poſſint ſine vitiis, exponam. *l. c.* tectorii inductiones. *intonacature.* & *cap. 3. a med.* Speculum argentatum ſecipiens in ſe politionem, fulgentes imagines reddit. *ſregogisure e liſtrature.* & *Feſtus :* Depolitum, perfectum, quia omnes perfectiones antiqui politiones appellabant. ¶ *Politio agri* eſt ſuprema & diligentior cultura, occando, & complanando terram : quod fit & anta, & poſt jacta ſemina. *Cato R. R. c. 36.* Politionem quæ paſto dari oporteat. In agro Caſinate, & Venafro, in loco bono, parte octava corbi dividat, &c. Loquitur *Cato* de contractu, quo æger colendus, & poliendus ſub certa frugum mercede dabatur. *Feſt. in Polimenta :* Politio ſegetum, aut veſtimentorum.

POLITOR, oris, m. *politore*, πολιάδης, qui polit. *Jul. Firmic. l. 4. c. 7. ſub fin.* Facit gemmarum politores. ¶ *Politor agri*, qui diligenter excolit, & ſuperemuni culturæ manum impouit, ut in voce præced. dictum eſt. *Calſ.* apud *Ulpian. Dig. lib. 17. tit. 2. leg. 52.* Si in coeunda ſocietate artem operamve polliciti eſt alter, veluti cum pecus in commune paſcendum, aut agrum politori damus in commune quærendis fructibus. *Cato R. R. c. 5.* Operarium, mercenarium, politorem diutius eundem ne habeat. Adde *cap. 136.* Fruſtra ſunt, qui his locis aliter leg.

POLITULUS, a, um, dimin. a *politus*. *Cic. l. 7. Fam. ep. ult.* Opus eſt hac limatulo & politula tua judicio. Al. leg. *polito*.

POLITURA, æ, ſ. *pulitura, liſciatura, pulimento, λείανσις*, politio, perfectio. *Vitruv. l. 7. c. 2. de pavimentis.* Super ſticaturam, levigationibus & polituris cum fuerint perfecta, incernatur marmur, & ſuprà loricæ ut calce & arena inducantur. *Plin. l. 36. c. 6. in fin.* Craſſior arena plus erodit marmoris, majuſque opus ſcabritia politura relinquit. *Id. l. 23. c. 22. a med.* Charta politura minus ſorbet, magis ſplendet. *Id. l. 27. c. 26. de virib.* Gemmarum, ſi frigus retorridas hirtaſque fecerit, repumicatio, & quædam politura. *Id. l. 31. c. 24. ad fin. de aramo.* Sciſſa protinus reſcit, ad polituram ſarciens. *ritornicando a perfezione.*

POLITUS, a, um, *polito, fregato, liſciato, luſtrato*, ξυσθείς, γλαφυρός, levigatus, utidus factus, perfectus. *Cic. 3. ad Q. Fr. ep. 2. c. 2.* Porticus tota patet, & columnæ politæ ſunt. *Varr. l. 3. R. R. c. 9. circa med.* Villa polita opere teſtaceo eleganter. *Sueton. in Caſ. c. 67.* Argento & auro polita arma. *Plin. l. 36. c. 23.* Fornices tecti lapide politi. *Martial. l. 4. epigr. 46.* Syntheſis craſſo ſiguli politi cælo. *Id. lib. 5. epigr. 38.* Cui nec lapillos præferas Erythræos, Nec modo politum pecudis Indicæ dentem. *Id. lib. 8. epigr. 72. liber* ſuperſu pomicis aridi politus. *& lib. 9. epigr. 58.* Tuſca ligo vinea politus. *h. e.* detritus, atque adeo uitens. ¶ *Politus ager*, diligenter & plane cultus. *Varr. l. 3. R. R. c. 2.* Fundus cultus politus. *Enn.* apud *Non. c. 2. n. 339.* Lati campi, quos gerit Africa terra politos. V. *Polio*, *Polior*, & *Politio*. ¶ *Polito domus*, perfecta, omnibus ornamentis inſtructa, plene ornata. *Phædr. l. 4. fab. 4. n. 26.* Domum politam, & delicatos hortulos. *Varr. l. 2. R. R. c. 2. ante med.* Regie polita ædificia. *Id.* apud *Non. cap. 2. n. 339.* Politum cœnaculum. *Plin. l. 2. ep. 17. ante med.* Cubiculum politiſſimum. ¶ Translate *Varr. l. 2. R. R. c. 10. ante med.* Vir omnibus virtutibus politus. *Perſ. ſat. 5. n. 216.* Pelliculam veterem mtines, & fronte politus Aſſutam vapido ſervas ſub pectore vulpem. *h. e.* externa ſpecie virtutibus ornatus. ¶ Refertur ad culturam ingenii, & litterarum, & orationis. *Vel. Max. l. 5. c. 4. n. 5. extern.* Doctrina proficit, ut politiora, non ut maiora fiant ingenia. *Id. l. 2. c. 2. n. 2.* Facundia politiorem fieri. *Lucret. l. 3. v. 308.* Doctrina homines politos conſtituit. *Plin. l. 2. ep. 16.* Qui virorem tam doctam politamque reddiderit. *Sueton. in Tom. 311.*

Caſ. c. 47. Servitia recentiora, politioraque immenſo pretio comparare. *Cic. in Piſon. c. 25.* Homo ad perſuadendum concionue, perfectus, politus e ſchola. *Id. Fam. 13. ep. 1. ad fin.* Vir omni liberali doctrina politiſſimus. *Id. 1. de Fin. c. 7. in fi.* Non ſatis politus iis artibus, quas qui tenent, eruditi appellantur. *Id. 2. de Orat. c. 17.* Homo communium litterarum, & politioris humanitatis expers. *Auſt. dial. de Orat. c. 18.* Gracchus in dicendo plenior & uberior, Craſſus politior & ornatior. *Cic. de clar. Orat. c. 95.* Accurata & polita oratio. *Plin. l. 7. ep. 13.* Epiſtola tam polite, quæ niſi a ſtudente, non poteſt ſcribi. *Cic. Attic. l. 2. ep. 21. circa med.* Sic ego hunc, omnibus a me pictum & politum artis coloribus, ſubito deformatum non ſine magno dolore vidi. *Id. Fam. 2. ep. 9. circa med.* Ut Apelles Veneris caput, & ſumma pectoris politiſſima arte perfecit, reliquam partem corporis inchoatam reliquit.

POLLA *pro* Paula, nomen Romanæ feminæ, legitur in quatuor veteribus Inſcriptionibus, quas collegit *Momm.* in *Orthographia*. item *Gruter. pag. 321. n. 4. pag. 365. n. 6. pag. 697. v. 8. & pag. 955. n 6.* Quibus adde ſex alias apud *eund. Gruter. pag. 493. n. 1. pag. 665. n. 3. pag. 718. v. 11. pag. 840. v. 1. pag. 969. n. 10. & pag. 1064. n. 3. & Sueton. in Veſpaſ. c. 1.* ¶ Fuit Polla Claudia unus primum *Luconi*, deinde *Scetii* : quod ipſa ſignificat *l. 2. ſilv. 7. v. 62. 82. & 120. & lib. 3. ſilv. ult. n. 52. & Martial. l. 7. epigr. 22. & 23. & lib. 10. epigr. 64.* Quare *Sidon.* Lucanum, & Statium ſignificat, cum ait *carm. 23. v. 165.* Quid quos duplicibus jugata tædis Argentaria Polla dat Poetas?

POLLEN, inis, n. & Pollis, inis, ſ. & m. *farina di friſcello, o faſcello*, πάλη, πτισάνη, γύρις, tenuiſſima farinæ pars, quæ circa molas, & loca, quibus panis pinſitur, volitat, & poſtea bus adhæret. *Terent. Adelph. 5. 1. 60.* Atque ibi faviliæ plena, ſumi, ac pollinis coquendo ſit faxo, & molendo. *Cato R. R. c. 156. & 157. a med.* Poſtea ſalem additu, & cumini paululum, & pollinem polentæ. *h. e.* farinæ hordaceæ, ex qua polenta ſit. *Plin. l. 13. c. 22. ad fin.* Glutinum vulgare & pollinis flore temperatur ſervente aque, minimo acetl aſperſu. *Peiſeion. l. 6. pag. 708. Pariſ.* Hæc pollis, pollinis : ſic Chariſius. (*lib. 1. pag. 27.*) Probus autem, & Cæſar hoc pollen, pollinis declinaverunt. *Phocas in arte, pag. 1697.* Illa ſunt generis maſculini, quæ in genitivo una ſyllaba accreſcunt, ut hic lapis, idis; hic polvis, eris; hic ſanguis, inis; hic pollis, inis. ¶ Sumitur etiam pro farina tenuiſſima, non ſolum a furfuribus ſecreta, ſed etiam denſiore cribro excernendo, tenuiſſima farina, *fior di farina*. *Plin. l. 18.* de ſiligine, quæ eſt genus tritici, *cap. 9.* Si vero pollinem facere libeat, ſendecim pondo panis reddunt (*e medio*) & ciberli tria, furfuremque ſemodius. *& cap. 10.* Ex Africo (*tritico*) juſtum eſt e modiis redira ſemodios (*ſimilagine*) & pollinis ſextarios quinque. V. *integr. cap. 9.* unde etiam colliges, pollinem tenuiorem eſſe, quam ipſum florem farinæ. ¶ Dicitur & de tenuiſſima farine aliarum rarum. *Plin. l. 19. c. 3. poſt med.* Ioala in pollinem tunditur atida. *Id. l. 29. c. 3.* & *Columm. l. 6. c. 30.* Pollen turis. *h. e.* tus minutum, quod & *manna turis* aliis dicitur.

POLLENS, tis, *potente*, potens, valens : a *polleo* : δυνάμενος. *Plaut. Capt. 2. 2. 28.* Genus polleus & honoratiſſimum. *Id. Curcul. 1. 2. 21. de Bacchis.* Vini pollens Liber. *Ovid. 3. Triſt. el. 10. v. 55.* Hoſtis eque pollens, longeque volante ſagitta. *Lucret. l. 1. v. 60.* Pollens opibus. *Tertull. adverſ. Pſyeh. c. 6.* Multo pollentiuris mentis. *Solin. c. 2.* (*al.* 8.) *ante med.* Pollentiſſima ingenia. ¶ Cum infinito *Lucan. l. 6. v. 685.* Tum vox Letheos cunctis pollentior herbis Excantare deos. *Sil. l. 14. v. 80.* tractare ſereno Imperio vulgum pollens. ¶ Jungitur cum *potens*. *Salluſt. in Jug. c. 2.* Dux atque imperator vitæ mortaſium animus eſt, qui ubi ed glorium virtutis via graſſatur, abunde pollens potenſque, & clarus eſt, neque fortuna eget. *Liv. l. 2. c. 34. a med.* Cur Siciuium potentem pollentemque video? *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 50. n. 3.* Herculi victori, pollenti, potenti, invicto, &c. Sic pollers & poſſe. *Liv.* in veteri formula fuderis, *l. 1. c. 24. ſub fin.* Tantoque magis ferito, quanto magis potes polleſque. *Id. l. 8. c. 33.* Qui unus plus, quam tua dictatura, poteſt polletque. *Plaut. Amph. 3. 3. 46.* Videtis', vigiuti minæ quid pollent, quidve poſſunt? Sic *Vetus Poeta* apud *Cicer. 4. Tuſcul. cap. 32. extr.* Illum, amor quem dederat, qui plus pollet, potioruue eſt potre. ¶ Hæc quidam ita diſtinguunt, ut *pollere* referatur ad vires inſitas, & a uetura : *poſſe* ad acquiſitas, & ab exercitatione. Sed hoc incertum diſcrimen eſt, paſſimque negligitur, præſertim a Poetis. ¶ V. alia huc pertinentia in *Polleo*.

POLLENTER, adverb. potenter. *Claudian. de IV. Conſul. Honor. vs 254.* Cæſuque redit pollentius hydra.

POLLENTIA, æ, ſ. *potenza*, δύναμις, potentia. *Plaut. Rud. 3. 2. 4.* Ne impiorum potior ſit pollentia, quam innocentium. *& Caſ. 4. 4. 3.* Nova nupta, ſoſpes itet incipe hoc, ut viro tuo ſemper ſis ſuperſtes, atque ut potior pollentia ſit, vincaſque virum, &c. *h. e.* vigor & vires corporis. ¶ De Pollentia urbe V. in *Polentini*.

POLLEO, m, n. a. *potere, aver potenza, forza, virtù, valere*, ἰσχύω, poſſum, valeo, vigeo, vim virefque multas habeo. Antiqui *polo* dixere, teſte *Feſto*, quia nondum geminabant conſonantes. Quomodo a *poſſum* differat, & cum ue jungatur, V. in *Polleus*. *Caſ.* in *fragm.* apud *Suetou. in Caſ. c. 6.* Reges, qui plurimum inter homines pollent. *Id. l. 2. B. Civ. c. 4.* Qui in republica, judiciiſque tum plurimum pollebant. *Cic. 2. Offic. c. 9. ad fin.* Ad fidem faciendam juſtitia plus pollet. *Id. in Brutt. c. 51.* Peroranti locus, ubi plurimum pollet oratio. *& cap. 69.* Is omnibus exempla debet eſſe, quantum in hac urbe polleat, mulierem obedire temperi a

multorumque vel honori, vel periculo fervitz . *Plor. l.* 4. *t.* 2. Cum Romana majeſtas tuta urbe polleret . *Velleſ. l.* 1. *c.* 2. Claſſis plurimum pollens mari . *Val. Flacc. l.* 6. *v.* 85. galidis pollens Ophiuſa veneno . *Senec. in Agam. v.* 805. Soror cuncta pollentis viri, Argolice Juno. *Propert. l.* 3. *el.* 8. *v.* 17. Pollere forma . *Suetan. in Cæſ. c.* 19. pecunia . *Tacit. Ann.* 4. *c.* 55. antiquitetis gloria . *& lib.* 11. *c.* 24. armis . *& lib.* 14. *cap.* 57. malis artibus. *Id. 2. Hiſt. c.* 92. gratia . *& lib.* 3. *c.* 45. nobilitate . ¶ De rebus inanimis . *Plin. l.* 36. *c.* 22. *a med.* Ex oleo & aqua Ciliciæ cutis pollent, ex aqua Attinoeticæ . *Jam hunc affi. & lib.* 14. *c.* 6. *ſub fin.* Cum eadem vetie aliud alibi in locis polleat. *Id. l.* 19. *c.* 3. *ad fin.* Sunt etiamnum duo genera, non niſi ſordido nota vulgo, cum quæſtu multum polleant. *b. c.* cum valde quæſtuoſe ſint. ¶ De iis, quæ vim habent in medicina . *Id. l.* 24. *c. ult.* Herba contra anginas efficaciſſima pollet, ex aqua pota . *Id. l.* 20. *c.* 16. Cunilago pollet adverſus ſcorpiones ea poſca . *& lib.* 33. *c.* 4. *ſub fin.* Aurum plurimis modis pollet in remediis . *Id. l.* 28. *c.* 8. *a med.* Chamæleonie linguam ad judiciarum eventue pollere . *& mox .* Pedem deatrum contra latrocinia, terroreſque nocturnos . Hinc *pollentes herbæ* apud *Ovid. Luxen. Claudian.* ¶ Præteritis, ac ſupinis caret .

POLLEX, icis, m. *dito groſſo, pollice*, ἀντίχειρ, primus & craſſior digitus in manu, & pede : a *pollex* , quia ſupra ceteroe vim habet , ut *Ateyus Capito* apud *Macrob. l.* 7. *Saturn. c.* 13. docet . *Plin. l.* 11. *c.* 43. Huminis digiti articulos habent ternoe , pollica binos , & digitie adverſus naiverſis flectitur : pat ſn vero in obliquum porrigitur, craſſior cetetis . huic minimus menſura par eſt . *Cato R. R. c.* 20. Tunicas latae digitum pollicem facito . *Cæſ. l.* 3. *B. Gall. t.* 13. Clavi digiti pollicis craſſitudioe . *Cic.* 3. *Offic. c.* 11. Durius Athenienſes, qui ſciverunt, ot Æginetie , qui claſſe velebaus , pollices præciderentur . *Horat. epod.* 5. *v.* 47. irreſectum ſæva dentu livido Canidia rodens pollicem. *Ovid.* 4. *Met. v.* 36. levi deducere pollice filum. *& lib.* 6. *v.* 22. verſare fuſum . *Virg.* 11. *Æn. v.* 68. & *Colum. l.* 10. *v.* 303. duro demetere ſores . *Ovid.* 2. *de ar. am. v.* 494. movere fila lyræ . (Hinc *Horat. l.* 4. *od.* 6. *v.* 35. Lesbium ſervate pedem , meique Pollicis ictum .) *Id.* 8. *Met. v.* 198. mollire ceram . (Hinc *Juvenal. ſat.* 7. *v.* 237. mores teneros ceu pollice ducat , Ut ſi quis cera vultum facit .) *Id. l.* 10. *v.* 289. tenare venas. *Martial. l.* 6. *epigr.* 89. arguto matellam poſcere . *b. e.* crepando digitis. ¶ In pollice eret favorie , Budiqus ſignificatin . nam faventes premebant , averſantes impeobunteſque vertebant retro, & ſubrigebant . *Plin. l.* 28. *c.* 2. *a med.* Pollices, cum favemus, premere etiam proverbio jubemur . *Horat. l.* 1. *ep.* 18. *v.* 66. Fautor utroqus tuum laudabit pollica ludum . *Juvenal. ſat.* 3. *v.* 36. Munera nunc edunt , & verſo pollice vulgi Quemlibet occidunt populariter . *Prudent. l.* 2. *cont. Symmach. v.* 1097. pectuſque jacentis Virgo modeſta jubet converſo pollice tumpi . Adde *Stat. l.* 8. *Theb. v.* 26. ¶ *Infeſtus pollex* eſt converſoe , & ſubrectus , quia tale eſſe averſentium ſolet, & damnantium . *Quintil. l.* 11. *c.* 3. *a med.* Fit & ille habitus, qui eſſe in ſtatus pecificator ſolet , qui , inclinato in humerum dextrum capite , brachio ab aure protenſo , manum infeſto pollice extendit. *Apul. l.* 2. *Metam.* Duobus infimis concluſis digitis , ceteros eminentes porrigit , & infeſto pollica clementer ſubridens infit . ¶ De pollice pedum exempla habes apud *Plin. l.* 28. *c.* 4. *& alibi* , & *Martial. l.* 8. *epigr.* 75. ¶ Per ſynecdochen *pollex* eſt tota manus. *Ovid.* 3. *Amor. el* 6. *v.* 71. ſcindens inimico pollice crinem . ¶ Per metaphoram ad pelmes breviot craſſiorque , figum pollicis, qui & cuſtoe , & refex , & præſidiatiue, & ſubſidiarius dicitur, ut *Colum. l.* 4. *c.* 21. docet , id eſt ſarmentum gemmarum duarum , vel trium , ex quo cum proceſſere materiæ , quidquid eſt ſupra vetuſti brachii , amputatur . *Id. ibid. c.* 24. *circa med.* Subſidiarius cuſtos in pollicem ſubſecari non debet , cum, &c. *Plin. l.* 14. *c.* 2. Vites excreſcere ultra ſuos pollices prohibita . Adde *lib.* 17. *c.* 21. *a med.* ¶ Item nodus , & velut craſſue unguis caſtans in trunco, & cortice palmarum . *Plin. l.* 13. *c.* 4. Reliqua teretes atque proceræ , denſis gradatiſque corticum pollicibus , ut arbibus , faciles ſe ad ſcandendum Orientis populis præbent. ¶ *Pollex* nomen eſt ſervi a pedibus , apud *Cicer. Artic. l.* 8. *ep.* 5. *l.* 13. *ep.* 46. & *Fam. l.* 4. *ep.* 6.

POLLIA , Tribus Romana ruſtica , cujus mentio eſt apud *Liv. l.* 8. *c.* 37. *ad fin. & lib.* 29. *c.* 37. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 400. *n.* 1. C. Curtio C. F. Pollia Rufino Tribuen laticlav. &c.

POLLICARIS, re , *di un pollice* , pollicia magnitudinem habens . *Plin. l.* 27. *c.* 9. Folia pollicari amplitudine . *Id. l.* 15. *c.* 24. Siliqua pollicari letitudine. *Id. l.* 13. *c.* 23. Fretex pollicari craſſitudine .

POLLICEOR, ēris, icitus ſum , dep. 2. *promittere , offibire , offerire ,* ὑπισχνέομαι, ἐπαγγέλλομαι, promitto, profiteor, defero, offero. Ducunt a *Iscor* , quaſi proprie dicamo de eo , qui pretium pro merce , aut opera promittit . *Plaut. Aulul.* 3. 4. 11. Credo ego edepol , illi mercedem gallo pollicitos coquos . *Terent. Andr.* 1. 1. 49. Amane accelſi pretium pollicenr. *Id. Phorm.* 1. 2. 18 le ſenem per epiſtolas pelleait modo non montes auri pollicens . *Salluſt. in Jug. c.* 19. Dando, & pollicendo multe perfecit, at, &c. ¶ Doiverſim tamen adhibetur pro promittere : niſi quod nonnulli (ut *Donat. ad Terent. Andr.* 2. 3. 27.) ita diſtinguunt, ut *pollicere* majori affirmatione dicatur, quem *promittere* : alii, (ut *Serv. ad Æn.* 1. *v.* 141.) *polliceri* ultro ac ſponte, *promittere* rogatos . Sed hanc diſcrimina aut vera non ſunt, aut perraro ſervantur . *Cic. pro Planc. c. ult.* Nihil tibi ego tum de meis opibus pollicebar , ſed horum erga me benevolentiam promittebam. *Id. Fam.* 7. *ep.* 5. Nequs minus ei prolius de tua voluntate promiſi, quam eram ſolitus de mea pollicori . *Id. Attic. l.* 13. *ep.* 1. De æſtate polliceris, vel potius recipis. *Id. Fam.* 5. *ep.* 8. *a med.* Ego vero tibi profiteor atque polliceor meum ſtudium in omni genere officii . *Id. pro leg. Manil. c. ult.* Quidquid auctoritate poſſum , id omne ad hanc rem conficiendam tibi polliceor ac defero. *Id. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 2. *c. ult.* Noſtræ cauſæ non videntur homines defutari : mirandum in modum profitentur , offerunt ſe , pollicentur. *Id. in ſu. Agror.* 2. Pro exrto polliceor hoc vobis atque confirmo, me eſſe perfecturum , ut , &c. *Plaut. Truculi.* 2. 4. 23. Plus pollicere tu, quam ego a te poſſim . *Terent. Heaut.* 4. 4. 57. Pollicita eſt ea , ſe conceſſuram ex ædibus . *Id. Andr.* 3. 5. 7. Qui modo ſum pollicitus ducere. *Plaut. Moſtell.* 5. 1. 36. Quin juſjurandum pollicitus eſt dare , ſi vellem , mihi . *Id. Bacch.* 2. 2. 8. Hoſpitium & cœnam polliceri peregre advenienti . *Cic. Phil.* 10. *c.* 4. *ſub fin.* prædidium ſuum alicui . *& in Divin. Verr. c.* 6. ſuam uperam . *Ad Attic. l.* 5. *ep.* 13. liberaliſſime . *Id.* 4. *Fam. ep.* 13. benigne . *Id. pro Dom. c.* 11. proluæ . *Senec. in Thyeſt. v.* 619. Nemo tam divos habuit faventes, Craſtinum ut poſſit ſibi polliceri . ¶ Olim *pollicro* activa poſitione dictum fuit . *Varr.* apud *Non. c.* 7. *n.* 15. Ne deres , ne polliceres . ¶ Hinc *pollicitor* paſſive ſignificatione . *Metellus Numidic.* apud *Priſcian. l.* 8. *pag.* 792. *Putſch.* Ut alius ob metum ſtatuæ polliceatur. *Ulpian. Dig. lib.* 24. *tit.* 1. *leg.* 1. *a med.* Exercenti navem actio non pollicetur .

POLLICITATIO, onis, ſ. *promeſſa , offibejone , offerta, ἐυαγγελία , ὑπόσχεσις*, promiſſio iterata, vel multarum rerum , ut nit *Donat. ad Terent. Andr.* 3. 2. 47. item ſimpliciter promiſſio , præſertim ejus , qui ultro, & non rogatus pollicetur. *Terent. Phorm.* 5. 6. 18. Quin tu hinc pollicitationes eufer : quod fers , tædo . *Cæſ. l.* 3. *B. Gall. c.* 18. *& 26.* Huic magnis præmuie, pollicitationibuſque perſuadet , ut, &c. *& lib.* 7. *c.* 1. Omnibue pollicitationibus , ac præmiis depoſcunt , qui belli initium faciant. *& lib.* 3. *B. Civ. c.* 108. Hunc incitatum ſuit , & regis inflatum pollicitationibus , &c. *Salluſt. in Jug. c.* 65. Multis pollicitationibus aggredi aliquem . *Aſin. Poll. ad Cicer. Fam.* 10. *ep.* 32. *a med.* Cum legionem ad ſe arceſſiſſet hac pollicitatione , denarios quingenos militibus datumus . ¶ A JCtis ſæpe de ea promiſſione dicitur , qua ſit civitati , aut reipublicæ , ut videre eſt *Dig. lib.* 50. *tit.* 12. qui *de pollicitationib.* inſcribitur . *Plin. l.* 10. *ep.* 48. Huic theatro ex privatorum pollicitationibus multa debentur. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 422. *n.* 3. C. Julio Auguſti L. Heleno ex decreto Decur. municipii Aletrinat. & pollicitatione Sevir. & municipum , & incolar.

POLLICITATOR, oris, m. qui pollicetur . *Tertull. adverſ. Jud. c.* 2. Habemus Deum idoneum pollicitatorem, & fidelem ſponſorem .

POLLICITATRIX, icis, ſ. quæ pollicetus . *Tertull.* in *Apolog. c.* 23. Virgo pluviarum pollicitatria .

POLLICITOR, aris, atus ſum , dep. 1. *promettere , ofibire , offerire , ὑπισχνέομαι*, frequentat. a *pollicor* , multa , aut ſæpe promitto , defero . *Plaut. Rud.* 4. 2. 14. Pauxillatim pollicitabor pro capite argentum , ut ſim libee . *Id. Mil.* 3. 3. 6. Pollicitari alicui operam ſuam. *Terent. Phorm.* 3. 2. 35. Ego te complures menſes tuli pollicitantem, nihil ferentem. *Id. Andr.* 5. 4. 9. Sollicitando, & pollicitando eorum animos lactas . *Ulpian. Dig. lib. ult. tit.* 12. *leg.* 6. Etiam feminas , ſi quid ub honorem pollicitatæ ſunt , debere implere , ſiendum eſt .

POLLICITUS, a, um, *tbi bo promeſſo*, particip. a *pollicor* , qui proteiſit . *Cæſ. l.* 2. *B. Gall. cap.* 4. Bellovacos pollicitos lecta millia LX. ¶ Item paſſive promiſſus , *promeſſo , ofibito . Velleſ. l.* 2. *c.* 121. Senatorum , equitumque R. eaadæ ad id bellum operæ pollicitæ . *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 366. Pollicitum dictis , Juppiter , addo fidem . *& Herod. ep.* 21. *v.* 140. Exige pollicitæ debita jura tori . Adde *epiſt.* 6. *v.* 110. ¶ *Pollicitum* , ti, promiſſio, pollicitatio, *promeſſo . Colum. l.* 11. *c.* 3. Memores polliciti noſtri ſubjungemus cultus hortorum . *Ovid. l.* 1. *de ar. am. v.* 632. Pollicitu teſtes quoslibet adde deos. *& verſ.* 355. pollicitu corrumpere aliquem . *& lib.* 3. *Amor. el.* 7. *v.* 70. capi .

POLLINARIUS, a, um, ad pollinem pertinens . *Plaut. Pan.* 3. 1. 10. Ille quidem gradus ſuccretus eſt cribro pollinario . *b. e.* breviſſimus, & minutiſſimus, minimumque procedens . *Plin. l.* 18. *c.* 11. *circa med.* Cribrorum genera Galli e ſeta equorum invenere , Hiſpani e lino excuſſoria , & pollinaria .

POLLINCTOR, oris, m. *becconcuntr , becthiap , ἐνταφιαστὴς , νεκροτάφος*, qui cadaver curat, lavat, ungit, & rogo parat : a *pollingo . Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 681. Itaqus plures dies inter medici diſceſſum, & adventum pollinctoris interfuerunt . *Plaut. Pan. prol. v.* 63. Quin mihi pollinctor dixit, qui eum pollinerat . *Marcell. l.* 10. *epigr.* 97. Jam ſcrobe , jam lecto, jam pollinctore parato , Heredem ſcripſit me Numa : convaluit. *Ulpian. Dig. lib.* 14. *tit.* 3. *leg.* 5. Si libitinarius ſervum pollinctorem habuerit. ¶ Et univerſim veſpillo, libitinarius . *Sidon. l.* 3. *ep.* 13. *ante med.* Cadavre rogale , quod facibus admotie ſemicombuſtum , moxque fidente ſtrue terrium devolutum , reddere pyræ jam faſtidioſus pollinctor exhorret . ¶ Quidam ſcrib. *pollictor* .

POLLINCTORIUS, a, um, ad pollinctorem pertinens . *Plaut. in ſuppoſit. Aulul. ſcena , Quid hic , v.* 4. Libitinarius , ſive pollinctorius efferat .

POLLINCTURA, unctio, & curatio cadaveris. V. *Pollinctor* .

POLLINCTUS, a, um, curatus, unctus. *Ammian. l.* 19. *c.* 1. (*al.* 2. *ſub fin.*) Crebuli figmenta vehentes hominum mortuorum , ita curate pollincta, ut imagines eſſent corporibus ſimiles jam ſepultis. *Apul. in Florid.* n. 19. (*al. l.* 4.) Jam miſeri illius membra tenuie aromatia perſperſa , jam os ipſius unguine odoro delibutum , jam eum pollinctum, &c. ¶ Translate *Senec. de vita beata , cap.* 7. Voluptas medicamentie pollincta . Al. leg. *pollata* .

POLLINGO, is, inxi, inctum, a. 3. *governare o ungere i cadaveri per la ſepoltura* , cadaver curare , lavare , ungere ad rogum & ſepulturam.

rum. *Gloſſ. vet.* Pollingo, περιτείνω παχύ, σφυκλάω, παχύνω, ἐπιπαχύζω. *Plaut. prol. Pœn. v. 63.* Quia mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat. ¶ Quidam *pollingo* eſſe putant in peſſente: ſed *pollingo* agnoſcit etiam *Chariſ. l. 3. pag. 218. Putſch.* De etymologia V. *Voſſ.*

POLLIO, onis, m. Afinius Pollio Orator celebris fuit Roma, Auguſti amicus, & Virgilii patronus. Laudatur a *Virg. Ecl. 3. v. 86.* & *Horat. l. 1. ſat. 10. v. 85. &c.* ¶ De Trebellio Pollione V. *in Capitolinus.*

POLLIS. V. *Pollen.*

POLLŬBRUM, & Polubrum, i, n. *catino, bacino da lavar la mani, χέρνιβον*, vas excipiendæ aquæ, dum manus lavantur, aut pedes, malluvium, trulleum, pelvis: a *polluo*, quod a *lus*, lavo. *Livius* apud *Non. c. 15. n. 12.* Argenteo pollubro, & aureo gutto. *Fabius Pict. ibid.* Aquam manibus pedibuſque dato: polubrum ſiniſtra manu teneta, dextera vaſam cum aqua.

POLLUCĔO, es, xi, ctum, a. 2. *offerire*, ἀνατίθημι, ſacrorum verbum eſt, de illis, qui diis libamenta offerunt. Unde dicatur non conveniunt Etymologi. V. *Voſſ.* Proprie eſt partem victimæ populo permittere, ut veſcatur, poſtquam pars diis data & porrecta eſt. Sed accipitur etiam pro ſacre facere, diis offerre, conſecrare. *Cato R. R. c. 132.* Jovi dapali culignam vini, quantum vis polluceto. Cum pollucere oportebit, ſic facies. Jupiter dapalis, quod tibi fieri oportet, in domo familia mea culignam vini dapi, ejus rei ergo macte hac dape pollucenda eſto. *Plaut. Sticb. 1. 3. 80.* Uti decumam patrem Herculi polluceam. *Plin. l. 32. c. 3. ex Caſſio Hemina.* Numa conſtituit, ut piſces, *qui* ſquamoſi non eſſent, ni polluerent: parcimonia commentus, ut convivia publica & privata, cœnæque ad polvinaria facilius compararentur: ni qui ad polluctum ameront, pretio minus parcerent, eaque præmercarentur. *Feſtus* quoque ea parcunſct, quæ pollucere licebat, h. e. coemera diis offerenda, & in conviviis ſacrorum cauſa adhibenda, nimirum ſal, polentam, vinum, panem fermeotatum, ſicum paſſam, ſaillam, babulam, agninam, caſeos, ovillam, alicam, ſeſama, oleum, & piſces, quibus eſt ſquama, præter ſcarum: Herculi autem omnia eſculenta, poculanta.

POLLOCES. V. *Pollux.*

POLLUCIBILIS CŒNA, opulenta, opipara, ſplendida: *a pollucto*, quia polluctum plane opiparum, ac ſumptuoſum erat. *Macrob. l. 2. Satur. c. 13. ad fin.* Altera die Cleopatra pertentans Antonium, pollucibilem ſane cœnam paravit, ſed quam non miraretur Antonius: *Tertull. de jejun. 2. ult.* Quis ſanctius inter vos, niſi convivandi frequentior, niſi abſonandi pollucibilior, niſi calicibus inſtructior? *h. e.* ſumptuoſior, magnificentior.

POLLUCIBILITAS, atis, f. *Fulgent. l. 1. Mythol. c. 2.* Pollucis filius, ſive a pollendo, ſive a pollucibilitate, quam nos humanitatem dicimus.

POLLUCIBILITER, adverb. πολυτελῶς, opipare, ſplendide, laute. *Plaut. Moſtell. 1. 1. 23.* Paſcite paraſitos, abſonate pollucibiliter. *Id. in fragm.* apud *Fulgent. l. 1. Mythol. 1. 2.* Bibite, pergræcamini pollucibiliter.

POLLUCTE, adverb. opipare, a *polluctum*. *Plaut. in fragm.* apud *Feſt.* in *Prodegeris*. Polluctæ prodigum eſſe amentem addece. Id ſine dubio verius eſt, quam quod in vulgatis legitur, *producte*. Ita *Voſſ.* in *Pollucco.*

POLLUCTUM, i, n. ſacrificium, ſive convivium, quod Jovi Dapali, Herculi, alive deo fiebat: a pollucendo. *Caſſius Hemina* apud *Plin. l. 32. 1. 2.* Ni qui ad polluctum emerent, pretio minus parcerent. *Macrob. l. 2. Saturn. c. 12. in f.* Proprie autem Catillones dicebantur, qui ad polluctum Herculis ultimi cum venireat, catillos liguriebant. ¶ Proprie autem *polluctum* erat pars victimæ reliqua, quæ a populo conſumebatur, poſquam alia pars diis data & porrecta erat. Hius *Plaut. ſtud. a. 5. ſcen. ult. v. 63.* Spectatores voi quoqua ad cœnam vocem, ni daturus nihil ſim, neque ſit quicquam polluctî domi.

POLLUCTŪRA, æ, f. lautum convivium, cœna lauta ac ſumptuoſa. *Plaut. Scrib. 5. 4. 6.* Quiſquis præterea, comiſſatum volo vocari. *Se.* Convenit, dum quidem hercle quiſque veniat cum vino ſuo. Nam hinc quidem hodie polluctura, præter nos, jam dabitur ſemini. Eſt qui legit *pollinctura*. ſed hoc ad rem hic non facit.

POLLUCTUS, a, um, particip. a polluceo, in reedium poſitus, omnibus communis: ductum a *polluctis*, ad quæ quilibet conveniebat. Poſtquam enim pars victimæ v. gr. exta, diis porrecta & oblata erat, reliqua cum populo communicabatur, ut ab eo conſumeretur. Hinc translate *Plaut. Rud. 2. 4. 11.* Non ego ſum polluctu pago: potin' ut me abſtinens manum? ¶ Significat etiam opipare acceptus, laute habitus, ncmpe quia pollucentes Veteres convivia lauta inſtituebant. Hinc jocoſe *Id. Curcul. 1. 3. 37.* Polluctus virgis ſervus. ¶ Item imbutus, quaſi particeps factus alicujus rei. *Arnob. l. 5. pag. 164.* Hoccius de diis quiſquam vel caigus diaerit eorum opinione polluctus?

POLLUO, is, lui, lutum, a. 3. *ſporcare, lordare, imbrattare, ſozzare, macchiare*, μολύνω, μιαίνω, inquino, maculo, fœdo, contamino: a *lus*, lavo. *Virg. 3. Æn. v. 233.* de *harpyiis.* Turba ſonans prædam pedibus circumvolat uncis, Polluit ore dapes. *Ovid. 15. Met. v. 98.* nec polluti ora cruore. *Tacit. Annal. 4. c. 49.* Polluit cuncta ſania, odore, contactu. ¶ Translate eſt contaminare, vitiare, pervertere. *Cic. pro Roſc. Amer. 1. 26.* Ne, cum delati eſſent in mare, ipſum polluerent, quo cetera, quæ violata ſunt, expiari poſſent. *Id. pro Dom. c. 40.* Qui non ſolum aſpectu, ſed etiam inceſto flagitio, & ſtupro polluit cæremonias. *Id. Phil. 11. c. 12.* Omnia deorum hominumque jura inexpiabili ſcelere polluerit. *Propert. l. 4. el. 9. v. 8. de Cæſ.* fuſto polluit illa Jovem. *Gell. l. 2. c. 28.* Polluere ferias. *h. e.* opus faciendo violare. *Salluſt. in Jug. c. 45.* Avaritia invadit, polluit, vaſtat omnia. *Gell. l. 9. c. 2. a med.* Nefas ducebant, nomina libertati patriæ devota ſervili contagio pollui. *Propert. l. 3. el. 19. v. 16.* Polluerit*que* novo facta marita toro. *Ovid. Met. 2. v. 793. de Iuvidia.* Affatuque ſuo populos, urbeſque, domuſque Polluit. *Tacit. 3. Ann. c. 50.* nefaria voce meorem ſuam & aures hominum polluere. *Plin. l. 4. ep. 11.* Cum ipſe fratris filiam inaſſto polluiſſet. *Plin. alter l. 25. c. ult. a med.* In prophanis uſibus pollui laurum, & oleam, fas non eſt. *Tibull. l. 1. el. 10. v. 17.* aure ut pollae formam. *h. e.* ne corrumpas pretio accepto formam tuam. ¶ *Polluere* abſolute, fluere fœdare. *Tacit. in Agric. c. 31.* & *Ann. 12. 1. 46.* ¶ dedecora afficere. *Id. 3. Ann. 1. 19. extr.* Polluiſſe nobilitatem familiæ videbantur. *Phædr. l. 3. fab. 10. v. 17.* Stuproque turpi pollui famam domus. ¶ *Polluere jejunia*, ſalvere, rumpere. *Nogid.* apud *Iſid. l. 20. 1. 1.* Nos ipſi jejunia jentaculis levibus polluimus. *Symmach. l. 1. ep. 7.* Non deerit, quo famem polluant. Ita leg. *Salmaſ.* Alii *pellant.*

POLLUTTO, onis, f. actus polluendi. *Pallad. l. 9. tit. 10.* Aqua colore perlucido, carens muſco, & omni labe pollutionis aliena.

POLLŪTUS, a, um, *macchiato, imbrattato*, μεμιαμμένος, inquinatus, fœdatus. *Plin. l. 14. c. 19.* Prohibere diu nefaſtum habent vina ſuparne deciduo immundiore lapſu aliquo polluta. ¶ Translate *Cic. Verr. ult. 2. ult. a med.* Polluta, & violata ſacre. *Virg. 5. Æn. v. 5.* duri ſed amare dolores polluto. *h. e.* laſo. & *lib. 7. v. 467.* polluta pax. *rotta, violata.* Sic *Sil. l. 12. v. 322.* hic erit ille Qui polluta doli jam fœdere ſauiet, enſis. & *vers. 337.* ſanguine polluta hoſpitia. *Senec. in Oedip. v. 723.* Hominum cruenta cædo polotæ manus. *Id. in Herc. Fur. v. 1262.* Pollutus animus. *h. e.* ſcelere contaminatus. *Liv. l. 10. c. 23. a med.* Vulgum dein religio polluit, nec matronis ſolum, ſed omnia ordinis feminis. *h. e.* minima pudicia. *Sil. l. 12. v. 46.* ſed enim temeraria pubis Delicta augebat, pollutior ipſa, feneſtra. *h. e.* vitiis inquinatior. *Gell. l. 1. c. 5.* parum virum, & ure polluto eſſe. *Apul. l. 9. Metam.* Pollutiſſimus dives. Eſt qui leg. *pollentiſſimus.* ¶ *Pollutus* a *porrigendo* fictus, dus oblatus. *Varr. l. 5. de L. L. 1. 7.* ſed al. rectius leg. *pollutus.*

POLLUX, ucis, m. Tyndari, & Ledæ filius, frater Caſtoris, Heleuæ, & Clytemneſtræ. V. *Caſtor.* ¶ Fuit ſtudioſus pugilatus, ut ibi dictum eſt. Aliquando tamen cum fratre confunditur, qui equorum domitor habitus eſt. V. *Cyllarus.* ¶ *Pollices*, rectus caſus ſingul. pro *Pollux*, eſt a Græco Πολυδεύκης, ut *Varr. de L. L. l. 4. c. 10. ad fin.* docet. *Plaut. Bacch. 4. 8. 52.* Caſtor, Pollices, Mars, Mercurius, Hercules. ¶ Πολυδεύκης eſt a τὸ γλυκὺ, dulce, aut multum, & πολὺς, multum. Fortaſſe ita dictus eſt Pollux a morum ſuavitate. ¶ In veteri *Inſcript.* apud *Reinef. claſſ. 1. n. 218.* dicitur *Deus Vincius Pollux*, quia pugilatu maxime valebat, vincebatque omnes. ¶ Aliquem facere de Polluce Caſtorem apud *Martial. l. 7. epigr. 56.* eſt de pugili facere equitem R.

POLOSE, per polos. *Martian. Capell. l. 1. pag. 14.* Obliqua decuſſata poloſe.

POLŌBRUM. V. *Pollubrum.*

POLŎLUS, a, um, adject. antiquus pro paululus. *Cato R. R. c. 12.* Labellum polulum. & *cap. 22.* Laminæ polulæ. Scribitur & *pollulus*, ut *paululus*, & *paullulus.*

POLUS, i, m. *polo*, πόλος, eſt cardo, ſeu extrema pars axis, quo rota vertitur: a πολέω, verto. Duo finguntur *poli* in cælo, Arcticus, ſeu Borealis, & Antarcticus, ſeu Auſtrinus: quorum prior axis, & ſupra nos Europam incolentes poſitus, alter depreſſus eſt, & abſconditus. Latius *vertices* dicuntur. *Virg. 1. Georg. v. 242.* Hic vertex nobis ſemper ſublimis: at illum Sub pedibus Styx atra videt, Manesque profundi. *Plin. l. 2. c. 15. ſub fin.* Terra a verticibus duobus, quos appellaverunt polos, centrum cæli eſt, necnon Signiferi obliquc inter eos ſiti. *Id. l. 2. c. 70.* Neque enim mundus hus polo excelſiore ſe attollit. *Id. l. 5. c. 9. a med.* Sol in Capricornum, & auſtrinum polum reverſus. *Ovid. 2. ex Pont. ep. 7. v. 64.* ariſtior iſta Terra ſub ambobus non jacet ulla polis. *Id. 2. Met. v. 74.* poteriſne rotatis Obvius ire polis, ut te citus auferat axis? ¶ Item nomen ſtellæ in ipſo boreali polo ſita, in cauda minoris Urſæ, quam nos dicimus *la tramontana*. *Vitruv. l. 9. 1. 6. ad fin.* Stella, quæ dicitur polus. ¶ Per ſynecdoch. ſumitur paſſim a Poetis pro ipſo cælo, *cielo*. *Virg. 3. Æn. v. 585.* Nam neque erant aſtrorum ignes, neque lucidus æthre Sidera polus. & *lib. 5. v. 721.* Et nox atra polum bigis ſubvecta tenebat. *Horat. epod. ult. ſub fin.* Polo deripere lunam. *Valer. Flacc. l. 2. v. 622.* Cum picei fulſere poli.

POLTEIO, pro ulteriore. *Feſtus.*

POLYACANTHOS, i, πολυάκανθος, herba folio & caule ſpinoſæ lanuginis, ut ait *Plin. l. 22. 1. 26.* a πολὺς, multus, & ἄκανθα, ſpina.

POLYANDRION, ii, n. πολυάνδριον, ſepulcretum, vel multorum commune ſepulcrum: a πολὺς, multus, & ἀνὴρ, δάνδρὸς, vir. *Arnob. l. 6. pag. 194.* Polyandria illa Varronis quibus tereplis contegantur, quaſque in ſe habeant ſuperlati ponderis molea. *Laſtant.* Græca uſurpat *ſub fin. cap. penult. Eptomer.* Latine habetur ctiam in vet. *Inſcript.* apud *Elmenhorſt.* in *Obſervat. ad Arnob. lac. cit.* In Gloſſ. veterib. πολυάνδριον, *ſtragis* vertitur.

POLYANTHEMUM, i, n. πολυάνθεμον, herba, quæ & batrachium, & Latine ranunculus: a πολὺς, multus, & ἄνθεμον, flos. *Plin. ſub fin. l. 25. & lib. 27. 1. 22.*

POLYCARPOS, i, f. πολύκαρπος, herba eadem quæ polygonus. *Apul. de herb. c. 18.*

POLYCHRONIUS, a, um, adject. πολυχρόνιος, diuturnus, longævus : a πολύς, multus, & χρόνος, tempus. *Jul. Firmic. l. 8. c. 28. a med.*

POLYCLETEUS, a, um, ad Polycletem pertinens. *Scot. l. 3. fab. 3. v. 67.* Aut Polycleteo juſſum eſt quod vivere cæco.

POLYCLETUS, i, m. Πολύκλειτος, ſtatuarius eximius, genere Sithonius, diſcipulus Apeladæ. Duas eodem argumentu ſtatuas fecit, alteram arte ſua, alteram de vulgi opinione, quam de ſententia cujuſvis præteruntis cælaverat. Quibus perfectis turbam admiſit, & primum illam oſtendit, quam arte ſua cælaverat, quæ magnopere laudata eſt, deinde eam, quam ex vulgi opinione, quæ non æque placuit. Tunc, *Æqui*, inquit, *hanc, quam ceteropere laudastis, ego feci, quam vero vituperastis, vos fecistis*. Fecit aſtragalisontes, hoc eſt talis ludentes, quo opere nullum abſolutius judicant. Hujus etiam Doryphorus celebratur, quem Lyſippus ajebat ſibi magiſtrum ſuiſſe. Fecit & alia, quæ recenſet *Plin. l. 34. c. 8.* Memiait & *Cic. l. 2. de Orat. c. 16.* & *lib. 3. c. 7.* & *in Bruto, c. 18.* & *86.* & alibi. *Martial. l. 8. epigr. 50.* Mentoris hæc manus eſt, an, Polyclete, tua? ¶ Pæultimam quod corripuit *Prudent. in Rempon. (περὶ στεφ. 14.)* v. 269. non eſt imitandus.

POLYCNEMON, i, m. πολύκνημον, e, herba cuniæ bubulæ ſimilis, ſemine pulegii, furculoſis (unde nomen, a πολύς, multus, & κνήμη, crus.) multis geniculis, corymbo odorato, acri & dulci odore, *Plin. l. 26. c. 14. ad fin.*

POLYCRATES, is, m. Πολυκράτης, tyrannus, qui regnavit in Samo inſula, ætate Pythagoræ, & Anacreontis, celebris apud Hiſtoricos opibus, & felicitate. Nihil enim ei in vita adverſi unquam contigit. Anulum habuiſſe dicitur incredibilis pretii, ſibique chariſſimum, quem, ut nimia ſibi blandientem ſortunam aliqua adverſitate temperaret, in mare abjecit: quem tamen poſtea in præcordiis piſcis inventum recuperavit. Sed ejus mors arumnoſa, & infamis docuit, neminem ante obitum mstito dici poſſe felicem. Fuit enim ab Oronte Satrapa Perſarum captus, ſuſpenſuſque. *Cic. 5. Fin. c. 30. in fin.* & *Valer. Max. l. 6. c. ult. n. 5. extern.*

POLYDAMAS, antis, m. Πολυδάμας, vir Trojanus, filius Antenoris ex Thelamno ſorore Hecubæ. Alii Panthoi filium fuiſſe dicunt. Fuit æqualis Hectoris, ejuſdemque ſocius, & magiſter. Eloquentia valuit. Lycaſten Priami filiam ex concubina uxorem duxit. *Dares* Hiſtoricus *cap. 39.* hunc dicit ad caſtra Græcorum nocte profectum de conſilio Antenoris patris, & Æneæ Trojam prodidiſſe. *Ovid. 12. Met. v. 547.* & *Heroid. ep. 5. v. 94.* ¶ Polydamas alter, pancratiaſtes nobilis, qui æmulatus Herculem, leonem inermis amplexus ſuperavit, taurum ingentem ſopprehenſis extremis pedibus retro tenebat, currum agitatum ſeſe opponendo altera manu apprehenſum ex curſu retrahebat, in equoſque inſiliebat dejecto auriga. Arceſilaus a Dario Artaxerſis magni filio, ter apud eum ex provocatione victor fuit. Poſtremo poſt cænam in caverna, cum ſanum a vertice ruinam minaretur, diffugientibus convivis, conſiſus ipſe viribus ac manibus poſſe illud ſuſtinere, oppreſſus eſt. *Pauſan.* & *Valer. Max. 10 fin. cap. 12. l. 9.* ¶ Poetæ primam ſyllabam producunt vel metrica neceſſitate, ut in *Italia*, vel quia Æolice Πολλύδαμας ſcribitur. *Homero* eſt Πολυδάμας, *Iliad. 18. v. 60. 80. 109.* &c.

POLYDAMANTEUS, a, um, adject. ad Polydamantem pertinens. *Sil. l. 12. v. 565.* Polydamanteis juvenis Pedianus in armis. *b. e.* qui Polydamantem Trojanum generis ſui auctorem jactabat.

POLYDECTES, æ, m. Πολυδέκτης, filius Magnetis, rex Seriphi inſulæ. Hic Perſeum Jovis & Danaes filium educavit. Cujus tandem ingenium veritus, audaciamque & felicitatem, ſub prætextu nuptiæ gloriæ illum ad ſuperandam Gorgonem Meduſam miſit. Sed Perſeus devicta Meduſa victor reverſus eſt. Polydectes, cum Perſeo ſemper detraheret, converſus eſt ab illo in ſilicem objecto capitis Meduſæ. *Ovid. 5. Met. v. 242.* Ta tamen, o parvæ rector, Polydecta, Seriphi, &c. *Hygin. fab. 273.* & *Pers. ſatyr. l. 2. c. 12.*

POLYDOREUS, a, um, ad Polydorum pertinens, *Ovid. 13. Met. v. 619.* Et Polydoreo manantem ſanguine terram.

POLYDORUS, i, m. Πολύδωρος, filius Priami ex Hecuba, quem pater initio belli Trojani, cum magno auri pondere conſervandum miſit Polymneſtori regi Thraciæ, non ſolum antiquo amico & hoſpiti, ſed etiam genero ſuo, data ei in matrimonium Ilione maxima filiarum. Sed ille incenſa Troja, cæteriſque Priami filiis fere omnibus interfectis, auri cupiditate adductus Polydorum in litore ſpectantem telis aggreſſus eſt, & fruſtra fidem deorum hominumque implorantem occidit. *Virg. 3. Æn. a verſ. 40.* V. *Ovid. 13. Met. a verſ. 429.* & *Serv. ad Virg. loc. cit. v. 49.*

POLYGALA, æ, ſ. πολύγαλον, herba palmi altitudinem petens, in caule ſummo foliis lenticulæ, guſtu adſtricto: quæ pota lactis abundantiam facit: unde nomen a πολύς, multum, & γάλα, lac. *Plin. l. 27. c. 12. a med.*

POLYGONATON, i, n. πολύγονατον, herba, genus polygoni, a geniculorum frequentia dictum. nam πολύ, multum, γόνυ, γόνατος, genu. *Plin. l. 27. c. 12. ante med.*

POLYGONIUM, ii, n. herba eadem quæ polygonos. *Scribon. Larg. compoſ. 193.*

POLYGONIUS, a, um, *de multi angoli*, πολύγωνος, multos habens angulos, multangulus: a πολύς, multus, & γωνία, angulus. *Vitruv. l. 1. c. 5. a med.* Turres rotundæ, aut polygoniæ ſunt faciendæ. quadratas enim machinæ celerius diſſipant.

POLYGONOIDES, is, n. πολυγωνοειδές, herba alio nomine clematis Ægyptia, & daphnoides, folio lauri, longa tenuiſque: adverſus ſerpentes, ac privatim aſpidas, ex aceto pota, efficax. *Plin. 20 fin. cap. 15. l. 24.* ¶ Sic appellatur, quia propter crebra geniculæ ſpeciem habet polygoni: ab εἶδος, ſpecies, forma, facies.

POLYGONOS, & Polygonus, i, ſ. herba, quæ Latine ſanguinaria. Non attollitur a terra, ſolitis rutæ, ſeminis graminis. *Plin. l. 27. c. 12. ante med.* ¶ Dicta eſt a πολύς, multum, & γόνυ, genu, quia geniculis abundat. *Id. l. 26. c. ult. circa med.* Polygonus pota menſes ciet.

POLYGRAMMOS, i, ſ. πολύγραμμος, genus gemmæ lineis albis multis diſtincta, cetera ſmaragdo ſimilis: a πολύς, multus, & γραμμή, linea. *Plin. l. 37. c. 9.*

POLYGYNÆCON, n. πολυγυναικῶν, frequentia, ſeu ſenatus mulierum. *Plin. l. 35. c. 11.* Pinxit in templo Eleuſine Phylarchum, Athenis frequentiam, quam vocavere polygynæcon. Aliqui legunt *gynæconitim*, alii *polygynæcon. Barbaro.* denique *ſyngynæcon*, h. e. congationem, συγγυναικῶν. quæ vox habetur etiam *eod. cap. a med.* Sed hæc Græca ſunt omnia.

POLYHISTOR, ŏris, adject. πολυΐστωρ, ορος, multiſcius, varia multiplicique eruditione præditus: a πολύς, multum, & ἵστωρ, ſciens, peritus. Ita appellatus eſt Solinus: item Cornelius Alexander Grammaticus Græcus, talis *Sueton. de Grammat. c. 20.* Ex hoc multa hauſit *Plin.* in ſua nat. hiſtoria, eumque inter æternos auctores recenſet *lib. 1. in indice lib. 3. 4. 5. 6. 7. 9.* &c.

POLYHYMNIA, æ, ſ. una ex Muſis: de qua V. in *Muſa*. Dictam volunt a πολύς, multus, & ὕμνος, hymnus, carmen. *Ovid. 5. Faſt. v. 9.* Diſſentere deæ: quarum Polyhymnia cœpit, &c. *Martial. l. 4. epigr. 31.* Quod nec Melpomene, quod nec Polyhymnia poſſit. ¶ Alii ducunt a πολύς, multus, & ὠιδή, memoria, ſcribique volunt *polymneia*: itaque leg. in illo *Virg. in Cirl, v. 45.* Nam verum fateamur, amat Polymneja verum, Sic ſpud *Horat. l. 1. od. 1. v. 33.* Euterpe cohibet, nec Polymneia. Quib. loc. ſecunda corripitur Græco more, ut in *Clytæmneſtra* facit *Auſon. in Epitaph. n. 5.* cetera per diæreſin ſeſerentur ſolutione diphthongi. Plerique tamen alii *Polyhymnia* retinent.

POLYMACHÆROPLACIDES, æ, m. nomen militis fictum a *Plauto Pſeud. 4. 2. 32.* quaſi dicas probe quidem mschæra armatum, ſed placidum tamen, & imbellis animi. Vox eſt hybrida ex duabus Græcis, ac tertia Latine voce.

POLYMITUS, a, um, multis liciis, atque aden multis filis contextus: a πολύς, multus, & μίτος, filum, licium. *Plin. l. 8. c. 48. ad fin.* Plurimis xere liciis texere, quæ polymita appellant, Alexandria inſtituit. V. *Lucum. Petron. in fragm. Trogur. c. 40. Burm.* Barbatus ingem, faſciis cruralibus alligatus, & alicula ſubornatus polymita. *Hieronym. epiſt. 128. ad Fabiol. de veſt. ſacerd.* Balteum ita polymita arte diſtinctum, ut dixerſos floros ac gemmas artificis manu non textas, ſed additas arbitrerii. *Martial. l. 14. epigr. 150.* cujus lemms ſit *Cubiculorum polymita*. Hæc tibi Mumphitis tellus dat munera: victa eſt Pectine Niliaco jam Babylonis acus. ¶ Ea hin colligo, & multicolora ſæpe fuiſſe licia, ſeu fila in polymita veſte, & a Babyloncis differre, quod acus in his, in polymita opus faceret ipſa textura. ¶ Pænultima brevis eſt. ſiquidem *Homer.* primam in μίτρα corripit *Iliad. Υ. verſ. 762.* Πυκίνα δ' ἔξωθεν κεῖτο μίτρα, ἄγχοθι δ' ὄχθαι.

POLYMNEIA. V. *Polyhymnia*.

POLYMNESTOR, & Polymneſtor, ŏris, m. Πολυμνήστωρ, & Πολυμνήστορ, ορος, rex Thracum in ea regione, quæ Biſtonia, & Pallene dicta eſt, gener Priami, ejus filia Ilione uxore ducta. Hic Polydorum uxoris fratrem poſt Trojæ excidium interfecit, ut in *Polydoro* dictum eſt. Quod cum Hecuba, in Græciam cum aliis captivis muliaribus navigaas, ubi in Thraciam pervenit, cognoviſſet, eum adiit, tanquam aliud auri pondus indicſtura, ſeductumque, allarum feminarum ope unguibus excæcavit. *Ovid. Met. 13. v. 536.*

POLYMYXOS, i, adject. *lucerna di molti ſtoppini*, πολύμυξος, lucerna, quæ multis ellychnis lumen in diverſa ſpargit: a πολύς, multus, & μύξα, quod inter alia etiam de lucernæ ellychnio dicitur. Legitur apud *Martial. in lemmate epigr. 41. l. 14.*

POLYNEURON, i, πολύνευρον, herba multas fibras veluti nervos habens. *Apul. de herb. c. 1.*

POLYNICES, is, m. Πολυνείκης, filius Œdipi, frater Eteoclis: a πολύς, multus, & νεῖκος, rixa, jurgium, contentio. V. *Eteocles. Stat. 7. Theb. v. 689.* Parcior ud cives Polynicis inhorruit enſis. *Quintil. l. 5. c. 10. ante med.* Nam & illud apud Euripidem frigidum ſane, quod nomen Polynicis, ut argumentum morum, frater inceſti. ¶ Si *olan* per, ſcribas, eſt multerum victoriarum compos. quo ſenſu nomen eſt equi Circenſis in Tab. marm. apud *Gruter. pag. 341.*

POLYONYMOS, i, adject. πολυώνυμος, herba perdicalis: a πολύς, multum, & ὄνυμα, nomen, quod multis præterea nominibus appellatur, *Apul. de herb. c. 81.*

POLYPHAGUS, i, m. ὀψοφάγος, πολυφάγος, multum comedens, vorax, heluo: a πολύς, multum, & φάγω, edo. *Sueton. in Ner. c. 37.* Creditur etiam polyphago cuidam Ægyptii generis, crudam carnem, & quidquid dsretur, mandsre aſſueto, &c. ¶ Strenui polyphagi exemplum habes apud *Vopiſc. in Aureliam. in fin.*

POLYPHEMUS, mi, m. Πολύφημος, Cyclops Neptuni filius ex Thoa Phorci filia, monſtrum ingenti corpore, uno tantum oculo in fronte. Galateam Nympham adamavit, a qua ſpretus, animi dolore Acin puerum, quem illa prætulerat, ſamo interſecit. Ad hunc venit Ulyſſes cum duodecim comitibus, & optimo vino ſoporatum titione obcæcavit. *Virg. 3. Æn. a verſ. 619. Ovid. 13. Met. v. 770. Polyphemon* in accuſ. Græco more dixit *Martial. lib. 4. epigr. 49.*

POLYPLUSIUS, a, um, πολυπλήσιος, valde dives: a πολύς, multum, & πλοῦτος, divea. Apud *Plaut. Capt. 2. 2. 27.* & 5. 2. 20. cognomen eſt gentis, aut familiæ.

POLYPODIUM, ii, n. πολυπόδιον, herba, quæ & ſerpyllum, & dolichos dicitur. *Plin. l. 26. c. ult. a med.* & *lib. 26. c. 12.*

PO-

POLYPOSUS, a, um, qui polypo morbo laborat. *Martial. l. 12. epigr. 37.* Naſutum volo, nolo polypoſum. Adde *Ulpian. Dig. lib. 21. tit. 1. leg. 12.*

POLYPTOTON, i, n. πολύπτωτον, traductio, figura locutionis, qua caſibus diverſis oratio diſtinguitur: a πολὺς, multus, & πτῶσις, casus, ut apud *Virg. 4. Æn. v. 618.* Litora litoribus contraria, fluctibus undas Imprecor, arma armis pugnant, &c. Sed vox Græca eſt, & Græce ſcribenda. *Quintil. l. 9. c. 3.*

POLYPTYCHUS, a, um, πολύπτυχος, multiplex, hoc eſt multas plicas habens: a πολὺς, multus, & πτυχὴ, plica. *Veget. l. 2. de re milit. c. 19.* Res annonaria, vel civilis polyptychis annotatae. *l. 2. c. tabulis*, ſeu libris confuſum, & publicarum rationum. *Caſſiod. l. 5. ep. 14. extr.* Ut omnibus a re ſollicita indagatione compertis, polyptychis jubeantur adſcribi. Adde *Impp. Arcad. & Honor. lib. 12. Cod. Theodoſ. tit. 26. leg. 2. & Honor. & Theodoſ. ibid. tit. 28. leg. 13.* V. ſi lubet *Cujac. lib. 4. obſervat. c. 27.*

POLYPUS, i, m. *polpo*, πολύπους, & Attice πώλυπος, piſcis marinus, a multitudine pedum dictus. octo enim habet (a πολὺς, multus, & πούς, pes.) qui vicem pinnarum præbent. Nulla cute tegitur: cerebrum habet, quamvis careat ſanguine: in terram ſuit: parit vere ova tortili vibrata pampino, tanta fecunditate, ut multitudinem occiſos non recipiat cavo capitis, quo pregnans tulit: eacluditque en quinquageſimo die, multis propter numerum intercidentibus: adhæret firmiſſime petris, nec avalli inde poteſt: idem tamen, cunila adrecta, ab odore protinus reſilit. Multa ſunt polyporum genera: terreni (h. e. prope litus accolentes, & in terram exeuntes) majores, quam pelagii: omnes brachia (quæ & flagella, & crines, & cirri, & pedes dicuntur) ut pedibus ac manibus, utuntur: cauda vero bifulca & acuta. Eſt iis etiam fiſtula in dorſo, qua trafmittunt mare: eamque modo in dexteram partem, modo in ſiniſtram transferunt: ontant obliqui in caput, quod præ dorum eſt. Cetero per brachia velut acetabulis diſperſis, hauſtu quodam adhærefcunt: ieunt ſupini, ut avelli non queant. Colorem mutant ad ſimilitudinem loci, & maxime in meta. Hæc omnia ex *Plin. l. 9. c. 22. 29. 30. 29. & 31. a med. lib. 12. c. 70. & lib. 11. c. 37. fell. 49. & cap. 48.* ¶ Declinatur Latino more *polypus, i:* Græco eſſet *polypodis*. *Ovid. in Heleno. v. 30.* At contra ſcopulis crinali corpore ſegnis Polypus hæret, & hac eludit retia fraude. *Plin. l. 12. c. 9.* Arbores ficco litore radicibus nudis polyporum modo amplexæ ſteriles arenas. *Id. l. 11. c. 37. fell. 78.* Inteſtinus ab ore incipit, & quibuſdam eodem inflectitur, ut ſepiæ, polypo. *Id. l. 9. c. 51. a med.* Polypus feminas modo in ovis ſedet, reodo cavernam cancellato brachiorum implexu claudit. ¶ Translate dicitur de homine rapaci. *Plaut. Aulul. 2. 2. 21.* Ego iſtos onvi pelypos, qui ſibi, quidquid attigerint, tenent. ¶ In feminino gen. *Lucil.* apud *Non. c. 3. n. 175.* Pauliſper comedens edet hæc ſe, ut polypus ipſa. Tangit *Lucil.* opinionem vulgi credentis, polypum ſuo ſibi brachia rodere: quod falſum eſſe, *Plin. 11 l. 9. c. 29. a med.* Verba *Lucilii* poſſunt & ita legi, ut *ipſe* non ad *polypus*, ſed ad *hæc ſe* referatur: Pauliſper comedens edet hæc ſe, ut polypus, ipſa. ¶ Eſt etiam hoc nomina morbus in naribus, hoc eſt caruncula, modo alba, modo ſubrubra, carium oſſi inhærens, quæ modo ad labra tendens narem implet; modo retro per id foramen, quo ſpiritus a naribus ad fauces deſcendit, adeo increſcit, ut poſt uvam conſpici poſſit; ſtrangulatque hominem, maxime auſtro, aut euro flante: ferneque mollis eſt, raro dum: eaque magis ſpiritum impedit, & narcs dilatat: ſerequa *καρκίνῳ* eſt. Ita *Celſ. l. 6. c. 8. fell. 2.* deſcribit. Habet autem naſus a polypo piſces, quia & carne eum reſert, & multas habet radices, ut ille pedes. *Horat. epod. 12. v. 4.* ſagacius unus odoror, Polypus, an gravis hirſuis cabet hircus in alis. *Plin. l. 24. c. 16.* Ulcera omnium generum, ſive phagedænæ ſint, ſive carcinomata, ſive polypi in naribus.

POLYRRHIZOS, i, πολύρριζος, adject. multas radices habens: a πολὺς, multus, & ῥίζα, radix. Cognomen eſt multarum herbarum, ut piſtolochiæ, apud *Plin. l. 25. c. 8. a med.* ellebori nigri, *ibid. c. 5.* ariſtolochiæ, *ibid. c. 8. ad fin.* & peculiaris herbæ folio myrti, radice multa, *lib. 27. c. 12. a med.*

POLYSEMUS, πολύσημος, multa ſignificans: a πολὺς, multus, & σῆμα, ſignum. *Serv. ad v. Æn. v. 5.*

POLYSPASTOS, machina dicitur a *Vitruv. l. 10. c. 5.* quæ multis orbiculis conſtat, atque adeo magnam trahendi vim habet: a πολὺ, multum, & σπάω, traho.

POLYSYNTHETON, n. Figure verborum per adjectionem, per quam eadem conjunctio in membris, vel inciſis orationis frequenter repetitur: a πολὺ, multum, & σύνθεσις, ſimul pono. Quidam duas figuras diſtinguunt, *Polyſyndeton* & *Polyſynthetum*: & *Polyſyndeton* eſſe volunt, cum eadem conjunctio ſæpius in inciſis repetitur: a σύνδεσμος, colligatus, quod a σύν, ligo. *Polyſynthetum*, cum in membris ejuſdem conjunctionis repetitio fit, vel etiam plures conjunctiones diverſæ afferuntur. Exemplum prioris eſt in illo *Virg. 3. Georg. v. 344. vellumque, lorumque, Amaque, Amyclæumque canem, Creſſamque phareteram.* Poſtrioris hoc reodo apud *Ruttilium Lupum lib. 1. Ille hanc pœna conſtrictum trahebat, hic autem vociferabatur: concurſat vero non mediocris erat, cum tamen omnes opitulari vellent, ſed nemo audiret: neque ibi Magiſtratus aderat, neque circumſpiciebatur, quo potiſſimum confugeremus, reperiebamur.* Utraque vox Græca eſt, & Græcis litteris ſcribenda.

POLYTELES, πολυτελὴς, titulus eſt libri ſeptimi *Apicii*, & ſignificat ſumptuoſum, impendioſum: a πολὺ, multum, & τέλος, vectigal, impenſa: quia in eo libro multa traduntur condimenta, quæ magnas impenſas requirunt.

POLYTRICHON, i, πολύτριχον, herba, capillus Veneris, a multitudine tenuium fibrarum, ſeu capillamentorum in radicibus ſic dicta; nam πολὺ, multum, & θρὶξ, τριχὸς, capillum ſignificat. *Plin. l. 22. c. 21. ad fin.* ¶ Eadem dicitur & Polythrix, icis, πολύθριξ, ab *eod. l. 26. c. 14. ad fin.* ¶ Polythricos nomen eſt gemmæ capillamentum refurentis, *Id. l. 37. c. 12.*

POLYXENA, æ, f. *Poliſſena*, Πολυξένη, filia Priami ex Hecuba conjugs. Poſt Trojæ excidium a Pyrrho Achillis filio ad patris ſepulcrum jugulata eſt, quod Achilles ſub ſpecie nuptiarum cum ea celebrandarum a Paride per inſidias interfectus fuiſſet in templo Apollinis. V. *Ovid. 13. Met. a verſ. 439. & Senec. in Troade.* ubi *verſ. 367.* habetur *Polyxene* in recto caſu, Græca poſitione.

POLYXENIUS, a, um, ad Polyxenam ſpectans. *Catull. carm. 63. de nupt. Pel. & Thet. v. 368.* Alta Polyxenia madefient cæde ſepulcra.

POLYXO, ûs, f. Πολυξὼ, anus Lemnia, vates Apollinis, qua cum Lemnicides a viris ſuis, inductis ex Thracia pellicibus, ſpernerentur, auctor fuit, ut omnem virilem ſexum interimerent: eademque poſtea hortatrix fuit, ut Argonautas hoſpitio exciperent. quod utrumque facere. V. *Stat. 5. Theb. a verſ. 90. & Valer. Flacc. l. 2. a verſ. 316.*

POLYZONOS, i, m. πολύζωνος, gemma nigra reultis zonis candicantibus diſtincta. *Plin. l. 37. c. 12.*

POMARIUM, ii, n. *pomarium, orchard, pometo, πωμάδωνος*, locus pomiferis arboribus conſitus, pometom. *Cic. de Senect. c. 15. ſub fin.* Nec vero ſegetibus ſolum, & pratis, & vineis, res ruſticæ latæ ſunt, ſed etiam hortis, & pomariis. *Varr. l. 1. R. R. c. 2.* Non arboribus conſita Italia eſt, ut tota pomarium videatne? *Horat. l. 2. od. 7. v. 13.* Tiburni lacus, & uda Mobilibus pomaria rivis. *Ovid. de nuce v. 111.* Heſperii regis pomaria tota fuiſſent: Una ſed immenſas arbor habebet opes. *Plin. l. 34. c. 14.* Serere arbuſta, pomaria ponere. *Senec. epiſt. 122.* Pomaria in ſummis turribus ſerere. *Colum. l. 5. c. 10.* pomarii conſtituendi rationem tradit. ¶ Item locus in villa, ubi decerpta poma conduntur. *Plin. l. 15. c. 16.* In univerſum de pomis ſervandis præcipitur: pomaria in loco frigido ac ſicco contabulari, ſeptentrionalibus feneſtris ſereno dis patere, &c.

POMARIUS, ii, *fruteyuelo, ἀνωρίων*, pomorum venditor. *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 227.* Edicit, piſcator uti, pomarius, auceps, &c. Adde *Lamprid. in Heliogab. c. 27. & Inſcript.* apud *Gruter. pag. 651. n. 11. & apud Reinef. claſſ. 11. n. 79.* ¶ *Pomarium*, hoc eſt locus pomis condendis, aguoſcitur a *Chariſ. l. 1. pag. 23. Putſch.* ſed nullo exemplo firmatur.

POMARIUS, a, um, ad poma pertinens. *Cato R. R. c. 48.* Pomariore ſeminarium ad eundem modum, atque oleaginem facito.

POMERIDIANUS, a, um, *de dopo mezzo dì*, μεσημβρινὸς, qui poſt meridiem eſt, aut fit. *Cic. 3. de Orat. c. 30. ſub fin.* Ambulatin antemeridiaen, aut pomeridiana feſſio. *Id. ibid. cap. 5.* Pomeridianum tempus. Al. leg. *poſtmeridianum*: quod & apud *Vitruv. l. 1. c. 6. & Suetan. de Grammat. c. 24.* legitur: ſed *Cic. in Orat. c. 47.* libentius ſa ait dicturum *pomeridianus*, quam *poſtmeridianus*: nimirum quin eſt ſuavius. Hac ratione

PO' MERIDIEM pro poſtmeridiem dixiſſe quoſdam, ſcribit *Quintil. l. 9. c. 4.* ad evitandum conſonantium concurſum.

POMERIUM, & Pomœrium, ii, n. *ſpianato*, locus intra & extra murum urbis: a *poſt*, vel *pone*, & *murus*, aut *murus*. De eo ita *Liv. l. 1. c. 44. de Servio.* Ad eam multitudinem urbs quoque amplificanda viſa eſt. Addit duos colles, Quirinalem, Viminalemque: aggere, & foſſis, & muro circumdat nobem. ita pomœrium profert. Pomœrium, verbi vim ſolam intuentes, poſtmœrium (*al. leg.* poſt murum) interpretantur eſſe. Eſt autem magis circa murum (*al. leg.* circamœrium) locus: quem in condendis nebibus quondam Etrufci, qua murum ducturi erent, certis circa tacmiris inaugurato conſecrabant, ut neque in interiore pecte ædificia regnibus continuarentur, quæ nunc vulgo etiam conjungunt; & extrinſecus puri aliquid ab humano cultu pateret ſoli. Hoc ſpatium, quod neque habitari, neque arari fas erat, non magis quod poſt murum eſſet, quam quod murus poſt id, pomœrium Romani appellarunt: & in arbia incremento ſemper, quantum mœnia proceſſura erant, tantum termini hi confecreti proferebantur. Hæc *Livius*. In antiquis libris de auſpiciis apud *Gell. c. 14. l. 13.* ita definitur: Pomœrium eſt locus intra agrum effatum, per totius urbis circuitum, pone muros regionibus certis determinatus, qui facit finem urbani auſpicii. *Varr. l. 4. de L. L. c. 32.* Principium, quod erat poſt murum, pomerium dictum: ejuſque ambitu auſpicia urbana finiuntur. Addit *Gell. loc. cit.* jas proferendi pomœrii fuiſſe penes eum, qui populum R. agro de hoſtibus capto auxiſſet. Poſt Servium Tull. id affectaſſe Sullam, deinde Jul. Cæſarem: quibus adde Auguſtum & Claudium Imperatorem, ut eſt apud *Tacit. Ann. 12. c. 23. & 24.* ubi etiam terminos antiqui pomœrii ab Romulo conſtitutos enarrat. *Sullam effectaſſe*, inquit *Gell.* quia pomœrium proferre, nunquam provinciali, ſed ſolum Italico agro acquiſito, reus fuit, ut *Senec.* docet *de brevit. vitæ, c. 14.* Id tamen intelligo ſub libera republica. nam ſub Imperatoribus, etiam barbarico agro acquiſito prolatum eſt pomœrium, ut colligitur ex *Vopiſc. in Aureliau. c. 21.* qui Neronem quoque, & Trajanum dicit pomœrium protuliſſe. V. quæ ad hunc loc. adnotavit *Salmaſ.* ubi inquicit, num etiam Aurelianus protulerit. ¶ Translate *Varr. l. 1. R. R. c. 2. circa med.* Video, qui de agricultura ſcripſerunt, latius vagatos, quam oportuerit. Ego vero, inquit Stolo, eos non io omni re imitandos arbitror, & eo melius feciſſe quoſdam, qui minore pomœrio finierunt. ¶ Ad ſcriptionem quod attinet, diphthongum omittit *Mamur.* allatis aliquot vet. lapidib. quibus adde *Donſqa.* & *Collar.* & Græcor. Scriptorum conſuetudinem *πωμήριον* ſcribendi. Sed & diphthongus *æ*, quæ

quæ in *murus* pro *murus* olim adſcribabatur ; graviſſimos auctores habet.

POMETINUS, a, um, ad Pometiam pertinens ; quod fuit oppidum Latii in Auruncis, cujus mentio fit Plin. l. 3. c. 5. *a med.* Alia quoque cognomine Sueſſa in Volſcis, de qua Liv. l. 2. c. 41. *extr.* & *cap.* 53. Ad hanc pertinet illud *ejuſdem ibid. c.* 55. Pometinæ manubiæ, quæ perducendo ad culmen operi deſtinatæ erant, &c.

POMETUM, ti, n. idem quod pomarium. *Pallad. l.* 1. *tit.* 36. Sit area longe ab hortis, vineis, atque pometis.

POMIFER, *a*, um, *de fructu*, ἀπόφυσις, poma ferens. *Horat. l.* 4. *od.* 7. *v.* 11. ſimul Pomifer autumnus fruges effuderit. *Senec. in Herc. Fur. v.* 700. Non ulla ramos ſilva pomiferos habet. V. *Silvanus*.

POMŒRIUM. V. *Pomerium*.

POMONA, æ, ſ. dea pomorum, h. e. præſes fructibus arborum. *Varr. l.* 6. *de L. L. c.* 3. *a med.* Pomona pomorum patrona. *Feſtus*: Maximæ dignitatis Flamen Dialis ab intac quindecim Flamines ; & cum ceteri diſcrimina majeſtatis ſuæ habeant, minimi habetur Pomonalis, quod Pomona, laviſſimo fructui agrorum, præſidet pomis. *Ovid.* 14. *Met. v.* 623. Rege ſub hoc (*Proca*) Pomona fuit, qua nulla Latinas inter Hamadryadas coluit ſolertius hortos. Nec fuit arbore ſtudioſior altera ſetus : Unde tenet nomen. Pergit ibi *Ovid.* narrare, mille eam procis placuiſſe, ſpreviſſe omnes, uni Vertumno nupſiſſe, qui & ipſe deus eſt pomorum præſes. *Servius* autem *ad Æn.* 7. *v.* 190. ait, Pomonam amaſſe Picum, ejuſque uxorem fuiſſa : ipſum ab id a Circe, quæ eum amabat, in avem ſui nominis fuiſſa converſum. *Plin. initio l.* 23. Peracta Cerealium in metendo quoque natura eſt. Non ceſſit his Pomona, parteſque medicas & pendentibus dedit. *Solin. c.* 22. (*al.* 35.) *a med.* Thyle larga & diutina pomona copioſa eſt. *b. c.* pomorum proventu & copia. *metonymice*.

POMONAL eſt in agro Sabina via Oſtienſi ad duodecimum lapidem, diverticulo a milliario octavo. *Feſtus*.

POMONALIS, le, ad Pomonam pertinens, ut Pomonalis Flamen. *Varr.* & *Feſt.* locis citat. in *Pomona*.

POMOSUS, a, um, pomis abundans. *Tibull. l.* 1. *el.* 2. *v.* 21. Pomoſuſque ruber cuſtos donatur in hortis. *Propert. l.* 4. *el.* 2. *v.* 17. Inſitor hic ſolvit pomoſa vota corona. *b. c.* facta ea ramis implexis cum ſuis pomis. *& elog.* 7. *v.* 81. Pomoſa arva. *Colum. l.* 10. *v.* 138. & pomoſi Tiburis arva.

POMPA, æ, ſ. *præceſſione con apparato e ſolennità*, πομπή, deductio, translatus, tranſvectio, apparatus ſolemnis per publicas Urbis vias cum oſtentatione & ſpecie quadam triumphi, & agmine pluriom incedentium, tam in lætis rebus, quam in lugubribus: a *πέμπω*, mitto, deduco, tranſveho. Hujuſmodi erant deductio ſponſæ in domum ſponſi, exſequiæ, tranſvectio ſacrorum in ludis, in ſupplicationibus, triumphis. *Lucan. lib.* 2. *v.* 352. *de aupi. Cæſar.* Fœdera ſola tamen, vanaque carentia pompæ Jure placent. *Cic.* 5. *Tuſcul. c.* 32. Socrates, in pompa cum magna vis auri argentique ferretur, quam multa non deſidero! inquit. *Id.* 1. *Offic. c.* 36. Cavendum eſt ne tarditatibus utamur in greſſu mollioribus, ut pomparum ferculis ſimiles eſſe videamur. *Id. pro Mil. c.* 13. Cadaver Clodii ſpoliatum imaginibus, exſequiis, pompa, laudatione. *Nep. in Attic. in fin.* Elatus eſt in lecticula, ſine ulla pompa funeris, comitantibus omnibus bonis, maxima vulgi frequentia. *Ovid. 6. Faſt. v.* 663. Adde, quod Ædilis, pompem qui ſoneris irent, Artifices ſolos juſſerat eſſe decem. *ire pompam*, ut *ire exſequias*. Al. tamen leg. *pompa*. (De hac pompa funebri V. *Propert. l.* 2. *el.* 13. *v.* 19. & 25.) *Virg.* 3. *Georg. v.* 22. jam nunc ſolemnes ducere pompas Ad delubra juvat, cæſoſque videre juvencos. *Id. Æn.* 5. *v.* 53. Annua vota tamen, ſolemneſque ordine pompas Exſequerer, ſtruerentque ſuis altaria donis. *Plaut. Caſtell.* 1. 1. 52. Per Dionyſia mater pompam me ſpectatum duxit. *Sueton. in Cæſ.* 2. 37. Pontico triumpho intaa pompæ fercula trium verborum prætulit titulum, veni, vidi, vici. *Ovid.* 3. *ex Pont. ep.* 4. *v.* 95. Quid, ceſſas currum, pompamque parare triumphis, Livia? *Martial. l.* 8. *epigr.* 78. Pompa Indica. *b. e.* triumphus Bacchi. ¶ Præcipue vero dicitur de ſolemni Circenſium, cujus initium erat pompa cum ſimulacris deorum, fasculis, thenſis, &c. *Tertull. de ſpectac. c.* 7. Sed Circenſium paulo pompatior ſuggeſtus, quibus proprie hoc nomen pompa præcedit. *Liv. l.* 30. *c.* 38. *in fin.* Ludorum ipſis diis, ferentate ſubita orta, pompa duci cœpta *ad* portam Collinam, revocata, deductique in Circum eſt. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 391. Circus erit pompa celeber, numeroque deorum. Adde *lib.* 3. *Amor. el.* 2. *a verſ.* 43. & *lib.* 1. *de ar. am. v.* 147. *Sueton. in Cæſ. cap.* 37. *in Claud. cap.* 11. &c. ¶ Tranſfertur ad quodvis agmen, longum ordinem, & comitatum incedentium, *comitiva*, *ſeguito*, *treno*, *equipaggio*. *Cic. Fam. l.* 2. *ep.* 16. Accedit etiam moleſta hac pompa lictorum meorum, nomenque imperii, quo appellor. *Q. Cic. de petit. conſul. c. penult.* Poſtremo tota petitio cuta ut pompæ plena ſit, ut illuſtris, ut ſplendida, ut populatis. *Plaut. Curcul.* 1. 1. 1. Quo ted hoc noctis dicam proficiſci foras cum iſtoc ornatu, cumque hac pompa, Phædrome? *Terent. Heaut* 4. 4. 17. Tranſeundum nunc tibi ad Menedemum eſt, & tua pompa eo traducenda. ¶ Et ad ſetiem atque ordinem variarum rerum, quæ tranſferantur. *Senec. ep.* 120. *poſt med.* Quid ſibi vult iſta pecuniæ pompa? *Plaut. in fragm.* apud *Macrob. l.* 2. *Saturn. cap.* 12. Quis eſt mortalis tanta fortuna affectus unquam, quanta ego nunc ſum, aujus hæc ventri portatur pompa? *b. c.* multiplex obſonium, & ſumptuoſum. *Tibull. l.* 3. *el.* 1. *v.* 3. Et vaga nunc certa diſcurrunt undique pompa Perque vias urbis munera, perque domos. *Martial. in fin. epigr.* 32. *l.* 12. Sarcinarum pompa. *ſalmuria*. ¶ Et ad oſtentationem, faſtum, jactationem, ſplendorem verborum in dicendo, aut in aliis rebus. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 72. *a med.* Adhibere quandam in dicendo ſpeciem atque pompam. *Id.* 4. *Tuſcul. c.* 21. Illa quidem ea rhetorum pompa, ordores animorum, coteſque victarum. *Senec.* 1. *de benef. c.* 13. Benigniſſimus ſit, deſcenditque in æquum, & datraait munesi ſuo pompam. Supra dixerat *cap.* 11. *extr.* Detrahenda eſt inanis jactatio: res loquantur, nobis tacentibus. *Ulpian. Dig. lib.* 13. *tit.* 6. *leg.* 3. *extr.* Non petaſi commodari id, quod uſu conſumitur: niſi forta ad pompam, vel oſtentationem quis accipiat. ¶ Commodo opponitur pugnæ & contentioni. *Cic. in Orac. c.* 13. *ad fin.* Epideſticum genus perpurium ſophiſtarum, pompæ, quam pugnæ aptius; gymnaſiis, & paleſtræ dicatum; ſpretum, & pulſum foro. *Id. l.* 2. *de Orat. cap.* 22. *extr.* Exortus eſt Iſocrates magiſter iſtorum omnium, ſed eorum partim in pompa, partim in aula illuſtres eſſe voluerunt.

POMPABILIS, le, *pompeſa*, in pompæ modum ornatus, ſplendidus. *Trebell. Poll. in* XXX. *Tyrann. num cap.* 30. *de Zenobia*. Dicta per triumphum ea ſpacie, ut nihil pompabilius populo R. videratur.

POMPABILITER. V. *Pompaliter*.

POMPALIS, le, pompabilis, ſpectabilis. *Capitolin. in Gordian. c.* 6. Et erat canitie decora, & pompali vultu.

POMPALITAS, atis, ſ. Eſt *Proſperi ſub nom. I. de verſib. Comitis*, ubi ait, *pag.* 1310. *Pauſch.* Altitudinis cauſa, & pompalitatis, quæ illis elocutionis convenit Latinæ. *b.* a. ſplendoris & pompæ verborum, & illi grandioris.

POMPALITER, in modum pompæ. *Trebell. Poll. in Gallien. cap.* 8. Gladiatores pompaliter natati. Al. lag. *pompabiliter*.

POMPATICUS, a, um, *pompoſa*, in modum pompæ ornatus. *Tertull. de cultu fem. c.* 9. Si quas vel divitiarum fuscum, vel natalium, vel retro dignitatum ratio compellit ita pompaticas progredi. *Apul. l.* 10. *Metam.* Ad conſaptum cavæ, profequente populo pompatico favore deducor.

POMPATUS, a, um, pompam habens. *Tertull. de ſpectac. c.* 7. Sed Circenſium paulo pompatior ſuggeſtus.

POMPEJANUS, a, um, ad Pompejum aliquem pertinens; & præſertim ad Cn. Pompejum Magnum, qui in Latina hiſtoria celeberrimus eſt. *Cæſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 58. Pompajanus equitatus. *& cap.* 101. Pompajana claſſis. *Lucan. l.* 3. *v.* 166. Quæ Pompajanis præſata eſt gara triumphis. *Id. l.* 10. *v.* 350. Pompejana cædes. *b. e.* qua Pompejus in Ægypto occiſus eſt. *Vitruv. l.* 5. *c.* 9. Pompejana porticus. (V. in *Pompejus*.) *Cicutius* apud *Macrob. l.* 2. *Saturn. a. ult.* Pompejana ficus. *b.* a. ita dicta *a* quodam Pompejo auctore, ut *Plin. l.* 15. *c.* 18. ait. *Martial. l.* 6. *epigr.* 9. & *lib.* 14. *epigr.* 29. Pompajanum theatrum, & *lib.* 21. *epigr.* 22. Pompejano vela negata noto. *b. e.* vento ſtante in theatro Pompejano in vela exiente ad arcendum ſolam. V. *Pompejus*. ¶ Jupiter Pompejanus, Statua Jovis *a* Claudio Cæſare in Circo maxima dicata, itaque dicta *a* viciuitate theatri Pompajani. Ita *Plin. l.* 34. *c.* 7. ¶ *Pompejani*, *orum*, milites, & quicumque a partibus Pompeji ſtitere. *Cæſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 46. Pompejani hoc infoleatiue noſtros premere cœperunt. *Senec. l.* 3. *de Ira*, *c.* 30. *in f. de Jul. Cæſare*. Vidit Briſtis circa ſellam ſuam gladiis coramilitones ſuos, alioſque poſt Pompejum demum Pompejanos. *Lucan. l.* 4. *verſ.* 448. Pompejanus Cilix. *Tacit. 4. Ann. c.* 34. T. Livius Cn. Pompajum tantis laudibus tulit, ut Pompejanum aum Auguſtus appellarat. *Velleſ. lib.* 2. *c.* 52. Tot talaſque Pompajanarum partium cæſos virus. ¶ Item incolæ Pompejorum, Campaniæ oppidi maritimi, ad Sarnum fluv. quod ſub Nerone terræ motu defeciſſa, & ſub Tito Veſuvii cineribus prorſus obrutum fuiſſe, *Senec. l.* 6. *quæſt. nat.* 2. 1. *Strabo*, & *Dio Caſſius* ſcribunt. *Cic. pro Sull. c.* 21. Pompajanorum, coloniorumque diſſenſio. *Solin. cap.* 2. (*al.* 8.) dictum putat a pompa boum, quos ea Hiſpania Hercules illo duxerat. ¶ Hinc Pompejana regio, quæ circa id oppidum eſt, *Senec. lor. cit. cap.* 27. Pompajani placeant magis otia Sarni, *Stat. l.* 1. *ſilv.* 2. *v.* 265. Pompejanum municipium, *Plin. l.* 2. *c.* 51. Pompejana vitis, aut uva, *Id. l.* 14. *c.* 2. *in fin.* & *Colum. l.* 3. *c.* 2. *a med.* quæ quia ex oppido Siciliæ Murgento translata Pompajos creditur, etiam Murgentina dicta eſt. Sic Pompejana vina, *Plin. l.* 14. *c.* 6. *ad fin.* & Pompejana braſſica, apud *eund. l.* 19. *c.* 8. *ante med.* caule ab radice tenui, tutro ſulia araſſeſcente. Pompejana quoque cæpa apud *Colum. l.* 12. *a.* 20. (ubi al. leg. *Pompeja*) a Pompejorum agro dicta videtur. Pompejanus pumex apud *Vitruv. l.* 2. *c.* 6. V. *Carsumenſis*. ¶ *Pompejanum*, *i*, villa fuit Ciceronis in Pompejano agro. *Cic. Fam. 7. epiſt.* 3. & 4. & *lib.* 12. *ep.* 20. & alibi.

POMPEII, orum, gens Romana, plebaja illa quidem, ſed geſtis honoribus nobiliſſima. In tias familias diviſa fuiſſe dicitur, Nepotum, Rufatum, & Magnorum. In hac fuit Cn. Pompajus Magnus, cujus nomen omnis R. hiſtoria prædicat. Ejus mores, laudes, res geſtas habes apud *Cic. pro leg. Manil. Plin. l.* 7. *c.* 26. & *Velleja. l.* 2. *c.* 29. Excitato contra C. Cæſarem civili bello, victuſque prælio Pharſalico, in Ægyptum fugiens miſerrimo ibi fato periit. V. *Flor. Velleſ. Cæſar. Lucan.* &c. ¶ In illo *Martial. l.* 12. *epigr.* 2. Turbam non habet otioſiorem Pompejus; Porticus Pompeja intelligitur, de qua V. in voce ſequ. ¶ De Pompejis, oppido Campaniæ V. in voce præced.

POMPEJUS, a, um, ad Pompejum aliquem pertinens. *Ovid. 4. ex Pont. ep.* 5. *v.* 9. Pompeja domus. *Cic. Verr. 7. c.* 66. Via Pompeja. *b.* a. quæ Meſſana per ipſum Siciliam ferebat: ſed cur ita dicta ſit, incompertum. *Propert. l.* 3. *el.* 9. *v.* 60. Et modo Pompeja Pharſalia capta manu. *b.* a. vi bellica, duce Cn. Pompejo M. *Plin. l.* 15. *c.* 18. Pompeja ficus. V. *Pompejanus*. *Cæſ. lib.* 3. *B. Civ. c.* 2. Nonnullos ambitus Pompeja lege damnatos. *b.* a. quæ la-

ta

ta eſt a Cn. Pompejo Magno primis diebus tertii fuit conſulatus, ut pœna gravitate, & forma judiciorum breviore in cauſis ambitus procederetur: nempe ut teſtes prius audirentur per triduum, deinde uno eodemque die & ab accuſatore duabus horis, & a reo tribus peroraretur, & ſententia ferretur, ut *Aſcon. in argum. Milonianæ* docet. Aliam tulit idem de vi eodem tempore, ut idem judicii ordo in cauſis de vi ſervaretur, teſte *Aſcon. ibid.* Adde *Cicer. in Bruto, c.* 94. & *lib.* 4. *de Fin. c.* 1. Alia fuit lex Pompeja de comitiis, lata ab eodem, ne cujus abſentis in iis ratio haberetur, ut eſt apud *Sueton. in Cæſ. c.* 28. Alia eodem auctura de judicibus, ut cum ex Senatu, & Equitib. R. & Tribunis ærariis ex lege Aurelii Cottæ Præturis judices legi juberentur, ne iiſdem quidem ordinibus, ſed ampliſſimo en cenſu, aliter, quam antea, legerentur, ut *Aſcon.* tradit in *Piſon. c.* 39. Alia de parricidiis, lata ab eodem, qua cavebatur, ut ſi quis parricidium admiſiſſet, ea pœna teneretur, quæ eſt legis Cornelæ de ſicariis. *Martian. Dig. lib.* 48. *tit.* 9. qui *ad leg. Pompej. de parricid.* ſcribitur, & *Ulpian. ibid. tit.* 1. *leg.* 1. ¶ Alia denique de civitate, lata a Cn. Pompejo Strabone, Magni patre, ut Liguribus, & Ciſpadanis, & Vanetis civitas, Tranſpadanis jus Latii daretur. Meminit *Plin. l.* 3. *c.* 20. *ſub fin.* ¶ Pompeja porticus fuit Romæ magnificentiſſima prope Theatrum Pompejanum, nempe a Cn. Pompejo M. exſtructa, in regione Urbis nona, ante Curiam itidem Pompejam. Meminit & porticus, & Curiæ *Plin. l.* 35. *c.* 9. 10. & 11. item *Sueton. in Cæſ. c.* 81. ſed Curia poſt occiſum in ea C. Cæſarem obſtructa eſt. Porticus vero ceotum columnis inſtructa, platanis circum arabroſa, ſignis & picturis nobilibus, & pretioſis marmoribus, fonte, aliiſque rebus ornata, populo R. amœniſſimum deambulandi, exſtruxit, & pluviæ vitandæ ſpatium præbebat. *Propert. l.* 2. *el.* 23. *v.* 45. Scilicet umbroſis ſordet Pompeja columnis Porticus, aulæis nobilis Attalicis, Et crebri platanis pariter ſurgentibus ordo, &c. Hanc Poetæ intelligunt, cum *Pompejanam umbram* dicunt, ut *Id. lib.* 4. *el.* 8. *v.* 75. *Ovid. l.* 1. *de Ar. am. v.* 67. & *lib.* 3. *v.* 387. & *Martial. l.* 11. *epigr.* 48. De theatro (quod tamen non *Pompejanum*, ſed *Pompejanum* dici ſolet. *Sueton. in Tiber. c.* 47. & re *Claud. c.* 21. & *Plin. l.* 36. *c.* 15. *a med.*) ſcribit *Tiro Tullius* apud *Gell. l.* 13. *cap.* 1. fuiſſe eidem Victoriæ, cujus gradus vicem theatri erant. *Tertull.* vero *de Spectac.* hæc habet *cap.* 10. Pompejus Magnus, ſolo theatro ſuo minor, cum illaro arcem omnium turpitudinum exſtruxiſſet, veritus quandoque memoriæ ſuæ cenſorium animadverſionem, Veneris eidem ſuperpoſuit, & ad dedicationem edicto populum vocans, non theatrum, ſed Veneris templum nuncupavit: cui ſubjecimus, inquit, gradus ſpectaculorum. Quod *Tertull.* Venerie, *Tiro* Victoriæ eidem nominat, non diſſentiunt. nam templum fuit Veneris Victricis, teſte *Plin. l.* 8. *c.* 7. Hoc primum theatrum fuit, quod ſtabile ac manſurum Romæ exſtrueretur, cum alia uſque eo temporaria, ne ſtatim poſt ludos diſſolvenda, facta fuiſſent, ut eſt apud *Tacit. Ann.* 14. *c.* 20.

POMPELONENSIS, ſe, ad Pompelonam pertinens, urbem Hiſpaniæ Tarraconeſis, a Cn. Pompejo M. ut ferunt, conditam. Hinc *Pompelonenſes*, ium, ejus gives. *Plin. l.* 3. *c.* 3. & *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 455. *n.* 11. ubi *Pompelonenſis* ſcriptum eſt.

POMPHOLYX, ygis, ſ. πομφόλυξ, fulgo metallica, Græce bullam ſignificans, quia inſtar bullæ concreſcit. De ea *Plin. l.* 34. *cap.* 13. Etiammum in ærariis reperiuntur, quæ vocant pompholygen, & ſpodon. Differentia, quod pompholyx lotura paratur: ſpodos illota eſt. Aliqui id, quod ſit candidum leviſſimumque, pompholygen dixere, & eſſe æris, & cadmia favillam: ſpodon nigriorem, ponderoſioremque eſſe, deraſam parietibus fornacum, mixtis ſcintillis, aliquando & carbonibus.

POMPILIANUS, a, um, ad Pompilium aliquem pertinens, quod eſt nomen Romani hominis. *Ammian. l.* 14. *c.* 6. (*al.* 14.) Pompiliani redierit fecuritas temporis. *b. e.* Numæ Pompilii, regis Romanorum ſecundi: de quo *Horat. l.* 2. *od.* 12. *v.* 33. Romulum poſt hos prius, an quietum Pompili regnum memorem, &c. *Arnob. lib.* 2. *pag.* 95. Non doctorum in litteris continetur, Apollinia nomen Pompiliana indigitamenta neſcire? *b. e.* libros ſacrorum a Numa conſcriptos. *Vopiſc. in Aurel. c.* 41. Pompiliana Curia. *b. e.* a Numa conſtructa: vel intelligitur Hoſtilia a Tullo Hoſtilio facta, quæ proximus poſt Numam fuit.

POMPILIUS, a, um, ad Pompilium pertinens, Pompilianus. *Horat. de ar. Poet. v.* 292. vos, o Pompilius ſanguis, carmen reprehendite, quod, &c. *b. e.* a Calpurnii Piſones, quorum origo gentis a Calpo Numæ Pompilii filio ducitur, teſte *Feſto*. ¶ De Numa Pompilio V. *Numa*.

POMPILUS, li, m. πομπίλος, piſcis marinus. *Plin. l.* 9. *c.* 15. *a med. de thynnis*. Idem ſæpe noxiæ velis cuntia comitantem, miræ quadam dulcedine per aliquot horarum ſpatia, & paſſuum millia a gubernaculis ſpectantur, ne tridente quidem in eos ſupino jacto territi. Quidam eos, qui hoc a thynnis faciant pompilos vocant. *Ovid. in Halieut. v.* 120. Tuque comes retium, tractuque per æquora ſulci, Qui ſemper ſpumas ſequeris, pompile, natantes. Adde *Plin. ſub fin. l.* 32. ¶ Quidam hoc nomine vocant etiam nautilum, piſcem velificantem, de quo V. ſuo loco. *Plin. l.* 9. *c.* 29. *ſub fin.*

POMPO, onis, m. a. cum pompa aliquid ago. *Sedul. l.* 1. *v.* 2. Grandiſonis pompare modis, tragicoque boatu.

POMPONIA gens Romana, ad Pomponem Numæ filium originem ſuam referens, ut eſt apud *Plutarch.* in *Numa*. In hac fuit T. Pomponius, cognomento *Atticus* ob diuturnam Athenarum commorationem appellatus, ditiſſimus idem, & litteratiſſimus, & Ciceronis amiciſſimus; ad quem ceſſant libri XVI. epiſtolarum *ad Atticum* inſcripti. Ejus vitam ſcripſit *Cornel. Nep.* ¶ L. Pomponius Bononienſis, poeta, Atellanarum ſcriptor, vixit inter Lucretium & Catullum. Ejus exſtant ſolum fragmenta apud *Gell. lib.* 18. *Nonium*, *Chariſ. Diomed. Priſcian.* &c. ¶ P. Pomponius Secundus, vir conſularis, poeta Tragicus, temporibus C. & Claudii Cæſarum, cujus vitam ſcripſiſſe ſe teſtatur *Plin. l.* 14. *c.* 4. *ad fin.* & *lib.* 7. *c.* 19. refert, nunquam raſtaſſe; memoratur e *Tacito*, *Plin. jun.* & *Quintil.* & magna Tragicæ eloquentiæ laude floruiſſe dicitur. Hujus quoque ſcripta periere. ¶ Sextus Pomponius JCtus cujus reſponſa in Digeſtis referuntur, Papiniani diſcipulus fuit, & Alex. Severi a conſiliis, teſte *Lamprid. in hujus vita, cap.* ult. ubi legum peritiſſimus appellatur.

POMPONIANUS, a, um, ad Pomponium aliquem pertinens. *Gell. l.* 10. *c.* 24. Pomponianus verſus. *b. e.* L. Pomponii, de quo in voce præced. ¶ Pomponiana pira, genus pirarum ita dictum ab Inſitore. Eadem mammoſa ob ſimilitudinem mammæ cognominantur. *Plin. l.* 15. *c.* 15. ¶ Eſt etiam Pomponiana ruſula, una ex Stœchadibus. *Id. l.* 3. *c.* 5.

POMPONIUS. V. *Pomponia gens*.

POMPOSE, adverb. *Sidon. l.* 9. *ep.* 9. a *med.* Scripſeras autem plurima ardenter, plura pompoſe. *b. e.* graviter, & magnifice.

POMPOSUS, a, um, adject. *Sidon. l.* 4. *ep.* 9. Pompoſus inceſſus, animus ferius. *b. e.* gravis, tardus, ſimiliſque pomparum ferculis, ut ait *Cic. Offic.* 1. *c.* 36.

POMPTINA palus, & Tribus. V. *Pomptinæ*.

POMUM, i, n. *fructus*, *frutto*, πόλυω, ἀνάω, nomis fere fructus, qui ex arboribus eſu aptus provenit, ut malum, pirum, prunum, perſicum, ceraſum, ſorbum, ficus, &c. De hoc ſumma poſtremo ſunt aperta *Plinii* verba *l.* 15. *c.* 18. quæ in *pomus* referemus, item *lib.* 12. *c.* 5. & *lib.* 16. *c.* 26. *ſub fin.* & *lib.* 17. *c.* 25. & *Ovid. Faſt.* 2. *v.* 253. quamvis ab *Aſcon.* & *Cic. in frag.* apud *Macrob. l.* 2. *Saturn. c. ult.* pomum a ficu; & uva diſtinguatur, V. ſupra. *Virg. Ecl.* 7. *v.* 54. Strata jacent paſſim ſua quæque ſub arbore poma. *Ovid. l.* 1. *re Pont. ep.* 7. *v.* 13. Nos habeat regio nec pomo fœta, nec uvis. Adde *ep.* 3. *v.* 52. & *lib.* 13. *Metam. verſ.* 812. & *lib.* 1. *Amor. el.* 10. *v.* 55. & *lib.* 2. *el.* 14. *v.* 23. quibus omnib. loc. uvas a pomis excludit. Differt a *nuce*, quia hæc dicitur de iis, quæ dura ſunt tegumento, ut juglandes, caſtaneæ, &c. *Virg. Ecl.* 2. *v.* 82. ſunt nobis mitia poma, caſtaneæ molles. *Pomum* de iis, quæ tenero & eduli. Hoc tamen diſcrimen magis inter *malo* & *nuces* locum habet, ut in *Malum* dictum eſt. Sed & nuces aliquando *pomi* appellatione ſignificantur, ut apud *Plin. l.* 15. *c.* 22. *de juglande*. Solum hoc pomum natura cumpactilt nperimento clauſit. Adde *Ovid. de nuce*, *v.* 6. & *Martial. l.* 13. *epigr.* 25. ubi egit de pineis nucibus. ¶ De fructu palmarum. *Plin. l.* 13. *c.* 4. Coma omnis in cacumine, & pomum eſt. Adde *ibid. a med.* ¶ De moris, *Ovid. Met.* 3. *v.* 80 arbor ibi niveis uberrima pomis, Ardua moros erat. ¶ De tuberibus *Martial. l.* 13. *epigr.* 50. Rumpimus altricem tenero de vertice terram Tubera: boletis poma ſecunda ſumus. ¶ De glande quæ uſurpaverit, inveni adhuc neminem. *Plin. l.* 15. *c.* 24. Glandes inter poma numerari non poſſunt. ¶ Videtur dici poſſe de oleis: tametſi hæ inter baccas numerantur. *Plin. l.* 15. *c.* 24. *extr.* Pomum ceraſis primo candidum, & fere omnibus baccis. Mox aliis vireſcit, ut olivis, lauris: rubet vero muris, ceraſis, cornis: deinde nigreſcit morus, ceraſis, olivis. ¶ De ſemine arboris balſami. *Solin. cap.* 35. (*al.* 48.) Poſt lacrymam ſecundum in pretiis locum poma obtinent. *Plin. l.* 12. *c.* 25. ſemen vocat, *Dioſcorid. l.* 1. *c.* 18. *a med. καρπὸν*. ¶ De aliis *Plin. l.* 15. *c.* 28. *ſub fin.* In papyris, & ferulis, ſpinaque alba caulis ipſe pomum eſt. *b. e.* pomi inſtar manditur. ¶ Etiam uvæ *pomi* appellatione comprehendi poſſuat, ſed non omnes. *Paul. Dig. lib. ult. tit. penult. leg.* 205. Qui fundum vendidit, pomum recepit. Nuces, & ficus, & uvas, dumtaxat duracinas, & purpureas, & quæ ejuſdem generis eſſent, quas non vini cauſa habeamus, quas Græci ταϐλίτας appellant, receptas videri. Ita diſtinguit *Terrentius*. & alii. *Heloudi.* vero ita: Qui fundum vendidit, pomum recepit, nuces, & ficus, & uvas. Dumtaxat duracinas, &c. Sed prior diſtinctio magis placet: ex qua fit, ut uvæ quoque pomi nomine veniant, ſed conditivæ ſolum, & cibi cauſa paratæ, non vini: quod & *Colum.* facit *l.* 12. *cap.* 43. *a med.* Si enim vini cauſa ſint, a *pomis* diſtinguuntur, ut ſupra dictum eſt. Tametſi *Nemeſian.* etiam uvas calcandas *poma* dixit *Eclog.* 3. *v.* 38. Mixtur Satyri frondes, & poma Lyæi. Ubi qui *dono* reponunt, improbantur a *Barth. Ulit. Burman.* ¶ Obſcenum quoque ſenſum hæc vox habere dicitur, & vix ὄχνος ſignificare. *Servius* ad illud *Virg. Ecl.* 2. *v.* 51. Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala: Verecunde, inquit, rem inhoneſtam ſupprimit, quam Theocritus aperte commemorat. Adde quæ in hanc rem congeſſit *Lipſ. l.* 3. *antiq. lection. poſt med.* ex *Propert. l.* 1. *el.* 3. *v.* 24. & *lib.* 2. *el.* 23. *v.* 95. ex *Priapejis carm.* 15. & 68. &c. ¶ Ditatur etiam *pomum* ex ipſa arbore. *Cato R. R. c.* 28. Oleas, ulmos, ficos, poma, vites, picos, cupreſſus cura ferto, bene cum radicibus eximito. *Virg.* 2. *Georg. verſ.* 426. Poma quoque, ut primum truncos ſenſere valentes, Et vires habuere ſuas, ad ſidera raptim Vi propria nituntur. *Plin. l.* 18. *c.* 26. *extra med.* Poma ſerantur, inſeranturque. *Plin. alter l.* 5. *ep.* 6. *a med.* Alternis metulæ ſurgunt, alternis inſerta ſuet poma.

POMUS, i, ſ. *altera de fructe*, *pomo*, πόλυ, arbor pomifera. *Tibull. l.* 2. *el.* 1. *v.* 43. Tunc victus abiere feri, tunc inſita (*al.* confita) pomus. ¶ Item ipſa fructus, *frutto*. *Plin. l.* 15. *c.* 18. *de ficu*. Interroga vos, quando hanc pomum demptam putatis ex arbore. Cum inter omnes conſtaret; atqui terrium, inquit,

Digitized by Google

inquit, diem ſcitote decerptam Carthagine. Ita *Hard.* ex MSS. fuit omnib. Al. leg. *hoc pomum demptum*, & mox *decerptum*: ſed *vi verſutus*, quod non variat, ſatis genus ſermo indicat.

PONDERABILIS, *le*, qui ponderari poteſt. *Cloud. Momen. l. 3. c. 4.* Corpore nonmembilia, ponderabilia, & menſurabilia.

PONDERALE, is, *n.* idem quod pondererium, ζυγοσχῖον. *Vet. Lap. apud Reinef. claſſ. 7. num.* 13. Ponderale, & Chalcidicum, & Schola.

PONDERANS, antis, *peſante*, pondus habens. Hoc ſenſu cumparetitium *ponderantior* uſurpatur a *Sidon. l. 8. epiſt. 6. ante med.* Affectu ponderantiora prolata ſententia. Al. leg. *ponderatiore*. V. *Ponderatus*.

PONDERARIUM, ii, *n.* ζυγοστάσιον, locus in quo publica pondera aſſervantur, & res publice ponderantur. Legitur in *Vet. Inſcripc.* apud *Gruter. pag.* 1026. *n.* 10. & *Donium claſſ. 2. n. 69.* C. Caſius C. F. Ouf. Silveſter P P. Pondererium S. P. P. S. F. & Chariſtionem æreum Poſ. &c. *Scalig. ad Manil. p. m.* 288. legit *præfectus ponderariorum*, h. e. ponderariorum. Sed hoc nan videtur cum ſequentib. ronguere. Al. illa duo P P. leg. *pro Prætor*.

PONDERATIO, onis, actus ponderandi, examen, libra. *Vitruv. lib.* 10. *c. 8. a med.* In ſtatere æquipondium cum examine progreditur ad fines ponderationum. *Theodor. Priſcian. lib. 1. c. 13.* Æqua ponderatione caſici.

PONDERATOR, uris, ut. *peſatore*, ζυγοστάτης, qui ponderat, penſitator. De ponderatoribus inſcribitur *cit. 71. lib. 10. Cod. & tit. 7. lib. 12. Cod. Theodoſ.*

PONDERATUS, a, um, *peſato*, *eſaminato*. *Sidon. l. 8. epiſt. 6.* Sententia affectu ponderatiore prolata. Al. leg. *ponderantiore*. V. *Ponderans*.

PONDERITAS, atis, *f. peſo*, idem quod pondus. *Accius* apud *Non. c. 2. n. 671.* Ponderitatem gravitatemque homitis.

PONDERO, as, avi, atum, *a. 1. peſare*, ζυγοστατέω, libro, pendo, ponderibus examino. *Plin. l. 18. c. 7.* Si quis granum ipſum ponderet. *Plaut. Amph. 1. 1. 156.* Haud malum huic eſt pondus pugno. *So.* perii! pugnos ponderat. *Propert. l. 2. el. 13. verſ. 12.* Strmper amatorum ponderat illa ſinus. ¶ Translare capitur pro conſiderare, examinare, *eſaminare*, *ponderare*. *Cic. 1. Offic. c. 15.* In quo tamen imprimis, quo quiſque animo, ſtudio, benevolentia fecerit, ponderandum eſt. *Id. 3. de Orat. c. 37.* Vrrhorum delectum aurium quodam judicio ponderare. *Id. in Partit. c. 34.* Non eſſe fidem ex fortuna ponderandam. *Id. pro Font. c. 6.* In rebus judicandis non utinimam partem, ad animumque rem æſtimandam momentoque ſuo ponderandam, ſapientia judicis tenet. *Quintil. l. 8. in proœm. a med.* Pleroſque videas haventes circa ſingula, & dum inveniunt, & dum inventa ponderant, ac dimetiuntur.

PONDEROSUS, a, um, *peſante*, *grave*, βαρὺς, multum ponderis habens, gravis. *Plaut. Capt. 3. 5. 64.* Ubi ponderoſas, craſſas capiat compedes. *Varr. l. 1. R. R. c. 51. extr.* Frumentum ponderoſum. *& lib. 2. c. ult. a med.* Ex ſudore ejus lana fit mollior, & ponderoſior, & colore meliore. *Plin. l. 36. c. 19.* Pondoroſiſſimi lapides. *Val. Max. l. 1. in f.* Silicum crebris, & pondoroſis verberibus anguis procubuit. ¶ Translata *Cic. l. 2. ad Attic. ep. 21.* Iſti puera da ponderoſam aliquam epiſtolam, plenam omnium non modo actorum, ſed etiam optimorum tuarum. Eadem metaph. *Id. l. 1. ep. 13.* Idcirco ſum tardior, quia non invenio fidelem tabellarium, quotas enim quiſque eſt, qui epiſtolam paulo graviorem ferre poſſit, niſi eam pellectione relevarit? *Val. Max. l. 6. c. 4. n. 1. extr.* Ponderoſa vox. *h. e. dictum* plenum gravitatis, & feveritatis.

PONDICULUM, i, *n.* diminut. pondiſculum. De æquipondio ſtateræ, *Claudian. Momen. l. 2. c. 4.* Et numeri in corpore certus eſt modus, & pondiculi trutinæ certum eſt pondus, & decempedæ certa menſura eſt.

PONDO, Indecl. *peſo*, pondus, quod in rebus per libram, aut ſtateram deprehenditur: a *pendo*. Videtur eſſe ablativus caſus ab obſoleta *pendus*, *i*, ut cenſet etiam *Gronov. de pecun. Vet. l. 2. c. 6.* Jungitur autem cum vocabulis varia rerum pondera ſignificantibus, ut uncia, ſemis, quadrans, libra, &c. quæ ponuntur illo caſu, quem ipſius verbum, aut conſtructio requirit. *Plaut. Rud. 4. 3. 8.* Neque piſcium uliam unciaus hodie pondo cepi. *Celſ. l. 5. c. 19. ſect. 19.* Habet ſalis ammoniaci pondo ſemis, æruginis roſæ pondo beſſem. *& cap. 25. ſect. 16.* Cruci, coſti unciæ ſingulæ; ſtyracis, reſinæ terebinthinæ pondo ſextantre. *Colum. lib. 12. cap. 12.* Sextarium nquæ cum dodrante pondo mellis diluunt. *Plin. lib. 26. cap. 7.* Stomacho medetur vettonicæ tuſæ pondo libra, mellis Attici ſemuncia. *Id. lib. 33. cap. 13. ad fin. de ſile.* Pretium in ponda libras denarii duo. *duo lire per ogni lira di peſo*. ¶ Illa vocabula ſæpe cum *pondo* in accuſativo ponuntur, quamvis alium caſum requirere videatur ratio ſyntaxeos. *Varr. l. 4. de L. L. c. 36.* As erat libram pondo. *Al. leg.* libræ pondus. *& ibid.* Libram pondo as valebat. *Feſtus in Grave.* Grave æs dictum a pondere, quia deni aſſes, ſinguli pondo libras, efficirbant denarium. *Liv. l. 26. cap. 47.* Pateræ aureæ fuerunt CCLXXVI, libras fere omnes pondo. Utroque loco ſunt qui putant *libræ* eſſe genitivum, ut *familiæ*, *monetæ*: ſed videtur refugium infulie. *Liv. l. 3. c. 29.* Ut exercitus coronam auream dictatori libram pondo decreverit. *Id. l. 4. c. 20.* Dictator coronam auream, libram pondo, in Capitolio Jovi donum poſuit. Utroque loco al. leg. *libre*: ſed contra ſtat *Gronov. loc. cit. Colum. l. 12. c. 28.* Irim cribratam, quæ ſit inſtar pondo quincuncem, permiſceto. *& cap. 30. a med.* Adjicr debent unyrrhæ quincuna, calami pondo libram, caſiæ ſelibram, amomi pondo quadrans, croci quincunx, cripæ pampinaceæ libram. Alia congerit *Gronov. loc. cit.* Ea hia patet *pondo libram* eſſe veluti formulam, qua ſub quolibet verbo utebantur. ¶ Quoties *pondo* abſolute ponitur, ſignificat libræ pondus, *una lira di peſo*, *Mercur.* quia hæc ponderis quantitas notiſſimi omnium, & uſitatiſſima eſt. *Cic. pro Cluent. c. 64.* Et auri quinque ponda abſtulit. *Quintil. l. 6. c. 3. a med.* Tarques aureus centum pondo. *Plaut. Aſin. 2. 2. 33.* Quot pondo ta cenſes eſſe nudum? *Caſ. l. 2. Bl. Civ. cap. 18.* Argenti pondo vigiati millia. *Plin. l. 33. c. 3. circa med.* Populus R. Carthagini victæ argenti pondo annua in quinquagiuta annos imperitavit, uſhil auri. *& mox.* Cyrus deviſta Aſia pondo XXXIV. millia auri invenerat. *Id. l. 37. cap. 9. circa med.* Bꝛochus auctor eſt, chryſolithon XII ponda a ſe viſam. *Id. l. 37. c. 6.* Si fiſtulæ quinariæ etunt ſexagena ponda pendere legitimum eſt. *Id. l. 18. c.* 8 LX ponda panis e modia uſili reducunt. *Id. l. 11. c. 42.* Caſeus Lunenſis magnitudine conſpicuus, quippe & ad ſingula millia pondo premitur. *Gell. l. 2. c. 14.* Neque argenti in convivia plus pondo, quam libras centum illaturos. ¶ Sequente genitivo, *Varr.* apud *Non. cap 2. n. 621.* Retuli auri pondo mille octingentum ſeptuaginta. *& n. 726.* Delphos Apollini munera miſſa corona aurea pondo ducentum.

POPULARIS, re, *popolare, del popolo*, ad populum pertinens, δημοτικός. *Cic.* 2. *de Legib. c.* 4. Ante quam ad populares leges veniam, vim iſtius cæleſtis legis explana. *h. e.* populorum ſcito conditas. *Id. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 1. *c.* 8. *ſub fin.* Patere aures tuas querelis omnium: nullius inopiam ac ſolitudinem non modo illo populari acceſſu ac tribunali, ſed in domo quidem & cubiculo eſſe exclusam. *Id.* 4. *Acad. c.* 2. *a med.* Popularis cœtus. *& mot.* Populares illuſtresque laudes. *Id.* 2. *Offic. cap.* 20. Popularibus verbis eſt agendum, & uſitatis, cum loquimur de opinione populari. *Id.* 3. *de Legib. c.* 6. Veteres acute illi quidem, ſed non ad hunc uſum popularem atque civilem de republica differebant. *Id.* 1. *de Orat. c.* 23. Sunt animi varia & ad vulgarem, popularemque ſenſum accommodata, omnia genere hujus forenſis nobiæ dictionis. *Cure R. R. c.* 88. Sal popolare. *h. e.* vulgare, quo populus paſſim utitur. *Plin. l.* 13. *c.* 4. *ad fin.* Popolari nomine e nobis appellantur balani. *Id. l.* 7. *c.* 56. *ante med.* Regiam civitatem Ægyptii, popularem Attici invenerunt. *h. e.* quæ populi arbitrio gubernatur, *democratia*. & *Colum. l.* 9. *c.* 11. *ſub fin. de apib.* Populares pulli. *h. e.* fetus plebis apum, quibus opponuntur pulli regum. *Cic. in fragm.* pro C. *Cornel.* apud *Aſcon.* Quod paſſus eſſet tum primum a populari conſeſſe ſenatoria ſubſellia ſeparari. *h. e.* a loco, in quo conſidebat populus ludos ſpectaturus: qui *popolaris* etiam dicitur. V. vocem præced. ¶ Qui eſt ejuſdem populi, civis, municeps, jocola, cnoterraneus, *compatriota, paeſano*, συμπολίτης. *Cic. l.* 1. *de Leg. c.* 23. *a med* Sequo non unis circumdatum mœnibus, popularem elicujus definiti loci; ſed civem totius mundi agnoverit. *Id. Acad. l.* 4. *c.* 37. At hoc Thales Anaximandro popolari & ſodali ſuo non perſuaſit. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 79. O mi popolaris, ſalve. *Terent. Eun* 5. 9. 1. O populares, ecqeis ma vivit hodie fortunatior? *Id. Addiph.* 2. 1. 1. Obſecro, populares, ferte miſero etque innocenti auxilium. *Ovid. 12. Met. v.* 190. popolarem eſſe alicui. *Salluſt. in Jug. c.* 62. Metellus, converſo equo, animadvertit, ſugam ad ſe vorſum fieri: quæ res indicabat populares eſſe. *de' ſuoi*. ¶ Popolare carmen *Seneca in Oedip. v.* 402. eſt peculiem, propriom, & ſolemne toti populo. ¶ Dicitur etiam de beſtiis, & plantis, &c. *Plin. l.* 8. *c.* 57. *de glirib.* Qua in re notatum, non congregari niſi populares ejuſdem ſilvæ: & ſi miſceantur alienigenæ, omne vel mœſte diſcreti, interire dimicando. *Ovid. in Ibin, v.* 583. lenna popolaris. *Plin. l.* 25. *c.* 13. *de prunis*. Simul dici poſſunt popolares eorum myxæ, quæ & ipſæ nunc coperunt Romæ naſci, inſitæ ſorbis. *Ovid. Met.* 7. *v.* 408. ramemque tenens popolaris olivæ. *h. e.* quæ plurima in ejus patria ſolo colitur, & in honore habetur. Loquitur de rege Athenarum, quæ ſub tutela Minervæ ſunt, cui ſacre olive. *Id. l.* 1. *v.* 577. popolarin ſtuquius. *h. e.* ejuſdem regionis. ¶ Item de iis, qui ejuſdem ſunt fortunæ, & conditionis. *Terent. Phorm.* 1. 1. 1. Amicus ſummus meus & popolaris Geta. *h. e.* ſervus, ut ego. ¶ Item de iis, qui ejuſdem ſunt factionis & ſocietatis. *Salluſt. in Catil. c.* 23. Cum ea juſjurandum popolares ſceleris ſui adigeret. *& cap.* 25. Quod factum primo popolares conjurationis concuſſerat. *Senec. de vita beata, c.* 13. Invitis hoc noſtris popolaribus dicam. *h. e.* meæ ſectæ Sinicis. ¶ Præterea *popolaris* dicitur populi ſtudioſus, & fautor, ejuſque gretiam captans, φιλοδήμος. *Cic. pro Cluent. c.* 28. L. Quintius homo maxime popolaris, qui omnes rumorum & concionum vectos colligere conſueſſet. *Id. Agrar.* 2. *c.* 7. *ſub fin.* Conſul veritate, non oſtentatione popolaris. *Id.* 4. *Catil. c.* 5. Animus vere popolaris, ſaluti populi conſulens. V. *Opermaster.* ¶ Item populo gratos, & jucundos. *Cic. ibid. c.* 8. Nihil tam popolare, quam pacem, quam concordiam, quam otium reperiemus. *Plin. l.* 1. *ep.* 8. *a med.* Utiliſſimum munus, ſed non perinde popolare. *Lactant. de Ira Dei, c.* 5. Favorabilis admodum, & popolazie oratio. *Plin. in Panec. c.* 77. Popolare, gratumque audientibus. *Lucr. l.* 7. *c.* 33. Et, quo nihil popolarius eſt, quibus artibus petierat magiſtratus, iisdem gerebat. ¶ Popolaria facre *Feſto* ee *Laborne* ſunt, quæ omnes cives faciunt, nec certis familiis attributa ſunt, Fornacalia, Parilia, Lararia, porca præcidanea. ¶ *Aura popolaris*, gratia & favor populi, quem affectant, qui populares eſſe volunt. *Cic. de Haruſp. reſpon. c.* 20. *extr. Horat. l.* 3. *od. c. v.* 20. & *Virg. 6. Æn. v.* 817. ¶ Popolaris etiam dicitur humilis, vilis, ſordidus, teſte *Donato ad Terent. Phorm.* 1. 1. 1. ¶ Popolaria egere, h. e. nugamria, vel puerilia. *Labor.* apud *Non. c.* 2. *n.* 630. Popolaria agimus per ludum. Al. leg. *popolacia* cod. ſenſu. ¶ *Popolares*, populus urbis, plebs urbana: & diſtinguuntur a militibus, qui extranei plerumque eſſe ſolebant poſterioribus R. imperii temporibus. *Capitolin. in M. Antonin. Philoſ. c.* 17. Peſtilentia gravis multa millia & popolarium & militum interemerat. *Ulpian. Dig. lib.* 1. *tit.* 12. *leg.* 1. *ad fin.* Debet diſpoſitos milites ſtationnarios habere ad tuendam popolarium quietem. ¶ *Popolares* antique pro *popolaris*, e *popolus*. *Enn.* apud *Gell. l.* 12. *c.* 2. dictus olim popolaribus olim. Al. *popolaribor*.

POPULARITAS, etis, f. *grazia*, e *favore popolare, popolarità*, δημαγωγία, ſtudium populi, humanitas, blanditiæ, quibus populi favorem aucupamur. *Plin. l.* 6 *ep.* 31. Homo munificus, & innoxiæ popularitatis. Al. aliter leg. *Suetan. in Tit. c.* 8. Ne quid popularitatis prærermitteret, non nunquam in thermis ſuis, admiſta plebe, lavit. *Tacit. Ann.* 3. *c.* 69. Quanto tarior apud Tiberium popula-

pularitas, tanto lætioribus animis accepta. ¶ Aliquando ponitur pro conjunctione, quæ debet esse inter populares, seu pro amicitia, quæ ex ejusdem patriæ habitatione contrahitur. *Plaut. Pœn.* 5. a. 81. Atque impera popularitatis causa.

POPULARITER, adverb. *popolarmente*, ὁμοπολιτικῶς, more populi, vulgo, pro populari insolitia, ut Populariter agere, loqui, scribere, &c. *Cic. in somn. Scip. c.* 7. Homines enim populariter annum tantummodo Solis, idest unius ustri, redita metiuntur. *Id. 2. Fin. c.* 6. Loqui populariter. *Id. l.* 5. *c.* 5. Dun genera librorum sunt, unum populariter scriptum, quod *διαγραμμὸν* appellabant; alterum limatius, quod in commentariis reliquerunt. ¶ Interdum ponitur pro seditiose, cum gratia populi. *Cic. 2. Offic. c.* 21. Sed cum in agendo multa populariter, tum illud male, non esse in civitate duo millia hominum, qui rem haberent. *Id. pro Cluent. c.* 34. Concliones quotidianæ seditiosæ ac populariter excitatæ. *Juvenal. sat.* 3. *v.* 37. Quemlibet occidunt populariter.

POPULATIM, adverb. catervatim, in universum, per populos. *Pompon.* apud *Non. c.* 2. *v.* 628. Poeta placuit populatim omnibus. *Cæcil. ibid. n.* 659. Ego te perdidi, qui nunnec servos perdo populatim?

POPULATIO, onis, f. *saccheggiamento*, *sacco*, *ruberia*, *guasto*, πόρθησις, actus populandi, prædatio, direptio. *Liv. l.* 3. *c.* 3. *in fin.* Æquos populationibus incursionibusque meliores esse. *Id. l.* 2. *c.* 64. Populationem adeo effuse fecit, ut nihil belle iactatum relinqueret, multiplicique capta præda rediret. *Cæs. l.* 2. *B. Gall. c.* 15. Hostem rapinis, pabulationibus, populationibusque prohibere. ¶ Extra rem militarem, *Colum. l. r. c.* 5. Villa iuncta militari viæ prætereuntium visturum populationibus, & assiduis divertentium hospitiis diveuat rem familiarem. ¶ De ipsa præda. *Liv. l.* 2. *c.* 43. Vejentes, pleni jam populationum, Romam ipsam se oppugnaturos minitabantur. ¶ De bellue fruges passim absumentibus. *Colum. l.* 2. *c.* 20. Ea res a populatione murium formicarumque frumenta defendit. *Id. l.* 3. *c. ult.* Vindemiæ populationibus volucrum pluvisque aut ventis laceſſita dilabitur. ¶ Translate *Plin. l.* 9. *c.* 34. Cum populatio morum, atque luxuriæ non aliunde major, quam, &c. *guasto*, *corruttela*. ¶ De populi multitudine, *popolazione*, *Sadol. l.* 4. *v.* 275. Flebant germanæ, flebat populatim præsens.

POPULATOR, oris, m. *saccheggiatore*, *guastatore*, πορθητὴς, qui populatur, depopulatur, direptor. *Liv. l.* 3. *c.* 68. *sub fin.* Populatores ugrorum fusos fugaloque castris exsuere. *Ovid.* 13. *Met. v.* 655. Trojæ populatur Atrides. ¶ Translate *Martial. l.* 7. *epigr.* 26. Taſcæ gladiis aper populator. *Val. Flacc. l.* 1. *v.* 683. Calabri populatur Sirius ævi Incubuit. *Quintil. declam.* 12. *c.* 24. *extr.* Populator everſorque civitatis. *Claudian. l.* 1. *in Ruf. v.* 35. Et luxus popalatur opum. *& lib.* 2. *v.* 377. sic attonitos ad litora piſces Æquoreus populator agit.

POPULATRIX, icis, f. *saccheggiatrice*, *guastatrice*, quæ populatur. *Stat. l.* 3. *silv.* 2. *v.* 86. Siculi populatrix virgo profundi. *b. t.* Scylla. *Claudian. l.* 3. *de rapt. Pros. v.* 165. attonitus fabulo ceu pastor inani, Cui pecus aut rabies Pœnorum inopina Iranum, Aut populatrices infestavere caterva. ¶ Translate *Mart. l.* 13. *epigr.* 104. Hoc tibi Thesei populatrix misit Hymetti Pallados a silvis nobile nectar apis.

POPULATUS, a, um, *chi ha saccheggiato*, πορθήσας, qui depopulatus est. *Flor. l.* 2. *c.* 17. *sub fin.* & *lib.* 3. *c.* 7. Omnia igni ferroque populatus. *Stat. l.* 3. *Theb. v.* 221. Geticas populatus cædibus urbes. *avendo spopolato*. ¶ Passive *saccheggiato*, *guastato*, πορθηθείς. *Cic. in devin. Verr. c.* 2. Siculi nunc populati, atque vexati, cunctiad me publica sæpe venerunt. *& S. Verr. c.* 52. *extr.* Populatam vexatamque provinciam. *Horat. l.* 3. *od.* 5. *v.* 23. & arva Marte coli populata nostro. *Plin. l.* 8. *c.* 55. Cuniculi famem Balearibus insulis, populatis messibus, afferentes. *consumato*, absumptis. ¶ Translate *Virg.* 6. *Æn. v.* 495. Deiphobum vidit lacerum crudeliter ora, Ora manusque ambas, populataque tempora raptis Auribus, & truncas inhonesto vulnere nares. *guastate*, *disformate*. & *Senec. in Agam. v.* 583. Navis lacera, & omni decore populata levis. *guasto ogni ornamento*. & *Ovid. in Halieut. v.* 36. *de polypo*. Brachia dissolvit, populatumque exspuit hamum. *b. c.* esca spoliatum.

POPULATUS, us, m. *saccheggiamento*, πόρθησις, populatio. *Lucan. l.* 2. *v.* 634. Ardent Hesperiæ sævis populatibus agri. *Claudian. l.* 1. *in Eutrop. v.* 244. squalent popalatibus agri.

POPULETUM, i, n. λόχος, locus, ubi multæ populi consitæ sunt. *Plin. l.* 14. *c.* 6. Antea Cæcubo erat generositas celeberrima in palustribus populetis.

POPULEUS, a, um, *di pioppo*, λεύκινος, ad populum arborem pertinens. *Virg.* 4. *Georg. v.* 511. Qualis populea mœrens philomela sub umbra. *Id. ibi. Æn. v.* 290. & *lib.* 8. *v.* 32. frondes populeæ. *Horat. l.* 2. *od.* 7. *v.* 23. populea corona. *Senec. in Herc. Oet. v.* 1641. silva.

POPULIFER, a, um, populorum arborum ferax. *Ovid.* 2. *Amor. el.* 17. *v.* 32. Frigidus Eurotas, populiferque Padus. Adde *lib.* 1. *Met. v.* 579.

POPULIFUGIA. *Piso* apud *Macrob. l.* 3. *Saturn. c.* 2. *a med.* Postridie Nonas Jul. re bene gesta, cum pridie populus a Tuscie in fugam versus sit, unde Populifugia vocantur, post victurum certis sacrificiis sit vitulatio. Paule aliter *Varr. l.* 5. *de L. L. c.* 3. Dies Populifugia videtur nominatus, quod eo die repente tumultu fugerit populus, non multo enim post hic dies, quam decessus Gallorum ex urbe: & qui tum sub urbe populi, ut Ficulenses, ac Fidenates, & finitimi alii, contra nos conjuraruut.

POPULISCITUM, i, n. *decreto del popolo*, ψήφισμα legitur aliquoties in quibusd. MSS. apud *Nepot.* ut in *Aristid. c.* 1. *extr.* & *in Alcib. c.* 5. & *in Epamin. c.* 7. & *in Phoc. c.* 2. ubi in editis semper est *plebiscitum*.

POPULITOR, oris, frequentativum a *populor* passivo. *Poppr. Dig. lib.* 49. *tit.* 1. *leg.* 21. *extr.* Cum fructus agrorum populitarentur ab adversario. Ita *Terentius*. al. *populerentur*.

POPULNEUS, &

POPULNUS, a, um, *di pioppo*, populneus, λεύκινος. *Cato R. R. c.* 5. Frondem populneam, ulmeam, quernam cædito. Al. leg. *populeam*: quomodo & *Plin. l.* 16. *c.* 24. *sub fin.* hunc eundem *Catonis* locum referens. *Colum. l.* 6. *c.* 3. *ad fin.* Probatur maxime ulmeu, post fraxinea, & ab hac populnea. *Id. lib.* 12. *c.* 43. Arida populnea, vel abiegna scobe viridee uvas custodiunt. *Plaut. Cas.* 2. 6. 32. Num ista aut populus sora, aut ubiegna est tua?

POPULO, as, avi, atum, a. 1. & Populor, aris, atus sum, dep. 1. *spopolare*, *desolare*, πορθεῖν, populum cædibus ubsumo. *Liv. l.* 3. *c.* 6. Urbem Romanam deum ira morbo populari. *Propert. l.* 2. *el.* 7. *v.* 7. Hic nilm ignaros luctus populavit Achivos. *Stat.* 3. *Theb. v.* 210. *de Marte*, ille fumentes Bistonas, & Geticæ popalatus cædibus urbes, Turbidus ætheriæ currus arrebat ad arces. *Ovid. l.* 1. *Met. v.* 249. ferte populandas tradere gentes. ¶ Item depopulor, igni ferroque corrumpo, vasto, prædas ago, diripio, ubsumo, *saccheggiare*, *mettar a sacco*, *dar il guasto*, *rubare*: u *populus*, quia populo & integræ regioni damnum infertur. *Cic. 1. Offic. c.* 10. *ad fin.* Cum triginta dierum essent eam bosle pactæ indutiæ, nocte populabatur agros. *Virg. 12. Æn. v.* 263. & litora vellra Vi populat. *Plaut. in frogm.* apud *Diomed. l.* 1. *pag.* 305. *Putsch.* Quæ ego populabo prœbe. *Pacuv.* apud *Non. c.* 1. *n.* 185. potiam populavit meam. *Nonius* hoc aliter interpretatur, sed perperam. *Claud. Quadrigar. ibid. c.* 7. *n.* 26. Agrum Nnlanum populare coperunt. *Lucan. l.* 2. *v.* 445. urva ferro populatur & igni. *Claudian. de VI. consul. Honor. v.* 134. piratica puppis multas populata carines. *Sil. l.* 6. *v.* 649. errantibus armis, Quo spolia invitant, manefest popalantiu figna. *b. t.* milites sub signis populabundos. ¶ Translate est absumere, consumere, corrumpere. *Virg. 1. Georg. v.* 185. popalatque ingentem farris acervum Curculio, atque inopi metuens formica senectæ. *Flor. l.* 2. *c.* 2. Ignis popalatæ incendio silvas. *Ovid.* 2. *Met. v.* 319. rutilos flamma popalante capillos. *Id. de medic. fac. v.* 45. formam popalabitur ætas. *Senec. in Hippol. v.* 377. Popalatur artas cura. *& vers.* 1095. Et ure durus pulcre popalatur lapis. *guasto*, *disforma*. & *Claudian. l.* 2. *de rap. Pros.* de vento subterraneo in Ætna, *vers.* 174. Putria maltivagis popalatur flatibus antru. *b. c.* exedit, diruit, perrumpit. *Virg.* 12. *Æn. v.* 524. Dant fontium spumasi amnes, & in æquora currunt, Quisque suum popalatus iter. *b. c.* ruendo, & corrumpendo quscumque fluunt. Hyperbole est in illa Stat. *Theb.* 5. *v.* 1. popalataque gurgitis ulveum Agmina linquebant ripas. *Sil.* quasi totum fluvium bibendo exsiccasseot. ¶ Populor passive significatione, præter ullatum *Livii* locum, *Id. l.* 3. *c.* 3. *sub fin.* In oppida sua fu recepere, uri sua popularique passi. (Adde *lib.* 28. *c.* 44. *ad fin.* ubi al. aliter leg.) *Eutrop. l.* 9. *c.* 8. Pannoniu a Sarmatis Quadisque popalata est. V. *Populeus*.

POPULONIA, æ, f. cognomen Junonis apud *Popir.* ut refert *Macrob. l.* 3. *Saturn. c.* 11. *Arnob. l.* 3. *pag.* 118. & *Martian. Capell. l.* 2. *pag.* 38. quam populus invocabat, ut se tueretur. Meminit etiam *Augustin. l.* 6. *de Civ. Dei*, *c.* 10. *sub fin.* ex *Seneca fragm.* sed aliam a Junone facit. Itu enim ibi *Seneca* loquitur: Quid quod & matrimonia deorum jungimus, & ne pie quidem, fratrum ac sororum? Quosdam tamen cælibes reliquimus, quasi conditio defecerit: præsertim cum quædam viduæ sint, ut Populonia, vel Falgora, vel diva Rumia: quibus non miror petitorem defuisse. Ea hoc *Senecæ* loco colligia, & Populoniam non esse Junonem, quia hæc vidua non fingitur: & videri dictam non a populo tuendo, sed a populando, aut carte mali uliquid nomine continere: ait enim, mirum non esse, quod ei petitor defuerit. ¶ Est etiam hoc nomine oppidum Hetruriæ, in ora maris contra Ilvam insulam: ex cujus ruinis *Piombino* crevisse creditur. *Plin. l.* 3. *c.* 5. *Pompon. Mel. sub fin. c.* 4. *l.* 2. & *Virg.* 10. *Æn. v.* 172. Sexcentos illi dederat Populonia mater. Ubi *Serv.* adscribit, conditam esse fecundum alios a Corsis, fecundum alios a Volaterranis. *Plin. l.* 3. *c.* 5. & *lib.* 14. *c.* 2. vocat Popaloniam.

POPULOR, aris. V. *Populo*.

POPULOSITAS, atis, f. multitudo, ut Populositas summa deorum, apud *Arnob. l.* 3. *pag.* 102. Sic *Fulgent. l.* 1. *Mythol. c.* 24. Mercurius Argum luminum populositate consceptum interemit.

POPULOSUS, a, um, *popolato*, *popoloso*, *numeroso*, πολυάνθρωπος, populo abundans, hominibus frequens. *Nemesian.* in *Cynteg. v.* 136. tibi si placitum populosos pascere fetus. *Sedul.* canum. *Apud. in Fleusid. n.* 6. (*al. l.* 1.) Inde geus populosa cultoribus, & finibus maxima. *Id. l.* 5. *Metam.* Popalosa familia. *Veget. l.* 3. *de re milit. c.* 19. *sub fin.* Contra quem alter populosior, vel fortior immittitur globus. *Solin. c.* 52. (*al.* 65.) In Gange insula est populosissima. *Sidon. carm.* 23. *v.* 27. Plurimus hic Briareus populosis corpore pugnat.

POPULUS, li, m. *popolo*, *plebe*, *gente*, δῆμος, multitudo hominum unius urbie, aut territorii, aut regionis. Dicunt alii ab ὄχλος, multitudo; alii a πολὺς, multus. Quomodo a plebe differat, in ea voce diximus. *Augustin. l.* 2. *de Civ. Dei*, *c.* 21. ex *Cicer. de republ.* Populum, non omnem cœtum multitudinis, sed cœtum juris consensu, & utilitatis communione sociatum esse determinat. *Cic. Phil.* 6. *c.* 5. Populus Romanus victor dominusque omnium gentium. *Liv. sub fin. l.* 22. Defecere ad Pœnos hi populi: Atellani, Calatini,

Digitized by Google

tim, Hirpini, Appulorum pars, Bruttii omnes, Lucani. *Ovid. Met.* 2. v. 235. Cumque ſuis totas populis incendia gentes In cinerem vertunt. *Id.* 2. *Faſtor.* v. 679. Eſt ain, quæ populum Laurentes ducit in agros. ¶ Hoc ſenſu comprehendit omnes omnium ordinum. *Phædr. in fin. ſub.* 5. *l.* 4. Quemcumque populum triſtis eventus premit, Periclitatur magnitudo principum: Minuta plebes facili præſidio latet. *Feſtus*: Populi commune eſt in legibus ferendis cum plebe ſuffragium. nam comitia centuriata ex Patribus & plebe conſtant. V. *Plebs*. ¶ Interdum ſignificat omnes præter Senatum: unde illud, Senatus, populuſque Romanus. *Liv. l.* 2. *c.* 56. *extr.* Et petres in populi fore poteſtate. ¶ Interdum plebem tantum. *Martial. l.* 8. *epigr.* 15. Dat populus, dat guttus equis, dat tura Senatus. V. *Plebs*. ¶ Populus urbanus apud *Nepot. in Cimon. c.* 2. exercitui opponitur. ¶ *Ire, exire, mittere in populos*, in lucem, in omnium notitiam. *Sil. l.* 7. *v.* 712. Hæc mitte in populos, & adhuc majora dabuntur. (Adde *Valer. Flacc. l.* 2. *v.* 430.) *Eumen. in gratiar. act. ad Conſtantin. c.* 2. Ne meum ſtudium dicendi minus, quam ex dignum eſſet, iret in populos. *Claudian. de* VI. *conſul. Honor. v.* 649. Exaut in populus cunctis illuſtrior annus. Sic ire in ſæcula, *Sil. l.* 12. *v.* 312. & *Plin. in Panag. c.* 55. *poſteri à poſteris*: in famam & ſæcula mitti, *Lucan. l.* 10. *v.* 533. ¶ Per metonymiam contenti pro continente *populus* eſt regio, locus, *poſſeſſio*. *Liv. l.* 21. *c.* 34. Perventum inde ad frequentem calceribus alium, ut inter montana, populum. ¶ Dicitur & de quacumque multitudine, turba. *Lucan. l.* 3. *v.* 665. Nutaretque ratis populo paritura excepto. *l.* 2. piurib. vectorib. *Juſtin. l.* 10. *c.* 1. *a med.* Ubi in tanto populi non ſolum ſociari, verum etiam ſileri parricidium potuit. *l. c.* in tanto filiorum numero, quinquaginta enim fratres erant. *Apul. in Apolog.* Quindecim liberi homines populus eſt; totidem ſervi familia; totidem aſinæi argaſtulum. *Quintil. declam.* 3. *c.* 19. Totus ille circa nos carceris populus obticuit. ¶ De aprib. *Colum. l.* 9. *c.* 13. *a med.* Duo popali conjungi debent, qui poſſint adhuc integras ceras explere. ¶ De cujuſcumque rei multitudine. *Plin. l.* 33. *c.* 9. Pocula ita figurantur, ut uſi uno intueare, populeo totidem imaginum fiat. *Pallad. in Jun. tit.* 2. Si æqualiter ſpicarum populus maturato rubore flaveſcat. *Sidon. l.* 6. *ep.* 2. *ad fin.* populus ſcelerum. ¶ *Populus*, & *Poplus* V. ſuis loc.

POPULUS, li, *f. πόππος*, arboris genus: cujus tria genere, nigra, *ἄγγυρος*; alba, *λάϊον*; & quæ Libyſca appellatur, minima folio, ac nigerrima, fungiſque anaſcentibus laudatiſſima. Alba folio bicolor, ſuperne candicans, inferiore parte viridi. Huic, nigræque folia in juventa circinatæ rotunditatis ſunt, vetuſtiora in angulos emunt. Hæc in alba per ſolſtitium circumaguntur, ita ut alia parte cælum reſpiciant, quam ſpectavere pridie, quod & olea, & ulmo, & ſalici, & tilia evenit: nec aliud eſt certius conſecti ſolſtitii argumentum. Populus tum nigra, tam alba ſeritur aitium cauſa, poſt ulmos maxima utilis: alba tamen præcipua. Nullum fert fructum, carnoſum, rugoſumque habet corticem, feritur ſemine, feſtinanter germinat, tarde ſeneſcit. Ex foliis grandiſſimam emittit lanuginem. Amat fluvios, & in aquoſis lætiſſime provenit, & in magnam altitudinem excreſcit. Hec an *Plin. l.* 16. *c.* 23. Item *cap.* 18. 20. 26. 28. *&* 31. item *lib.* 17. *c.* 11. *&* 23. & *lib.* 18. *c.* 28. *Ovid. Heroid. ep.* 5. *v.* 27. Popale, vive, precor, quæ conſita margine ripæ Hoc in rugoſo cortice carmen habes. ¶ Herculi ſacra habetur, ut eſt apud *Virg. 7. Ecl. v.* 61. *Ovid. Heroid. ep.* 9. *v.* 64. *Phædr. l.* 3. *fab.* 17. *v.* 4. & *Plin. l.* 12. *c.* 1. *Servius ad Virg. loc. cit. narrat*, Leucen Oceani filiam a Plutone adamatam fuiſſe: poſt ejus mortem natam eſſa arborem cognominem in Elyſiis, vel in ripa Acherontia, ex qua Hercules rediens ab Inferis coronam ſibi fecerit, duplici ſcilicet ſolſtitiorum calore, geminos labores, ſuperorum, inferorumque profeſſus. Ob hanc cauſam ſacrificantes ei apud aram maximam populeo corona ornari ſolebant ante Romam conditam, ut *Id. ad Æn. 8. v.* 276. *& Macrob. l.* 3. *Saturn. c.* 12. tradunt: quamquam poſt ea tempora lauro uſi ſunt, laureto inſtituta in Aventino. ¶ In hanc arborem verſæ fingunter ſorores Phaethontis, dum ejus caſum lugerent in Padi ripis. *Virg.* 10. Æn. *v.* 190. tametſi *Ecl. 6. v.* 63. in alnos dicit. V. *Ovid. 2. Met. a verſ.* 345.

POR, m. *ſervus*, antiquus puer, ſervus. unde Marcipor, Lucipor, Publipor, Quinctipor, Caipor (quæ V. ſuis loc.) h. e. ſervus Marci, Lucii, Publii, &c. ut eſt apud *Priſcian. l. 6. pag.* 700. *Putſch.* In Vat. Inſcript. apud *Gruter. pag.* 958. *n.* 11. P. Rubrio Sabim Sicinius P. Por Patrono Ino B. M. ¶ Sic *pora*, puera, *forvo*. Alia apud *Reinef. claſſ.* 17. *n.* 180. Jul. Æxia M. Jul. pora.

PORCA, æ, *f. ſerofa, troja, porca*, æ, *o*'*s*, ſus femina, ſcrofa. *Cato R. R.* 2. 134. Porca præcidanea. V. *Præcidaneus*. *Pallad. in Februar. ſer.* 26. Neque gregatim claudenda ſunt porcæ, ſed, &c. ¶ Per quandam ſuphuniam de porco maſculo dixit *Virg. Æn.* 8. *v.* 641. & cæſa jungebant fœdera porca. Ubi *Serv.* od ſacrificium, quod in fœderibus fiebat, porcum, non porcam adhibitam ait: quod & *Liv.* tradit *l.* 1. *c.* 24. *& Varr. l.* 2. *R. R. c.* 4. *ante med.* Unde *Quintil. l.* 8. *c.* 3. *ante med.* Quædam non tam ratione, quam ſenſu judicantur, ut illud: *cæſa jungebant fœdera porca*. Fecit elegans fictio nomiais. quod ſi fuiſſet *porco*, vile erat. V. *Cervo*. ¶ Porcam auream & argenteam, hoc eſt effigiem porcæ ex auro & argento adhibeti ſolitam in ſacrificio Ceriali, docet *Feſtus*. ¶ *Porcam contrahere*, quid ſit, V. in *Providocus*. ¶ Etiam *νὶ ἀδῖνα γυναικὸς* in virginibus *porcam* dixere, ut & Græci *χοῖρον*, teſte *Varr. l.* 2. *de R. R.* 2. 4. ubi al. leg. *porcum*. & *Cato R. R.* 1. 157. *extr.* Petigini porcæ braſſicam opponito: ſanam faciet, & ulcus non faciet. ¶ In agro *porca* eſt quod in arando exſtat, ſeu terra elata inter duos ſulcos: quæ & lira dicitur. *Varr. l.* 4. *de L. L. c.* 4. *ſub fin.* Ab eo quod aratri vomer ſuſtollit, ſulcus e quo ea terra jacta, id eſt projecta (al. *porrecta*) porca. *Id. l.* 1. *R. R.* 2. 29. Quo arctrum vomere ſtriam fecit, ſulcus vocatur: quod eſt inter duos ſulcos elata terra, dicitur porca, quod ea feges frumentum porricit. (al. leg. *porrigit*. Nam *Feſtus*: Porcas, quæ in agris ſunt, ait Varro dici, quod porrigant frumentum.) *Colum. l.* 11. *c.* 3. *a med.* In locis ſiccis partibus ſulcorum imis diſponenda ſunt ſemina, ut tanquam in alueolis maneant: at uliginoſis e contrario in ſummo porca dorſo collocanda, ne humore nimio lædantur. V. *Liva*. ¶ Aliin ſenſu *Feſtus*: Porca appellantur rari ſulci, qui decuntur aquæ dseiaandæ gratia: dicti quod porcant, ideſt prohibent aquam frumentis nocere. nam crebriores ſulci limi vocantur. ¶ Apud Bæticos, teſte *Colum. l.* 5. *c.* 1. porca eſt ſpatium agri trigiuta pedum latitudine, & cvetum octoginta longitudiue.

PORCARIUS, ii, m. *porcajo, ſubulcus*, porcorum cuſtos, fubulcus. *Jul. Firmic. l.* 3. *c.* 6. *fell.* 6. Faciet armentarios, bubulcos, porcarios, &c.

PORCARIUS, a, um, *χάσιος*, idem ac porcinus. Vulva porcaria dicebatur illa, quæ, edito partu, veſcabatur. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *fell.* 84. Vulva ſiccto partu melior, quem edito. Ejectitia vocatur illa, hæc porcaria: primiparæ ſuis optima. V. *Martial. l.* 13. *epigr.* 56.

PORCASTRUM, herba eadem quæ porcilaca, aut portulaca. *Apul. de herb. c.* 103.

PORCELLINUS, a, um, qui eſt an porcello, ut Porcellinæ glandulæ, *Apic. l.* 4. *c.* 3. Adde *Theod. Priſcian. de diæta*, 2. 6.

PORCELLIO, onis, m. genus vermiculi. *Cal. Aurel. Tard. l.* 1. *c.* 4. *fell.* 119. Porcelliones, ideſt animalia, quæ humoris locis naſcuntur, a Græcis appellata *ὀνίσκοι*.

PORCELLUS, li, m. *porcelletus, porcellino, χοῖρος*, diminut. a *porcus. Varr. l.* 2. *R. R. c.* 4. *a med.* Na qui porcellus a matre opprimatur. *Suet. in Ner.* 2. 33. *ad fin.* Venenum porcello objecit: quo ſtatim exanimato, &c. Adde *Plin. l.* 30. *c.* 6. item *Phædr. l.* 2. *fab.* 4. *v.* 25. ubi de ſota apri uſurpat.

PORCEO, es, *a. n. impedire, allomauere, ἐνίσχω*, prohibeo, impedio. Antique aoz ex *porro*, & *arceo*. Enn. apud *Non. c.* 2. *n.* 696. Deum me incendit facers pietas, civium porcet pudor. *Lucil. ibid.* non ts porro procedere porcvet. *Varr. ibid* Hunc Cereris cibi miniſtre frugibus fuia porcet. Adde *Pacuv. & Accium ibid. & Feſt.* in *Porca*. ¶ Præteritum *porsi* ponitur a *Chariſ. l.* 3. *pag.* 217. *Putſch.* ſed ſine exemplis.

PORCETRA, æ, *f. χοῖρος*, al. *θήλεια*, porca, quæ femel tantum peperit, ut ſcrofa, quæ ſæpius. *Gell. l.* 18. *c.* 6. ex *Ælio Meliſſo*.

PORCII, orum, m. familia plebeja Romæ, a Tuſculo Municipio ortum habens, cujus princeps fuit M. Porcius Cato ille *Cenſorius*, qui fuit Conſul cum L. Valerio anno U. C. DLVII. V. *Cato, & Lavinianus*. ¶ Cognomen hoc Cato a *porco* traxit. Nam multa cognomina Romanorum, teſte *Varrone l.* 2. *R. R. c.* 10. *ante med.* a beſtiis erant, vel majoribus, ut Equitius, Taurus, vel minoribus, ut Porcius, Caprilius, Ovinius, nempe at quiſque hoc vel illud pecus alars maxime ſtuduit.

PORCILACA, æ, *f.* herba, quæ & peplis dicitur, duplicis generis, ſativa, & ſilveſtris. *Plin. l.* 20. *c.* 20. & *lib.* 23. *c.* 22. ubi adraſhnem nominat. ¶ Dicitar & *porculaca*, & ita refertur a *Nonio c.* 17. *n.* 25. ex *Varrone*.

PORCINARIUS, ii, m. qui carnes porcinas vendit. *Plaut. Capt.* 4. 3. 5. Quanta laniis laſſitudo! quanta porcinariis!

PORCINUS, a, um, *porcino, di porco, χοῖρινος*, qui ex porco eſt. *Plaut. Capt.* 4. 2. 69. Alium piſces præſtinatum abire, alium porcinam, atque agniaam. *Senec. l.* 2. *de Ira, c.* 22. Elephantes porcion vox terret. *Plaut. Men.* 2. 3. 28. Polimeata porcina. *Petron. in fragm. pag.* 683. *Burm.* Judæus licet & porcinum numen adoret. ¶ *Porcino* cognominatus eſt M. Æmilius Lepidus, qui conſul fuit cum C. Hoſtilio Mancino U. C. DCXVII. *Cic. in Bruto, c.* 25. *Vel. Max. l.* 8. *c.* 1. *n.* 7. *in damnat.* ¶ *Porcinum caput* in re militari eſt genus aciei, de quo ita *Veget. l.* 3. *c.* 19. *ad fin.* Cuneus dicitur multitudo peditum, quæ juncta acie primo anguſtior, deinde latior procedit, & adverſariorum ordines rumpit, quia a plurimis in unum locum tela mittuntur: quam rem milites nominant caput porcinum. Contra quod urdinatio ponitur, quam forficem vocant. *Ammian. l.* 17. *c.* 13. *ante med.* (al. *c.* 29.) Eoſque definente in anguſtum fronta, quem habitum caput porci ſimplicitas militaris appellat, impetu disjecit ardenti.

PORCIUS, a, um, ad Porcium aliquem pertinens. V. *Porcii*. Porcia lex lata eſt a P. Porcio Læca trib. pleb. ne quis magiſtratus civem R. virgis cæderet, neceretque: ſed exſilium damnato permitteretur. *Liv. l.* 10. *c.* 9. *Salluſt. in Catil. c.* 50. & 52. *Cic. pro Rabir. Perduell. n.* 3. & 4. Hæc non habebat locum in caſtris, quia non eadem urbana diſciplina & militaris, ſed hæc multa ſeverior. *Sigon. de ant. jur. C. R. l.* 1. *c.* 15.

PORCULA, æ, *f. porcelletta, χοιρίδιον*, parva porca. *Plaut. Mil.* 4. 2. 67. Niſi huic verri affertur merces, non hic ſuo feminio quamque porculum impertitarus eſt. Eſt qui leg. *porculenam* eod. ſenſu.

PORCULATIO, onis, *f. χοιροβοσία*, porcarum nutritio. *Varro l.* 2. *de R. R.* 2. 4. *circa med.* In nutricatu, quam porculationem appellabant, &c.

PORCULATOR, oris, m. qui porcalos nutrit, qui feturæ ſuillæ curam habet. Differt a fubulco, qui ſues paſcit, cuſtoditque a lacte depulſos. *Colum. in præfat. l.* 1. *ad fin.* Porculatoris & ſubulci diverſa profeſſio, diverſæ paſtiones. *Id. l.* 7. *c.* 9. *ad fin.* Porculatoria maximum officium eſt, at unamquamque ſcrofam cum ſua proli claudat.

PORCULENA. V. *Porcula*.

PORCULETUM, ti, n. ager, terra in crebras porcas, ſeu areas & pulvinos elaborata ferendi cauſa. *Plin. l. 17. c. 22. ante med.* Umbri, & Marſi ad vicenos pedes intermittunt (*ſpatium inter binas vites*) arationis gratia, ie his, quæ vocant porculeas.

PORCULUS, li, m. *porcellus*, χοῖρος, parvus porcus. *Plaut. Men. a. 2. 36.* Si me conſulas, nummum illum, quem mihi dudum pollicitus dare, jubeas, ſi ſapias, porculum afferri tibi. *b. c.* quem nummum mihi pollicitus dare, illo jubeas porculum emi, & afferri tibi. (Sic *Ampb. 4. 1. 1.* Naucratem quem convenire volui, in navi non erat. *& Virg. 1. Æn. v. 577.* Urbem quam ſtatuo, veſtra eſt.) Rurſus *Plaut. Rud. 4. 4. 126.* Quin tu i dierecta cum ſucula & porculis. *Gell. l. 4. c. 11.* Porculis minuſculis, & hædis tenerioribus victitare. ¶ Porculus marinus, genus piſcis roſtri ſuilli ſimilitudine. *Plin. l. 9. c. 15.* Silurus in Danubio porculo marino ſimillimus. ¶ In torculari porculus dicitur batillus aut uncus, qui figebatur, ut teneret funem, quo, dum verſabatur torcular, ſucula circumplicabatur. Ita *Turneb. l. 7. adverſar. c. 25.* ad illud *Coton. R. R. c. 19.* Poraulum in media ſucula facito. *& mox.* Ubi porculum figere oportebit.

PORCUS, ci, m. *porco*, χοῖρος, ου, ſue domeſticus, ut *aper* ferus. De notatione V. *Voſſ. in Etymol. Gr. de Struct. c. 16.* Villa abundat porco, hædo, agno, gallina, &c. *Plin. ſub fin. l. 18.* Turpes porci manipulos fœni lacerantes. *Martial. l. 3. epigr. 50. v. 20.* Avidi ſequuntur villicæ ſinum porci. *Id. l. 8. epigr. 22.* Invitas ad aprum, ponis mihi, Gallice, porcum. ¶ *Porcus femina* olim diſere pro *porca*. *Cato R. R. c. 134.* Priuſquam poraum feminam immolabis. *Cic. 2. de Legib. c. 25. extr.* Porco femina piaculum pati. Hinc ut *Feſt.* docet in *Reſte*, ſæpe in libris Pontificalibus dicitur *hoc agnus, hoc porcus*: quæ non ut vitia, ſed ut antiquum confuetudinem teſtantia debamus accipere. ¶ Ab ſuillo genera pecoris immolandi initiam primum ſumptum videtur: cujus veſtigia, quod initiis Cereris porci immolantur; & quod initiis pacis, fœdus cum feritur, porcus occiditur; & quod nuptiarum initio antiqui reges ac ſublimes viri in Hetruria, in conjunctione nuptiali, nova nupta & novus maritus primum porcum immolant. Priſci quoque Latini, atque etiam Græci in Italia idem factitaſſe videntur. Hæc *Varr. l. 2. R. R. c. 4.* Porco fiebat etiam ad expiandam infamiam. *Plaut. Men. a. 2. 15.* Mon. Adoleſcens, quibus hic pretiis porci veneant ſacres, ſinceri? *Cyl.* nummo. *Men.* eum a me accipe; jube te piari de mea pecunia. nam ego quidem, infanum eſſe te, certo ſcio. Adde *ibid. verſ. 36.* Item Laribus, & Genio, & Telluri. *Id. Rud. 4. 6. 4. Horat. l. 2. ſat. 3. v. 164.* & *ſcb. 3. od. 17. extr.* & *lib. 2. ep. 1. v. 143.* & *Tibull. l. 1. el. 11. v. 26.* Et univerſim divis placandis. *Horat. l. 1. ep. 16. v. 58.* & *Ovid. 3. Amor. el. 13. v. 16.* V. etiam *Martial. l. 6. epigr. 47.* ¶ *Porcus Trojanus*, qui aliis animalibus incluſis ſartus coquebatur, qualem pleſtum turdis defcribit *Petron. in fragm. Tragur. c. 40. Burm.* in coena Trimalchionis. Nomen tractum eſt ab æquo Trojano, in quo multi viri incluſi fuere. *Macrob. l. 2. Saturn. c. 9. ad fin.* Cinius objecit ſæculo ſuo, quod porcum Trojanum menſis inferat. ¶ *Porci caput*, formæ quædam aciei, de qua V. in *Porcinus*. ¶ Porci effigies inter ſigna militaria quintum locum obtinebat: quia confectis bello, inter quos populos pax fiebat, cæſa porca fœdus firmari ſolebat. Ita *Feſtus. Plin.* inter ſigna legionum aperum recenſet, *l. 10. c. 4.* ¶ Porcum olim dixere τὸ αἰδοῖον γυναικεῖον. V. in *Porca*. ¶ Eſt hoc nomine etiam marinus piſcis, ulius ab eo, quem in *Porculus* poſuimus. *Plin. l. 32. c. 5.* Apium maximum piſcium eſſe tradit porcum, quem Lacedæmonii orthragoriſcum vocant: grunnira eum, cum capiatur. *& cap. 5. ad fin.* Inter venena ſunt piſcium porci marini ſpinæ in dorſo. ¶ Per convicium dicitur de homine obeſo, & corpulentiore, & ventri dedito. *Horat. in fin. ep. 4. l. 1.* Me pinguem & nitidum bene curata cute viſes, Cum ridere voles, Epicuri de grege porcum. *Catull. carm. 39. in Egnat. v. 21.* Aut porcus Umber, aut obeſus Etruſcus.

PORDACA apud *Aurelian. l. 28. c. 4. a med.* (*al. c. 25.*) eſt nomen viri proprium.

PORGO, is, a. 3. idem ac porrigo, per ſyncop. *Virg. Æn. 8. v. 274.* & pocula porgite dextris. *Val. Flacc. l. 2. v. 656.* duci purgens carchefia Grajo. *Stat. 8. Theb. v. 755.* Imperat abſciſum porgi. *Auſon. Edyll. 4. v. 37.* vel ea, vel ſpe mihi porge fruendum. *Feſt.* in *Porigam*: Antiqui etiam porgam dixerunt pro *porrigam*. *Stat. l. 2. ſilv. 2. v. 104.* Steriles ramos, mutaſque volucres Porxit. *Sil. l. 9. v. 458.* porgebat protinus enſem. ¶ *Porgo* pro *porgo*, ut *vorto* pro *verto*, &c. *Lucret. l. 1. v. 930.* Religionum animos nodis exſolvere porgo.

PORPHYRETICUS, a, um, ad porphyriten pertinens, ut Porphyretici cuſi marmor, *Suetton. in Ner. cap. 50.* Porphyretica ſaxa, *Lamprid. in Heliogab. c. 24.* Porphyretica porticus, *Vopiſc. in Probo, cap. 2.* Columnæ porphyreticæ, *Capitolin. in Pio, c. 11.*

PORPHYRIACUS, a, um, purpureus: ἀπὸ τοῦ πορφύρα, purpura. *Ovidius*: Et porphyriacæ figere labra gamæ. Ita quidam Lexicographi, & *Rittershuſius in Profod. reform.* citans hunc verſum ex libris Amorum. Hoc penes ſit fides.

PORPHYRIO, onis, m. πορφύριος, genus avis, quæ a nonnullis *Pelecanus* dicitur. *Plin. l. 10. c. 46.* Porphyrio ſolus morſu bibit. Idem eſt proprio genere, omnem cibum aqua ſubinde tingens, deinde pede ad roſtrum veluti manu afferans. Laudatiſſimi in Comagena. Roſtra iis, & pralonga crura rubent. *Id. l. 11. c. 37. fcil. 79.* Quædam ventre modo, ſed ventrem proximum habent, quibus prælonga colla, & anguſta, ut porphyrioni.

PORPHYRION, onis, unus ex Gigantibus. *Horat. l. 3. od. 4. v. 54. Claudian. in Gigantem. v. 35.* & *115.* & *Martial. lib. 13. epigr. 78.* & Item auriga Neronis, factionis Prafinæ. *Martial. ibid.* ¶ Porphyrion, & Porphyrio interpres Horatii, antiquior eſt Charifio Grammatico, ab eo enim citatur *l. 1. pag. 196. Putſch.*

PORPHYRITES, æ, m. adject. *porfido*, *proſſerato*, πορφυρίτης λίθος, genus lapidis Ægyptii rubentis: quo in genere ſi albis punctis diſtinctus ſit, lepropſephos vocatur, ut *Plin. l. 36. c. 9.* tradit: a πορφύρα, purpura. *Id. ibid. c. 24. circa med.* Intus columnæ de porphyrite lapide.

PORPHYRITIS FICUS, *f.* πορφυρίτης, ιδος, purpuræ colorem referens: a πορφύρα, purpura. *Plin. l. 15. c. 18.* Primo provenit porphyritis, longiſſimo pediculo.

PORRACEUS, a, um, πρασινος, ad porrum pertinens, porrum referens. *Plin. l. 21. c. 28.* Cyperi folia porraceis exiliora. *Id. l. 37. c. 10.* Eumithres gemma porracei coloris. *Id. l. 24. c. 4.* Viſcum cætra fulvum, ietus porraceum.

PORRECTE, extenſe. *Ammian. l. 29. c. 5. a med.* (*al. c. 32. extr.*) Firmus equo celſiori inſidens, ſago puniceo porrectius panſo. *Id. lib. 31. cap. 9.* (*al. 15.*) Porrectius ira pergebat. *b. a.* alterius.

PORRECTIO, onis, ſ. *oſtenſione*, *allungamento*, ἐκτάσεως, actus porrigendi, extentio. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 60.* Digitorum contractio facilis, facilisque porrectio propter molles commiſſuras. *Auſt. ad Herenn. l. 3. c. 15.* Celeri porrectione brachii.

PORRECTUS, a, um, *diſteſo per lungo*, *a su piano*, *allungato*, πρεκτικός, in longum extenſus, protentus: *a porrigo*. *Cic. 3. de nat. Deor. c. 34. ad fin.* Victoriolas aureas, & pateras, coronaſque, quæ ſimulacrorum porrectis manibus ſuſtinebantur. *Ovid. Heroid. ep. 10. v. 93.* Si mare, ſi terras, porrectaque littora vidi. *Tibull. l. 1. el. 3. v. 75.* Porrectuſque novem Tityus per jugera terræ. *Horat. l. 1. ſat. 6. v. 88.* pater ipſe domus palea porrectus in horna. *Stat. 2. Achill. v. 75.* Porrectus ſomno. *Virg. 9. Æn. v. 589.* & multa porrectum cetendit arena. *Inuno e diſteſo.* & *Catull. carm. 66. ad Jovem, v. 6.* Poſtquam ea porrecto facta marita ſene. *b. e.* mortuo, & porrecto in feretro. *morto diſteſo.* & *Plin. l. 17. c. 10. ante med.* Juglandes nuces porrectæ feruntur, commiſſuris jacentibus. *Id. l. 31. c. 2. circa med.* Coma porrecta. *diſteſa*: cui opponitur criſpa. *Tacit. in Agric. c. 35. ſub fin.* Porrectior acies. *Hirt. de B. Afric. c. 30.* Porrecta equitum peditumque multitudo. *Plin. l. 2. c. 81.* Nubes porrecta in longum. *Id. l. 12. c. 40. extr.* Delphini papillæ habent paulum in obliquum porrectas. *Id. l. 28. c. 4. a med.* Porrectis manibus ultra caput. *Id. l. 4. c. 22. paſt med.* Paninſula ad formam gladii in tranſverſum porrecta. *& ibid.* Inſula in quindecim millia paſſuum porrecta. *Sil. l. 6. v. 153.* ſerpens centum porrectus in ulnas. *Virg. 3. Georg. v. 351.* medium Rhodope porrecta ſub axem. *Plin. l. 5. c. 5.* Marmaride a Paræotonii ferme regione ad Syrtin uſque porrecti. *Id. l. 6. c. 28. a med.* Ad utraque maria porrectis gentibus. *Id. l. 19. c. 8. ante med.* Caules in orbem porrecti. *Val. Flacc. l. 6. v. 234.* haſta equi porrecta per nares. *Plin. l. 9. c. 37. extr.* Porrectæ linguæ. *b. e.* exſertæ. *& lib. 4. c. 9.* Thaſſalia in porrectum longitudo CCCCLXXX. mill. paſſ. traditur: latitudo CCLXXXVII. *per lungo. Cajus Dig. lib. 8. tit. 3. leg. 8.* Viæ latitudo ex lege XII. Tab. in porrectum octo pedes habeat: in anfractum, ideſt, ubi flexum eſt, ſedecim. *b. e.* in rectum, ubi via recta eſt. ¶ *Mucon. Fel. in Oſtav. c. 17. ſub fin.* Recta montium, collium flexa, porrecta cumporum. *l'eſtenſione delle pianure.* Sic *Cæſ. l. 2. B. Gall. c. 19.* Porrecta ac aperta loca. *piani.* & *Horat. l. 1. ep. 7. v. 41.* locus planie porrectus ſpatiis. ¶ Porrecta frons, *allegra*, læta, hilaris, exporrecta: cui opponitur contracta. *Plaut. Caſ. 2. 4. 3.* Ego te porrectiore fronte volo mecum loqui. ¶ *Horat. l. 4. od. 15. v. 14.* famaque, & imperi Porrecta majeſtas ad ortum Solis ab Heſperio cubili. *b. e.* producta, propagata, prolata. ¶ Porrecta ſyllaba, producta. *Quintil. l. 1. c. 7.* (*al. 13.*) Porrectas ſyllabas geminis vocalibus ſcripſerunt. *Ovid. 4. re Pont. ep. 12. v. 14.* Et ſit porrecta longa ſecunda mora. ¶ *Porrectus*, extenſa manu oblatus, *offerto*, *preſentato*. *Ovid. 8. Met. v. 94.* ſceleratique deætra Munera porrexit: Minos porrecta refugit. *Horat. l. 2. ep. 18. v. 91.* Potores liquidi media de luce Falerni Oderunt porrecta negantem pocula. ¶ *Porrectus* a *porrigo*, datus, oblatus in ſacrificium, ut *exta porrecta*. V. *Cæſus*.

PORRICIÆ. V. *Proſicia*.

PORRICIO, is, a. 3. porrigo, do, offero. Verbum eſt ſolemne ſacrificantibus ex diſciplina haruſpicum, & præcepto pontificum, ut ait *Macrob. l. 3. Saturn. c. 2.* & ſignificat diis offerra, cæſa cæta arm comburendu imponera, aut in fluctus projicere expiationis causa: a *porro*, & *jacio*, ut *Feſto* placet. *Veran.* apud *Macrob. ibid.* Exta porriciunto, diis damn in altaria, asamve, focumve, eove, quo cæta dari debebunt. Eadem habet *Feſt.* poſt *Prophanum*. *Nævius* apud *Non. c. 2. n. 62.* Simul atrocia porricerent exta miniſtratores. *Plaut. Pſeud. 1. 3. 31.* Si facrificem ſummo Jovi, atque in menibus exta teneam, ut porriciam. *Liv. l. 29. c. 27.* Secundum eas preces cruda cæta, cæſa victima, uti mos, in mare porricit. *Al. leg.* porrigit: *al.* projecit. *Virg. 5. Æn. v. 238.* & 775. extaque falſos Porriciam in fluctus. Ita *Macrob. loc. cit.* reprehendens eos, qui *proiiciam*, ſubſtituunt. Nihilominus nimia antiqua exemplaria habent *projicium*, aut *proiecum*, teſte *Pierio* ad utrumque loc. V. etiam *Voſſ. in Etymol.* ¶ Præteritum *porreci*, vel *porrexi*. *Foneſtella* apud *Non. c. 2. n. 660.* Et quædam exta præſente ſuis, quædam abſente porreciſſem. Al. leg. *proreciſſem*. ¶ Cætra rem divinem *Varr. l. 1. R. R. c. 29. extr.* Dicitur porca (*in agris*) quod ea ſeger frumentum porricit. Sic quoque cæta deis cum dabant, porricere dicebant. Al. leg. *porrigere*, & *porrigere*: quod corruptum videtur. Minus enim apte *porco* a *porrigo* duceretur.

POR-

PORRIGINOSUS, a, um, ὑπερδερμος, porrigine laborans. *Plin. Valer. l.* 1. *c.* 4. Caput porriginoſum bete ſucco lotum.

PORRIGO, iginis, *l. forfora, ſigna,* πιτυρίασις, λεπίς, raorbus in cute capitis, quem ita deſcribit *Celſ. l. 6. c.* 5. Porrigo eſt, ubi inter pilos quædem quaſi ſquamulæ ſurgunt, eæque a cute reſolvuntur: & interdum madent, multo ſæpius ſiccæ ſunt. Idque evenit raodo ſine ulcere, modo exulcerato loco: huic quoque modo malo odore, modo nullo accedente. Ferequr id in capillo fit, ratius in barba, aliquando atiam in ſupercilio. *Seren. Sammon. c.* 3. *v.* 34. Eſt inſenſibilis morbus, ſed aocia forma, Cum caput immenſe pexum porrigine ninguit, Copia farris uti frondentibus ſidita ſeeis. *Lucil. apud Non. c.* 2. *n.* 701. Triſtum, & corruptum ſcabie, & porriginì plenum. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. *v.* 125. Ungere ſi caules oleo meliore caputque Corperis impeva fœdum porrigius. *Plin. l.* 20. *c.* 6. *a med.* Allium phthiriaſes, & porrigines ſompeſcit. *& cap.* 8. Betæ nigræ radices porriginem tollunt. *Id. l.* 28. *c.* 12. Uſtinue aſeps porrigiai cum vino prodeſt. *Id. l.* 32. *c.* 4. Porrigines curare. ¶ Dicitur etiam de aliis corporis partibus, quæ pilis veſtitæ ſunt: nec ſolum de hominibus, ſed etiam de beſtiis. *Scribon. Larg. compoſ.* 243. Ad papulas in capite effervefcentes, vel quelibet parte corporis totius porriginem. *Juvenal. ſat.* 1. *v.* 79. gere totus in agris Unius ſcabia cadit, & porrigius porci. Al. lag. *prurigine.*

PORRIGO, is, rexi, rectum, a. 3. *ſtendere, ſpargere,* τανύειν, In longum, vel planum extendo, protendo: a *porro*, & *rego*. *Cic.* 1. *de Divin. c.* 53. Animal membre, quocumque cuit, flexit, cootorquet, porrigit, contrahit. *Id. pro Cal. c.* 26. *ad fin.* Cum jam manum ad tredendam pyvidem porrexiſſet. *Plin. l.* 17. *c.* 22. *ad fin.* Pempinos teneros alligato lemitur, porrigitoque. *Cato de R. R.* unde hoc *Plin.* ſumpſit, habet *cap.* 33. corrigitoque. *Ovid. 4. Met. v.* 109. Spectandique mora brumales porrigis horas. *ellongbs.* de Sole anim loquitur. *Hor. de B. Afric. cap.* 17. Jubet aetem in longitudinem quem maximam porrigi. *& cap.* 60. Porressrat acirm ufqus ad, &c. *Salluſt. in Jug. c.* 56. *ſub fin.* Aciem latius porrigere. *Virg. 6. Æn. v.* 596. *de Tityo*. per tota novem cui jugere corpus Porrigitur. *Ovid. Met. 4. v.* 574. Ipſis, precor, ſerpens in longam porrigar aleum. *& verſ.* 526. ſcopulus frontam in aperiam porrigit æquor. *Plin. l.* 2. *ep.* 17. *a med.* Procerton, & cubiculum porrigitur in ſolem. *& lib.* 5. *ep.* 6. Per latus nunne vineæ porriguntur. *Tacit. Ann.* 13. *c.* 38. Locum delrgit, cujus pars eulles emet, pars in planitiem porrigebatur. *Jaſtin. l.* 42. *c.* 2. Armenie in latitudinem millia paſſ. DCC. porrigitur. *Plin. l.* 4. *c.* 12. Creta inter ortum occaſumque porrigitur. *s'eſtends par longo. & lib.* 5. *c.* 20. Libanus raills & quingentis ſtadiis Simyiam uſque porrigitur. *Id. l.* 12. *c.* 52. *a raed.* Supercilia quibus porriguntur in rectum, molles ſignificant. *Id. l.* 17. *c.* 23. *a med.* Gallica putatin vitis in tradices porrigitur, *Ovid.* 3. *Triſt. el.* 21. *v.* 5. Quis gradus ulterius, quo ſe tus porrigat ira, Reſtat? ¶ ad terram ſternem. *Ovid. 7. Met. v.* 253. in plenus reſolutum carmina foranos, Exanimi ſimilem, ſtatis porrexit in brabis. *corvcè, ſeſe. & Val. Flacc. l.* 6. *v.* 553. utrumque ab squis iogenti porrigit arvo, Et Zacorum, & Phalcen. *guerra, gaia a terra lunghi e diſteſi. & Liv. l.* 7. *c.* 10. *ad fin.* Uno alteroque ſubinda ictu ventrem hauſit, & in ſpatium ingens ruentem porrexit hoſtem. *Martial. de Spectac. epigr.* 25. Et volucrem longo porrexit vulnsia pardum. ¶ protrahere, differre. *Celſ. l.* 5. *c.* 5. Neque ulla alia ſpes eſt, quem ut impetum morbi trahendo aliquis effugiat, porrigaturque in id tempus, quod ſurationi locura præſtet. ¶ Sæpe ſic prolata manu offerre, præbere, dare, *porgere, dare, offerre. Cic. l.* 3. *de nat. Deor. c.* 34. *ad fin.* Eſſe ſtultitiam, a quibus bona precaremur, ab iis portigenribus & dantibus nolis ſumere. *Id. l.* 1. *de Orat. c.* 40. *in fin.* Præſidium clisotibus, atque opem amicis, & prope cunctis civibus lucem ingenii & conſilii ſui porrigere atque tendeis. *Id. pro Mil. c.* 3. *ante.* Aliquando gladiam nobis ad occidendum hominem ab ipſis porrigi legibus. *Hirt. de B. Afric. c.* 4. Porrigere litteras alicui. *Ovid. 8. Met. v.* 95. munera. *& lib.* 3. *v.* 451. oſcula lymphis. *Id.* 3. *ex Pont. ep.* 1. *v.* 13. Nec tibi pampineas autumnus porrigit uvas. *Id.* 2. *Met. v.* 861. & flores ad eandida porrigit ora. *Horat. l.* 2. *od.* 16. *v.* 32. Et mihi forſan, tibi quod negarit, Porriget hora. *Id. l.* 3. *od.* 16. *v.* 39. Contracto melius parva cupidins Veſtigalia porrigem, Quam ſi, &c. *b. e.* ſolvam. *Propert. l.* 4. *el.* 1. *v.* 125. Nauplius ultores ſub noctem porrigit ignes. *h. e.* profert, extollit, oſtendit. ¶ *Porrigere dextram*, amicitiæ, fidei, & opis ſignum. *Plin. l.* 11. *c.* 45. Dextra uſculis averſa appetitur, in fide porrigitur. *Cic. pro Deiot. c.* 3. Per devisam te iſtam oro, quam Dejotaro hoſpes hoſpiti porrexiſti, *Id. poſt redit. in Sen. c.* 9. *a med.* Qui mihi primus affricto & jacenti conſularem fidem dextramque porrexit. *Id. 7. Verr. c.* 58. Cui civi ſupplici non illa dentem invicta & fidem porrexit, & ſpem ſalutis oſtendit? ¶ *Porrigere manum* aliquando infertur ad ſumendum, vel rapiendum quod opus eſt. *Nepos in Dion. c.* 7. Caleritsi pecunia deeſſe cœpit: neque quo manus porrigeret, ſuppetebat, niſi amicorum poſſeſſiones. *Senec. de vita beata, c.* 3. Hue eruimus: nec longe poſitum eſt, incenietur: ſcire tantum opus eſt, quo manum porrigas. *Curt. l.* 7. *c.* 8. *a med.* Jam atiam ad pecora noſtra acaras & inſatiabiles manus porrigis. Simile eſt illud *Senecæ epiſt.* 119. Fames ma appellat? ad prasima quæque tendatur manus: ipſa mihi commendabat quodcumque comprehendero. Nos dicimus *mettere, e ſtender le mani ſu qualche coſa.* ¶ *Porgo* per ſyncop. V. ſub loco.

PORRIMA, æ, f. foror, vel comes Carmentæ vatis matris Euandri: a *porro* anta, quia quæ longe ante evenerant, canebat: ſicut *Poſtvorta* altera ejuſdem comes prædicens quæ poſita futura erant. Vatum enim eſt & præterita ſcire, & futures proſpicere, ut ait *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 7. *circa med.* Sed da *Poſtvorta* alii aliter. *Ovid. Faſt. l.* 1. *v.* 633. Porrima placatur, Poſtvorttaque; ſive ſorores, Sive lugæ comites, Mœnali Nympha, tuæ. Altem, quod porro fuerat, ceciniſſe puratur: Altera verſurum poſtmodo quidquid erat. Adde *Serv. ad Æn. 8. v.* 336.

PORRINA, æ, f. multitudo porrorum uno loco ſatorum: & locus ubi ſeruntur: item ipſum porrum. *Cato R. R. c.* 47. Quotannis porrinam inferito: quotannis habebis quod ſeimas. *Arnob. l.* 2. *pag.* 85. Quid ſit triticum, dicite, far, hordeum, cicer, lenticula, porrina, cæpe. *Stævola Dig. lib.* 7. *tit.* 1. *leg.* 58. Sempronio do, legavi reditu fructuum uleris & porrinæ, quæ habeo in agro farrario, pertem ſextam.

PRÆDICATTIVUS, a, um, *adject.* von Logicorum, ot *praedicativa propositio*. *Apul. de syllogism.* τετραγ. Propoſitionum duæ ſpecies ſuot: altera prædicative, quæ artem ſimplex eſt: ut ſi dicamus, *Qui regnat, beatus eſt*. altera ſubſtitutiva, vel conditionalis, quæ artem compoſita eſt: *Ajax, qui regnat, ſi ſapit, beatus eſt*. ſubſtitutis enim conditionem, &c.

PRÆDICATOR, oris, m. *publicatore, divulgatore, banditore*, κήρυξ, qui prædicat; palam & ſæpe dicit, pronuntiat, divulgat. Proptie eſt præconis. *Apul. l. 6. Metam.* Si quis a fuga retrahere, vel occultam demonſtrare poterit fugitivam ancillam, conveniat retro meas Murtas Mercurium prædicatorem, accepturus indicium nomine, &c. V. *Praedicatio*, & *Praedico*. ¶ Item qui cum laude commemorat, & commendat, laudator, buccinator: at præcones ſuciunt, cum res venales pronuntiant. *Cic. pro Balb. c.* 2. Qui ſui factı, ſui judicii, ſui beneficii voluit me eſſe & prædicatorem, & actorem. *Id. Fam. l. ep. 9.* Pompejo plurimum, te quidem ipſo prædicatore ac teſte, debebam. *Plin. l. 7. ep.* 33. Debemus optare, at operibus noſtris ſimilis tui ſcriptor prædicatorque contingat. *Tertull. l. 4. adverſ. Marcion. c. a fi. circa med.* Chriſtus præmiſerat digniores prædicatores. *promulgatores, praedicatori*.

PRÆDICATRIX, icis, f. quæ prædicat. *Tertull. de anim. c.* 46. Nec hæc ſola ſpecies artt ſummarum prædicatrix poteſtatum, ſed & peticulorum.

PRÆDICATUS, a, um, da quo multa & palam dicta ſunt. *Plaut. Trin. a. a.* 54. Edepol hominem prædicatum ferme familiariter. *deſertto*. & *Plin. l. 11. c. 17. a med.* Arbor cum miraculo hiſtoriis Claudii Cæſaris prædicta. *& lib. 13. c. 14.* Frutes ab Ariſtomacho miris laudibus prædicſtus. ¶ prædictus. V. in fin. vnuis ſeqaent.

PRÆDICO, as, avi, atum, a. 1. *publicare, divulgere, fae la grida, bandire*, κηρύττειν, ἀναγορεύειν, de re aliqua ſæpe ac palam dicn, ſermone celebro, commemoro, divulgo, pronuntio. Eſt præpraun præconum, alata voce rem aliquare publice pronuntiantium, ut res venales, &c. *Cic. 5. Verr. c.* 16. Si palam præco juſſu tuo prædicaſſet, nuo decumas frumenti, ſed dimidias veaire parses, & ita emptores accediſſent, &c. *Plaut Sitcb. 1. 3.* 41. Itaque auctionem prædicem, ipſa veneare. Adde *Cicer. pro Quinct. c. 15. ad fin. l. a. Offic. c. 13. & lib. 5. Fam. ep. 12. ad fin. & Plaut. Bacch. 4. 7. 17.* ¶ Univerſim eſt cujuſque palam loquentis, anarrantis. *Terent. Eun.* 4. 4. 53. Utrum taceam ne, *an* prædicem? *Salluſt. in Catil. c.* 49. Ipſum Craſſum ego poſtea prædicantem audivi, tantam illam contumeliam ſibi ab Cicarona impoſitam. *Terent. Andr. 3. 1. 7.* Actum eſt, ſiquidem hæc *vera* prædicat. *dite il vero. & Caſ. l. 4. B. Gall. c.* 34. Barbari nuntios in omnes partes dimiſerunt, paucitatemque noſtrorum militum ſuis prædicaverunt, & quanta prædæ faciendæ facultas daretur. *Cic. pro Plant. c.* 21. Avus vero tuus tibi Ædiliciam prædicaret repulſam. *ti direbbe, e ridirebbe*. & *Liv. l. 4. c.* 53. *a med.* Conſul prædam in ærarium redigere quæſtores juſſit, tum prædicans participem prædæ fore exercitam, cum militiam non abnuiſſet. *dicendo apertamente*, &c. *Nep. in Attic. c.* 13. *extr.* Atque hoc non audirum, ſed cognitum prædicamas. *ſa certamente*. & *in Eumen. ſub fin.* Neque quod initm prædicerunt, ſe Alexandri liberos regnum ſervara, id præſtare voluerunt. *ſi dubbiarono, s' imposero*. & *Terent. Phorm. 4. 5. 13.* Vnlo ipſius quoque volantare hoc fieri, na ſe ejectam prædicet. *non vuole dicendo d' eſſere ſtata ſcacciata*. & *Plaut. Amph. 1. 1. 146.* Quod mihi prædicas vitium, id tibi eſt. *h. e. dicis*, affirmas, me habere. Sic a. 1. 11. Sceleſtiſſima, audes mihi prædicare id, domi te eſſa nunc, qui hic ades? *Cic. Catil. 1. c. 9.* Si mibi, inimicn, at prædicas, tuo conſtare vis invidiam. *Terent. Andr. 5. 3. 4.* Aiu' tandem, civis Glycarium eſt? *Pam.* ita prædicant. *così ſi dice pubblicamente*. & *Eun. 3. 5. 17.* Quid ago ajus tibi nunc faciem prædicem, aut laudem? *ti deſcriva*. & *Plaut. Pam. 5. 4. 75.* Ei prædicabo, quomodo vos furta faciatis molta. *gli dirò a note chiare*. & *Petron. in Tragur. c. 74 Burm.* Maledicere Trimalchionem cœpit, & pargamentum dedecuſque prædicare. *chiamarlo ad alta voce, e più d' una volta*. & *Colum. l. 7. 1. 12.* Cants falſo dicitur mutus caſſos. nam quis hominum clariue, aut tanta vociferatione beſtiam, vel ſurem prædicat, quam iſte latretn? ¶ Sæpe eſt commemorare cam laude, commendare, verbis extollere: ductum a præcona, qui ut ait *Horat. l. 2. ep. 1. v. 11.* laudat venales, cum vult eatrudere, merces: *predicare, lodare, far comvera menzione*. *Cic. pro Arch. c. 9.* Noſtra ſempet feretur & prædicabitur pugna, &c. *& cap. 11.* Prædicari da ſa, ac nominari volunt. *Id. Phil. 11. c. 13.* Quæ da illo viro Sulla, quæ Lucullus, quam ornata, quam honorifice, quam gravitet ſæpe prædicaverunt! *Plin. l. 19. c. 4. circa med.* Hortorum Catu prædicat caules. *Id. l. 25. c. 5.* Prædicare aliquid miris laudibus. *Nep. in Timol. c. 4.* Prædicare laudes alicujus. *Id. in Dion. ſub fin.* aliquem liberatorem patriæ, tyrennique expulſorem. *Caſ. l. 2. B. Civ. c. 39.* De ſuis homines laudibus libenter prædicant. *Plin. l. 1. ep. 8. poſt med.* Qui benefacta ſua verbis udornant, non ideo prædicare quia feceriot, ſed, ut prædicarent, feciſſa creduntur. *Id. l. 1. ep. 14. ſub fin.* Omnia longe ampliora, quam a me prædicantur, invanies. *Tacit. in Agric. c. fi. extr.* Ita vittute in nbſequendo, verecundia in prædicando, extra invidiam, nec extra gloriam erat. *nel vantarſi, gloriarſi*: quo ſenſa *Cic. pro Dom. cap.* 35. Hoc reprehendis, quod ſolere me dicas da ma ipſo gloriſius prædicare. *Id. in Piſon. c. 1.* Mihi iſta licet de me vera cum gloria prædicare. *Caſ. l. 6. B. Gall. c. 17.* Galli ſa omnes ab Dite patre prognates prædicant. *Nep. in Thraſyb. c. 1.* Fortuna, ſa plas valaiſſe, quam ducis prudentiam, vere poteſt prædicare. ¶ Videtur etiam ſumi pro prædicere. *Tertull. de fuga in perſtcut. cap. 6.* Perſecutiones aos paſſuros prælicsbat, & toletandas docebat. *& cap. 12. a med.* Perſecutiones prædicatas præcavere.

PRÆDICO, is, ai, ctum, a. 3. *dire innanzi, premettere*, προλέγειν, ante, ſea prius dico. *Senec. ep. 102.* At niſi aliquid prædixero, intelligi non poterunt, quæ relellentur. *Vellej. l. 1. c. 4.* Chalcidenſes orti, ut præſcimus, Atticis. *Plin. l. 10. ep. 25.* Epiſtolæ, quas detiocre, ut anta prædixi, nolui. *Terent. Andr. 4. 4. 54.* Alin pacto haud poteraz fieri, at ſcireet hæc, quæ volumus. *Mi*ſ. hem prædiceres. *dovevi dirmelo prima*. ¶ Item præmonito, cano, præſignifico, *predire, preſtagire*. *Cic. 6. Fam. ep. 6. ante med.* Quo in bello nihil adverſi accidit, non prædiceore ma. *Id. l. 1. de Divin. c. 1.* Chald I ſcientiam putantur effeciſſe, ut prædici poſſet, quid cuique eventurum, & quo quiſque fato natus eſſet. *& ibid. & Petron. in Satyr. c. 137. ad fin.* Intelligere & prædicere futare. *Cic. de Haruſp. reſp. c.* 25. Dii de clariſſimorum civium diſſenſione prædicunt. *Id. de Senect. cap. 14. a med.* Delectiones ſolis & lunæ multo ante prædicera. *Virg. Ecl. 1. v. 17.* molam hoc nobis De cælo tactas memini prædicere quercus. *b. c.* portendere. Sic *Senec. l. 2. quæſt. nat. c. 32. a med.* Nullum animal eſt, quod non motu & occurſa ſuo prædicat aliquid. ¶ Item ſerio monere, de re aliqua, quæ facienda ſit, indicere, denuntiare, *far ſapere, far intendere con premura*. nam quæ ſerio volumus, multo ante quam fiant, indicere ſolemus. *Cic. Phil. 6. c. 3.* Teſtificor, denuntio, ante prædico, nihil M. Antonium eorum, quæ legatis ſuas mandata, factarum. *Nep. in Themiſt. c. 7.* Colleges juſſit proficiſci, eiſque prædixit, at ne prius legatos dimitteretot, quam ipſe eſſet remiſſus. *Vellej. l. 1. c. 13.* Mummius juſſit prædici conducentibus, ſi eas (*ſtatuas*) perdidiſſent, novas eos redditaros. *Id. l. 2. c. 81.* Acceſſit nocte ad ſtationem Romanam, prædixitque, ne deſtinatum iter peteretat, ſed, &c. *Virg. 3. Æn. v.* 435. Unum illud tibi, nate deo, pioque omnibus unum Prædicam, & repetens iteramque iterumque monebo. *Tacit. Ann. 16. c. 33.* Montanus patri conceſſus eſt, prædicto, ne in republica haberetur. *con ragionamento, che*, &c. ¶ *Praedicere diem*, conſtituere, *appuntare*. *Tacit. Ann. 2. c.* 79. Ubi prætor reo atque accuſatoribus diem prædixiſſet. Adda *lib. 11. c. 27.* & *Plin. l. 10. c. 23.*

PRÆDICTIO, onis, f. *predizione, profezia, pronoſtico*, πρόρρησις, προφήτευσις, προφητεία, actus prædicendi, & ipſum id, quod prædicitur, divinatio. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 3.* Prædictiones & præſensiones rerum futurarum. *Suetan. in Tiber. c. 14.* Redit magna ſpe futurorum, quam & oſtentis & prædictionibus ab initio ætatis conciperet. *Cic. l. 2. de Divin. cap. 25.* Omnis prædictio mali tum probatur, cum ad prædictionem cautio udjungitur. *& cap. 41.* Chaldæis in prædictione, & in notatione cujuſque vitæ ex natali die, multa eſſe credendum. *& l. 1. c. 2.* Hariolorum & vatum furibundis prædictiones audire. ¶ Rhetorice nxornatio, ſpecies Prulepſis. *Quintil. l. 9. c. 2.* Eſt quædam præmuntio, &c. quædam confeſſio, &c. quædam prædictio, at: Dicam enim non augendi criminis gratia.

PRÆDICTUS, a, um, *detto innanzi, predetto, ſopraddetto*, προρρηθείς, ante, ſeu prius dictus. *Colum. intra proem. l. 1.* Sæpenumero civitatis noſtræ principes audia culpantes modo ægroram infecunditatem, modo cæli noxiare frugibus intemperiem: quoſdam prædictos querimoniss velut ratione *certa* mitigantes, &c. *Quintil. l. 10. c. 1. circa med.* Theopompus his primus, ut in hiſtoria prædictis minor, ita oratori magis ſimilis. *Plin. l. 3. c. 3. ad fin.* Ad Oceanum reliqua vergunt, Vandulique ea prædictis, & Caatabri. *Id. l. 12. c. 16.* Sembracena myrrha prædictis cirlis caret. Adde *Tacit. t. Ann. cap. 60.* ¶ Item præmonſtratus, præmonitus. *Val. Flacc. l. 7. v. 72.* ac ſi quid in iſta eſt Robore, prædicti venies in tare laboris. *& lib. 8. n. 127.* ſocius, qui tunc prædicta tenebant Oſtia, &c. *b. c.* quæ jam moniti, aut juſſi fueraot tenere. Sic *lib. 7. v. 188.* Et juvenere Æmonium prædicto ſiſtere luco. *& Ovid. Met. 15. v. 608.* Et ſpectant frontes, prædictaque cornua quærunt. ¶ Item conſtitutus, præſtitutus, *appuntato, accordato*. *Suetan. in Claud. c. 8.* Si paulo fatius ad prædictum cœna horem occurriſſet. *Plin. l. 10. c. 23. de eiconiis.* Abitare congregantur in certo loco, & ceu lege prædicta die recedunt. ¶ Item prænuntiatus, prædivinatus, *pronoſticato, predetto, profetizzato*, προμαντευόμενος. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 61.* Defectiones ſolis & lunæ cognitæ, prædictaque in omne præſtcum tempus, quæ, quanta, quando futuræ ſint. *Tacit. Ann. 6. c. 22. extr.* A filio Thraſulli prædictum Neronis imperium, in tempore memorabitur. ¶ *Prædictum*, i, prædictio, *predizione, pronoſtico*. *Cic. 2. de Divin. cap. 42. & 47.* Chaldæorum natalitia prædicta defendunt. *Id. a. de Legib. c. 12. & Virg. 4. Æn. v. 464.* Vatum prædicta interpretari. *Val. Flacc. l. 4. v. 460.* deorum. *b. c.* portenta. *Suetan. in Orb. cap. 6. & Plin. lib. 2. cap. 7. a med.* haruſpicis. ¶ Item edictum. *Liv. lib. 23. cap. 19.* Prædictum erat dictatoris, ne quid, abſente eo, rei gereretur. *Al. leg.* edictum.

PRÆDIFFICILIS, le, παγχάλεπος, perdifficilis. *Tertull. de Baptiſmo, c. 2. ad fin.* Prædifficilia penes homines, facilia penes deum.

PRÆDIOLUM, li, n. *podereno, poderino, poſſeſſioncella*, χωρίον, parvum prædium, agellus. *Cic. 3. de Orat. cap. 27. ſub fin.* De noſtra poſſeſſione depulſi, in parvo, & eo litigioſo prædiolo relicti. *Id. Attic. l. 16. ep. 3. circa med.* Prædiola belle ædificata, & ſatis amœna. Adde *Plin. l. 1. ep. ult. rcur.*

PRÆDIRUS, a, um, valda dirus. *Ammian. l. 31. c. 8. a med.* (*al. c. 24.*) Facto dictu cifuque prædire.

PRÆDISCO, is, a. 3. *imparare innanzi*, προμανθάνειν, ante diſcn. *Cic. 2. de Orat. c. 32. ad fin.* Qui quæ agenda ſunt in foro, ranquam in acie, poſſunt atiam nunc exercitatione quaſi ludicra prædiſcere ac

meditari, *Virg. Georg.* 1. *v.* 51. Ventos, & varium cæli præſcire morem.

PRÆDISPOSITUS, a, um, ante diſpoſitus. *Liv. l.* 40. *c.* 56. *extr.* Nuntios prædiſpoſitos, ita ut conveniret, miſit ad Perſeum. *Sunt qui aliter leg.*

PRÆDITUS, a, um, *ebo ha, dotato, fornito, ornato, ἔχων*, qui habet, inſtructus, affectus, ornatus. Videtur eſſe a *præ*, & *datus*. *Cic. in Divin. Verr. c.* 22. Homo parvis opibus ac facultatibus prædituſ. *Id. l.* 1. *de net. Deor. c.* 8. Mundus animo & ſenſibus prædituſ. *Id. pro Rabir. Anter. c.* 8. *ad fin.* Miſer luctu prædituſ. *Al. leg.* perditus. *Id. Tuſcul.* 5. *c.* 41. Non ut parvo metu prædituſ ſit, ſed ut nullo. *Id. Verr.* 2. *c.* 3. *in fin.* Ea ipſe iſtum fuiſſe prædituſ, ut omnem rationem ſalutis in pecunia poneret. *Id. de univerſ. c. 9. ad fin.* Siderum errantes ſemihitudine infinita, varietate admirabili prædiţi. *Sil. l.* 14. *v.* 88. bis octonis noadum rex prædituſ annis. *Auct. ad Herenn. l.* 2. *c.* 27. *ſub fin.* Mortuum deformitum, tumore prædituſ fuiſſe conſtat: ergo veneno occatus eſt. *Plin. l.* 8. *c.* 32. Deterum cornu cervi medicamento prædituſ. *Juſtin. l.* 41. *c.* 4. *ad fin.* & *Sallaſt. in Catil. c.* 50. Duarum civitatum imperio prædituſ. *Hirt. de B. Afric. c.* 58. Cum tam magnis copiis auxiliiſque regis eſſent prædiţi. ¶ In malam partem. *Cic. in Divin. Verr. c.* 2. *ad fin.* Homo ſingulari cupiditate, audacia, ſcelere prædituſ. *Id. Verr.* 4. *c.* 42. *a med.* Tanta ac amentia prædituſ, atque audacia furiſi, ut, &c? *Id. pro Flacc. c.* 3. levitate, egeſtate, perfidia. *Id. pro Sall. c.* 3. ſingulari immanitate & crudelitate. *Id. l.* 1. *de Invent. c.* 47. vitio grandi & perſpicuo. *Lucret. l.* 5. *v.* 200. culpa. ¶ Supius io bonam. *Cic. pro Leg. Manil. c.* 17. Q. Hortenſius ſummis ornamentis honorie, fortunæ, virtutie, ingeaii prædituſ. *Id. pro Dom. c.* 15. Vir ſingulari virtute, conſtantia, gravitate prædituſ. *& cap.* 45. ſingulari bonitate & modeſtia. *& cap.* 53. *& Attic. l.* 8. *ep.* 3. amiciſſimo ſacerdotio. *Tacit. in Agric. c.* 44. Conſularibus ac triumphalibus ornamentis.

PRÆDIVES, itis, *aſſai ricco, πολύπλουτος*, valde dives. *Liv. l.* 45. *c.* 40. Admodum inops pecunia Philippus, Perſem contra prædives. *Tacit. Ann.* 15. *c.* 64. Prædives & præpotens. *Ovid. 9. Met. v.* 91. totumque tulit prædivite carnu Autumnum. *Plin. l.* 34. *c.* 3. Receptus in torum, mox in teſtamentum prædives. *Juvenal. ſat.* 10. *v.* 26. magnos Seneca prædivitis hortos.

PRÆDIVINATIO, onis, *ſ. preſagio, indovinamento, auguria*, divinatio. *Plin. l.* 8. *c.* 25. Crocodilus parit ova, eaque extra eum locum ſemper incubat, prædivinatione quadam, ad quem lumine auctu eo anno acceſſurus eſt Nilus.

PRÆDIVINO, as, *a.* 1. *indovinare, preſagire, προθεσπίζω*, divino, præſentio. *Plaut. Trucul.* 2. 3. 17. Vide, ut jam, quaſi vulturii, tradum prius prædivinant, quo die eſuri ſient. *Varr. l.* 5. *de L. L. c.* 7. Prædivinare futura. *Plin. l.* 11. *c.* 10. Apes prælivinant ventos imbreſque, & ſe continent tectis.

PRÆDIVINUS, a, um, valde divinus, ſeu multum divinans. *Plin. l.* 37. *c.* 10. Hamaxonia eorum, gemma aureo colore, arietiai cornus effigiem reddens, promittitur prædivina ſomnia ieprælentare. Eadem hab. *Solin. cap.* 27. (*al.* 40.) *a med.*

PRÆDIUM, ii, n. *podere, poſſeſſione, fondo, χωρίον*. Ducunt Etymologi a *præs*, *prædis*, & hoc a *præſtando*, ut *prædia* proprie ſint bona, quibus quiſpiam alteri ſe obligat, & pro re aliqua eidem cavet, pignori ea opponendo. *Cic. Verr.* 3. *c.* 54. *fab fin.* & *cap.* 55. Prædiibus & prædiis populo cautum eſt. *Liv. l.* 22. *c.* 60. Cum duodiam ex ærario pecuniam mutuam, prædibuſque ac prædiis cavendum populo conſerent. *Cato* apud *Feſt.* in *Quadrantal.* Vinum redemiſti: prædia pro vini quadrantalibus ſexcenta in publicum dediſti: vinum non dediſti. ¶ Univerſim dicitur de quacumque poſſeſſione. Differt tamen, quia poſſeſſio omnia bona complectitur, mobilia & immobilia: *prædium* immobilia tantum. Differt etiam a *fundo*, qui fere de poſſeſſione ruſtica dicitur: *prædium* etiam de urbana. *Cic. pro Cæcin. c.* 4. Huic fundo uxoris continentia quædam prædia atque adjuncta mercatur. *Nep. in Cimon. c. ult.* Cum complurium locis prædia hortoſque haberet, nunquam eis cuſtodem poſuit. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 15. Tot prædia, tam pulcra, tam fructuoſa, filio ſuo colenda ac tuenda tradideraat. *Id. ibid.* Illum ſecum omni tempore volebat eſſe: hunc in prædia ruſtica relegarat. *Id.* 5. *Verr. c.* 86. Habet in nummis, habet in urbanis prædiis. *Colum. l. c. c. 1. fab fin.* Suburbanum prædium commodiſſimum eſſe puto. *Suet. in Cæſ. c.* 50. Ampliſſima prædia ex auctionibus baſſæ ei dono addixit. *Cic. l.* 11. *ad Attic. ep.* 2. In quos enim ſumptus abeunt fructus prædiorum? ¶ Translate *Martial. l.* 12. *epigr.* 73. Deſertis urbanae, tua prædia, Poſtice, lites. ¶ Ad illud *Cicer. Verr.* 3. *c.* 54. *a med.* Ubi illa conſuetudo in bonis prædibus prædiiſque vendendis, omnium conſulum, ceaſorum, prætorum, quæſtorum denique, ut optima conditione ſit is, cujus ius ſit, cojum periculum? *Aſconius* hunc adſcribit: Bona prædia dicuntur bona fatisfationibus obnoxia, ſive ſint in mancipio, ſive in pecuaia numerata: prædia vero domos, agri. Hæc omnia vendontur, ſi eſtioni publicæ locator fartorum tectorum non reſponderit. *& paulo poſt.* Prædia ſunt res ipſæ: prædes, homines, adeſt fidejuſſores, quorum res bona prædia uno nomine dicuntur. Hæc *Aſconii* verba, ſi ſana credimus, ſatis obſcura ſunt, neque paucis illuſtrari facile poſſunt. In verbis *Cicer. in bonis* tam ad *prædes*, quam ad *prædibus* referatur: *prædes vendere* non eſt ipſos homines fidejuſſores vendere, ſed eorum bona: ea ratione, qua apud *Suet. in Claud. c.* 9. dicitur Claudius vendiis pependiſſe, h. e. ejus bona. Sic *Cic. Phil.* 2. *c.* 31. *ſub fin.* Et domi quidem cauſam amoris habuiſti: forte etiam turpiorem: ne L. Plancm prædes tuos venderet. Quod additur apud *Cicer. in Verr.* 3. *prædibus prædiiſque*, primum bona prædum, alterum mancipie, h. e. ejus, qui ſe obligaveeat, ſignificare videtue. *Hotoman.* hæc aliter interpretatur. *Bona* intelligit ipſa nprra quæ locantue, quia fiunt veluti bona ejus, qui conducit, cum lucrum ei pariant: *vendere* poſitum ait pro locare, quemadmodum *redimere* eſt conducere: *prædibus prædiiſque* abſolute ſexto caſu dici putat, ot *datis*, vel *appoſitis* ſubintelligatur. V. etiam *Manut.* & *Grav.* ¶ Quæ ſub hac voce ſeguntur apud *Feſt.* V. in *Prædia*.

PRÆDO, nis, m. *ladro, rubatore, corſale, aſſaſſino*, λῃστὴς, prædator, latro, qui teres, marive graſſatur. *Ulpian. Dig. lib.* 49. *tit.* 15. *leg.* 24. Hoſtes ſunt, quibus bellum publice populus R. decrevit, vel ipſi populo R. Ceteri latrunculi, vel prædones appellantur. *Auct. ad Herenn. l.* 2. *c.* 21. Quoniam hominem occiſum conſtat eſſe, neceſſe eſt, aut a prædonibus, aut ab inimicis occiſum eſſe. *Cic.* 2. *Verr. c.* 5. Urbes piratis prædonibuſque pateſactæ. *Liv. l.* 38. *c.* 40. *ad fin.* Alibi prædo, alibi prædo vindex cadit. *Cæſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 110. Huc accedebant colleſti ex prædonibus latronibuſque Syriæ Ciliciæque provinciæ. *Nep. in Themiſt. cap.* 2. Maritimos prædones conſectando, mare totum reddidit. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 1. Deploravit caſum atque orbitatem Senatus, cujus ordinis a conſula, qui quaſi parens bonus, ac tutor fidelis eſſe deberet, tanquam ab aliquo nefario prædone diriperetur patrimonium dignitatis. *Salluſt. in fragm.* apud *Non. c.* 13. *n.* 6. Cohors una grandi vecta faſelo, a duobus prædonum myoparonibus circumventa. *Cic. pro Dom. c.* 55. Omnium templorum atque tectorum, totiuſque urbis prædonem. *Virg. Æn.* 7. *v.* 362. Perfidus alta petens, abſcita virgine prædo. *Ovid. 4. Faſt. v.* 591. At neque Perſephone digna eſt prædone marito. *h. e.* Plutone raptore. ¶ Translate *Colum. l.* 9. *c.* 15. *de ſuris*. Nec turſus multitudinem prædonum coaleſcere patiendum eſt, ne univerſas opes alienas diripiant. *Martial. l.* 14. *epigr.* 216. acciptter prædo volucrum. ¶ Apud JCtos prædo eſt etiam, qui cum nullam cauſam poſſidendæ hereditatis habeat, *invadit* tamen, & poſſidet. *Ulpian. Dig. lib.* 5. *tit.* 3. *leg.* 25. Quod autem ait Senatus, eos qui bona invaſiſſent; loquitur de prædonibus, id eſt *de his*, qui cum ſcirent, ad ſe non pertinere hereditatem, iovaſerunt bona: ſcilicet cum nullaco cauſam haberent pothendi. ¶ Item cujuſcumque rei injuſtus poſſeſſor. *Cujac lib.* 9. *tit.* 4. *leg.* 13. Abſurdum videretur, eos quidem, qui bona fida poſſiderent, excipere actionem, prædones vero ſecuros eſſe.

PRÆDO, as, *a.* 1. V. *Prædor* in fin.

PRÆDOCEO, es, *n.* 2. ante doceo, præmoaſtro. *Prudent. Cathemer.* 12. *v.* 71. myrrheue Pulvis ſepulcrum prædocet.

PRÆDOCTUS, a, um, ante doctus. *Salluſt. in Jug. c.* 94. Illi prædocti a duce arma muraverant. *inſtruiti imanagi.* & *Plin. l.* 18. *c.* 34. Prædoctus eſto: alia ſubuſtie profunt, alia infantibus.

PRÆDOMO, as, *a.* 1. ante domo. Teſtulate *Senec. ep.* 113. *poſt med.* Et omnes caſus, antequam exciperet, prædomuit meditando.

PRÆDONIUS, a, um, *Λαιτρικὸς*, ad prædonem pertinens, prædatorium. *Ulpian. Dig. lib.* 5. *tit.* 3. *leg.* 25. Conſcium ad ſe nihil hereditatem pertinere, prædonio more verſari cœpit. Ita *Torrentia.* nam *Holvand.* habet *prædones*. V. *Prædo* in fin.

PRÆDONULUS, i, m. diminut. a *prædo*, ut ab *opale opalcaai*, a *decurio decurionei*. *Feſtus* — Prædonulos Cum ἀνεκφωνήτως diait in Epiſt. Quia ſæpe utiles videntur prædonuli. *Scalig.* vuir legi *prædunculos*, ut a *latro latrunculus*.

PRÆDOR, aris, atus ſum, *dep. t. rubare, predare, ſaccheggiare, λῃζομαι, ἁρπάζω*, prædas ago, diripio, vi aufero. *Cic.* 4. *Phil. c.* 4. Spes rapiendi atque prædandi obcæcas animos eorum. *Nep. in Alcib. c.* 8. *extr.* & *Liv. l.* 4. *c.* 55. Vulgum Athenienſium in terram prædatum exiſſe, naveſque pene inanes reliſtas. *Liv. l.* 22. *c.* 3. Ab effuſa prædandi licentia hoſtem cohibere. *Cæſ. l.* 7. *B. Gall. c.* 46. *extr.* Vix ſe ex manibus prædantium militum eripoit. *Juſtin. l.* 23. *c.* 1. Ex agris fiartumorum prædari ſoliti. *Cic.* 4. *Verr. c.* 19. Ferpe hereditatem propinquis, da palæſtritis: prædare in bonis alienæ nomine civitatis. *tuba, quadagna.* & *Verr.* 5. *c.* 78. Tuoe apparitor de uraiorum bonie prædabitur. *& 3. Offic. c.* 17. *ad fin.* Hoc fecundum naturam eſt, nemineia id agere, ut ex alterius prædetur infirmitia. ¶ Cum accuſativo *Tacit. Ann.* 12. *c.* 49. Dum ſocios magis, quam hoſtes prædatur. *Suetra. in Domit. c.* 12. Nihil penſi habuit, qua prædaretur omni modo bona vivorum & mortuorum. *Val. Flacc. l.* 5. *v.* 647. virgineæ prædet ſi Cecropie arces. *Lucian. l.* 5. *c.* 9. *ctr. aird.* Prædari inania. *conſegnare*. ¶ de venatu, piſcatu, aucupio. *Ovid. 3. de ar. am. v.* 419. Ad multas lupa tendit oves, prædetur ut unam. *Plin. l.* 10. *c.* 71. Alia deotibus prædantur, alia unguibus. *Propert. l.* 4. *el.* 2. *v.* 37. piſces calamo prædabur. ¶ Translate *Ovid. 3. Amor. el.* 8. *v.* 57. Omnia poſſideant: illic Campuſque, Forumque Serviat: hi pacem crudaque bella gerant, Tantum ne noſtros avide prædentur amores. *Senec. in Oedip. v.* 557. Flamma prædatur dapes. *h. e.* papulatur, abſumit. *Horat. l. a. ep.* 2. *v.* 55. Singula de nobis anni prædantur euntes: Eripuere jocos, venerem, coavivia, ludum: Tendunt extorquere poemata. ¶ Etiam *prædo, as*, ab antiquis dictum eſt, *Priſciano* teſte *l.* 8. *pag.* 799. *Putſch. Plaut. Rud.* 4. 7. 16. Mihi iſtæc videtur præda prædatium ire.

PRÆDOTIUNT, præoptant. *Paul. ex Feſto.* Alii leg. *prædopiunt* ab obſoleto *opio*, unde *opte*: alii *præoptiunt* ab *optino*, itidem obſoleto, quod ab *opto*.

PRÆDUCO, is, xi, ctum, *tirare, fare, a mettere innanzi* a *qualche coſa, προάγω*, ante duco, aut facio, præſtruo, prætexo. *Cæſ. l.* 7. *B. Gall. c.* 69. Foſſam & muceriam ſex in altitudinem pedum prædaxerant. *& lib.* 2. *B. Civ. c.* 27. Vicos plateaſque inædificat, foſſas tranſverſas viæ præducit. *Tibull. l.* 4. *carm.* 1. *v.* 83. fatam caſtris præducere foſſam. *Sil. l.* 10. *v.* 411. foſſas præducere muros. *Plin.*

Plin. l. 33. c. 4. Lineas itineri præducere. *h. e.* ductis lineis iter præfigeare. *Stat. l. 5. silv. 3. v. 62.* Quis sterili mea corda situ, quis Apellius verso Frigida damnatæ præduxit nubila menti? Al. leg. *produxit*. Quæ lectionis varietas *est* etiam in illo *Lucani l. 6. v. 465.* nunc omnia complent Imbribus, & calido præducunt nubila Phœbo.

PRÆDUCTORIUS, a, um, ad præducendum pertinens. *Cato R. R. c. 135.* Lora præductoria.

PRÆDUCTUS, a, um, ante *aliquam* rem ductus. *Senec. l. 2. de Ira, c. 8. ad fin.* Præductam obsessis parentibus fossam. *Auson. in defrripe. orb. v. 625.* locus undique septus Aggere præducto. *Virat Poeta in catalect. Priami, l. 4. pag. m. 529.* Hesperiæ pulcras strophio præducta papillas. *h. e.* strophium habens papillis præductum. Al. leg. *producta*, sed male.

PRÆDULCIS, ce, *offri dolce*, γλυκυλλυκύς, valde dulcis. *Lucret. l. 4. v. 636.* Hoc tamen esse aliis possit prædulce videri. *Al. leg.* perdulce. *Plin. l. 12. c. 5. exer.* Prædulcis sapor. *& lib. 15. c. 18.* ficus. *& lib. 23. c. 4. a med.* Mel prædulce. *Id. l. 14. c. 6.* Prædulcia vine. *Id. lib. 24. cap. 2.* Prædulcium fastidium sal temperat. ¶ Translate *Id. l. 11. c. 17.* Prædulcis eloqui suavitas. *Virg. Æn. 11. v. 155.* Prædulce decus. *Val. Flacc. l. 4. v. 61.* nomen. *Claudian. l. 2. in I. Consul. Stilich. v. 132.* Luxuriæ prædulce malum. *Nemesian. Ecl. 2. v. 62.* Prædulcis tibia. ¶ *Prædulce* adverbii more. *Stat. l. 5. silv. 3. v. 82.* Tyrrhenæ volucres (h. e. *Sirenes*) nautis prædulce minantur.

PRÆDURÂTUS, a, um, ante, aut valde duratus. *Plin. l. 23. c. 7. ad fin.* Succum pomi, myrrha adjecta, præduratum ad solem torrebant.

PRÆDÜRO, as, avi, atum, *a. t. indurare*, valde duro, induro. *Prudent. περὶ στεφ. 2. de S. Vincent. v. 177.* Si tanta callum pectoris Præurat obstinatio. Adde *Apic. l. 6. c. 9. a med. l. 7. c. 4. & 8.* &c. Nam quod adduot *Colum. l. 3. c. 11. extr.* rectius ibi aliter lez.

PRÆDÜRUS, a, um, *affas duro*, ὑπέρλιθος, valde durus. *Plin. l. 18. c. 12.* Faba prædura, & quæ percoqui non potest. *Id. l. 26. c. 8.* Præduræ radices. *Id. l. 9. c. 29.* Prædurum caput. *Tacit. l. 1. Hist. c. 79.* corium. *Martial. l. 13. epigr. 66.* Prædurus dens. ¶ Translate *Virg. 10. Æn. v. 748.* homo prædurus viribus. *h. e.* prævalidus. Sic *l. 2. Georg. v. 531.* Corporaque agresti nudant prædura palæstra. *Quintil. declam. 3. c. 3.* Prædura priscis moribus mater. *Val. Flacc. l. 1. v. 235.* Prædurus labor. *h. e.* perdifficilis. *Colum. c. 2. l. 6.* Neque ante tertium, neque post quintum annum juvencos domari placet: quoniam illa ætas adhuc tenera est, hæc jam prædura. *Quintil. l. 6. c. 4. circa med.* Prædori arte esse. *h. e.* valde impudentis, improbi. *Id. l. 1. c. 6. (al. 10.)* Prædura verba.

PRÆMINENS, & Præminens, *prominente*, eminens. *Ulpian. Dig. lib. 21. tit. 1. leg. 12.* Præminentes oculi. Ita *Halocand.* sed *Torrentin.* habet *eminentes*. *Pendent. Cathemer. 11. sub fin.* Infignis ipse & præminens.

PRÆEMINENTIA, æ, f. *prominenza*, excellentia, præstantie. *Claud. Mamert. in epist. prafix l. 1. de statu anim.* Ad cognitionem & usum naturæ ipsa præeunte deducimur. *Virg. 5. Æn. v. 186.* Nec tota tamen ille prior præeunte carina. *Ovid. 1. Fast. v. 81.* Jamque novi præeunt fasces, nova purpura fulget. *Stat. l. 6. Theb. v. 519.* cum vacuus domino præiret Arion. *Vare. l. 4. de L. L. c. 14.* Prætor dictus, qui præiret jure, & exercitu. *Tacit. 6. Ann. c. 21.* Is corpore valido per avia ac derupta præibat eum, cujus artem, &c. *& lib. 15. c. 4.* Acto raptim agmine, ut famam sui præiret. ¶ *Præire verba*, & *verbis*, & *præire* absolute, & certam verborum formulam alicui dictare, quam is totidem verbis referet. Mos enim erat, ut in exsecrationibus, & devotionibus, in fœderibus, in dedicationibus, in votis, juramentis & aliis hujusmodi, certa verba adhiberentur (quod *carmen* dicebatur) a quibus ne minimum quidem licebat discedere. Itaque ut quo in verbo peccaretur, præfix erat pontifex, aut sacerdos, qui vel moniter, vel de scripto dictabat, quæ dicenda erant. *Liv. l. 8. c. 9.* Agedum pontifex publicus populi R. præi verba, quibus me pro legionibus devovesm. *Id. l. 31. c. 27. a med.* Et se facinus perpetraturos, præeuntibus exsecrabile carmen sacerdotibus, jurejurando adacti. *Val. Max. l. 4. r. 1. n. 10.* Cum Africanum censor lustrum conderet, inque solito fieri sacrificio Scriba ex publicis tabulis solemne ei precationis carmen præiret. *Suet. in Claud. c. 22.* Præire obsecrationem. *Tacit. l. 1. Histor. c. 36. & lib. 2. cap. 74.* sacramentum. *Liv. l. 9. c. ult.* Ædem Concordiæ dedicavit: coactusque pontifex max. verba præire. *Plaut. Rud. 5. 2. 47. Gri.* Per Venerem hanc jurandum est tibi. *La.* quid jurem? *Gri.* quod jubebo. *La.* præi verbis, quid via. *Plin. l. 22. ep. 6.* Præivimus & commilitonibus jusjurandum more solemni præstantibus. *Cic. pro Dom. c. 52.* Adea, Luculle, Servili, dum dedico domum Ciceronis, ut mihi præeatis, possemque tenastis. *Plin. l. 28. c. 2.* Et ne quid verborum præteretur, aut præpostorum dicatur, de scripto præire. ¶ Hinc illa translata. *Cic. pro Mil. c. 2.* Qui hesterna etiam concione incitati sunt, ut vobis voce præirent, quid judicaretis. *Liv. l. 43. c. 13. in fin.* Omnia, uti decemviri præierunt, facta. *Gell. l. 14. c. 2. circa med.* Sed si de omni quoque officio judicis præire me tibi via, nequaquam est vel loci hujus, vel temporis. *Id. l. 1. c. 11. a med.* Tibiæ illius concionatoriæ in mentem venit, quam C. Graccho cum populo agenti præisse ac præmonstrasse modulos ferunt. *Quintil. l. 2. c. 5.* Non videntur tempora sufficturæ, si legentibus singulis præire semper ipsi velint. *h. e.* prælegere. ¶ Quando post *pro* sequitur *o*, aliquando in scriptis Lapidib. *o* omitti solet, *promore, præsse*. Ita in utroque *Cenotaphio Pisano*, & apud *Fabrett. c. 6. pag. 442.* bis, & in *Antiquitatib. Brunwic. claff. 1. n. 9. & 20.* & apud *Gruter. pag. 506. lin. 31.*

PRÆEXERCITAMENTUM, i, n. *Præfectum. de Rhetor. pag. 2329. Pasch.* præexercitamenta vertit *οἱ προγυμνάσματα*, h. e. præludia.

PRÆFACILIS, le, valde facilis. *Plaut. Epid. 5. 2. 21.* De præfacili exores. Ita in quibusd. MSS. apud *Taubman.* Alii *facile exores.*

PRÆFACTUS, V. *Præfectus* in fin.

PRÆFAMEN, inis, n. *proemio, prefazione*, præfatio, proœmium. *Symmach. l. 2. ep. 34.* Nem recordarie, hoc te præfamioe epistolam taxuisse.

PRÆFAMINO. } V. vocem sequent.
PRÆFANDUS. }

PRÆFARIS, atur, atum sum, dep. *t. parlare innanzi, premettere parlando*, προλέγω, προσαμίζω, ante fari, prædicere, præloqui. *Cic. l. 1. de Divin. c. 45.* Majores nostri omnibus rebus agendis, Quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset, præfabantur. *Virg. 12. Æn. v. 301.* Præfatus divos solio rex infit ab alto. *Cic. de Univ. c. 10. extr.* Quæ de deorum natura præfati sumus, habeant hunc terminum. *Colum. in fi. proœm. l. 1.* Quas ordine suo tunc demum persequar, cum præfatus fuero, quæ reor ad universam disciplinam maxime pertinere. *Apul. l. 11. Metam.* Tacitus hæreham, quid potissimum præfarer primarium. *Gell. l. 9. c. 15.* Introit adolescens, & præfatur arrogantius & elatius, quam ejus decebat: ac deinde jubet eapoui controversias. *fa una prefazione*. V. *Præfatio. Auson. Edyll. 4. v. 54.* Et melicos lyricosque modos præfando novabat. *h. e.* prælegendo. *Justin. l. 11. c. 5.* Patrimonium omne suum, quod in Macedonia habebat, amicis dividit, sibi Asiam sufficere præfatus. *decendo che*, &c. ¶ *Præfari aliquem* ejus nomen, auctoritatemque præmittere. *Plin. l. 8. c. 16.* Aristoteles diversa tradit, vir, quem in iis magna secuturus ex parte, præfandum reor. ¶ *rarmen*, præire. *Liv. l. 5. c. 41.* Sunt, qui M. Fabin pontifice max. præfante carmen, devovisse eos fo pex patria, tradant. V. *Præco.* ¶ *honorem* dicimur, cum turpe quid dicturi, *aliquot verbis* præmissis (v. gr. *bonos auribus sis*) mollimus, quod alioqui pudice aures averssarentur. *Cic. Fam. 9. ep. 26. a med.* Si dicimus, ille patrem strangulavit, hominem non præfamur: sin de Aurelia aliquid, aut Lollia, honos præfandus est. *Plin. l. 7. c. 51.* Præfandi humorie e corpore effluvium. ¶ *veniam*, petere antequam loqui incipias. *Apul. rustic Florid.* Mihi ingresso sanctissimam civitatem præfanda venia, & habenda oratio, & iobibenda properatio est. *Id. rustic l. 1. Metam.* Ecce præfamur veniam, si quid rudis locutor offendero. ¶ Pro prædicere, vaticinari, *predire. Cornil. carm. 63. de usque. Pel. v. 382.* Talia præfantes quondam, felicia Pelei Carmina divino cecinerunt omine Parcæ. ¶ *Præfamine* imperativi vox est, pro *præfatur. Cato R. R. c. 141.* Janum Jovemque vino præfamino. *h. e.* vinum affatum Janum Jovemque prius invocato. V. *Antistor.* ¶ *Præfato* pro *præfatus. Id. ibid. c. 134.* Thure, vino Jano, Jovi, Junoni præfato.

PRÆFATIO, onis, f. *introduzione*, id quod ante aliquam rem præloquimur. *Cic. 5. Verr. c. 80. a med.* Annuln est aureo scriba donatus, & ad eam donationem concio est advocata, &c. Qua porro præfatio tua donationis fuit? Illa scilicet verus atque imperatoria? Quando tu quidem in prœlio, &c. *Liv. l. 45. c. 5.* Omnis præfatio sacrorum, eos quibus eos fiat puræ manus, sacris arcet. *Plin. l. 7. c. 26. de Pompeio.* Triumphi vero præfatio hæc fuit: Cum oram maritimam a prædonibus liberasset, &c. *Id. initio præfat. hist. nat.* Libme naturalis historiæ narrare consilium tibi, jucundissime Imperator. fit enim hæc tui præfatio verissima. *h. e.* appellatio. *Id. ibid. ante med.* Vocabula rustica, aut externa, immo barbare etiam cum honoris præfatione ponenda. (V. *Præfarie.*) *Sueton. in Domit. c. 11.* Nunquam tristiorem sententiam sine præfatione clementiæ pronuntiavit. *Val. Max. l. 2. c. 8. n. 8.* C. Cassius nunquam fiat præfatione publici parricidii nominandus. ¶ Item brevior sermo, aut omitia, quæ ante opus præmittitur, consilium scriptoris, & summam operis brevitas exponens: item in declamationibus, controversiis, & causis quidquid præmittitur, & ad *ipsam* causam non pertinet, *prefazione, preambolo, προοίμιον*: quare differt ab exordio, quod causæ pars est. *Plin. l. 1. ep. 23.* Subinde sibi nuntiari jubeot, an jam recitator intreverit, an dixerit præfationem, an ex magna parte evolverit librum. *Id. l. 4. ep. 11. ad fin.* Clementia Nervæ translatus est in Siciliam, ubi nunc profitetur, seque de fortuna præfationibus vindicat. *Quintil. l. 1. c. 1. a med.* Itaque Cicero, quamquam eret in Cottam gravissime dicturus, neque aliter agi P. Oppii causa poterat, longa tamen præfatione excusavit officii sui necessitatem. *Id. l. 8. c. 3.* Memini inter Pomponium & Senecam etiam præfationibus esse tractatum, an *gradus eloquentiæ* apud Accium in Tragœdia dici oportuisset. *Martial. l. 3. epigram. 18.* Perfricite tuas quæsta est præfatio fauces. Cum te excusarie, Maxime, quid recitas? Adde *Plin. l. 2. epist. 3. & lib. 4. epist. 14.* ¶ Mos erat declamaturis, ut in præfatione fingerent, in declamatione fungerent.

gerent. V. *Præcutio*. ¶ Videtur etiam sumi pro exordio. *Cassius Dig. lib. 2. tit. 2. leg. 1.* Si in jure causas dicentibus nefas videtur esse, nulla præfatione facta, judici eam exponere.

PRÆFATIUNCULA, æ, f. *prooemiolum*, brevis præfatio. *Hieronym. epist. 128. ad Fabiol. de vest. sacerd.* Et de observatione Pontificis præfatiunculam struerem.

PRÆFATUS, a, um, particip. a *Præfari*. V. ¶ Passive est antedictus, prædictus, supra dictus, *antedictus, supradictus, prædictus*. *Paul. Dig. lib. 10. tit. 3. leg. 19.* Ut præfata jure aut mensura, aut temporibus dividantur. *Martian. lib. 20. tit. 4. leg. 12.* Condemnatus ex præfatis causis. *Auson. in præfationem. 2. in fin.* Sic etiam nostri præfatus habebere libet. *b. e.* dictus, nominatus inisin libri nostri. *Quintil. l. 8. c. 3. a med.* In præfata videmur incidere. Al. leg. *profanda*, h. a. obscena, & quæ sine præfatione honoris & veniæ dicenda non sint. Sic *Arnob. l. 5. pag. 176.* Partes istæ, quas inter aures cassas sine venia nefas est, ac sine honoribus appellare præfatis. *Vopisc. in Aurelian. c. 5.* Vtt illustris, ac præfata reverentia nominandus. *b. e.* præmissa reverentiæ commemoratione. ¶ Alio sensu *Senec. l. 5. de benefic. c. 17. a med.* Hoc ingrati sit, non esse contentum præfato tempore. *b. e.* satis præstituto. Al. leg. *præcipiti*, alii rectius *profuso*. ¶ *Præfatum* absolute, præfatio. *Symmach. l. 6. ep. 3.* Præfato opus est, si aedua pestilentiae: pinnis ac facilibus admovisi ambitum non oportet.

PRÆFATUS, us, m. In sexto casu singulari *Symmach. l. 10. ep. 22. (al. 29.) circa med.* Ubi compotit meo præfatu, affore dona, &c. *b. e.* mea prædictione.

PRÆFECTIANUS, a, um, ad Præfectum pertinens. *Ammian. l. 17. c. 3. (al. 5.) sub fin.* Ut nec Præfectianus, nec Præfidialis apparitor ad solvendum quemquam urgeret. Adde *Inscr. Valentin. & Valent. lib. 12. Cod. tit. 53. leg. 2.*

PRÆFECTIO, onis, f. actus præficiendi. Legitur apud *Martian. Capell. l. 7. pag. 239.* ubi al. *perfectio*.

PRÆFECTORIUS, a, um, ad præfectum pertinens. *Vir præfectorius*, qui præfectura functus est, ut *consularis*, qui consulatu. *Ulpian. Dig. lib. 1. tit. 9. leg. 1.* Vir præfectorius an similis consulari præsentur, videndum. *Sidon. l. 1. ep. ult. ad fin.* Mihi consul ad pectus, præfectorii ad manus cadere.

PRÆFECTURA, æ, f. *Præfectura, superintendenza, governo, ἐπαρχία, ufficiatura*, dignitas, & officium Præfecti. *Varr. l. 1. R. R. c. 17. ad fin.* Præfectura villæ. *Cic. Attic. l. 6. ep. 1. ante med.* Meminisli, nos sic agere, ut quot vellet, præfecturas sumeret, dum na negotiatori. itaque duas ei præterea dedimus. *Nep. in Attic. c. 6.* Multorum consulum, prætorumque præfecturas delatas sic accepit, ut neminem in provincia sit secutus, honore fuerit contentus. *Sueton. in Aug. c. 38.* Liberis senatorum militiam auspicantibus non tribunatum modo legionum, sed & præfecturas alarum dedit. *Id. in Cæs. c. 76.* Præfectura morum. *b. e.* censura. *Hirt. l. 8. B. Gall. c. 12.* Suscipem præfecturam equitum Gallorum. *Aurel. Vict. de Cæsarib. c. 9. sub fin.* Filium Titum victorem præfectura prætorio extulerat. *Plin. l. 7. c. 14.* Valusio in Urbis præfectura extincto. *Ulpian. Dig. lib. 1. tit. 12. leg. 1.* Omnia omnino crimina præfectura urbi sibi vindicavit. Al. leg. *urbis*. ¶ Translate *Plin. l. 18. c. 5. extr.* Lucullus hanc de se præfecturam servo deferat. *b. e.* hoc negotium, hanc provinciam, ut ciborum mensuram conanti sibi præstituere. *Plaut. Cas. a. 2. v. 11.* Quin suci es in præfectura tua? *b. e.* in villicatione. Adde *Capr. 4. 3. 7.* ubi de cura ciborum, & culina dicitur. ¶ Sumitur etiam pro administratione alicujus urbis, aut provinciæ: item pro ipsa urbe, aut provincia, cui præfectus præest: Persæ Satrapiam vocant, Ægyptii Nomon, Græci ἐπαρχίαν, προστασίαν, &c. *Plin. l. 5. c. 9.* Ægyptus dividitur in præfecturas oppidorum, quas Nomos vocant. ¶ Apud Romanos præfecturæ erant urbes Italiæ cum suis agris, quarum populi cum iniqui ingratique erga populum R. fuissent, propriis legibus ac magistratibus spoliati, magistratuum Romanorum arbitrio parebant, qui in eas urbes quotannis Roma mittebantur. Exemplum habes de Capua apud *Liv. l. 26. c. 16.* Habitari tantum, tanquam urbem, Capuam, frequentarique placuit: corpus nullum civitatis, nec senatus, nec plebis consilium, nec magistratus esse: sine consilio publico, sine imperio multitudinem, nullius rei inter se sociam, ad consensum inhabilem fore: præfectum ad jura reddenda ab Roma quotannis missuros. Hæc *Liv.* Itaque quemadmodum provinciæ, ita & præfecturæ, non perpetuis legibus, quæ a populo R. datæ essent, sed arbitrariis edictis, quæ ipsi Præfecti promulgabant, administrabantur: exantique infima conditione post municipia, & colonias. *Festus*: Præfecturæ ex appellabantur in Italia, in quibus & jus dicebatur, & nundinæ agebantur, & erat quædam earum respublica: neque tamen magistratus suos habebant: in quas legibus præfecti mittebantur quotannis, qui jus dicerent. Quarum genera fuerunt duo: alterum, in quas solebant ire præfecti quatuor ex XVI virís, qui (Al. leg. *ire præfectis, qui auctore XXVI earum numero, populis*, &c.) populi suffragio creati erant, in hæc oppida Capuam, Cumas, Casilinum, Vulturnum, Litarnum, Putenlos, Acerras, Suessulam, Atellas, Calatiam: alterum, in quas ibant, quos Prætor urbanus quotannis in quæque loca miserat legibus, ut Fundos, Formias, Cære, Venafrum, Allifas, Privernum, Anagniam, Frusinonem, Reate, Saturniam, Nursiam, Arpinum, aliaque complura. Hæc *Festus*. Aliquando tamen idem oppidum & præfectura, & municipium fuit, ut Cumæ, Arpinum: aliquando & præfectura, & colonia, ut Venafrum, Capua, Casilinum: aliquando & præfectura, & colonia, & municipium, ut Atella, Anagnia, Fundi. Erat enim præfectura, quatenus a præfecto repebatur: municipium, quatenus jure civitatis Romanæ, ex peculiari aliqua concessione, cum, vel sine suffragii gaudebat: colonia, quatenus in eam pars aliqua civium Romanorum transferebatur. *Cic. pro Sest. c. 14.* Nullum erat Italiæ municipium, nulla colonia, nulla præfectura, &c. *Vellej. l. 2. c. 44.* Bello Punico ab Romanis Capua in formam præfecturæ redacta. ¶ In re Agraria quid sit præfectura, docent *Siculus Flacc. de condit. Agror. pag. 21. Goes. Frontin. de limitib. ibid. pag. 43.* & *Aggen. in cand. Frontin. pag. 56.* V. Pertica *in fi.*

PRÆFECTUS, a, um, *prepostо, deputato, fatto presidente*, præpositus. *Ovid. Heroid. ep. 12. v. 87.* Coacta sit Juno sacris præfecta maritis. ¶ Absolute *sopraintendente, presidente, governo, ἔπαρχος, προστάτης, ἐπιτηρητὴς*, qui alicui rei, vel negotio præficitur, præpositus, præses. *Nep. in Eumen. c. 11.* Cum eum in custodiam dedisset, & præfectus custodum quæsisset, &c. *Plaut. Bacch. 3. 3. 22.* Anta solem uientem nisi in palæstram venetas, Gymnasii præfecto haud mediocres pœnas pendetes. *Varr. l. 1. R. R. c. 17. ad fin.* Præfectus villæ. *Cic. pro Cluent. c. 45. de censore.* Tu es præfectus moribus, magister veteris disciplinæ. *Nep. in Annib. c. 3.* Ut a præfecto morum Annibar cum eo vetaretur esse. *Cic. in Pison. c. 6.* His (*Græculis philosophis*) utitur quasi præfectis libidinum suarum. ¶ In militia externa *præfectus* alt, quem nos *generale*, aut *luogotenente generale* dicimus. *Nep. in Alcib. c. 5.* Ad Tissaphernem præfectum regis Darii se contulit. *Id. in Artaxt. c. 2.* Tissaphernes, qui summum imperium inter præfectos habebat regios. Adde *Flor. l. 3. c. 5. & 12.* ¶ Præfectus equitum est, qui apud nos *generale della cavalleria*. *Hirt. l. 8. B. Gall. c. 12.* Amilio Vertisco, principe civitatis, præfecto equitum. ¶ In Romano, qui præest singulis alis in equitatu, aut cohortibus in peditatu sociorum adjuncto legionibus, *colonello, capitano*: eestque fere in auxiliis, quod in legionibus tribunus. *Cæs. l. 3. B. Gall. c. 7.* Præfectos, tribunosque militum complures in finitimas civitates, frumenti petendi causa dimisit. *& lib. 5. c. 39.* Timos primum ortus est a tribunis militum ac præfectis. *Sallust. in Jug. c. 50.* In utrumque latus equites auxiliaris tribunis legionum, & præfectis cohortium dispertiverat. Cic. *Fam. 3. ep. 8. a med.* Si aut legatorum suorum cuipiam, aut præfectorum, aut tribunorum militum mala dicitur. ¶ Hujusmodi præfecti creabantur ab imperatore ipsi Romano, a consule, a prætore, aut proprætore in exercitu, in provinciis. *Cic. ad Cæs. imperat. 7. Fam. ep. 5. ad fin.* Huic ego neque præfecturam, neque ullius beneficii certum nomen peto: benevolentiam tuam, & liberalitatem peto. ¶ Quod vero *Tacit. l. 1. Histor. c. 84. præfectum legionis* dixit, *præfectum* pro tribuno posuit. ¶ Fuerunt alii præfecti, qui in exercitu, & provinciis a R. magistratibus creabantur, ut castrorum, fabrum, evocatorum, de quibus infra. *Nep. in Attic. c. 6.* Multorum consulum, prætorumque præfecturas delatas sic accepit, ut neminem in provincia sit secutus: honore fuerit contentus, rei familiaris despexerit fructum. ¶ *Præfectus classis*, qui classi præst, *ammiraglio*. Ita dicebatur temporibus reipublicæ, qui sub auspiciis consulis, tertia bellum gerentis, classi præerat. *Liv. l. 26. c. 48.* C. Lælius præfectus classis. Adde *Flor. l. 3. c. 7. & Liv. l. 36. c. 20. & 42.* Sic apud *Cicer. Verr. 7. c. 34.* Cleomenes sub Prætore Siciliæ Verre; *duo præfectusque classis* dicitur. Sub Imperatoribus vero talis erat, qui classem regendam ab his accipiebat: videturque ortum habuisse ab Augusto, qui cum duas classes Ravennatium, & Misenatium, ad tutelam superi inferique maris, constituisset, ut ait apud *Suetom. c. 49.* his præpositi *præfecti* appellati sunt, ut videre est apud *Tacit. 3. Histor. c. 12. & Veget. l. 4. de re milit. c. 31.* ¶ *Præfecti novium* apud *Liv. l. 36. c. 44. & Flor. l. 2. c. 5.* sunt *capitani di nave*. ¶ *Præfectus castrorum, & castris* fuit in singulis legionibus, quem nos dicere possumus *maestro della di campo*: cujus erat munus castrorum positio, valli & fossæ attimstio, impedimentorum atque agmentantium militum cura, itemque vehiculorum, fecrameotorum, ligni, straminis, machinarum militarium, & hujusmodi, ut *Veget. l. 2. de re milit. c. 10.* præscribet. *Tacit. 14. Annal. c. 37.* Peenim Postumus præfectus castrorum secundæ legionis. *& lib. 1. c. 20.* Rufus diu manipularis, dein centurio, mox castris præfectus. Adde *Vellej. l. 2. c. 119.* ¶ *Præfectus fabrum, ἔπαρχος τῶν τεκτόνων*, qui præerat artificibus in usum militarem machinis, tormentaque, &c. facientibus, *capo degli artieri*. *Nep. in Attic. c. 12. Cæs. ad Oppium post epist. 8. l. 9. ad Attic. Plin. l. 36. c. 6 & Vellej. l. 2. c. 76.* ¶ *Præfectus remigum* in classe, *capo della ciurma*, capiensis de' *condannati*, *Tacit. 13. Ann. c. 30.* ¶ *Evocatorum*, qui militibus evocatis præerat, *capitano*, V. *Evocatus*. ¶ *Præfectus prætorii*, & *prætorii*, qui militibus iis præerat: quos Imperatores ad sui corporis custodiam adfeiverant, & Romæ plerumque degebat: *capitano della guardia, ἔπαρχος τοῦ πραιτωρίου*. Institutus fuit ab Augusto, & primo modica initia habuit: mox paulatim ad eam dignitatem ac potentiam crevit, non solum in re militari, sed etiam in administratione rerum civilium plurimarum, ut non multum absuerit a principatu: siquidem ipsi Imperator eius fidei se committebat: *Sueton. de Tito, c. 6.* Præfecturam quoque prætorii suscepit, nunquam ad id tempus, nisi ab equite R. administratam. *Aurel. Acad. l. 1. Dig. tit. 11.* qui est *de Officio Præfecti Prætorio*. Ad vicem magistri equitum præfectus prætorio antiquitus esse institutus, a quibusdam scriptoribus traditum est. *& mox.* In tantum meruit augeri, ut appellari a præfectis prætorio non possit. *Tacit. 1. Ann. c. 24. & 2. Histor. c. 13. & 19.* Prætorii præfectus Ælius Sejanus. ¶ Posteriobius temporibus quatuor fuere Præfecti prætorio, vice Imperatoris partem Imperii administrantes: quorum primus *Præfectus Prætorio per Orientem*, alter *per Illyricum*, tertius *per Italiam*, postremus *per Gallias* dicebatur. Quintum addidit Justinianus *per Africam*. V. *Novit. digniu. Imper.* & qui de his scripsere. ¶ *Præfectus vigilum, & vigilibus* institutus est ab Augusto, qui septem cohortibus opportunis locis per

Urbem

Urbem conſtitutis; arcendorum incendiorum gratia ſpectabilem iis virum præpoſuit, qui eo nomine ſit appellatus. Is cognoſcebat de incendiariis, effractoribus, furibus, raptoribus, & receptoribus. Per totam noctem vigilare debebat, & coercere cum flamis & dolabris, & inquilinos admonere, ne per negligentiam incendii caſus oriretur. *Paul. Dig. lib.* 1. *tit.* 15. *leg* 3. *Julian. lib.* 47. *tit.* 2. *leg.* 58. & *Sueton. in Aug. c.* 30. ¶ Etiam in adminiſtratione civili reipublicæ multiplex eſt præfectí nomen, & vis. *Præfectus urbis & urbi* fuit magiſtratus Romæ, qui urbanis negotiis præerat, *gouverneur*. A principio creabatur, quotiſcumque regem abeſſe oporteret: reipublicæ tempore, quotiès conſules, aliique magiſtratus in monte Albano Feriis Latinis operem dorent. At ſub Imperatoribus cœpit eſſe ſtabilis, ac perpetuus, ex inſtitutione Auguſti, teſte *Sueton. c.* 37. moltoque reipublicæ partes ejus procurationi tributæ ſunt: de quibus V. *Ulpian. Dig. lib.* 1. *tit.* 12. V. etiam *Tacit. l.* 6. *Ann. c.* 10. & 11. ubi ejus originem ab imperii uſque initiis perſequitur. *Varr.* apud *Gell. l.* 14. *c.* 7. ponit, qui fuerint, per quos more majorum ſenatus haberi ſoleret, ſoſque nominat, dictatorem, conſulem, prætores, tribunos plebi, interregem, præfectum urbi. *Plin. l.* 11. *c.* 38. Vulſinis Saturninus Urbis præfectus nonageſimum exceſſit annum. ¶ *Præfectus ærarii*, & *ærario*, qui una cum aliis ærarii curam habet, *préſidente alla Zecca*, *tréſorier*. Olim ærario præfuere Quæſtores, deinde Ædiles, poſtea Prætores: iidem rurſus Quæſtores, demum Præfecti. V. *Tacit. Ann.* 13. *c.* 29. & *Lipſ. excurſ.* B. *ad eum libr. Plin. in Paneg. c.* 92. Nubis præfectis ærario conſulatum, antequare ſucceſſorem, dediſſi. *Id. l.* 3. *ep.* 4. Accepto, ut Præfectus ærarii, commeatu. Adde *Gell. l.* 13. *c.* 24. *ſub fin.* & *Capitolin. in Gord. c.* 4. ¶ *Præfectus annonæ*, magiſtratus extraordinarius, qui a *Tacito* 11. *Ann. c.* 31. rei ſeverſantariæ præfectus dicitur, in annonæ difficultate creabatur, *préſidente alla graſcia*, *ſoprantendente alle vivere*, *preſetto dell' annona*. Poſt Tiberium cœpit eſſe ordinarius, habebatque facultatem exercendi juris in negotiatores rerum ad victum pertinentium, ſub Præfecto Urbi. *Liv. l.* 4. *c.* 12. *Tacit.* 2. *Ann. c.* 7. ¶ *Præfectus Ægypti*, magiſtratus Ægypto, in provinciæ formare redactæ, ab Auguſto impoſitus (unde & *Auguſtalis* dictus 18) ad ſimilitudinem proconſulis, *gouverneur*. *Sueton. in Aug. c.* 18. & 66. & *in Veſpaſ. c.* 6. & *Ulpian. Dig. lib.* 1. *tit.* 17. Similiter *præfectus Lydiæ*, *Iſauriæ*, &c. apud *Nepot. in Datam. c.* 2. *extr.* qui Perſarum regis nomine eas provincias adminiſtrabat. ¶ Denique *præfectus* nomen eſt generale cujuſcumque reagiſtratus proprio nomine carentis. *Sueton. in Caſ. c.* 79. Utroque anno binos conſules ſubſtituit ſibi in ternos noviſſimos menſes, ita ut medio tempore comitia nulla habuerit, præter tribunorum, & ædilium plebis, præfectoſque pro prætoribus conſtituerit, qui præſente ſe ſes urbanas adminiſtrarent. *Tacit. 4. Hiſtor. c.* 55. Julius Tutor, ripæ Rheni a Vitellio præfectus. *Plin. l.* 10. *c.* 48. *extr.* & *Grater. pag.* 287. *n.* 7. Egnatius Calvinus præfectus Alpium. ¶ Adjective, ante factus, *fatte innanzi*. Hoc ſenſu adhibetur a *Cæl. Aurelian. l.* 3. *Acut. cap.* 17. *ſub fin.* & *lib.* 2. *Tard. extr.* & *lib.* 5. *c.* 4. a *med.* &c. quib. loc. al. leg. *prælatus*.

PRÆFECUNDUS, a, um, valde fecundus. *Plin. l.* 16. *c.* 17. *ſub fin.* Omnia celerius ſeneſcunt præfecunda.

PRÆFERICULUM, li, n. vas æneum fine aſa, patene ſummum, ut pelvis, quo ad ſacrificia utebantur in ſacrario Opis Conſivæ. Ita *Feſtus*. Dictum autem videtur a *præferenda*, quod in eo res ſacræ præferrentur.

PRÆFERMENTO, as, a. 1. ante fermento. *Plin. l.* 18. *c.* 12. Cum fieret autem panis hordeaceus, ervi aut cicerculæ farina ai præfermentabatur. *Hordeum.* ex MSS. leg. *ipſe fermentabatur*.

PRÆFERO, fers, tuli, latum, a. anom. *portare innanzi a qualche coſa*, *a paleſemente*, *pubblicamente*, *moſtrare*, præ, ſeu ante, vel palam fero. *Cic. 6. Verr.* c. 34. Siniſtre manu retinebat arcum, dextra ardentem facem præferebat. *Caſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 71. Neque in litteris, neque in faſcibus inſignia laureæ prætulit. *Cic.* 7. *Verr. c.* 9. Quamobrem faſces prætoribus præferantur, car ſecures datæ. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 336. Et præfert cautas, ſubſequiturque manus. *ſtende braccolando*. ¶ ¶ In triumphi, & ſacrorum pompa præcipue locum habet. *Sueton. in Caſ. c.* 37. Pontico triumpho inter pompæ ſercula trium verborum prætulit titulum, Veni, Vidi, Vici. *Id. in Tite*, 2. 2. Quæ ſtatua Circenſi pompa hodieque præfertur. *Liv. l.* 3. *c.* 29. & *lib.* 31. *c.* 49. Duces ante currum hoſtium duces, ſigna militaria prælata. *Flor. l.* 2. *c.* 7. Populus R. Ionium mare ingreſſus, tota Græciæ litora veluti triumphante claſſe peragravit. Spolia quippe Siciliæ, Sardiniæ, Hiſpaniæ, præferebat. Sic *Plin.* de pompa funeris *lib.* 21. *c.* 3. Populus funus elocavit, quaque præferebatur, flores ſparſit. & de nuptiali *Senec. in Octav. v.* 24. Illa illa meis triſtis Erinnys Thalamis Stygios prætulit ignes. ¶ Translate eſt præ ſe ferre, oſtendere, indicare, *moſtrare*, *far apparire*. *Plaut. ad Caſſ. Cic. l.* 10. *Fam. ep.* 8. a *med.* Ut eum præferremus ſenſus aperte, tum etiam ſciri, quid defenſuri eſſemus, non eſſet periculoſum. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 31. Avaritiam præfers, qui ſocietatem coieris de municipiis cognatique fortunis cum alienſſireo. *Ovid. Heroid. ep.* 17. *v.* 36. Si modo, quem præfers, non ſimulatur amor. *Senec. in Oedip. v.* 509. Ipſa vultus flebiles præfert notas. *Plin. l.* 5. *c.* 16. Fons Callirrhoe, aquarum gloriam ipſo nomine præferens. *Id. l.* 21. *c.* 37. *fiſt.* 50. Aures in equis animi iudicia præferunt. *Juſtin. l.* 12. *c. ult.* Duæ aquilæ ſupra culmen domus ſederunt, omen duplicis imperii præferentes. ¶ Sæpe eſt anteponere, antaferre, præponere; *preporre*, *preferire*, *antiporre*. *Salluſt. in Catil. c.* 37. Urbanum otium ingrato labori prætulisſet. *Cic. de clar. Orat. c.* 26. *a med.* Cum illo Q. Scævolam ſibi minorem natu generum prætuliſſet. *Id. pro leg. Manil. in fi.* Stetui, vſſtram voluntatem meis omnibus commodis & rationibus præferri. *Id. 2. de Orat. c.* 84. *a med.* Non prætulit ſe aliis propter abundantiam fortunæ. *Caſ. l.* 5. *B. Gall. c.* 52. *extr.* Qui virtute belli omnibus gentibus præterebantur. *Plin. l.* 35. *c.* 11. *ante med.* Nemo comparetur, & aliquanto præferatur Athenion Maronites. *Horat. l.* 6 *ep.* 2. *v.* 183. Cur alter fratrum ceſſare, & ludere, & ungi Præferat Herodis palmetis pinguibus. *Celſum. l.* 1. *c.* 3. Ut multi prætulerint carere penatibus. ¶ *Præferre*, jactare, diſſeminare. *Caſ. l.* 1. *B. Civ. c.* 47. Sed hæc ejus dicti præfertur opinio, ut ſe utrique ſuperiores diſceſſiſſe exiſtimarent. ¶ *Præferre opem*, afferre. *Stat. 6. Theb. v.* 476. nec prætulit ullam Freter opem. ¶ *Præferre conſum*, prætexere. *Siſenn.* apud *Non. c.* 1. *n.* 286. C. Titinnius quidam, cui minus properitas mratis ab natura tradita videretur, primo ante telludinem conſilit, deinde apud eunſulem cauſam atque accuſationem præferre cœpit. ¶ *Præferre diem*, præcipere, antevertere, *anticipare*. *Liv. l.* 39. *c.* 5. *a med.* Triumphare medio Januario ſtatuerat, ſed cure, &c. prætulit triumphi diem. Al. leg. *ecculit*. Nam *feſtus*: Referri diem prodictam, id eſt anteferri. *Prætor* apud *Ulpian. Dig. lib.* 2. *tit.* 13. *leg.* 1. Editiones ſiae die & conſule fieri debent, ne quid excogitetur, aut prælato die fiat. *Modeſtin. lib.* 48. *tit.* 10. *leg.* 28. Si a debitore prælato die pignoris obligatio mentiatur, falſi criminis locus eſt. Al. utroque loco leg. *prolato*, quod corruptum aſſe cenſet *Cujac. lib.* 3. *Obſervat. c.* 7.

PRÆFEROX, ocis, valde ferox. *Liv. l.* 5. *c.* 36. Mitis legatio, ni præferoces legatos, Gallicque magis, quam Romanis ſimiles, habuiſſet. *Suetan. in Caſ. c.* 35. Multiplici ſucceſſu præferocem.

PRÆFERRATUS, a, um, *cinto di ferro*, ferro vinctus. Ceto R. R. *c.* 10. Modium præferratum unum, ſemodium unum. *Plaut. Perſ. c.* 2. 22. Piuſculum annure fui præferratus apud reolis tribunus vapularis. ¶ *Præferratum pilum*, ferrum habens in ſummitate. *Plin. l.* 18. *c.* 10. *a med.* Etruria ſpicam farris tolli piſcos pilo præferrato, fiſtula ſerrata.

PRÆFERTILIS, le, valde fertilis. *Prudent. l.* 2. *adverſ. Symmach. v.* 1025. præfertile germen Luxoriat. *Aicim. Avit. l.* 5. *v.* 119. præfertilis ubere terra.

PRÆFERVIDUS, a, um, valda fervidus. *Colum. l.* 3. *c.* 1. Vitis omni pæne regione, niſi tamen glaciali, vel præfervida, curæ reortalium reſpondet. *Tacit. Ann.* 14. *c. penult.* Præfervidi balnei vapore enecatur. ¶ Translate Liv. *l.* 9. *c.* 18. Trux ac præfervida ira.

PRÆFESTINATIM, adverb. præfeſtinando. *Siſenn.* apud *Non. c.* 2. *n.* 708. Judices, quos vellent, inſtituerent præfeſtinatire, & cupide.

PRÆFESTINATUS, a, um, *accelerato*, valde feſtinatus. *Colum. l.* 11. *c.* 2. Quia neque præfeſtinatum opus utretur imreaurus videri poſſit, anta quindecim dies factum, nec rurſus poſt totidem nimium tarde. *Ovid. de nuce*, *v.* 97. Jam tamen invenias qui me jaculentur, & ictu Præfeſtinato munus inane petant.

PRÆFESTINO, as, avi, atum, a. 1. *affrettarſi aſſai*, valde feſtino, præpropere ago. *Plaut. Rud.* 1. 2. 31. Qui præfeſtinet, ubi herus aſſit, præloqui. *Liv. l.* 23. *c.* 14. *ad fin.* Concedendo plebi ſenatum, ubi velint, defecturos ſe, ne deficere præfeſtinarent, effeciſſe. *Tacit. l.* 5. *c. penult.* Thoronæum, Thermæaunqus ſinum præfeſtineas. *b. v.* navigando propere percurrens.

PRÆFICA, æ, f. *donne pagate per ledere e piangere un morte*, *lamentatrice*, *Spmizem*, mulier deſendis mortuis præpoſita: a *præficio*. *Feſtus*: Præficæ dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductæ, quæ daot ceteris modum plangendi, quaſi in hoc ipſum præfectæ. *Nonius ibid.* & apud *Varron. l.* 6. *de L. L. c.* 3. *ſub fin.* Hæc quidere mebercle, upinor, præfica eſt, quæ ſic mortuum collaudat. *Varr. ibid.* Præfica, ut Aurelius ſcribit, mulier ab luctu, quæ conduceretur, quæ ante domum mortui laudes ejus caneret. & *mox.* Quæ præficeretur ancillis, quemadmodum lamentareatur, præfica eſt dicta. (*Scalig. ibid.* ait eſſe ioventum Phrygum.) *Id.* apud *Non. c.* 1. *n.* 340. & *cap.* 2. *n.* 594. Ibi a mulisre, quæ optima voce aſſet, perquam laudari: deinde ozoiam cantari ſolitam, &c. Hæc reulier vocitata ulire præfica uſque ad Punicum bellum. *Lucil. ibid.* mercede quæ Conductæ flent alieno in funere præficæ. Multo & capillos ſcinduot, & clamant magis. *Plaut. in fragm. ibid.* Supraba omnes argutando præficas. *Id. Trucul.* 2. *c.* 14. Sine virtute argutum eivem mihi habeam pro præfica, Quæ alius collaudare abſentes, ſe ſe vero non poteſt. ¶ Adjectivæ *Gell. l.* 18. *c.* 6. Colligetis lexidia, res tetras, & inanes & frivolas, tanquam mulierum vores præficarum.

PRÆFICIO, is, eci, actum, a. 1. *preporre*, *far preſidente*, *dar la ſoprantendenza*, *deputare*, *ordinare*, præpono, præſidem, præfectum eſſe jubeo, creo: a *præ*, & *facio*. *Plaut. Pſeud.* 1. 2. 25. Te cum ſecuri caudicali præficio provinciæ. *Cic.* 4. *Verr. c.* 59. Aliquem curaturem præficere, qui ſtatuis faciundis præſit. *Id. pro dom. c.* 8. Pecuniæ deportandæ, & bello gerendo M. Catonem præfecîti. *Id. pro Sext. c.* 18. *extr.* In eo exercitu inimici mei fretrem præfecerat. *b. c.* cuidam parti ejus exercitus præpoſuerat. *Id. pro Planc. c.* 25. *ad fin.* præficere aliquem pecori. *Id. pro leg. Manil. c.* 16. *ad fin.* imperatorem bello. *Id. pro dom. c.* 33. duces populo. *Nep. in Milt. c.* 4. aliquem claſſi. *Caſ. l.* 5. *B. Gall. c.* 24. legatos legionibus. *Cic.* 2. *de Leg. c. penult. extr.* alicui procurationi certum magiſtratum. *Plin. l.* 9. *c.* 8. *ante med.* aliquam ſacerdotio Neptuni. *Tacit. Ann.* 16. *c.* 8. retionibus, libellis, & epiſtolis libertos. & *lib.* 13. *c.* 46. provinciæ Luſitaniæ. *far governatore*. & *lib.* 2. *c.* 4. Ariobarzanem volentibus Armenis præfecit. *foce re. Virg. 6. Æn. v.* 118. nec te Nequidquam lucis Hecate præfecit Avereis. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 4. *extr.* Nec omnium diviantio eſt, ut rario docuit: nec locus, nec materia inventur, cui divinationem præficere poſſimus. *b.* 1. in qua poſſimus diviantionem ponere, ut ir ea vsluti dominstur.

PRÆ-

PRÆFIDENS, entis, valde confidens. *Venus Porro* apud *Cicer.* 3. *de Orat. c.* 41. *extr.* Exſultantem te, & præfidentem tibi Repeiment validæ legum habenæ. *Cic. c. Offic.* 2. 26. Homines ſecundis rebus effrenatos, ſibique præfidentes. Al. aliter leg.

PRÆFIDENTER, confidenter. *Auguſtin. epiſt.* 55. *ad Marcellin.* Præfidentius, tanquam ſuis viribus, cucurrerunt.

PRÆFIGO, ĭi, ixi, ixum, a. 3. *figere, a conficcare immanzè, a in cima a qualche coſa*, προσήγνυμι, aota aliquid figo. *Colum. l.* 8. *c. ult. ante med.* Rivia, par quos exundat piſcina, præfiguntur æneis foraminibus exiguis caocelli, quibus impediatur fuga piſcium. *Plin. l.* 28. *c.* 10. *circa med.* Roſtrum lupi villarum portis præfigunt. *Virg.* 10. *Æn.* 9. 80. præfigere puppibus arma. *& lib.* 9. *v.* 465. capita io haſtis. *Nemeſian. in Cynog. v.* 55. felemque minacem Arboris in trunco longis præfigere telis. ¶ Aliquando eſt præcludere, *chiudere. Plin. l.* 19. *c.* 4. *a med.* Præfigi proſpectus omnes coegit multitudiaie innumeræ ſæva latrocinatio. *h. c.* claudi omnes feneſtras proſpicientes in vicum. V. *Præfixus.* ¶ Hypallage eſt in illo *Virg.* 3. *Georg. v.* 309. Primaque ferratis præfigunt oea capiſtris. *h. e.* præfigunt capiſtra oribus hædorum, atque oden ipſa ora claudunt. ¶ Translata *Perſ. ſat.* 4. *v.* 13. nigrum vitio præfigere theta. *h. e.* notare, damnare.

PRÆFIGURATIO, onis, f. *Auguſtin. l.* 16. *de civit. Dei, c.* 2. *a med.* Hæc Scripturæ ſecreta divinæ indagamus, certum tenentes, non ea ſine aliqua præfiguratione futurorum geſta atque conſcripta, neque niſi ad Chriſtum, & ejus Eccleſiam eſſe referenda.

PRÆFIGURO, as, avi, atum, a. 1. ante figuro, formo. *Lactant.* de ſpectaculis agens mimorum impudicorum, *lib.* 6. *c.* 20. *poſt med.* Quid juvanes, aut virgines faciant, cum hæc & fieri ſine pudore, & ſpectari libenter ab omnibus cernunt? Admonentur utique quid facere poſſint, ac ſe quiſque pro ſexu in illis imaginibus præfiguret.

PRÆFINIO, is, ivi, & ii, itum, a. 4. *prefcrivere, determinare, limitare*, προορίζω, præſtituo, præſcribo, ante finio. *Cic. Tuſcul.* 5. *c.* 8. Contra Brutum ne me dicturum putas? A. Tu vero, ut videtur. nam præfinire non eſt meum. *Id.* 2. *de legib. c.* 18. Sed ego cetera non tam reſtricte præfinio. *& cap. ult.* A Platone ſumptus funerum præfinitur ex cenſibus. *Id. Fam.* 7. *ep.* 2. Eo vidiſti maltum, quod præfiniſti, quo ne pluris ememm. *Id. Verr.* 7. *c.* 68. Neque de illo quidquam tibi præfinio, quo minus ingenio mecum contendas. *Id. de provinc. conſul. c.* 15. Præfinit ſucceſſori diem.

PRÆFINITIO, onis, f. *determinazione, limitazione*, προορισμός, actus præfiniendi. *Julian. Dig. lib.* 36. *tit.* 2. *leg.* 19. Cum ſine præfinitione temporis legatum ita datum fuerit, &c. *Marcell. ibid. leg.* 20. Si cum præfinitiona annorum legatum ſit, velut: Titio dena uſque ad annos decem.

PRÆFINITUS, a, um, *determinato, preſcritto, limitata, aſſignato*, præſtitutus, præſcriptus. *Quinct. l.* 12. *c.* 3. *ante med.* Vitium animæ turditatis (*in dicendo*) & feguitia ſolvit animos, &, in quo eſt aliquid, temporibus præfinitis æquam perdit. *Sueton. in Galb. c.* 14. *ſub fin.* Ad certum præfinitumque tempus. *Gell. l.* 1. *c.* 15. *ad fin.* Dies certus præfinitus. ¶ *Præfinito*, adverbii more, præfinito tempore, aut modo. *Terent. Hecyr.* 1. 2. 19. Nam illic haud licebet, niſi præfinito, loqui quæ illi placerent. Ubi *Donat.* deeſt *tempore*, aut quid tale. Duo dixit, & *præfinito*, & *quæ illi placerent*, ut neque quantum velles, neque quod velles, diceres.

PRÆFISCINE, & Præfiſcini, *ἀπαγχόμενε*, adverb. ex *præ*, & *faſcino* collatum, inſervit avertendæ faſcinationi, ut deprecandæ invidiæ eſt illud, *abſit verbis invidis*: & malo omini, *dii omen avertant*, &c. Putabant, cum quis impenſe vel ipſe ſe laudaret, vel laudaretur ab alio, faſcinationis periculum eſſe: cui declinando ioterponebant *præfiſcini*, *ut.* b. e. quod ſine faſcino ſit. *Præ* hoc loco pro *ſine* poſitum eſſe *Chariſ.* docet *lib.* 2. *pag.* 210. *Priſcian. Tarinen. ibid. pag.* 189. Paula maa, amabo, pol tu ud laudem addito, præfiſcini, ne puella faſcinatur. *Afran. ibid.* Scis habitum ita ut nunc obtinet præfiſciai. *Plaut. Aſin c.* 4. 84. Præfiſcine hoc nunc dixerim: nemo etiam me accuſavit merito meo. *Id. Caſ.* 5. 2. 43. Inde foras tacitus; præfiſcini, exea hoc ornatu, quo vides. *Petron. in fragm.* Tergur. *c.* 73. *Burm.* Homo, præfiſcini, frugi.

PRÆFIXUS, *a*, um, *conficcato davanti, a in cima a qualche coſa*, ante aliquid fixus. *Cæſ. l.* 5. *B. Gall. c.* 18. Ripa autem arat acutis ſudibus præfixis munits. *Sueton. in Cæſ. c.* 85. Caput ejus præfixum haſtæ circumtulit. *Id. in Calig. c.* 25. Præfixum in bimmis puppe vexillum. ¶ Item qui habet aliquid ante, aut in ſummitate fixum. *Cæſ. l.* 2. *B. Civ. c.* 1. Afferes cuſpidibus præfixi. *Liv. l.* 26. *c.* 4. Jacula præfixa ferro. *Virg. Æn.* 10. *v.* 479. ferro præfixum robur acuto. ¶ Item præcluſus, *chiuſo, ferrato*. V. *Præfigo. Cujus Dig. lib.* 8. *tit.* 2. *leg.* 5. Si ædes tuæ ædibus meis ſerviant, na altius tollantur, & ego per ſtatutum tempus feneſtras meas præfixas habuero, vel obſtruxero, &c. ¶ Item confixus, trajectus, *trafitto. Tibull. l.* 2. *el.* 7. *v.* 55. *de fœcerdote Bellonæ*. Statque latus præfixa veru, ſtat faucia pectus. ¶ Item incantamentis defixus. *Quinctil. declam.* 10. *c.* 8. Præfixum claufumque tumulum nudis cecidit uberibus.

PRÆFLORATUS, a, um, *sforato*, flore ante tempus ſpoliatus: & translate delibatus, deturpatus, corruptus. *Liv. l.* 37. *c.* 58. *ad fin.* Gloriam ejus victoriæ præfloratam apud Thermopylas eſſe. *Al. leg.* defloratam. *Plin. in Paneg. c.* 58. Quamquem non ambitio magis, quem livor & malignitas videri poteſt, omnes annos (*conſulatum*) poſſidera, ſummumque illud purpuræ decus non niſi præcerptum præfloratumque tranſmittera. *Apul. in Apolog.* Vidus jam ab alio præfloratæ.

PRÆFLOREO, es, ui, n. 2. ante floreo, *Plin. l.* 16. *c.* 29. Ideo & præflorent tilia, & prægerminaot, atque in totum præcocia fiuot.

PRÆFLORO, as, a. 2. *sfiorare*, flore ante tempus ſpolio: & translato *defloro*, delibo. V. *Defloro.*

PRÆFLUO, is, o. 3. *ſcorrere innanzi, trapaſſare*, ante ſuo, præter ſuo. *Liv. l. c. c.* 45. *ſub fin.* Infima valle præfluit Tiberis. *Horat. l.* 4. *od.* 14. *v.* 26. Aufidus, qui regna Dauni præfluit Appuli. *Plin. l.* 3. *c.* 18. Natiſo cum Turro præfluentes Aquilejam. *Tacit. Ann. l. & cap.* 15. Flumini Arſaniæ (etenim is caſtra præfluebat) pontem impoſuit.

PRÆFLUUS, a, um, qui præfluit. *Plin. l.* 19. *c.* 4. Hortos riguos habeodos præfluo amne.

PRÆFOCABILIS, le, ἀποπνικτικὸς, præfocandi vim habens. *Cæl. Aurelian. Acut. l.* 2. *c.* 35. Cum gravedine thoracis, atque ſpiratione præfocabili. *& cap.* 37. Loca plus ſatis brevia ſunt præfocabilia. *Id. Tard. l.* 3. *c.* 2. Tranſvorandi difficultas cum præfocabili ſenſu.

PRÆFOCATIO, onis, f. *ſoffocamento, πνιγμονὴ, actus* præfocandi, ſuffocatio. *Seribon. Larg. compoſ.* 100. Ad ſuſpirium & ad vocis abſciſionem, & ſubitas præfocationes. *Cæl. Aurelian. Acutor. l.* 2. *c.* 6. Faucium ſiccitates præfocationis imitantur effectum.

PRÆFOCATUS, a, um, *ſoffocata*, ſuffocatus. *Calpurn. ecl.* 4. *v.* 115. nec præfocata malignum Meſſis habet lolium, nec inertibus alber avenis.

PRÆFOCO, as, a. 1. *ſoffocare*, ἀποπνίγω, fauces præcludo, ſuffoco. *Ovid. in Ibin, v.* 560. Præfocet animæ Gnoſia mella viam. *Paul. Dig. lib.* 25. *tit.* 3. *leg.* 4. Præfocam partum.

PRÆFODIO, is, odi, oſſum, a. 3. *sotterrare*, ante fodio. *Virg.* 12. *Æn. v.* 473. Præfodiunt alii portas, aut ſaxa ſubeſque Subvectant. Ubi *Servius*: id eſt ante portas foſſas faciunt. *Ovid. 13. Met. v.* 60. & oſtendit, quod jam præfuderat aurum. *h. e.* ante fodiendo occultaverat.

PRÆFŒCUNDUS. V. *Præfecundus.*

PRÆFORMATOR, orie, m. qui ante format, & inſtruit. *Tertull. de proſcript. c.* 30. Marcion inſtitutor & præformator.

PRÆFORMATUS, a, um, ante formatus. *Quinctil. l.* 2. *c.* 6. Namque incipientibus daoda eſit velut præformata materia, ſecundum cujuſque vias.

PRÆFORMIDATUS. V. *Performidatus.*

PRÆFORMIDO, as, a. *e.* ante formido, prætimeo. *Quinctil. l.* 4. *c. ult.* Quem judea, ſi providet, non aliter præformidat, quem qui ferrum medici, prius quam curetur, aſpexit. Al. leg. *reformidat.*

PRÆFORMO, as, a. 1. ante formo, inſtruo, præpam. *Sil. l.* 7. *v.* 385. Atque his præformat dictis, fingitque mooendo. *Tertull. in Apolog. c.* 2. *ad fin.* Quanti ad malum præformaatus! quenti tranſfuræ in perverſum!

PRÆFORTIS, te, valde fortis. *Tertull. de corone Chriſti, c.* 5. *a med.* Hioc infirmum, inde præfortem.

PRÆFOTUS, a, um, ante fotus. *Cæl. Aurel. Tard. l.* 4. *c.* 2. Præfotis partibus aque macina, vel aceto falſo.

PRÆFRACTE, *trifalutamente, ἀβλαβῶς*, pertinaciter, obſtinate. *Cic.* 3. *Offic. c.* 22. Nimis præfracte videbatur ararium vectigaliaque defendera. *Nep. c.* 2. *a. u.* 664. leg. præfractum. *Valer. Max. in fin. c.* 7. *l.* 9. Diſſolutum diſciplinam militarem præfractius & rigidius adſtringere conatum privavit vita.

PRÆFRACTUS, a, um, *ſpezzato, rotto, ſpezzato, διάῤῥωκτος*, ante, aut valde fractus: vel ſimpliciter fractus. *Lucil.* apud *Gell. l.* 3. *c.* 13. ſcruta quidem, ut veadat, ſcrutariu' laudat, Præfractam ſtrigilem, ſoleam improbu' dimidiatam. *Lucret. l.* 1. *v.* 889. Poſtremo in lignis cinerem ſummumque videri, Cum præfracta ſorent, ingneſque latere minutos. *Senec. ep.* 71. *a med.* Quidam rectiſſimis, cum in aquem damiſſi ſunt, ſpeciem curvi præfractique vifentibus reddant. *Ovid.* 15. *Met. v.* 358. ſolido revellere domo Aanoſam pinum magno molimine tentat: Quod quia non potuit, præfractam miſit in hoſtem. *Cæſ. l.* 5. *c.* 26. *fcft.* 35. Suculum ſi fieri poteſt, oportet vel manu, vel ferramento educere: ſi vel præfractus eſt, vel altius deſcendit, quam ut ita fieri poſſit, medicamento evocandus eſt. ¶ Translata eſt durus, obſtinatus, contumax, inflexibilis, *oſtinato, rigido, ſevero, ruſtichezza, σκληρότερος, ἀπαίδευτος, ἀνήθικος*, videturque ductum ea iis, quæ nimis dura ſunt, & franguntur potius, quam flectantur. *Cic. in fragm.* apud *Non. c.* 2. *a. u.* 664. Huic contrarius Ariſto Chius, præfractus, ferreos: nihil bonum, niſi quod rectum & honeſtum eſt. *Val. Max. l.* 6. *c.* 5. *ſub fin.* Sed aliquanto Charondæ Thurii præfractior atque abſciſior juſtitia. *Id. l.* 3. *c. ult. a.* 3. *extera.* Socratis autem virilitatis robora palliatus animos aliquanto præfractius perſeverantiæ exemplum edidit. *h. e.* conſtantius. ¶ Refertus etiam ad genus dicendi abruptum, durum, aſperum. *Cic. in Orat. c.* 13. Nam cum concifus Socrati Thraſymachus minutis numeris videretur, Thucydides autem præfractior, nec fatis, ut ita dicam, rotundus; primus joſtituit dilatam verbis, & mollioribus numeris explere ſententias.

PRÆFRIGIDUS, a, um, *aſſai freddo, ψυχρότατος*, valde frigidus. *Ovid. 4. ex Pont. ep.* 12. *v.* 35. Et tepidus Boreas, & ſit præfrigidus Auſter. *Cæſ. l.* 2. *c.* 30. & *Juſtin. l.* 11. *c.* 8. In præfrigidam ſtadam ſe projecit. *Plin. l.* 17. *c.* 20. Septemtrionalia & præfrigidus ſitus.

PRÆFRINGO, is, egi, actum, a. 3. *ſpezzare, ſpezzare, rompere, διαῤῥήγνυμι*, in anteriom parte frango, confriogo, perfringo. *Cæſ. l.* 2. *B. Civ. c.* 6. Triremes adeo graviter inter ſe incitatæ conflixerunt, ut altera præfracto roſtro, tota collabeſceret. *Liv. l.* 8. *c.* 10. Cum haſtas præfregiſſent, aut hebetaſſent. *Al. leg.* perfregiſſent. *Plin. l.* 17. *c.* 22. *ſub fin.* ex *Cato. R. R. c.* 33. Vineas novellas alligato crebro, ne caulis præfringatur. *Juſtin. l.* 6. *c. paulo.* Nam ſicuti

Digitized by Google

ſicuti telo ſi primum aciem præfregeris, reliquo ferro vim nocendi tolleris; ſic, &c.

PRÆFUGIO, is, a. 3. ante fugio. *Tertull. de anim. c. 33. circa med.* Sed etſi anima præfugerit, &c.

PRÆFULCIO, is, alſi, ultum, a. 4. *fulcitare innixi, munire, fortificare, ἐρείδειν, στηρίζειν*, ante fulcio, præmunio. Translate *Cic. Attic. l. 5. ep. 13.* Per fortunas! quoniam Romæ manes, primum illud præfulci atque præmuni, quæſo, ut ſimus amici. *Gell. l. 7. c. 3. a med.* Cato non nudum neque ſolitariam, neque improtectam hanc epagogen facit, ſed multis eam modis præſultes, multiſque aliis argumentis convelat. *Plaut. Perſ. 1. 1. 11.* Herus meus manum abſtinere haud quit tamen, quin mihi imperet, qui me ſuis negotiis præfulcist. *b. a.* præficiat tanquam columen & fulcimentum rei ſuæ familiaris. Sunt qui aliter legi mallent. *Id. Pſeud. 3. 1. 5.* Velut hæc mihi evenit ſervitus, ubi ego omnibus pateis magniſque miſeriis præfultior. *b. e.* undique cingor, & comprimor, quaſi fulcimentis quibuſdam, quæ ut ſuſtentare poſſint, arcta hærere & comprimere debent.

PRÆFULGEO, es, ulſi, n. 2. *vifplendere aſſai, περιλάμπω*, valde fulgeo. *Auct. ad Herenn. l. 3. c. 19.* Nec nimis illuſtres, nec vehementer obſcuros locos haberi oportet, ne aut obſcurentur tenebris imagines, aut ſplendore præfulgeant. *abbagliare. Phædr. l. 3. fab. 18. v. 7. de pavone.* Nitor ſmaragdi collo præfulget tuo. *Senec. in Agam. v. 728.* gemino ſola præfulget dies. *Virg. 8. Æn. v. 551.* equus, quem fulva leonis Pellis obit totum, præfulgens dentibus aureis. *Gell. l. 5. c. 5.* Equitatus frenis, ephippiis, phaleris præfulgens. ¶ Translate *Vellej. l. 1. c. 14.* Nam militarium (*cervum*) & cauſæ, & ſuctores, & ipſarum præfulgent nomina. *Tacit. in fin. l. 3. Ann.* Sed præfulgebant Caſſius atque Brutus eo ipſo quod effigies eorum non viſebantur. *& lib. 13. c. 45.* Poppæus Sabinus conſulari & triumphali decore præfulgens. *Gell. l. 15. c. 5. circa med.* Præ ceteris omnibus eximiis & præſulſit decori & honeſti dignitas.

PRÆFULGIDUS, a, um, valde fulgidus. *Juvenc. l. 3. v. 330. in Matth. c. 18.* cœli præfulgida nubes Circumjecta oculis veſtibat lumine montem.

PRÆFULGURAT, abat, valde fulguret, præfulget. *Stat. 7. Theb. v. 502.* longe tua juſſa cohortes Exſpectant, multoque Istus præfulgurat enſe. ¶ Active *Val. Flacc. l. 3. v. 119.* ſtrictoque vias præfulgurat enſe. *b. e.* fulgore vias implet, ſtrictum enſem vibrando.

PRÆFULTUS, a, um, particip. a *præfulcio. Prudent. περὶ στεφ. 2. de S. Vincent. v. 335.* Mollior præfultum torum.

PRÆFUNDO, is, a. 3. eſt *Symphiere inter auctores rei Agror. Gorf. pag. 87.* Subciſiva poſſeſſionibus vicinis Domitianus Imperator præfudit. *b. e.* addidit, adjecit, inſuper affignavit, quaſi ſuperfudit.

PRÆFURNIUM, ii, n. *bocca del forno*, os furni, aut farnacis. *Cato R. R. c. 38.* Fornacem calcariam pedes latam decem facito. Si uno præfurnio coques, lacunam intus magnam facito, uti ſatis ſiet, ubi cinerem concipiat. Si duobus præfurniis coques, lacuna nihil opus erit. Cum cinere eruto opus erit, altero præfurnio eruto: in altero ignis erit. *& paulo poſt.* Ventus ad præfurnium caveto ne accedat. *Vitruv. l. 5.* de hypocauſtis balinei, quod fornacis genus eſt, *cap. 10.* Suſpenſuræ caldariorum ita ſunt faciendæ, ut primum ſeſquipedalibus tegulis ſolum ſternatur inclinatum ad hypocauſim, uti pila cum mittatur, non poſſit intro reſiſtere, ſed rurſus redeat ad præfurnium.

PRÆFURO, is, n. 3. anta, aut valde furo. *Stat. l. 2. Theb. v. 420.* torvus præfurit. *& lib. 4. v. 852.* jaſumque in gurgite Martem præfurere.

PRÆFUSCUS, a, um, valde fuſcus. *Manil. l. 4. v. 751.* Æthiopes maculant Orbem, terraſque figurant Præfuſcas. *Al. leg.* teteriſque figuris Perſuſas, &c.

PRÆGELIDUS, a, um, *aſſai freddo, κατάψυχρος*, valde gelidus, præfrigidus. *Lan. l. 2. c. 54. a med.* In locis Alpibus Apenninoque interjectis propinquitate etiam fluminum ac paludum prægelidis. *Colum. l. 4. c. 8.* Prægelida frigora. *Plin. l. 9. c. 16.* Prægelida hiems. *Sil. l. 4. v. 256.* Prægelidi rivi.

PRÆGERMINO, as, a. 1. ante germino. V. *Præſtorm.*

PRÆGERO, is, a. 3. anta gero, præfero. *Apul. l. 4. Metam. prope fin.* Anus ſub oculis domina ſpeculum prægerit.

PRÆGESTIO, is, n. 4. *deſiderar molto*, ante, & valde geſtio, magnopere cupio. *Cic. pro Cal. c. 28.* Prægeſtit animus jam videre plenum lætos juvenes, &c. *Horat. l. 1. od. 5. v. 7.* juvenæ nunc in ædo Lydere cum virilis falſicto Prægeſtientis.

PRÆGESTUS, a, um, ante geſtus, ante factus. *Cal. Aurel. Tard. l. 1. c. 5. ſect. 150. cura.* Oblivione præceſſorum affici.

PRÆGIGNO, is, a. 3. progigno, produco. *Plaut. Pſeud. 1. 5. 77.* Quia nolebam eis me morem prægigni malum. Eſt qui leg. *progignat.*

PRÆGLORIOSUS, a, um, valde gloriſus. *Venar Inſcripc.* ſub Imppp. Arcad. & Honor. apud *Gruter. pag. 391. n. 5.* Cl. Claudiano inter ceteros vigentes artes prægloriosiſſimo poetatum, &c.

PRÆGNANS, antis, *gravida, incinta, pregna, ἔγκυος, ἀγκύων*, in utero ferens, gravida, inciens: quaſi *pregenans, a gero* gigno. *Feſt.* ita diſtinguit in *Gravida*: Gravida eſt, quæ jam gravatur conceptu: prægnans velut occupata in generando (Al. leg. *grauda*) quod conceperit: inciens propinquo partui, quod incitatus ſit fetus ejus. Egeriæ nymphæ (eod. teſte in *Egeria*) ſacrificabant prægnantes, quod eam putabant facile conceptum alvum egerere. *Cic. t. de Orat. c. 40.* Cum paterfamilias uxorem prægnantem in provincia reliquiſſet. *Juvenal. ſat. 6. v. 604.* facere aliquam prægnantem. *Horat. l. 3. od. 27. v. 2.* prægnans canis. *Varr. l. 2. R. R. c. 4. a med.* ſus. *& cap. 2. a med.* aeis. *Plin. l. 10. c. 63. ad fin.* Viciſſe Olympia equam prægnantem, invenimus. *& cap. 33. ad fin.* Prægnantes perdices. *& lib. 29. c. 4. a med.* Si mus araneus prægnaos momordit. ¶ Translate de arboribus *Plin. l. 15. c. 14. de arbore turis.* Prior atque naturalis vindemia incidentibus quæ maxime videatur eſſe prægnans, tenuiſſimuſque tendi cortex. *Id. l. 17. c. 14.* Surculi prægnantes. *& cap. 21.* prægnantes oculi arboum. ¶ De lapidib. *Id. l. 10. c. 3. de aetite.* Eſt autem lapis iſte prægnans, intus, cum quatias, alio, velut in utero, ſonante. *Id. l. 37. c. 10.* Pœantides gemmæ prægnantes fieri, & parere dicuntur. ¶ Et de aliis rebus. *Id. l. 31. c. 10.* Spumam nitri antiqui negabant fieri, niſi cum eos cecidiſſet, prægnantibus nitrariis, ſed nondum parientibus. *Scribon. Lang. compoſ. 61.* Soleat gingivæ quorundam fluore infeſtari: quas prægnantes vocant. ¶ Eſt etiam univerſum plenus, gravidus, *pieno, gravida. Plin. l. 14. c. 15.* Prægnane fucco herba. *Id. l. 31. c. 6.* Oſtrea multo lacte prægnantia. *Id. l. 11. c. 37. ſect. 62.* Prægnans veneno vipera. ¶ Item turgens, tumidus, inflat uteri prægnantis. *Colum. l. 10. v. 379.* gelidas per graminis umbras Intortus cucumis, prægnanſque cucurbita ſerpit. *Plaut. Aſin. 2. 2. 10.* Etiam de tergo ducentas plagas prægnantes dabo. *Juvenal. ſat. 1. v. 55.* tenui prægnantem ſtamine fuſum torquere. ¶ Etiam *pregnat, atis*, dictum eſt. *Plaut. Trucul. t. 1. 95.* Quæ nunquam fuit prægnas, qui parere potuit? Adde 4. 3. 37. Sic *Macrob. in fin. cap. 11. l. 3. Saturn.* Ceteri faciunt ſuæ prægnate. Etiam apud *Cicer.* ita quidam leg. ex MSS. *l. 1. Acter. ep. 10. a med.* Quod ſoror prægnas eſt.

PRÆGNATIO, onis, f. *gravidanza, κύησις*, gravidatas. *Varr. l. 2. R. R. c. 1. a med.* Appello fœturam a conceptu ad partum. hi enim prægnationis primi & extremi fines. Adde *lib. 1. c. 44.*

PRÆGNATUS, us, m. prægnatio. *Tertull. adverſ. Jud. c. 9. ante med.* Juvenculæ prægnatus & partus. Adde *lib. 3. adverſ. Marcion. c. 8.*

PRÆGNAVITER, valde gnaviter, ſedulo. *Plaut. Perſ. 4. 4. 30.* Age, indica prægnaviter. Al. leg. *prognaviter*, eod. ſenſu: alii cum *Non. c. 1. n. 625. prognariter.* h. a. valde gnare, ſcite, perite, aperte. Sic *Enn.* apud *Non. ibid.* Ut pro Romano populo prognariter arimis Certando, prudens animum de corpore mittam. *b. e.* ſtrenue, conſtanter, fortiter, ut ipſe *Non.* exponit.

PRÆGRACILIS, e, *molto gracile, κατάλεπτος*, valda grscilis, pergracilis. *Tacit. Ann. 4. c. 57.* Erat illi prægracilis, & incurva procerita.s.

PRÆGRADO, as, a. 1. *precedere*, prægredine, præcedo, antevenio. *Pacuv.* apud *Non. c. 1. n. 328.* Extremum intra campterem ipſum prægradat Pantheonem.

PRÆGRANOIS, e, *aſſai grande, ὑπερμέγεθης*, valde grandis, pergrandis. *Pacuv. apud Feſt. in Torvus.* Feroci ingenio torvus, prægrandi grsdu. *Plin. l. 13. c. ult.* Prægrandes arbores. *Id. l. 4. c. 13.* aures. *Id. l. 8. c. 33. & Sueton. in Tiber. c. 68.* oculi. *Plin. ibid. c. 45.* boves. *Id. l. 3. c. 16.* Claudius Cæſar prægrandi illa domo verius quam nave ſuſtravit Adriam. *Id. l. 11. c. 37. ſect. 74.* Prægrande ſel. *Id. l. 8. c. 15.* labrum ſuperius. *Sueton. in Tiber. c. 60.* Prægrandis locuſta. *Perſ. ſat. 1. v. 124.* prægrandis ſenex. *b. e.* Ariſtophanes.

PRÆGRAVATUS, a, um, *aſſai aggravato e peſante, ὑπερβαρὴς*, valda gravis factus, prægravis. *Liv. l. 7. c. 13. ſub fin.* Onerati telis Galli, quibus aut corpora transfixa, aut prægravata inhærentibus gerebant ſcuta. *Colum. l. 6. c. 7. ad fin.* Prægravato capite ſi ſæpius lacryma proſuunt, &c.

PRÆGRAVIDUS, a, um, valde gravidus, ſeu gravis. *Stat. 6. Theb. v. 700.* Mollis prægravidæ caſtigat pulvere lapſus. *b. e.* diſci ponderoſi.

PRÆGRAVIS, e, *aſſai grave, peſante, περίβαρὴς*, valde grsvis, pergrsvis. *Ovid. Heroid. ep. 9. v. 98.* Prægrave compreſſa fauce pependit onus. *Plin. l. 8. c. 21. a med.* Fera catoblapas caput prægrave ægre ferens: id dejectum ſemper in terram. *Martial. l. 4. epigr. 18.* hiberno prægravis anda gelu. *Plin. l. 10. c. 33. ſub fin. de perdice.* Si auceps ad nidum cœpit accedere, procurrit ad pedes ejus fœta, prægravem aut delumbem ſe ſe ſimulans. *b. e.* tardam, & volatui inhabilem. ¶ Translate *Id. l. 7. c. 8.* Prægrave ſervirium. *Varr.* apud *Non. c. 5. n. 74.* Ubi prægraves paſcuntur pavonum greges. *b. e.* magni ſumptus.

PRÆGRAVO, as, avi, atum, a. 1. *aggravare molto, eſſer aſſai gravoſo, premere, opprimere, ἐκβαρύνω*, valde gravis fum, pondere premo, appetmo, obrun. *Horat. l. 2. ſat. 1. v. 77.* corpus onuſtum Heſternis vitiis animum quoque prægravat una. *Colum. l. 7. c. 6.* Caper optimus habetur plena & brevi cervice, flaccidis & prægravantibus auribus, &c. *b. e.* deorſum pendentibus quaſi graves ſint. *Liv. l. 35. c. 42. extr.* Si ſumma petantur, & dantem, & accipientem prægravatura. *Id. l. 5. c. 34.* Exonerare prægravante turba regnum cupiens. *Horat. l. 2. ep. 1. v. 13.* Urit enim fulgore ſuo, qui prægravat artes Infra ſe poſitas. *b. e.* longe multo ſuperat, & gravis eſt inferioribus. ¶ Item prægnderare, *prepondevare, peſare più, ὑπερνικᾶν, ἰσχύειν. Plin. l. 17. c. 25. a med. de putatione vitium.* Dividi putatione pollices æquali examine, ne prægraveet fructus parte aliqua. ¶ Translate *Senec. l. 1. de clem. c. 24.* Cito apparebit, pars civitatis deterior quanto prægravet. *Suetan. in Cæſ. c. 76.* Prægravant tamen cetera facta dictaque ejus, ut & abuſus dominatione, & jure cæſus exiſtimetur. Adde *Valer. Max. l. 3. c. 7. n. 6. extern.*

PRÆGREDIOR, ederis, eſſus ſum, dep. 3. *precedere, andare innanzi, προπορεύομαι*, ante gradior, præcedo, præeo. *Cic. Phil. 13. c. 5. ſub fin.* Latera tegentes alios, ſequentes alios, alios prægredientes amicos. *Liv. l. 35. c. 30.* Sequi ſuorum agmen aliquantum præ-

prægreſſum inſiſtunt. *Varr. l. 2. R. R. c. 7. ante med.* Equi boni futuri ſigna ſunt, G, cum flumen tranſeundum eſt, gregi in primis præ̃greditur, ac non reſpectat alios. *Juſtin. l. 24. c. 3.* Prægreſſa igitur virum, diem feſtum urbi in adventum ejus indicit. *Sueton. in Tiber. c. 7. extr.* Prægredi aliquem pedibus toto itinere. *Liv. l. 28. c. 1.* non ſolum nuntios, ſed etiam famam adventus ſui. Tacit. *Ann. 11. c. 37.* Raptim in hortos prægreſſus. ¶ Tranſlata *Sallaſt. in orat. 1. ad Cæſ. c. 1.* Qui tantum alios prægreſſus es, uti prius defeſſi ſim homines laudando facta tua, quam, &c. *di tanto hos ovanzato gli altri*, &c.

PRÆGRESSIO, onis, f. *precedimento, viaggio*, actus prægrediendi, præcurſio. *Cic. de Fato, c. 19. a med.* Ut nihil fieret ſine prægreſſionis cauſæ.

PRÆGRESSUS, us, m. prægreſſio. *Ammian. l. 22. c. 5. (al. c. 20.) extr.* Expertus, quid in rebus tumultuoſis anteverſo valeat, & prægreſſus. Adde *Cicer. 1. Offic. c. 4.* ubi al. leg. *pregreſſus*.

PRÆGUBERNANS, antis, præeundo gubernans. *Sidon. l. 5. ep. 13.* Muſculus ſimilis, inter ſavoſa, vel brevie balænarum corpulentiam prægubernantibus.

PRÆGUSTATOR, oris, m. *chi fa credenza, aſſaggiatore, ſcelco, coppiere, προγεύστης, πιτνοδόκος*, qui præguſtat. Inter officia domus Auguſtæ erat, qui ed menſam ſtatos, cibos potuſque a Principe ſumendos guſtu explorabat, ut *Tacit.* loquitur *Ann. 13. c. 16.* tum ad judicandum, an apti eſſent, recteque conditi, tum ad *veneni* ſuſpicionem tollendam. *Sueton. in Claud. c. 44.* Veneno occiſum quidam tradunt, per Halotum ſpadonem præguſtatorem. *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 63. n. 5. & 9. & pag. 602. n. 4.* Præguſtator Divi Auguſti. Adde *pag. 582. n. 2. & pag. 616. n. 2.* & apud *Murator. pag. 907. n. 3.* & apud *Donium cleſſ. 9. n. 24.* in quarum altera habetur: C. Julius Aug. L. decurio præguſtatorum: *& in altera:* Chryſanti Aug. L. Præguſtatori benemerenti collegium Præguſtatorum fecit. & apud *Gruter. pag. 582. n. 13.* procurator præguſtatorum. ¶ Tranſlate *Cic. pro Dom. c. 10.* Heluoni ſpurciſſimo, præguſtatori libidinum turum, homini egentiſſimo & facinoroſiſſimo Sev. Clodio, &c. *Laſtant. de mortib. perſecuter. c. 38.* Ut ipſe in omnibus nuptiis præguſtator eſſet.

PRÆGUSTATUS, a, um, *aſſaggiato*, ante goſtatus. *Plin. l. 21. c. 3. ad fin.* Gratificationem ipſius reginæ Antonius timens, nec niſi præguſtatos cibos ſumeas. *Juſtin. in fin. c. 14. l. 12.* In aqua frigida venenum habuerunt, quam præguſtatæ jam potioni ſuperniſerunt.

PRÆGUSTO, as, avi, atum, a. 1. *aſſaggiare, aſſaggiare, προγεύομαι*, ante guſtu, præbibo, guſtu explaro. *Phædr. l. 4. fab. 23. v. 4* Ubi immolatur, evta præguſto deum. *Ovid. 2. Amor. el. 4. v. 33.* Si tibi forte dabit, quos prægueſtavit ipſe Rejice libatos illius ore cibos. ¶ *Juſtin. l. 12. c. 14. in fin.* Philippus, & Jollae prægueſtare ac temperare potum regie ſoliti. *ſer la credenza.* Adde *Juvenal. ſat. 6. v. 632.* & V. *Prægueſtator.* ¶ Aore tumere. *Juvenal. in fin. ſat. 6.* At nunc res agitur tenui pulmone rubeæ: Sed tamen & ferro, ſi prægueſtaret Atrides Pontica tec victi cautus medicamina regis. *b. e.* antidota Mithridatis ante fumeret, ut ſe a venenis tutum redderet. ¶ *Prægueſtor*, prægueſtator. *Plin. l. 22. c. 3. ad fin.* En ego ſum, inquit, illa, Marce Antoni, quam tu nova prægueſtantium diligentia caves.

PRÆGYPSO, as, a. 1. gypſo ante obducn. *Cael. Aurelian. Chronic. l. 3. c. 2. ad fin.* Sed erit primo os vaſculi prægypſandum.

PRÆHIBEO, es, a. 2. *dare, ſommminiſtrare*, verbum Plautinum, ex *præ*, & *habeo*, idem valens ac *præbeo*, quod ab eo contracte factum eſt. *Plaut. Pſend. t. 2. 49.* Cur ego veſtem, aurum, atque ea, quibus eſt vobis uſui, præhibeo? *& 1. 3. 134.* Præhibere alicui cibum. *& Merc. 3. 2. in fin.* alicui locum. *& Perſ. 4. 3. 41.* alicui operam atque hoſpitium. *& Rud. 1. 2. 5.* Ut verba præhibes, me periiſſe prædicas. *b. e.* ut verba facis, ut loqueris. Adde *Merc. 5. 4. 63.* & *Men. 5. 6. 16.*

PRÆJACEO, es, cui, n. 2. *giacere, a eſſer ſituate innanzi, υπόκωμαι*, ante jaceo, aut poſitus ſum. *Plin. l. 4. c. 22. a med.* Vaſtum mare præjacens Aſiæ. *Tacit. 12. Ann. c. 36.* Campus, qui caſtra præjacet. *Plin. l. 3. c. 4.* Oppida de cetero rara, præjacentibus ſtagnis. *& lib. 9. c. 29. de polypet.* Veſcuntur conchyliorum caroe, quorum conchas complevu crimium franguat: itaqus præjacentibus teſtie cubile eremum deprehenditur.

PRÆJACIO, is, jeci, jactum, a. 3. ante jacio, *υποβάλλω. Colum. l. 8. c. ult. a med.* Mox præjaciuntur in gyrum molee. *Dilyi Cretenſ. de B. Trojano, l. 2. c. 24.* Multis in contumeliam Græcorum præjactis probris. ¶ Legitur & *præjicio* apud *Feſtum in Pone.*

PRÆJENS, euntis. V. in *Præeo.* Sed recti caſus exemplum adhuc non vidi.

PRÆJICTO. V. in *Præjacio.*

PRÆINFÜSUS, a, um, ante infuſus. *Cael. Aurelian. Acutor. l. 2. c. 34.* Mulſum, in quo peracocta, vel præinfuſa fuerit ruta.

PRÆINNOO, is, a. 3. ante innuo, præſignifico. *Varr.* apud *Non. 2. a. n. 172.* Aut frigidos nimbos aquæ caduciter fuentie Præinnuerint aquatiles querquedulæ natantes. *Al. leg.* pertimuerint.

PRÆJUDICATIO, onis, f. præjudicium. *Quinctil. l. 4. c. 2. ante med.* Si jam præjudicatione Senatus damnatus eſſet Milo. *Plerique al. leg.* præjudicio.

PRÆJUDICATUS, a, um, *giudicato innanzi, προκατακεκριμένος*, de quo antea judicatum eſt, ante judicatus. *Cic. pro Cluent. c. 27.* Ita reum citatum eſſe illum, ut, re ſemel atqus iterum præjudicata, condemnatue in judicium veneit. *& cap. 2.* Poſtulo, ut ne quid huc præjudicati afferatie. *Liv. l. 26. c. 2.* Ne idipſum, quod conſultationi reliquerant, pro præjudicato ferret. *Cic. l. 2. de nat. Deor. c. 5.* Tantum opinio præjudicata poterat, ut etiam ſine ratione valeret auctoritas. *le prevenzione.* Rurſus *Liv. l. 42. c. 61.* Præjudicatum eventum belli haberis: meliorem partem hoſtium fadiſtie. ¶ *Vir præjudicatiſſimus* dicitur a *Sidonio poſt carm. 22.* Papinius Statiue, quod de ingenii ejus præſtantia jam omnium conſenſu judicatum ſit.

PRÆJUDICIALIS, le, ad præjudicium pertinens. *Impp. Valentinian. Theodoſ. Arcad. lib. 11. Cod. Theodoſ. tit. 30. leg. 50.* & *Impp. Honor. & Theodoſ. ibid. leg. 65.* Præjudicialem multam fuhite. *b. e.* quæ judicia ante habitu, vel legibus antee latis irrogata eſt. Adde *Symmach. l. 10 ep. 52. (al. 58.)* ¶ De actionibus præjudicialibus V. *Præjudicium* in fine.

PRÆJUDICIUM, ii, n. *giudizio, e ſentenza anticipata, προκατάκρισις, προκατάκριμα*, judicium ante factum, ſeutentie ante late de eadem re, aut ſimili, ſive pro, ſive contra cauſam, de qua nunc agitur. *Quinctil. l. 5. c. 2.* Præjudiciorum vis omnie tribus in generibus verſatur: rebus, quæ aliquando ex paribus cauſis ſunt judicatæ; quæ exempla rectius dicuntur, ut de reſciſſis patrum teſtamentie, vel coorte filios confirmatie: judicia ed ipſum cauſam pertinentibus: unde etiam nomen duſtum eſt: qualia in Oppianicum facta dicuntur, & a Senatu edverſus Milonem: aut cum de eadem cauſa pronuntiatum eſt, ut in reis deportatis, & aſſertione fecunda, & partibus centumvitalium, quæ in duas haſtas diviſæ ſunt. *Cic. in Divin. Verr. cap. 4* De quo non præjudicium, ſed plane judicium jam factum putatur. Ubi *Aſconius*: Præjudicium dicitur res, quæ cum ſtatuta fuerit, effert judicaturie exemplum, quod ſequantur (*caſe ſegnita*): judicium autem res, quæ cauſam litemque determinat. *Cic. pro Cluent. c. 22.* Apud eoſdem judices reus eſt factus, cum is duobus præjudiciis jam damnatus eſſet. *Quinctil. l. 6. c. ult. ad fin.* Cicero pro Milone non ante narravit, quam præjudicie omnibus reum liberavit. *Sueton. in Cæſ. c. 23.* Functus conſulatu in provinciam abiit, & ſtatim quæſtor ejus in præjudicium aliquos criminibus arreptus eſt. *b. e.* in ſpem & exemplum ſimilie futoti de eo judicii. *Plin. l. 7. ep. 6.* Poſtulavit, ne cognitioni Cæſaris præjudicium fieret. *b. e.* ut integra omnia cognitioni Cæſarie reſervarentue. ¶ In bonam partem *Liv. l. 35. c. 10.* His obtinuit, ut præferretur candidatus, quem Africanus trater deducebat, quem Cornelia gyne, quem ſentum præjudicium Senatus. *Plin. l. 5. ep. 2.* Curianus orabat, ut ſibi damarem portionem meam, ſeque præjudicio juvarem. ¶ Tranſlate dicitur quidquid antea geſtum impulſui aut exemplo eſt ad quippiam faciendum. *Cæſ. l. 2. B. Civ. c. 31.* Pompejus nullo proelio pulſus, veſtri facti præjudicio demotus Italia evceſſit. *& ibid. fub fin.* Hiſpamarum deditionem, Afrieci belli præjudicia ſequimini. ¶ Interdum ponitur pro re, quæ judicio mov ferendo obeſt, *pregiudizio, danno. Senec. l. 4. de benef. cap. 35.* Promiſi advocationem: poſtea apparuit, per illam cauſam præjudicium in patrem meum quæri. *Gell. l. & cap. 2.* Invitavit Taurus patrem Præſidis, ut federet: atque ille ait: ſedeat hic potius, qui populi R. magiſtratus eſt. Abſque præjudicio, inquit Taurus, tu interea ſede, dum inſpicimus, &c. *Imp. Gordian. lib. 7. Cod. tit. 56. leg. 2.* Res inter alios judicatæ neque emolumentum afferre his, qui judicia non interfuerunt, neque præjudicium ſolent irrogare. *Ulpian. Dig. lib. 2. tit. 6. leg. penult.* Neque enim alimentorum cauſa veritati facit præjudicium. *Scævola lib. 40. tit. 4. leg. 29. a med.* Filium nihil præjudicii paſſum fuiſſe, ſi pater eum ignoravit. *Tripbonin. lib. 26. tit. 2. leg. 27.* Sine ullo ilie præjudicio. ¶ Apud JCtos *præjudicium* dicitur quæſtio controverſa, de qua prius cognoſcendum eſt, quam principa cauſa diſceptetur, quia illa huic præjudicium facit. Hujuſmodi ſunt ea judicia, quæ de ſtatu perſonæ tuddantur, in quibus quæritur, an filius quis ſit, an pater, an ſervus, an libertus, an ingenuus, &c. *Ulpian. Dig. lib. 40. tit. 14. leg. ult.* Quoties de hoc contenditur, an quis libertus ſit, ſive operæ petantur, ſive obſequium deſideretur, &c. reddituv præjudicium. Sed & quoties quis libertum ſv quidem confitetur, libertum autem C. Seji ſe negat, idvm præjudicium datur. *b. e.* prius diſceptatur & deciditur an libertus ſit: poſtea an operæ, aut obſequium debeat. *Paptr. Juſt. lib. 42. tit. 5. leg. 30.* (*aliis tit. 6. leg. 14.*) Qui bona ſua negant jure venifſe, præjudicia experiri debere. *Ulpian. lib. 25. tit. 3. leg. 5. a med.* Nec tamen alimentorum decretum tollet liberto facultatem, quo minue præjudicium certare poſſit, ſi libertum ſe neget. *Id. lib. 22. tit. 3. leg. 18.* Patronus in præjudicio poſſeſſor eſſe videtue. *Id. lib. 2. tit. 4. leg. 8.* Si præjudicio pronuotietur eſſe liberrus. ¶ Hinc *præjudiciales actiones* apud *Juſtinian. Inſtitut. lib. 4. tit. 6. ante med.* quibus ſcilicet hujuſmodi præjudicia inſtituuntur.

PRÆJUDICO, as, avi, etum, a. 1. *giudicare anticipatamente, προκατακρίνω*, ante judico, præjudicium facio. *Cic. Verr. 5. c. 65.* Miror, quomodo de quo homine præjudicium nolusrit fieri per recuperatores, de hoc ipſo non modo præjudicarit, verum graviſſime ac vehementiſſime judicarit. *Id. 3. de leg. c. ult.* Apud cenſores qui magiſtratu abivrint, edant & expunant, quid in magiſtratu geſſerint: deque iis cenſores præjudicent. *ſcil.* antequam cauſa ad legitimos judicas deferatur. *Brut. ad Cæcer. ep. 4.* Quod nondum Senatus cenſuit, nec populus R. juſſit, id arroganter non præjudico, nec revoco ad arbitrium meum. ¶ Cum dativo eſt obeſſe, *pregiudicare*: eo modo, qua in voce præced. dictum eſt. *Marcell. Dig. lib. 42. tit. 1. leg. 63.* Res inter alios judicatæ aliis non præjudicant. *Ulpian. lib. 47. tit. 10. leg. 7.* Privato judicio legi Corneliæ præjudicari.

PRÆJURATIO, onis, f. juretin ante facta. Præjurationne facere dicuntur ii, qui ante alios conceptis verbis jurant: poſt quos eadem verba juranies tantummodo dicunt, *idem in me.* Hæc *Feſtus.* Cujus rei exemplum habes apud *Liv. l. 2. c. 45. ad fin.*

PRÆ-

PRÆJUVO, as, juvi, a. 1. *ajutare innanzi*, ante juvo. *Tac. it.* 3. *Hiſt.* 1. 65. Et credebatur affectam ejus fidem prejuviſſe, domo ageſtus pignori acceptus.

PRÆLABOR, aris, lapſus ſum, dep. 3. *ſcorrer innanzi*, preſſo, ante labor, *προῤῥέω*. *Cic. in Arat.* l. 2. *de nat. Deor.* c. 43. *extr.* Piſces, quorum altee paulum prelabitur ants. *Lucan. l.* 9. *verſ.* 355. Quam juſta Lethon tacitus prelabitur amnis, *Virg.* 3. *Georg.* v. 180. Alphea rotis prelabi flumina Piſe. *Lucan. l.* 6. *verſ.* 76. preſapſus mœnia Tibris. *Tacit.* 2. *Hiſt.* c. 35. Inſula, in quam Germani nando prelabebantur. ¶ Item prætorlabor, prætorfluo, *ſcorrer via*. *Petron. in Satyr.* c. 99. Ita ſæras quidem mentes obſidet, eruditos prelabitur. *Celum. l.* 11. c. 1. *ad fin.* Prelabentis vero temporis fuga quam ſit irreparabilis, quis dubitet?

PRÆLAMBO, is, a. 3. *leccare, o aſſaggiare innanzi*, *προλείχω*, ante lambo, pregusto, prelibo. *Horat. l.* 2. *ſat.* 6. v. 108. nec non verſimiliter ipſis Fungitur officiis, prelambens omna, quod affert. V. *Bentley.* qui vult *prælibans* ex duob. MSS. ¶ De fluvio lambente ſeu alluente ripas, *Prudent. in Hamartig.* v. 357. Sed dum liventee liquæ incorruptus arenas Prelambit, putrefacta iatee contagia ſordet. *Auſon. in diſcripe. Orb.* v. 494. *de Tibre.* Romanoſque large lapſu prelambit alumno.

PRÆLARGUS, a, um, valde largus. *Perſ. ſat.* 1. v. 14. Gnnde aliquid quod pulmo animę prelargus anhelet. *Juvene. l.* 3. *ſub fin.* Prelarge dapes.

PRÆLASSATUS, a, um, ante laſſatus. *Frontin. l.* 2. *ſtrategem. c.* 5. *extr.* Prelaſſatos facile ſuperavit.

PRÆLATIO, onis, ſ. *preferimento, prelazione, πρόκρισις*, actus preferendi, ſeu anteponendi. *Valer. Max. lib.* 7. *c. ult. num.* 4. Ut non ſolum flagitioſam ſilentium, ſed etiam prelatio contumelioſa videri poſſit. *Tertull.* in *Apoleg. c.* 23. Prelatio alterius ſine contumelia alterius non poteſt procedere. Adde *adverſ. Valentinian. c.* 22.

PRÆLATOR, oris, m. *preſeritore, προκρίνων*, qui preſert & anteponit. *Tertull. de Pudic. cap.* 2. Idem miſericordię prelator, quam ſacrificii.

PRÆLATUS, a, um, *preferito, anteposto, πρόκριτος*, antepoſitus. *Virg. Æn.* 5. v. 541. Nec bonus Eurytion pulato invidit honori. *Ovid. Met.* 8. v. 109. O patrię prelate mee, prelata parenti. *Plin. l.* 12. *c.* 25. Sativa myrrha multum ſilveſtri prelata. *Tertull. ſub fin. lib.* 3. *adverſ. Marcion.* Jacob, qui poſterioris, & prelatioris popali ſignum eſt. *Cæl. Aurel. Acut. l.* 3. c. 8. *ſect.* 94. Neque melioe, quam phlebotomia, vel prelatior uſue cucurbitę eſſe poteſt. ¶ Item ante latus, prętervectus, *portato oltre, trasportato*. *Tacit. 6. Ann. c.* 35. Vulnus pee galeam adegit, nec itorare valuit, prelatus equo. *Liv. l.* 2. *c.* 14. *ad fin.* Cumanæ cohortes effuſa prælatos hoſtes ab tergo adortæ ſant. *Id. lib.* 7. *cap.* 24. *a med.* Præter caſtra atiam ſua fuga prælati, arcem petunt. *Id. lib.* 5. *cap.* 26. *a med.* Ut effuſa fuga caſtra ſue prælati, urbem peterent. Adde *lib.* 38. *cap.* 27.

PRÆLAVO, is, a. 3. ante lavo. *Apul.* in *Apolog.* Ejus merito os, ut bono potui poculum, prælavitur.
PRIENEUS, i, Πριηνεύς, triſyllab. Prienæus, qui eſt ex Priene oppido Ioniæ maritimo, in confinio Cariæ, Heracleæ proximo, patria Biantis. *Auſon. de* VII. *Sap. da Lud. v.* 22. *& in Bianta, verſ.* 2. Bias Prieneus dicit, οἱ πλεῖστοι κακοί. *& in fi.* Plures eſſe, Bias, pravos, quem clara Priene, &c. *Sidon. carm.* 2. *v.* 161. & *carm.* 15. *v.* 48. primam producit.

PRIMÆVITAS, atis, f. *gioventù, adoleſcenza*, primum ævum, primi anni adoleſcentiæ. *Inſcript.* (IV. Chriſti ſæculo exarata) apud *Gruter. pag.* 462. *n.* 2. Cujus primævitas, officio ſedis Urbanæ advocationis exercito, &c.

PRIMÆVUS, a, um, *che è nel fior degli anni, giovinetto, novellino, novellone*, qui in primo ævo eſt, h. e. in flore ætatis: qui primos pubertatis annos eſt ingreſſus, vel qui adoleſcentiam eundem exceſſit. *Virg. 9. Æn. v.* 544. vix annis Helenor, Et Lycus elapſi: quorum primævus Helenor, &c. *Val. Flacc. l.* 6. *v.* 569. Neſoris haſtæ Immoritur primævus Helix, brevibus præreptus in annis. *Virg. 7. Æn. v.* 161. & *Sil. l.* 5. *v.* 18. & *Senec. in Hippol. verſ.* 620. Ante urbem pueri, & primævo flore juventus Exerçentur equis. *Virg. Æn. 10. v.* 345. & *Sil. l.* 16. *v.* 406. & *Lucan. l.* 6. *v.* 561. fidens primævo corpore Clauſus. *Val. Flacc. l.* 2. *v.* 653. ceutumque pares primæva miniſtri Corpora. *Cauſil. carm.* 63. *de nupt. Pel. v.* 401. Optavit genitor primævi funera nati. *Nemeſian. in Cyneg. v.* 113. *de canib.* dum læto flore juventus, Corporis & venis primævi ſanguis abundat. (ordo eſt *& ſanguis primæve corporis abundat* in *venis*.) *Claudian. l.* 1. *in* I. *Conſul. Stilich. verſ.* 51. Vix primævus eras, paci cum mitteris auctor Aſſyriæ.

PRIMANI, orum, m. primæ legionis milites, ut Secundani ſecundæ, Tertiani tertiæ. *Tacit. lib.* 2. *Hiſt. cap.* 43. Primani, ſtratis Unaetviceſimanorum principibus, aquilam abſtulere. Adde *lib.* 4. *c.* 37. & alibi.

PRIMANUS Tribunus, la dicebatur, qui primæ legioni tributum ſcribebat, ut tradit *Feſtus*, citans *Catonis* orationem, quam de ſuis virtutibus contra Thermum habuit.

PRIMARIUS, a, um, *primario, principale*, πρῶτος, qui primus eſt in aliquo ordine, princeps, primas, vel principum unus. Vetus elogium A. Atilii Calatini apud *Cicer. 2. de Fin. c. ult. & de Senect. c.* 17. Uno ore cui plurimæ conſentiunt gentes, populi primarium fuiſſe virum. *Id. 3. Verr. c.* 58. *ad fin.* Magno præſidio fuit Antiæ pupillæ mater, femina primaria. *Plaut. Stich.* 2. 2. 81. Quin vos capitis conditionem ea peſſima primariam? *h. e.* conditionem nuptiarum & matrimonii. *Id. Mil.* 3. 1. 73. Primarius paraſitus. *Plin. l.* 7. *c.* 43. *a med.* Primarius bellator. *Cic. 3. de Fin. c.* 16. Sic in vita non ea, quæ primario loco ſunt, ſed ea, quæ ſecundum locum obtinent, producta eominentor.

PRIMAS, tis, omn. gen. primus, primarius. *Apul. l.* 2. *Metam.* Apod primatem feminam. *& ibid.* Primates civitatis filius. *Imp. Arcad. Honor. & Theodoſ. lib.* 7. *Cod. Theodoſ. tit.* 18. *leg.* 13. Quod ad notitiam primatum urbium, vicorum, caſtellorumque devenat. *Imp. Honor. & Theodoſ. ibid. leg.* 1. *tit.* 22. *leg. ult.* Periculo primatum officii.

PRIMATUS, us, m. *primato, maggioranza, preferenza, primo poſto*, πρωτεῖον, primus locus, primæ partes, principatus, palma. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 7. *in fin.* Alii dant primatum bonis pratis. *Plin. l.* 14 *c.* 17. *a med.* Primatum obtinere apud regem. *Id. l.* 8. *cap.* 5. Donare aliquem primatu. *Id. l.* 13. *c.* 22. *de charta*. Primatom mutauit Claudius: nimia quippe Auguſtæ tenuitas tolerandi non ſufficiebat calamis.

PRIME, adverb. apprime, in primis. *Nævius* apud *Chariſ. lib.* 2. *pag.* 188. *Putſch.* Fabula prime proba. Agnoſcit etiam *Feſtum. l.* 3. *pag.* 603.

PRIMICERIATUS, us, m. officium & dignitas Primicerii. *Imp. Honor. & Theodoſ. lib.* 12. *Cod. tit* 27. *leg.* 1.

PRIMICERIUS, ii, magiſter, vel princeps officii. h. e. qui primum obtinet locum inter aliquos munere publico fungentes. Amplifſime enim hæc vox accipitur, & generatim ita vocatur, qui in aliquo munere principes ſunt, adeo quidem, ut & ſcholæ, collegiaque ſuum habuerint primicerium. Unde *Suidas* geoeratim interpretatur πρῶτος τῆς τάξεως, ideſt qui in quocunque ordioe primum locum obtinet. Itaque *Primicerius in officio Præfectorum Prætorio* legitur apud *Veget. de re milit. l.* 2. *c.* 21. & *Primicerius protectorum* apud *Ammian. Marcell. l.* 18. *c.* 3. (*al.* 6.) Primicerius Notariorum, apud *Imp. Honor. & Arcad. lib.* 12. *Cod. Theodoſ. tit.* 18. *leg.* 1. ſacri cubiculi, *ibid.* menſorum apud *eoſd. lib.* 12. *Cod. Juſtin. tit.* 28. *leg.* 1. fabricæ, *Valens. Theodoſ. & Arcad. ibid. lib.* 11. *tit.* 9 *leg.* 2. domeſticorum, & protectorum, *Theodoſ. & Valent. ibid. lib.* 11. *tit.* 17. *leg.* 2. Alios etiam primicerios ſuppeditat *Caſſiod. l.* 11. *Variar.* ¶ De ejus etymologia varii varia, ſed plures & ſaniores ita dictum putant, qui primus ſcriberetur in cera. h. e. in tabula cerata, ſeu catalogo alicujus ordinis. Nunc voa hæc ad Eccleſiaſticam dignitatem tranſiit Epiſcopali proximam.

PRIMIGENIUS, a, um, πρωτογενής, primitivus, qui aliunde noo habet originem. *Varr. l.* 2. *de R. R. c.* 2. Dicam de primigenia pecuaria. E feris enim pecudibus primum dicis oves comprehenſas ab hominibus, & manſuefactas. ¶ Primigenia verba, ſeu vocabula, πρωτότυπα ῥήματα, quæ non ſunt ab alia voce, ſed ſuas habent radices, ut *lego, ſcribo. Varr. l.* 5. *de L. L. c.* 5. ¶ *Primigenia femina* dicuntur, quæ a natura infita ſunt, quæ Græci τὰ πρῶτα οἰκεῖα appellant, & *Cic.* 5. *de Fin. c.* 7. prima ſecundum naturam. *& lib.* 2. *c.* 11. prima data natura, item prima, & principia oaturalia. Io his numerent incolumitatem, conſervationemque omnium partium, valetudinem, ſenſus integros, doloris vacuitatem, vires, pulcritudinem, ceteraque hujuſmodi. *Varr. l.* 2. *de R. R. c.* 4. In his intus primigenia femina dedit natura. ¶ *Primigenius ſulcus* dicitur, teſte *Feſto*, qui in condenda nova urbe, junctis tauro & vacca, deſignationis cauſa imprimitur: quia ab eo incheatur opus urbis coodendæ. ¶ Primigenia rerum *Ammiano ſub fin. l.* 26. eſt rerum natura. ¶ Primigenii apud *Apul. lib.* 11. *Metam.* dicti ſunt Phryges, quia credi volebant, ſe primos omnium hominum exſtitiſſe. quod tangit etiam *Claudian. l.* 2. *in Eutrop. v.* 251. ¶ Primigenia Fortuna, dea Fortuna præſes rerum gignendarum, vel quæ eſt unicuique a primo ortu comes. Hujus ædem in colle Quirinali dedicavit Q. Marcius Rulla, duumvir ad id ipſum creatus. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 11. *extr. Liv. l.* 34. *c.* 53. *a med.* ¶ Ab hac datum cognomen legioni XXII. Primigeniæ, apud *Spartian. in Dig. Julian.* c. 1. & apud *Gruter. Inſcript. 9. pag.* 427. & 1. *pag.* 551. & 2 *pag.* 566. & alibi.

PRIMIGENUS, a, um, πρωτόγονος, primo genitus. *Lucret. lib.* 2. *verſ.* 1104. Diemque Primigenum matris, & terræ, ſolique courtum. *Avien. in Arat. verſ.* 13. Mentis primigeuæ penetralia dura reſolvens.

PRIMIPARA, æ, f. *di primo parto*, πρωτοτόκος, femina in quovis animalium genere, quæ primo peperit. *Plin. l.* 8. *c.* 40. Et ab ea, quæ femina ſit ea primipara geoita, Faunos crmi. Adde *cap.* 47. ubi de ovibus loquitur, ſicut priore loco de canibus.

PRIMIPILARIS, re, qui fuerat, vel qui eſt primipilus. *Quintil. l.* 6. *c.* 3. An primipilaris ei teſtamento fuaderet ordinare ſuprema judicia. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 416. *n.* 1. Primipilari Leg. VIII. ¶ Legitur & *primopilaris* in *Inſcript.* apud *eund. pag.* 50. *n.* 6. L. Aurelius L. F. Pal. Rufus Primopilaris.

PRIMIPILARIUS, ii, m. primipilaris. *Senec. de conſolat. Sap. c.* 18. Nec impune ceſſit primipilario, quod, &c. *Spartian. in Didio Julian.* c. 5. Nigrum miſſo primipilario, occidi imperat. Adde *in Peſcen. Nigro, c.* 2. *a med.*

PRIMIPILATUS, us, m. primipili dignitas. *Impp. Valerian. & Gallien. l.* 12. *Cod. tit.* 63. *leg.* 1. Commoda primipilatus poſt adminiſtrationem incipiunt deberi.

PRIMIPILUS, *ſive* Primopilus, i, m. πρῶτος τῶν ἑκατοντάρχων, Centurio primi pili, h. e. due primæ centuriæ in ordine pilanorum, ſeu triariorum. Sed *Dionyſ. lib.* 9. ſcribit, omnes Centuriones legionis, qui ſexaginta erant, generatim primipilos appellatos eſſe. *Veget. de re milit. l.* 4. *c.* 8. ſic ſcribit: Vetus conſuetudo tenuit, ut ea primo principe legionis promoveretur centurio primi pili, qui non ſolum aquilæ præerat, verum etiam quatuor centuriis, h. e. quadringentos milites in prima acie gubernabat. Hic tanquam caput totius legionis merita conſequebatur, & commoda. *Cæſ. l.* 2. *B. Gall. c.* 25. P. Sextio primipilo multis vulneribus confecto. *Val. Max. l.* 1. *c.* 6. *n.* 11. Aquilarum altera vis coovelli a primipilo potuit. ¶ *Primopilus* legitur in Vet. Inſcript. apud *Gruter. pag.* 349. *n.* 4. & *pag.* 370. *n.* 1. & *pag.* 437. *n.* 5. quæ ſic habet: C. Meſſio C. F. Sabini. Primo. Pilo. Præf. Cohort. &c. ¶ Differunt autem *primipilus*, & *primus pilus*; nam *primus pilus* eſt prima centuria; *primipilus* vero ejus centuriæ ductor. V. *Pilus*. ¶ Summa erat primipili dignitas, quique eam obtinebat, ſtatim in equeſtrem ordinem referebatur. *Martial. l.* 6. *epigr.* 58. Et referes pili præmia clarus eques. V. *Juſt. Lipſ. de milit. Rom. l.* 2. *dial* 8.

PRIMIPOTENS, tis, adject. primus potentia. *Apul. in Aſclep. pag.* 92. *Elmenhorſt.* Deus primipoteus, & primus gubernator mundi.

PRIMISCRINIUS, ii, m. primus in ordine ſcriniariorum. *Imp. Anaſtaſ. lib.* 12. *Cod. tit.* 50. *leg. ult. Impp. Theodoſ. & Valent. ibid. tit.* 53. *leg. ult. & Impp. Gratian. Valens, Theodoſ. & Arcad. ibid. tit.* 60 *leg. ult. & Inſcript.* apud *Donatum claſſ.* 6. *n* 151.

PRIMITER, adverb. primitus, primo, primum. *Pompon.* apud *Non. c.* 2. *n.* 661. & *cap.* 10. *n.* 23. Quin bono animo es, video: eripii primiter dapes. Sed idem *Non. c.* 8. *n.* 41. hunc eundem locum ita refert: Bono animo es, video: eripuiſti primitus de pannibus. Addit *Non. cit. c.* 2. hæc verba *Lucilii l.* 5. Sicuti cum primiter ficos populare ſentis, item pretia ingenti ad primitus paucos. Quæ corrupta ſunt, & ab eodem ſic emendate recitantur *cap.* 4. *n.* 118. Sicuti cum primos ficos propola recentes Protulit, & pretio ingenti dat primita paucos.

PRIMITIÆ, arum, f. *primizie, ſtrenne*, primæ res in quocumque genere, ut Primitiæ operum, armorum, frugum, vel fructuum, &c. a *primus*. Videntur proprie dici de primis fructibus ex agro ſuſceptis, qui Deo offerebantur, translate etiam de aliis rebus. *Ovid. 2. Faſt. v.* 510. Primitias Cereri farra refecta dabant. *Id. 8. Met. v.* 274. Primitias, frugem Cereri, ſua vina Lyæo, Palladios flavæ latices libaſſe Minervæ. *Id. 3. Faſt. v.* 729. To (*Bacche*) memorant, Gange, totoque Oriente ſubacto, Primitias magno ſepoſuiſſe Jovi. *Calpurn. Ecl.* 2. *v.* 64. pomiferi Laribus conſuevimus horti Mittere primitias. *Val. Flacc. l.* 3. *v.* 515. juſtæque dolorum Primitiæ, & tenero ſuperati protinus angues. *ſcil.* Juno de Hercule loquitur. *Stat. 11. Theb. v.* 285. Hei mihi primitiis armorum, & tite nefaſto Libatus. *h. e.* initiis belli. *& in fin. lib.* 2. Primitiæ operum. *& lib.* 6. *v.* 146. lacrimarum. *Virg. 11. Æn. verſ.* 156. Primitiæ juvenis miſeræ, bellique propinqui Dura rudimenta. *Sil. l.* 3. *v.* 11. Primitiæ iori. *h. e.* prima gaudia conjugii. *Tacit. 4. Hiſt. c.* 53. *ad fin.* metallorum. *h. e.* primæ maſſæ e metallis eruta.

Digitized by Google

ta. *Colum. l.* 4. *c.* 10. vitis resecare. *b. e.* quæ prima trunco vitis progeminantur. Sic *lib.* 10. *v.* 147. Primitia plantæ modicos tum præbeat imbres Sedulus irrorsus qhtor. *Gell. in præfat. atticæ med.* Primitias quasdam, & quasi libamenta ingeniarum artium dedimus. *Apul. l.* 2a. *Mercam.* Dum ludicris Scenicorum choreis primitiæ spectaculi dedicantur. *& lib.* 11. Rudem dedicantes carinam, primitias commeatus libant. *b. e.* initium navigationis. ¶ Legitur & *primitia*, sed minus placet.

PRIMITIUS, a, um, πρῶτος, qui in aliqua re primus & præcipualis est. *Ovid.* 12. *Met. vers.* 272. Ecce rapit mediis flagrantem Rhœtus ab aris Primitium torrem. Al. leg. *prunarum*. h. e. jam prunam factum.

PRIMITIVUS, a, um, *primitivo*, primus, primo advenions. *Colum. l.* 9. *c.* 13. Apes primitivis floribus illectæ. *Id. de Arbor. c.* 23. Ea res & fertilem arborem reddet, & primitivos annos fructum vinosum. *b. e.* cum primum arbor fructus ferat. quod idem tradens *l.* 5. inquit *cap.* 10. *a med.* primis annis. *Prudent. περὶ στεφ.* 14. *de S. Romano*, *v.* 128. Ut primitivum crederes fetum geri. *b. e.* primogenitum. ¶ Primitiva verba, quæ primigenia *Varro* vocat, suas, quæ primam positionem ab ipsa natura acceperunt, ut *lego*, *servo*, *domo*, *foris*. Hæc *Perscian. l.* 8. *pag.* 834. *Putsch.*

PRIMITUS, *primitumante*, *la prima volta*, πρῶτον, primum, primo. *Lucil.* apud *Non. c.* 4. *n.* 118. Sicuti cum primos ficos propola recentes Protulit, & pretii ingenti dat primitu' paucos. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 31. Primitus cum esit vitis, tota resecari solet. *& lib.* 2. *cap.* 2. *a med.* Primitus ortu herba imbribus primoribus evocata. *Virg. in Cer.*, *v.* 490. Ac veluti lu niveo teneræ cum primitus ovo Effigies animantis, &c. ¶ Dicitur & *primum*, producta ultima. *Catull. carm.* 19. *in Priap. v.* 18. Florido mihi ponitur picta vere corolla Primitu, & tenera virens spica mollis arista.

PRIMNESIUS, palus, ad quam funis nauticus religatur, quem alii tonsillum dicunt. *Paul. ex Festo.* Al. leg. *prymnesium*, πρυμνήσιον, *a* πρύμνα, puppis, quia funis a puppi religatur ad litus. *Virg. in l. 6. Æn.* stant litore puppes.

PRIMO, adverb. *alla prima*, *primieramente*, *in prima*, πρῶτον, principio, primo loco, prima specie, primum, primitus. *Plaut. Amph.* 5. 1. 45. Ibi continuo contonat fonitu maximo. ædes primo ruere rebamur tuas. *Cic. Verr.* 3. *c.* 9. *extr.* Glaucia primus tulit, ut comperendinaretur reus. antea vel judicari primo potuit, vel amplius pronuntiari. *alla prima*. & *Nep. in Datam. c.* 3. Primo non accredidit. *Phædr. l.* 4. *fab.* 10. *v.* 16. Significat primo, sæpe quos ipse &c. secundo offendit scelera punire, &c. *Sallust. in Jug. cap.* 219. Rex primo negitare, &c. ad hoc metuere, ne, &c. denique sæpius fatigatus, &c. *Id. in Catil. c.* 10. Primo pecuniæ, dein imperii cupido crevit. *& ibid.* Hæc primo paulatim crescere: post, &c. *Liv. l.* 1. *c.* 50. *ad fin.* Primo restitere: mox populere etiam subeuntes. *Justin. l.* 2. *cap.* 3. Primo latebras circumspiciz: mox deinde, &c. *Liv. l.* 26. *c.* 39. Primo quinque naves habuit: postea tres additæ quinqueremes: postremo, &c. *Celsi. l.* 5. *c.* 26. *sect.* 34. Primo abstinentia utendum: deinde danda, quæ, &c. postea imponi eadem, quæ, &c. *Terent. Hec.* 4. 4. 91. Neque illi credebam primo. nunc vero palam est. *Tacit. de Germ. c.* 6. Quod primo numerus fuit, jam nomen, & honos est. *Plaut. Amph.* 2. 1. 50. Neque credebam primo mihimet Sosiæ: donec Sosia ille lecit, sibi uti arederem. *Liv. l.* 31. *cap.* 29. Messanæ ut auxilio essent, primo in Siciliam conscenderunt: iterum, ut Syracusas in libertatem asimerent. ¶ Additur interdum particula *dum*, nil mutata significatione. *Plaut. Capt.* 1. 2. 57. Primodum opus est pistrinensibus. Plerique al. leg. *primum dum*. ¶ Quid differat a *primum*, V. ibi in fine.

PRIMOGENITALIS, le, primigenius. *Tertull. adverf. Valentinian. cap.* 20.

PRIMOGENITUS, a, um, *primogenita*, πρωτόγονος, qui primus omnium genitus est, natu major. *Pallad. lib.* 1. *cap.* 30. Creduntur (*apes*) non fugere, si fercus primogeniti vituli edilmamus ritibus vasculorum. *Lodamr. l.* 4. *c.* 11. Filium suum primogenitum delabi jussit a cælo. *Plin. l.* 12. *cap.* 40. Primogenitis in quoque partu suus primus (*mammas*) præbent. *Ita Hardouin.* ex MSS. Al. *primit genitis*.

PRIMOPLASTUS, i, m. πρωτόπλαστος, primo creatus, hoc est Adam. vox hybrida ex Latino *primus*, & Græco πλαστὸς, factus, formatus. *Pseudon. Cathemer.* 9. *v.* 27. Ne genus periret primoplasti ex germine.

PRIMORDIA, orum, *n. principii*, ἀρχαί, quæ primo ordimur, initia, principia, ut Primordia rerum, gentis, belli, &c. *Cic. in Part. c.* 2. *extr.* Ut primordia rerum, & quasi præcurrentia, in quibus inest aliquid argumenti. *Id. in Arat.* 2. *Leg. c.* 3. A Jove Musarum primordia. *Quintil. l.* 1. *c.* 9. (*al.* 15.) Primordia dicendi. *Ovid. Met. v.* 67. Primordia mundi. *Lucan. lib.* 10. *v.* 177. gentis. *Pers. Sat.* 6. *v.* 3. veterum vocum. *Colum. l.* 3. *c.* 11. *circa med.* Elementa spiritus cum terrenis primordiis miscere. *Pallad. in Mart. tit.* 12. In primordiis. *Lucret.* inverso ordine *lib.* 4. *v.* 32. Quove modo distracta rediret in ordia prime. Eadem ratione *fecit ore* dixit *l.* 6. *v.* 961. pro *orsus est*. ¶ In singulari num. *Luc. initio op.* & *Sallust. in fragm.* apud *Priscian. l.* 16. *pag.* 1101. *Putsch.* A primordio urbis. *Colum. l.* 1. *c.* 1. *ad fin. a med.* Utriusque scripturam primordium talibus auspicatus sententiis. *Curt. l.* 9. *c.* 2. Adhuc in operum suorum primordio stara. *Justin. l.* 2. *c.* 1. *a med.* Utriusque primordii Scythas origine præstare. Adda *Tacit.* 2. *Ann. c.* 7. & *l.* 3. *Hist. c.* 34. & *Apul. in Apolog. & in Florid. n.* 3. (*al. lib.* 1.)

PRIMORDIALIS, le, ad primordia pertinens, primus, ut Primordialis lex, *Tertull. adverf. Jud. c.* 2. Primordialis causa, *Ammian. l.* 30. *c.* 2.

PRIMORDIUM, V. *Primordia*.

PRIMORDIUS, a, um, *primo*, *originario*. *Colum. l.* 6. *c.* 37. Ut avitus color primordii feminis misto reddatur nepotibus. *Al. leg.* primordiis feminum.

PRIMORIS, is, *primo*, primus, prior. *Cell. l.* 20. *c.* 10. *In* primore pustitia. *Sil. l.* 1. *v.* 511. Haud ma dissimilem, Alcide, primoribus annis Agnoscs Agnoscs, iaviste, tuis. *Id. l.* 11. *v.* 143. excisam primori Marte Saguntum. *b. e.* primo belli tempore. *Gell. l.* 2. *c.* 7. Primore aspectu. *a prima visla. Lucr. l.* 2. *R. R. c.* 2. *a med.* Primitus uritur herba primoribus imbribus evocata. ¶ *Permores dentes*, qui primi conspiciuntur, *i denti davanti*. *Plin. l.* 7. *c.* 16. *& lib.* 11. *c.* 37. quos *lib.* 29. *c.* 2. *sub fin.* primos dixit. ¶ *Primores*, proceres, primi, primates. *Horat. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 203. Vitibus, ingenio, specie, virtute, loco, re Extremi primorum, extremis usque priores. *Id. l.* 2. *sat.* 2. *v.* 69. Primores populi arripuit, populumque tributim. *Colum. l.* 12. *c.* 3. *sub fin.* Civitatum primores, atque optimates. *Curtil. carm.* 67. *ad Manl. v.* 87. primores Argivorum viri. *Juvenal. sat.* 15. *v.* 40. Primores, ac ducos. *Tacit.* 2. *Ann. c.* 29. Primores feminæ. *Liv. l.* 24. *c.* 20. *a med.* Primora juventute conscripta, dispositisque hastinubus. *b. e.* primoribus a juventuta. *Tacit.* 13 *Ann. c.* 3. C. Ansonius Rebius ex primoribus peritia legum, & pecuniæ magnitudine. *Cell. l.* 2. *c.* 22. *circa med.* Primores venti, *principali*, *cardinali*. ¶ *Primores*, patres, nobiles: & opponuntur plebi. *Tacit. Ann.* 2. *c.* 29. Plebes, primores, juventus, senes incurfant. *& lib.* 6. *c.* 42. Plebem primoribus tradidit. ¶ da prima, seu anteriori parte cujusque rei, *l'estremità davanti*. *Cato R. R. c.* 40. Capito sibi furculum, quod genus inserere voles eum primorem præscuto obliquum primores digitos duos. *agguzzalo nell' estremità due punte di dietro*. V. *Digitus*. *Plaut. Becch.* 4. 4. 54. Sumese aliquid digitulis duobus primoribus. *Lucil.* apud *Non. c.* 5. *n.* 24. Gallinaceu' cum victor se gallus honesta Sustulit in digitos, primoresque erigit ungues. *Id. ibid.* Eluxique animam in primoribu' ostribus. *Plin. l.* 18. *c.* 22. *post med.* Pilo primori (*que ego tunditur*) inest pyeis ferrea. *Lucret. l.* 6. *v.* 1191. Nasi primoris acumen. *Plin. l.* 8. *c.* 14 Cauda lata fusa primori parte. *Cell. l.* 2. 1. 18. In primore libro *nel principio del libro*. *& lib.* 16. *c.* 5. Vestibulum esse partem domus primorem. *anteriore*. *& lib.* 7. *c.* 22. Tunicis uti prolixis ultra brachia, & usque in primores manus, ac prope in digitos. *Tacit.* 3. *Hist. c.* 22. *extr.* Primori in acie versari. *nella prima file*. & *Curt. l.* 4. *cap.* 6. *circa med.* Dimicare inter primores. *b. e.* inter eos, qui in primori acie sunt. ¶ Primoribus labris, *sulla punta della lingua*, *sulle sommità delle labbra*: & translate *leggermente*, levitet. *Plaut. Trin.* 4. 2. 65. Verbabatur mihi (*munera*) in labris primoribus. *Cic. in fragm.* apud *Non. c.* 5. *n.* 24. Quod in primoribus habent, ut ajunt, labris. *Id. pro Cal. c.* 15. Non modo qui primoribus labris gustassent genus hoc vitæ, & extremis, ut dicitur, digitis attigissent; sed qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent. *Id.* 2. *de Orat. c.* 19. *a med.* Hæc esse penitus in media philosophia retrusa atque abdita, quæ isti rhetores ea primoribus quidem labris attigissent. ¶ Caret recto singulari, itemque posticna neutrius generis propria, in utroque num. Genitivus autem mobilitudinis, *primorum*, communis est cum *primus*. *Serv. ad Æn.* 9. *v.* 309.

PRIMOTICUS. V. vocem sequent.

PRIMOTINUS, a, um, πρώϊμος, primo nascans, tempestivus, maturus: cui opponitur serotinus. Agnoscitur a *Perscian.* super 12. *vers. Æn.* 5. *pag.* 1227. *Putsch.* Et fortasse ita legendum est apud *Apic. l.* 4. *c.* 5. *sub fin.* Duracina primotina pusilla præcoqua purgas. Ubi ni. leg. *primotica* eod. sensu.

PRIMULUM, *per la prima volta*, primum, primo, primiter: apud Comicos. *Terent. Adelph.* 3. 2. 2. Modo dolores, mea tu, occipiunt primulum. *& 5. 6. 10.* Paulatim plebem primulum facio meam. *Plaut. Men.* 5. 5. 18. Jam hercle occeptat insanire primulum. *& 9. 57.* Tum dentes mihi cadebant primulum. Adde *Mil.* 4. 2. 23.

PRIMULUS, a, um, *primo*, primus: apud Comicos. *Plaut. Amph.* 2. 2. 205. Primulo dilusoln abivisti ad legiones.

PRIMUM, *la prima volta*, *primieramente*, πρῶτον, primo, primiter: & sæpe enumerationibus, & distributionibus. *Cæs. l.* 1. *B. Gall. c.* 25. Cæsar primum suo, deinde utriusque & conspectu remotis equis, prælium commisit. *Cic. Fam.* 16. *ep.* 3. *extr.* Ta valere, tus causa primum volo, tum mea. *Id. pro Sull. c.* 15. Primum, ne qui posset, &c. deinde, ne cui liceret, &c. postremo, ne quid jam a me, &c. *Id. Verr.* 4. *c.* 58. *extr.* Primum, averti pecuniam non placere: deinde ipsarum statuarum modum quendam assa oportere: deinda, illud cerre: ab invitis aeipi non oportere. *Id.* 2. *de nat. Deor. c.* 1. *sub fin.* Primum docent esse deos: deinde, quales sint: tum, mundum ab his administrari: postremo, consulere eos rebus humanis. *Celsi. l.* 2. *c.* 1. *ad fin.* Puericia primum circa quadragesimum diem, deinde septimo mensis, tum septimo anno, postea circa pubertatem periclitstur. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 56. *a med.* Primum Latina Apollo nonquam locutus est: deinde ista fere inaudita Græcis est: præterea Pyrrhi temporibus, &c. postremo, quamquam, &c. *Id. l.* 2. *de Orat. c.* 31. *a med.* Orator debet reperire primum, quid dicat: deinde inventa, &c. tum ea vollire, &c. post memoria tenere: ad extremum agere, &c. *Id* 5. *de Fin. c.* 23. Caritas generis humani serpit cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitiis, post vicinitatibus, tum civibus, deinda totius complexu gentis humanæ. ¶ Additur genitivus *omnium* ad majorem vim. *Cic.* 2. *Catil. c.* 9. Primum omnium ego ipse vigilo, adsum, provideo. *& 3. Verr. c.* 25. Primum omnium opera danda est, ut, &c. *Brut. ad Cæsar.* 25. *Fam. epist.* 20. Primum omnium non te fugit a

&c. *Terent. Heaut.* 2. 3. 33. Jam primum omnium Dromo pulſet lores. *Plaut. Trucul.* 4. 3. 13. Omnium primum deverſæ ſtuta. ¶ Item *duæ* particula. *Plaut. Mil.* 2. 3. 26. Primum *dum*, ſi falſo inſimulas Philocomaſium, hoc perieris. Iterum ſi id verum eſt, tu ei cuſtos additus poteris. *Id. Trin.* 1. 2. 61. Primum dum omnium mala dicitoſtur tibi vulgo in fœminibus. *Id. Moſtell.* 2. 1. 53. Omnium primum dum ædes fac occluſæ ſint. Adde *Rud. prol.* v. 32. & *Trucul.* 2. 1. 10. ¶ Interdum poſt *primum* non ſignificatur *deinde*, aut quippiam ſimile, ſubintelligitur tamen, & nihilominus abſolvitur ſententia. Exempla habes *l.* 2. *Fam. ep.* 9. *l.* 7. *ep.* 23. *lib.* 12. *Attic. ep.* 18. *a med. l.* 4. *Acad. q.* 14. *ad fin.* & 18. quæ congeſſit *Manut. ad tit. l.* 2. *Fam.* item *Terent. Andr.* 1. 3. 6. *Virg.* 4. *Æn. v.* 343. *Plaut. Moſtell.* 2. 1. 53. &c. ¶ Extra enumerationem, præcedentibus particulis *ut*, *ubi*, *cum*, *nunc*, &c. *Cic. Fam.* 12. *epiſt.* 13. Ut primum poteſtas data eſt augendæ dignitatis tuæ, nihil prætermiſi in te ornando. *toſta tbe.* & 4. *Verr.* c. 10. Ubi primum potuit, ſtum reliquit. *ſubito tbe.* Sic *lib.* 2. *de nat. Deor.* c. 48. Simul ac primum niti poſſunt, aquam perſequuntur. *Id.* 4. *Verr.* c. 23. Tum affuerat, cum primum dati ſunt judices. *quando per la prima volta.* & *Terent. Andr.* 5. 4. 33. Poſtilla nunc primum nudio, quid illa ſit ſuctum. *queſt' è la prima volta, tbe feuro u dire.* & *Plaut. Aſin.* 5. 2. 37. Cenſin' tu, illunc hodie primum ire aſſuetum eſſe in ganeum? *tbe oggi fu la prima volta*, *tbe*, &c. *Cic. Phil.* 5. *c.* 11. *ſub fin.* Quo die primum convocati ſumus. ¶ *Primum*, & *primo* id differunt, quod *primum* ad ordinem rerum pertinet, *primo* ad tempus. Aliquando tamen promiſcue uſurpantur. *Plaut. Capt.* 2. 3. *extr.* Et rus primum prævorti volo. *primo di tutte.* & *Cic. pro Arch.* 1. 3. Primum Antiochiæ celeriter antecellere omnibus contigit; poſt, &c. *Liv. l.* 38. *ep.* 41. Primum expulere loco hoſtes, deinde avertere. *Cæſ. l.* 1. *de Bell. Civ.* 39. *a med.* Primo quidem decipi, incommodum eſt: iterum, ſtultum: tertio, turpe. ¶ *Quam primum* V. ſuo loco.

PRIMUS, a, um, *primus*, *principalis*, πρῶτος, ſuperlat. a *prior*, dicitur is, qui ante ſe nullum habet, & refertur ad ordinem, locum, tempus. *Cæſ. l.* 7. *B. Gall. c.* 48. Eorum ut-cunque primus venerat, ſub muro conſiſtebat. *Terent. Adelph.* 4. 2. 7. Primus ſeatio mala noſtra: primus reſciſco omnia: primus porro nbnuntio. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 22. *ſub fin.* Statuariorum primus Apollonis, quem Arcades colunt: qui ſpeculum inuenit, primuſque vulnus dicitur obliquaviſſe: ſecundus lecundi Mercurii frater: tertius Arſippi, & Arſioone, qui primus purgationem alvi invenit. *Id.* 3. *Offic. cap.* 1. Verum primum: verum igitur & *extremum*. *Liv. lib.* 34. *cap.* 19. Trium conditionum electionem ferre jubet: primam, ſi tranſire, &c. alteram, ſi abire, &c. tertiam, ſi placeat, &c. *Cæſ. Attic. l.* 9. *ep.* 6. *a med.* Primæ litteræ monent, ne, &c. proinde oſtendunt, &c. *Id. ſub fin. Phil.* 8. Qui ad conſules ante Idus Martias primus adierat. *le proſſime ide.* & *pro Sext. c.* 3. Cum tribunus plebis primus iater homines nobiliſſimos factus eſſet. *Id.* 4. *de Fin. cap.* 7. Primi ex omnibus philoſophis a natura tributum eſſe docuerunt, ut, &c. *Nep. in Alcib. cap.* 7. *ad fin.* Primus Græcia in Thraciam introit. *Sortou. in Cæſ. c.* 25. Germanos primus Romanorum mannis affecit clabibus. *Tacit. Ann.* 6. *c.* 4. Latiarem luendæ pœnæ primus fuit. *Ovid. Heroid. ep.* 17. *v.* 185. Si te vidiſſem, primus de mille fuiſſes. *Id.* 5. *Met. v.* 97. Cephenum poſt regem primus Odites. & *l.* 4. *ex Pont. ep.* 15. *verſ.* 4. a Superis hic mihi primus erit. *b. e.* poſt Superos. ¶ *Prima virorum*, primarii viri, τὰ πρῶτα τῶν ἀνδρῶν. *Lucret. l.* 1. *v.* 85. Dictores Danaum delecti, prima virorum. Sic *Primus vero*, prima via. *Id. l.* 1. *v.* 1067. *Prima conſiliorum*, prima conſilia. *Tacit. 2. Hiſtor. c.* 11. ¶ Cum infinito *Sil. l.* 1. *v.* 160. Primus inire mari, poſtremus ponere Martem. ¶ Sæpe dicitur de principe, ſeu numerare parte cujuſque rei. *Cic. Fam.* 3. *ep.* 6. Te in primo provincia velle eſſe, ut quam primum deceſſeris. *fait' ingreſſo della provincia.* & *Ovid.* 3. *Amor. el.* 2. *v.* 64. pates ſi ſorte juvabit, Cancellis primos inſerueſſe pedes. *la punta de' piedi.* & *Plin. l.* 11. *c.* 37. *ſect.* 65. Rana prima lingua cohæret, interna abſoluta a gutture. *la punta della lingua.* & *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 8. *ad fin.* Primis, ut dicitur, labris guſtaſſe phyſiologiam. *Virg.* 3. *Georg. v.* 399. Primaque ferratis præfigunt æra capiſtris. *L'eſtremità del muſo.* & *Catull. carm.* 2. *verſ.* 3. primus digitus. *la punta del dito.* & *Petron. in Satyr. c.* 122. Primis ſtatim nocte. *ſul principio della notte.* & *Calum. l.* 10. *v.* 190. Cæciliam primo deponit Aquerius anno. *Id. l.* 12. *c.* 21. *in fi.* primis vindemia. *& cap. c.* Primo mane. *Plin. l.* 19. *cap.* 2. *ſub fin.* Primi dantes. *b. e.* primores. ¶ *Primus ſol*, ſol oriens, *il ſol naſcente. Virg. 6. Æn. v.* 255. primi ſub lumina ſolis, & ortus. *Val. Flacc. l.* 5. *v.* 331. primi jubar ad placabile Phœbi. *Sil. l.* 12. *v.* 574. ubi nox depulſa polo, primaque rubeſcit Lampeda Neptunus. ¶ *Primus luna*, primus dies lunæ. *Plin. l.* 2. *c.* 13. & 17. ¶ In illo *Statii l.* 1. *ſilv.* 4. *v.* 73. & *lib.* 1. *Theb. v.* 200. Occiduas, primaſque domos, & ſole ſub omni Permeruit jurata manus: *primos domos* intellige regionem *orientalem*, quæ & nobilior eſt, & dextera pars mundi a terræ menſoribus dicitur. ¶ Ferquenter jungitur cum *quiſque*; & majorem vim adjicit. *Cic. Fam.* 13. *ep.* 57. & *ad Pompeyum* 2. *poſt epiſt.* 11. *l.* 8. *ad Attic. antr med.* & *Nep. in Milt. c.* 4. *ad fin.* Primo quoque tempore. *quanto primo.* & *Cic. in f. Phil.* 8. Primo quoque die. & *Liv. l.* 41. *c.* 48. Ut exercitui diem primam quemque dicerat ad conveniendum. *il primo giorno che ſi potrà.* & 4. *Acad. c.* 16. Mr tibi primum quidquid concedente. & *lib.* 2. *de Fin. c.* 32. *ad fin.* Fluit voluptas, & primo quæque avolat. *b. e.* quæcumque voluptas, ſtatim ne ſe ſe offert, præterit more aquæ labentis. ¶ Sæpe eſt primarius, princeps, *primario*, *principale*: & refertur ad conditionem eminentem, dignitatem, nobilitatem. *Cæſ. l.* 1. *B. Civ. c.* 35. Evocat ad ſe Maſſilienſium quindecim primos. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 6. Sex. Roſcius fuit genere, nobilitate, & pecunia non modo ſui municipii, verum etiam ejus victinitatis facile primus. & *Verr.* 6. *cap.* 17. A Lyſone vero Lilybætano, primo hominum, Apollinis ſignum ablatum eſſe non opoctuit. *Petron. in Satyr. c.* 116. Urbem antiquiſſimam, & nliquando Italiæ primam. *Virg.* 9. *Æn. v.* 785. juvenum primos tot miſerit Oreo. *Terent. Eun.* 2. 2. 17. Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt, nec ſunt. φιλοπρωτεύοντες. *Sil. l.* 17. *v.* 355. Perque bis octonos primus fuit Annibal annos Hamani generis. *Terent. Eun.* 1. 2. 10. Quia ſum apud te primus. *b. e.* amor a te maxime omnium. *Lamprid. in Alex. Severo, c.* 27. *extr.* Palæſtes primus fuit. *eccellente*, *ſingolare.* Hinc *in primis*, & *tum primis*, inter primos, *tra' primi*, ſive ratione ordinis, temporis, aut loci, ſive excellentiæ. *Nep. in Pauſan. c. ult.* Dicitur mater, poſtquam de ſcelere hujus comperit, in primis, ad filium claudendum lapidem ad introitum ædis attuliſſe. *Id. in Epamin. c.* 19. Cum pugnari cum Lacedæmoniis cœpit, in primis fletit. Cic. 4. *Verr. c.* 36. Sthenius multa, ut in primis Siculorum in dicendo copioſus eſt, commemoravit. *Nep. in Attic. c.* 13. Naque tamen non in primis hanc habuerunt. & *ibid. ad fin.* Cum in primis lautus eſſet equos Romanus. *Cic.* 4. *Verr. c.* 36. Oppidum in primis Siciliæ clarum & ornatum. *Id. l.* 1. *de nat. Deor. cap.* 43. Vir magnus in primis. *Id. Verr. 5. c.* 27. Homo in primis improbiſſimus. & *Verr.* 4. *c.* 28. Homo domi ſuæ cum primis locuples atque honeſtus. *Craſſus* apud *Cicer. l.* 2. *de Orat. cap.* 55. Sapiens homo cum primis noſtræ civitatis. ¶ Dicitur etiam *primus* de re præcipua, potiſſima, maxime æſtimanda, optima, præſtantiſſima. *Cato R. R. c.* 1. *ad fin.* Prædium quod primum ſiet, ſi mi rogabis, ſic dicam. *Salluſt. in Catil. c.* 3. Otium, atque divitiæ, quæ prima mortales putant. *Id. in Jug. c.* 86. & *Terent. Heaut.* 5. 2. 9. Eſſe animo omiſſo, &, ſuavin in præſentia quæ eſſent, ea prima habere. *Id. Eun.* 3. 5. 51. Præterea hoc etiam, quod ego vel primum puto, accipit homo nemo malius prorſus, neque probatius. *Plin. l.* 10. *c.* 34. Columbis pudicitia prima. *Id. l.* 5. *c.* 25. Primus cura. *b. e.* præcipua, pariſſima. ¶ Hinc *in primis*, (quod & *imprimis*, aut *imprimis* conjunctim ſcribitur, ſed minus recte, ut *Manut.* & *Cellar.* monent) inter res primas, ſupra cetera, præcipue, maxime, *ſopra tutto*, *principalmente*, *ſpecialmente*. *Cic.* 3. *de Orat.* 1. 5. In primis hoc in ſe animadvertam eſſe dicabet. *Id.* 5. *de Fin. c.* 18. Illud vero minime conſectarium, ſed in primis hebes. ¶ Item ante omnia, primum, primo, *premieramente*, *in primo luogo*, *prima di tutto*. *Salluſt. in Jug. cap.* 2. Jugurtha in primis Adherbalem excruciatum necat, dein omnes puberes. *Cic. Attic. l.* 5. *ep.* 1. Cum ad me frater veniſſet, in primis nobis ſermo de te fuit. ¶ *Primæ partes* in fabulis ſcenicis ſunt ejus, qui ſæpius in actu eſt, & majorem fabulæ partem ſuſtinet. V. *Pars. Terent. Phorm. prol. v.* 26. Epidicazomenon quam vocant Comœdiam Græci, Latini Phormionem nominant, Quia primas qui partas aget, is erit Phormio Parafitus, per quem res agetur maxime. ¶ Hinc translate *primas agere*, *ferre*, *dare*, *deferre*, &c. primum in quaque re locum, munus, dignitatem deſignat. *Cic. in Bruto, c.* 90. Primas in cauſis agebat Hortenſius. *Id. ibid. c.* 89. Ex his Cotte & Sulpicius facile primas tuleruot. *Id.* 3. *de Orat. c.* 56. Actioni primas dediſſe Demoſthenes dicitur, cum rogaretur, quid in dicendo eſſet primum: huic ſecundas, huic tertias. *Id. Attic. l.* 1. *ep.* 17. *extra med.* Amorie erga me, tum a ſuntemo amore deſcenſi, tibi primas defero. *Id. in Divin. Verr. cap.* 15. *a med.* Si Allienus minus vehemens fuerit, & tibi primas in dicendo partes concefferit. *Id. in Bruto, c.* 95. *a med.* Hortenſius facile primas tenebat adoleſcens. ¶ *Prima* neutr. plur. principia, primordia. *Virg. Ecl.* 6. *verſ.* 33. at his naordia primis Omnia, & ipſi tenet mundi concreverit orbis. *Liv. l.* 8. *cap.* 3. Quod bellum, ſi prima fatie proſpera fuiſſent, haud dubie ad Romanos perveniſſet. *Lucret. l.* 4. *v.* 185. In quo jam genere eſt ſolis lux, & vapor ejus, Proptereа quia ſunt e primis lacta minutis. ¶ *Primus* pro *primum*, h. e. in primis, ante omnia, Poetice. *Sil. l.* 2. *v.* 235. Stat primum urbem, muruſque patentes, Poſſpoſita cæda, & dilata, invadere, pugos. Adde *lib.* 10. *v.* 580. Non abſimilis eſt ratio in illo *Virg.* 5. *Æn. verſ.* 857. Vix primos impiua quies laxaverat artus. *b. e.* vix primum, tantum non: nisi malis eſſe enallagen pro *primo quies*, initium ſomni. ¶ *Primo*, πρῶτα, adverbii ritu, primo, primum, *primieramente*, *la prima volta*. *Gem. in Cynog. v.* 25. Prima jubeat tenui naſcentem jungere filo Limbum. Huc *Porphyrius*, & *Servius* trahunt illud *Virg.* 4. *Georg. verſ.* 221. cum prima novi ducunt examina reges. Alii illud *Catulli carm.* 29. *in Cæſ. v.* 18. Patarna prima lanciuata ſunt bona: Secunda præda Pontica: inde tertia Hibera. & *Valer. Flacc. l.* 1. *v.* 1. Prima deum magnis canimus freta pervia natis. *b. e.* freta primum pervia. ¶ *A prima*, a primo tempore, primum, prima, *du principio*, *in prima. Plaut. Moſtell.* 3. 2. 139. Multum improbiores ſunt, quam a primo credidi. *Terent. Phorm.* 4. 2. 24. Petam hinc, unde a primo inſtitui. *Cic. in Orat. c.* 2. In illis pro Cteſiphonte oratione ſubtiliſſima primo: deinde preſſius: poſt ſenſim exſultavit audacius. Adde *Attic. l.* 8. *ep.* 11. & 23. *lib.* 9. *ep.* 6. *lib.* 16. *ep.* 7. 5. & *Fin. c.* 15. & *Phil.* 2. *c.* 30. ¶ *In primo*, primo loco, ante alios. *Salluſt. in Jug. c.* 71. *extr.* Equites in primo lati, pedites quam acriſſime ire jubet. *Senec. l.* 5. *nat. quæſt. c.* 14. Repetam nunc, quod in primo diximus. *Al. emire.* in. *Cic. in Orat. c.* 64. Qui numerus in primo viget, iacet in extremo.

PRINCEPS, principis, adject. *primo*, πρῶτος, idem quod primus. Videtur eſſe quaſi *primiceps*, a *primus*, & *capio*, vel *cupio*. V. *Dominus*.

cepr. Cic. *Verr.* 4. c. 2. Omnium nationum exterarum princeps Sicili'a ſe ad amicitiam populi R. appliuit. *Ovid.* 2. *Faſt.* v. 714. muri Qui dederit princeps oſcula, victor erit. Cic. *Verr.* 7. c. 34. *ea fu.* Ut quiſque in ſuea poſtremus, ita periculo princeps erat. *Plaac. ad Cicer. Fam.* 10. *ep.* 17. Ad omnia pericula princeps eſſe noo recuſabat. *Liv. l.* 21. *cap.* 4. *ad fin.* Princeps in prœlium ibat, ultimus conferto prœlio cacedebat. *Cæſ. l.* 7. *B. Gall.* c. 2. Carnutes, principes ſa cu omnibus bellum facturos pollicentur. Cic. 3. *de Orat.* c. 32. Princepe en omnibus auſus eſt poſcere, &c. *Id.* 10. *Phil.* c. *ult.* Princeps fuit ad conatum exercitus comparandi. *& Phil.* 7. *cap.* 9. Firmani principes pecuniæ pollicendæ fuerunt. *Id. in Divin. Verr.* c. 15. Omnibus rebus is, qui princeps eſt in agendo, ornatiſſimus eſſe debet. *Virg.* 11. *Æn.* v. 620. princeps turmas inducit Atylas. *Val. Flacc. l.* 1. *verſ.* 532. peregunt Ordine cuncta ſuo, tetumque a principe curſu Fixa manent. *Stat.* 12. *Theb.* v. 664. Cujus in Ogygio princeps ſtat lancea maro. ¶ Item qui auctor, aut inventor, aut caput eſt rei cujuſpiam, *autore, capo. Cic. pro Arch.* c. 1. Hunc video mihi principem ad ſoſcipiendam, & ad ingrediendam rationem horum ſtudiorum eeſtitiſſe. *Id. pro Cluent.* c. 22. Cum patronum, quia conſciue, condemnaſſent, ipſum principem atque arbitrum ſceleris abſolveruut? *Id.* 2. *de nat. Deor.* c. 42. *extr.* Zeno, qui inventor & principe Stoicorum fuit. *Id. de Haruſpic. reſponſ.* c. 26. *ad fin.* Deteriores cavete: quorum quidem magna eſt natio: ſed tamen eorum omnium hic duæ eſt atque princeps. *Id.* 3. *de Orat.* c. 17. Auctor publici conſilii, regendæ civitatis dux, ſententiæ atque eloquentiæ princeps. *Liv. l.* 8. c. 21. *ad fin.* Principes ſententiaram conſulares. *b.* e. qui ante alios ſententiam in Senatu rogantur. *Cæſ. l.* 2. *B. Gall.* c. 14. Qui hujus conſilii principes fuiſſent, in Britanniam profugiſſe. *& lib.* 5. *cap.* 52. Tentum apud barbaros valuit, eſſe repertos aliquos principes belli inferendi. ¶ Item primarius, primus, atque re antecellens, *principale, primario, primo. Cic. in Orat.* c. 19. Longe omnium, quicumque ſcripſerunt, aut locuti ſunt, gravitate princeps Plato. *Id.* 2. *de Divin.* c. 42. Eudoxus in aſtrologia facile princeps. *Id. Fam.* 1. *epiſt.* 9. *ante med.* Quales in republica principes eſſent, tales reliquos ſolere eſſe cives. *Horat. l.* 2. *ep.* 17. v. 35. Principibus placuiſſe viris, non ultima laus eſt. *Plin. l.* 37. c. 2. *ſub fin.* Sophocles principe loci genitus Athenis. *Id. in fin.* c. 32. *l.* 8. Quæſdam principes femines ſcimus cernem eam degustare ſolitae. ¶ *Princeps juventutem*, ſub libera civitate fuit juvenis inter æquales (præſertim equeſtris ordinis) nobilitate, ſplendore, ingeniis artibus, & optima ſpe excellens, & nondum honores adeptus. *Cic. Fam.* 3. *epiſt.* 11. *a med. de M. Brute.* Alter jampridem juventutis princeps, celeritee, ut ſpero, civitatis. *Liv. l.* 42. c. 61. Equites enim illis (*Romanis*) principes juventutis: equites ſeminarium Senatus. ¶ Sub Imperatoribus hæſit hoc nomeo honoris cauſa eorum filiis: ut de Cajo & Lucio ab Auguſto adoptatis videre eſt apud *Tacit.* 2. *Ann. cap.* 3. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 194. *Senec. de conſol. ad Polyb.* c. 34. *a med. & in Cenotaph. Piſon.* C. *Cæſarii*, & *in Inſcript. Gruter. pag.* 235. *n.* 2. 4. &c. Adde *Sueton. in Calig.* c. 15. ubi martat, a Caligula fratrem Tiberium die virilis togæ adoptatum, atque hoc titalo appellatam. ¶ *Princeps Senatus, πρόεδρος τῆς γερουσίας*, dicebatur, qui primo loca in Cenſoribus in Senatu recenſendo legebatur, & primus poſt magiſtratus ſententiam rogabatur. Hic honos habebatur ei, qui vitæ probitate, auctoritete & amplitudine rerum geſtarum anteibat. *Liv. l.* 34. c. 44. Cenſores principem Senatus P. Scipionem Conſulem, quem & priores Cenſores legerent, legerunt. *Id. l.* 27. c. 11. Senatus lectionem contentio inter Cenſores de principe legendo tenuit. Sempronii lectio erat: ceterum Cornelius moram traditum a patribus ſequendum ajebat, ut qui primus cenſne nt iis, qui viverent, fuiſſet, eum principem legerent. is T. Manlius Torquatus erat. Sempronius, cui dii ſortem legendi dediſſent, ei jus liberum eoſdem dediſſe deos. ſe id ſuo arbitrio facturum, lecturumque Q. Fabium Maximum, quem tum principem Romanæ civitatis eſſe, vel Annibale judice, victurus eſſet. Cum dio certatum eſſet verbis, concedente collega, lectus a Sempronio princeps in Senato Q. Fabius Max. Cof. *Eſt qui legat* princeps in Senatum Q. Fabius, &c. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 406. *n.* 7. *dubia tamen ætate.* Princeps in Senatum duobus luſtrie lectus eſt. V. *Liv. l.* 29. c. 37. ¶ In militia *principes* erant milites robuſtioris ætatis, & gravis armaturæ, qui in ſecundo, vel (ſi velites primos dicas) tertio aciei loco poſt haſtatos collocabantur; ita dicti vel quod eſſent præcipuum robur exercitus, (quod tamen triarii maxime convenit): vel quod erant ex ditioribus & nobilioribus civibus: vel demum quod olim primi pugnam inibant: unde *Ingers. de re milit. l.* 1. c. 20. & *lib.* 2. *cap.* 15. eos in prima acie collocat. Dividebantur in decem ordines, qui e decem centurionibus regebantur, ut in Haſtetis, & Triariis. Cic. *ad Brut. epiſt.* 8. Cretenſi bello, Metello imperatore, octavam principem duait. *b.* e. octevum ordinem principum. *Liv. lib.* 42. *cap.* 34. A Mac. Acilio mihi primus princeps prineis centuriæ eſt aſſignatus. V. *Antiplautus*, & *Haſdruv.* Auguſtus rerum potitus, ſub nomine *Principis* eripublicæ præfuit, invidioſa vocabula *regis, dictatoris, domini* evitans, nomenque uſurpans, eni in libertate jam Romani aſſueverant, *principem juvenem nitis*, & *ſenatum* jampridem audire ſoliti. Unde *Principis* poſtea dictus, penes quem ſumma rerum fuit, *Princips, Καίσαρ. Ovid. l.* 1. *ex Pont. ep.* 2. v. 123. *Horat. l.* 1. *od.* 2. *ve ſunc*, *Phædr. l.* 5. *fab.* 7. v. 17. & 27. *Tacit.* 1. *Ann. cap.* 1. & 9 *Senec. Plin. utrique*, *Martial. Suetan.* &c. ¶ Eſt etiam *princeps*, præfectus, præſes, alicui nedimi cui officio præpoſitus, *preſidente. Varr. l.* 1. *R. R.* c. 2. *terra med.* Paſtio magis ad paſtorem, quam ad agricolam pertinere videtur. Quocirca principes, qui utriqus rei præpoouotur, vocabulis quoque fuut diverſi, quod unus vocatur villicus, alter magister pecoris. *Lamprid. in Alex. Sever. cap.* 31. Iouriem nulli unquam fecit, nec magiſtris quidem, aut principibus officiorum. *Aurel. in Vopiſc.* 3. *cap.* 28. Accenſus eſt numen ordinis & promotionis in militia, ut nunc dicitur princeps, vel commeotarienſis. ¶ Apud *Phædr. l.* 5. *fab.* 7. eſt *Princeps* nomen proprium ibicinis.

PRINCIPALIS, le, *principale, primarie, ἀρχικὸς, πρωτεύων*, primus, præcipuus, ea principio proveniens, ſeu ea origine. *Cic. de Fate, cap.* 18. Cauſarum aliæ ſunt perfectæ & principales, aliæ adjuvantes & proximæ. (*Id. ibid.* c. 5. vocat *naturales* & *antecedentes.*) *Quintil. l.* 9. *c.* 1. Eſt igitur teopus ferino a naturali & principali ſignificatione traoslatus ad eliam. *Id. l.* 3. *c. ult.* Hanc quæſtioocm, velati principalem, vocant *ζήτησιν*. *Colum. l.* 1. c. 3. Poſt hæc dum principalia ſubjungebat illa non minus imuenda. *Vellej. l.* 2. c. 11. Metellus præter triumphos, honoreſque ampliſſimos, & principale in republica faſtigium, &c. *Plin. l.* 10. c. 18. Pici principales in augurio. *Id. l.* 29. *c.* 8. *poſt med.* Peregrinum & cereum (*herbæ genus*) culmis principale. *Id. l.* 12. c. 14. Principalia in Arebia tas, & myrrha. *Id. l.* 37. c. *ult.* Principalia gemmerum genera. *Id. l.* 31. c. 6. *extr.* Prioripalia aquatilium. *Apul. in Florid.* n. 21. (*al.* l. 4.) Principales viri. *Plin. l.* 18. *c.* 3. *ſub fin.* De caltura agri præcipere, principala fuit & apud cateros. *b.* e. præcipue cura. *Gell. l.* 13. c. 10. Juris civilis diſciplinam principali ſtudio exercere. *eam explicazione particulare. & lib.* 11. *cap.* 15. Principalia verba. *b.* e. primitiva, primigenia, primæ origioie. ¶ Item pertinens ad principes in militia. *Pealm* ex *Feſto*. Principalis caſtrorum porta nominatur, quod in eo loco eſt, in quo principes ordines tendunt. ¶ Item ed Principem, *principeſco, de principe, καισαρικὸς, Vellej. l.* 2. c. 56. Neque illi (C. *Cæſari*) plus quinque menſium Principalis quies contigit. *Plin. in Panag.* c. 79. Principales curæ. *& cap.* 82. copiæ. *& cap.* 76. Apparatus arrogantiæ Principalis. *& cap.* 36. *extr.* Principalia beneficia. *Tacit.* 1. *Hiſt.* c. 22. Principale meterimonium. *& lib.* 2. c. 81. *extr.* Principalia cæſtrorum porta nominatur, *de principe, καισαρικὸς, Vellej. l.* 2. c. 56. Neque illi (C. *Cæſari*) plus quinque menſium Principalis quies contigit. *Plin. in Panag.* c. 79. Principales curæ. *& cap.* 82. copiæ. *& cap.* 76. Apparatus arrogantiæ Principalis. *& cap.* 36. *extr.* Principalia beneficia. *Tacit.* 1. *Hiſt.* c. 22. Principale meterimonium. *& lib.* 2. c. 81. *extr.* Principalia cæſtrorum porta nominatur, quod in eo loco eſt, in quo principes ordines tendunt. ¶ Item ed Principem, *principeſco,

PRODUCTIO, onis, ſ. *allungamenta, diverſum, dilatatio*, actus producendi. *Cic. 3. de Fin. c. 14.* Opportunitas non fit major productione temporis. *Id. in Top. de voce* poſtliminium *c. 8. a med.* In quo Servius noſter nihil putat eſſe nutendum, niſi *paſ*: & *Imminium* illud productionem eſſe verbi vult. ¶ De longe quamiſtæ ſyllabæ. *Cic. 3. de Orat. c. 50. ſub fin.* In his ſi paulum modo offenſum eſt, ut aut contractione brevius fieret, aut productione longius, theatra tota reclamant. *Quintil. l. 7. c. 9. ad fin. & lib. 9. c. 3. a med.* Voces aut productione, vel correptione mutatæ.

PRODUCTO, as, a. 1. frequentativum a *produco*. In illo *Terent. Andr. 3. 5. 9.* Ut huic mulo aliquam producam moram: *Donat.* adſcribit ſh aliis legi *producſtem*.

PRODUCTUS, a, um, *allungato, prolungato, lungo, dilatato, προσεκτάσις*, in longum ductus, extentus, prolatus, provectus. *Cic. 4. de fin. c. 12.* Sunt in eo genere tantæ commoditates corporis, tamque productæ temporibus, tamque multæ. *Id. Tuſcul. 5. c. 40. a med.* Dolores longinquitate productis vehementius torquent. *Tacit. 13. Ann. c. 40.* Productiore cornuum ſiniſtro per ima collium. *Celum. l. 3. c. 10.* Productiſſimum flagellum. *Cic. l. 2. de Orat. c. 53.* In utroque genere dicendi (*lenti, & vehementi*) & principia tarda ſunt, & extitus tamen ſpiſſi, & producti eſſe debent. *tirati in lunga. & in Orat. c. 53.* Animus aurium nuntio mutila ſentit quædam & quaſi decurtata, prodectiora alia, & quaſi immoderatius excurrentia. *Id. 3. de Orat. c. 47.* Pæan oritur a brevibus deinceps tribus, extrema producta atque longa: ſicuti illa ſunt, *domuerunt, ſumpedes. & Quintil. l. 12. c. 3. circa med.* Geſtus in nutriendo paulo productior. ¶ *Producta, promota, præpoſita, præſumpta* vertit *Cic. 3. de Fin. c. 4. 15. & 16. & lib. 4. c. 26.* τὰ προηγμένα Stoicorum. Sic enim vocabant illi bona quædam indifferentia, & ad bene beateque vivendum minime pertinentia, æſtimabilia tamen, & quibuſdam aliis anteponenda, ut valetudinem, integritatem ſenſuum; vacuitatem doluris, gloriam, divitias; hiſque contraria, morbum, paupertatem, infamiam, &c. ἀπροηγμένα, quæ *Cic. loc. cit. & lib 5. de Fin. c. 32.* *rejecta, reducta*, & *remota*. V. etiam *Gell. l. 12. cap. 5.* Verba *Cic.* ſunt *en. l. 3. de Fin. c. 16.* Ut enim nemo dicit, in regia regem ipſum quaſi productum eſſe ad dignitatem (id enim eſt προηγμένον) ſed eos, qui in aliquo honore ſunt, quorum ordo proxime accedit, ut ſecundus ſit ad regium principatum; ſic in vita non ea, quæ primario loco ſunt, ſed ea, quæ ſecundum locum obtinent, προηγμένα, ideſt producta nuncupantur. quæ vel ita appellemus (id erit verbum e verbo) vel promota, & remota, vel ut dudum diximus, præpoſita, vel præcipua; & illa rejecta. *Senec. ep. 74. ante med.* Bona illa ſunt vera, quæ ratio dat. cetera opinione bona ſunt: & nomen quidem habent commune cum veris, proprietas in illis boni non eſt. Itaque commoda vocentur, & ut noſtra (*Stoicorum*) lingua loquar, producta. ¶ Eſt etiam *productus*, deductus, factus. *Cic. 1. de nat. Deor. cap. 26.* Datum eſt Neptuno maritimum omne regnum: nominatque productum, ut Portunus a portu, ſic Neptunus a nando. ¶ Item adductus, deductus, *conducta, mercata*. Cic. pro *Clutc. c. 15.* Productus coram. *Id. poſt redit. in Sen. c. 6.* in concionem. *Caſ. l. 1. B. Civ. c. 14.* in forum. *& cap. 76.* Centuriatim producti militet idem jurant. *Quintil. l. 3. c. 6.* Hiſtrio, qui ſe prætori in hortis offenderat, neque erat productus. *h. 2.* in ſcenam & in publicum adductus. ¶ Item prælatus, impulſus, aut illectus. *Caſ. l. 3. B. Civ c. 100.* Longius productam unam quinquereinem in angultus portus coepit. *Auct. ad Herenn. l. 4. c. 47.* Ut productus ſimilis & veribus, ultra facile procurras. ¶ Item in lucem editus. *Senec. in Oedip. v. 746.* Genitrixque ſuo redita gremio Modo productos vidit alumnos. V. *Produco*.

PRODUUMVIR, ut promagiſter, proconſul, legitur in vet. Lapide apud *Span. in Miſcell. pag. 193.*

PRŒBIA. V. *Præbia*.

PRŒLIALIS, & **PRŒLIARIS**, *re, de battaglia, μάχιμος*, ad prælium pertinens. *Plaut. Curcul. 4. 4. 17.* Meæ pugnæ prælliares obtritæ jacent. *h. e.* veræ pugnæ, non velitationes. ¶ *Præliares dies*, quibus fas eſt hoſtem lacelſere, & prælium inire. Erant enim quædam feriæ publicæ, quibus nefas fuit id facere. *Feſtus*, & *Macrob. l. 1. Saturn. c. 16.* ubi non ſemel legitur *prælialis*. Docet autem *Macrobius*, quibus diebus nefas ſit prælium fumere: ſcilicet Latinarum tempore, Saturni feſto, patente mundo, diebus atris, feriis. Hoc intellige, ſi ipſi Romani bellum inferrent. nam ſi repellerent, nullus fuit, quo ſe defendere verereotur.

PRŒLIATOR, & Prælitor, oris, m. *battaglitore, combattitore, guerriero, bellicoſo, mangeres*, qui primia multa facit, bellatur, pugnat, bellicoſus. *Tacitus* Germanicum eum Alexandro comparans, *lib. 2. Ann. c. 73.* Neque minus prælliatorem, etiam ſi temeritas abſuerit. *Juſtin. ſub fin. l. 15.* Elephantus, veluti domita manſuetudine, eum tergo excepit, duxque belli, & prælietur inſignis fuit.

PRŒLIATUS. V. *Prælitus*.

PRŒLIO. V. vocem ſequent.

PRŒLIOR, & Prælitor, aris, actus ſum, dep. 2. *far battaglia, combattere, pugnare, μάχομαι*, prælium facere, manus conferre, pugnare, dimicare. *Caſ. l. 2. B. Gall. 2. 23.* Legiones ex loco ſuperiore, in ipſis fluminis ripis prælliabantur. *& lib. 4. c. 2. & 33.* Equeſtribus prælliis ſæpe ex equis eſtilliunt, ac pedibus prælliatur. *Colum. l. & cap. 9.* Apes inter ſe tanquam civilibus bellis, & cum alteris, quaſi cum exteris gentibus, prælliantur. *Cic. 1. de Divin. c. 25. a med.* Eudemum prælliantem ad Syracuſas occidiſſe. *Caſ. l. 2. B. Civ. c. 42.* Atque ita prællians interficitur. *Hirt. de B. Alex. c. 44.* Navibus actuariis magnitudo non ſatis ipſa ad prælliandum. *Id. l. 8. B. Gall. c. 29. caet.* Fortiſſime prælliando, complureſque vulnerando. ¶ Paſſive impertinaliter *Juſtin. l. 29. c. 1. a med.* Dii, & varia victoria prælliatum fuit. *Feſt.* ſeu *Paul. ex Feſto* in *Arma*. Arma, ea, quibus prope prælliatur, ſicut tela, quibus procul. ¶ Translate *Cic. Aſcan. l. 2. ep. 26.* Quæris ex me quid acciderit de judicio, quod, &c. & ſimul vis ſcire, quo modo ego nunc, quam ſoleam, prælliatus ſim. Ego ſic aciter & vehementer prælliatus ſum, ut, &c. ¶ Olim & *prælia, ne*, dictum fuit, ut *Feſtum. l. 8. pag. 799. Parſch.* tradit. *Ennius* apud *Non. t. 7. n. 36.* Ita mortales inter ſe pugnant, prælliant.

PRŒLIUM, & Prælium, ii, n. *ſatta d'arme, battaglia, combattimento, pugno*, rauſtitio, *μάχη*, pugna, dimicatio, conflictus, certamen armorum. *Lucret. lib. 4. v. 964.* Endoperatores pugnare, ac prælia obire. *Salluſt. in Jug. c. 58.* Non prælia, neque acie, ſed alio more bellum gerere. *Cic. Fam. 6. ep. 4.* Semper incerti exitus prælliorum ſunt. *Id. Fam. 15. ep. 15. Tuſcul. 4. c. 19. & lib. 2. de Orat. c. 67.* Prælium facere. *Salluſt. in Jug. c. 61.* manibus facere. *venir alle mani. Liv. l. 25. c. 38.* inire, edere. *Cic. de Divin. l. 1. c. 35. & Caſ. l. 2. B. Gall. c. 15.* committere cum aliquo. *attaccare.*

cere. & *Caſ. ibid.* c. 25. *re* lintegrare. *Hirt. l.* 8. *B. Gall. c.* 28. conficere. *Caſ. l.* 2. *B. Gall. c.* 53. reſtituere. *& esp.* 25. Prœlio hoſtem laceſſere. *& esp.* 25. *exer.* uncipiti diu atque acriter pugnare. *& lib.* 5. *c.* 15. acriter confligere. *Liv. l.* 38. *c.* 40. *a med.* inordinatum ſimul pluribus locis conſerere. *Propert. l.* 4. *el.* 1. *v.* 28. miſcere. *Tacit. de Germ. c.* 30. Ad prœlium ire. *Juſtin. l.* 2. *c.* 9. In prœlium egredi. *Id. l.* 3. *c.* 7. Provocare ad prœlium. *Liv. l.* 2. *c.* 62. elicere. *Juſtin. l.* 3. *c.* 6. *& c.* 7. *&* Cic. 2. *de nat. Deor. c.* 2. *poſt med.* prœlio dimicare cum hoſte. *Id. de provinc. Conſul. c.* 13. decertare. *Id. pro leg. Manil. c.* 9. Noſtræ auercitus prœliis uſus erat ſecundis. *Auct. B. Afric. cap.* 29. Turmæ equitum quotidie minutis prœliis inter ſe pugnare non intermittunt. *Tacit. l. Hiſt. c.* 21. Crebra pro portis prœlia ferebant. *Sueton. in Caſ. c.* 60. *&* Tacit. 2. *Hiſt. c.* 42. Prœlium acriter ſumpſere. *b. e.* iniere, fobiere. *Sueton. in Aug. c.* 23. Bellum Philippenſe duplici prœlio tranſegit. *Liv. l.* 2. *cap.* 26. *exer.* Prœlio uno debellatum eſt. *Cic.* 2. *de nat. Deor. cap.* 2. *ad fin.* Maximo prœlio devincere hoſtem. *Liv. l.* 25. *c.* 40. *ad fin.* Prope juſto prœlio compulit hoſtem intra munimenta. *& cap.* 39. *acres med.* Atros prœlium oritur. *Nep. in Themiſt. c.* 3. Pari prœlio diſcedere. *eo equal fortune. & in Paſſon. c.* 1. Prœlio cadere. *morir in battaglia. & in Eumen. c.* 4. Ea prœlio excedere. *uſcire, ritirarſi. & cap.* 10. Cum ſuperior prœlio diſceſſiſſet. *Plaut. Men. ſ.* 6. *in fin.* Metuo, ne ſero venium, depugnato prœlio. (proverb. εἰ μετὰ τὴν μάχην ἔρχομαι.) *Salluſt. in Jug. c.* 58. *a med.* Prœlium malo pugnatum ab ſuis regem terrebat. *Curt. lib.* 8. *c.* 2. *ante med.* Ex improviſo adorti præiorem, diu anceps prœlium fecerant. *Anſon. in perioch.* 7. *Iliad.* Prœlium ſingulare. *duello*: pugna inter duos. Quo ſeoſu *Liv.* l. 1. *c.* 25. *ad fin.* Alter feſſum vulnere trahens corpus victori objicitur hoſti. nec illud prœlium fuit. ¶ Quotieſcumque *Lucret.* conjunxit prœlia pugnaſque, ut *lib.* 2. *v.* 117. *& lib.* 4. *v.* 1004. non tanquam diverſa poſuit, ſed duo ſynonyma copulavit. ¶ Quomodo n bello differat, V. in *Bellum*. ¶ Transfertur ad alia. *Virg.* 2. *Georg. v.* 318. Omnia ventorum concurrere prœlia vidi. *& lib.* 3. *v.* 220. Illi (*tauri*) altrementes multa vi prœlia miſcent. *& lib.* 2. *v.* 265. imbellas dant prœlia cervi. *Ovid. Heroid. ep.* 18. *v.* 38. Quid mecum certa prœlia mente geris? *Id.* 1. *Amor. el.* 8. *v.* 56. Non bene, ſi tollas prœlia, durat amor. *vivoliſi, guro. & Cic.* 2. *Cael. c.* 22. *exer.* In hujuſmodi certamius ac prœlio, nonne, etiam ſi hominum ſudia deficiant, dii ipſi immortales cogent ab his præclariſſimis vitantibus tot & tanta vitia ſuperari? *Id. Fam. 9. ep.* 22. *a med.* Quod ſcribis, prœlia ts mea cauſa ſuſtinere, non tam id laboro, ut, ſi qui mihi obtrectent, a te reſtutentur, quam, &c. ¶ Paraſiti prœlium vocant congreſſum in menſa cum patinis. *Plaut. Men.* 1. 3. 3. Ego iſtic mihi hodie apparari juſſi apud te prœlium. In ſo uteroque pro Ilio potabimus. *Id. Perſ.* 1. 3. 32. Sed quid ceſſamus prœlium commitiare? Dum mant eſt, omnes eſſa mortales decet. ¶ Metonymice *prælia* pro prœliantibus. *Propert.* l. 3. *el.* 9. *v.* 9. Colchis Bagrantes admantina ſub juga tauros Egit, & armigera prœlia ſevit bumo. Adde *Stat.* 1. *Theb. v.* 8. ¶ Notationem vocis alii aliunde ducunt: ſcriptionum pst *æ* adſtruunt antiqui lapides apud *Gruter. & Monum.* non uni, & MSS. *Virgil.* teſte *Pier. ad Ecl. 6. v.* 3. confirmantque *Dauſqu. & Cellar.* Quin apud *Plaut. Men.* 1. 3. 4. in vet. lib. habetur *prailium*, tanquam ſit πρόλιον, πρὸ τῆς ἅλης, ante agmen. Alii ſcribunt per *e*, nec deſituuntur Lapidib. Nam *in monum. Ancyr. tab* 4. apud *Gruter. pag.* 232. Navalis prælii ſpectaculum populo dedit. *& Inſcript.* apud *Krinef. claſſ.* 8. *n.* 27. M. Bellienus M. F. Rom. Actiacus Legione XI. prælio navali fabo, &c. ¶ Legitur & *prelium* ſine diphthongo. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 1026 *n.* 3. L. Cornelio Severo Rom. vet. Præf. leg. III. *&c.* poſt piel. Act. hoſtib. ubique devictis, &c. Sed hæc ſcribendi ratio non obtinuit: & fortaſſe lapicidæ error fuit.

PRŒTIDES, dum, f. Προῖτίδες, tres (al. quatuor) filiæ Prœti, Προίτου, filii Abantis, fratris Iaſi & Acriſii, regis Argivorum, qui a Perſeo, cui inſidias tetenderat, oblato Meduſæ capite, in ſanum verſus fuit. Earum nomina apud *Serv. ad Ecl. 6. v.* 48. ſunt Lyſippe, Hipponoe, Cyrianaſſa (al. Iphianaſſa.) Matter aliis Stenobœa, aliis Antiopa, Antia aliis dicitur. Cum forma excellerent, Junoni ſe præferre auſæ fuut: vel cum eſſent nutrilites, auſæ ſunt veſti ejus aurum detractum in uſum ſuum convertere. Irata Juno talem eis immiſit furorem, ut vaccas ſe credersnt, & in ſilvas confugerent. Poſtea Melampus, Amythaonis filius, pactus cum Prœto, ut Cyrianaſſa uxor ſibi cum regni parte daretur, placata dea, fontem Clitorium infecit ubi ſolitæ erant bibere, & in priſtinum ſenſum reduxit: vsl, ut *Ovid. Met.* 15. a *verſ.* 325. narrat, carmine & herbis eas ab inſania liberavit, ipſis magicis purgaminibus poſſen in fontem conjectis, quibus factum eſt, ut inde bibentes odio meri imbuerentur, & abſtemii fierent. *Virg. loc. cit.* Prœtides implerant falſis mugitibus agros.

PRŒTUS. V. vocem præced.

PROFANATIO, onis, f. *profanazione*, actus profanandi, violatio, polſutio, βεβήλωσις. *Tertull. de Idolol. c.* 18. Purpura Idololatriæ dicata habet profanationis ſuæ maculam. *Plin.* l. 16. *c.* 4. Poſtquam civilium bellorum profanatione meritum cœpit videri, civem non occidere. Ita plarique libri, etiam antiqui A. 1470. & 1472. At antiquior A. 1469. *profanum*. In ſuis MSS. *Hardouin.* reperit *profano*, ſubaudituque *ſcelere*.

PROFANATOR, oris, m. *profanatore*. *Prudent. in Apotheoſ.* v. 246. Cede, profanator Chriſti, jam ſede Sabelli.

PROFANATUS, a, um, *profanato, contaminato*, βεβηλωθείς, polluto, contaminatus. *Petron in Satyr. c.* 89. *a med.* Profanata ſacra. *Stat. l.* 3. *ſilv.* 3. *v.* 2. Summa deum Pietas, cujus gratiſſima cælo Rara profanatas inſpectant numina terras. *Id. 9. Theb. v.* 8. Ergo profanatum Menalippi funus acerbo Vulnere. *Quintil. l.* 11. *c.* 1. *prope fin.* Ubi quis quæritur os profanatum. *b. e.* illuſum, præcium turpiter. ¶ Item oblatus, dedicatus. *Varr. l.* 5. *de L. L. c.* 7. Profanatum, quod eſt in ſacratio pollutum. Lege *pollutum*. V. *Profano*.

PROFANE, adverb. *profanamente*. *Lactant. l.* 6 *c.* 23. Profane ac petulanter illudere. *Minuc. Fel. in Octav. c.* 8. Conſulte potius, quam profane de divinitate diſputans.

PROFANITAS, atis, f. *Tertull. de Pall. c.* 2. *a med.* Ut nutuunt ſuperiorum profanitas. *b. e.* veteres auctores profani, ſeu Gentiles.

PROFANO, as, avi, atum, act. *c. diſſagrare, profanare, violare, βεβηλόω*, ex ſacro humanis uſibus promiſcuum facio, religione aliquam rem ſpolio: & univerſim pollno, violo. *Liv.* l. 31. *c.* 44. Pietbeſque ſuvit, ut dies feſti, ſacra, facerdotes, quæ ipſius (*Philippi*) majorumve ejus honoris cauſa inſtituta eſſent, omnia profanarentur. *Ovid.* 3. *Amor. el.* 9. *v.* 19. Scilicet omne ſacrum mora importuna profanat: Omnibus obſcuras injicit illa manus. *Id.* 4. *Met. v.* 390. ſperoitque deum, ſeſtumque profanat. *Quintil. decl.* 6. *c.* 10. Mater (quamquam hoc nomen profanari nefas eſt) ſi perſeverat eſſe filii ſui noverca, &c. *Curt.* l. 5. *c.* 2. *a med.* Profanare pudorem. *b. e.* proſtituere. ¶ Significat etiam ante ſanum ſtatuere (*profanum* enim eſt, quod ante fanum, id eſt conjunctum fano, ut ait *Varro l.* 5. *de L. L. c.* 7.) dedicare, offerre, *efferre*. *Feſt.* in *Potitii*, & *Amel. Vell. de urig. Gent. Rom. c.* 6. Cum Hercules ad aram, quæ hodiequs maxima appellatur, decimam bonm profanaſſet. *Maſſur. Sabin.* apud *Macrob.* l. 3. *Saturn. c.* 6. Inſtituit mactaturam, & re bene geſta, decimam Herculi profanavit. *Cato R. R. c.* 50. Ubi daps profanata, comeſtaque arit. *& cap.* 132. Urna vini Jovi caſta. profanato ſine contagione. V. *Profanus*.

PROFANS. V. *Profanus*.

PROFANUS, a, um, *Varroni* l. 5. *de L. L. c.* 7. dicitur, qui eſt ante fanum, id eſt conjunctus fano. Hinc profanatum, quod in ſacrario pollutum (*al. leg.* polluctum.) *& mox*. Cum profanum dicitur, id eſt perinde, ut ſit ſani factum. Contra *Feſtus*: Profanum eſt, quod ſani religione non tenetur. *Id.* in *Puri*: Profanum aurum, quod ſacrum non eſt, & quod omni religioni ſolutum. Neque tamen contraria docere cenſendi ſunt. Nam proprie eſt *profanus*, qui facer fuit, & deo dicatus, & poſtea in uſum hominum cooverſus, *diſſagratus* ut *Servius* docet *ad Virg.* 12. *Æn. v.* 776. & *Trebatius* apud *Macrob. l. & cap.* 3. *Servius*. dicitursque ea eutione, qua n *feſta* profſtur. Romaoi, cum pollucebant, totano quidem victimam nut dapem dis offerebant: inde parte aliqua detracta & aræ impoſita (quod *erat porricere*) reliquum rei divinæ adſiſtentibus confumendum diſtribuebant. hoc erat proprie *profanum*, & *profanare*, ſecundum *Feſtum*, quia ſacrum quidem erat, ſed poſt diſtributionem tale eſſe deſinebat, cum in uſum hominum converteretur. *Varro* autem videtur illud ipſum appellaſſe *profanum*, quod primo diis oblatum ſacrum erat, nunc diſtributione profanandum: ita ut per ſynecdochen antecedentis pro conſequente locutus ſit. Lege integrum *Varronis* locum. *Virg. loc. cit.* colui veſtros ſi ſemper honores: Quos contea Æneadæ bello feciere profanos. *Cic. 6. Verr. c.* 55. Has tabulas Marcellus, cum omnia illa victoria ſua profana feciſſet, tamen religione impeditus non attigit. *Id. de Haruſp. reſp. c.* 5. Loca ſacra & religioſa, profana habere. ¶ Univerſim *profanus* eſt contrarius ſacro, *perſano, laicale, ſcelere, mondano, temporale, divino, mistico, ἀκάθαρτος, βέβηλος*. *Plaut. Men.* 2. 3. 27. Nec ſacrum, nec tam profanum quicquam eſt, quin ibi illico adſit. *Horat. de ar. Poet. v.* 397. Publica privatis ſecernere, ſacra profanis. *Ovid. 6. Faſt. v.* 439. *de ascendio l'eſſa*. Flagrabant ſancti ſceleratis ignibus ignes, Mixtaque erat ſammæ flamma profana piæ. *Cic. in Pariſ. c.* 10. *exer.* Loci conſecrati, an profani. *Tacit.* 13. *Ann. c.* 57. *exer.* Res profanæ, & uſu pollutæ. *Plin.* l. 25. *c. olc. a med.* In profanis uſibus pollui laurum & oleum fas non eſt. *Horat. l.* 2. *ep.* 26. *v.* 54. Sit ſpes fallendi, miſcebis ſacra profanis. *b. e.* omnia tentabis, ut fallere poſſis: & eſt locutio provsebialis. Simile eſt *fas nefaſque confundere, & mare cœlo miſcere*: de quo in *Miſceo*. Nos dicimus, *fas d'agni erba fascra*. ¶ *Profanus homo* eſt non initiatus, ἀμύητος, *laicus. Virg. 6. Æn. v.* 258. procul o, procul eſſe profani, Conclamat vates, totoque abſiſtite luco. *Ovid.* 2. *de ar. am. v.* 601. Quis Cereris ritus auſit vulgare profanis? *Id. Met.* 3. *v.* 710. profanis oculis ſacra cernere. *Horat.* l. 3. *od. & verſ.* 1. Odi profanum vulgus, & arceo. *Gell. in præfat. ad fin.* Ea ne attingat, neve adeat profectum & profanum vulgus. *b. e.* quaſi non initiatum Muſarum ſacris, atque adeo imperitum, indoctum. *Macrob. l.* 1. *in ſomn. Scip. c.* 18. & *Manut. Fel. in Octav. c.* 5. Non ſolum litteratum profanis, ſed multis quoque doctrina initiatis abhorrere a fide judicatum eſt. ¶ Item impius, ſcelestos, ἀνόσιος. *Ovid.* 11. *Met. v.* 413. nam templa profanus Invia cum Phlegyis faciebat Delphica Phorbas. *& lib.* 2. *v.* 833. profana mens. *& lib.* 3. *Triſt. eleg.* 5. *v.* 48. profana verba. *Stat. contra Theb.* Fraternas acies, alternaque ſegna profanis Decertata odiis. ¶ Abſolute *Plin.* l. 26. *c.* 4. Poſquam civilium bellorum profano meritum cœpit videri, civem non occidere. *b. a.* ſcelere, impiatare. *Id.* l. 2. *c.* 45. Rupes Auſtro ſacra, quam profanum ſit attrectari hominis manu. ¶ Item mali omnis. *Ovid.* 25. *Met. v.* 431. teſtoque profanus Incubuit bubo. ¶ Qui *prophanum* ſcribere volunt, nihil, opinor, habent, quo ſe tueri poſſint.

PROFARIS, *ari* re, atus ſum, dep. 3. *dire, parlare, fagnare*, effari, aloqui, dicere. Voa ſere Poetica. *Virg.* 1. *Æn. v.* 565. Tum breviter Dido, vultum demiſſa profatur. *& lib* 4. *v.* 364. & ſic accenſa profatur. *Ovid.* 11. *Met. v.* 289. moveat quæ tantos cauſa doloresi,

res, Peleuſque, comiteſque negant: quibus ille profatur: Forſitan, &c. *Actius* apud *Varron. l. 6. de L. L. c. 3.* Veteres caſmenas, caſſas res, volu profari. *Petron. in Satyr. c. 121.* Si modo vera mihi fas eſt impune profari. *Lucan. l. 9. v. 251.* ſic ille profatus inſiluit puppi. ¶ Eſt etiam prædicere, *prædare, præfatizare, προφαν.* *Lucret. l. 1. v. 739.* Pythia quæ tripode ex Phœbi, lauroque profatur. *Petron. in Satyr. c. 89.* Cum, Delus profante, exſi vertices Idæ trahuntur. *Liv. Andron.* apud *Gell. l. 3. c. 16.* Quando dies adveniet, quem profata Morta eſt. *l. 1. prædixit, determinavit. Ulpian. Dig. lib. 21. tit. & leg. 1. a med.* Si ſervus inter fanaticos non ſemper caput jactaret; & aliqua profatus eſſet. ¶ *Profatur paragoge. Prudent. περὶ στεφ. 14. in Rom. v. 939.*

PROFATUM, ti, n. effatum, dictum. *Gell. l. 16. c. 8.* A'φάτωμα, quæ M. Varro elies profata, alias prologuia appellat.

PROFATUS, us, m. *il parlare, e pronunziare*, ipſum profari et dicere. *Stat. l. 5. ſilv. 3. v. 121.* ſive orſa libebat Aonis vincire modis, ſeu voce ſoluta Spargere, & effreno nimbos æquare profatu. *l. c.* celeritate copioſæ dicendi, & volubilitate verborum. *Sever. in Apocalyc. ante med.* Quid nunc profatu vocis incerto ſonas? *Gell. l. 18. c. 11.* Voces, quæ mihi quidem neque abhorrere a poetica facultate viſæ ſunt, neque dictu profatuque ipſo tetræ aut inſuaves eſſe.

PROFECTIO, onis, f. *partenza, andata, gita, uscita*, actus proficiſcendi. *Cic. 1. Phil. cap. 1.* Exponam vobis breviter conſilium & profectionis, & reverſionis meæ. *Caſ. l. 1. B. Civ. cap. 27.* Profectionem parare. *Id. l. 1. B. Gall. c. 6. extr.* Omnibus rebus ad profectionem comparatis. *& lib. 5. c. 45.* Ex hibernis ſuæ ſimilem profectionem facere. *Cic. pro Sall. c. 25.* Cethegi profectio in Hiſpaniam. Adde Pacuv. apud *eund. l. 1. de Divin. c. 24.*

PROFECTITIUS, & Profecticius, a, um, ab aliquo proficiſcens, & provenieus. *Dos profectitia* eſt, quæ e patre vel parente profecta eſt, de bonis ejus, vel facto ejus. Sive igitur parens dedit dotem, ſive procurator ejus, ſive juſſit alium dare: ſive, cum quis dediſſet negotium ejus gerens, parens ratum habuit, profectitia dos eſt. Hæc, & alia multa *Ulpian. Dig. lib. 23. tit. 3. leg. 5.*

PROFECTO, *certamente, per verità, da certa, ἀληθῶς*, certe, ſane, adverb. confirmandi, quaſi pro facto. *Cic. pro Flacc. c. 22.* Non eſt ita Judices, non eſt profecto. *Id. Verr. 4. c. 18.* Profecto negare non potes. *Plaut. Pſeud. 5. 1. 7.* Profecto edepol. *Id. Caſ. 5. 2. 19.* Profectu hercle. *Cic. Fam. 1. ep. 5. & Attic. l. 6. ep. 5.* Nunc quidem profecto Romæ es. *Eumen. in Paneg. Conſtant. c. 7.* Vere enim profecto illi Superum templa patuerunt. ¶ Pro omnino, videlicet, haud dubie, δηλαδὴ, δηλονότι. *Plaut. Curcul. a. 3. v. 56.* Quod iſtic ſeruptum eſt, id te orare juſſerat, profecto ut faceres, ſuam ſi velles gratiam. *Id. Amph. 5. 1. 46.* Uxorem tuam neque gementem, neque plorantem audivimus. Ita profecto ſine dolore peperit. *Horat. in ar. Poet. v. 315.* ille profectu Reddere perſonæ ſcit convenientia cuique.

PROFECTUS, us, m. *profitto, progreſſo, προκοπὴ, προκοπὴ*, progreſſus in re aliqua, utilitas, quæ ex rei alicujus tractatione provenit. *Quintil. l. 10. c. 1.* Sic profectus non a ſummo petitus ſtudiorum fructus effundit uberius. *Senec. ep. 21.* Locutus eſt mecum e micus tuus bonæ indolis: in quo quantum eſſet animi, quantum ingenii, quantum etiam profectus, ſermo primus oſtendit. *& epiſt. 20.* Te rogo, ut experimentum tui profectus capias, non ucctione, nec ſcripto, ſed animi firmitate, & cupiditatum deminutione. *Quintil. l. 1. c. 2. (al. 3.) ad fin.* Firmiores in litteris profectus alit ænulatio. *& lib. 2. c. 3. ſub fin.* Libentius ſe prime ſtudia, teneroſque profectus ad imitationem condiſcipulorum erigere. *Plin. l. 8. ep. 13.* Pertinet ad profectum tuum, u diſertiſſimo vim diſcere, quid laudandum, quid reprehendendum. *Plin. altor l. 35. c. 4.* Puer magni profectus in ea arte obiit. *Sueton. in Ner. c. 20.* Blandiente profectu, prodire in ſcenam concupivit. ¶ In plumli num. *Veliit. 1. c. 16.* In ſimilitudinem & temporum & profectuum. ¶ *Profectum facere* afferunt Lexicographi ex *Plin. in epiſt.* ſed locum non deſignant.

PROFECTUS, a, um, particip. e *profiſcor. Caſ. l. 1. B. Gall. 1. 12.* De tertia vigilia e caſtris profectus, ad eam partem pervenit. *portaſti. & lib. 6. c. 39.* Milites, quos ſub vexillo una profectos docuimus. *Virg. 1. Æn. v. 344.* Imperium Dido Tyrie regit urbe profecta. *& lib. 7. v. 255.* externa ab ſede profectus. ¶ Tranſlate *Cic. 2. de nat. Deor. c. 55. extr.* Venæ & arteriæ, a corde tractæ & profectæ, in corpus omne ducuntur. *Virg. 8. Æn. v. 51.* Arcades his otis, genus e Pallante profectum. *che vcnne, che diſcendc. & Cic. 1. de Invent. c. 35.* Partium, quam omnes eb Ariſtotele pmfecti maxime ſecuti ſunt. *i ſeguaci, gli ſcolari. & lib. 2. de Orat. c. 14.* A philoſophie profectus princeps Xenophon, ſcripſit hiſtoriem. *b. 1.* poſt philoſophiæ ſtudie. *Id. 2. de Fin. c. 14. a med* Ut profectus e caritate domeſticorum, ac ſuorum, ſerpet longius. *b. e.* poſt caritatem ſuorum ſeratur ad umeodos elios.

PROFERO, ers, tuli, latum, a. anom. *portare, e mettere, e tirar fuori, mostrare*, extre fero, promu, effero. *Plaut. Amph. c. 2. 137. Al.* Vin' proferri pateram? *Am.* proferri volo. *Al.* fiat. tu, Theſſala, intus pataram proferto foras. V. *Intus. Petron. in Satyr. c. 110.* Supercilia profert de pyxide. *Caſ. l. 2. B. Civ. c. 22. ad fin.* Maſſilienſes arma tormentaque ea uppido proferunt. *Horat. l. 2. ep. 11. v. 18.* Quid premat obſcurum lunæ, quid proferat orbem. *Val. Flacc. l. 6. v. 752.* Nos ſimul attriferas profert mortalibus umbras. *Phædr. l. 2. fab. 2. v. 17.* ſtana profert e ſtagoo caput. *Cic. pro Roſc. Com. c. 20.* Proferre numos ea arce. *Plin. l. 21. c. 17.* aliquid in ſolem. *Plaut. Aſin. 4. 1. 50.* linguam in tuſſiendo. *Id. Pſeud. 3. 2. 72.* Manum ſi protollet, paritet proferto manum. *ſtendi.* & *Cic. pro Cæcin. c. 25.* Proferre digitum. *Plin. l. 35. c. 8. ſub fin. de Cimone pictore.* Articulis membre diſtinxit: venas protulit. *eſproſſe, e ſi compatire.* ¶ Proferre alicui quippiam, aut ed aliquem, *dare, preſentare. Plaut. Aſin. 3. 3. 60.* Servos tuos nos eſſe non negamus. Sed ſi tibi minæ viginti argenti proferentur, quo nos vocabis nomine? *In vet. formula juramenti* apud *Gell. l. 16. c. 4.* Uti tu ad C. Lælium conſulem proferes aut profitebere quidquid inveneris fuſtulerive. ¶ Proferre gradum, pedem, *portar innanzi il piede, avanzar il paſſo. Plaut. Men. 5. 2. 21.* Gredum proferam, progredi properabo. *Quintil. l. 12. c. 3.* Proferre longe pedem. *Lucret. l. 4. v. 875.* Nunc qui fiat, uti paſſus proferre queamus, Cum volumus, *&c.* Articulus membre diſtinxit: vena protulit. *eſproſſe, e ſi compatire.* Et tranſlate *Horat. in ar. Poet. v. 134.* nec deſilire imitator in arctum, Unde pedem proferre pudor vetet, aut operis lex. *ajeter.* ¶ *Proferre ſe*, eaire, oſtendere ſe, apparere. *Sueton. in Ner. c. 6. ad fin.* Dreco e pulvino ſe proferens. *Juvenal. ſat. 6. v. 569.* quo læta Venus ſe promferet oſtro. ¶ Et tranſlate *Senec. epiſt. 52.* Hos maxime laudat, quibus ex ſe impetus fuit, qui ſe ipſi protulerunt. *b. c.* qui ipſi per ſe & ſine alterius adjutorio emerſerunt e vitiis, & ignorantia. *Plin. l. 2. ep. 13.* Proferam ſe ingenia hominum & oſtenſent. ¶ Eſt etiam edere, producere, *dare, e mandar fuori, mostrare, far vedere, produrre. Cic. Attic. l. 15. ep. 13.* Orationem tibi miſi. Ejus cuſtodiendæ & proferendæ arbitrium tuum. *Suetan. in Tiber. c. 52.* Quem mox hujus erimnis reum putant quidam mandata prolaturum, niſi, &c. *avvebbe ſfoderato in ſua difeſa. & in Arrip. c. 101.* Teſtamentum depoſitum apud ſe virgines Veſtales protulerunt. ¶ Palam lecere, predere, vulgare, *divulgare, publicare, manifeſtare, revelare. Terent. Adelph. 3. 2. 41.* Palam proferre aliquid. *Petron. in Satyr. c. 17. ad fin.* Proferret in populum deorum conſilia. *Cic. pro Mil. c. penult.* Cum illa indicia communis exitii indagavi, patefrei, protuli, eaſtinxi. *Id. pro Cal. c. 23. a med.* Domus, in qua nihil geratur, quod foras proferendum ſit. *Id. pro Arch. c. 6.* Proferre aliquid in aſpectum, & lucem. *Id. Fam. 15. ep. 2.* Se ante illud tempos eam rem nunquam in medium, propter periculi metum protuliſſe. *Plin. l. 14. c. ult. ante med.* Proferre frereta enimi. ¶ allegare, citare, efferre probandi cauſa, *citare, produrre, allegare. Cic. 1. de nat. Deor. c. 40. ſub fin.* Proferrem libros, ſi negares. *Id. pro Balb. c. 18.* Profemm teſtes, proferam legatos, excitabo laudatores. *Id. 2. de Orat. c. 61. ſub fin.* Quoniem tu Fabricios mihi euctiores protuliſti. *Id. pro Roſc. Amer. c. 16.* Quaſi vero mihi difficile ſit quamvis multos nominatim proferre vel tribules, vel vicinos meos, qui, &c. *Nep. in Timoth. c. 4.* Proferre teſtimonia. ¶ narrare, commemorare, recitare, dicere, *rammemorare, dire, veritare. Cic. 1. de Orat. c. 2.* Belli ducre præſtantiſſimos pæne innumerabiles, in dicendo autem excellentes vix paucos proferre poſſumus. *Id. 2. Phil. c. 39.* Quid prandiorum apparetus, quid furiodam vinolentiam ioam proferam? *Auct. ad Herenn. l. 1. c. 5. In* invidiam trehemus, ſi vim, ſi patentiam, factiones, divities, elientelas, affinitates adverſariorum profezemus. *Cic. 6. Verr. c. 52.* Commemorare aliquid, & in medium proferre. *Id. 2. de Fin. c. 13. a med.* Quippiam profiteri, & in medium proferre. *Terent. Phorm. 2. 3. 48.* Memoriter proferre properatem ſuam uſque ab avn, atque atavo. *Juvenal. ſat. 4. v. 91.* libero animi verba proferre. *Plaut. Amph. 2. 1. 41.* Quæ neque fieri poſſunt, neque fando nequam eccepit quiſquam, proferi, eemiſea. *Cic. 1. de Divin. c. 46.* Exempla omnium nota proferam. *Lucret. l. 2. v. 655.* Bacchi nomine abuti Mavoli, quam latieis proprium proferre vocamen. ¶ enuntiare, *proferre, eſpermere. Quintil. l. 11. c. 3. ante med.* Pleriſque extremas ſyllabas non profeientibus, dum priorum ſono indulgent. ¶ Præterea ſæpe panitur pro differre, prorogare, producere, *porter innanzi, differire, prorogare, allungare. Cato* apud *Gell. l. 7. c. 3.* Suadeo, uti hæc res aliquot dies proferatur, dum, &c. *Gell. l. 1. c. 23.* Proferre aliquid in diem poſterum. *Juſtin. l. 2. c. 15.* Diem de die proferendo ſpatium conſumando operi quærebat. *Cic. Attic. l. 13. ep. 14.* Auctionis diem laxius proferre. *Suetan. in Caſ. c. 81.* Periculum, quod non ultre Idus Majas proferretur. *Cic. in fin. l. 3. de Fin.* ſtcatam vitam uſque ad rogum proferre. *b. c.* beatum eſſe tota vita uſque ad mortem. *Virg. 12. Æn. v. 395.* ut depoſiti proferret fate parentis. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 14.* Dies anni proferre, vel imminuere. *b. c.* per intercalationem addere, vel detrahere. V. *Prolatus.* ¶ Item pro extendere, protendere, *dilatare, ſtendere, ampliare. Cic. pro Mur. c. 31.* Fines officiorum paulo longius, quam natura velit, proferre. *Juvenal. ſat. 14. v. 141.* eum ius non ſufficit unum, Et proferre libet fines. *Caſ. l. 1. B. Civ. c. 81.* Quantum upere proceſſerant, tanto uberant ab equa longius. *Virg. 6. Æn. v. 793.* ſuper & Garomantas, & Indos proferet imperium. *Gell. l. 13. c. 14.* Proferre parœcrium. *Plin. l. 5. ep. 12.* Gaudeo, quod memoriam ſoceri mei pulcherrimis operibus viden proferi. *& lib. 2. ep. 7.* Vite ejus brevis & anguſta debuit hac veluti immortalitate proferri. ¶ Item ſignere, *prolungare. Plin. l. 5. ep. 6.* Cælum eſt hyeme frigidum. myrtos, uleas aſperatur ac reſpuit: laurum tamen patitur, atque etiam nitidiſſimam profert. *Plin. alter l. 17. c. 13.* Cypros protinus floret, ſemenque profert. *Val. Flacc. l. 3. v. 708.* Quæ neque jam frondre virides nec proferet umbras.

PROFESSIO, onis, f. *depoſizione, il dar in nota, ἐνὶγγραφὴ, ἀπογραφὴ*, actus profitendi, certa confeſſio & indicatio rerum, quæ quis poſſidet, cenſus ſui denuntiatio. *Cic. Fam. 16. ep. 23.* Tu vero confice profeſſionem ſi potes. Etſi hæc pecunia ex eo genere eſt, ut profeſſione non egeat. *Liv. l. 35. c. 7.* Poſteaquam profeſſionibus detecta eſt magnitudo æris alieni per fraudem contracti. *Julian. Dig. lib. 49. tit. 14. leg. 2.* Poſt profeſſionem de ſideicommiſſa fa-

ſactam. *& ibid.* Profeſſionem implere. *Papinian. lib.* 33. *tit.* 8. *leg.* 19. edam peculii. *Tertull. in Apolog. c.* 42. Quantum veſtigalibus pireat fraude & mendacio profeſſionum. ¶ Item ipſa deſcriptio cenſus, *deſcriptione, cenſe, regiſtro. Cic. Verr.* 5. *c.* 47. *extr.* In Leontion jugerum ſubſcriptio ac profeſſio non eſt plus triginta millium. *Id. pro Arch. c.* 4. *in fi.* Iis tabulis profeſſus eſt, quæ ſolæ ex illa profeſſione collegioque prætorum obtinent publicarum tabularum auctoritatem. ¶ Item ars, facultas, quam quis ſe callere, aut docere profitetur, & palam jactat, exercetque, *profeſſione. Cic.* 1. *de Orat. c.* 6. Vis oratoris profeſſioque ipſa bene dicendi hoc ſuſcipere ac polliceri videtur, ut omni de re, &c. *Sueton. de Grammatic. c.* 8. Studio Epicureæ ſectæ deſidioſior in profeſſione Grammaticæ habebatur. *Plin. l.* 7. *c.* 30. Poſidonius profeſſione ſapientiæ clarus. *Curt. l.* 7. *c.* 4. Magicæ artis magis profeſſione, quam ſcientia celeber. *Celſ. in præfat.* Et per hos maxime viros ſalutaris iſta nobis profeſſio inſerevit. *b. c.* medicus. *Lamprid. in Heliogab. c.* 20. Promoturus omnes turpiſſimos & altiores profeſſionis hominee. *b. c.* viliſſimi artificii. *Paul. Dig. lib. c. tit.* 13. *leg.* 9. Si pater, aut dominus argentarii ejuſdem fuerunt profeſſionis. ¶ Translate *Plaut. ad Cicer.* 10. *Fam ep.* 8. Non me pœtenitet, in tam peeturbata ſtata civitatis fructuoſiſſimam eſſ: profeſſionem bona voluntatis. *b. c.* promiſſionem, pollicitationem. *Vellej. l.* 2. *c.* 87. *ſub fin.* Canidius timidius deceſſit, quam profeſſio ejus, quæ ſemper uſus erat, congruebat. *& cap.* 89. *extr.* Nos memores profeſſionis, animi verſam imaginem oculis ſubjecimus. *b. c.* brevitatis, quam profeſſi ſumus. *Plin. l.* 27. *c.* 3 Majores, eaulorum quoque medicamentis acuitum miſcuiſſe ſalubertime, promulgavere: aperta profeſſione, malam quidem nullum eſſe ſine aliquo bono. *Gell. l.* 7. *c.* 3. *vare med.* Quod erat proculdubio ſuæ opinionis profeſſio, non Rhodienſium culpæ confeſſio. *b. c.* declaratio, manifeſtatio. *& ibid.* a *med.* Summa profeſſio ſtultitiæ, non in obviam ſceleribus cogitatis, ſed oppetiri, &c. *Tacit. Ann.* 2. *cap.* 85. Profeſſio flagitii. *Id. in Agric. c.* 3. *extr.* pietatis. *Pallad. in Februar. tit.* 9. profeſſio vitiorum. *b. c.* ſignum, indicium.

PROFESSOR, arie, *m. profeſſor, magiſtro, a. πρωτεύων, καθηγητὴς*, qui profitetur: & præſertim qui publice aliquare liberalem artem docet. *Celſ. in præfat.* Ut quidam an ſapientiæ profeſſoribus dixerunt. *Quintil. l.* 12. *c. ult.* Geometræ & Grammatici, cæteraque artium profeſſores. *Suetan. de Rhetoribus. c.* 5. Latinæ ſimul Græcæque eloquentiæ profeſſor. *Ulpian. Dig. lib.* 50. *tit.* 13. *leg.* 1. Profeſſores juris civilis. ¶ Abſolutæ *Quintil. l. c. c.* 9. (*al.* 15.) Opus etiam conſummatæ profeſſuribus difficile. *Suetan. in Tiber. c.* 22. Cum circa ſcholas & auditoria profeſſorum aſſiduus eſſet. *Plin. l.* 4. *ep.* 12. Fortuna facit ex profeſſoribus ſenatores, ex ſenatoribus profeſſores. ¶ Titulus quinquageſimus ſuſcundus *lib.* 12. *Cod. inſcribitur de profeſſoribus & medicis*, quia medici profeſſorum nomine non veniunt. Idem ſignificatur etiam ab *Ulpiano loc. cit.* ubi ait: Medicoram quoque eadem cenſa eſt, quæ & profeſſorum: niſi quod juſtior, cum hi ſalutis hominum agant, illi ſtudiorum curam. De philoſophis quoque ita *Id. ibid.* An philoſophi profeſſorum nomeco ſint? & non putem. unn qaia uno religioſa tre eſt, ſed quia hoc primum profiteri eos opottet, mercenoriam openun ſpernem. Itaqus *profeſſor* propria aſt, qui & in re litteraria verſatur, & id mercedis gratia facit. Nihilominus *Celſus* tum *l.* 2. *c.* 6. *ad fin.* tum *lib.* 8. *r.* 4. medicum nomine *profeſſorem* ſignificat.

PROFESSORIUS, a, um, *ἐπαγγελματικὸς*, ad profitendum, vel ad profeſſorem pertinens. *Tacit. Ann.* 13. *c.* 14 Audiretur hinc Germanici filia, inde debilis ruſtus Burrhus, & aaſul Seneca, trunca ſcilicet manu, & profeſſoria lingua. *b. c.* quæ profeſſarie, ſeu rhetorice modo meminiſſem eloquentiem exerceret.

PROFESSUS, a, um, *ἐπαγγελλόμενος*, particip. a *profiteor. Cic.* 2. *Tuſcul. r.* 4. *ad fin.* Si grammaticum ſe profeſſus quiſquam, barbare loquatur. *Horat. l.* 1. *ep.* 18. *v.* 2. Profeſſus amicum. *Ovid.* 3. *de ur. ep. v.* 433. Sed vitate viros cultum formamque profeſſos. *b. a.* qui præ ſe ferunt. *Id.* 5. *Faſt. v.* 351. *de Flore.* Non eſt de tetricis, non eſt de magna profeſſis. *& lib.* 2. *v.* 198. *de Fabric.* Surmunt gentilee arma profeſſa manus. *b. r.* quæ pollicita ſunt Patriæ defenſionem, & bellum geſturas cum Veientibus. *& lib.* 4. *v.* 866. Multa profeſſarum queſtibus apta Venus. *b. c.* meretricum, quæ cogebantue profiteri apud Ædiles, ſi vellent vulgare corpora. Qua de re *Tacit.* 2. *Ann. c.* 85. & *Suetan.* in *Tiber. c.* 35. ¶ Paſſive *Quintil. declam.* 341. Rem non profeſſem apud nos tenemus. *non data in uſus.* Publicanorum verba ſunt. ¶ Eſt etiam vegarus, ſeſtatus, manifeſtus, notus, *notus, manifeſtus, dichiarato. Ovid.* 3. *Amor. el.* 14. *v.* 6. Solaqua deformem culpa profeſſa facit. *Stat. l.* 2. *ſilv.* 2. *v.* 24. Ergo dies aderat Parcarum conditus alto Vellere, quo ſtellæ, Violantillæque profeſſus Clamaretur Hymen. *Juſtin. l.* 8. *c.* 4. Orant, ut profeſſum adverſum Phocenſes ducem Græcis exhibeat. *b. r.* præbeat ſe apertum ducem, &c. *Quintil. declam.* 3. *c.* 12. Non hic profeſſus eſt furor? non aperta damentia eſt? ¶ *Ex profeſſo*, non diſſimulate, palam, & data opera, quaſique profitendo, *apertamente, per profeſſione, eſpreſſe. Senec. ep.* 64. *ante med.* Pars ſecunitatis eſt, non ex profeſſo ſem peram. *Quintil. l.* 12. *c.* 1. *ante med.* Philoſophiem, ex profeſſo oſtentantibus parum decori ſunt plerique orationis ornatus. *Macrob. l.* 2. *Saturn. c.* 9. Vir ex profeſſo mollis. ¶ *De profeſſo*, idem eſt. *Apuul. ſub init. Apolog.* Ac ne id quidem de profeſſo audet.

PROFESTUS, a, um, *non feſtivo, di lavoro, di proſciolto, diſoccupato*, non feſtus. Profeſti dies, inquit *Macrob. l.* 1. *Saturn. c.* 16. hominibus ob adminiſtrandam rem privatam, publicamque conceſſi. *Feſtus:* Profeſti dies dicti, quod ſint procul a religione muminis. Nam *c.* 5. *n.* 45. Profeſti dim a feſtivitate vacui. *Plaut. Aulul.* 2. *ſ.* 2c.

Feſto die ſi quid ſtrodegeris, profeſto agere liceat, niſi prperceris. *Liv. l.* 34. *c* 3. *ſub fin.* Ut cæpentis, feſtis profeſtiſque *diebus*, per urbem ſeſtemur. *Plin. l.* 18. *c.* 6. *a med.* Malum patremfamilias, quitquis interibu faceret, quod noctu poſſet: pejorem, qui profeſtis diebus ageret, quod ferietis debeset. *Horat. l.* 4. *od. ult. v.* 15. Nefque & profeſtis incubue, & factis, inter jocoſi munera Libeti, &c. *Id. l.* 2. *ſat.* 1. *v.* 126. Non ego temere edi luca proleſſe Quidquam præter nlue. ¶ Horum alii ſunt feſti, alii neſaſti, item comitiales, prœliares, comprendini, &c. de quibus V. ſuis locis. ¶ Profeſtum facere eſt tanquam profanum facere, id eſt facere, quod ferie fecere non licet. *Feſtus.* ¶ Translate *Gell. in præfat. ad fin.* Ut ne an attingat, neque adeat profeſtum & peuſenum vulgus, a ludo Muſico diverſum. *b. c.* rude, indoctum, & Muſarum ſea litterarum ſacrie non initiatum.

PROFICIO, is, eci, ectum, 3. 3. *far profetto, profettare, συναγορεῖν in qualche coſa, συμβάλλειν, συντείνειν, ὠφελεῖσθαι*, faciendo progredior, procedo, progreſſum facio, aſſequor: a *pro*, ante, & *facio. Senec. ep.* 108. Id & docenti, & diſcanti debet eſſe propoſitum, ut ille prodeſſe velit, hic proficere. *Cæſ. l.* 7. *B. Gall. c.* 20. *ad fin.* Statuiſſe imperatorem, ſi nihil in oppugnatione oppidi profeciſſet, triduo auercitum deducere. *& lib.* 3. *r.* 21. *ad fin.* Ubi diligentia noſtrorum nihil hic rebue profici poſſe intelleverunt, &c. *& lib.* 7. *c.* 82. Dum longius aberant, plue multitudinae telorum proficiebant. *Id. l.* 3. *B. Civ. c.* 23. *ad fin.* Adeo loci nppportunitate profecit, ut, &c. *& cap.* 85. *ad fin.* Anteſignani tantum profeceet, ut equeſtri prœlio commiſſo, pellerent omnes, compluresque inte ſcerent. *Nep. in Eumen. c.* 10. Callidum imperatorem vicit conſilio: neque tamen multum profecit. *Cic.* 3. *Offic. c.* 8. *ſub fin.* Si modo in philoſophia aliquid profecimus. *Flor. l.* 4. *c.* 9. Nondum ad pacte ſtabilitatem profecerat Cæſar. *Celſus. l.* 3. *c.* 20. Sive ficcus eſt annus, id (*vinir grous*) quod humore proficit, contriſatur. *b. r.* provenit, creſcit. *Plin. l.* 22. *c.* 1. Cum e tota claſſe quinqueremis ſola non proficeret. *b. c.* non progredentur, *non avanzava un paſſo.* & *lib.* 14. *c.* 4. *ad fin.* Major diſpendium, non proficiente pretio. *b. r.* non creſcente. ¶ Proficientium in philoſophia, & ſtudio ſapientiæ tree ſunt claſſes, inquit *Senec. ep.* 75. Primi ſunt, qui ſapientiam *nondum* habent, ſed jam in vicinia ejus conſtterunt. tamen etiam quod propa eſt, extra eſt. Secundum genus eſt eorum, qui & maxima animi mala & effectus depoſuerunt, ſed ita ut non ſit illis ſecuritatie ſam certe poſſeſſio. poſſunt anim in eadem relabi. Tertium genue extra multa & magna vitia eſt, ſed non extra omnia. Effugit averitiam, ſed iram adhuc ſtrstit, &c. ¶ Paſſive inperſuaſiliter *Cic. Attic. l.* 7. *ep.* 13. Qui ut nihil aliud, hoc tamen proſecit: dedit illi dolorem. Sed etiare ad ſummam profectum aliquid puto. *Plin. l.* 6. *c.* 26. *a med.* Poſſquam nihil proficiebatur. ¶ Sæpe ſumitur pro conferre, prodeſſe, *giovare. Cic. de clar. Orat. c.* 37. Ea ſuo quæque loco, ubi plarimum proficare & valere poſſent, collocabat. *& cap.* 24. Nullu res tantum ad dicendum proficit, quantum ſcriptin. *Ovid.* 3. *ex Pont. ep.* 2. *v.* 138. Profectum aliquid tum tua verba puta. *Id. Triſt. l. c. el.* 4. *v.* 13. parum validus non proficientia rector Cervicie *rigida* frem remittit equo. *Liv. l.* 3. *c.* 61. *ſub fin.* Parva certamina in ſummam tutius pnnfecerant ſpei. *Quintil. l.* 1. *c.* 1. (*al.* 2.) *ad fin.* Profequitur hæc memoria in ſenectutem, & impreſſa aniren rudi, uſque ad mores proficiet. *Id. decl.* 3. *r.* 2. Vitia facillime in exemplam proficiunt. ¶ Paſſive imperſonaliter *Stat. ro fin.* 3. *Theb.* Proficitur bellu. ¶ De iis, quæ vim & utilitatem habent in medicina, *Plin. l.* 27. *c.* 11. Radix adverſatue nmnium ſerpentum generibus, nec alia ere celariue proficit. *Id. l.* 36. *c.* 20. Hæmatites proficit oculorum lacrymic. *Id. l.* 28. *c.* 9. *a med.* Axungia proficit ad ſtrumas. *Id. l.* 23. *c.* 7. Pirorum ligni cinie contra fungos efficacius proficit. *Id. l.* 20. *c. penult. u med.* Radix anethi vel in febribus proficit.

PROFICISCO, is, n. 3. idem ac proficiſcor. *Plaut. Mil.* 4. *ſ* 19. Obſecro, licet complecti, priuſquam proficiſco? *Turpil.* apud *Non. c.* 7. *n.* 21. Hortatus hominem, quem primum proficiſceret.

PROFICISCOR, fciſce, profectus ſum, n. 3. *andare, far, a metterſi in viaggio, incaminare, en, vado.* In untatione Etymologiæ aqua hæret. *Cæſ. B. Gall. l.* 7. *c.* 38. Quo proficiſcimae, inquit, militee? *Salluſt. in Jug. c.* 31. *extr.* Calpurnius Romam ad Magiſtratus regandos proficiſcitur. *Terent. Adelph.* 2. 2. 26. Te ajunt proficiſci Cyprum. *Id. Hecyr.* 1. 2. 11. Corinthum hinc ſam profecta. *Id. Andr.* 3. 4. 21. Hinc in piſtrinum nacta proficiſcar via. *Id. Phorm.* 5. 6. 20. Recta domum ſumus penfecti. *Cic.* 3. *Verr. c.* 27. Omnes ad eam domum, in qua iſte deverſabatur, profecti ſunt. *Id.* 4. *Acad. c.* 31. *a med.* Si ea hoc loco proficiſcantur Putenlos ſtadia triginta. *Cæſ. l.* 3. *B. Gall. c.* 7. Cum in Illyricum profectus eſſet. *& lib.* 3. *B. Civ. c.* 99. Quod ille in pugnam proficiſcens dixerat. *Nep. in Alcib. c.* 4. Sed iaſtabat tempus ad bellum proficiſcendi. *Juſtin. l.* 26. *c.* 1. Cum ad portum, quaſi uno agmine profectuiæ, conveniſſent. *Salluſt. in orat. Lepid. contra Sull.* a *med.* Niſi ſoete tribunitiam poteſtatem everſurum profecti ſnoe per arma. *Plaut. Aulul.* 5. *a.* 7. Cum profectus in exercitum. *Cic.* 2. *de Divin. r.* 58. Proficiſci ad dormiendum. *andar a dormire. & lib. a. c.* 30. ad ſomnum. *Nep. in Eum. c.* 3. Ægyptum oppugnatum erat profectus. *& ibid. a med.* Ut reilitibue perſuaderet, ſe contra quoſdare barbaros proficiſci. *Id. in Iphicr. c. a. ad fin.* Idem ſubſidio Lacedæmoniin profectus, Epaminondæ retardavit impetus. *Plaut. Aulul.* 1. 2. *in fi.* Nunc, quo profectus ſum, ibo. *dove mi ſono incamminato. & Rud.* 3. 6. 8. Etiam ne in aro ſedebant, cum ad me profectus ire? *quando ci ſei maſſo per venire da me.* Al. legunt *iret.* & *Terent. Eun.* 2. 2. 49. Detineo te fortaſſe: tu profectus alio fuerus. *tu eri incamminato per*

alterum. & *Propert. l.* 3. *el.* 20. *v.* 1. Magnum iter ad doctas profciſci cogor Athenas. ¶ Abſoluta *profectiſci*, itet aliquo facare, *far un viaggio. Ulpian. Dig. lib.* 27. *tit.* 2. *leg.* 51. *a med.* ¶ Eſt etiam diſcedere, abire, *partire*, ἀναχωρέω, *Caſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 7. Maturat ab urbe proficiſci. *Id. l.* 1. *B. Civ. c.* 78. Ex caſtris proficiſcuntur. *Nep. in Milt. c.* 1. *ſub fin.* Proficiſcentes Athenis. *Cic. Fam.* 2. *ep.* 6. Ea Aſia domum verſus profectus. *Id. Attic. l.* 2. *ep.* 8. 2 *med.* Cal. Mrſi de Formiano proficiſcemur. *Virg.* 4. *Æn. v.* 110. ſi Jupiter unam Eſſe velit Tyriis urbem, Troiaque profectis. *Cic. Attic. l.* 9. *ep.* 9. Ille Idibus a me profectus eſt. & *lib.* 3. *de Fin. c.* 21. Ei profiſciſcendum eſt ab omni mundo, & ejus procuratione. *Id. Attic. l.* 13. *ep.* 26. Proficiſcar hinc, ne relictæ videar. ¶ De iis, quæ alicunde principium aut originem habent, *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 55. *extr.* Vanæ a corde tractæ & profectæ, in corpus omne ducuntur. *Ovid.* 3. *Met. v.* 35. Tyria de gente profecti. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Invent. c.* 35. Quam partitionem omnes ab Ariſtotele profecti magnæ ſecuti ſunt. *che vengono dalla ſcuola*. & *cap.* 38. Ut ex medicina nihil oportet putare proficiſci, niſi quod ad corporis utilitatem ſpectet (*venire, ritornare*); ſic a legibus nihil convenit arbitrari, niſi quod reipublicæ conducat proficiſci. *Id. ſub fin. l.* 1. *de Fin.* A falſis initiis profecta vera eſſe non poſſunt. *Id. ſub fin. ep. ult. l.* 2. *Fam.* Quæcumque a me ornamenta ad ta proficiſcentur. & *ep.* 1. *l.* 3. Intelligo omnia, quæ a me profecta ſunt in te, tibi acciduſſe gratiſſima. *Brut. ad Cicer. ep.* 4. *a med.* Unum hoc, grato animo liberaliſque profactum, cautorem liberalitatem deſiderat. ¶ Pro incipere, *cominciare*. *Cic. pro leg. Manil. c.* 2. Ut inde oratio mea proficiſcatur, unde hæc omnis cauſa ducitur. ¶ pergere, vel tranſire. *Cic.* 5. *Verr. c.* 5. Verum hæc dicentur alio loco: nunc proficiſcamur ad reliqua, ſi pauca ante fuerimus a vobis, judices, deprecati.

PROFINDO, is, fidi, fiſſum, n. 3. *fendere*, σκαλεύω, proſcindo. *Stat.* 10. *Theb. v.* 512. quanta paritur cervice gementes Profindunt imarata diu Pangæa juvenci. Alii leg. *perſtringunt*: al. *perſtrepunt*.

PRONUBUS, a, um, adject. a *pro*, & *nubo*, ſed mutata quantitate. *Pronuba* dicebatur mulier, quæ pœrerat nuptiis ex parte ſponſæ, ut *auſpex* ex parte ſponſi. Ad hoc officium adhibebatur, quæ ſpectatæ probitatis eſſet, & ſemel uni nupſiſſet, cauſa auſpicii, ut matrimonio perpetuitas portenderetur, ut *Feſt. Varr.* apud *Serv. ad Æn. 4. v. 166.* & *Tertull. in exhortat. ad caſt. 2. alt.* docent. Ejus munus erat ſponſam ad mariti domum deducere, & in nuptiali lecto collocare. *Catull. in carm. nupt. 60. v. 186.* Vos bonæ feutbus bonis Cognitæ bene ſummæ, Collocate puellam. *Stat. l. 1. ſilv. 2. v. 11.* Ipſa manu nuptam genitrix Æneia ducit Lumina demiſſam. & dulci probitate rubentem: Ipſa toros, & facra parat. ¶ Ipſam ſponſæ matrem pronubæ ſæpe munere fonctam, colligunt quidam ex illo *Senecæ in Phœniſſ.* ubi & alia ejus officia ſignificantur, *verſ. 505.* Non ta duxit in thalamos parens Comitata primos: nec ſua feſtas manu Ornavit ædes: nec ſoo lætas faces Vitta revinxit. ¶ *Pronuba* præcipue dicitur Juno, quia nuptiis univerſum præeſt. *Virg. 4. Æn. v. 166.* & *Ovid. Heroid. ep. 6. v. 43.* ¶ Infelici conjugio pronubo aſſe dicitur Furiarum aliqua. *Ovid. ibid. v. 45* & *epiſt. 2. v. 117. Senec. in Oedip. v. 644. Lucan. l. 8. v. 90.* & *Apul. l. 8. Metam.* Nuptiis Laviniæ cum Æoea Bellonam pronubam fors, minatur Juno apud *Virgil. 7. Æn. v. 319.* quia belli & cædis cauſa futuræ erant. ¶ Poetica tribuitur aliis rebus ad nuptias pertinentibus. *Claudian. de IV. Conſul. Honor. v. 642.* Cum tibi prodiderit feſtas oon pronuba tædas. *Id. l. 1. de rapt. Proſ. v. 231.* tenerum jam pronuba flamma pudorem Sollicitat. *Id. epiſt. 2. ad Seren. v. 53.* Et mihi quam ſcriptis deſponderat ante puellam Conjugii eadem pronuba dextra darei. ¶ Translata *Id. in carm. de magnete, v. 38.* Pronuba ſit natura deis, ferrumque maritat Aura tenax. ¶ In maſculino, & neutro genere hujus adjectivi oſum non lavenio: quamvis *annulus pronubus* a quibuſdam ex *Digeſt.* & *Cod.* adſtruatur.

PRONUMĔRO, as, n. 1. pernumero, adnumero. *Sidon. l. 5. ep. 19.* Petis, ut ſi qui verſiculi mihi fluxerint, hos tibi pro quadam mercede pronumerem.

PRONUNTIABILIS, le, *ἀναγορευτέος, ferax*, enuntiativus. *Apul. ſub init. l. 3. de doctr. Platon.* Eſt una inter has (*orationis ſpecies*) quæ pronuntiabilis appellatur, abſolutam ſententiam comprehendens ſola ex omnibus veritati, aut falſitati obnoxia, quam vocat Sergius effatum, Varro preloquium, Cicero enuntiatum: familiarioe dicetur Propoſitio.

PRONUNTIATIO, onis, f. *publicazione, intimazione, ἀναγόρευσις, ἀνάγγελσις, ὕπόδειξις*, actus pronuntiandi, enuntiatio, proletio. *Cic. pro Cluent. c. 20.* Oppianico re & exiſtimatione jam, lege & pronuntiatione nondum condemnato. *Caſ. l. 1. B. Civ. c. 25. ad fin.* Curio pronuntiari eovibus jubet, ſe in hoſtium habitorum loco, qui, *&c.* Qua pronuntiatione facta, &c. *Val. Max. l. 4. c. alt. n. 5.* Prætoonis pronuntiatio. *Petron. in Satyr. c. 80.* Fulminatus hac pronuntiatioee, &c. *ſententia*. & *Val. Max. l. 7. c. 4.* Cujus opera, quia appellatione noſtra via apte exprimi poſſunt, Græca pronuntiationa ſtrategemata dicuntur. *appellazione, vocabolo*. ¶ Item dictum, effatum, pronuntiatum, *propoſizione. Cic. de Fato, c. 11. ſub fin.* Quid eſt, cur non omnis pronuntiatio aut vera, aut falſa ſit, niſi, &c? ¶ Item *lemma*, oratio. *Paul. Dig. lib. 45. tit. 1. leg. 74.* Stipulationum quædam cartæ ſunt, quædam incertæ. Certum eſt, quod ex ipſa pronuntiatione apparet, quid, quale, quantum ſit, ut, ecce aureï decem, fundus Tuſculanus, &c. ¶ De ſententia judicis. *Martian. Dig. lib. 48. tit. 16. leg. 1.* Quorum alterutrum ipſis verbis pronuntiationis manifeſtatur. Nam ſi quidem ita pronuntiaverit, non probaſti, &c. ¶ Apud Rhetores eſt ipſa actio, h. e. moderatio vocis & corporis in agendo, *azione. Auct. ad Herenn. l. 1. c. 2.* Pronuntiatio eſt vocis, vultus, geſtus moderatio cum venuſtate. *Cic. 1. de Invent. c. 7.* Pronuntiatio eſt, ex rerum & verborum dignitate, vocis & corporis moderatio. *Quintil. l. 11. c. 3.* (*quod totum de pronuntiatione eſt.*) Pronuntiatio a pleriſque actio dicitur: ſed prius nomen a voce, ſequens a geſtu videtur accipere. Namqoe actioosm Cicero alias quaſi ſermonem, alias eloquentiam quandam corporis dicit. Idem tamen duas ejus partes facit, quæ ſunt eidem pronuntiationis, vocem atque motum. Quaptopter utroque

que appellatione indifferentes uti licet. *Sueton. in Calig. c.* 53. Iratus & verba, & ſententiæ ſuppetebant; pronuntiatio quoque & vox, ut neque eodem loci præ ardore conſiſteret, & enucleatius a proclivi ſtantibus. *Plin. l.* 2. *ep.* 14. Fracta pronuntiatione aliquid dicere.

PRONUNTIATIVUS, a, um, adject. at Pronuntiativus modus, quo aliquid pronuntiamus, h. e. indicativus. *Diomed. Grammat. l.* 1. *pag.* 329. *Putſch.*

PRONUNTIATOR, oris, m. *narratore*, *d'αγγελτής*, qui pronuntiat, vel ſcribit. *Cic. in Brut. c.* 83. Thucydides enim rerum geſtarum pronuntiator ſincerus, & grandis etiam fuit.

PRONUNTIATUM, ti, *n. propoſizione*, *d'άξιωμα*, enuntiatio, propoſitio, oratio veri, vel falſi ſignificativa. *Cic.* 1. *Tuſcul. c.* 7. Omne pronuntiatum (ſic enim mihi in præſentia occurrit ut appellarem *αξίωμα*: utar poſt alio, ſi invenero melius) id ergo eſt pronuntiatum, quod eſt verum, aut falſum. *Gell. l.* 16. *c.* 8. Quidquid dicitur plena atque perfecta verborum ſententia, ut id neceſſe ſit aut verum, aut falſum eſſe, id e dialecticis *ἀξίωμα* appellatum eſt, a M. Varrone proloquium, a Cicerone pronuntiatum.

PRONUNTIATUS, ue, m. pronuntiatio, enuntiatio. In ſexto caſu ſingulari *Gell. l.* 4. *c.* 17. Et numerus in verſu, & ratio in pronuntiatu manet. *Id. l.* 15. *c.* 3. Quo fieret vox pronuntiatu, audituque leoior.

PRONUNTIATUS, a, um, *pronunciato*, *ἀπφανθείς*, enuntiatus. *Cic. Parad.* 3. *ſub fin.* Verſus pronuntiatus ſyllaba una brevior, aut longior. *Gell. l.* 7. *c.* 10. *A* littera tractim pronuntiata. ¶ Item edictus, narratus, promulgatus. *Curt. l.* 10. *c.* 6. *extr.* Ipſum ad pronuntiatam prædam ſequebantur. ¶ Item publice judicatus, declaratus, damnatus, aut abſolutus. *Sueton. in Caſ. c.* 72. Maſſiotam nobilem juvenem, ſtipendiarium pronuntiatum, occultavit apud ſe diu. *Id. in Veſpaſ. c.* 3. Flaviam Domitillam duxit uxorem, ingenuam & civem Romanam pronuntiatam. *Paul. Dig. lib.* 40. *tit.* 1. *leg.* 13. Sejus ſervus pronuntiatus.

PRONUNTIO, & Pronuncio, as, avi, atum, a. 1. *pronunciare*, *proferre*, *dire*, *d'αγγέλλω*, palam nuntio, *dico*, profero, enuntio. *Plin. lib.* 3. *ep.* 5. *a med.* Cum lectos quædam perperam pronuntiaſſet. *Gell. l.* & *cap.* 7. In *affatim*, ut *admodum*, prima acuta, non media, pronuntiabat. & *ibid. Ad* particula ſatis commode accentu acuto pronuntiatur. & *cap. ult. l.* 13. Verba corrupte pronuntiare. ¶ Sæpius eſt recitare, *recitare*. *Sueton. in Grammat. c.* 2. *a med.* Q. Vargontejus annales Enniі certis diebus magna frequentia pronuntiabat. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 61. *ad fin.* Conjectis in ue calculis, ſumma voce verſus multos uno ſpiritu pronuntiare conſueſcebat. *Id. ibid. c.* 19. & *lib.* 2. *de Divin. c.* 5. Memoriter multa pronuntiare. *Id.* 2. *de Orat. c.* 19. Invenire quid dicas, invente diſponere, deinde ornare verbis, poſt memoriæ mandare, tum ad extremum agere & pronuntiare. V. *Pronuntiatio. Quinct. l.* 11. *c.* 3. *extra med.* Adhuc pejus aliqui tranſeuntes brachium proferunt, & cubito pronuntient. ¶ Huic pertinet ad hiſtriones. *Vare. l.* 5. *de L. L. c.* 7. Idem actores pronuntiare dicuntur, quod proſcenio pronuntiant, poeta cogitante. *Plin. l.* 5. *ep.* 19. Aes ejus & quaſi inſcriptio, comœdus, in qua plurimum facit. nam pronuntiat acriter, ſapienter, apte, decenter etiam. *Alter Plin. l.* 7. *c.* 48. Luceje mimæ centum annis in ſcena pronuntiavit. ¶ Item ad præcones, & qui palam aliquid prædicant, *publicare*, *proclamare*, *for fapere*. *Cic. Fam. l.* 5. *ep.* 12. *ad fin.* Præcones victorum nomina magna voce pronuntiant. *Id. pro Quinct. c.* 15. *ad fin.* Cui magiſtri fiunt, & domini conſtituuntur, qui, quæ lege, & qua conditione pereat, pronuntient. *Sueton. in Domit. c.* 10. Quod cum comitiorum conſularium die perperam præco non conſulem, ad populum, ſed imperatorem pronuntiaſſet. ¶ Item ad judicem, aut magiſtratum edicentem aliquid, aut ſententiam ferentem. *Cic. Verr.* 4. *c.* 38. Palam de ſella ac tribunali pronuntiat, ſi quis abſentem Sthenium reum facere vellet, ſe ſe ejus nomen recepturum. *Id. de clar. Orat. c.* 21. Cum conſules, re audita, amplius de conſilii ſententia pronuntiaviſſent. *Id.* 3. *Offic. c.* 16. Is igitur judex ita pronuntiavit. *Id.* 2. *de Fin. cap.* 21. Pronuntiere ſententiam. *Sueton. in Domit. c.* 11. Nunquam triſtiorem ſententiam ſine præfatione clementiæ pronuntievit. *Plin. l.* 6. *epiſt.* 31. *a med.* Pronuntiare de calumnia. *Tertull. de oſſurr. carn. c.* 16. Pronuntiari ad beſtias. *Quinctil. l.* 2. *c.* 10. *extra med.* Quid enim attinet probationes adhibere cauſæ, de qua nemo ſit pronuntieturus? ¶ Urbana *Quinctil. l.* 10. *c.* 1. Modeſte, & circumſpecto judicio de tantis viris pronuntiendum eſt, ut demnent quæ non intelligunt. *Plin. l.* 6. *ep.* 18. Ego & venor, & ſtudeo: nec tamen adhuc poſſum pronuntiare, utrum ſit difficilius capere aliquid, an ſcribere. ¶ Pro creare, dicere, nominare, cum de magiſtratibus ſermo eſt. *Liv. l.* 24. *cap.* 27. Viri conſenſu, & ſeditionem motuentes, pronuntiant eos prætores. ¶ Nonnunquam eſt edicere, *nuntiare*, *publicare*. *Caſ. l.* 5. *B. Gall. c.* 35. Juſſerunt pronuntiari, ut impedimenta relinquerent, atque in orbem conſiſterent. & *cap.* 34. Ducce tote acie pronuntiari juſſerunt, ne quis ab hoſte diſcederet. & *cap.* 31. Pronuntiatur, primo luce Ituros. *Hirt. l.* 8. *B. Gall. c.* 15. Faſces ſtramentorum, ſigno pronuntiato, uno tempore incenderunt. *dato il ſegno*. & *Liv. l.* 24. *cap.* 14. *ſub fin.* Prælio in poſterum diem pronuntiatu. ¶ Item ſimpliciter palam dicere, narrare, *dire*, *raccontare*. *Caſ. l.* 4. *B. Gall. c.* 5. Mercatores in oppidis vulgos circumſiſtit: quibus ex regionibus venirent, quaſque ibi res cognoſcerent, pronuntiare cogunt. & *lib.* 7. *c.* 38. Dolore prohibeor, quæ geſta ſunt pronuntiare. & *cap.* 20. *a med.* Sincers pronuntiare aliquid. & *lib.* 6. *c.* 36. Allus jam capta caſtra pronuntiat. ¶ Item iudicare, aperire, *far ſapere*, *manifeſtare*. *Cic.* 3. *Offic. c.* 16. Cum in venumdando rem eam ſciſſet, & non pronuntiaſſet, emptori damnum præſtari oportere. ¶ Item palam profiteri, & denuntiare ſe daturum, promittere. *Cic. pro Cluent. c.* 29. Suppreſſam eſſe ab eo pecuniam, quam *pro* reo pronuntiaſſet. *Id. Attic. lib.* 1. *ep.* 16. *a med.* & *Suet. ep.* 118. Novi eſt in lege hoc, ut qui nummos in tribu pronuntiaverit, ſi non dederit, impune ſit. *Sueton. in Caſ. c.* 19. Ut nummos de ſua communi nomine per centurias pronuntiaret. *Liv. lib.* 2. *cap.* 20. *ſub fin.* Pronuntiare militi præmia. *Sueton. in Caſ. c.* 26. Munus populo epulumque in filiæ memoriam. *Id. in Galb. c.* 16. militibus donativum. Abſolute *Cic. pro Cluent. c.* 18. *a med.* Hæc doce, Laterenſis, decuriale Plancium, conſcripſiſſe, ſequeſtrem fuiſſe, pronuntiaſſe, diviſiſſe. *h. e.* promiſiſſe, diviſiſſe pecuniam ad corrumpenda ſuffragia. ¶ Ad hanc notionem & ille pertinent, *Sueton. in Tiber. c.* 38. Quamvis provincias quoque & exercitus reviſurum ſe, ſæpe pronuntiaſſet. & *in Ner. cap.* 21. Ninben ſe cantaturum, per Claudium Rufum conſularem pronuntiavit. ¶ De ratione ſcribendi V. in *Nuntio*.

PRONUPER, adverb. *nuper*, *velde nuper*, admodum nuper, a *pro*, & *nuper*. *Plaut. Trin.* 2. 4. 16. Quæ ſponſiones pronuper tu exactus es pro illo adoleſcente. Alii *pro* a *nuper* diriment, & præpoſitionem ſua caſui poſtponi ajunt, & *qua ſponſione* legunt, ut ſit recta conſtructio *pro qua ſponſione nuper* te, &c.

PRONURUS, us, *f. ſecondo nuora*, *πρόνυμφα*, nepotis mei uxor: & refertur ad proſocerum. V. *Proſocer. Ovid. Heroid.* ep. 17. v. 206. Pronurus & magni Laomedontis ere. *h. e.* uxor Paridis, qui unpos eſt Laomedontis. Uſurpari poſſe videtur etiam de uxore pronepotis, abnepotis, &c.

PRONUS, a, um, *chino*, *chinato*, *piegato all'ingiù*, *πρανὴς*, & *πρόνυς*, *πρόθυρος*, in anteriorem partem flexus, proclinatus, propendens, cernuus, deorſum vergens, declivis: cui opponitur *ſupinus*. *Cic.* 1. *de Divin. c.* 53. Animal omne, ut vult, ita utitur motu ſui corporis, pronus, obliquo, ſupinus. *Plin. l.* 28. *c.* 4. *ad fin.* Supini cubitus oculis conducunt, proni tuſſibus, in latera adverſum diſtillationes. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 7. Pueros impoſuere equo pronum in ventrem, poſtea ſedentem. *Virg.* 10. *Æn. v.* 586. pronus in verbera telo Admonuit bijugos. & *lib.* 11. *v.* 485. ipſum Pronum ſterne ſolo. *bocrone*, vel *col volto innanzi*. & *lib.* 1. *verſ.* 119. excutitur, pronuſque magiſter Volvitur in caput. *Ovid.* 8. *Met. v.* 378. ſtudioque incautus eundi Pronus ab arborea cecidit radice retentus. *Sallaſt. in fug. c.* 98. Ilex paulum modo prona, dein ſtexa, atque mox in altitudinem. *Caſ. l.* 4. *B. Gall. cap.* 17. Tigna non ſublicæ modo directa ad perpendiculum, ſed prona ac faſtigiata. *Plin. l.* 4. *ep. ult.* Ampullæ pronæ atque vergentes. *Liv. l.* 4. 1. 59. Antur urbs prona in paludes. *Plin. lib.* 5. *ep.* 6. *extra med.* Demiſſus pronuſque pulvinus. *Ovid. Heroid. ep.* 18. *v.* 121. & *Met.* 2. *v.* 67. Prona via. *declive*. & *Cornill. carm.* 67. *ad Manl. verſ.* 59. vallis. *Sil. l.* 13. *v.* 336. cautes in præruptum prona. *Tibull. l.* 3. *el.* 6. *v.* 6. I, nobis prona funde Falerna manu. *Stat. l. Theb. v.* 255. Crateres proni. *h. e.* exerſi, *roveſciati*. ¶ Eſt etiam verſus, converſus, *voltato*, *volto*. *Colum. l.* 3. *c.* 2. Campeſtrie loca Aquiloni prona. & *lib.* 1. *c.* 5. *a med.* Ædificii ſolum pronius orienti. *Id. l.* 2. *c.* 9. Omne frumentum meæ me campo patente, & ad ſolem prono, apricoque, & ſoluto laxatur. ¶ Dicitur etiam *de* re, qui per declive decurrit. *Virg.* 1. *Georg. v.* 203. Pronus amnis. *Id.* 8. *Æn. v.* 548. pars cetera prone Fertur aqua, ſegniſque ſecundo defluit amni. *Ovid.* 5. *Met. v.* 423. icta viam tellus in Tartara fecit, Et pronos curtus medio cratere recepit. *Cornill. carm.* 61. *epithal. v.* 51. pronum pondus. ¶ Abſolute *Senec. tragœd.* 113. *ad fin.* Per pronum ire. *Sil. l.* 15. *v.* 135. per prona voluti. ¶ Commode *ſidus pronum*, *dies prono* dicitur, cum prope occaſum eſt. tunc enim celerius, & per prona videntur decurrere. *Horat. l.* 3. *od.* 27. *v.* 18. Pronus Orion. *Propert. l.* 1. *el.* 16. *v.* 23. Me mediæ noctes, me ſidera prona jacentem, &c. *Ovid. Met.* 11. *v.* 257. Pronus erat Titan, inclinatoque tenebat Heſperium temone fretum. *Stat. l. Theb. v.* 42. pronus dies. *Senec. in Agam. v.* 461. In eſtra jam lau prona, jam præcepe dies. ¶ *Pronus* etiam dicimur, qui celeri curſu feruntur. inclinatur enim in curſu corpus in anteriora. *Ovid.* 10. *Met. v.* 652. cum carcere pronus uterque Emicat, & ſummam celeri pede libat arenam. *Id. de remed. Amor. v.* 101. leporem pronum catulo ſectare fugaci. *Horat. l.* 4. *od.* 6. *v.* 39. *de Luna*. celeremque pronos volvere menſes. ¶ Translate eſt proclivis, propenſus, in utramque partem; *inclinato*, *propenſo*, *pretato*, *facile*. *Horat. l.* 1. *epiſt.* 18. *v.* 10. in obſequium plus æquo pronus. *Plin. in Paneg.* 1. 84. Nihil eſt tam pronum ad ſimulatres, quam æmulatio. *Sueton. in Vitell. c.* 14. Pronus ad cujuſque, & quacunque de cauſa iracam atque ſupplicium. *Id. in Ner. c.* 50. Ad poeticam pronus, carmina libenter, ac ſua labore compoſuit. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 2. Boves manſueti, & ad domandum proni. *Tacit. in Agric. c.* 41. *ſub fin.* Pronum deterioribus Principem exſtimulabant. *Id.* 4. *Ann. c.* 29. *in fin.* Aures ſuperbæ, & offenſioni proniores. *Flor. in fin. lib.* 4. Pronum in omnia mala, & in luxuriam fluens ſæculum. *Sueton. in Caſ. c.* 50. Pronus & ſumptuoſus in libidines. *Senec. in Oſtav. verſ.* 868. Animus malo pronus. *Capitolin. in Pio*, *c.* 10. Ad indulgentiæ proniſſimus fuit. *Stat.* 2. *Theb. v.* 301. pronus calori. *h. e.* proclivis ad iram. *Lucan. l.* 5. *v.* 693. In dubios caſus, & prona pericula morti. *h. e.* quaſi vergentia ad mortem, eique proxima. *Liv. l.* 21. *c.* 18. Id pronius ad fidem eſt. *h. e.* credi facilius. ¶ Cum genitivo *Claudian. l.* 2. *in Ruſin. v.* 400. Unus per medios audendi pronior enſis Profilit exſerto. *Sueton. in Galb. c. pauuls.* Libidinis pronior. Al. hic aliter leg. *Lucan. lib.* 1. *verſ.* 461. ruendi in ferrum mens prona viris. ¶ Item favens, ſtudioſus, *favoreggiante*, *affezionato*. *Tacit. l. Hiſt. c.* 13. *extr.* Faventibus plerisque militum, prona in eum aula Neronis. *Sueton. in Galb.*

Galb. c. 12. Germanorum cohortem remiſit in pſtelam; quaſi Cn. Dolabellæ proniorem. *Suet. in f. filo.* ſ. *l.* 4. Si modo prona bonitate iovicti Cæſaris adſint Numina. *Val. Flacc. l.* 8. *v.* 340. Prona ſcotentia. *Velleſ. l.* 2. *c.* 69. *in fin.* Quos pronior fortuna comitatur. *Tacit. Ann.* 2. *c.* 73. *ſub fin.* Ut quis miſericordia in Germanicum, aut favore in Pilonem pronior. *Id. l. Hiſt. c. c.* Pronis auribus accipere aliquid. *b. c.* libentes audientibus. *Luran. lib.* 5. *v.* 501. remeraria prono Expertus ceſſiſſe deo. *b. c.* juvanta, propitio. ¶ *Pronum* etiam dicitur, quod nulla difficultate impeditur, *agevole*: quaſi io declivi poſitom, & decurſu facile. *Tacit. in Agric. c.* 33. Omnia prona victoribus, eadem victis adverſa. *Salluſt. in ſ. B. Jugurth.* Omnia virtuti ſuæ prona eſſe. *Plin. in Paneg. c.* 16. *ſub fin.* Omnia hæc tam prona, tamque ceſſentia virtutibus tuis ſenties, et, &c. *Id. l.* 8. *ep.* 10. Pronum ad honores iter. *Ouid. 3. Amor. el.* 14. *v.* 47. Prone tibi vincl cupicotem vincere palmæ eſt. *Juſtin. l.* 12. *c.* 5. *ad fin.* Pronam ad regnum viam iogredi. ¶ *Pronum eſt*, facile eſt. *Lucan. l.* 6. *v.* 606. Pronum erat, o juvenis, quos velles, inquit, io actus Invitos præbere deos. *Stat. l.* 5. *ſilv.* 3. *v.* 240. Sit pronom viciſſe domi: quid Achæa mereri Præmia? Adde *Juvenal. ſat.* 9. *v.* 43. & *Tacit. in Agric. c.* 1.

PROŒCONOMIA, æ, ſ. προοικονομία, rei futuræ præparatio & diſpoſitio: a πρό, ante, & οἰκονομία, diſpenſo, diſpono. *Serv. ad Æn.* 5. *v.* 858. & *lib.* 9. *v.* 468. & alibi præœconomiam dicit eſſe, cum illa dicuntur a Poeta, per quæ veri ſimiliora, aut plaoiora fiant, quæ aliquo poſt intervallo diccotur.

PROŒMIOR, aris, dep. 1. *commentore*, *fac l' eſordia*, προοιμιάζομαι, prooemio, ſeu exordio utor. *Plin. l.* 2. *ep.* 3. Prœmiatur apte, narrat aperte, pugnat grevitor, colligit fortiter. *Sidon. l.* 4. *ep.* 3. Dum ad meum nomen prœmiaris.

PROŒMIUM, ii, o ἔϛορδα, πρόλογος, exordium, principium dicendi: a πρό, ante, & ἰέναι, caotus, vel ὁδὸς, via. de qua notatione ita *Quinctil. c.* 1. *l.* 4. Quod principium Latine, vel exordium dicitur, majore quadam ratione Græci videntur πρόοιμον nominaſſe: quia a noſtris ioitium modo ſignificatur, illi ſatis clare partem hanc aſſe ante iogreſſum rei, de qua dicendum ſit, oſteoduat. Nam ſive propterea quod ἰέναι caotus eſt, & citharœdi pauca illa, quæ, notequam legitimum certamen (al. *cacmen*) iochoeot, emerendi favoris gratia canunt, *prooemium* cognominaverunt: (V. *Cicer.* 2. *de Orat. c.* 80.) oratoras quoque ea, quæ priuſquam cauſam exordiantur, ad conciliandos ſibi judicum animos præloqoontur, eadem appellatione ſignarunt: ſive quod ἰέναι idem Græci viam appellaot, id, quod aotu ingreſſum rei ponitur, ſic vocare eſt inſtitutum; certe prœmiom eſt, quod apud Judicem, priuſquam cauſam cognoverit, profit. Hæc *Quinctilianus*. *Cic. pro Cluent. c.* 21. Paucis verbis accuſat Cannotius. Incipit longo & alte petito prœmio reſpondere Cæſius. *Quinctil. l.* 2. *c.* 10. *ſub fin.* Prœcioium & narrationem dicere. *Id. c. ult. l.* 6. Ubi prœcmio utendum, & quali; oarrandum ve ſit, & quo modo, &c. V. *Inſinuatio*. ¶ De principio libri, tractatus, & hujuſmodi, *prœmio*, *perſazione*, *introduzione*, *Cic. Attic. l.* 16. *epiſt.* 6. *ſub fin.* De gloria libram ad te miſi: ar in eo prœmium id eſt, quod io Academico tertio. Id eveoit ob eam cem, quod habeo volumeo prœmiorum, ex eo eligere ſoleo, cum aliquod εὐγγραμμον inſtitui. Inque jam io Toſcolano, qoi non meminiſſem, me abuſum iſto prœcmio, conjeci id in eum librom. Cum autem lo eovi lagerem Academicos, agnovi erratum meum. itaque ſtatim novum prœcmium exarevi: tibi miſi. tu illud defecubis, hoc agglatinabis. *Id. Attic.* 4. *ep.* 16. Io ſingulis libris utor prœmiis. *Id. a. de Legib. c.* 7. Habes legis prœmium. ſic anim hoc appellat Plato. ¶ De quocumque initio, *principio*, *Juvenal. ſat.* 3. *v.* 288. miſeræ cognoſca prœmia riæ.

PROPAGATIO, onis, ſ. *propergineazione*, *ſcrollare*, actus propagandi vites. *Cic. de Senect. c.* 15. a *med.* Capitum jugatio, ſeligatio, & propagatio vitium. *Colum. de arborib. c.* 7. Propagationum genera tria ſunt io uſo maxime: unum, quo virga edita a matre ſulco committitur: alterum, quo ipſa matre proſtercitur, atque in plures palos per ſuas virgas dividitur: tertiom, quo vitis ſcinditur, &c. *Paul. Dig. lib.* 19. *tit.* 2. *leg.* 24. Propagationes facere. ¶ Translate eſt procreatio, *propagazione*. *Cic.* 1. *Offic. c.* 17. Quæ propagatio, & ſoboles origo eſt rerum publicarum. ¶ Item amplificatio, *catenſio*, *eſtenſione*, *allargamento*, ἔκτασις. *Cic. de Provinc. Conſul. c.* 12. Fioium imperii noſtri propagatio. *Id.* 1. *Tuſcul. c.* 14. Propagatio nomiois. *Id. Fam.* 5. *ep.* 15. a *med.* Ea vita, io qua oibil inſit, oiſi propagatio miſerrimi temporis. *b. c.* piolatio, productio, *prolongamento*. & *Tuſcul.* 1. *r.* 35. *extr.* Qui ſi mortem tum obiiſſet, in ampliſſimis fortunis occidiſſet; is propagationc vitæ quantas hauſit calamitates!

PROPAGATOR, oris, m. qui propagat. *Cic. Attic. l.* 8. *ep.* 3. Ille provinciæ propagator, ille abſcotis in omnibus adjutor. Alii lag. *prorogator*. ¶ Eſt epithetoo Jovis imperii fines propagantis. *Apul. de Mundo*, *prope fin.* Eſt & Militaris, & Triumphator, & Propagator, & Tropæopherus: & multo plura ejuſmodi apud Haruſpices, & Romanos veterea iovenies.

PROPAGATUS, a, um, *propaggineto*, propagine multiplicatus. *Colum. de arborib. c.* 7. Hoc modo propagatu vitis celerrime convaleſcet. ¶ Traoslatu *propagate*, *eſteſa*, *ampliſicato*. *Velleſ. l.* 2. *cap.* 14. Propagatæ civitates, aactumque Romanum nomen communione juris. *Gell. l.* 20. *c.* 10. *paſſ med.* Italiæ fines propagati. *Cic. Catil.* 3. *c.* 21. Eandemque diem intelligo & ad ſalutem urbis, & ad memoriam coofulatus mei propagatam. *Gell. in fin. cap.* 24. *lib.* 2. A trecentis feſtertiis ad oſque duo millia ſumptus cœnarum propagatus.

PROPAGES, is, ſ. *propaggine*, idem quod propago. *Paul. ex Feſto*: Propages, propaniots a propagando: ut faciunt ruſtici, cum vitem vetulam ſupprimunt, ut ex ea ona plores faciaot. ¶ Translatu eſt progeoies, *cazza*, *legnaggio*, *Pacuv.* apud *Non. cap.* 1. *n.* 327. Salvete gemini, mea propages ſanguinis. *Auſon. in Epiſtm. acut. v.* 19. ſive *Paulin. Nolan. carm.* 5. *v.* 19. Stirpis adoptivæ meliore propage coleodus.

PROPAGINATUS, a, om, nom. partic. propagatus. *Tertull. de Pall. c.* 2. *ſub fin.* Quot populi propaginati.

PROPAGMEN, inis, o. propagatio, productio. *Enn.* apud *Non. cap.* 1. *n.* 327. Nobis unde ferent fructus, vitaque propagmen. Al. aliter leg.

PROPAGO, ginis, ſ. *propaggine*, πόνημα, ἀνάβασις, ramus vitis vetulæ, aut alterios arboris, ab ea non recifus, ſed io terram depreſſus, atque obrutus, vel per vas fictile pertuſum terraque oppletum trajectus, ut radices agens renovetur, & fructum ferat. Ruſtici noſtri vocant *refoſſo*: alii, ducto a Gallis vocabulo, *margotta*. Eſt a *pro*, & *pago* pro *pango*. Duo hæc propaginum genera tradit *Plin. l.* 17. *c.* 23. & deſcribit: item *Cato R. R. cap.* 51. & 133. Tres propagaodi rationes docet *Colum. de arborib. c.* 7. cojos verba V. io *Propagato*. *Id. ibid.* Virgam cum a matre io terram deprimere voles, ſcrobem facito ita, ut propago ooo lædatur alterius cadicibus. *Id. l.* 4. *c.* 6. Ne vites plenibus flagellis emaciantur: aiſi ſi propaginibus futuris proſpiciemus. *Plin. l.* 14. *c.* 1. Deprimere vitem io propagines. *Virg.* 2. *Georg. v.* 26. Silvaromque aliæ preſſos propaginis arcus Exſpectaot. *& verſ.* 63. Sed truncis oleæ melius, propagine vites Reſpondent. *Plin. l.* 17. *c.* 10. Arbores aut ſemine proveoiunt, aut plantis radicis, aut propagine, aut avulſione, aut ſurculo, aut inſito & confecto arboris tranco. *& cap.* 13. Sabina herba propagine feritur, & avulſione. *& cap.* 20. a *med.* Propagines nulli faciliores, quam caſtaneæ. Adde *Cicer. de Senect. c.* 15. ¶ Dicitur & de quovis longiore remulo, ſarmento, flagello, ex qua propago fieri poteſt. *Fabius Pict.* apud *Gell. l.* 10. *c.* 15. Propagines e vitibus altius prætentos non ſuccidet. Ubi ootaod. maſculin. genus. Hoc ſenſu accipiendum videtur & illud *Horat. epod.* 2. *v.* 9. adulm vitium propagine Altas maritat populos. ¶ Translate eſt proles, progenies, *cazza*, *ſchiatta*, *ſgiuoli*, *diſcendenza*. *Ouid. 11. Met. v.* 312. Alipedis de ſtirpe dei verſuta propago Neſcitor Autolycus. *Virg. 6. Æn. v.* 871. oimum vobis Romana propago Viſa poteos, Superi. *Lucret. l.* 4. *c.* 995. At conſueta domi catolorum blanda propago Degere. *Portius Licin.* apud *Gell. l.* 19. *c.* 9. Cuſtodes ovium, icoeræque propagiois agnum. *Nemeſian. in Cyneg. v.* 241. *de equite*. Cappadocumque ootas referat generoſa propago. ¶ Hoc ſenſu peima ſyllaba corripitur tum in recto, tum in obliquis caſibus: cum de plantis ſermo eſt, producitur. Utrumque videre licet io allatis exemplis.

PROPAGO, as, avi, atum, a. 1. *propegginare*, πολυπόω, arborem, depreſſo io terram remo, renovare, & multiplicare, ot io voce præced. dictum eſt. *Cato R. R. c.* 32. Quæ diligentius propagari voles, io aulas, aut io qualos pertuſos propagari oportet. *Colum. l.* 4. *c. ult.* Caſtaoea melius ex vicino pertica dechoata propagatur. *Plin. l.* 17. *c.* 13. Cato (R. R. *c.* 51.) propagari præter vitem, tradit ficum, oleam, Puniçam, malorum genera omnia, laurum, prunos, &c. *Id. l.* 21. *c.* 10. *ſub fin.* Abrotonum cacomine ſus ſe propagat. ¶ Translate eſt extendere, proferre, amplificare, multiplicare, *dilatare*, *ſtendere*, *multiplicare*, *prolungare*, *propagare*. *Tacit.* 12. *Ann. cap.* 23. Iis qui protulere imperium, etiam terminos Urbis propagare datur. *Sueton. in Ner. c.* 18. Augere & propagare imperium. *Plin. l.* 5. *c.* 29. *paſſ med.* Multitudo limi, qua amnis terras propagat. *Id. l.* 7. *c.* 55. Eadem vanitas ia futurum etiam ſe propagat. *Id. l.* 4. *c.* 16. Romanis armis notiriam Britanoiæ non oltra vicinitatem ſilvæ Caledoniæ propagaetibus. *Id. l.* 35. *cap.* 2. Propagam aliquid ia ævum. *Id. l.* 15. *cap.* 14. cuipiam memoriam æternam. *Tacit.* 15. *Ann. c.* 59. *extr.* Iofamiam alicujus. *Cic. pro Sext. c.* 48. Mandare aliquid monumentis eoncilium, & poſteritati propagare. *Id. a. Catil. cap.* 5. *a med.* Meus coofulatus oon breve tempus, ſed multa ſæcula propagarit reipublicæ. *Id. 5. de Fin. c.* 21. a med. Propagare vitam aucupio. *Id. de Provinc. Conſul. c.* 8. Annus eſt iateger vobis aaſpectlaodus: quo interjecto, civium calamitas, ſociorum ærumna, ſceleratiſſimorum hominum impunitas propagatur. *Fior. l.* 3. *c.* 17. Tantum excitavit incendium, ut bereditarium io poſteros ſuos bellum propagaret. ¶ prorogare. *Suetan. in Aug. c.* 23. Præfidibus provinciarum propagavit imperium. Al. leg. *provogavit*. Eadem lectionis varietas eſt *in Calig. cap.* 29. Propagari ſibi commeatum ſæpios deſiderans. *& in Cal. c.* 24. Ut io quinquenoium ſibi imperium propagaretur. Dubium pariter eſt illud *Livii l.* 23. *cap.* 25. *in fin.* Conſuli propagari in annum imperium. ¶ geous, ſtirpem, familiam procreando conſervare. *Cic. Phil.* 2. *c.* 6. L. Brutus, qui & ipſe regio dominatu rempublicam liberavit, & ad ſimile factum ſtirpem io propa quingentefimum annum propagavit. *& Verr.* 7. *c.* 70. Cum ipſe ſui generis ioitium, ac nomiois ab ſe gigoi & propagari vellet. ¶ Prima ſyllaba anceps eſt. *Lucret. l.* 5. *v.* 838. Ut propagando poſſint producere ſæcla. *& verſ.* 854. Nec potuiſſe propagando procudeta prolem. *Claudian. l.* 2. *de laudib. Stilich. verſ.* 373. Hi propagaodi rueraot pro limite regni. Idem fortaſſe dicendum eſt de *propago* nomine: quemquam cum traoslate ſumitur, ſemper correpta fuiſſe reperiator.

PROPALA. V. *Propola*.

PROPALAM, adverb. *apertamente*, *in palſo*, ἐν τῷ φανερῷ, clare, aperte, io propatulo. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 35. Neque tabulis, & ſigois propalam collneatis. *Liv. l.* 34. *c.* 33. *ſub fin.* Hæc propalam dicebat: illa tacita fuberat cura, ne, &c. *Plaut. Epid.* 1. 1. 10. Mus

nus jam furtificne ſum: rapio propalam. *Tacit. Ann. 6. c. 7.* Cum primores Senatus delationi exercerent, ejus propalam, alii per occultum. *Tacit. 2. Ann. cap. 39. ſub fin.* Adire municipia obſcuro die, neque propalam aſpici. *Plaut. Mil. 4. 8. 38.* Timeo, ne hoc tandem propalam fiat nimis. ¶ *Propalam eſt*, manifeſtum eſt. *Terentian. Maur. de Iambic. pag. 2435. Putſch.* Spondeum eſſe poſt Trochæum, propalam eſt.

PROPALATUS, a, um, *propalato*, palam factus. *Oroſ. l. 6. c. 5.* Jam propalata & publica veritas.

PROPALO, as, a. 1. *propalare*, *divulgare*, palam facio. *Sidon. l. 9. ep. 11. a med.* Quæ propalare diſſimulat, excolere detrectat. *Claud. Mamert. de ſtatu anim. lib. 2. c. 6. ſub fin.* Illud quod iſta pagina propalatur, ajuſdem auctor occultatur.

PROPANSUS, & Propaſſus, a, um, *ſpiegato*, *aperto*, *diſteſo*, expanſus. *Apul. l. 6. Metam.* Propandis utrimque pinnis affuit rapax aquila. *Id. in Florid. n. 24.* (*vel. l. 4. ad fin.*) Alvi propeſtis utriſque pennis præjabitur.

PROPATOR, oris, m. πρωπάτωρ, avus, generis auctor. *Tertullian. de præſcription. cap. 49.*

PROPATRUUS, i, m. *ſecondo cio*, proavi mei frater, qui & patruus major dicitur, h. e. patris, vel matris meæ patruus magnus. *Cujus Dig. lib 38. tit. 10. leg. 1. & Paul. ibid. leg. 10.* Hæc verba ſunt: Quinto grada ſunt ſupra atavus, atavia: infra adnepos, adneptis: ea tranſverſo fratris & ſororis pronepos proneptis: & convenienter propatruus, proamita, ideſt proavi frater & ſoror.

PROPATULUS, a, um, *aperto*, *ſcoperto*, πρόπυρος, patens, apertus, ſub dio poſitus. *Cic. 6. Verr. c. 49. ad fin.* Ante ædem Cereris in aperto ac propatulo loco ſigna duo ſunt. ¶ Sæpe vi *lam* omittitur: & ſignificat ſub dio, *allo ſcoperto*. *Id. in fragm.* apud *Colum. l. 12. c. 2.* Cum victus & cultus humanus non, uti ferie, in propatulo ac ſilveſtribus locis, ſed domi ſub tecto accurandæ eſſet. *Liv. l. 24. n. 16. ad fin.* Apparata convivia omnibus in propatulo ædium fuerant. *Plin. l. 7. ep. 8. ad fin.* Hunc ſermonem non apud populum, ſed apud Decuriones habui, nec in propatulo, ſed in curia. *Val. Max. l. 2. c. 5. n. 5.* Comare in propatula, verecundiæ non erat. ¶ Urbane eſt propalam, in oculis omnium, in media luce, *coram popolo*, *in pubblico*. *Salluſt. in Catil. c. 13.* Pudicitiam in propatulo habere. *Gell. l. 19. c. ult.* Varronis monumenta in propatulo, frequentique uſu ſeruntur. *Id. l. 18. cap. 12. a med.* In promptu & in propatulo eſſe. *Apul. in Apolog.* Os, cujus in propatulo, & conſpicuo uſus homini creberrimus. *Id ibid.* Quid ego in propatulo & celebri agam, facila a tenebris tuis arbitrarris. ¶ Omnia præpoſit. *Pomp. Melo l. 1. a. ult. circa med.* Moſſyni notia corpus omnes parſignant, propatulo veſcuntur.

PROPE, *appreſſo*, *vicino*, ἐγγύς, juxta, apud: præpoſitio quartum caſum regens. *Cæſ. l. 1. B. Gall. c. 22.* Prope haſtium caſtra. *& lib. 7. c. 36.* Prope oppidum. *Virg. 8. Æn. v. 597.* Eſt ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem. *Cic. Fam. 7. ep. 23. ad fin.* Ut non modo prope me, ſed plane mecum habitare poſſes. *& lib. 3. ep. 5.* Prope cal. Sext. putri nus Laodiceæ fore. *Sueton. in Claud. cap. 44.* Excruciatum doloribus nocte tota, prope lucem defeciſſe. *Liv. l. 1. n. 25. ſub fin.* Prope metum res fuerat. *Tacit. 3. Hiſt. cap. 22.* Prope ſeditionem ventum eſt. *Ulpian. Dig. lib. 17. tit. 1. leg. 29.* Diſſoluta negligentia prope dolum eſt. ¶ Sæpe ſuo caſu adverbii ritu ponitur. *Cic. Fam. 9. epiſt. 7.* Volebem prope alicubi eſſe. *Id. de Senect. c. 14.* Prope intueri aliquid. *Terent. Adelph. 3. 2. 9.* Partus inflabat prope. *Plaut. Rud. 1. 4. 50.* Quænam vox mihi prope hic ſonat? Quis hic loquitur prope? *Id. Caſ. 3. 5. 31.* Nec quamquam prope ud ſe ſinit adire. *Id. Moſtell. 2. 2. 16.* Quis homo eſt, qui noſtras ædes acceſſit prope? ¶ Cum ablativo & præpoſit. *a*, vel *ab*. *Cic. 7. Verr. c. 2. ſub fi.* In Italia bellum tam prope a Sicilia, tamen in Sicilia non fuit. *tanto poco lontano. & in Piſon. n. 11. ſub fin.* Apud ſocrum tuam propa a meis ædibus ſedebas. *Id. Verr. 4. c. 3.* Tam prope ab domo detineri. *Tacit. 1. Hiſt. cap. 12.* Tam prope ab exſule luit, quam poſtea a principe. *Auſil. diol. de Orat. n. 23.* Prope abeſt ab infirmitate, in quo ſola ſanitas laudatur. *è aſſai vicino ad infermarſi. Senec. epiſt. 42.* Prope eſt a te deus: tecum eſt, intus eſt. ¶ *Prope eſt cum*, &c. jam jam tempus eſt, cum. *Terent. Andr. 1. 1. 125.* Prope adeſt, cum alieno more vivendum eſt mihi. *è vicino il tempo, che*, &c. *Plaut. Men. 5. 6. 25.* Prope eſt, quando herus pretium eſolvet. *Id. Aulul. 2. 3. 9.* Partitudo prope adeſt, ut fiat palam. *poco manco: poco ci vuole o ſtoprirſi.* & *Liv. l. 40. c. 32.* Jam prope erat, ut finiſtrum cornu pelleretur. *ormai poco ci volea, che*, &c. & *lib. 25. c. 21.* Prope eſt factum, ut injuſſu prætoris ſignis convulſis in aciem exirent. *poco mancò.* ¶ Nonnunquam ponitur pro ferme, quaſi, pæne, propemodum, *quaſi*, *per poco*. *Cic. Verr. 4. n. 4.* Ut me prope de vitæ meæ ſtatu dolore ac lacrymis ſuis deducerent. *Horat. l. 3. od. 8. v. 7.* prope funeratus arboris ictu. *Cæſ. l. 5. B. Gall. c. 20.* Trinobantes, *prope* firmiſſima earum reginum civitas. *Salluſt. in Jug. c. 64.* Jam ſcalis egreſſi milites prope ſumma ceperant. *Id. in Catil. c. 57.* His genus, eloquentia prope æqualia fuere. *Cic. 3. Verr. n. 54. ad fin.* Excludit eam ſolum, cui prope dicam ſoli poteſtatem factam eſſe oportebat. *& Verr. 5. cap. 25.* Eques Romanus prope annos nonaginta natus. *Id. Fam. 7. ep. 28.* Prope deſperatis his rebus. *& lib. 4. ep. 3.* Sapientia præditus prope ſingulari. *Terent. Heaut. 1. 2. 45.* Ejus filiam ille amare cæpit perdite, prope jam ut pro uxore haberet. *Plin. l. 2. c. 7. circa med.* Via prope eſt judicare, utrum, &c. ¶ Pro omnino, admodum, *affatto*. *Horat. lib. 2. ſat. 3. v. 32.* Inſanis & tu, ſtultique prope omnes. Tractat hic *Horat.* quod *Cic. 3. Tuſcul. c. 4. & 5. & Paradox. 4.* nempe Stoicorum ſententiam, omnes ſtultos inſanire docentium.

Tam. III.

Etiam *ferme* interdum hanc vim habet. V. ¶ Apud JCtos ſæpe legitur *prope eſt*, *ut aliquid fiat*: quæ verba non, ut præterunt, dubitationem habent, ſed affirmationem, & definitionem: & ſignificant, ſequitur ut ita fieri debeat. V. *Papinian. Dig. lib. 35. tit. 1. leg. 69. circa med.* & *lib. 45. tit. 1. leg. 118.* & *Pompon. ibid. tit. 3. leg. 28.* & *Paul. lib. 2. ſententt. tit. 17.* & alios, quos congeſſit *Boſſius*. ¶ Gradus ſunt *Propius*, *Proxime*, quæ V. ſuis locis.

PROPEDIEM, *in breve*, *fra poco*, ἐντὸς, *in βραχῦ*, poſt breve tempus, brevi. *Plaut. Perſ. 2. 4. 24.* Te cruci ipſum propediem affigent alii. *Cic. 1. de Divin. c. 23. a med.* Propediem te videbo. *Id. 2. Attic. ep. 2. ad fin.* Prognoſtica mea cum nocturnalis propediem exſpecta. *Salluſt. in Catil. c. 59.* Sperabat propediem magnas copias ſe habiturum.

PROPELLO, is, puli, pulſum, c. 3. *ſpingere*, a *cacciare innanzi*, a *lontano*, πρόωρω, ἄθεν, ante, aut procul pello, promoveo, procul amoveo. *Lucret. l. 6. v. 1024.* uar a tergo quaſi provehit, atque propellit. *Plaut. Rud. 3. 3. 8.* Qui ſcelerius lacerdorem unum præcipem repulit, propulit perquam indigne modis. *Lucret. l. 4. verſ. 286.* Atque aliam præ ſe propellens uara volvit. *Cic. 4. Tuſcul. c. 5.* Navem remis propellere. *Ovid. Heroid. ep. 12. verſ. 42.* Boreas navem propellit in altum. *Propert. l. 3. el. 21. v. 12.* propellere remige flumen. *b. e.* remis pulſare. *Colum. l. & cap. 2. ſub fin.* In priorem partem jugum propellere. *Varr. l. 2. R. R. cap. 2. a med.* Oves propellere in pabulum. *Cæſ. l. 1. B. Civ. c. 55.* Ut venientibus reſiſtant, atque eos propellant. *& lib. 4. B. Gall. c. 25.* Hoſtes propellere, ac ſubmovere. *Propert. l. 2. el. 22. ſub fin.* oppoſita propellens ſuavia dextra. *b. e.* arcens. *Gell. l. 2. ſub fin.* Fluctus ab auſtris, qui humiliores ſunt, ſurſum propelli. *Id. ibid. c. 22. a med.* Cæcias nubes non procul propellit. ¶ Translate *Petron. in Satyr. c. 4.* Cum ad vota properant, cruda adhuc ſtudia in forum propellunt. ¶ Pro dejicere, proſternere. *Valer. Flacc. l. 6. verſ. 383.* ut mœnia latus, aut machina muri, Quæ ſcopulis trabibuſque dia, confectaque flammis Procubuit iandem, atque ingentem propulit urbem. *& lib. 4. v. 311.* labentem propulit heros. *Senec. in Herc. Oet. v. 162.* Muros Oechaliæ corpore propulit. ¶ depellere. *Ovid. Met. 8. v. 593.* inqua profundum Propulit a ſcopula parituræ corpora natæ. ¶ impellere, movere. *Lucret. l. 3. verſ. 160.* Eſſe animam cum animo conjunctam, quæ cum animi vi Percuſſa eſt, exin corpus propellit, & icit. ¶ compellere, impellere, incitare. *Tacit. 12. Ann. c. 2.* Qui terrore carceris ad voluntariam mortem propelleretur. *& lib. 6. c. 3.* Rudes animos ad corrumpendum militiæ morem propellare. *Sil. lib. 7. v. 529.* torquet totas in prælia vires Pœnorum ductor, propellitque agmina voce. ¶ propulſare, prohibere. *Liv. l. 40. c. 22. in fi.* Periculum vitæ propellere a me potes, puniendo eos, qui, &c. *Id. l. 7. cap. 24.* Propellere hoſtem a caſtris. *Colum. l. 7. c. 12.* Canis eligitur propellendis injuriis hominum ac ferarum. ¶ conjicere, jaculari. *Sil. l. 16. v. 571.* vicinam metæ qui propulit haſtam.

PROPEMODO, & certine

PROPEMODUM, *quaſi*, ὡλίγου δεῖν, σχεδὸν, quaſi, pæne, prope. *Liv. l. 24. n. 20. circa med.* Cum propemodo muris acceſſiſſet. Al. aliter leg. *Plaut. Pſeud. 1. 3. 42.* Scio', quid nos volumus? *Ba.* pol ego propemodo: ut mala ſit tibi. *Cic. 2. de Divin. c. 41.* Quid enim fors eſt? idem propemodum, quod micare, quod talos jacere. *Id. 1. de Fin. c. 1. a med.* Ut propemodum juſtoribus utamur illis, qui, &c. *Id. in Orat. c. 43.* Verba componere, & ſyllabas propemodum dinumerare. *Plaut. Men. 5. 2. 14.* Propemodum jam ſcio, quid fiet rei. *Id. Trin. 3. 3. 50.* Teneo jam? *Ca.* propemodum. *Plin. ſub fin. l. 34.* Sandarachæ quoque propemodum dicta natura eſt. *è à ſpiegare quaſi abbaſtanza.*

PROPEMPTICUM CARMEN, προπεμπτικὸς, quo abeuntem aliquem honoris & benevolentiæ cauſa proſequimur, proſperaque amola, itum, moram, reditum precamur: a προπέμπω, deduco, proſequor, comitor. Tale eſt apud *Virgil. 8. Æn. n verſ. 560.* Euandri ad Pallantem filium: apud *Horat. l. 1. od. 3.* ad Virgilium: *& apod. 1.* ad Mecænatem. *Propempticon Metio Celeri* inſcribitur ſilva ſecunda libri 3. apud *Statium*: *& Propempticon ad libellum*, carmen poſtremum *Sidonii*.

PROPENDENS, entis, *pendente*, *chino*, ἐκκλίνων, dependens, demiſſus. *Colum. l. 7. c. 12. de mor.* Dejectæ & propendentes aures. ¶ pendens *Val. Flacc. l. 7. v. 587.* Incitat Æſonidæ dextram, inqua ardentia mittit Cornua, dein totis propendens viribus hæret.

PROPENDEO, es, udi, nſum, v. 2. *pendere*, *pigare*, ἐκκλίνω, ante aut deorſum pendeo, inclino, vergo: ut cum altera e lancibus præponderans deſcendit. *Cic. 5. Tuſcul. c. 17. extr.* Qui cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis & externa, tantum propendere illam boni lancem putat, ut terras & maria deprimat. *& cap. 32.* Vita, non ſolum ſi undique referta bonis eſt, ſed ſi multo majore & graviore ex parte bona propendent, beata recte dici poteſt. *Plin. l. 26. c. 7.* Scandens arbores, & ex ramis propendens. ¶ *Sueton. in Galb. n. 22.* Excreverat etiam in latere ejus cœno, propendebatque adeo, ut ægre faſcia ſubſtringeretur. *b. n.* caſtando pendebet. Sic *Perſ. ſat. 2. v. 57.* Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede exſtat. *& Sulin. c. 20.* (*al. 32. extr.*) Eſt & alcea multi comparanda, adeo propenſo labro ſuperiore, ut niſi recedens paſci non queat. ¶ Translate *ever propenſione*, propenſum animo eſſe erga aliquem. *Cic. 2. de Orat. c. 44. a med.* Si ſa dant, & ſua ſponte, quo impellimur, inclinant, atque propendent, accipin quod datur. *& cap. 29. a med.* Neceſſe eſt, ut is, qui nobis cauſam adjudicaturus ſit, eat inclinatione voluntatis propendeat in nos, eat, &c.

PROPENDO, di, n. 3. V. *Dependo*.

PROPENDULUS, a, um, pendens in anteriorem partem, ut Propenduli crines, apud *Apul. in Florid.* n. 3. (*al. lib.* 1.)

PROPENSE, adverb. *de animo, voluntarii, ἑκουσίως*, ex animo, cum inclinatione, aut propenſione. *Lexicon ad S. P. Q. R. lib.* 32. *Fam. Cic. epiſt.* 15. *circa med.* Ut hanc concordiam & conſpirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem propenſe non crederent eſſe factam. *Liv. l.* 37. *c.* 52. Propenſius cumulatiuſque, prout ejus merita ſint Senatum facturum. *Apul. in Florid. n.* 20. (*al. l.* 4.) Eoque propenſius laudandus eſt, quod, &c.

PROPENSIO, onis, ſ. *inclinatione, ἐκκλίσει*, πρόσκλισις, inclinatio. *Cic. 4. Fin. c.* 17. Qui nulla in re, niſi in virtute, aut vitio propenſionem, re minime quidem momenti, ad ſummum bonam adipiſcendum eſſe diceret.

PROPENSUS, a, am, *pendente inclinati, pigrato, inclinato, ἐπικλίνης*, propendens, inclinatus, pretentus. *Perſ. ſat.* 1. *v.* 57. Propenſo ſaſquipeda. V. *Propendre.* ¶ Fere translate ſumitur, *propitio, deſito, propenſa, favorevole. Cic. pro Roſc. Amer. c.* 30. Non tam propenſus ad miſericordiam, quem inclinatus ad ſeveritatem videbatur. *Id. 4. Tuſcul. c.* 37. *ad fin.* Ut quiſque natura ad aliquem morbum proclivior, ſic animus alius ad alia vitia propenſior. *Id. Offic. l.* 1. *c.* 30. Si quis eſt paulo ad voluptates propenſior. *Id. Fam. 4. ep.* 13. Videor mihi proſpicere ipſius animum propenſum ad ſalutem tuam. *Id. in fin. l.* 3. *de nat. Deor.* Diſputatio Balbi mihi ad veritatis ſimilitudinem videretur eſſe propenſior. *Id. pro Mur. c.* 31. Non tu quidem vir ſeverus eſſes, ſed paulo ad lenitatem propenſior. *Id. 2. Offic. c.* 18. Propenſior benignitas eſſe debebit in calamitoſos. *Id. Attic. l.* 8. *ep.* 3. *circa med.* Infimus quiſque propenſus in alteram partem. *Id. 2. Offic. c.* 20. A quo reppetitur & celerior remuneratio fore videtur, in eam fere eſt voluerez noſtra propenſior. *Herſ. de B. Alex. c.* 26. Magnæ copiæ, quas celeriter & propenſiſſima civitatem voluntate, & ſua diligentia confecerat. *Cic. Attic. l.* 13. *ep.* 21. *ſub fin. & Liv. l.* 37. *cap.* 54. Propenſo animo aliquid facere. *con genio. Ovid.* 14. *Met. v.* 706. Sollicita petiit propenſum voce favorem. ¶ Cum dativo *Juſtin. l.* 16. *c.* 1. In diviſione regni propenſior fuiſſe Alexandro videbatur. ¶ *Propenſa munera*, quæ propenſo animo dantur, atque adeo magna, pretioſa, vel ſimpliciter ponderoſa. *Auſtus ergenn. Trunculenus Plautini.* Natique cauſa dat propenſa munera. ¶ Hæc omnia a lanibus translata ſunt, quarum quæ ponderoſior, depriminitur ac propendet, ſin deorſum inclinatur & vergit. *Cic. Pared.* 3. *c.* 2. Cauſa igitur hæc, non natura diſtinguit: quæ quoniam utro acceſſit, id fit propenſius, ſi utroque adjuncta ſit, paria fiant neceſſe eſt. *Plaut. Bacch.* 3 4. 15. Verum, quam illa nequam ds mea pecunia ramenta fiat plumea propenſior, mendicum malim mundicando vincere. *b. e.* ponderoſior ac ditior. Adde *verſ.* 22.

PROPERABILIS, le, properans, celer, ut Properebilis calor, apud *Tertull. de Anim. c.* 43.

PROPERANS, tis, nom. ex purticip. *ebi e' effretue, ἐπείγων*, feſtinas, citus, celer. *Cic. Attic. l.* 4. *ep.* 4. Hæc properantes ſcripſimus. *Ovid.* 3. *ex Pont. ep.* 5. *v.* 9. lingua properante legere. *Claudian. lib.* 2. *in Rufin. verſ.* 337. Feſtinamque rotam ſolito properantior arge1. *Senec. in Herc. Fur. verſ.* 772. Siſti properantem gradum.

PROPERANTER, adverb. *preſto, con velocità, in fretta*, celeriter. *Lucret. l.* 5. *v.* 301. Uſque adeo properentee ab omnibus ignibus ajus, &c. *Salluſt. in Jug. cap.* 101. Beneficia invitus accipere: ſed ea properentius, quam ea mutuum, reddere. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 673. Hæc quondam Citherea diem preperantius ire Juſſit, & æriberios præcipitavit equos. *Sil. 10 fin. l.* 7. milla hinc Cæſpite da viridi furgunt properantiue ara. *Imp. Conſtantin. lib.* 11. *Cod. Theodoſ. tit.* 30. *leg.* 8. Quæcunque ad inſtructionem pertinent cauſæ, ad comitatum noſtrum properantiſſime volumas adferri. *Tacit. Ann. 16. cap.* 24. Eos codicillos Nero properanter accepit, ſpe, exterritum Thraſeam ſcripſiſſe. *con avvidità e impazienza.*

PROPERANTIA, æ, f. idem ac properatio. *Salluſt. in Jug. cap.* 40. *extr.* Neque ex tanta properantia tam facile tractum bellum, ſocordia magis, quam dolo, crederent. *Tacit. 12. Ann. c.* 20. Tædium ea more, periculum ea properantia.

PROPERATIM, adverb. idem ac properato. *Cæcil.* apud *Non. cap.* 2. *num.* 651. & 663. Properatim in tenebris iſtuc confectum eſt opus. *Pompon. ibid.* Pergis properatim. Adde *Sifenn.* apud *Gell. cap. ult. lib.* 12.

PROPERATIO, onis, ſ. *fretta, σπουδή, ἔσπευσις*, actus properandi, feſtinatio. *Q. Cic. ad Tiron. l.* 16. *Fam. ep. ult.* Nam quæ pareius fuiſet perſcripſerat, verecundia videlicet & properatione. *M. Cic. Fam.* 5. *ep.* 12. Sed ad properationem meam quiddam intereſt, te non aaſpectare, dum, &c.

PROPERATO, adverb. *frettoloſamente, preſtamente, ἐσπουδασμένως*, feſtinanter, celeriter. *Tacit. l.* 13. *Ann. c.* 2. Neque minus propereto Narciſſus Claudii libertus ad mortem agitur.

PROPERATUS, a, um, *fatto in fretta, accelerato, affrettato, ἐσπουδασμένος*, propera factus, feſtinatus, acceleretus. *Salluſt. in Jug. c.* 120. Properatum iter. *Virg. 1. Georg. v.* 196. quamvis igni exiguo properata maderent. *Tacit. 2. Ann. c.* 6. Properatæ naves. & *cap.* 80. Tela agreſtia ad fubitum uſum properata. *Ovid. Heroid. ep.* 18. *v.* 123. Properata oſcula congerere. *Id. 9. Met. v.* 586. Properatæ tabellæ. *Id. 2. ex Pont. ep. ult. v.* 1. opus brevi properatum tempore. *Id. 3. Triſt. el.* 3. *v.* 34. properata mors. *Id. 15. Met. v.* 748. gloria rerum. *Martial. l.* 10. *epigr.* 50. meta curribus. *b. e.* propera decurſa. ¶ *Properato opus eſt*, properandum eſt. *Cic. pro Mil. c.* 19. Erat nihil, cur properato opus eſſet. *Plaut. Mil.* 3. 1. 210. Ergo accureto & properato opus eſt.

PROPERE, adverb. *preſto, in fretta, in preſcia, σπουδαίως, ἐσπουδασμένως*, properanter, ſtudioſe, celeriter, ſollinanter. *Nep. in Epamin. c.* 4. Egredere propere, ne alios corrumpas. *Liv. l.* 23. *c.* 36. Cumæ ſi propera recepit. *Virg. 9. Æn. v.* 801. Sed manus e caſtris propere coit omnis in nonm. *Plaut. Amph.* 5. 1. 10. Ut ſubito, at propere, ut valide tonuit! *Id. Aulul.* 2. 2. 86. Sequera propere me ad macellum Grenos. ¶ Ad ſignificandam ſummam feſtinationem ſunt illa *ejuſdem ibid.* 2. 8. 23. Occidor, niſi intro hac propere propere curcers. & *Caſ.* 3. 6. 17. Propere, cito introrſa, & cito deproperate. & *Ciſtell. 2.* 3. *v.* 8. Ut aliquis intus prodeat propere ocyus. & *Curcul.* 2. 3. 4. Ita nunc ſubito, propere, & celere objectum all mihi negotium. & *Rud.* 5. 2. 36. Eloquere propere celeriter. & *Stich.* 2. 2. 13. Ita aſteri curriculo ſui propere a porta. & *Trin.* 4. 3. 1. Fac to propere celerem.

PROPERIPES, adis, adject. celeripes, veloc. *Catull. carm.* 62. *de Aſy*, *v.* 34. Rapida ducem ſequantur Gallæ properipedem. Ita *Voſſ.* alii *pede propera.*

PROPERITER, idem quod propere, ſed antiquius. *Pacuv.* apud *Non. c.* 2. *n.* 663. Claſſem in altum properiter deducere. *Accius ibid. & cap.* 4. *n.* 199. Properitur navem in fugam tradunt. *Catull. in fragm.* apud *eund. cap.* 22. *n. ult.* Animula miſerula properiter abis. Adde *Apul.* non ſemel, & *Auſon. in Parental. n.* 27.

PUDENDUS, a, um, *da vergognarſi*, *vergognoſo*, *ſinyxòς*, *αἰσχυντέος*, qui ejuſmodi eſt, ut illius nos pudere debeat, turpis, inhoneſtus. *Virg. 11. Æn. v.* 55. at non, Exandre, pudendis Vulneribus pulſum aſpicies. *Ovid. 2. ex Pont. ep. 2. v.* 107. Nec mea, ſi tantum peccata noviſſima demas, Eſſe poſſit domus vita pudenda tua. *Id. Heroid. ep.* 5. *v.* 98. Cauſa pudenda tua eſt: jaſta vi arma movet. *Quinctil. l. 1. c. 5. (al. 3.)* Pudenda dicta ſpectantur. *Suetun. in Veſpaſ. c.* 16. Negotiationes vel privato pudendas exercere. *Id. in Tiber. c.* 65. Criminari aliquem pudenda miſerandaque oratione. *Id. in Vitell. cap. 2.* Sive illis ſtirpin antiquæ, ſive pudendis parentibus atque avis. *Plin. l. 29. ſub fin. de bliteo*. Hoc quoque animal inter pudenda eſt. *Sil. l. 11. v.* 90. proh cuncta pudendi! *b. c.* plane & in cunctis probroſi. *ὀνειδεσμός*. ¶ De obſcena parte corporis, *Auſon. Edyll. 6. v.* 85. quod pube pudenda Helleſpontiaci ridetur forma Priapi. *Id. in persecha 6. Odyſſ. & Auguſtin. l. 14. de Civ. Dei c.* 17. Foliorum oppoſita pudenda velatus. *Serv. Sammon. c.* 36. *v.* 681. Dicendum eſt quæ ſit membris medicina pudendis. *Mimus. Fel. in Oſtiv. c. 28. a med.* Strepitus per pudenda corporis emiſſi. ¶ *Pudendum* interjectio, ut *nefas*, *atro-*

ferabole, & hujuſmodi. *Sil. l.* 17. *v.* 142. tum vincla viro manicæque (pudendum!) Addita. Al. aliter leg.

PUDENS, tis, *verecundo*, *modeſto*, *vergognoſa*, *αἰδήμων*, quem facile pudet (quod probitatis ſignum eſt) verecundus, pudicus, probus, abhorrens a flagitio atque dedecore. *Lucret. l.* 4. *v.* 1157. Balba loqui noo quit, traulizi: muta, pudens eſt. *Cic.* 5. *Verr. c.* 69. Eſſet ex inerti atque improbo parente navus, & pudens, & probus filius. *Id. Phil.* 3. *c.* 11. Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum. *Id. in Piſon. c.* 17. Ts videri pudentiorem fuiſſe, quam ſoles. *Id. Verr.* 3. *c.* 37. *in fin.* Pudentiſſimæ leſtiſſimæque feminæ. *Id. pro Flacc. c.* 50. *a med.* Pudentiſſimæa atque optimus vir. *Auſt. ad Herenn. l.* 3. *c.* 23. Riſue pudena & liberalis. *Cic. Verr.* 3. *c.* 2. Impudentiæ ſuæ pudentem eaſtum quærere. *Terent. Hraut.* 2. 1. 78. Animi eſt pudentis ſignum. *Catull. carm.* 15. *v.* 2. Veniam peto pudentem. *una genzio, ne favore onesto, a ragionevole*.

PUDENTER, adverb. *con verecondie, αἰδουμένως*, cum pudore, verecunde, cum verecandia. *Cic. pro Quinct. c.* 11. *ad fin.* Eum tum pudenter appellare nolebas? *Id.* 2. *de Orat. c.* 69. Quem ego paalo ſciebam vel pudentius, vel invitius ad hoc genus ſermonis accedere. *Id. ad Attic. ep.* 15. *ad fin.* Pudentiſſime hoc Cicero petierat. *Gell. l.* 12. *c.* 11. Si ſciant homines, nihil omniam ceeum diutius poſſe celari, ſuppreſſius pudentiaſque peccabitur. *Afranius* apud *Chariſ. l.* 2. *pag.* 190. *Puiſch.* Pudenter mentiena.

PUDEO. V. in *Pudet*.

PUDESCIT, *n.* 3. idem quod pudet, aut pudere incipit. *Prudent. catheman.* 2. *v.* 26. Piget, pudeſcit, pœnitet. *Minuc. Fel. in Octav. c.* 28. *extr.* Quos prius tædeſcit impudicitiæ ſuæ, quam pudeſcit.

PUDET, abat, puduit, & puditum eſt, *vergognarſi*, *aver roſſore*, *αἰσχύνομαι*, pudore afficitur, verecundor. Differt a *piget*, quia hoc eſt doloris & pœnitentiæ, *pudet* verecandiæ & roboris: *pœnet* rei damnare, *pudet* rei dedecus afferentis. V. *Piget*, ubi multa hac de re exempla. *Cic.* 1. *de Orat. cap.* 26. Non animi padendo, ſed non faciendo, id quod non decet, impudentiæ nomen effugere debemus. *Plaut. Epid.* 2. 1. 1. Quos, cum nihil refert, pudet: ubi pudeodum eſt, ibi eos deſerit pudor, cum uſus eſt, at pudeat. *Id. Bacch.* 3. 2. 22. Neque mei, neque tui intue puditum eſt, factia, quæ facit. *Cic.* 2. *Verr. c.* 12. Sunt homines, quos infamiæ ſuæ neque pudeat, neque tædeat. *Nep. in præfat. ad fin.* Quem Romanorum pudet uxorem ducere in coovivium? *Terent. Heaut.* 5. 4. 19. Pudet dicere hac preſente verbum turpe: at te id nullo modo facere pudait. *Tibull. l.* 2. *el.* 3. *v.* 30. Servire æternos non puduiſſe deos. *Tacit. in Agric. c.* 31. Niſi a Gallos, & Germanos, & (pudet dictu) Britannorum pleroſque fide teneri putatis. *Cic. pro Arch. c.* 6. Ceteros pudeat, ſi qui, *&c.* me autem qaid pudeat? *Terent. Adelph.* 2. 2. 36. Nihil pudet: omnes dentes labefecit mihi. *Cic. pro Flacc. c.* 22. Nonne effet puditum, legstum diei Mzandriuro? *Plin. l.* 36. *c.* 15. *ante med.* Cum puderet vivos, tanqeam puditurum effet exſtinctos. ¶ Cum accuſatico commoni loco genitivi. *Plaut. Mil.* 3. 1. 30. & *Terent. Adelph.* 2. 2. 4. Siquidem te quidquam, quod faxis, pudet. *Plaut. Epid.* 1. 2. 4. Idne pudet te, quia captivam es mercatus? *Id. Caſ.* 5. 2. 4 Pudet, quod peiue non puditum unquem eſt. ¶ *Pudere alicujus* pudore affici, quod quempiam male tractaveris. *Juſtin. de Alex. l.* 12. *c.* 6. Acceſſerat pœnitentiæ, nutricia ſuæ, fororis Cliti, recordatio, cujus abſentia eum maxima pudebat, tam ſordam illi alimentorum ſuorum mercedem reddirem. ¶ *Pudet deorum atque hominum*, formula ſignificantis maxime ſe padere. *Plaut. Trin.* 4. 2. 67. & *Lon. l.* 3. 1. 19. ¶ In plurali nam. *Terent. Adelph.* 4. 7. 36. Non te hæc pudeot? *Lucan. l.* 8. *v.* 405. ſemper metuet, quem ſæva pudebunt. *b.* 2. quem pudebit ſæva facare. ¶ In primis peſonis. *Plaut. Caſ.* 5. 2. 3. Ita nunc pudeo, atqen ita nunc paveo. *Peiſeim. lib.* 12. *pag.* 912. docet on *Capro*, in uſu veterum fuiſſe *pigeo*, *pudeo*, *tædeo*, *panitco*. ¶ Figure eſt zeugrea in illo *Gell. l.* 5. *c.* 2. Quiſquis ille eſt, qui audit, niſi ille eſt plane deperditus, inter ipſam philoſophi orationem & perhorreſcat neceſſe all, & pudeat tacitus; & pœniteat, & gaudeat, & adreiceetur.

PUDIBILIS, le, *vergognoſo*, pudendus. *Lamprid. in Heliogab.* cap. 12. Pudibilium enormitate membrorum.

PUDIBUNDUS, a, um, *pieo di roſſore*, *verecondo*, *modeſto*, *αἰδήμων*, multo pudore ſuffuſus, valde pudens. *Horat. in ep. Poet. v.* 232. Ut feſtis mationa moveri juſſa diebus Intererit Satyria paulum pudibunda protervis. *Juſtin. l.* 38. *c.* 8. Quæ nmni ſtudio occultanda pudibundo viru erant. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 819. Illa diu reticet, pudibundeqen celat amictu Ora. *Plin. l.* 10. *c.* 20. *de pavone*. Cauda amiſſa, pudibandua ac mœrena quærit latebras. Adda *Colum. l.* 10. *v.* 360. ¶ Item padendus, *vergognoſo*. *Auſt. Paneg. ad Piſon. v.* 214. ut pudibundos Exercère ſalea inter conviria poſſit. *Juſtin. l.* 23. *c.* 4. Maternum illi genus ſordidum, atqen adeo pudibundum fuit. Al. leg. *padendum*. ¶ Translate *Sier.* 5. *Theb. v.* 495. Exoritur pudibunda dies. *b.* 2. in qen pudenda facta revelanda orent: quorure vel ipſam diem pudere oportebat. Quidam putant referendum eſſe ad auroram rubeſcentem. ¶ Eſt etiam indecoria, inhoneſtua, infamis, *vergognoſo*. *Val. Flacc. l.* 1. *v.* 809. data indecori pudibunda ſeneƈtæ Exitia, indecoreſque obitus.

PUDICE, *pudicamente*, *caſtamente*, *caſtamente*, *σωφρόνως*, *ἁγνῶς*, *αἰδημόνως*, cum pudore, caſte, verecunde. *Catull. carm.* 15. *ad Aurel. v.* 5. Conſerves puerum mibi pudice. *Terent. Andr.* 1. 5. 39. Ingenium bene & pudice doctum atque eductum. (*Plaut.* etiam toties fere, quoties *pudice* uſurpat, cum *bene* conjungit.) & 1. 2. 47. Pudice vitam, parce ac duritee agere. *Plaut. Pœn.* 5. 4. 52. Ut pudice verba fecit! cogitate, & commode! ut modeſte oratiouem præbuit! *Id. Merc.* 4. 3. 15. Pudicius faciunt illi, quam, &c. *Plin. ep.* 13; *l.* 4. Ubi pudicius contineantur, quem ſub oculis parentum? *Apul. in Apolog.* Verſus tante ſaoctiores, quanto apertiores: tanto pudicive compoſiti, quanto ſimplicius profeſſi. Al. leg. *pudorotus*.

PUDICITIA, æ, f. *pudicizia*, *oneſtà*, *caſtità*, *σωφροσύνη*, *ἁγνεία*, metus, & abſtinentia ab obſcenis Venereiſque flagitiis, præſertim quæ ab aliis inferuntur, & pudori ſunt patienti. (V. *Cicer. pro Cael. c.* 3. *& ſequent.* & *Valer. Max. l.* 6. *c.* 1.) In hoc enim proprie a caſtitate differt, quod *caſtitas* etiam quæ in ſe admittere quis poteſt, porro amovet; pudicitia, quæ ab aliis pati: quod ſignificare videtur *Non. c.* 5. *v.* 73. Pudor vero in animo eſt, pudicitia in corpore. *Plaut. Amph.* 2. 2. 209. Non illam mihi dotem duco eſſe, quæ dos dicitur, ſed pudicitiam, & pudorem, & ſedatum cupidinem, &c. *Cic. pro Cluent. cap.* 5. Ita inflammata cœpit ferri libidine, ut eam non pudor, non pudicitia, non pietas a cupiditate revocaret. *Id. de Haruſp. reſp. c.* 5. Padorem pudicitiamque defendere. *Salluſt. in Catil. c.* 26. Ei cariora ſemper omnia, quam decus atque pudicitia fuit. *Ovid. Heroid. ep.* 16. *v.* 288. Lia eſt eam forma magna pudicitiæ. *Cic. pro Rabir. Perduell. c.* 3. Nec ſuæ, nec alienæ pudicitiæ parcere. *Id. pro Mil. cap.* 4. Pudicitiam alicui eripere. *Id. pro Cal. c.* 20. a *med.* alicujus expugnare. *& cap.* 18. alienam ſpoliare. *Plaut. Ciſtell. t.* 2. 90. Imminuete. *Id. Epid.* 3. 3. 64. filiæ ſuæ ſervare. *Petron. in Satyr. c.* 111. alicujus aggredi. *Sueton. in Aug. c.* 68. delibare. *Id. in Ner. c.* 29. proſtituere. *Salluſt. in Catil. c.* 13. in propatulo habere. *& cap.* 14. parum honeſte habere. *Juſtin. l.* 21. 2. 7. a *med.* proſtrare. *Id. l.* 10. *c.* 2. perpetuam ab omnibus viris mulieri imperare. *Plaut. Epid.* 1. 2. 7. Vim aut vitium afferre pudicitiæ cujuſpiam. *Gell. in ſ. cap. ult. l.* 5. pudicitia incolumi eſſe. ¶ De fide conjugi ſervanda *Plaut. Stich.* 1. 3. 43. Pudicitiæ eſt eos magnificare, qui nos ſocias ſumpſerant ſibi. *Plin. l.* 10. *c.* 34. *de columbis*. Pudicitia illis prima, & neutri nota adulteria. *Luc. l.* 10. *c.* 23. Spectatæ pudicitiæ matrona. Ex *eod. ibid.* colligitur, eas præcipue matronas pudicitiæ laude gloriari ſolitas, quæ uni viro nupſiſſent. Adde *Feſtum* mox laudandam, *Macrob. l.* 2. *Saturn.* cap. 5. & *Catull. carm. 60. nuptiali, v.* 221. Sit ſuo ſimilia patri, Et pudicitiare ſuæ Matria indicet ore. ¶ In lege Jalia de adulteriis caput etiam *de pudicitia* fait (V. *Suetou. in Aug. c.* 34.) quo punicbantur alienam pudicitiam violantes, aut prodigentes ſuam. *Valer. Max. l.* 6. *c.* 2. *n.* 7. Pudicitiæ quæſtionem petagere. ¶ Pudicitiæ ſignum in foro Boario eſt, inquit *Feſt.* ubi ædes eſt Herculis. Eam quidam Fortunæ eſſe exiſtimant. Item via Latina ad reilliarium IV. Foetunæ reuliebris, nefas eſt attingi, niſi ab ea, quæ *ſemel* nupſit. Hæc *Feſtus*, quæ ad pudicitiam conjugalem teferuntur, de qua modo dictum eſt. Narrat autem *Liv. l.* 10. *c.* 23. facellum Pudicitiæ Patriciæ in foro Boario fuiſſe, ad ædem rotundam Herculis, in quo cum patriciæ matronæ ſupplicarent, & Virginiam Auli filiam, patriciam illam quidem, ſed plebejo nuptam, ſacris arceiffent, iratam eam Pudicitiæ plebejæ Arem in vico Longo ſtatuiſſe, & plebejas matronia convocatis celebrem æque ac illam alteram effeciſſe. Quod confirmat *Feſt.* in *Plebeio*.

PUDICUS, a, um, *caſta*, *caſta*, *verecondo*, *pudico*, *caſto*, *ἁγνός*, quem flagitiorum, obſcenæque libidinis pudorem afferentis præcipue pudet, neque ſe turpi injuria contaminari patitur. Contrarium eſt *impudicus*, & *mollis*. *Plaut. Trin.* 4. 2. 104. Pudicum nominem eſſa oportet, qui abs terre ad exlum perveneit. *Cic.* 1. *de Legib. c.* 19. Quid? poſſumus eos, qui a ſupro arcentur, pudicos *dicere*? *Id. Phil.* 3. *c.* 11. Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum. *& c.* 3. *ſub fin.* Cum omnes impuriſsates pudica in domo quotidie ſuſeiperes. *Horat. l.* 4. *od.* 7. *v.* 25. Pudicas Hippolytue. *Id. l.* 1. *ſat.* 6. *v.* 81. quid multa? pudicum (Qui primus virtutis honos) ſervavit ab omni Non ſolum facto, verum opprobrio quoque tarpi. *Plaut. Curcul.* 2. 2. 52. Tam a me pudica eſt, quaſi ſoror mea ſit. *Stat. l.* 1. *Theb. v.* 607. ſeu rore pudica Caſtaliæ ſavos amor eſt tibi mergere crines. *b.* 6. quæ virgo ſunt pudicitiam ab Apolline ſervans, & in fontem ſui nominis verſa. Vel Muſas reſpicit, quæ virgines ſunt, & in eo fonte lavant. ¶ *Pudico more* eſt unico gaudens raalier rearito, ut ait *Horat. l.* 3. *od.* 14. *v.* 5. & quam roci fidem violare plane pudet. *Id. l.* 1. *ſat.* 5. *v.* 76. *de Penelope*. 2am frugi, tamque pudica, Quam nequiere proci recto depellere curſu. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 794. *de Lucretia*. nupta pudica. *Id.* 4. *ex Pont. ep.* 13. *v.* 19. pudicæ matres. *Id.* 3. *Amor. el.* 14. *v.* 13. ſaltemve imitere pudicas. *Propert. l.* 3. *el.* 11. *v.* 9. Hæc etiam clauſa expugnant arma pudicas. *Id. l.* 2. *el.* 23. *v.* 112. lectum ſervare pudicum. ¶ Univerſim. *Ovid. Heroid. ep.* 2. *v.* 85. pudicæ preces. *Id.* 3. *Triſt. el.* 7. *v.* 13. pudici mores. *Id.* 3. *ex Pont. ep.* 3. *v.* 51. pudici crines. *Id. Heroid. ep.* 6. *v.* 134. Me tibi, teque mihi tæda pudica dedit. *Id. Met.* 7. *v.* 720. domiſque pudicam ſollicitare fidem. *Id.* 3. 20 *Pam. ep.* 2. *v.* 107. Æmula Penelopes fieres, ſi fraude pudica Inſtantes velles fallere nupta procos. *Id. in Ibin, v.* 351. Nec tibi contingat matrona pudicior illa. *Plin. l.* 7. *c.* 35. Pudiciſſima femina. *Petron. in Satyr. c.* 2. *a med.* Grandia, & ut ita dicam, pudica oretio non eſt maculoſa, nec turgida, ſed uatereſi pulcritudine exſurgit. ¶ Pudena, verecundus, & a cagligentia Officii abhorrens. *Plaut. Trin.* 3. 2. 72. Ia eſt honos homini pudico, meminiſſe officiem ſuum. ¶ *Pudicabus* dixit *Cn. Goll.* apud *Chariſ. l.* 2. *pag.* 39. *Puiſch.* ut *deabus*, *puellabus*, *portabus*, &c. de quibus V. in *Afino*.

PUDOR, oris, m. *timor & infamia*, *roſſore*, *vergogna*, *verecondia*, *riguarda*, *αἰσχύνη*, *αἰδώς*, metus ignominiæ, *φόβος ἀδοξίας*, ut Zeno Stoicus definit apud *Laert. l.* 7. *ſect.* 112. vel ut alii apud *Gell. l.* 19. *c.* 6. *φόβος δόξης ψόγου*, timor juſtæ reprehenſionis: quem *rubor* con-

consequitur, ut sit *Cic. Tusc.* 4. *c.* 8. sicut terrorem pallor. Est affectus animi redundans in corpus, & in vultu se prodens, cum quis, vel quod peccavit, erubescit & dolet; vel quod ad peccandum impellitur; & refugit abhorretque fuga turpitudinis: quæ sunt signa animi a virtute non aliena. Differt *a pudicitia*, ut *impudens* ab *impudice*, ille enim ab animo laborat, hic a corpore. Contrarium habet *petulantiam*. *Cic. Cæcil.* 2. *c.* 11. Ea hac parte pugnat pudor, istine petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum. *Id.* 2. *de Fin. c.* 34. Moderator cupiditatis pudor. *Id.* 2. *Tusc. c.* 11. Sæpe videmus tractos pudore, qui ratione nulla vincerentur. *Id. pro Planc. c.* 11. Adolescentuli modestissimi pudor. *Id. de Orat.* 1. 3. Pudore a dicendo, & timiditate ingenua refugiši. *Horat. l.* 1. *ep.* 18 *v.* 84. Quem paupertatis pudor & fuga tenet. *Ovid.* 14. *Metam.* 2. 18. pudor est promissa precesque, Blanditiasque meas, contemptaque verba referre. *nisi vergogna a efferre. & Plin. l.* 29. *c.* 8. a *med.* Res nisi animi quæsitæ, non sine pudore dicenda. *Id. l.* 36. *c.* 15. *ante med.* Pudor, Romani nominis proprius, qui sæpe res perditas servavit in prœlia, tunc quoque subvenit. *Ovid.* 3. *Amor el.* 2. *v.* 23. Tu quoque, qui spectas post nos, tua contrahe crura, Si pudor est, rigido nec preme terga genu. *fa boi crocanza, o differenza.* Adde *Martial.* 3. 2. *epigr.* 37 *lib.* 10. *epigr.* 90. & alibi. Sic *Id. l.* 12. *epigr.* 96. quis eum pudor, omnia velle? ¶ *Sit pudor*, modum in rebus præscientiæ. *Martial. l.* 8. *epigr.* 3. Sit pudor, & finis. *& epigr.* 64. Sit tandem pudor, & modus rapinis. *& lib.* 11. *epigr.* 5. Sit pudor, & tandem veri respectus, & æqui. ¶ Simile est illud *Virgil. Ecl.* 7. *v.* 44. Ite domum pasti, si quis pudor, ite juvenci. *Valer. Max. l.* 2. *c.* 9. *n.* 1. Parentes, vos alendo, nepotum nutriendorum debito, si quis est pudor, alligaverunt. ¶ *Pudor abeujus rei*, metus ne res aliqua lædatur, *riguardo, rispetto. Cic. de Provinc. consul. c.* 6. Homo, in quo aliquis si non famæ pudor, at suppicii timor est. *Enn.* apud *Non. c.* 2. *n.* 696. Deum me incendit facere pietas, civium porcet pudor. *Terent. Andr.* 1. 5. 25. Tot me im ediunt curæ, amor, misericordia hujus; tum' patria pudor, qui me tam leni passus est animo usque adhuc. Adde *Liv. l.* 6. *c.* 46. *a med.* ¶ Sequente infinito, *Sil. l.* 4. *v.* 330. Spes virtusque cadunt, trepidaque a mente recedit Vertere terga pudor. ¶ De modestia & moderatione animi, *Cic. Q. Fr. l.* & *ep.* 1. *c.* 6. *a med.* Sint hæc fundamenta dignitatis tuæ, tua primum integritas & continentia; deinde omnium, qui tecum sunt, pudor; delectus in familiaritatibus; familiæ disciplina. ¶ De probro, dedecore pudorem afferente, metonymice. *Ovid. Heroid. ep.* 11. *v.* 79. Ircuit, & nostrum vulgat clamore pudorem. *Id. Met.* 8. *v.* 157. Destinat huic Minos thalamis removere pudorem. *h. e.* Minotaurum. *Liv. l.* 34. *c.* 58. Amicitia, quæ impetrata gloriæ sibi, non pudori fit. *Justin. l.* 3. *c.* 4. Ob notam materni pudoris. ¶ Pro reverentia, cultu & obervantia. *Martial. l.* 8. *epigr.* 78. Quos cuperet Phlegræa suos victoria ludos, Indica quos cuperet pompa, Lyæe, tuos, Fecit Hyperborei celebrator Stella triumphi: O pudor, o pietas! & putat esse parum. ¶ Pro exhibitione, fama, *riputazione, fama, onore, Plin. l.* 2. *ep.* 4. Magnum habes facilitatis meæ pignus, cujus fiducia debes famam defuncti, pudoremque suscipere. *Id. l.* 5. *ep.* 1. Neque enim adest alius, qui defunctæ pudorem tueretur. Adde *Papinian. Dig. lib.* 3. *tit.* 2. *leg.* 20. & *Ulpian. ibid. tit.* 3. *leg.* 25. & *lib.* 47. *tit.* 10. *leg.* 1. *circa med.* ¶ *Pro pudor!* exclamatio rem valde pudendam improbantis, *o gran vergogna! Perven. in Satyr.* c. 81. Reliquit veterie amicitiæ nomen, & pro pudor! tanquam mulier fecotuleja, &c. *Flor. l.* 1. *c.* 11. Corinthus quoque, pro pudor! victos adeo gloriæ fuisse, ut, &c. *Senec. de consol. ad Polyb. c.* 36. Pro pudor imperii! Principis Romani lugentia fororem alea solatium animi fuit. Adde *Stat. Theb. v.* 874. & *Martial. l.* 10. *epigr.* 68. Simile est *e pudor!* apud *Valer. Flacc. l.* 8. *v.* 267. qua libuit, remeat cum virgine: nobis, O pudor! & muros, & tantia tecta reliquit. ¶ Pro rubore cutis *Claudian. in nupt. Honor. & Mar. v.* 268. miscet justa pudorem Temperies, nimio nec sanguina candor abundat.

PUDORICOLOR, oloris, adject. colorem pudoris, h. e. purpureum, seu rubentem habens, ut pudoricolor aurora, *Lævius* apud *Gell. l.* 19. *c.* 7.

PUELLA, æ, f. *fanciulla, zitella, donzella, tosa, donna, xipa*, femina in tenera ætate: diminut. a *puera*. Estque id magis viridioris ætatis nomen, quam virginitatis. Nam puella quoque dicuntur, quæ jam maritum habent, imo & gravidæ fuer, atque adeo ex etiam, quæ pepererunt. Sane *Horat. l.* 3. *od.* 22. *v.* 2. dixit, laborantes utero puellas. *Propert. l.* 3. *el.* 13. *v.* 21. & 34. puellam vocat Antiopam, quæ mater erat filiorum grandium Zethi & Amphionis. *Ovid.* 2. *Fast. v.* 557. Viduæ ceffate puellæ. *h. e.* abstinete maritorum complexibus. Apud *eund. Heroid. ep.* 1. *v.* 115. Penelope se puellam vocat, quæ jam Telemachum Ulyssi pepererat. *Seatus* quoque *l.* 1. *silv. c.* 2. *v.* 163. puellam vocat, quæ vidua erat, & post alteri nupta. *& Gellius l.* 12. *c.* 1. puellam vocat puerperam. *Cic. Acutic. l.* 1. *ep.* 5. De tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil assecuti possit. ¶ Apud *Catull. Horat. Ovid. Propert. Tibull. Martial.* &c. passim *puella* est quæcumque mulier virorum amoribus inservire patest. ¶ *Puellabon* diait *Cn. Gell.* apud *Charis. l.* 2. *pag.* 39. *Putsch.* pro *puellæ*. V. *Asses.* ¶ *Puellam de catella. Martial. lib.* 1. *epigr.* 110. nec invenimus Dignum tam tenera virum puella. Sic *Virg.* vir gregis ipse caper, *Ecl. & vers.* 7.

PUELLARIS, re, *da fanciulla*, κορίσιος, ad puellam pertinens. *Ovid.* 4. *Fast.* de filia Cereris, *v.* 433. Præda puellares animos prolectat inanis. *& lib.* 5. de Europa, *v.* 611. Sæpe puellares subducit ab æquore plantas. *Plin. l.* 5. *ep.* 16. Suavitas puellaris. *Quintil. in proœm. l.* 6. *ante med.* Puellaris ætas. *Plin. l.* 10. *c.* 55. Puellare augurium. *puerile.*

PUELLARITER, adverb. *da fanciulla*, κορασιῶδως, more puellarum. *Plin. ep.* 10. *l.* 8. Dum se prægnantem puelliariter vehit.

PUELLARIUS, a, um, puellaris. *Perven. in fragm. Tregur. rep.* 43. *Barm.* ubi al. aliter leg.

PUELLASCO, is, *n.* 3. puella fio, effeminor, θηλύνομαι. *Varr.* apud *Non. cap.* 2. *n.* 657. Quod non solum inusitæ fiunt communes, sed etiam veteres puellascunt, & multi pueri puellascunt.

PUELLATORIUS, a, um, ad puellas pertinens, ut Puellatoriæ tibiæ, quibus a lono clariore vocamen datur. *Solin. c.* 5. (*al.* 11.) a *med.* παιδικὰς αὐλοὶ, nam puellarum, quam puerorum, vox clarior est, & acutior.

PUELLITOR, aris, dep. 1. rem Veneream habeo. *Laber.* apud *Non. c.* 8. *n.* 56. Quanam meus, quæ delicias vos suppilatores facit cum cano cupio puellitari? *h. e.* cum vetulis, tanquam cum puellis agere? Al. leg. *velitari.*

PUELLULA, æ, f. *fanciollette, garzonette, pulcellette, adjun, κορασίδιον*, parva puella. *Catull. carm.* 60. *nupt. v.* 57. Florida puellula. Adde *carm.* 57. *in Mamurr.*

PUELLUS, i, m. *fanciullino, παιδίον*, parvus puer: diminut. a *puer. Lucret. l.* 4. *v.* 1246. unde puellos Suscipere, & partu patrio tollere duci. Adde *Varron. Lucil. Enn.* apud *Non. c.* 2. *n.* 688. & *Plaut.* apud *Fest.* & Poetam æqualem *Gellii l.* 19. *c.* 11.

PUER, i, m. *fanciullo, garzone, garzonetto, παῖς*; tres habet significationes, ut *Paul.* docet *Dig. lib. xlv. tit. penult. leg.* 204. unam, cum omnes servos pueros appellamus: alteram, cum puerum contrario nomine puellæ dicimus: tertiam, cum ætatem puerilem demonstramus. *Id. ibid. leg.* 161. Pueri appellatione etiam puella significatur. *Varr.* apud *Censorin. de die nat. c.* 14. pueros dicit esse usque ad annum XV. (V. dicta in *Æsar*) quasi *pares*, quod sint impubes. Alii putant dictum a *por*, quod olim eadem significatione fuit. Secundum *Festum. l.* 6. *pag.* 607. *Putsch.* est communis genere. Unde *Liv. in Odyss. ibid.* Sancta puer Saturni filia, regina. *Nav. ibid.* Prima incedit Cereris Proserpina puer. *h. e.* filia. *Io vet. carm.* apud *Charis. l.* 1. *pag.* 64. Mea puer, mea puer, quid verbi ex tuo ore audiu? Adde *Æl. Stolon.* & *Ascon. ibid.* Sed hoc jam obsoletum est. *Cic. pro Rosc. Amer. c. ult.* Infantium puerorum ineunabula. *Id. in Orat. c.* 34. Nescire, quid antea quam natus sit, acciderit, id est semper esse puerum. *Ovid.* 4. *ex Pont. ep.* 12. *v.* 20. Pæne mihi puero cognite pæne puer. *Plaut. Pan. prol. v.* 28. Pueri infantes minutuli. *Plin. l.* 30. *c.* 3. Pueri taide dentientes. *Horat. in ar. Poet. v.* 173. laudator temporis acti Se puero. *h. e.* cum puer esset. (Adde *Plin. l.* 33. *c.* 11. *a med.*) *Cic. pro Arch.* 2. 3. Ut primum ex pueris excessit Archias. *usci dalla fanciullezze. ¶ A puero* cum nominibus singularis numeri: *a pueris*, cum pluralis, *da fanciulle, fin da fanciullo*, ab ætate puerili, ab ineunte ætate, *in sua mallora, mattezza, in malitia, in vezzo. Cic.* 4. *Acad. c.* 36. Diodoto quid faciam Stoico, quem *a* puero audivi. *Id. Fam.* 13. *ep.* 16. Doctum hominem cognovi, idque a puero. (Adde *Horat. l.* 1. *sat.* 4. *v.* 97.) 3*d.* 1. *de Orat. c.* 1. Ad eas artes, quibus a pueris dediti fuimus. *Id. t. Tusc. c.* 24. Ut a puerie tot notiones haberemus. ¶ Pro filii parvo, *figliuoletto, putto. Virg. a. Æn.* 2. 597. superet conjunxne Creusa, Ascaniusque puer? *& Æn.* 4. *v.* 94. Tuque, puerque tuus. *h. e.* tu Venus, & Cupido filius tuus. *Horat. l.* 1. *od.* 3. *v.* 68. uxor Capta virum, puerosque pluret. *Id. l.* 1. *od.* 12. *v.* 25. Pueros Ledæ. Adde *Non.* supra *cit.* ¶ Pro virgine, & cælibe, *Ovid.* 4. *Fast. v.* 225. Et dixit, sempet fac puer esse velis. ¶ Aliquando etiam qui XV. annum excessit, *puer* dicitur, nempe etiam post sumptam virilem togam, quod primæ adolescentiæ tempus est: qua de re *Manut.* ad illud *Cicer. Fam. 2. ep. 1. sub fin.* Nisi meis puer olim fidelissimis consiliis paruisses. *Id. l.* 12. *ep.* 25. Puer egregius præsidium sibi primum, & nobis, deinde summæ reipublicæ comparavit. *h. e.* Cæsar Octavianus, qui exercitum collegerat privato consilio & pecunia, annos natus XIX. ut ex *Tacito Ann.* 13. *c.* 6. & *Vellej. l.* 2. *c.* 61. constat. De eodem rursus *Cic. Phil.* 4. *c.* 1. *a med.* Laudo vos, Quirites, cum gratissimis animis professionem nomen clarissimi adolescentis, vel pueri potius. Adde *Vellej. l.* 2. *c.* 59. & *Sil. l.* 13. *v.* 704. & *lib.* 15. *v.* 33. & 46. quibus locis puerum vocat Scipionem Africanum, quem *ibid. v.* 10. & 18. juvenem dixerat, nempe post patrem & patruum vita functos, annos jam natum plusquam viginti, ut ex *Liv. l.* 26. *c.* 18. apparet. ¶ Refertur etiam in his, quæ subjicio, ad vigorem corporis, simplicitatem animi, morumque innocentiam, & festivitatem blanda appellatione designat. *Virg.* ad Augustum jam rerum potientem, *in Culice, v.* 25. Octavi venerande, meis allabere cœptis, Sancte puer. *Catull. carm.* 12. *in Asin. v.* 9. ab enim leporum Disertus puer, & facetiarum. ¶ Interdum lenem objurgationem continet. *Virg. in fin. Ecl.* 9. Desine plura, puer. *Terent. Adelph.* 5. 8. 17. Promisi ego illic. *Mi.* promisti autem? *de te largitor*, puer. Hoc videtur esse quod nos dicimus *fanciullone.* ¶ Distinguendi fœnus gratia. *Ovid.* 9. *Met. v.* 711. Cultus erat pueri: facies, quam sive puella, Sive dares puero, fietet formosus uterque. *Catull. carm.* 61. *nupt. amanb. v.* 42. Multi illum pueri, multæ optavere puellæ. *Auson. epigr.* 107. Dum dubitat natura, marem, faceretne puellam, Factus es, o pulcher, pene puella, puer. ¶ Denique *puer* est servus, *servo, servitore, vallerto, ragazzo, παῖς*, quacumque ætate fit. *Cic. pro Rosc. Amer. c.* 18. Unus puer, victus quotidiani administer, ex tanta familia Ser. Roscio relictus non est. *Plaut. Mostell.* 1. 3. 150. Cedo aquam manibus, puer. Adde *Varron.* apud *Non. c.* 2. *n.* 648. *Horat. l.* 1. *ser.* 9. *v.* 10. *Propert. l.* 3. *el.* 22. *extr. Juvenal. sat.* 11. *v.* 59. &c.

Apud *Liv. l.* 45. *c.* 6. Pueri regii apud Macedonas vocabantur principum liberi, ad ministerium electi regis. *pagi, paggetti.*

PUERA, æ, f. *fanciulla*, idem ac puella, apud Vet. a *puerus. Suetou. in Calig. c.* 8. Quod antiqui etiam puellas pueros, sicut & pueros pusillos dicebant. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 674. Prupterea vivere puerè, quia finit ætitula ludere, & amare, & Veneris tenere leges. *Liv. to Odyss.* apud *Priscian. l.* 6. *pag.* 697. *Parisch.* Mea puera, men puera, quid verbi en tuo ore profugit?

PUERASCO, is, n. 3. *παιδίζω*, est exacta iofantia pueritiam inchoante. *Suetou. in Calig. c.* 7. Novem liberos tulit, quorum duo infantes adhuc capiti, unus jam puerascens insigni festivitate. ¶ Translate *Auson. Edyll.* 4. *v.* 55. Obductoque lenis facies puerascere fanfue. *rimosoventre.*

PUERCULUS, li, m. puerulus, pusillus. *Arnob. l.* 2. *pag.* 59. *exer.* Ea puerculo fuscitari. Adda *lib.* 4. *pag.* 134. & *lib.* 7. *pag.* 247.

PUERILIS, *le*, *da fanciulla*, *fanciullesca*, *puerile*, *puericia*, *puerperiis*, ad puerum pertinens, puerorum proprium. *Terent. Andr.* 2. 6. 17. Est quod succenfet tibi. *Si.* quod est? *Do.* puerile est. *Cic. pro Arch. c.* 3. Puerilis ætas. *Id.* 2. *de Divin. c.* 13. Puerili specie, fenili prudentia. *Id.* 1. *de Fin. cap.* 11. Delectatio puerilis. *Column. l.* 12. *r.* 2. *cocco med.* Una opera puerilis jugerum vineti pampinabit. *Liv. l.* 1. *c.* 3. Puerilis regnum. *h. c.* 10 quo *tua* est puer. *Virg.* 5. *Æn. v.* 548. agmen. *h. c.* puerorum. *Ovid. 6. Met. v.* 719. animus. *h. r.* pueritia. & *vers.* 656. Miistaque blanditiis puerilibus oscula junxit. *Stat. l.* 5. *silv.* 1. *v.* 66. ostium puerile. *h. c.* præsentis. ¶ Ad distinctionem sexus, *Ovid. Met.* 8. *v.* 323. facies, quam dicere vere Virgineam in puera, puerilem in virgine possis. ¶ Translate est fluitus, levis, inconsultus, vanus, qualia sunt, quæ a pueris fiunt. *Cic. Attic. l.* 14. *ep.* 21. Acta illa res est animo virili, consilio puerili. *Ovid.* 3. *Trist. el.* 8. *v.* 11. Stulta, quid o frustra votis puerilibus optas, Quæ non ulla tibi fertque dies? *Terent. Phorm.* 5. 7. 55. Quid me sic ludificamini, nepti, vostra puerili feotentia? nolo, volo: volo, nolo rursum: cedo, capi. *Horat. l.* 1. *sat.* 3. *v.* 150. Si puerilius his estio esse evincet amare. *Gell. l.* 1. *c.* 5. Nugalia theorcmata, & pueriles isfocpæ. *Id. l.* 19. *c.* 8. Infubidæ res, iosites, puerites.

PUERILITAS, atis, f. *fanciullezza*, *puerizia*, *puerile*, ætas puerilis, pueritia. *Varr.* apud *Non. c.* 8. *n.* 90. Puerilitatis formulam sudiris. *Val. Max. l.* 5. *c.* 4. *n.* 2. Vix dum annos puerilitatis egressus. ¶ Item mores puriles, *puerilità*, *fanciullaggine. Senec. epist.* 4. Adhuc non pueritia in nobis, sed quod est gravius, puerilitas remanet.

PUERILITER, *fanciullescamente*, *puerilmente*, *puerilmente*, puerorum more. *Phædr. l.* 3. *fab.* 8. *v.* 5. Pueriliter ludentes. ¶ Item leviter, inconsulto, stulta. *Plaut. Pers.* 4. 4. 42. Nimis tu quidem homo stultus es pueriliter. *Cic. l. de Fin. c.* 6. Quæ cum res tota stulta sit pueriliter, &c. *Id. Acad.* 4. *c.* 11. Cum dicunt, hoc fa nom tollare, faciunt pueriliter. & *cap.* 17. Quippiam pueriliter confectari. *Tacit. in h. l.* 4. *Hist.* Vana pueriliter cupiens.

PUERITIA, æ, f. *fanciullezza*, *puerizia*, *puerile*, ætas puerilis: de qua V. Ætas. *Cic. de Senect. c.* 2. Qui enim citius adolescentia senectus, quam pueritiæ adolescentia obrepit? *Id. Fam. l. ep.* 7. *a med.* Gloria, ad quam a pueritia inflammatus fuisti. *Sallust. in Jug. c.* 63. Omnem pueritiam Arpini alius. *Tacit. Ann.* 12. *c.* 8. Ut Domitii pueritia tali magistro adoleseeret. & *lib.* 14. *r.* 3. Educator pueritiæ. & *cap.* 55. Præceptis puerilium alicujus fovebat. *Id. l. Hist. r.* 13. Puritissim incorrose, adolescentiam petulanter egerat. *Plin. l.* 2. *c.* 107. *a med.* Servio Tullio dormienti in pueritia, ex capite flammam emicasse. *Tacit* 4. *Hist. r.* 14. *de Batavis.* Est plerisque procere pueritia. *h. c.* statura in pueritia. ¶ De brutis animalibus *Colum. l.* 7. *c.* 6. Caper immatura veneris cupidine primis pueritiæ temporibus exhaustus est. ¶ Translate est puritia, *purità*, qualis in puella esse solet. *Varr.* apud *Non c.* 2. *n.* 672. Quæ pueritia est infrequens polluta. Al. leg. *pudicitia*. Quidam Lexicographi afferuot alium *Varronis* locum his verbis: Ea sest matronæ simplicitas, & pueritia, & honestas. ¶ *Puertia* syncope. *Horat. l.* 1. *ad.* 36. *v.* 7. memor Actæ non alio rege puertiæ.

PUERITIES, ei, f. pueritia. *Auson. in Professor. Burdegal.* 10. *v.* 15. Huic mea principio credita puerities. *pue* per synæresim una syllaba est.

PUERPERA, æ, f. *donna di parto*, a *supra* *parto*, λοχὼ, λοχίστρια, mulier, quæ recens peperit, vel mox paritura est sive puerum, sive puellam. *Isidor. l.* 11. *Orig. c.* 1. vult esse eam, quæ puerilibus annis peperit: sed dicitur de quacumque. *Plaut. Amph.* 5. 1. 40. Ibi utero exorti dolores, ut fulsent puerperæ. *Catull. carm.* 34. *ad Dian. v.* 13. Tu Lucina dolentibus Juno dicta puerperis. *Horat. epod.* 17. *extr.* Utcumque furtis exilis puerpera. *Terent. Adelph.* 5. 7. 23. Multo rectius est, quam illum puerperam nunc duci huc per aliam aperiotam. *Plin. l.* 7. *c.* 4. Editis geminis, rarum esse aut puerperæ, aut puerperin vitam. ¶ Adjective *Ovid.* in. *Met. v.* 511. Admovitque manus, & verba puerpera dixit. *Senec. l.* 4. *de benef. c.* 35. *ad fin.* In rem præsentem venturus sui, sed æger filius, sed puerpera uxor tenet.

PUERPERIUM, ii, n. *parto*, *dolori*, e *tempo del parto*, λοχεία, nixus, & dolo es parturientis: item tempus quo parit, vel quo post partum cubat. *Plaut. Trucul.* 2. 5. 22. Eum gero ornatum, ut præcida quasi puerperio cubem. *Tacit.* 15. *Ann. cap.* 23. Natam sibi ex Poppæa filiam ultra mortalis gaudium accepit. Locus puerperii colonia Antium fuit. *Plin. l.* 9. *c.* 25. Echensis partus contiuet ad puerperium. *Id. l.* 28 *c.* 8. *a med.* Pertcula puerperii tollere. *Gell. l.* 12. *c.* 1. Percunctatus est, quam diutinum puerperium, & quam laboriosi nixus fuissent. ¶ Translate *Colum. l.* 3. *c.* 21. Alma tellus annos vice, velut æterno quodare puerperio læta, mortalibus dilecta reditu demittit ubera. ¶ Et etiam ipsa proles, *prole*, *parto. Tacit. Ann.* 12. *c.* 6. Deligi oportire feminam nobilitate, puerperiis, sanctimonia insignem. *Plin. l.* 7. *c.* 11. Uno abortu duodecim puerperia egesta. *Stat. 4. Theb. v.* 579. quercus laurique ferebant Crudæ puerperia, ac populus umbrosa creavit Fraxinus. *Gell. l.* 10. *c.* 2. Numerus puerperii. *h. r.* puerorum uno partu editorum.

PUERULUS, li, m. *fanciullino*, *valletsino*, parvus puer, aut servulus. *Cic. in Tap. c.* 4. Ut secundum puerulorum tabulas possessio videatur es scheto dari. *Id. pro Rosc. Amer. c.* 41. Ut inter suos omnium deliciarum atque omnium artium puerulos, ex tot elegantissimis familiis lectos, velit hos versari, homines pene operarios, ex Amerina disciplina pstrisfamiliæ rusticor.

PUERUS, i, m. idem quod *puer*, agnoscitur a *Prisciano l.* 6. *pag.* 697. unde vocatieus *puere* apud *Cæcil. & Afran. ibid.* & apud *Plaut.* pius dicies. ¶ Femin. est *puera*. ¶ Adjective *Paulin. Nolan. carm.* 25. *Nat. S. Fel.* 10. *v.* 117. In pusram faciem æterna reflorait ætas.

PUGÆ, arum, f. *natiche*, *πυγαὶ*, nates. *Nevius* apud *Non. c.* 1. *n.* 183. In singul. numero *Horat. l.* 1. *sat.* 2. *exer.* Na nummi pereant, aut pugs, aut denique fama. ¶ Scribitur & *pyga* Græco more.

PUGIL, ilis, m. & f. *atleta*, *πύκτης*, qui pugnis, aut cæstu decertat, pyxta, athlsta: a πύξ, adverb. pugno, vel pugnis. *Varr. l.* 7. *de L. L. r.* 5. a pugnando derivat: & *Donat.* to *prol.* 2. *Hecyr. Terent. v.* 25. a pugna. *Gell. l.* 3. *c.* 15. Tres filios habuit, unum pugilem, alterum pancratiastem, tertium luctatorem. *Cic.* 1. *Tusc. c.* 17. Pugiles cæstibus contosi ne ingemiscunt quidem. & *esp.* 23. *sub fin.* Pugiles etiam cum ferocat adversarium io jactandis cæstibus inge.niscunt. *Id. de clar. Orat. r.* 69. Pugiles ioexercitati, etiam si pugnos & plagas, Olympiorum cupidi ferra possunt, solem tamen late ferra non possunt. *Terent. Eun.* 2. 3. 23. Si qua sit habitior paulo, pugilem esse ajunt: deducunt cibum. *scilicet* studebant pugiles habitudini & pinguedini corporis, quo & ictus inferent graviores, & illatos levius sentirent. ¶ Calebris pugil fuit Pollux Ledæ filius (ut ejus frater Castor auriga) ejusque pugnam cum Amyco describit graphice *Valer. Flacc. l.* 4. V. *Castus*. Aucigarum, seu Agitatorum, & Pugilum omnine omnis ludicra exercitatio in publicis Græcorum ludis contiaetur: junguntuique hæc duo apud *Horat. l.* 4. *od.* 2. *v.* 18. & *ad.* 3. *n.* 4. & *to us. Port. v.* 84. Adde *lib.* 1. *od.* 18. *v.* 25. & *lib.* 2. *sat.* 1. *v.* 26. & *Ovid. l.* 3. *Amor. el.* 8. *v.* 54. & 5. *Fast. v.* 700. quib. locis de Castore & Pollace fermo est. Sic apud Romanos quadrigæ & gladiatores in Circi spectaculis. Quamquam & ad hos aliquando pugilum certamen transiit. *Suetou. to Aug. cap.* 45. Spectavit studiosissime pugiles, & maxime Latinos: non legitimos atque ordinarios modo, quos etiam committere cum Græcis solebat; sed & esterveritos oppidanos inter angustias vicorum pugnantes temere ac sine arte. *Horat. to us. Poet. v.* 185. media inter carmina poscunt Aut ursum, aut pugiles. his nam plebecula gaudet. ¶ Etiam in illo *Ammiani l.* 14. *c.* 7. (*al.* 20.) Vetitis certaminibus pugilum aiciffim se concidentium specie lætabatur: *Lupinus* gladiatores intelligit, nec absurde. quamvis & exhibus pugnantes cruentis rebus se concidereut. ¶ Primam syllabam mala produxit *Prudent. l.* 1. contra *Symmach. v.* 516. *o*loquæ & gymnadis arte Unctis pugilibus miles pugnabat Etruscus. ¶ *Os pugilis*, in epigram. *Afranii Gelli* apud *Suetou. de Grammat. c.* 21. ast durum, & omnem sonumsham perferre paratum. Quo pertinere videtur illud *Martial. l.* 2. *epigr.* 72. Os tibi præcisum, quantum non ipse Latinus Vilia Pannicali percunt ora sono.

PUGILATIO, onis, f. *πυγμαχία*, pugilum exercitatio. *Cic.* 2. *de Leg. c.* 15. Jam ludi publici sint corporum certationes cursu, & pugilatione, luctatione, curriculisque equorum.

PUGILATOR, oris, m. qui pugilatu certat. *Arnob. l.* 1. *pag.* 22. Tyndaridæ Castores, equos unos domitare consuetus, alter pugilator bonus.

PUGILATORIUS, a, um, ad pugilatorem, seu pugilem pertinens. *Plaut. Rud.* 3. 4. 16 Ego te iollem pugilatorium facium, & pendentem incursabo pugnis. Alii leg. *pugillatorium*. h. e. qui pugillis, seu pugnis feritur.

PUGILATUS, us, m. *πυγμὴ*, *πυγμαχία*, pugilum certamen, pugilatio. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 24. Exercere se cursu, luctando, hasta, discu, pugilatu, pila, fulsando. Adde *Capt.* 4. 2. 13. & *Plin. l.* fi. *c.* 22.

PUGILICE, adverb. *πὺκτικῶς*, fortiter, valenter. Summam enim pugiles, atque athletæ corporis robore cursum impendebant. *Plaut. Epid.* 2. 2. 18. Quid heriles nostet filius valet? *T.* Pugilice atque athletice.

PUGILLAR, aris, n. idem ac pugillares. *Auson. epigr.* 146. Bipatens pugillar aspedit. *Catull. de Attine*, *carm.* 42. *v.* 4. Et negat mihi vestita redditurum pugillaria. *Gell. l.* 17. *c.* 9. *a med.* Pugillatis novo nondum cera illita. Ad le *Labet.* apud *Charis. l.* 1. *pag.* 75. *Parisch.*

PUGILLARES, ium, m. *tavolette da scrivere*, *libretto*, *vigliette*, *tavolette*, *πυγιλλάριον*, tabellæ ligneæ, vel ex alia materia simul complicatæ, ita ut pugillo facile tenerentur: in quibus cere illitis stilo scribere mos fuit, codicilli, tabellæ. Citreos, aburneos, membraneos memorat *Martial. l.* 14. *epigr.* 3. 5. & 7. a materia. Alii duplices, *διπτυχα*; triplices alii dicti, *τρίπτυχοι*; quadruplices, aut quinquplices, *πολύπτυχα*, apud *eund. ibid. epigr.* 4. & 6. a tabellarum numero, quibus constabant. Puere & *Vitellium*, de quib. *Id. ibid. epigr.* 8. & 9. & *lib.* 2. *epigr.* 6. amatoriis præcipue nunciis mittendis apti, *viglietti d' amore*: sed unde dicti sint, non constat.

In vet. Inſcript. apud *Grut. pag.* 174. *n.* 7. memerantur pugillares membranacei operculis aboreis. ¶ Nomen habent ex eo, quod pugillo continari poterant: cum libri creſſiores eſſent, & tota manu continendi. *Martial. l.* 14. *epigr.* 3. cujus lemma *pugillares cerei*. Secta niſi in tenues eſſemus ligna tabellas, &c. *Plin. l.* 16. *cap.* 36. Pugillares eu tubere aceris. *Senec. ep.* 15. Nequis ego te jubeo ſemper imminere libro, aut pugillaribus. dandum & aliquod intervallum animo. *& epiſt.* 108. Aliqui & cum pugillaribus veniunt, (*in philoſophi ſcholam*) non ut res excipiant, ſed verba. *Plin. l.* 2. *epiſt.* 6. Ad retia ſedebam: erant in proximo filius & pugillares. *& lib.* 9. *epiſt.* 6. Omne hoc tempus inter pugillares ac libellos jucundiſſima quieta tranſmiſi. *b. e.* in ſtudiis. *Suetan. de Nerone, c.* 52. Venere in manus meas pugillares libelliques cum quibuſdam notiſſimis verſibus ipſius chirographe ſcriptis. *Plin. l.* 6. *epiſt.* 5. *ſub fin.* Celſus Nepoti ex libello reſpondit, & Celſo Nepos ex pugillaribus. (*libelli* hic orationem mediocrem & compoſitam ſignificant: *pugillares* brevem commentarium, & ſummu capita orationis recitandæ.) *Suetan.* in *Aug. c.* 89. Leviſſimum genus admonitionis fuit traditio coram pugillarium, quos taciti (*equites in transvectione*) & ibidem ſtatim legerent. *Plin. l.* 13. *c.* 12. Pugillarium uſum fuiſſe atiam ante Trojana tempore, invenimus apud Homerum. ¶ Revera eſt adjectivum, & ſubaudiuntur *tabella*, aut *codicilli*, aut *libelli*. *Juvenal. ſat.* 12. *v.* 156. Nec pugillares defert in balnea mucus Tefticulos. *b. e.* grandiores, & pugnum implentes. *Prudent. περὶ στεφ. hymn.* 10. *de S. Caſſiano, v.* 15. Unde pugillares ſoliti percurrere cerss. Corripit hic *Prudent.* primum, malus auctor Proſodiæ.

PUGILLARIARIUS, ii, m. pugillarium artifex. *Inſcript.* apud *Murator. pag.* 984. *n.* 2. M. Cæcilius Hilaro pugillariario.

PUGILLOR. V. *Pugilor*.

PUGILLUS, li, m. *pugnetto, pugnello, δραξὶς, δραξὶς*, parvus pugnus: & quantum eo comprehendi poteſt. *Cato R. R. c.* 158. Eo addito cochleus fex, & lentis pugillum. *Plin. l.* 20. *c.* 22. Sunt qui marrubii ſemen, quantum duobus digitis capiant, cum farris pugillo decoctum, &c. *Prudent. cathemer.* 20. *v.* 152. minimi menſura pugilli. *Aufl. carm. de Peſchate, ſive de reſurrect. Domini, quod quidam* Lactantio, *alii* Venantio Fortunato *tribuunt, v.* 69. Indignum uſt, cujus clauduntur cuncta pugillo, Ut tegat incluſum ſpes vetante lapia. ¶ *Afinius* apud *Charif. l.* 1. *pag.* 75. *Poetich.* docet, *pugillum* eſſe, qui plures tabellas continet in ſeriem ſtas. Hinc *pugillaria*, & *pugillares*. ¶ *Salmaſ. ad Trebell. Poll. in Gallien. c.* 8. in Gloſſis invenit *pugillos*, & *pugillo*, Græce *ἀνὴρ παγὴν*, & *ἀνηρπάλη*, quæ putat fuiſſe veluti globos ex molli materiu factos, quibus pro duria cæſtibus, pugiles indurent manus, cum ludicen & inexolo pugilatu certabant, quemadmodum gladiatores per ludum ſe exercentes præpilatis gladiis, aut plumbeis ventibus.

PUGILOR, aris, dep. 1. pugnis cædo, pugilatu certo. *Apul. de deo Socrat.* Si velis perniciter currere, pedes curendi ſunt: itidem & pugilari validis velis, brachia vegetanda ſunt, quibus pugilatur. ¶ Translatu *Id. Metam.* 7. Hic (*equus*) elatis in altum veſtis pectoribus, arduus capite, & ſublimis vertice, primoribus in me pugilatur negabus. Al. abiqus leg. *pugillor* duplicata liquida, tsuquam ſit u *pugillus*. ¶ Particip. *pugilans. Trebell. Poll. in Gallien. c.* 8. Pugiles facculis, non veritata pugilantes. *b. e.* non duria cæſtibus & vulnus facientibus pugnantes, ſed quibuſdam veluti facculis arena aut alia re molli farcis ad ictus inoxius inferendos. *Salmaſ.* ex conjectura legit *flaccalis*, h. e. pilis ſeu ſphæris, vel globulis flaccidis, & ad ictum cedentibus.

PUGIO, onis, m. *pugnale, ἐγχειρίδιον, ἐγκόλπιον, παραζωνίδιον*, brevis gladius, & qui veſta facile tegi poteſt: a *pungo, pupugi. Paul. ex Feſto*: Pugio dictus eſt, quod eo punctim pugnatur. Differt a *ſica*, quæ u *ſecando* ducitur: & fortaſſe *pugio* ſolo mucrone valebat ad pugnandum: *ſica* & acie ad cædendum. Prætorea hæc teſta fere geſtabatur, & a privatis hominibus: ille etiam uperta, & a conſtitutis in honore militari. *Salluſt. in fragm.* apud *Non. c.* 18. *n.* 9. Veſte tectum pugionem expedire conatus. *Cic. Phil.* 2. *c.* 12. Cæſare interfecto, ſtatim cruentum altu extollens M. Brutus pugionem, &c. *& ibid.* Qui ſtillantem præ ſe pugionem tulit, &c. *Suetan. in Caſ. c.* 82. Ut animadvertit, undique ſe ſtrictis pugionibus peti, &c. *Sulpic. ad Cicer. Fam. l.* 4. *ep.* 12. Pugione percuſſus. *Tacit. 4. Hiſt. c.* 29. *extr.* Pugione aliquem fodere. *Hirt. de B. Alex. c.* 32. ferire. *Auſon. Vitl. in Epit. c.* 39. Acto per coſtas pugione. *Martial. l.* 14. *epigr.* 33. Pugio, quem curvis ſignat brevis orbita venis, Stridentem gelidis hunc Salo tinxit aquis. ¶ In ſecretis C. Caligulæ reperti ſunt duo libelli diverſo titulo: alteri Gladius, alteri Pugio inder erat, ut eſt apud *Suetan. in Calig. c.* 49. nempe priori continebantur eorum nomina, quos publice & per carnificem: alteri, quos clam, & per ſicarios morti deſtinaverat. ¶ Fuit inſigne imperatoriæ poteſtatis, ac juris vitæ neciſque civium. *Suetan. de Galba, c.* 11. Iter ingreſſus eſt paludatus; ac dependente a carvicibus pugione ante pectus. *Id. de Vitell. c.* 15. *ad fin.* Solutum a latere pugionem Conſuli primum, deinde illo recuſante, magiſtratibus, uc mox ſenatoribus ſingulis porrigens, nullo recipiente, quaſi in æde Concordiæ poſituras abſceſſit. Adde *Tacit. l.* 3. *Hiſtor. c.* 68. ¶ Hoc imperatoriæ poteſtatis inſigne præfectia prætorio Imperatores tradere ſolebant. Unde illud celebre Trajani dictum, cum præfectum prætorio crearet: Tibi iſtum ad munimentum mei committo, ſi recte agam; ſin aliter, io me magis. Rem narrat *Aurel. Vict. de Cæſarib. c.* 13. Hinc ſub Commodo cum tres ſimul præfecti prætorio eſſent, unus ex iis qui libertinus erat, a pugione appellatus eſt, quod ei potiſſimum Commodus pugionem tradidere. *Lamprid. in Commodo, c.* 6. *extr.* ¶ Fuit etiam geſtamen dignitatum militarium, ut Tribunorum, Centurionum. Colligitur hoc ex *Tacit. l.* 1. *Hiſt. c.* 43. & *Val. Max. l.* 3. *c.* 5. *n.* 3. atque huc pertinere videtur illud dictich. *Martial. l.* 14. 32. *cui* Porazonium *lemma eſt*. Militiæ decus hoc, & grati nomen honoris: Arma tribunitium cingere digna latus. ¶ Translate *Cic.* 4. *de Fin. c.* 18. O plumbeum pugionem! *b. e.* argumentum invalidum. fiat anim argumenta quædam veluti tela, quibus adverſarium petimus.

PUGIUNCULUS, i, m. *pugnaletto*, parvus pugio. *Cic. in fragm. mutro* C. *Anton.* apud *Aſcon.* Poſtequam illo Hiſpanienſi pugiunculo nervos incidere civium R. non potuerunt, duas non tempore conantur in republ. ficas diſtringere. *Id. in Orat. c.* 67. Nam in ilia, quibus, ut pugiunculis, uti oportet.

PUGNA, æ, *battaglia, forze d'arme, combattimento, zuffa, giornata, pugna, μάχη*, prælium, certamen, dimicatio: a *pugnus*, quiu ante reperta arma pugnis & calcibus, & morſibus, & corporum lactatione homines conſligebant, ut ait *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. *v.* 102. item *Donat. ad prol.* 2. *Heaut. n.* 25. *Caſ. l.* 3. *B. Gall. c.* 4. Diuturnitate pugnæ defeſſi prælio ſuccedebant. *Tacit. 5. Hiſt. c.* 18. Legiones pugnam excipiunt, ſuppreſſuque hoſtium ferocis prælium æquatur. *Ovid.* 12. *Met. v.* 180. & *Lucret. l.* 4. *v.* 841. Certamen pugnæ. *Quintil. l.* 5. *c.* 12. *ſub fin.* Pugna certaminis. *Cic. 7. Verr. c.* 21. *a med.* Nonnunquam etiam res ad manus, atque ad pugnam venichat. *Id. pro Mur. c.* 16. Cujus (*Pompeji*) eu omnibus pugnis, quæ ſunt innumerabiles, vel acerrima mihi videtur illa, quæ cum rege commiſſa eſt, & ſumma contentione pugnata. qus eu pugna cum illa ſa eripieſſet, &c. *Id. pro Mil. c.* 21. Adde incertos exitus pugnarum, Martemque communem. *Id. 6. Verr. c.* 55. Pugna equeſtria in tabulis picta præclare. *Virg.* 12. *Æn. v.* 709. pedeſtris. *Macrob. l.* 5. *Saturn. c.* 2. *ad fin.* Angularis. *duello. Suetan. in Aug. c.* 45. gladiatorum. (Abſolatu *pugnam* de ſingulari dixit *Liv. l.* 7. *c.* 10. *extr.*) *Nep.* in *Ariſt. c.* 2. Pugna naveliti, quæ factu eſt prius quam, &c. *Caſ. l.* 3. *B. Gall. c.* 23. *in fin.* Non cunctandum cuſtimuvit, quin pugna decerturet. *Juſtin. l.* 2. *c.* 11. Pugnam capeſſere. *Tacit. Ann.* 12. *c.* 30. & *Plaut. Bacch.* 4. 4. 93. conſerere. *Tacit.* 3. *Ann. c.* 42. ciere. *Quintil. l.* 12. *c.* 1. *a med.* inire. *Liv. l.* 4. *c.* 38. *ſub fin.* reſituere. *Tacit. 5. Hiſt. c.* 18. Pugna arſeſcit. *Ovid. 6. Faſ. v.* 187. In pugna cadere. *Liv. l.* 29. *c.* 34. Hoſtem ad pugnam elicere. *Caſ. l.* 5. *B. Gall. c.* ult. *evocare. Liv. l.* 12. *c.* 7. & *Virg.* 12. *Æn. v.* 34. Pugna magna victi ſumus. *Cic.* 2. *de Divin.* 1. 25. & *Salluſt. in Jug. c.* 6. Pugna mala. *b. e.* adverſa. *Suetan. in Calig. c.* 35. proſpera. *Val. Flacc. l.* 6. *v.* 32. Vocque dei poſitet pugnas audita per omnes. *b. e.* per utrumqua exercitum, & omnes ejus partes. ¶ De quocamque certamine, & contenſione, *converſa. Cic.* 2. *de Divin. n.* 52. Hic vero quanta pugna uſt doctiſſimorum hominum, negantium, &c? *Quintil. l.* 5. *c.* 12. *ſub fin.* Initurus foreaſium certaminum pugnam. *Plin. l.* 2. *c.* 38. Rarum naturæ pugna ſecum. ¶ *Pugna* pro fallacia, V. in fine verbi *Pugne*.

PUGNACITAS, atis, *ſ. voglia di combattere*, ſtudium, ardor, & vis pugnandi. *Quintil. l.* 4. *c.* 3. Ne, ſi preſſæ illi narretionis gracilitati conjuncta argumentorum pugnacitas fuerit, dilatis diutius dicendi voluptatibus ortio refugiſcat. *Plin. l.* 10. *c.* 33. *a med. de perdicib.* Capiuntur quoques pugnacitate ajuſdem libidinis, contra ouepis indicem exeunte in prælium duca totius gregis.

PUGNACITER, *combattendo, contraſtando, con calore, con impeto, ἐναντιῶς*, pugnando, pertinaciter, inflanter, conſtanter. *Cic.* 4. *Acad. c.* 3. Plerique utrare malunt, eamque ſententiam, quam adamaverunt, pugnaciſſime defendere. *& cap.* 20. De omni ſtatu conſilioqua vitæ certare cum aliis pugnuciter. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. *poſt med.* Ubicamque acriter erit, & inflanter pugnaciterque dicendum, membratim cæſimque dicemus. *& paulo poſt*. Quis dubitat, ulia lenius, alia concitatius, aliu ſublimius, alia pugnacius, ulia grevius eſſe dicenda? *Eſt qui leg.* pugnantius. *Seneca l.* 1. *quæſt. nat. c.* 2. *extr.* Sidera collectum aera luce levi non pugnaciter, nec aſpere feriunt.

PUGNACULUM, i, n. *forte, fortezze, ὀχυρωτὸν*, locus munitus, unde pugnatur, ſeu eu quo hoſtilia via arcetus. *Plaut. Mil.* 2. 3. 63. Deturbabo ego jam illum de pugnaculis. Adde *Ammian. l.* 21. *c.* 12. (*al.* 23.)

PUGNANS, antis, *combattente, μαχόμενος*, qui pugnat. *Caſ. l.* 2. *B. Gall. c.* 8. Ne, cum aciem inſtruxiſſet, hoſtes u lateribus ſuos pugnantes circumvenire poſſent. *& lib.* 3. *c.* 25. Auuiliures telis ſubminiſtrandis ſpeciem atque opinionem pugnantium præbebant. ¶ Pugnax, pertinax. Metaphorica *Propert. l.* 4. *el.* 7. *v.* 89. Pella hederam tumulo, mihi quæ pugnante corymbo Mollia contortis alligat oſſa comis. ¶ Translata eſt etiam contrarius, repugnans, diſſidens, *contradittorio, ripugnante, oppoſto, ἐναντίος, μαχόμενος*. *Cic.* 1. *de Fin. c.* 18. Pugnantibus & contrariis ſtudiis, conſtiliſque ſemper atens. *Horat. l.* 2. *ſat.* 2. *v.* 200. pergis pugnantia ſecum Frontibus adverſis componere? *Cic.* 1. *Tuſcul.* 1. 7. Pugnantia te loqui non vides? *Horat. l.* 1. *ſat.* 2. *v.* 73. At quanto meliora monet, pugnantiaqua iſtis Dives opis natura ſuæ! *Plin. l.* 28. *c.* 7. *a med.* Quæque aliu nuncupavere monſtriferu, atque inter ipſas (*mulieres*) pugnantia.

PUGNANTER, pugnaciter. V. in ea voce.

PUGNATOR, oris, m. *combattitore, combattente, μαχητὴς*, qui pugnat, prælietor. *Liv. l.* 24. *c.* 25. Fortiſſimus quiſque pugnator eſſe deſierat. *Suetan. in Caſ. c.* 39. *ad fin.* Tyrii & Ægyptii claſſes magno pugnatorum numero conſtiaverat. *Plin. l.* 30. *c.* 15. *a med.* Pugnator gallus. *Sil. l.* 15. *v.* 508. Floruerat primo clarus pugnator in ævo.

PUGNATORIUS, a, um, *da combattere, μαχητικὸς*, ad pugnandum ido-

grus, *Suet. in Calig. c.* 54. Batuebat pugnatoriis armis. *h. e.* ad feriendum aptis: cui opponitur *ibid.* 1. 32. Rudibus batuens. ¶ Translate *Senec. in præfat. l.* 2. *controvers.* Deerat illi pugnatorius robur, & illa pugnatorius mucro.

PUGNATRIX, icis, f. quæ pugnat. *Prudent. in Psychom. v.* 681. Inculit hoc vulnus pugnatrix lubdola. *Ammian. l.* 23. *c.* 6. (*al. c.* 21.) Pugnatrix natio, & formidanda.

PUGNATUS, a, um, *tentatus*, πεπαγυσμένος. *Cic. pro Mur. c.* 16. Pugna summa contentione pugnata. *Horat. l.* 3. *od.* 19. *v.* 4. Et pugnata sacro bella sub Ilio. *Sallust. in Jug.* 1. 38. Prœlium male pugnatum ab suis.

PUGNAX, acis, *bellicosa, armigero, feroce*, μαχίμων, πολεμικὸς, pugnandi cupidus, valide pugnans, bellicosus. *Cic.* 8. *Phil. c.* 9. Centuriones pugnaces, & lacertosi. *Ovid.* 3. *Trist. el.* 9. *v.* 7. Minerva pugnax. *Tacit. in Agric. c.* 17. Validam & pugnacem gentem armis subegit. *Propert. l.* 3. *el.* 7. *v.* 25. pugnaces ire per hostes. *Colum. l.* 7. *c.* 3. Pugnacem acistem mitigari cerebra foratis cornibus. *Petron. in Satyr. c.* 86. Gallica gallinaceos pugnacissimos duos. *Ovid.* 5. *Trist. el.* 7. *v.* 48. Victaque pugnaci jura sub ense latent. *Tacit.* 4. *Hist. c.* 60. Pugnacissimus quisque in vestigio; multi palantes occubuere. ¶ Cum infinite *Sil. l.* 3. *v.* 363. tenoi pugnes instare veruto. ¶ Translate *Cic.* 2. *de Orat.* 1. 78. Exordium dicendi vehemens & pugnax non sæpe esse debet. *Id. in Brutu, c.* 31. *extr.* Hujus oratio in philosophiam translata pugnacior, ut ita dicam, videtur, & horum in judicia pacatior. *Plin. l.* 2. *ep.* 19. Oratio pugnax & contentiosa. *Cic. in Pisan. c.* 28. *extr.* Græcula facilia & valde venustula, nimis pugnax contra Senatorem populi R. esse noluit. *b.* 2. noluit nimia contraire & adversari. ¶ pertinax, obstinatus. *Cæl. ad Cicer. Fam.* 8. *ep.* 13. Non est enim pugnax in vitiis, neque hebes ad id, quod melius sit, intelligendum. ¶ contrarius, pugnans. *Ovid.* 1. *Met. v.* 432. Cumque sit ignis aquæ pugnax, &c. ¶ resistens. *Plin. l.* 36. *c.* 16. Quid ferri duritia pugnacius? Sed cedit, & patitur mores. trahitur namque a magnete, &c. *Id. l.* 15. *c.* 3. Oleæ calliosæ, contra humorem pugnaces. ¶ *Pugnacia musta* apud *eund. l.* 14. 1. 20. sunt echementia, valida, & quæ lenia fieri recusarint.

PUGNÆUS, a, um, adject. a pugnis, hoc est ictibus manus. Jocularitet *Plaut. Rud.* 3. 4. 57. Si attigeris ullum, jam hercle tibi missa in ore fies mergis pugnæis. V. *Mergæ*.

PUGNICULA, æ, f. levis pugna. Usurpavit Cæsa, si credere velimus *Perotto ad epigr.* 9. *l.* 7. *Martial.* Quo sensu etiam *pugnerulæ* ab illo dictam fuisse, idem alibi tecta est. Sed *pusillanimes Festus* posuit.

PUGNITUS, adverb. *eò pugni. Cæcil.* apud *Non. c.* 11. *n.* 38. Nisi quidam, qui se malit pugnitus pessundari.

PUGNO, as, avi, atum, a. 1. *combattere, pugnare, contrastare, azzuffarsi, μάχομαι*; dimico, cesto, confligo, congredior: a *pugna*. *Cæs. l.* 7. *B. Gall. c.* 84. Pugnatur uno tempore omnibus locis. *Sallust. in Jug.* 1. 108. Postquam barbari male pugnaverant, *avevano combattuto con la peggio*. & *cap.* 115. Sæpe ante paucis strenuis adversus multitudinem bene pugnatum est. *& cap.* 61. Eminus lapidibus pugnare. *Id.* in *Catil. c.* 9. & 56. & *Liv. l.* 8. *c.* 6. *extr.* & *cap.* 7. Quod is contra imperium in hostem pugnaverat. *Nep.* in *Thrasyb. c.* 2. *extr.* Cum Critias adversus Thrasybulum fortissime pugnaret. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 3. *a med.* Capræ inter se cornibus pugnant. *Cic. pro Balb. c.* 9. Qui cum hoste nostro comicus in acie sæpe pugnarit. *Ovid. Herod. ep.* 20. *v.* 171. pro causa pugnat iniqua. *Cic.* 1. *de Invent. c.* 1. Pugnare pro commodis patriæ. *Petron. in Satyr. c.* 108. Illis pro ultione, nobis pro vita pugnantibus. *Tertull. Hesyc. prol. v.* 33. Tumultuantur, clamant, pugnant de loco. *Gell. l.* 12. *c.* 5. De possessione hominis pugnantes. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 2. Pugnare ex equo. *Plin. l.* 32. *c.* 1. in mari quoque, velut e muris. *Senec. de Provid.* 1. 2. de gens. ¶ Cum accusativis *pugnam, prælium, bellum*. A'γωνιεῖσθαι. *Lucil.* apud *Donat. ad Terent. Eun.* 5. 2. 60. & *Adelph.* 5. 3. 57. & 5. 4. 5. Victimus, e socii, & magnam pugnavimus pugnam. (Adde *Plaut. Amph.* 1. 1. 97. *Pseud.* 1. 5. 110. *Nep. in Annib. c.* 5. *Gell. l.* 3. *c.* 8. & *lib.* 15. *c.* 18. & V. *Pugnatus*.) *Horat. l.* 4. *od.* 9. *v.* 19. Pugnacit dicenda Musis prœlia. *Id. l.* 1. *epist.* 16. *v.* 25. Si quia bella tibi terra pugnata marique Dicat. ¶ Cum dativo poetice est adversari, repugnare, resistere, pertinacem esse. *Catull. in carm. nupt. in fin.* Noli pugnare duobus. *Virg. Æn.* 11. *v.* 600. fremit æquore toto Insultans sonipes, & pressis pugnat habenis. & *lib.* 4. *v.* 38. placitone etiam pugnabis amori? *Ovid.* 1. *Met. v.* 19. Frigida pugnabant calidis, humentia siccis. *Stat.* 8. *Theb. v.* 289. ne pugnet vulgus habenis. *Sil. l.* 10. *v.* 284. Nostris pugnavit mœstia furor. ¶ Huc pertinent illa *Cicer. Tuscul. 1. c.* 7. Pugnantia te loqui non vides? quid enim tam pugnat, quam non modo miserum, sed omnino quidquam esse, qui non sit? *repugno, è contradittorio*. & *Phil.* 2. *a.* 8. Tam eras excors, ut tota in oratione tua tecum ipse pugnares: & non modo non cohærentia inter se diceres, sed maxime dissuncta atque contraria. ¶ Significat etiam conari, contendere, eniti. *Cic. Fam.* 3. *ep.* 10. *ante med.* Illud pugna, & cavere, ne quid nobis temporis prorogetur. *Id. pro Rosc. Amer. c.* 3. Hoc solum hoc tempore pugnatur, ut ad illam prædam damnetis Sex. Roscii accedat. *Ovid.* 7. *Met. v.* 772. jamdudum viscula pugnat Exsucre ipse sibi. *& lib.* 1. *v.* 685. Ille tamen pugnat molles evincere somnos. ¶ De rebus inanimis. *Lucret. l.* 2. *v.* 205. quamquam Pondera, quantum in se est, deorsum deducere pugnent. *Petron. in Satyr. c.* 123. Prima quidem glacies, & cana vincta pruina Non pugnavit humus. ¶ *Non pugnare*, non laborare. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 1. Mihi videtur Epicurus de diis non magnopere pugnare, *non prendersi gran travaglio*, non *interessarsi molto*. ¶ *Pugnare*, & *pugnum dare* in pod Comicea interdum est dolum, fallaciam commentiri, machinam excogitare ad fallendum, & fraudandum. *Plaut. Curc.* 1. 3. 110. Prius quam illam pugnam pugnabo, ego etiam prius dabo aliam pugnam claram & commemorabilem. *Id. Epid* 3. 4. 57. hodie, frugi es: pugnasti: homo es, qui me emunxisti, &c. *Id. Capt.* 3. 4. 53. Profecto jam aliquid pugnæ edidit. *Id. Bacch.* 4. 9. 43. Pugnum cooperui seni. Ego cum adeo uno mendacio devici. Adde 2. 3. 39. & *Terent. Eun.* 5. 3. 60. Huc pertinet illud *Terent. Adelph.* 5. 3. 56. Illam psaltriam una illuc mecum hinc abstraham. *Mi.* pugneveria. *Donat.* interpretatur, magnam rem fecisti: quod fere eodem recidit.

PUGNUS, i, m. *pugno*, πυγμὴ; *ubbriaco*, manus contracta & clausa ad capiendum, vel feriendum: cujus ictus *colaphus* etiam dicitur. *Cic.* 4. *Acad.* 1. 47. Manum plane comprimere, pugnumque facere. *Id.* 5. *Tuscul. c.* 27. Certare pugnis, calcibus, unguibus. *Id. Verr.* 5. 2. 23. Cum pugnis & calcibus confectus esset. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 46. Pugnis aliquem contundere. *Id. Pun.* 1. 2. 145. pectere. *Id. Amph.* 1. 1. 172. onerare. & 2. 1. 59. obtundere. *Id. Trucul.* 4. 2. 55. & *Horat. l.* 1. *ser.* 2. *v.* 66. cædere. *Id. Pœn.* 4. 1. 3. incursare. *Id. Rud.* 3. 4. 5. Pugnum alicui in os impingere. *Terent. Phorm.* 5. 7. 95. Pugnos in ventrem ingerere. *Id. Adelph.* 2. 1. 17. Ne mora sit, si inimicum, quin pugnus continuo in mala hæreat. *Ovid.* 3. *Met. v.* 626. *Si mihi*, dum redeo, juvenili guttura pugno Rupit. *Paul. Dig. lib.* 47. *tit.* 10. *leg.* 4. Pugnum ducere alicui. *tirare un pugno*. ¶ De pugilata, *Horat. l.* 3. *od.* 12. *v.* 8. neque pugno, Neque segni pede victus. Adde *lib.* 1. *od.* 12. *v.* 26. ¶ mensura. *Cato R. R. c.* 82. Sphæras pugnum altas facito. *Marcell. Empir. c.* 8. *circa med.* Rosæ siccæ pugnus duos.

PULCHELLUS, & Pulcellus, a, um, *vagherta, bellino, belluccio*, diminut. a *pulcher*, venustulus. *Crassus* apud *Cicer.* 2. *de Orat. c.* 65. Audiamus pulcellum puerum. *Cic. Fam.* 7. *ep.* 23. Bacchæ pulchellæ. *b. c.* Baccharum signa. *Id. Attic. l.* 1. *ep.* 16. & *lib.* 2. *ep.* 1. & 22. *pulchellum* vocat P. Clodium inimicum suum, non quod cognomios Pulcher erat, tum quod facie puellæ similis, ut scribit *Plutarch. in Cæsar. & in Cicer.*

PULCHER, cra, crum, *bello, vago, avvenente*, καλὸς, formosus, venustus, decorus, elegans: a καλύπτω, multum coloris nitoriisque habens: vel a καλέσμαι, multum habens gratiæ: vel a καλέω. Alii a *polio*, alii aliunde ducunt. Plus est quam *venustus*. Nam *pulcher* ad formam dignitatem addit, & quandam majestatem; & est virorum: *venustus* specie constat, & est feminarum. *Sueton. in Ner.* 1. 51. Fuit vultu pulcro magis, quam venusto. *più vago ben fatto, che bello*. Non est tamen id perpetuum. *Cic.* 1. *Offic. c.* 40. Cum casu formosus puer præterisset, dixissetque Sophocles, o puerum pulcrum, Pericle! *Phædr. l.* 2. *fab.* 2. *v.* 5. Animosque ejusdem pulcra juvenis ceperat. *Suet. in Domit. c.* 18. Fuit pulcher ac discens, magnæ in juventa. *Virg.* 1. *Æn. v.* 500. Regina ad templum forma pulcherrima Dido Incessit. & *Æn.* 9. *v.* 179. quo pulcrior alter Non fuit Æneadum. & *vers.* 358. pulcrosque tapetas. & *vers.* 684. & pulcher Aquicolus armis. *b.* 2. pulcris armis instructus. *Cic. de Senect.* 2. 15. *de usu*, & *uso*. Qua quid potest esse cum fructu lætius, tum aspectu pulcrius? *Virg.* 2. *Georg. v.* 463. varios pulcra testudine postes. *Cæs. l.* 7. *B. Gall. c.* 15. Pulcherrima prope totius Galliæ urbs. *Ovid.* 14. *Met. v.* 260. perque atria marmore tecta Ad dominam (*Circen*) ducunt. pulcro sedet illa recessu Sublimis solio. *Id. l.* 1. *ex Pont. ep.* 8. *v.* 37. Pulcri horti. *Virg.* 2. *Georg. v.* 137. & *Val. Flacc. l.* 5. *v.* 486. pulcherrimus Bavius. *Lucret. l.* 4. *v.* 1027. & 1087. pulchet color. *Horat. l.* 1. *ser.* 5. *v.* 80. Pulcherrimus panis. *Id. l.* 1. *ep.* 18. *v.* 33. Pulcra inimicæ. *Festus*: Pulcher bos appellatur, ad eximiam pinguitudinem perductus. *Plin. l.* 34. *c.* 8. *ante med.* Præcitelea fecit ea ære pulcherrima opera. ¶ Ad illud *Virg.* 3. *Æn. v.* 119. taurum tibi, pulcher Apollo: *Servius* hæc adnotat: Quidam epitheton datum Apollini reprehendunt. *pulcher* enim a Veteribus exoletos dictos. nam & apud Lucilium Apollo *pulcher* dici non vult. ¶ Translate *Cic. pro Mur. c.* 12. Prætor loterea, ne pulcrum sit ac beatum putaret, atque aliquid ipse sine sponta loqueretur, ei quoque carmen compositum est. Simile est illud, *ut sibi valde placeret*. ¶ Dicitur *pulcher* bonus in quocumque genere. *Cæs. l.* 7. *B. Gall. c.* 77. Pulcherrimum exemplum. *Sallust. in epist. Mithrid. ad Arsac.* Pulcherrima classis. *Id.* in *Catil. c.* 5. *extr.* Respublica paulatim immutata, ex pulcherrima pessima ac flagitiosissima facta est. *Cic.* 1. *Offic.* 1. 32. *sub fin.* Quæ majori parti pulcherrima videntur, ea exoptant. *Virg.* 5. *Æn. v.* 728. pulcherrima consilia. *Horat. l.* 1. *sat.* 10. *v.* 6. pulcra poemata. *Id. leg.* pura. *Gell. l.* 19. *c.* 8. Postarum pulcherrime. *Petron. in Satyr. c.* 88. Pulcherrimæ artes. *Cato R. R. c.* 104. Acetum acerrimum & pulcherrimum erit. *Plin. l.* 21. *c.* 4. *ad fin.* Pulcherrimum unguentum. *Horat. l.* 1. *ep.* 15. *v.* 41. cum sit obesa Nil melius turdo, nil vulva pulcrius ampla. ¶ Item carus, gratus. *Virg.* 6. *Æn. v.* 821. pulcra pro libertate. ¶ item pretiosus. *Virg.* 9. *Æn. v.* 253. pulcherrima præmia. *Horat. l.* 2. *ser.* 3. *v.* 95. Virtus, fama, decus, divina, humanaque pulcris Divitiis parent. ¶ Item clarus, nobilis. *Virg.* 1. *Æn. v.* 290. Nascetur pulcris Trojanus ab origine Cæsar. ¶ Item lætus, faustus. *Horat. l.* 1. *od.* 36. *v.* 10. Cressa ne careat pulcra dies nota. *Flor. l.* 2. *c.* 2. *ante med.* Pulcherrimus exitus. ¶ Item gloriosus, honoratus, honestus, laude dignus. *Lucret. l.* 2. *v.* 12. *ad fin.* Pulcherrimus triumphus. *Lucret. l.* 5. *v.* 1233. pulcros fasces, sævasque secures. *Sallust. in Catil. c.* 20. Maximum & pulcherrimum facinus. *Virg.* 4. *Georg. v.* 218. pulcramque petunt per vulnera mortem. *Val. Flacc. l.* 1. *v.* 40. Hanc mihi militiam, veterum quæ pulcrior ætas, Annue. & *vers.*

498. pulcherrima cæpta. *Claudian. in conſul. Probi, & Olybr. v.* 91. Miſceatur decori virtus, pulcrique ſevero Armatur terrori pudor, *Ovid.* 13. *Met. v.* 695. pro populo cecidiſſe hæc, pulcriſque per urbem Funeribus ferri, celebrique in parte cremari. ¶ Cum genitivo *Sil. l.* 11. *v.* 365. pulcherrimus iræ, Et dignus fieri compos memorabilis auſi. *h. e.* valde glorioſus & laudandus ob juſtam iram conceptam. ¶ Item fortis (ut καλὸς Græce) quaſi καλλίχειρ, manu multum valens. Sic enim *Servius* interpretatur illud *Virg.* 7. *Æn. v.* 656. fatur Hercules pulcro Pulcher Aventine. Quo pertinere volunt illud *Flori l.* 2. *c.* 19. Hactenus populus R. pulcher, egregiæ, pius, fanctus, atque magnificus. *& lib.* 4. *c.* 4. *in fin.* Tum quidem etiam manu pulcher apparuit. ¶ *Pulcrum eſt*, lauds dignum eſt, honeſtum, decorum eſt, *è una bella coſa. Virg.* 2. *Æn. v.* 318. pulcrumque mori ſuccurrit in armis. *Propert. l.* 2. *el.* 2. *v.* 44. Pulcrius hæc fuerat, Troja, perire tibi. *Lucan. l.* 9. *v.* 391. pati vel quæ triſtiſſima, pulcrum, Romanumque putant. *Quintil. l.* 1. *c.* 2. (*al.* 3.) *a med.* Torpe ducet cedere puri: pulcrum ſuperaſſe majores. *Horat. l.* 1. *ep.* 2. *v.* 30. Cui pulcrum fuit in mediis dormire dies. *ſtimò una bella coſa: tenne per un gran bene.* ¶ Veteres, teſte *Cicer. in Orat. c.* 48. *Veſt.* apud *Chariſ. pag.* 56. *Puriſch. & Terent. Scaur. de Orthogr. pag.* 2256. ſine aſpiratione ſcribebant, excepto ſi vocalis ſequeretur, ut in recto ſingulari, & in ſuperlativo. Ætate *Ciceronis* aſpiratio ubique adhibebatur. Paulatim deinde entrita eſt ubique: & non ſolum *pulcra*, *pulcrum*, ſed etiam *pulcer*, *pulcerrimus*, *pulcellus*, quæ in MSS. (teſte *Pier. ad Virg. a. Georg. v.* 534.) & Lapidibus non unis reperiuntur. Sed uſus ſequentior videtur in his retinuiſſe, in ceteris reliquiſſe. *Terrut. Scaur. de Orthogr. pag.* 2256. *Puriſch.* Pulchrum quemvis in confuetudine aſpiretur, nihilominus tamen, ratio exiliter e enuntiandum & ſcribendum eſſe perſuadet, os nea omnino dictio, adverſæ Latini ſermonis naturam, in media adſpirator: quamvis Santra a Græcis putet eſſe translatum, quaſi καλλίχειρον. ¶ Etiam *pulcer*, & *pulcrum* aliquando ſcriptum fuit, ſive quod a Græco καλὸς, ſive quod a Latino *polio* duci creditum eſt. *Enn.* apud *Cicer. t. de Divin. c.* 48. Romulus pulcer in alto Quirit Aventino. *Id. ibid. c.* 20. Nam me vitus humo pulcra pes amœna ſalicta, Et ripas captare. Sic *pulcerrimus*, *ibid. c.* 48. Et, Venus pulcra deorum *Id.* apud *Prob. ad Ecl. Virg.* 6. *v.* 31. ubi notandus genitivus Græco more. Al. tamen ubique pei u ſcribunt. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 556. *n.* 1. Papiriæ Pulcræ, quæ vixit ann. VIIII. &c.

PULCRALIS, le, pulcher. Pulcralibus atque cupeditis, *Cato* dixit in ea oratione, quæ eſt de fundo olcario, teſte *Feſto*: h. a. bellariis.

PULCRE, *bene*, *benifſime*, *excellentemente*, *politamente*, καλῶς, probe, bene, optime, præclara, recte, belle. *Cato R. R. c.* 74. Pulcre ſubigere aliquid. *Plaut. Merc.* 5. 2. 61. Ædes probæ, pulcreque ædificatæ. *Terent. Adelph.* 3. 4. 16. Salſamenta hæc fac macerentur pulcre. *Plaut. Perſ.* 4. 4. 6. Oppidum pulcre munitum. *Martial. l.* 1. *epigr.* 78. Pulcre valere. *Nep. in Ariſtid. c.* 13. Pulcre aliquid facere. *Cic. in Orat. c.* 68. Nihil eſt aliud, pulcre & oratorie dicere, niſi optimis ſtatuentiis verbiſque lectiſſimis dicere. *Terrut. Enn.* 3. 1. 26. Pulcre mehercla dictum, & ſapienter. *Plaut. ad Cicer.* 10. *Fam. ep.* 23. Lepidum pulcre noram. *Terent. Adelph.* 4. 1. 17. Ego illius ſenſum pulcre callen. *Phædr. l.* 4. *fab.* 20. *v.* 2. intelligo. *& ſub. mit. extr.* meminero. *Sulpic. ad Cicer. l.* 4. *Fam. ep.* 5. *ſub fin.* Sacoudam pulcherrime ferre fortunam. *Cic. a. de Divin. c.* 15. *ſub fin.* Cum triſtiſſima exta fuerunt, proxima hoſtia litatur ſæpe pulcherrima. *Plaut. Epid.* 3. 4. 36. Conciliaviſti pulcre. *bas compoſete con vantaggio.* (Sic pulcre vendere, *Perſ.* 4. 4. 31. & 38.) & 5. 1. 18. Signum pictum pulcre. *Id. Bacch.* 4. 9. 145. Hoc ſit incepta efficers pulcre. *Terent. Heaut.* 3. 1. 41. Pulcre inſtructa ad perniciem. *Cic. a. de mat. Deor. c.* 36. Omnia ſubjecta eſſe naturæ, & ab ea pulcherrime legi. *Ovid.* 3. *Amor. el.* 8. *v.* 5. Cum pulcre noſtri dominæ placuere libelli. *Plaut. Moſtell.* 1. 1. 51. Decet me victitare pulcre, te miſeria modia. *paſſarmela bene, godere. & Lucret. l.* 5. *verſ.* 173. Pulcre degere ævum. *Plaut. Mil. a.* 6. 56. Pulcre admonuiſti. *Id. Rud.* 5. 3. 9. Iſthæc tibi res en ſententia pulchre evenit. *Id. Men.* 3. *a.* 7. Pulcre ulciſci injuriam. *Cic. pro Cluent. c.* 26. *ſub fin.* Pulcra afferetur, ſe eſſe ab Oppianico deſtitutum. *h. e.* ſcite, callide, & ſimul affirmate. Sic *Phædr. lib.* 1. *fab.* 10. *extr.* Te credo ſurpuiſſe, quod pulcre negas. ¶ large, copioſe. *Plaut. Aulul.* 3. 1. 6. Neqeo ligna ego uſquam genuum præberi vidi pulcrius. ¶ valde, aut prorſus, in malam partem. *Plaut. Curcul.* 1. 3. 58. Jamne ego relinquor? pulcre occidi. *Id. Mil. a.* 4. 50. Si ad herum hæc res pervenerit, periſti pulcre. ¶ De eo, cui dolus bene proceſſit. *Plaut. Merc.* 3. 4. 19. Pulcre os ſublevit patri. *Id. Pœn. a.* 1. *v.* 11. Veneri pulcre adii mauum. ¶ Eſt iotarjectio applaudentis, approbantis. *Terent. Eun.* 4. 7. 3. *Thr.* Primum ædes expugnabo. *Ga.* recte. *Thr.* Virginem ſtupam. *Gu.* probe. *Thr.* Male mulcabo ipſam. *Gu.* pulcre. *Id. Heaut. a.* 3. 9. Affimulabimus, tuam amicam hujus eſſe amicam. *Clit.* pulcre. Adde *Horat. in ar. Poet. verſ.* 428. ¶ *Pulcre eſt mihi*, præclare mecum agitur, omnia mihi ex ſententia proceduut. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 41. Propona ante oculos eſum, nihil aliud, niſi, Mihi pulcre eſt, & Ego beatus ſum, cogitantem. *Horat. l. a. ſer.* 8. *v.* 18. ſed queis contantibus una, Fandani, pulcre fuerit tibi, poſſe laboru. *Catull. carm.* 23. in *Furinum*, *a.* 5. Eſt pulcre tibi cum tuo parenta. *te la paſſi bene*: jucunde vivis. Sic *verſ.* 15. Quare non tibi ſit bene ac beate? ¶ *Pulcre eſſe*, belle habere, pulcre victitare, genio indulgere. *Plaut. Merc.* 3. 3. 21. Quin ergo imus, atque obſoiorum curamus, pulcre ut ſimus? Simile eſt illud *ejuſd. Men.* 3. 2. 20. Minore uſuquam bene fui diſpendio.

PULCRESCO, is, *n.* 3. pulcher fio. *Severn. Sammonic. cap.* 44. *de vulnerib. in fine*, ſeu *verſ.* 814. At ſuccis hederæ pulcreſcit fœda cicatrix. *Auguſtin. ſerm.* 35. *inter homil.* 50. *fol.* 3. (*nunc in ſuppoſit. num.* 315. *Appendic.*) Quidquid pulcreſcit viſu, quidquid dulceſcit guſtu..

PULCRITAS, atis, f. idem ac pulcritudo. *Cæcil.* apud *Non. c. a. a.* 665. Dii boni, quid illud eſt pulcritatis?

PULCRITUDO, inis, f. *bellezza*, καλλος, ſpecies, venuſtas, decor, ulegantia. *Cic. l.* 4. *Tuſcul. c.* 13. *ad fin.* Ut corporis eſt quædam apta figura membrorum cum coloris quadam ſuavitate, eaque dicitur pulcritudo. *Id. l.* 1. *Offic. c.* 28. Ut enim pulcritudo eumporis apta compoſitione membrorum movet oculos, & delectat hoc ipſo, quod inter ſe omnes partes cum quodam lepore conſentiunt, &c. *& cap.* 36. Pulcritudinis duo genera ſunt, quorum in altero venuſtas eſt, in altero dignitas; venuſtatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem. *Quintil. l.* 3. *c.* 7. Pulcritudo verborum. *Petron. in Satyr. c.* 2. orationis. *Cic.* 3. *de Orat. cap.* 19. Præclara & eximia ſpecies oratoris perfecti, & pulcritudo. *Id.* 2. *de Fin. c.* 15. Honeſtum ſua pulcritudine ſpecieque laudabile. *Id. a. Offic. c.* 10. *extr.* Quis non admiretur ſplendorem pulcritudinemque virtutis? *Plin. l.* 10. *ep.* 46. *de aquæductu*. Utilitas operis & pulcritudo. *Sueton. in Ner. c.* 38. Pulcritudo flammæ. *Gell. l.* 3. *c.* 9. *ſub fin.* equi. *& lib.* 15. *c. ult.* tabulæ pictæ. *Flor. l.* 2. *c.* 6. urbis. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 25. colorum. *Plin. l.* 3. *ep.* 19. Prædia agris mais vicina venalia ſunt. In his ma multa ſollicitant, aliqua detarrent. Sollicitat ipſa pulcritudo jungendi. *Plin. alter l.* 37. *c.* 9. *circa med.* Nomen per alicoas pulcritudines jactatum. *h. e.* pulcras gemmas.

PULEJATUM, ti, *n.* vinum pulejo conditum. *Lamprid. in Heliogab. c.* 19. quod gleconites vocatur a *Colum. l.* 12. *c.* 35. Sic pulejata poſca *Veget. l.* 3. *de re Veterin. n.* 76.

PULEJUM, & Pulegium, ii, *n. pulegio*, γλήχων, herba hortenſis odorata duorum generum, ſativi & ſilveſtris. Utraque & mas eſt, & femina: illa florem habet candidum, hæc purpureum. Silveſtris minoribus eſt foliis, quam ſativa, & vi efficaciore ad varios uſus in medicina, quos *Plin. l.* 20. *c.* 14. recenſet. Dicitur etiam odore necare pulices: unde & nomen ei factum putant. Ruſtici uruntur & viridi, & ſiccata ac repoſita cibis condiendis. *Cic. a. de Divin. c.* 14. Pulejum aridum floreſcere dicitur ipſo brumali die. *Martial. l.* 12. *epigr.* 31. Quadeima nigri nec corona puleji. *Colum. l.* 12. *c.* 35. condiendo vino: *Pallad. in Novemb. tit. ult.* condiendis ulivis pulejum memorant. *Severn. Sammon.* non ſemel *pulejum perenne* appellat, ut *cap.* 1. *verſ.* 18. *t.* 32. *v.* 509. item *Marcell. de medic. v.* 40. ſcilicet ob efficaciam virtutis. Sic *Virg. 7. Æn. v.* 19. Quos hominum au facie dea ſæva potentibus herbis Induerat Circe in voltus ac ſerga ferarum. ¶ Translati *Cic. Fam. t6. ep.* 13. *extr.* Cras exſpecto Leptam. etsnim ad cujus rutam pulejo mihi tui ſermonis utendum eſt. *h. e.* ad triſtia illa & iagrata Leptæ ſuavitate ſermonis tui uti debeo. Ruta amara eſt, pulejum ſuave: miſcenturque ſæpe in condimentis temperendi cauſa. ¶ Quæ ſcriptio *g* asterit, videtur fraquatior eſſe in MSS. teſte *Rhodio in Lex. Servion.* & aliis.

PULEX, pulicis, *m. pulce*, ψύλλα, inſecti minuti genus, homines, canes, gallinas, &c. infeſtans. A *Plinio l.* 9. *c.* 47. dicitur æſtivum animal, pernici ſaltu molaſtum. *Plaut. Curcul.* 4. *a.* 13. Itim genus eſt lenonum inter homines, uti muſcæ, culicesque, pedeſque, puliceſque. *Martial. l.* 14. *epigr.* 83. cujus lemma *Scalpatorium*. Defundet nuuus hæc ſcapulas mordeuts muſello Pulice, vel ſiquid pulice ſordidius. *Cæſ. l.* 6. *c.* 7. *fect. alt.* Si pulex iatus eſt (*in aure*) compellendum eo laaæ paululum eſt. *Colum. l.* 8. *c.* 5. *de gallinis*. Pulicibus, aliiſque ſimilibus animalibus replentur (*cubilia*) quæ ſecum affert avis, &c. *Pallad. l.* 1. *tit.* 35. *circa med.* Culices galbano infuſo fugantur: pulices amurca. ¶ Sunt etiam oleribus innaſcentes pulices, eaque erodsates. *Colum. l.* 10. *verſ.* 380. Exuret ſata en refoluti pulveris æſtus, Parvulus aut pulex irrepens dente laceſſet. ¶ Qui primam corripi poſſe putant, auctorem habent incerti, aut potius nullius ponderis, *in term. de Pulice*, *v.* 1. Parve pulex, & amare, loes inimica puellis. ¶ M. Serviline Geminus, qui fuit magiſter equitum P. Sulpicio Galba Dictatore, ut eſt apud *Liv. lib.* 30. *cap.* 24. & conſul cum Ti. Claudio Narone (*ibid. c.* 26.) cognominatus eſt *Pulex*. *Feſti Capitol.* apud *Gruter. pag.* 293.

PULICOSUS, a, um, ψυλλώδης, pulicibus plenus. *Colum. l.* 7. *c. ult.* Pulicoſæ cani remedia ſunt.

PULLARIUS, ii, *m.* qui a paſtu pullorum gallinaceorum captat auſpicia. *Plaut. ad Cicer. l.* 10. *Fam. ep.* 12. Pullariorum admonitu, non ſatis diligenter eum auſpiciis operam dediſſe. *Cic. a. de Divin. c.* 34. Attulit in cavea pullos is, qui ex en nominatur pullarius. *Inſcript.* apud *Murator. pag.* 788. *n.* 4. L. Avilliue L. F. Aſperinus pullarius Leg. VI. Adde apud *Gruter. pag.* 557. *n.* 6. unde diſcimus ſuum quiq. legioni pullarium fuiſſe.

PULLARIUS, a, um, ad pullos equorum pertinens, ut Pullaria collectio, *Veget. de re Veterin. l.* 2. *c.* 25. ¶ Item ad pullum, qua puerum notat. Hinc pullatia fales dicitur ab *Aufonio epigr.* 70. qui inſtar felis furiosæ venantis, pueros captat & corrumpit. ¶ Pullariam dixit *Plaut.* apud *Feſt.* manum deſteram ἀπὸ τοῦ πάλλειν vel πάλλεσθαι. *Turnob. l.* 3. *c.* 12. *Adverſor.* Simile eſt illud *Aufonii epi.* 70. Lucili vatis fabula pullipatina.

PULLASTRA, æ, f. *pollaſtra*, gallina adoleſcens. Suspta natura adjectivum eſt. Nam ſubintelligitur gallina. *Varr. l.* 3. *de R. R. c.* 9. *circa med.* Et ea quæ ſubjicias potius vetulis, quam pullaſtris. *Scaliger* aliter legit. Hæc enim habet: Vetus lactio *pullitroe*, quod verum eſt. Nam *pullaſtræ* non ad ætatem refertur, ſed ad magnitudi-

tudinem. Pullastri enim in genere gallinaceo, qui pumiliones in hominibus. *Pullities* autem, vel *pullevia* (nam utroque modo scribebant) quæ adhuc effeta non eſt. Deinde *Tarentum* reprehendit, qui *pullinis* legendum conjiciebat. *Pullitrie* probat etiam *Pontedera in not. ad Varron.*

PULLATIO, onis, ſ. ψαλμωδία, ſeruro pullorum gallinaceorum. *Colum. l.* 8. *c.* 5. *ante med.* Plerique tamen etiam ab æſtivo ſolſtitio non putant bonam pullationem.

PULLATUS, a, um, *veſtito di nero*, μελανόμορος, atratus, pulla veſte indutus, lugubrem habitum ferens ex parentum morte, vel alia quavis ratione. *Juvenal. ſat.* 3. *v.* 212. Si magna Aſturici cecidit domus, horrida mater, Pullati proceres: differt vadimonia prætor. *Sidon.* de iis, qui omnia præpoſtere agunt *l.* 5. *epiſt.* 7. Albati ad exſequias, pullati ad nuptias. ¶ Pullati etiam dicebantur infimæ plebis homines, quod ſive togati, ſive penulati, ſive tantum tunicati eſſent, ipſa ſuæ artis uſa, tum angultia rei familiaris impedirentur albas ac nitidas ſemper veſtes habere. *Plin. l.* 7. *ep.* 17. Illos quoque ſordidos pullatoſque reveremur. *Quintil. l.* 6. *cap.* 4. Imperitiæ ac pullatæ turbæ relinquunt. *Id. l.* 2. *c.* 12. *a med.* Jam collidere manus, terræ pedem incutere, frontem cædere, mire ad pullatum circulum facit. *Sueton. in Aug. cap.* 44. Sanxit, ne quis pullatorum media cavea ſederet.

PULLEJACEUS, a, um, idem, ac pullus. Hoc vocabulo utebatur Cæſar Auguſtus, ut in ejus vita ſcribit *Tranquillus cap.* 87. Nempe, ut recte *Caſaubonus* monet, ad aliorum colorum exemplum, quadam ingenii lafcivia, id varbum formabat. Sic enim dicimus *violaceus*, *hyacinthus*, *herbaceus*, &c.

PULLESCO. V. *Pullaſco*.

PULLICENUS, i, m. *polaino*, qui ex gallinæ ovo naſcitur, pullus gallinaceus: diminut. a *pullus*. *Lamprid. de Alexand. Severo. c.* 41. Qui eos ex ovis, & pullicenis, & pipionibus alerent. *Ib. c.* ex pecunia, quæ iis vendentis colligebatur.

PULLIGO, inis, ſ. idem ac pullus color. *Plin. l.* 8. *c.* 48. Nigri, nelleris oves præcipuas habet Pollentia juxta Alpes. Aſia rutilæ: Canuſinæ fulvi: Tarentum & ſuæ pulliginis.

PULLINUS, a, um, παιδικός, qui ad pullos, ut Pullici dentes, quos primum equi jaciunt, & indices ætatis ſunt. *Plin. l.* 8. *c.* 44. Priſcoquam dentes, quos pullinos appellant, jaciat.

PULLIPREMA, æ, m. παιδαγωγός, παιδοτρίβης, pullarius. *Auſon. epigr.* 70. Lucili vetis fabulo pullipresma. Al. leg. *pullipremo* eodem ſenſu.

PULLITIES, ei, ſ. pullatio, ſetura avium. *Colum. l.* 8. *c.* 9. *extr. de turturib.* Itaque circa meſſem, cum jam confirmate eſt pullities, eligitur. *Id. l.* 9. *c.* 11. *de apib.* Cum primo vere in eo naſe nata eſt pullities. Adde *lib.* 8. *c.* 14. *in fi.*

PULLITRA. V. *Pullaſtra*.

PULLO, as, n. t. idem ac pullulo, germino. *Calpurn. Ecl.* 5. *v.* 19. Tunc etenim toto vernanti gramine ſilve Pallat, & æſtivas reparabilis inchnat umbras.

PULLULASCO, is, n. 3. *germogliare*, βλαστάνω, pullulans fio, germino, germen emitto. *Colum. l.* 4. *c.* 21. Et ita ex novello palreits vitis pullulaſcit. Eſt qui leg. *pulleſcit* eodem ſenſu. *Prudent. in Romano*, *vapi crap. ubi verſ.* 882. Utrum renatis pullulaſcat artubus.

PULLULO, as, avi, atum, n. t. *pullulare*, *germogliare*, πηγαζω, βλαστάνω, pullos aceitte, ideſt ſtalones, ſive germina, fetifico. Proprie enim de arboribus dicitur, cum a radicibus novæ plaurz ſurgunt. *Virg.* 2. *Georg. v.* 17. Pullalat ab radice aliis denſiſſima ſilva. ¶ Translate *Id.* 7. *Æn. v.* 329. Tam ſævæ faciet, tot pullulat atre colubrit. *Nep. in Catone*, *c.* 2. Pullalare incipiebat luxuria. ¶ Active generare. *Apul. lib.* 4. *Metaor.* Terras Venerem alium vaginali flore præditum pullulaſſe.

PULLULUS, li, m. parvus pullus, h. t. puerulus amabilis, delicium, amaſius. Jocularitar de Aſino *Apul. lib.* 8. *Metam.* Cave; ne ſolus exedas tam bellum pullulum, ſed, &c. ¶ Item ſtolo, aut germen, quod ex arboris radice naſcitur, *germoglio*. *Plin. l.* 17. *c.* 10. *circa med.* Nullis vero tales pulluli proveniunt, niſi quarem radices amore ſolis atque imbria in ſumma tellure ſpatiantur. V. *Pullus in fine*.

PULLULUS, a, um, aliquantum pullus, ſubnlger. *Colum l.* 2. *c.* 2. *a med.* Illa non tam vera poſſunt videri, quam ſi ſit pullula terra, quæ malius proventu frugum approbatur.

PULLUS, i, m. nomen ſit generale (ut *catulus*) recens natorum ex animalibus. Si eſſet a πῶλος, pullus equinus, propris de his diceretur. *Virg.* 3. *Georg. v.* 75. Continuo pecoris generoſi pullus in arvis Altius ingreditur. ¶ Sed dicitur etiam de uliis. *Plin. l.* 8. *c.* 44. Pulli onagrorum. *Id. l.* 11. *c.* 41. ſinarum. *Varr. l.* 3. R. R. *c.* 15. glirium. ¶ De pullo equino, *polledro*, abſolute *Juvenal. ſat.* 6. *v.* 615. Cui totam tremuli frontem Cæſonia pulli Infudit. ¶ Frequentius dicitur de iis, qui naſcuntur ex uvis. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 48. *ſub fin.* Ea ovis pulli orti nluntur ab iis, a quibus excluſi fotique ſunt. *Id. 9. Fam. ep.* 18. Pulli columbini. *Liv. l.* 32. *c.* 2. gallinacei. *Plin. l.* 10. *c.* 33. hirundinum. *Juvenal. ſat.* 14. *v.* 74. ciconiæ. *Apul. ſub init. l.* 1. *de doctr. Plat.* cygni. *Id. in Florid. a.* 12. (*al. l.* 1.) pittaci. *Pallad. l.* 1. *tit.* 28. pavonis. *Plin. l.* 12. *c.* 16. apum. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 314. ranæ. ¶ Translate capacem hominem *pullum miſeinum* vocat *Cic. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 2. *cap.* 3. ¶ De gallinaceis, *pollo*, *pulcino*, *pollaſtro*, *pollame*, abſolute *Horat. l. & ſat.* 2. *v.* 120. non piſcibus urbe petitis, Sed pullo, atque hædo. *& lib. & ep.* 2. *verſ.* 163. accipis uvam, Pullos, ova, cadum temeti. Adde *lib.* 1. *ſat.* 3. *v.* 192. & *Suet. l.* 4. *quæſt. nat. l.* 6. ¶ Tribuitur etiam hominibus (quaſi *puellus*.) Docet enim *Feſtus*, puerum, quem quis amabat, pullum vocari ſolitum. Hinc Q. Fabium, cui Eburno propter candoiem cognomen fuit, pullum Jovis appellatum eſſe, quod eum ictus eſſet fulmine. Adhibetur itaque in blanditiis. *Plaut. Caſ. a.* 1. *v.* 50. Meus pullus paſſer, mea columba, mi lepus. *Al. itg.* meus pullus, meus paſſer. *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. *v.* 44. Orabonem Appellat patrem pater: & pullum, male parvus Si cui filius eſt. *Sueton. in Calig. c.* 13. ιατ. Lætiſſimo obviorum agmine inceſſit, ſuper fauſta nomina ſidus, & pullum, & pupum, & alumnum appellantium. ¶ Fuit cognomen familiæ Romanæ, ut L. Junius Pullus, Q. Nonitorius Pullus. ¶ Denique in arboribus *palli* ſunt germina aut ſtolones ab radicibus enaſcentes, *germogli*, *polloni*, *meſſe*. *Cato R. R. c.* 51. Abs terre pulli qui naſcentur, eos ita terram deprimito. (*Plin. lib.* 17. *c.* 10. vocat pullulos.) Adde *Pallad. in Mart. tit.* 9.

PULLUS, a, um, *di color foſco*, *ſcuro*, *o tanè*, φαιός, ἰσχνός, color medius inter rubrum & nigrum, ater, ſubniger. Volunt eſſe quaſi *parus*, ut ab *unus* eſt *ullus*: quia natives eſſi, & qualis in lana fuſca, & nulla arte dealbata, aut in terra recves aratro proſciſſa: vel a πελλὸς, pro πολιὸς, quod idem ſignificat. *Varr. l.* 3. R. R. *c.* 12. Lepus ſuperiore parte pulla, vemre albo. *Colum. in præfat. l.* 1. *a med.* In alis regionibus nigra terra, quam pullare vocant, ut in Campania eſt laudabilis. *Id l.* 7. *c.* 2. Color lanæ pullus, atque fuſcus, quos præbent in Italia Pollentia, in Bætica Corduba. *Pullus* ad nigrum videtur magis, quam *fuſcus* accedere. Poetæ tamen latius hæc accipiunt. *Horat. epod. ep.* 16. *v.* 46. Smamque pulla ficus ornat arborem. *Id. l.* 1. *ed* 15. *v.* 18. Pulla myrtus. *Virg.* 3. *Georg. v.* 386. Illum autem, quamvis aries ſit candidus ipſe, Nigra ſubeſt udo tantum cui lingua palato, Rejice, ne maculis infuſcet vellera pullis Naſcentum. *Tibull. l.* 1. *el.* 2. *v.* 61. Concidit ad magicos herbis pulla deos. *Ovid.* 2. *Amor. el.* 4. *v.* 41. pendent arcus pulli cervice capilli. *Martial. l.* 6. *epigr.* 58. Si mihi lanificæ ducunt aon pulla Sorores Stamina. *b. e.* funeſta, & vitæ miſeræ indicia. Sic *Ovid. in Pon. v.* 246. *de Cloche.* Navit & infecta ſtamina pulla manu. ¶ *Pulla veſtis*, ſive toga, ſive tunica, &c. ex nativa lanæ fuſcæ colore, geſtabatur ad artificioſus & tanuioribus, qui ſumpture in ea dealbanda *cæſis* non poterant. *Calpurn. Ecl.* 7. *v.* 16. Vvermus ad ſedes, ubi pulla ſordida veſte Iotiſ ſamineas ſpectabat turba cathedres. *& verſ.* 80. ſed mihi fordes, Pallaque paupertas. *Cic. Verr. 6. c.* 14. *extr.* præſtingit Verrem, quod prætor Siciliæ, depoſito ſenatorio cultu, in officina, ubi veſa cælata ſibi conficienda curabat, majorem partem diei core tunica pulla ſedere ſolebat, & pallio, tanquam vilis quidam artifex, aut infimæ plebis homuncio. ¶ Uſus ejus fuit præcipue in exſequiis, & luctu. V. *Pallatus. Varr.* apud *Non. cap* 16. *n.* 13. Ut dum ſupre terram affet, ricinis lugeremr (*femine*) funere ipſo ut pullis pallis amictæ. *Ovid. Met.* 11. *v.* 48. obſcuroque carbaſa pullo Naides & Dryades, paſſoſque habuere capillos. *pulla* ſubſtantivi more, pullo colore. quemadmodum dicitur *album*, *nigrum*. (Sic *Flor. l.* 4. *c.* 2. *ante med.* Dux mane cum pullo auita principia conſpectus. *b. e.* cure veſte pulla: quod erat mali nmmus ſæva luctum.) Loquitur autem de lugentibus Orphea a Bacchis diſcerpture. An aliquando albeæ mulieres in luctu fuerint, V. *Kirchmann. de funerib. l.* 2. *c.* 17. ¶ Quando ſpulum in funere civium potentiorum publice dabatur, in eo pullis veſtibus non utebantur. Ita enim illud erat funebre, ut muous effet funeris, epulum dignitatis, at ait *Cic. in Verin. c.* 12. *extr.* ubi Vatinium reprehendit, quod in epulo Q. Arrii cum toga pulla accubuiſſet. Quod autem ſubdit *ibid. c.* 13. Quis uſquam in luctu domeſtico, quis in funere familiari cœnavit cum toga pulla? cui de balnais totunti, præter te, toga pulla unquare data eſt? id ſignificat, *togam pullam*, ne in funere quidem familiari, fuiſſe unquam veſtem cœnatorium ſeu accubitoriam, & menſæ aptam, ſed ſyntbeſim, aut lænam, aut hujuſmodi. ¶ Non poſſum togam prætextam ſperare, cum exordium pullum videam: proverb. apud *Quintil. lib.* 5. *c.* 10. *a med.* b. e. non poſſum ſpetare proſperum meis aufis & renatibus exitum, cum initia parum fauſta ſint. ¶ *Pullus* fuit cognomen R. in gente Junia, ut L. Junius Pullus. In *Faſtis Capitol.* apud *Gruter. pag.* 292. habetur *Paullus*. ¶ Quod putant nonnulli, *pullus* a *parus* ducendum eſſe, ut ſupra diximus, firmari videtur hoc *Varronis* fragmento apud *Non. cap.* 4. *n.* 360. Ubi nitidi ephebi veſte pulla candidi, modeſte amicti paſcunt pecora. *pulla* enim his puta eſt: & fortaſſe togam puram, ſex virilem ſignificat. ¶ Quod ait *Cato R. R. c.* 151 Semen cupreſſi per ver ſeſito in loco, ibi terra tenerrima erit, quam pullam vocant: & *Plin. l.* 17. *c.* 5. Cato terram optimam judicat, tenerare, quæ vocetur pulla: venit in mentem *Geſnero*, non tam a colore *pullum* dici, quam a teneritudine, quæ juventutis quoddare robur fecundum declaret, ut terram quandam *annuam* dici *Plin. loc. cit.* docat, quam *cornſum* appellat *Cato cap.* 5.

PULMENTARIS, re, ad pulmentum pertinens. Pulmentaris cibus *Plinio l.* 18. *c.* 12. eſt pulmentarium.

PULMENTARIUM, ii, n. *companatico*, *cumangiare*, quicumque cibus cum pulte edebatur: appellatio iis orta temporibus, quibus uſus panis nondum erat, ſed pro eo pulte utrbantur. Quidquid igitur præter pultem (quæ propria ſus leguminibus coctis ſit) & inventa paua, poſt hunc (excepto piſce aut carne) obſonii vice in cœna adjiciebant, *pulmentarium* dictum eſt. Proprie autem dicitur de iis, quæ coquuntur, & condiuntur: deinde de ſimplicibus & ſiccis. *Plin. l.* 18. *c.* 8. Pulte, non pane vivebe longo tempore Romanos, manifeſtum, quoniam irdis & pulmenta ex hodieque dicentur. *Varr. l.* 4 *de L. L. c.* 22. & *ad Cæſar. l.* 1. *pag.* 56. *Pariſ.b.* Pulmentum,

tum, quod id cum pulte eſſent: & inde pulmentarium dictum. *Cenſa ibid.* Laſerpitium pro pulmentatio ſuo habet. *Id. R. R. c.* 58. Pulmenterium familiæ, oleæ caducæ quamplurimum condito. Poſſea oleas tempeſtivæ, unde oninium olei fieri poterit, eas condito, parcito, uti quam diutiſſime durent. *Phædr. l.* 3. *fab.* 7. *verſ.* 11. de menſa ſua Dat oſſa domino: fruſta jactat familia, Et quod fuſtidit quiſque, pulmentarium. *Perſ. ſat.* 3. *v.* 108. Uocta cadunt laxis tunc pulmentaria labris. *Juvenal. ſat.* 7. *v.* 185. veoit qui pulmeoteria condit. *h. e.* coquus. *Senec. epiſt.* 87. Caricæ, ſi panem habeo, pro pulmentario ſunt: ſi non, pro pane. *Plin.* hoc illuſtmt, com ait *l.* 15. *c.* 19. a *med.* Fici pane ſimul & obſonii vicem ſiccatæ implent. *Id. l.* 31. *c.* 7. *poſt med. de ſale.* Varro etiam pulmentarii vice uſoe Veteres, auctor eſt: & ſalem cum pane eſitaſſe ens, proverbio eppoant. *Id. l.* 15. *c.* 25. *extr.* Pim & poma vino & aqua coquuntur, erque pulmentarii vicem implent: quod non alia, præter cotonea & Duthia. *Id. l.* 19. *c.* 8. *ad fin. de ſinapi.* Uſus ejus etiem pro pulmeoterio, in patellis decocto. ¶ De cibis avium. *Colum. l.* 8. *c.* 10. *ad fin. de turdis.* Semper tamen etiam canaliculi milin mpleti apponuntur: quæ eſt ſtrmiſſime eſca. nam illa quæ ſupra diximus, pulmentariorum vice dentur. ¶ De quocumque cibo, per ſynecdochen. *Horat. l.* 2. *ſat.* 2. *v.* 19. non in caro nidore voluptas Summa, ſed in ta ipſo eſt. tu pulmentaria quære Sudando.

PULMENTUM, ti, n. idem fere quod pule, vel elius cibus ed modum pultis factus: & dicitur de villiore, ac tenuioribus uſiteto. *Plaur. Pſeud.* 1. *c.* 2. 84. Num ipſe ego pulmento otor magis unctiuſcelo? *Id. Aulul.* 1. 4. 37. Pulmentum pridem ei eripuit miluus. ¶ Idem quod pulmentarium, hoc eſt quidquid cum pane ſimul eſitotor. *Apul. l.* 4. *Metam.* Eſtur ac notatur incondite, pulmentis acervetim, panibus aggeratim, poculis agminatim ingeſtis. *& lib.* 9. Vias pietinſa defæcat, pulmenta nicentia taceris temperat. *& lib.* 10. Sapidiſſimis intrimentis ſuccuum pulmenta condita. *Juſtin. l.* 3. *c.* 3. *de Lycurgo.* Pueros puberes nihil ſomos cauſa ſubſternere, & vitam hoc pulmeoto degere ſtatuit. *h. e.* ſola pulte aut pane ſine eliis ſeiculis. ¶ Univerſum quivis cibus. *Horat. l.* 1. *ep.* 18. *v.* 48. Comes ot panitei polmenta laboribus empte. *Id. l.* 2. *ſat.* 2. *v.* 33. laudae, inſane, trifibrem Mullum, in ſingula quem minuas pulmenta occeſſe eſt. *h. e.* aſſas, partes, *ſextulas, unciales.* Videri tameo poteſt *pulmentum* dici etiam de piſce, qui obſonii oomioc præcipue ſignificatus. Nam piſcie profecto intelligirus in illo *Apuleji in Apolog.* Io maleficio ille venenum nominat, tu pulmentum: ille herbas & ſurculos, to ſquamas & oſſa: ille piatum decerpit, tu fretum ſcrutaris.

PULMO, onis, m. *pulmon, πνεύμων*, viſcus ſpongioſum, corporis totius ſecundum cor nobiliſſimum, ad ungulæ bubulæ ſimilitudinem diffectum, follis modo ſpiritum attrahens, & reddens, caloremque nativum leniter refrigerans. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 55. In pulmooibus autem inſæ rarıtas quædam, & affimilis ſpongiis mollitudo, ad hauriendum ſpiritum aptiſſima, qui tum ſe contrahunt adſpirantee, tom riſpiritu dilatant. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *fell.* 72. Sub corde pulmo eſt, ſpiraodique officina, attrahoe ac reddens animam: idcirco ſpongioſus, ec fiſtulis inambus cavus. (Adde *Cell. l.* 4. 1. 1.) *Perſ. ſat.* 1. *v.* 14. Grande eliquid, quod pulmo eoimæ prælargus oobelet. *Plaut. Curcul.* 2. 1. 22. Reoes doleot, pulmones diſtrahuntur, cruciatur jecur. *Ovid.* 1. *ex Pont. epiſt.* 3. *v.* 19. Cerois, ot e molli ſanguie pulmone remiſſus Ad Stygias certo limite ducat aquas. *Satir. Lucan. l.* 4. *v.* 326. nulloque humore rigatus Aeris alternos anguſtat pulmo meatus. (Hoc ex eorum opinione, qui putarunt poculenta in pulmonem defcendere, ut eſt epud *Gell. l.* 12. *c.* 12. Sic & *Juvenal. ſat.* 4. *v.* 138. cum pulmo ſalerno erderet.) *Id. ſat.* 10. *v.* 33. Perpetuo tiſu pulmonem agitare ſolebat Democritus. *Perſ. ſat.* 3. *v.* 87. pulmonem rumpere ventis. *h. e.* inflari, efferri, ſuperbire. ¶ Habet locum in eatie eb haruſpice inſpicrendis. *Cic. e. de Divin. cap.* 39. Quid enim habet haruſpex, cur pulmo iocifus, eriam io boois extis, dirimat tempus, & profeme diem? *Juvenal. ſat.* 6. *v.* 548. calidæ pulmone columbæ tractato. *Lucan. l. c. v.* 612. pulmonis anheli fibra latet. Adde *Cicer. l. de Divin. c.* 12. *in fin.* & *Senec. in Oedip. v.* 368. ¶ Pulmo, genus marini piſcie, *polmone maxime*, memoratur a *Plin. l.* 9. *c.* 47. item *l.* eſt. *c. ult. a med.* ubi cum opparet io pelago, plurium dierum hiemeo portendere, ſcribit: item *l.* 32. *c.* 9. *circa med.* ubi decoctum in aqua calculoſis prodeſſe tradit: *& ibid. ad fin.* emendare pemiones: *& cap.* 10. *a med.* elligatum purgare proſuvia.

PULMONACEUS, a, um. *Veget. de re Veterin. lib. c. cap.* 22. Radicula, quam quidam conſiliginem vocant, quidam pulmonaceam. V. vocem ſequeot.

PULMONARIUS, a, um, *πνευμονικὸς*, pulmonie inflammetione laborantes, quam & febris acuta, & difficultas enhelitus ſolent comitari. *Colum. l.* 7. *c.* 5. *a med.* Ovam pulmonetium ſimiliter, ut fuem, curari convenit, ioferta per auriculam, quam veterinarii conſiliginem vocant. *& cap.* 10. *a med. de ſuibus.* Aqoie oiſi affatim fatientur, pulmonariæ fiunt.

PULMONEUS, a, um, *πνευμονικὸς*, ad pulmones pertinens. *Plaut. Rud. c.* 6. 26. Perii? enimo male fit: contine quæſo caput. *Charm.* Pulmoneum edipal oimis velim vomitum comas. *Id. Epid.* 5. 1. 21. Otioſe ille admiror. Pedibus pulmoneie qui peth berur, pius veniſſet, quam to advenifti mihi. *h. e.* exoiibus & teeeris ioſtas pulmonum, etque adeo ioeptie ad ingrediendum. ¶ Pulmonea mela apud *Plin. lib.* 15. *cap.* 14. *ad fin.* ita dicta ſunt, quia ſtoli de rument.

PULMUNCULUS, li, m. parvus pulmo. A ſimilitudine *pulmunculi* dicuntur carnoſæ, molles, & tumidæ quaſi offæ (*capulis ὀστουμονίοις*) io veſtigio pelis camelorum, quibus iuſſiuat. *Selin. cap.* 49. (*el.* 61.) *a med.* Sunt enim illic reciprocie quibuſdam pulmunculis veſtigie camulenta. *Plin.* 10 *ſ. c.* 45. *l.* 11. veſtigium carnoſum oppellet. ¶ In jumentie ſunt exoreſcentia carnoſa ro pede, item in dorſo, inſtar pulmonis parvi. *Veget. de re Veterin. lib. c. cap.* 56. *& 61.*

PULPA, æ, f. *pulpe, μυὸς*, caro moſculoſa in eoimali ſine oſſe & pinguedine, quæ manducatur. De notatione V. *Feſt. Cato R. R. c.* 83. Votum pro bubus. Farris libras III. & lardi P. IIII. S. & pulpæ P. IIII. S. vini ſextarios tres. *Martial. l.* 3. *epigr.* 77. Et pulpam dubio de petaſone voras. *Apul. l.* 2. *Metam.* Quæ ſuis dominie parabat viſcum ſartim conciſum, & pulpam truſtatim confectam. *& lib.* 8. Oſſa viduata pulpis, nitore ornato candentia. ¶ Traoslate *Perſ. ſat.* 2. *v.* 61. Quid juvat hoc, rampiis noſtros immittere mores, Et bona dne ee hæ ſceleratę ducere pulpa? *h. e.* carne flagitiie & corruptis moiibus contaminate. Hoc ſenſo dicitur *Gen. 6*o 12. Omne ca:n corruperat viam ſuata ſuper terram. Non abſimile eſt illud *Auſonii ep.* 4. *v.* 96. Nec ſas eſt mihi regio magiſtro Plebejam numeros docere pulpam. *h. e.* hominem ereſi & hebetie ingenii. ¶ De carne pomorum. *Serabon. Lang. compſ.* 74. Caryotaium recentium pulpas mediae, detracte exteriore cute, interioribuſque venis. ¶ In ligno ſeu materie ſic dicitur pars ejus enodis, ſine venie. Sunt enim corpori arborum, ot reliquocum enimalium, cutis, ſanguis, caro, nervi, venæ, oſſa, medullæ, adipes, ut eſt epud *Plin. cap.* 38. *l.* 16. *& ibid. paula poſt.* In quarundam arborum carnibus pulpæ venæque ſunt. Diſcrimen earum facile: venæ letiores candicioreſque, pulpæ ſiſſilibue iuſuor. *& mer.* Quibuſdam pulpæ ſine venie, mero ſtamine & tenui conſtat. Hæc maxime ſiſſilia. Alia frangi celeriom, quam findi, quibus pulpa non eſt: ut oleæ, vites.

PULPAMEN, inis, n. pulpamentum, pulpa. *Epitome Liv. l.* 48. *extr.* Maſſaoſſa ſiue pulpamine maodere, & guſtum panem tantummodo ſolitus.

PULPAMENTUM, ri, n. *polpeta*, cibus e pulpa conciſa factus. *Plaur. Curcul.* 2. 1. 90. Voltis ne olivas, aut pulpamentum, aut capparim? *Plin. l.* 9. *c.* 15. Thynni membratim cæſi cervice & abdomine commendantur cetera parte plenis pulpamentis ſale aſſervantur. *ferie, bracteole.* ¶ De proverb. *pulpamentum quærere*, V. in *Lepus.* ¶ Ego ſemper eporos occido, ſed alter ſemper utitur pulpamento. aliud proverb. uſurpatum a Diocletiano, relle *Vopiſc.* in *Numer. fub fin.* cum ſtrenuus venerot eſſet aptotum, & præfectum prætorio, nomine Aperum, occidiſſet. Affectabat eerem imperium, ad quod evehi ſubtode elios, hoc proverbio facete queiebatur.

PULPITO, as, n. 1. eſſeribus, aut trabibus in molum pulpitir ædificio, fulcio. *Sidon. l.* 8. *ep.* 11. *a med.* Hic pandi carinarum ventree abiegnarum trabium teatu pulpitabuntur.

PULPITUM, ti, n. *pulco, tabulatum, pergamo, pulpite, βῆμα, ἀναβαθμός*, tabulatum olte cattructum, ſuggeſtus, unde vel ſermo habetur, vel proſpicitur. *Suet. in Ner. c.* 13. Tiridatem per devexum pulpitum ſubeuotem admiſit ad genua. *Id. de Grammat. c.* 4. *ad fi.* Repeto, quendem Principem nomine, alterois diebus declamare, alterois diſputare: nonnullis mane diſſeruiſſe, poſt meridiem, remoto pulpito, declamare ſolitum. *In cathedra.* Sic *Horat. l.* 1. *ep.* 19. *v.* 39. Non ego nobilium ſcriptorum auditor, & ultor Grammatices ambite tribus & pulpita dignor. ¶ Sæpiſſime dicitur de eo ſuggeſtu, qui lo morem eræ in proſceaio exstrahatur, & inferviebat hiſtrionibus recitantibus, ut ex editiore illo loco facile e ſpectatoribus conſpicerentur, *Ἀγῶσι, Σκηνῇ*. V. *Proſcenium. Horat. in ar. Poet. v.* 278. perſonæ, pallæque reperter honeſtæ ex chilos, & modicis inſtravit pulpite tignis. *& verſ.* 174. Quam non edſtricto percurrat pulpita ſocco. *Propert. l.* 4. *el.* 1. *v.* 15. Nec ſinuoſa cavo pendebant vela theatro: Pulpite ſolemoee non oluem crocos. *Juvenal. ſat.* 3. *v.* 174. tandemque redit ad pulpita notum Exodium. *Id. ſat.* 7. *v.* 93. Haud tameo invideas vati, quem pulpita paſcunt. *h. l.* qui ſcribendis tragœdiis ac vendendis viram tulerat. *Id. ſat.* 14. *v.* 256. Monſtro voluptatem egregiam, cui oulla theatra, Nulla æquare queas Prætorie pulpita lauri. *h. e.* ludos ſcenicos a Prætore divite datos. (Adde *Juvenal. ſat.* 8. *v.* 195.) *Plin. lib.* 4. *ep.* 25. Ludibrio ſcena & pulpito digna. Adde *Ovid.* 2. *Triſt. verſ.* 517. *& l.* 1. *de ar. am. v.* 104. *& Vitruv. l.* 5. *c.* 6. *& ſ.* ¶ De iis, quæ erigebantur ludicri alicujus exhibendi cauſa, *Juvenal. ſat.* 6. *v.* 78. Longa per anguſtos figemus pulpita vicos, Orneotur poſtes, &c.

PULPO, as, n. 1. vox exprimene cantom vulturis carnem & cadavera veluti poſcentie. *Auſon. carm. de Phœbum. v.* 17. Dum clangunt equitæ, vultur pulpare probatur.

PULPOSUS, a, um, *pulpoſa*, pulpa abundans, carnoſus. *Apul. lib.* 7. *Met.* Tergo pulpoſis toris obeſa.

PULS, pultis, f. *μαζίτης, πάλτος*, cibi genus ex farm, aut legumioibus in aque coctis. A quibuſdam deboitur cibus ex aqua & farina, additie interdum ovie, melle, caſeo. Verum hoc pacto confunditur cum placenta. Itaque prime deſcriptio verior eſt. neque enim credibile fit, priſcos illos homioes & pauperne, & ruſticos tot condimenta in quotidianis cibis adhibuiſſe. Scribit autem *Plin. l.* 18. *c.* 8. & *Val. Max. l.* 2. *c.* 5. *n.* 5. pulte, non pane vixiſſe longo tempora Romanos. *Varr. l.* 4. *de L. L. c.* 22. De victu antiquiſſima puls, appellata vel quod ita Græci, vel ab eo, ut ſcribit Apollodoroe, quod ita ſonet, cum aqua ferventi inſpitur. *Juvenal. ſat.* 11. *v.* 58. pultes Coram elite dictem puero, ſed in eum placentae. *Id. ſat.* 14. *verſ.* 170. A ſcrobe, vel ſulco redeuntibus altera cœna Ampliot, & grandes fumabant pultibus ollæ. *Perſ. ſat.* 6. *v.* 140.

Fa-

Fœniſecæ craſſis vitiarunt unguine pultes. *ſcilicet* quæ olim ſimplices erant, & ſine condimentis. *Plin. l.* 18. *cap.* 8. Et hodie ſacra piſca atque natalium pulte friſilla conficiuntur: videturque tam puls ignota Græciæ fuiſſe, quam Italiæ polenta. V. *Friſille*, & *Polenta*. Quam pultem niveam memorat *Martial. l.* 5. *epigr.* 79. & *lib.* 13. *epigr.* 35. videri poteſt illa, de qua *Plin. l.* 18. *c.* 10. *ad fin.* Milio Campania præcipue gaudet, pultemque candidam ea efficit. Sed melius dicemus aſſe eam, quæ ex farre Cluſino fiebat, quod erat candoris nitidi, teſte *Colum. l.* 2. *c.* 6. Unde idem *Martial. l.* 13. *epigr.* 8. *Imbue* plabejas Cluſinis pultibus ollas. ¶ Pultem nutriebant pullos, ut quibus auſpicia erant captaturi: quibus ſi iater veſcendum aliquid ora excidiſſet, tripudium erat, auguriumque fauſtum. *Cic. l.* 2. *de Divin. c.* 35. *Feſt.* & *Valer. Max. l.* 2. *c.* 5. *n.* 5. V. *Tripudium*. ¶ De pulte Punica hæc habet Cere R. *R. c.* 85. Pultem Punicam ſic coquito. Libram aliceæ in aquam indito, facito uti bene rnadeat. *Id* infundito in alveum purum: eo caſai recentis P. III. mellis P. S. ovum unum: mreaia una permiſceto bene. Ita inſipito in aulara novam. ¶ Tranſlata *Sidon. l.* & *ep. ult. in carm. ad fin.* Ut per abruptum bove concitato, Sparpereat cueſus lacerum cadaver, Cautibus tinctis calida ſoluti Pulia cerebri. ¶ Ea *Anſonio* dicimus, pultem ax farre multa aqua dilutam potionis vica Romanis ruſticis olim fuiſſe. Sic enim *in Technogon.* ſeu *Edyll.* 12. *cap. de cibis*, v. 5. Mox ador, atque adoris de polline pultiſcum fac, Inſtruait menſas quo quondam Romulidum plebs. Hinc cibus, hinc potus, cum dilueretur aqua pulu.

PULSABULUM, i, n. inſtrumentum, quo fides pulſantur. *Apul. in Florid. n.* 25. (*al. l.* 2. *ad fin.*) Dextera pulſabulum citharæ admovet, ceu parata percutere.

PULSATIO, onis, f. *batimento*, κρουσις, actus pulſandi. *Liv. l.* 31. *c.* 39. Et majore cum ſonitu, quam vulnere ollæ, pulſatio ſcutorum parumper ſuccedentes Romanos tenuit. *Cic. pro Cal. cap.* 10. De Alexandrinorem pulſatione Puteolana. *b. c.* qua Alexandrioi Puteolis verberati ſunt. *Plaut. Becch.* 4. 2. 1. Pulſatio oſtii. Apud *Paul. lib.* 5. *ſentent. tit.* 4. pulſatio pudoris eſt ſtuprum vi illatum. ¶ Inter pulſationem & verberationem hoc intereſt, ut Oſilius ſcribit: verberara eſt cum dolore cædere; pulſare ſine dolore. *Ulpian. Dig. lib.* 47. *tit.* 10. *leg.* 5. *Sine dolore* inquit, quia ſi propriam *pulſandi* vim ſpectamus, ſignificat ſæpe pellere, impellere, repellere, cum ſit frequentativum a *pello*. hoc autem ſine dolora fieri poteſt. Ceterum diſcrimen *Oſilii* cætæ legem Corneliam (de qua ibi is loquitur) in Latina conſuetudine nullum eſt. V. *Duker. de latinit. JCtorum cap.* 47.

PULSATOR, oris, m. *ſuerit*, qui pulſat. *Val. Flacc. lib.* 5. *v.* 694. Citharæ pulſator Apollo.

PULSATUS, a, um, *battuto*, *percoſſo*, *strapazzato*, ictus, verberatus. *Cic. pro Cal. c.* 8. Fore teſtem ſenatorem, qui ſe pulſatum a Cœlio diceret. *Virg. 6. Æn. v.* 608. Hic quibus inviſi fratres, dum vita manebat, Pulſatuſque parens. *Lucret. l.* 4. *v.* 586. tibia digitis pulſata canentum. *Ovid. invito l.* 3. *ex Pont.* Æquor Iafonin pulſatum remige. *Id.* 3. *Triſt. el.* 2. *v.* 23. noſtri tintes pulſata ſepulcri janua. *Id. Met. 6. v.* 218. campus Affidui pulſatus aquis. *Senec. in Troad. v.* 135. bis pulſata Dardana Grajo mœnia ferro. *b. c.* oppugnata, & capta. *Virg.* 3. *Æn. v.* 555. ſaxa pulſata fluctu. *& lib.* 5. *v.* 149. vocemque incluſa volutant Litore: pulſati colles clamore reſultant. *Claudian. in nupt. Honor. & Mar. v.* 184. adventu Veneris pulſata recedunt Nubila. *b. c.* repulſa. *Plin. l.* 19. *c.* 8. *a med.* Seritur apium, ſemine paulum in pila pulſato. *b. c.* pinſito. ¶ Tranſlate *Virg. Æn.* 12. *v.* 185. fugit ipſe Latinus Pulſatos referens infecto fœdere dives. *b. c.* læſos, violatos fractis fœderibus. *Petron. in Satyr. c.* 123. pulſata tureultu Pectora. *b. c.* curarum mole agitata.

PULSIM, pellendo, ut *curſim* currendo. Videtur agnoſci a *Nigidio* apud *Non. c.* 2. *n.* 281.

PULSIO, onis, f. actus pellendi, impulſio. Videtur uſurpaſſe *Arnob. l.* 4. *pag.* 129.

PULSO, as, avi, atum, a. 1. *battere*, *percuotere*, *buffare*, *picchiare*, τύπτω, κρούω: frequentativum a *pello*: & proprie ſignificat ſæpe pellere, impellere, protrudere, agitare, quetere: quod cum ictu & verbere maxima fiat, ponitur etiam pro percutere, verberare, cædere. *Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 41. Nec video quomodo non verentur iſte deus beatus, ne intereat, cum ſine ulla intermiſſione pulſetur, agiterurque incurſione atomorum ſempiterna. *Id. Verr.* 7. *c.* 54. *a med.* Sex lictores cum circumſiſtent valentiſſimi, & ad pulſandos verberandoſque homines aærcitatiſſimi. *& Verr.* 5. *c.* 26. *ad fin.* Videtis pendere alios ex arbore, pulſari alios, & verberari. (V. *Verbero*.) *Juvenal. ſat.* 3. *v.* 289. Si rixa eſt, ubi tu pulſas, ego vapulo tantum. *Claudian. l.* 1. *de laudib. Stilich. v.* 238. ncia pulſare rebellas. *Petron. in Satyr. c.* 95. Os hominis palma excuſſiſſima pulſat. *Plaut. Bacch.* 4. 1. 7. Pulſare oſtium. *Ovid. Met.* 5. *v.* 448. fores. *Quintil. l.* 5. *c.* 10. *ſub fin.* oſtiatim. *Ovid. Met. 6. v.* 691. terram grandine. *Id. l.* 1. *de ar. am. v.* 112. & 6. *Feſt. v.* 330. rar bumum pede. *Horat. l. c. od.* 37. *verſ.* 1. pede libera tellurem. *ballare*. & *Claudian. l.* 2. *de laudib. Stilich. v.* 381. prata pulſare choreis. *Virg.* 12. *Æn. v.* 706. pulſabant aziate muros. *& lib.* 10. *v.* 216. curru Phœbe medium pulſabat Olympum. *& lib.* 4. *v.* 249. montis caput vento pulſatus & irabri. *Sil. l.* 17. *v.* 136. equus elatis pulſans calcibus aurat. *Claudian. de B. Get. verſ.* 352. pulſare equum. *b. c.* calcaribus & verbere agitare. *Ovid. Met.* 11. *verſ.* 529. pulſant acres latere (*navis*) ardus ſuctus. *Id.* 3. *Amor. el.* 10. *v.* 31. pulſant arva ligones. *Val. Flacc. l.* 1. *v.* 139. pulſaſque chelyn poſt pocula Chiron. *Virg. 6. Æn. v.* 647. chordas digitis & pectine aburna. *Id. 9. Æn. v.* 415. longis ſingultibus ilia pulſat. *bene il ſanco*. & *Val. Flacc. l.* 4. *v.* 149. vaſtu qui vertice nubila pulſat. *Σκηπτοῦχοι* de procero homine, quam de Cyclope uſurpat etiam *Virg.* 3. *Æn. v.* 619. Similis ab illa *Silio l.* 5. *verſ.* 394. clamor vario diſcrimine vocum ſidere pulſat. Sic *Virg.* 5. *Æn. v.* 451. It clamor cælo. *Claudian. de B. Get. v.* 625. ululatus pulſat aures. ¶ Propria eſt pellere, irapellere, propellere, ut dictum eſt, *ſpingere*, *reſpingere*. *Virg.* 4. *Georg. v.* 313. *de apib.* ut æſtivis effuſæ nubibus imbei, Erupere, aut ut nerveo pulſante ſagittæ. *Horat. l.* 2. *ſat.* 6. *v.* 30. tu pulſes omne, quod obſtat. *Val. Flacc. l.* 3. *v.* 93. Notus pulſat nubem. *Feſt.* lz *Matronæ*. Matronæ a magiſtratibus non ſummovebantur, ne pulſari, contrectarive viderentur, neve gravidæ concuterentur. ¶ Tranſlata eſt vexare, perturbare, agitare. *Plaut. Epid.* 4. 1. 3. Multa in unum locum confluunt, quæ raeum pectus pulſant. *Ovid.* 12. *Met. v.* 228. quæ te vecordia, Theſeus, Eurycte, pulſat, ait, qui me vivente laceſſis Pirithoum? *Virg.* 3. *Georg. verſ.* 105. aſſultantiaque haurit Corda pavor pulſans. *Val. Flacc. l.* 3. *v.* 390. pulſare aliquem fomidine. *Senec. in Agam. v.* 134. Invidia pulſat pectus. ¶ Pertinet interdum ad judicia, & accuſare, aut convenire ſignificat. *Ulpian. Dig. lib.* 12. *tit.* 1. *leg.* 11. *a med.* Qui interrogatus reſponderit, ſic tenetur, quaſi ex contractu ejus obligatus, pro quo pulſabatur. *Id. l.* 5. *tit.* 1. *leg.* 2. *circa med.* Non imponitur neceſſitas aliis pulſantibus reſpondere. *Claudian. de B. Gild. v.* 170. pulſari citraine falſo. *eſſer travagliato con falſi accuſe*. ¶ Incuſandi vim quandam habent & illa *Statii l. & ſilv. ult. v.* 77. nouna hotridue ipſos Invidia Superos, inſuſtaque Tartara pulſem? *Seneca in Herc. Oet. verſ.* 1671. Superos & ipſum vocibus pulſans Jovem. *Stat. 8. Theb. v.* 249. & *Claudiem in pral. l.* 2. *in Europ. verſ.* 51. ubra pulſara querelis. ¶ Pulſare rumoribus uabes, apud *Petron. in fragm. pag.* 679. *Burm.* eſt implere, agitare, & turbare quodammodo: quo ſenſu *quotere rumoribus* dixit *Vel. Flacc. lib.* 5. *v.* 274. & motis linguis querere, *l.* a. *v.* 122. da Fama loquens. ¶ propulſare, depellere. *Claudian. de VI. conſul. Honor. v.* 465. & noſtra peſticula tendit Poſſhabitis pulſare ſuis. ¶ movere, impellere. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 58. Utrum cenſemus dormientium animos per ſe ipſos in ſomniando moveri, an eaterea & adventitia viſiona pulſari? *Papinian. Dig. lib.* 34. *tit.* 1. *leg.* 8. *extr.* Pulſare verecundiam. ¶ pinſere. V. *Pulſetus*.

PULSUOSUS, a, um, pulſibus plenus, ut Pulſuoſus dolor, *Cal. Aurel. l.* 2. *Acutor. c.* 14.

PULSUS, us, m. *ſpingimento*, *impulſo*, *urto*, *battimento*, ὤθησις, πληγη, actus pellendi, motus, agitatio, impulſus, ictus. *Cic.* 1. *Tuſcul. c.* 23. Inanimum eſt omne, quod pulſu agitatur aaterno. *Id.* 2. *de Divin. c.* 61. Sive exteraus & adventitius pulſus animos dormientium commovet, ſiva per ſe ipſi aa mi moventur. *Gell. l.* 9. *c.* 13. Animæ quatitur & afficitur motibus pulſibuſque (*cum legitur.*) Rurſus *Cic.* 1. *de Orat. c.* 33. *in fin.* Impetus pulſuſque remorum. *Sil. l.* 14. *v.* 487. Ipſe adeo ſenis ductor Rhœteius ibet Pulſibus. *b. c.* bexeri ſerebatur, quæ ſex remorum ordines habet. Sic *Lucan. l.* 3. *v.* 535. prætoria puppis Verberibus ſenis agitur. *Virg.* 12. *Æn. v.* 445. pulſuque pedum tremit aacita tellus. *Amazon. l.* 23. *r.* 1. *ad fin.* (*al. c.* 2.) Conſtantinopolis terræ pulſu vibrata. *del tremnare*. ¶ Motus & impulſio arteriarum, *polſo*, σφυγμός, σφύξις, *Plin. l.* 11. *c.* 37. *ſeſt* 88. *Hard.* Arteriarum pulſus in cacumine maaime membrorum evidens, index ſere morborum, ſtabilis, aut citatus, aut tardus, obſervatione crebri aut languidi ictus gubernacula vitæ temperat. *Id. l.* 29. *c.* 1. Hero philus in rauſicos pedes veoarum pulſu deſcripto per ætatum gradus, &c. ¶ *Pulſus lyræ*, pulſatio. *Ovid.* od Mercurium *l.* 5. *Feſt. v.* 667. Læte lyræ pulſu, nitida quoque læte palæſtra.

PULSUS, a, um, ωθεισμένος, *ſpinto*, *agitato*, ἐλαυνόμενος, πρωθούμενος, impulſus, ictus. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 57. Corpus bominis, & ejus omnis vultus, omneſque voces, ut nervi in fidibus, ita ſonant, ut a motu animi quoqus ſunt pulſæ. *Ovid.* 10. *Met. v.* 205. Lyra pulſa manu. *Tibull. l.* 1. *el.* 1. *verſ.* 46. Martia cui ſomnos claſſica pulſa fugent. *b. c.* inſiata. (claſſica enim ſunt tubæ, cornua, litui.) Catuchreſis. *Id. l.* 2. *el.* 5. *v.* 33. At qua Velabri regio patet, ire ſolebat Eaiguus pulſa per vada linter aqua. *b. c.* remis agitata & impulſa. *Enn.* apud *Gell. l.* 2. *c.* 26. Cæruleum ſpumat mare conferta rate pulſum. *Petron. in Satyr. c.* 123. velut ax alto cum magnus iahorruit Auſter, Et pulſas evertit aquas. ¶ Tranſlate *Ovid.* 3. *Amor. el.* 1. *v.* 23. Tempus ara thyrſo pulſum graviore moveri. *ſpinto*, *moſſa*. ¶ ictus, verberatus, *percoſſa*. *Propert. l.* 4. *el.* 9. *v.* 15. Mznalio jacuit pulſus tria tempora iamn Cacus. ¶ loco motus, expulſus, *riſpinto*, *battuto*. *Caſ. l.* 2. *B. Gall. c.* 7. Conſul occiſus, exercitusque ejus ab Helvetiis pulſus, & ſub jugum miſſus. *& lib.* 3. *B. Civ. cap.* 79. Pulſum fugere Cæſarem, pæne omnibus copiis amiſſis. *& lib.* 3. *B. Gall. c. penult.* Maximas nationes, quæ procliu contendiſſent, pulſas ſuperateſque eſſe. *Velleji. l.* 2. *c.* 26. Pulſus a Sulla acia. ¶ expulſus, ejectus; *ſcacciato*. *Propert. l.* 3. *el.* 14. *v.* 9. Peccaram ſemel: & totum ſum pulſus in annum. *Petron. in Satyr. c.* 121. Pulſus ab urbe mea. *Horat. l.* 2. *ſat.* 6. *v.* 13. Tarquinius pulſus regno. *Velleji. l.* 1. *c.* 3. Achæi ax Laconia pulſi. *Virg.* 10. *Æn. v.* 854. Pulſus ob invidiam ſolio ſceptriſque patereis. *Lucan. l.* 2. *v.* 601. taurus pulſus armentis. *Sent. enuio l.* 5. *Theb.* Pulſa ſitis fluvin. *Propert. l.* 3. *el.* 11. *verſ.* 49. Auro pulſa fides. *Ovid. 6. Met. v.* 375. pulſus pudor. *& lib.* 7. *v.* 290. Pulſa fugit macies. *Virg. 6. Æn. v.* 382. Pulſus corde dolor. ¶ De eo, qui repulſam tulit *Petron. in Satyr. cap.* 119. Non homo pulſus erat, ſed in uno victa poteſtas. Loquitur da M. Porcio Catone, qui cum aliquando præturam conſequi a populo non potuiſ-

Digitized by Google

potuiſſet, ſi vere, inquit *Valer. Max. in f. l. 5. l. 7.* æſtimare volumus, non Catoni tunc prætura, ſed prætoræ Cato negatus.

PULTARIUS, ii, m. olla, vas, in quo puls coquitur, vel infertur, figura inverſi infundibuli, h. e. lata ventre, ore anguſto. *Plin. lib. 7. c. 53. ad fin.* Calidam potionem in pultarin popoſcit. *Petron. in fragm. Tragur. exp. 42. ſtorm.* Cum muſis pultarium obduci, &c. Hinc patet uſus *pultarii* etiam ad bibendum: in tenuioribus tamen & ſervis: quem confirmat *Mercſel. l. 13. epigr. 8.* cui lemma *Fm.* Inbue plebejae Cluſiaie pultibus ollas, Ut ſatur in vacuis ducia muſta bibas. Scilicet in vaſa, in quo puls cocta fuiſſet, dulcis potio muſti, aut muſti jucundioris habebatur. Aliam præterea uſum *pultarii* habemus ex *Celſo l. 2. c. 11. de cucurbitulis*. Si catera defecerunt, calculus quoque, aut pultarius, ante compreſſorie, et tei commode aptatur. *Pallad. in Jun. tit. 7. de caſtrandis alvear.* Fumus admovetur ex aridis fimo bubulo, quem in pultario factis carbonibus convenit excitare: quod vas ita figuratum ſit, ut velut inverſi infundibuli anguſto ore fumum poſſit emittere. *Colum. l. 9. c. 15.* Hoc vas *aliam* vocat. deſcribitque hic verbis: Idque ex naſatum ſimile anguſtæ ollæ figuratur, ita ut altera para ſit acutior, per quam modus foramine fumus emanet, altera latior, per quem poſſit uſtari. Eſt ergo *pultarium* hic *Palladio* ſimilis ei, in quo puls coquitur, ſed qua parte latius eſt, fundum non habet. ¶ De ollis, in quibus uvæ conduntur, & ſervantur, *Colum. l. 12. c. 43. a med.* Sed uvæ dependentes a matre ſic *in* pultariis aondi debebunt, ne quæ partes vaſa contingant. *vaſa fictilia* dixerat paulo ſupra. Hæc autem non aagulti eſſe non poſſunt, & uvae a vita pendentes excepturæ ſunt.

PULTATIO, onis, ſ. idem ac pulſatio. *Plaut. Trucul. 2. a. 3.* Quid tibi ad haſce acceſſio eſt ædes, aut pultatio?

PULTICULA, æ, ſ. πολτάριον, diminut. a *puls*. *Colum. l. 8. c. 11. a med.* Pulli pavonini alantur ex quolibet frumento cocta pulticula. *Plin. lib. 26. cap. 8. a med.* Radix cum pulticula coquitur ad alvum ſolvendam. *Arnob. lib. 7. pag. 242. de ſacris Genetianis*. Nam pulticulæ, tura eum carnibus rapacium alimenta funt ignium. *h. e.* molæ ſalſæ.

PULTIFICUS, a, um, adject. ut Pultificum ſal. hoc eſt ax quæ fit puls. *Auſon. in Technopag. cap. de cibis*.

PULTIPHAGONIDES, æ, m. idem ac pultiphagus. *Plaut. in prol. Pœn. v. 53.* Carchedoniae vocatur hæc comœdia, Latine Plautus, Patruus pultiphagonidee. *h. e.* Patruus Pœnus: quaſi multa pulta educatus. Nam Pœnos pultiphagos fuiſſe, inde colligimus, quod genus quoddam fuit pultis, quæ *Punica* dicebatur, de qua V. la *Puls*. ¶ Eſt vox hybrida, & ſcribitur atiam ſine aſpiratione. V. diction. ſequent.

PULTIPHAGUS, a, um, qui pulte veſcitur: vox hybrida, ex Latino *puls*, & Græco φαγὼν, veſci. *Plaut. Moſtell. 3. a. 143.* Pultiphagus opifex. *h. e.* Pœnus aliquis fabet, ut putat *Scaliger. in coroll. ad Varron. de R. R. l. 3. c. 7.* Nam multa fabricæ lignex opera ab his nominata, ut Punicanæ ſraeſtræ apud *Varron. ibid.* lecti Punicani apud *Plin. l. 33. c. 11.* & *Cic. pro Mur. c. 36.* pinſtellum Pœnicum apud *Varron. l. c. R. R. c. 5a.* Punicana coagmenta apud *Catan. R. R. c. 18. ſub fin.* ¶ Scribitur & *pultifagus*.

PULTO, as, a. 1. *battere*, *buſſare*, *picchiare*, idem quod *pulſo*. Olim in uſu frequenti fuit, ut *Querolii*. indicat *l. 1. c. 4.* (*al. 6.*) paulatim hæſit apud Comicos, & præcipue cum de pulſando oſtio ſermo eſt. *Plaut. Mil. a. 2. 47.* Pectus digitis pultat. *Terent. Heaut. 2. 3. 34.* Ubi veatum ad ædes eſt, Dromo pultat foras. *Id. Adelph. 4. 5. 3.* Quis oſtium hoc pultavit? *Plaut. Aſin. 2. 3. 2.* I puere, pulta, atque atrienſem, ſi eſt intus, evocato huc *Id. Men. 2. 2. 65* Placide pulta. Pe. meturis, credo, nc fores Samiæ ſicot. *Id. Moſtell. 2. 1. 56.* Neu quiſquam reſponſet, quando haſca ædes pultabit ſenex. *Id. Pan. 3. 4. 30.* Pultabo janoam hanc. *Id. Moſtell. 2. 2. 23.* Pultando pedibue pæne confregi haſce ambas. *ſtill.* fores.

PULVER, ris, idem ac pulvis. *Apul. de herb. cap. 35.* Herbæ pulver in vino exhibitus. Adde *Theodor. Priſcian. lib. 2. cap. 30.* & *lib. 2. c. 32.* teſte *Reinefio*. Agnoſcitur etiam a *Priſciano lib. 6. pag. 707. Putſch.*

PULVERATICA, æ, ſ. & Pulveraticum, ci, n. donativum, quod pro opere datur, quaſi pro pulvera ac labore: & videtur ſignificare illud, quod donator alicui antequam ipſum opus aggrediatur, *donativum avanti tratto*. Vox eſt Latinitatis cadentis. *Conſtitutio Impp. Theodoſ. & Valentiniani* apud Auctores *de re Agrim. Goeſii, pag. 343.* Præcipimus Agrimenſoribus, ut pro laborum vicifſitudine Geometricæ artis, a fundo cui, *&c.* ires aureos acelpiant abſque ſue pelveratica. *Impp. Arcad. Honor. & Theodoſ. lib. 7. Cod. Theodoſ. tit. 13. leg. 16.* Servos etiam exhortamur, ut eum primum ſe bellicis ſudoribus offerant, præmium libertatis, ſi apti ad militiam arma ſuſcepecint, polveretici etiam nomine binos ſolidos accepturi, &c. *Caſſiod. lib. 12. ep. 15. in fin.* Pulveratica quoque Judicie ſundtus amputantes.

PULVERATIO, onis, ſ. foſſura terræ circa vineas, cum nva matureſcere incipit. Tuae enim ſereno cælo, & ſicco ſolo, ante meridiam, priuſquam calere incipiat, & eum deſierit, poſt meridiem tarra foditur, & pulvie excitatur: ea res & a ſole, & a nebula maxima nvam defendit, inquit *Colum. de arborib. 11. 12.* qui rarſus *l. 4. c. 28.* Pubeſcantem (*uvam*) & quaſi adoleſcentem convenit religare, foliisque omnibus nudare, tum & crebrie foſſionibus implera. nam ſit uberior pulverationibus. *Id. l. 11. c. 2. a med.* Frigidioribus regionibus pulverationem faciunt, quam vocant ruſtici vocationem, cum omnie glebe in viacie refringitur, & refolvitur in pulverem. *Servius* ad illud *Virgil. 2. Georg. v. 418.* Sollicitanda tamen tellus, pulviſque movendus: Genue, inquit, ipſum cultura pulveratio vocatur, qua imminutæ glebæ vitibus applicantur. V. *Pulvera*.

PULVEREUS, a, um, *di polvere*, κονιώδης, κόνις, ad pulverem pertinens. *Virgil. Æn. 8. v. 593.* oculiſque ſequuntur Pulvereum nubem. *h. e.* pulverem in modum nubis cecitatum ab agmine. *Ovid. de nucis. fac. v. 61* pulverea farina. *Claudian. de B. Get. v. 458* pulvereus tubo. *Plin. l. 37. c. 10.* Indica gemma condida, pulvereo aſpectu. ¶ Item pulverem excitans. *Val. Flacc. l. 4. v. 607.* Iudo volitans cum turma ſuperbo Parvareis ereſultat equis. *Ovid. 6. Met. v. 705. de Borea*. Pulveraamque trahens per ſumma cacumina pallam, Verrit humum. ¶ Item pulveruleotus, pulvere plenus, *pieno di polvere*, *polveroſo*. *Ovid. Met. 7. v. 113.* Pulvereumque ſolum pedic pulſavera bimico. *Stat. 6. Theb. v. 7.* Pulvereumque fera crinem deterſit oliva. *Id. 11. Theb. v. 403.* Pulvereum æquor. *h. e.* campus ubi pugnatur. *& lib. 6. v. 493.* Pulvereus Circus. *Pacat. in Panegyr. Theodoſ. c. 34.* Ut erat ex longiſſimo itinere anhelus, atque pulvereus.

PULVERO, as, avi, atum, n. 1. *vidue in polvere*, *polverizzare*, κονιζάω, in pulverem redigo. Verbum ruſticum, quo ſignificatur glebas circa vitem cum ſule ficcæ ſunt, comminuere, & in pulverem reſolvere, ipſae etiam uvas eo aſpergendo. V. *Pulveratio*. *Plin. l. 17. c. 9.* Sunt qui pulvere quoque uvas alii judicent, pubeſcantesque pulvereat, & vitium arborumque radicibue aſpergant. quod certum eſt Narbonenſi provinciæ, & vindemias certius ſic eo coqui, quia plus pulvis ibi, quam ſol, confert. ¶ Univerſim glebas refringere circa radices arborum quocumque tempore, *pulverare* dicitur a *Pallad.* Sic enim habet *in Mart. tit. 7.* Hoc menſe novella vinea incipit pulverari: quod auac ac deinceps per omnes calendas uſque ad Octobres faciendum eſt, non ſolum propter herbas, ſed ne teneta adhuc lemma ſolidata terra conſtringat. Adde *in Jul. tit. 1.* ¶ Interdum eſt pulvere conſpergere. *Plin. l. 11. c. 33. de pediculis*. Hoc quidem & aves infeſtat: phaſianae vero interimit, niſi pulverantes ſe. ¶ Item in pulverem redigera. *Calpurn. Ecl. 5. v. 88.* & fragilex nimius ſol pulverat herbas. *h. e.* adeo ſiccat, ut tactæ in pulverem abeant. ¶ Neutrnum more *Plaut. in fragm.* apud *Gell. l. 18. c. 11.* Eei tu, Deve: age, ſparge. mundum eſſe hoc veſtibulum volo. Venus ventura eſt noſtra. non hoc pulveret. Ubi *Gell.* Plautus *pulveret* dicit, quod noo pulvere impleat, ſed ipſum pulveris plenum ſit.

PULVERULENTUS, a, um, *polveroſo*, κονιώδης, pulvere plenus. *Cic. Attic. l. 5. ep. 14.* Iter conficiebamus æſtuoſa, & pulverulenta via. *Virg. 1. Georg. v. 66.* æſtas pulverulenta. *Id. 4. Æn. v. 154.* agmina cervi Pulverulenta fuga glomerant. *Ovid. 3. Amor. el. 6. v. 95. de torrente*. Aut lutulentus agie brumali tempore curſus, Aut premis arentem pulverulentus humum. *& lib. 1. el. 15. v. 4.* Præmia militiæ pulverulenta ſequi. *h. 1.* quæ ſine multo labore & pulvere non conſequimur. *Propert. l. 3. el. 12. v. 7.* Pulverulentaque ad aatremae ſtat ſemiaa metae. *h. e.* multo pulvera conſperſa. *Lucret. l. 5. v. 740.* ſequitur calm aridus, & comes una Pulverulenta Caree. *h. e.* quæ æſtata pulverulenta pinvenit. ¶ Olim *polverulentus* ſcribebant.

PULVILLUS, i, m. *primaccivla*, diminut. a *pulvinus*, ut Scrici pulvilli, ſerico panno inducti. *Horat. epod. 8. v. 15.* Quid, quod libelli Stoici inter fericos lacere pulvillos amant! *Apul. l. 10. Metam.* Pulvillis compluribus ventoſa tumentibue terreſtre nobie cubitum præſternunt.

PULVINAR, & Polviaar, aris, o. *guanziale*, *coſcino*, *capezzale*, *origliere*, *pomaccio*, προσκεφάλαιον, προπαιδίλιον, cervical plerumque pluma ſartum, quo cubantium capita fulciuntur. *Petron. in Satyr. c. 134.* Obſcuratum dexira caput ſuper pulvinar inclinavi. Al. lég. *pulvinum*. Eſt autem ſermo de lectulo in calla mulieris ſacardotis, h. e. ubi ea degit, & cubat. ¶ De lecto tricliniari *Apul. l. 7. Metam.* In ſummo pulvinari loeatue, corna poculiſque magnis inauguratur. *Senec. l. 3. de Ira, c. 37. ad fin.* Iraſci copiſti conviectori, *&c.* Demene, quid iotereſt, quam lecti premas partem? hoaeſtiorem ta, aut turpiorem potes facere pulvinar? Al. leg. *pulvinus*. ¶ De eo, quod ſedendi cauſa ſubſternitur. *Ovid. 1. de ar. am. v. 159.* ſuit utile multre Pulvinar facili compoſuiſſe manu. Al. leg. *pulvinum*. ¶ Eſt enim diſcrimen, quia *pulvinar* eſt, quod dormituri eopiti ſuppoaimus: *pulvinum*, quo in ſedendo utimur. V. tamen *Pulvinus*. Præterea *pulvinus* privatorum eſt: *pulvinar* auguſtius, & deorum, aut Imperatorum R. qui vel dii haberi volebant, vel habebantur. Significat autem non cereical tantummodo, ſed per ſynecdochen ipſum lectum. Ad deos quod attinet, *Catull. carm. 63. de nupt. Pel. v. 47.* Polvinar vero divæ geniale locatur Sedibue in mediis, Indn quod denſa politum, &c. *h. e.* nuptialis lectus Thetidis. Notat ſuperbiam Domitiani *Sueton. cap. 13.* quod in edicto de reducenda poſt divortium uxore his uſus ſit verbis, *revocatam eam in pulvinar ſuum*, deum ſcilicet ſe haberi volens: quod & aliis rabus affectavit. ¶ Erant *pulvinaria* in templis lectuli pluma, aut tomento farti, qui diis ſternebantur, decreta ſupplicatione, iiſque ſimulacra imponebantur, aibis appoſitis. V. *Lectiſternium*. Quidam volunt fuiſſe tabulata, in quibus ſigna deorum ſtabant: eaque in lectiſterniis ornata fuiſſe lectulis & pulvinis, quæ iiſdem ſigoie jacentibus ſupponebantur. *Cic. 2. Phil. c. 43.* Quem Cæſar majorem honorem cunſcutus erat, quam ut haberet pulvinar, ſimulacrum, ſaſtigium, ſtaminem? *Ovid. 14. Met. v. 827. de Romulo deo facto*. Pulcua ſubit faciex, & pulvinaribus altis Dignior, & qualie trabeati forma Quirini. *Cic. pro Dom. cap. 53.* Licinia virgo Veſtalis aram, & æiculum, & pulvinar ſub æo facio dedicavit. *Id. 3. Catil. c. 10.* Ad omnia pulvinaria ſup-

pitcolio decreta vê. *Liv. l.* 30. *c.* 21. Decretum, ot quinque dica circa omnia pulvinaria ſupplicaretur. *Tacit. 14. Ann. c.* 12. Decernuntur ſupplicationes apud omnia pulvinaria. *Coſſ. Hermina apud Plin. l.* 32. *c.* 2. *a med.* Ut convivia publica & privata, cœnæque ad pulvinaria facilius comparaverentur. *Horat. l.* 1. *od.* 37. *v.* 3. Saliaribus dapibus ornare pulvinar deorum. ¶ *Pulvinar ſuſcipere*, apud *Liv. l.* 5. *c.* 52. V. *Suſcipio*. ¶ In Circo *pulvinar* erat locus, in quo ſtratis pulvinaribus deorum ſimulacra, quibus ludi ſacri erant, collocabantur: qui locus quia omnium erat honoratiſſimus, ex eo Imperatores aliquando ſpectare ſolebant. *Feſtus in Tenſam*, Tenſam ait vocari Capito vehiculum, quo exuvia deorum ludicris Circenſibus in Circum ad pulvinar vehuntur. *Sarcem. in Ang. c.* 45. Ipſe Circenſes ex amicorum fere comaculis ſpectabat: interdum & pulvinari, & quidem cum conjuge & liberis ſedvm. *Auguſtus* apud *eund. in Calig. cap.* 4. Spectare eum (*Caligulam*) Circenſes e pulvinari, non placet nobis. ¶ De lecto conjugali Imperatorum R. *Ovid. 2. ex Pont. ep. 2. v.* 72. *de Livia ux. Aug.* Incolumis conjux ſua pulvinaria ſervat. *Juvenal. ſat. 6. verſ.* 231. *de Meſſalina ux. Claud.* lupanarie tulit ad pulvinar odorem. *Senec. de conſol. ad Polyb. c.* 35. *ad fin.* Poteſt hæc (*fortuna*) adverſus privatas domos ullem æquitatem noſſe, cujus implacabilis ſævitia toties ipſo funeſtavit pulvinaria? *b. e.* domos Cæſarum. ¶ *Scalig. in Coneſtion. ad Verron. l.* 4. *v.* 35. *de L. L.* ubi docet pulvinar dictum e plumis, vel a pellulis; putat legendum e *pulullis*: pelulas fuiſſe pilas ex aluta, molli tomento ſartas, quibus datatim ludebant in foro: unde *pelire*, pila ludere, ut Paul. ex *Feſto* trudit. His quoque ſe tuentur, qui *pulvinar* ſcribi malunt.

PULVINARIS, re, ad pulvinum pertinens. *Petron. in fragm. Tregur. cap.* 37. *Burman. de Fortunato ux. Trimalchion.* Eſt tamen malæ linguæ, pica pulvinaris: quem emat emat, &c. *b. e.* garrule inſtar picæ: ſed in polvino ſedens, cum picæ in cavea teneri ſolvant.

PULVINARIUM, ii, n. idem ac pulvinar. *Liv. l.* 22. *c.* 61. Et corvum in ædem Junonis devoluſſe, atque in ipſa pulvinario conſediſſe. *Plaut. Caſ.* 2. 3. 27. Ibo intro, ut ſubducam navim rurſum in pulvinarium. *b. e.* navem meam, quæ inſtar navis inſtructa & pareta eſt, ut prodvat, in conclave & thalamum reducam.

PULVINARIUS, a, um, pulvinaris. *Prudent. in Romano, vers. ceu nih. v.* 1056. mycellum pingue pulvinarium. *b. e.* copie victimarum, quæ mactantur ad pulvinar & ares deorum.

PULVINATUS, a, um, ad inſtar pulvini convexus, & mollis. *Plin. l.* 15. *c.* 22. *de nucib. inglandib.* Honos hic naturæ peculiaris, gemino protectis operimento, pulvineti primum calycis, mox ligni puraminis. *Id. l.* 17. *c.* 22. Clivoſa altiores poſcunt ſcrobes, præterea pulvinatis a deveaitete labris. *b. e.* accumulata terra in modum pulvini, qua parte vergit in deveaitatem clivus. *Id. l.* 13. *c.* 4. *de ſemone palmæ*. Præterea cæſum e dorſo pulvinata fiſſura. ¶ *Capitula* columarum *pulvinata* apud *Vitruv. l.* 2. *c.* 2. *a med.* & *lib.* 3. *c. ult. ante med.* ſunt quæ in modum pulvini turgent, ut in Ionicis ea pars, quæ eſt inter echinum & abecum, unde voluta pendet. Eodem modo intelligendæ videntur *pulvinatæ columnæ* apud *eund. lib.* 4. *cap.* 1. *ante. b. e.* pulvinatum capitulum habentes.

PULVINENSIS, ſe, adject. a *pulvinar*. Bellona Pulvinenſis, quæ memoratur in Inſcriptionib. apud *Grater. pag.* 213. *n.* 1. *Fabret. pag.* 498. & 540. & *Donium pag.* 135. *Tab. ſ.* ſic dicta eſt, quia in illo ejus templo, de quo ibi agitur, pulvinar erat: neque enim in omnibus templis, ut *Serv.* docet *ad Virg.* 3. *Georg. v.* 533. ſed in pleriſque pulvinar ponebatur.

PULVINULUS, i, m. diminut. a *pulvinus*. *Colum. de arborib. c.* 20. *a med.* Quæcumque arbores in clivis erunt poſitæ, ita ablaqueandæ ſunt, ut e ſuperiore parte ſecundum codicem lacuſculi fiant; ab inferiore autem pulvinuli altiores excitentur, quo plus aquæ limique contineant.

PULVINUS, i, m. *cuſcino*, lectulos brevia pluma vel tomento, aliſve re molli ſartus, quem ſedendi, aut quocumque modo fulciendi corporis cauſa ſupponimus. Quomodo e *pulvinari* differat, ibi dictum eſt. *Plaut. Stich.* 1. 2. 37. *An.* Non ſedeo iſtic: vos ſedete: ego ſedeo in ſubſellio. *Pi.* mane pulvinum. *An.* bene procuras mihi: ſatis ſic ſultum eſt mihi. *Cic. 2. de Orat. c.* 7. Tum Craſſum: imo vero commodius etiam: pulvinoſque popoſciſſe, & omnes in iis ſedibus, quæ erant ſub platano, conſediſſe. *Id. 7. Verr. c.* 11. Lectica octophoro ferebatur, in qua pulvinus erat perlucidus Melitenſi roſa ſartus. *Senec. de conſol. ad Marc. c.* 16. Equeſtri inſidens ſtatuæ Cloelie expambret juvenibus noſtris pulvinum eſcendentibus, in ea illos ſic urbe ingredi, &c. *b. e.* lecticam, in qua pulvinus. *Cic. Fam. 9. ep.* 18. *ante*, Sella tibi erit in lodo, tanquam hypodiaſcalo, proxima: eam pulvinus ſequetur. *b. e.* honoris cauſa, & ut mollius ſedeas, ſellæ adjetur pulvinus. *Nep. in Pelop. cap.* 3. Quæ (*epiſtola*) cum jam accubanti ei convivio eſſet data, ſicut erat ſignata, ſub pulvinum ſubjiciens, &c. *Martial. l.* 3. *epigr.* 82. Effultus oſtro ſericiſque pulvinis. *Juvenal. ſat.* 3. *v.* 154. caeat, inquit, Si pudor eſt, de pulvino ſurgat equeſtri. *b. e.* de gradibus pulvino ſtratis, & equeſtri ordini in theatro effignatis. *Sueton. in Tiber. c.* 73. & *in Calig. c.* 18. Pulvinum alicui injicere. *feſt.* ſuffocandi cauſa. ¶ Dicitur etiam de pulvinari, h. e. cervicali, quod capiri dormientes ſupponimus, *capezzale*. *Salluſt. in Jug. cap* 74. Dormiente illo, epiſtolam, ſuper caput in pulvino temere poſitam, perlegit. Adde *Celſ. l.* 3. *c.* 18. *Plin. l.* 26. *c.* 12. & *lib.* 28. *v.* 19. *ed fin. Catull. carm.* 6. *v.* 9. & *Cuerium lib.* 3. *cap.* 6. ¶ A ſimilitudine *pulvinus* dicitur ab agricolis parvus terræ elatæ tumulus, in modum dorſi convexus utrinque, ut aqua facile defluat: ejuſmodi ſunt in agris liræ inter ſulcos, aut ſcrobes, & in hortis areolæ, ſeu pars areolæ elatior, & tumentior. *Plin. l.* 17. *c.* 21. *circa med.* Male paſtinatum deprehendunt ſcamna inæqualia. Metienda eſt & ea pars, quæ interjacet, pulvini. *Id. l.* 19. *c.* 4. *ad fin.* Terram areis diſtinguere, eaſque reſupinis pulvinorum toris. *Id l.* 22. *c.* 22. Herba crepidines marginum, aſſurgentiumque pulvinorum toros veſtiens. *Varr. l* 1. *R. R. c.* 35. Violaria in fundo ſocere non eſt utile, ideo quod neceſſe eſt terra adruenda pulvinos fieri, quos irrigationes & pluviæ ablauant, & agrum faciunt mactiorem. *Pallad. in Februar. tit.* 23. *ad fin.* Terre ſiſſa & ſubactis, excitatis ad lineam pulvinis. *Colum. l.* 11. *c.* 3. *ante med.* Spicæ alpici liratim ſeri debent, ut in pulvinis poſitæ minus infidentur hiemis equis. ¶ Apud *Plin. l.* 5. *ep.* 6. *ante med.* ſic dicitur locus ea terru arte devexus in villa, ſedendi cauſa. Ejus verba ſunt: Ante porticum aſſus conciſos in plurimas ſpecies, diſtinctuſque buxo: demiſſus inde, pronuſque pulvinus, cui beſtiarum effigies invicem adverſes buxus ineſcripſit. ¶ *Colum. l.* 5. *c.* 6. *circa med. de boure*. Pavimenta teſtacea ſuperſtruuntur, & magne vi paviculis inculcantur atque expoliuntur: omneſque paricum & ſoli juncturæ teſtaceis pulvinis fibulantur. *b. e.* toria, ſeu prominentibus inſtar pulvini tumentibus, in longitudinem productis, qua ſimue paries pavimento jungitur; is enim locus rimes agere ſolvt, & muribus viam ac latebras præbere. ¶ A neutis (inquit *Servius* ad illud *Æn.* 10. *v.* 302. ſed non puppis tue, Terchon. Namque inflicto vadis dorſo dum pandet iniquo, &c.) pulvinus vocatur dorſor arena (*eminetur ſuſtat pulvinus in bortis*) quæ remeantibus fluctibus, & euntibus plerumque deſtetur, & in modum ſuæ inderetſcit. *bonca*. ¶ *Vitruv. l.* 5. *c. ult.* vocat *pulvinum* congeſtum arenæ, vel cæmenti, in morem pulvini excitatum, ſuper quem pila ſtruitur in mare præcipitanda. V. integ. loc. *Id. l.* 10. *c.* 15. *de coraputre*. Supra minorem columnam chelonium, ſive pulvinus, &c. V. *Chelonium*.

PULVIS, *olim* Polvis, eris, m. ſæpius quam f. *polvere, aden*, terra minuta & erida, *Plin. l.* 32. *c.* 4. Quædam terræ imbribus ſicciores ſunt, velut in Narnienſi agro, quod in Admirandis ſuis inſeruit M. Cicero, ſiccitate lutum fieri prodena, imbre pulverem. *Cic. 2. de Invent. c.* 30. Si multus erat in calceis pulvis, ex itinere eum venire oportebat. *Ovid. 2. Triſt. el.* 5. *v.* 47. Tot mala ſum paſſus, quot in æthere ſidere lucent, Parvaque quot ſiccus corpore pulvis habet. *Propert. l.* 2. *el.* 10. *v.* 35. qui nunc jacet horride pulvis. (*Cloriſ. l.* 1. *pag.* 69. *Putſch.* leg. *erida.*) *Enn.* apud *Non. c.* 3. *n.* 157. Jamque fere polvis ſulve volat. *Id. ibid.* polvis vaſta. *Virg. 11. Æn. v.* 909. fumantes pulvere campos Proſpexit longe, Laurentiaque agmina vidit. & *verſ.* 877. Vulvitar ed muros caligine turbidus etra Pulvit. *Lucret. lib.* 5. *v.* 252. terre peruſta Solibus affiduis, multa pulſata pedum vi, Pulveris exhalat nebulam, nubeſque volantes. *Virg. Æn.* 12. *v* 444. tum cæco pulvere campus Miſcetur. & *lib.* 9. *v.* 33. ſubitam nigro glomererit pulvere nubem Proſpicinnt. *Phædr. l.* 4. *fab.* 24. *v.* 22. Juvenes ſparſi pulvere, Sudore multo diffluentes corpora. *Ovid. 1. Triſt. el.* 3. *v.* 94. pulvere turpi ſædatæ crines. *Id.* 4. *Faſt. v.* 238. Longaque in immundo pulvere tracta coma eſt. *Quintil. l.* 5. *c.* 12. *a med.* Pulverem movere. *Colum. de arborib. c.* 12. excitare. *Id. l.* 11. *c.* 2. *a med.* Glebas in pulvisem reſolvere. *Phædr. l.* 2. *fab.* 5. *v.* 18. ſedare. *feſt.* humum conſpergendo. *Ovid. 1. de ar. am. v.* 150. excutere. *Horat. l.* 1. *od.* 1. *v.* 4. colligere. *b. e.* contrahere, conſpergi. ¶ Per ſyncedochen eſt campus, in quo exercitatio, labor, aut pugna fit, acies, area, *compo*. *Cic.* 3. *de Legib. c.* 6. *ad fin.* Doctrinam ex umbraculis eruditorum, utioque non modo in ſolem atque pulverem, ſed in ipſum diſcrimen aciemque produxit. *Virg. Æn.* 7. *v.* 163. Exercentur equis, domitantque in pulvere currus. *Martial. l.* 12. *epigr.* 84. Colliget, & referet lapſum de pulvere ſollem. *Voter. Flacc. lib.* 1. *v.* 451. Canthus, in Æto volvvt quem berbaia cuſpis Pulvere. *Id. l.* 7. *v.* 645. qualis Getico de pulvere Mavors letrat equis, utique gravem ſudoribus Iſtrum. *Quintil. l.* 10. *c.* 1. *ante med.* Nec verſicolorem illam veſtem bene ad foreaſem polveiem ſacere. ¶ Item labor, difficultas, negotium: unde *ſine pulvere*, ſine labore, *ſine pulvere palmæ*. V. *Acoutis*. ¶ *In ſuo pulvere*, in ſua arte, in exercitatione rei, in qua quis peritus eſt. *Ovid. 2. Faſt. v.* 359. Adde peregrinæ cauſam, mea Muſe, Latinam: Inque ſuo poſſet pulvere currat equus. ¶ *Suſcos in pulvere ducere*, proverb. oleum & operam perdere, *ſeminare in ſabbia*. *Juvenal. ſat.* 7. *v.* 48. ¶ Metonymice eſt ſerenitas. *Virg.* 1. *Georg. v.* 101. hiberno lætiſſimo pulvere ſigera. ¶ Quem *eruditum pulverem* nominat *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 18. mathematicarum ſtudium intelligit: quod mathematici in pulvere formas ſuas deſcribere ſolebant, ut ſi quid eſſet emendandum, delere poſſent, & ruſus inſcribere: & notum eſt illud Archimedis, quem intentum formis, quas in pulvere deſcripſerat, eb ignaro milite, quis veſter, interfectum, in direptione Syracuſarum, narrat *Liv. lib.* 25. *c.* 31. Adde *Cic.* 5. *Tuſcul. cap.* 23. Huc pertinet illud *Perſ. ſat.* 1. *v.* 131. Nec qui abaco numeros, & ſecto in pulvere metas Scit riſiſſe veſer. & *Rhemn. Fann. de poncerib. & menſur. v* 53. Nam quæ dimidium ſuperec, pare eſſe negatur, Ut docuit tenni ſcribens in pulvere Muſe. & *Apul. in Apolog.* Abaco & pulviſculn ſe dars. Adde *Sil. l.* 14. *v.* 677. & *Claudian. de conſul. Mall. Theod. v.* 126. ¶ De ſolo, & terra univerſim, *Propert. l. el. ult. v.* 6. Sis mihi præcipue pulvis Etruſca dolor. To projecta mei perpeſſa es membra propinqui, &c. ¶ De terra ſigulari, *Martial. l.* 14. *epigr.* 104. Accipe non vili calices de pulvere natos, & *epigr.* 114. Cumano rubicundum pulvere teſtam. ¶ metallica, *Perſ. ſat.* 2. *verſ.* 66. ſtringere venas Ferventis maſſæ cru-

crudo de pulvere juſſit. ¶ De farina aliarum terum. *Ovid.* 3. *Triſt. el.* 3. v. 69. Atque ea cum ſolius, & amomi pulvere miſca. *Id. l.* 3. *de ar. am.* v. 618. carbonis pulvere quippiam tangere. ¶ *Pulvere* in genitivo pro *pulveris* antiquum eſt. *Catull. carm.* 60. *nuptial.* v. 206. Ille pulvis Erythræi Subindicat numerum prius. *Eſt qui mollis* pulveris ætheri. ¶ Caret plurali num. ut *Dromed. l.* 1. *pag.* 314. *Putſch.* & aliî notant. *Gell.* tamen *l.* 19. *c.* 8. a *med.* docet, *pulvis*, & *venter*, & *fumus* non ſemper *ἀσυν* dici. & *Plin. l.* 11. *c.* 24. *a med. de aranearum telis*. Age, firmitas: quando rumpentibus ventis? quæ pulverum mole degravante? ¶ Vi ceſura ſecunda ſyllaba producitur in illo *Virg.* 1. *Æn.* v. 482. & verſa pulvis inſcribitur haſta. V. *Sanguis* in fine.

PULVISCULUS, li, m. *pulvere minuto*, κονιορτος, pulvis minutiſſimus, dimin. a *pulvis*, ut Auratius pulviſculus, *Solin. cap.* 15. (*al.* 25.) *ad fin. Apul. l.* 9. *Metam.* Pugiles, qui pulviſculo perſperſi dimicant. *Id. in Apolog.* Si abaco, & pulviſculo te dediſſes. V. *Pulvis*. Rurſus *Id. ibid. in rerum.* Niſi, ut periſti, mundicinas deotium, Nitelas oris ea Arabicis frugibus, Temuem, candificum, nobilem pulviſculum. ¶ *Cum pulviſculo* dicimus, quoties omnia fic tollnotur, ut nihil ſit reliqui, ne pulvis quidem. *Plaut. Rud.* 3. 6. 7. Converret jam hic me totum cum pulviculo. *Id. Trinum. prol.* v. 19. Quo citius rem ab eo auferat cum pulviſculo. ¶ In neutro genere, *Pigliomium* apud *Hieronym. adverſ. Vigilant.* c. 2. Pulviſculum neſcio quod.

PUMEX, icis, m. *pierre* f. *ponce*, *ἀλεσυρα*, genus lapidis cauernoſi, friabilis, in mari creſcentis, & aquis innatantis: cujus uſus præcipuus levigandæ cuti, & membranis libtorum. Laudat dimas in Melo, Niſyro, & Æoliis inſulis. Probatio in candore, minimoque pondere, & ut quam maxime ſpongioſus, arideſque ſit, ac teri facilis, nec arenoſus in fricando. Hæc *Plin. l.* 36. *c.* 21. *a med.* ubi adjicit etiam quæſdam ejus vires in medicina. *Plaut. Anicul.* 2. 4. 18. Pumex non æqua eſt aridus, atque hic eſt ſenex. *Auct. Priap. carm.* 32. Uvis aridior puella paſſis, &c. Quæ fucco caret, ut pumex ſiccus. *Al. leg.* atque putris pumex. *Scalig.* atque petra pumex. *Catull. carm.* 1. Quoi dono lepidum novum libellum, Arida modo pumice expolitum? *& carm.* 22. *ad Var.* v. 6. chartæ regiæ, novi libri, Novi umbilici, lora rubra, membrana Directa plumbo, & pumice omnia æquata. *Martial. l.* 8. *epigr.* 72. liber aſpero Marſo pumicis aridi politus. Adde *Ovid. Triſt. el.* 1. v. 11. ¶ Solent etiam viva ſaxa cavernulis plena, & pumicem imitantia, hoc nomine appellari. *Ovid.* 8. *Met.* v. 561. *de antro & ſede Achelois*. Pumice multicavo, nec levibus atria tophis Structa ſubit. *Alibianus. ad Liv.* v. 252. *de tecto Tiberis*. Structaque pendenti pumice tecta ſubit. (Adde *Virg.* 4. *Georg.* v. 374.) *Ovid. Met.* 3. v. 159. *de antro nemoroſi*. oum pumice vivo, Et lucibus tophis nativum duxerat orcum. Sic *lib.* 2. *Faſt.* v. 315. Antra ſubit, tophii, laquearisque pumice vivo. *& lib.* 4. v. 495. Eſt ſpecus exeſi ſtructura pumicis aſper. *Virg.* 4. *Georg.* v. 43. *de apib.* penituſque reperta Pumicibuſque cavis, exeſæque arboris antro. *Id.* 5. *Æn.* v. 213. Qualis ſpelunca ſubito commota columba, Cui domus, & dulces latebroſo in pumice nidi. *Horat. l.* 1. *od.* 11. v. 5. hyems oppoſitis dbilitat pumicibus mare. *b. e.* ſcopulis & rupibus ſalo exeſis. ¶ Cutem pumice deglabrare, & lævigare, mollium & effeminatorum erat. *Ovid.* 1. *de ar. am.* v. 506. Nre tua mordaci pumice crura teres. *Juvenal. ſat.* 8. v. 16. tenerum attritus Catiosnſi pumice lumbum. Adde *Satyr.* 9. v. 95. & *Martial.* l. 14. *epigr.* 205. Cur uero Catinenſium pumicem nominet *Juvenal.* V. in *Catinenſis*. ¶ *Aquam a pumice poſtulare*, proverb. ab eo quid petere, qui omnino caret, *velle tener dalla vepa ſangue*. *Plaut. Perſ.* 1. 1. 42. Nam tu aquam a pumice nunc poſtulas, qui ipſus ſitiat. ¶ Feminino genere uſurpat *Catull. fnp. cit.* non tam quod ita ferret uſus, quem quia male ſonabat *aride meda*, &c. Similia exempla congeſſit *Gell. l.* 13. *c.* 20. ex *Virg. Æn.* 2. v. 554. Hæc finis Priami fatorum. *& Æn.* v. 245. *l.* 1. quem das finem, rex magne, laborum? Ex *Ennio*, reclofque cuprellos. *&*, aere ſulva, &c.

PUMICATUS, a, um, *impumiciatus*, *liſcia*, *poliro*, πυμικεκτημενος, pumice expolitus, levigatus. *Martial. l.* 1. *epigr.* 67. Sed pumicata ſioata ſi quis eſt nondum, Nre umbilicis culius, atque membrana. *Plin. l.* 2. *ep.* 11. *ad fin.* Qui titulus a vita hominis compti ſemper & pumicati non abhorrebat. *b. e.* delicati, mollis, effeminati. hujuſmodi enim cutem pumice polibant. *Martial. l.* 5. *epigr.* 42. Et pumicata pauperes mimo monſtras. *Sidon. l.* 8. *ep.* 3. *ad fin.* Saxeapæ myrrhatæ, pumicati, malobathrati. *& lib.* 1. *ep.* 7. *a med.* Paulo ante detonſus, pumicatuſque.

PUMICĔUS, a, um, *de pumice*, πυμικινος, qui eſt ex pumice. *Plaut. Pſend.* 1. 1. 73. Quin ſles? *Pſeud.* pumiceos oculos habeo: noo quoo lacrymam exorare ut exſpuant unam modo. *Stat. l.* 3. *ſilv.* 1. v. 244. Ipſæ pumicis viridis Nereides antris Exſiliuet ultro. Sil. *l.* 7. v. 418 medio ſurgunt que regoa profundo, Pumiceæque procul ſedaa. *Martial. l.* 4. *epigr.* 57. Et quæ pumiceis fontibus eotus calent. *b. e.* a pomice manaotibus. *Ovid. 6. Faſt.* v. 318. Et quæ pumiceas verſat aſella molss. V. *Pumex*.

PUMICO, as, n. t. *impumicare*, *polire*, *liſciare*, πυμικευειν, pumice polio, levigo. *Lucil.* apud *Non. c.* 2. *n.* 202. Rador, ſubvellor, deſquamor, pumicor, orsor. *Catull. carm.* 39. in *Egnat.* v. 19. Dentem atque ruſſam pumicare gingivam. Ita *Apul. in Apolog.* Alii *defricare*.

PUMICOSUS, a, um, πυμικωδης, pumicis naturam, vel ſimilitudinem habens, rarus, ſiſtulofus. *Plin. l.* 17. *c.* 5. Vitia terræ aridæ, ſiſtuloſæ, ſcabræ, caueſcentis, exeſæ, & pumicoſæ. *Id. l.* 36. *c.* 19. *a med.* Lapis pumicoſus. *Id. lib.* 32. *cap.* 8. Halcyoneum pumicoſum, ſpongiæque putri ſimile. Adde *Vitruv. l.* 2. *c.* 3. *ſub fin.*

PUMILIO, onis, m. *nanc*, *pigmee*, νανος, nanus, homo ſtaturæ perquam brevis. Videtur eſſe corruptum a πυγμαιος, (quod idem ſignificat, a πυγμη, menſura a cubito ad pugnum) ut *Alumenus* a *Leomedonte*, & *Catamitus* a *Ganymede*, &c. V. *Catamitus*. *Senec. epiſt.* 76. *ad fin.* Non eſt magnus pumilio, licet in monta conſtiterit. *Martial. lib.* 14. *epigr.* 203. cui lemma *Parmo*. Hæc quæ ſæpe ſolet vinci, quæ vincere raro, Parma tibi, ſcutum pumilionis erit. ¶ *Plin. l.* 10. *c.* 56. & *Colum. l.* 8. *r.* 2. *ſub fin.* etiam de gallinis uſuepuot. Quin pumilionum genus in omnibus animalibus eſt, atque etiam inter volucres, ut ait *Id. Plin. l.* 11. *r.* 49. Etiam in plantis, juſto humilioribus in ſuo genere, pumilliones eſſe, *Id. l.* 12. *c.* 2. & *lib.* 17. *c.* 25. *ante med.* ſatis oſtendit. Hæ Græcis eduerbio χαμαι appoſito pempriis nominibus deſignantur, ut χαμαιπιτυς, χαμαιπειτυς, &c.

PUMILIS.) V. in *Pumilus*:

PUMILIUS.)

PUMILO, onis, m. idem ac pumilio. *Stat. l.* 1. *ſilv.* 6. v. 57. Hic audax ſubit ordo pumilonum, Quos natura, brevi ſtatu peracto, Nodoſum ſemel in globum ligavit.

PUMILUS, i, m. idem ac pumilio. *Stat. l.* 2. *ſilv.* 6. v. 69. Caſuzeque vagis grues rapinis Miraatur pumilæ ferociores. (nota hic primum ſyllabam corripi, quam in *Pumilo* produxit.) *Sneton. in Aug. c.* 83. Nam pumilos, & diſtortos, & omnes generis ejuſdem, ut ludibria naturæ, malique omioris abhorrebat. Eſt qui legit *pumilios*. ¶ Comparativum habet *Apul. l.* 5. *Metam.* Maritum fortita ſum cucurbita glabriorem, & quovis puero pumiliorem. *In Gloſſ.* eſt, Pumilis, νανος. Ex qua poſitione aptius, quam ex *pumilus*, comparativum declinari videtur.

PUMULA, æ, f. genus vitis, in Agro Amiternino præcipue naſcentis. *Plin. l.* 14. *cap.* 3.

PUNCTA, æ, f. *coups de pouce*, ictus, qui punctim infertur. V. *Cafe*. ¶ In aquæductibus quid ſit, V. *Punctum*.

PUNCTARIOLAS, leves pugnas appellat Cato in ea, quam diait de re Hiſtriæ militari. *Feſtus*.

PUNCTATIM, adverb. per puncta, concife, bruciter, ut Puoctatim ſub mentis oculos redigere, *Claud. Mamer. de ſtatu anim. l.* 3. *c.* 14.

PUNCTILLUM, li, n. diminut. a *Punctum*. *Solin. c.* 15. (*al.* 25.) *ſub fin.* Cyaneus a Scythia eſt optimus, ſi cærulo coruſcabit: cujus quari in mærem & feminam genus dividunt. Feminis nitor porus eſt: mares punctillis ad gratiam intetlucentibus auratilis pulviſculus variat.

PUNCTIM, adverb. *de punto*, *de floccato*, κλωδην, per punctiones, infixionesque gladii, ſive pungendo, ut *cæſim*, cædendo. *Liv. lib.* 22. *c.* 46 Hiſpano punctim magis, quam cæſim, aſſueto perere hoſtem. *Pacat. in Panegy. Theodoſ. c.* 36. Miles urgere eminus comioue, gladiis haſtis punctim cæſim ferioe.

PUNCTIO, onis, ſ. *puntura*, κεντρα, actus pungendi. *Plin. l.* 34. *c.* 15. Contra dolores laterum pectorumque ſubitne, qui punctionem affectaat. *Cæſ. l.* 8. *c.* 9. *ſub fin.* Punctiones in eo ſnotiuotue, quia neceſſe eſt ea fragmsota ſpinoſa eſſe. *Plin. l.* 25. *c.* 13. ſubitur & contra ſerpentes, & aate ſectiones, punctioneſque, ne ſentiantur.

PUNCTIUNCULA, æ, ſ. *puntarella*, levis punctio. *Senec. de vita beat. c.* 15. *circa med.* Ad voluptatum dolorumque punctiuncuias concitari. Adde *ep.* 53.

PUNCTULUM, i, n. punctiuncola. *Apul. l.* 6. *Metam.* Pſychen ina noxin punctulo ſuæ ſagittæ ſuſcitat. ¶ De Tempore, *Id. l.* 5. Miratur de brevi punctulo tantum inteemeotulum locupletis uteri.

PUNCTUM, i, n. *puncto*, *punto*, νυγμα, στιγμη, punctio, & acomen ipſum tenue, quo fit. *Plin. l.* 8. *c.* 50. Oculos ſuffuſos ceora junci puncto ſanguine eaonerat, caper rubi. *Hardum.* malles *punctu*: a *punctus*, *us*: ut *lib.* 29. *c. ult.* a *med.* Muſtalæ etiam oculis punctu acutis ajunt viſum reverti. Ad utramque poſitionem pertinsia potuit illud *Phædri l.* 5. *fab.* 3. v. 3. punctum volucria parvulæ Volutti morte ulcifci. *& Plinii l.* 11. *r.* 28. *ſub fin.* Quibuſdam aculei hebetes, neque ad punctum, ſed ad ſuctum, ut moſcarum generi. ¶ Ad *punctum* neutr. geo. tertiue reducuntur ſequentia. *Plin. l.* 28. *c.* 13. Fimum acus æreæ punctis tolli jubent. *Id. l.* 30. *c.* 15. Sanies punctis emiſſa e cerebro viperæ. *Id. l.* 11. *c.* 21. *a med.* Ter novenis crabrooum punctis interfici hominem. ¶ Item punctionis ſignum, *punta*, *Plin. l.* 10. *c.* 52. Ovorum alia ſunt candida, alia pallida, alia punctis diſtincta. *Id. l.* 37. *c.* 8. Gemma ſanguinis punctis. *Plin. alter in Paneg. c.* 35. Eaſanguem illam & ferream frontem convulocandam præbeant puoctis. *b. e.* notis ſervilibus. ¶ ſiramen exiguum. *Martial. l.* 11. *epigr.* 46. Punctaque, laſciva quæ terebrantor acu. Hinc *puncta* in aquæductuum fiſtulis eraor exigui moduli, per quos aqua in privatne uſus, ſiue ea conceſſione Principis, ſiue Aqueriorum fraude, & lucri cauſa, erogsbatur. *Frontin. de Aquæduct. urbis.* 25. Quinque antiqui moduli exiles, & uoluti puncta, quibus olim aqua, cum exigua eſſet, dividebatur, &c. *& artic.* 115. Etiam ille Aquariorum tolleodus eſt reditus, quem vocant puncta (*male quidam leg.* punctam.) Lunga ac diverſa ſunt ſpatia, Per quæ fiſtulæ tota meaot Urbe, latentes ſub ſilice. Has comperi per eum, qui appellabatur a punctis, paſſim convulueraras omnibus io tranſitu præbuiſſe peculiaribus fiſtulis aquem: quo efficiebatur, ut eaiguus modus ad uſus publicos pervenirst. Hæc *Frontinus*. ¶ Io illo *Sidon. carm.* 2. v. 251. & majoris luminis uſum Perſpicus in puteis compenſot puncta profundis: *puncta* ſunt oculi exigui introrſus io cavis, quaſi puteis profundis, reconditi. ¶ nota diſtinctionis inter litteras, & verba. *Anſon. epigr.* 35. Lucius una quidem, geminis ſed diſtita punctis Littera prænomen ſic nota ſola facit. *Id. epigr.* 146. Cui multa ſandi copia Punctis peracta ſingulis. *b. e.* notulis minutis multa ſandi copia.

ſtar punctorum. ¶ Sigoum in magnitudine individuum, vel minima & individua lineæ pars, nullam neque longitudinem habens, neque latitudinem, neque profunditatem, *punctum*, σημεῖον. *Cic.* 4. *Acad. c.* 36. *a med.* Illa fictia mathemeticorum: punctum eſſe, quod magnitudinem nullam habeat. ¶ Commodia hyperbole eſt in his: *Cic. in ſenn. Sen. c.* 3. *extr.* Ipſa terra ita mihi parva viſa eſt, ut me imperii noſtri, quo quaſi punctum ejus attingimus, puderet. *Manil. l.* 4. *v.* 924. Sic adamas, punctum lapidis, pretioſior auro eſt. *Senec. in prooem. l.* 1. *quæſt. nat. a med.* Punctum eſt, illud, in quo navigatis, in quo bellatis, in quo regna diſponitis. ¶ Metaphorice, breve & acutum dictum. *Cic. in prooem. Parad.* Minutis interrogatiunculis, & quaſi punctis, quod propoſuit, efficit. *Id. l. de Orat. c.* 41. *extr.* Puncta argumentorum plerumque ut oculos, ne quis ea numerare poſſit, ut re diſtinguantur, verbis confuſa eſſe videntur. *Aeſcn. initio Tetrapogon.* Monoſyllaba ſunt quaſi puncta ſermonum. ¶ *Punctum* in trutina, ſeu ſtatera, ſignum unciarum, aut librarum. *Prof. ſat. 5. v.* 100. Diluis belleborum, certo compeſcere puncto Neſcius examen. vetat hoc natura medendi. *non ſapendo, qual doſe ſia buono.* ¶ Sæpe tranſfertur ad tempus, & partem illius minimam, momentumque ſignificat, *momento, punto, attimo, ἀκμὴ χρόνου. Cic. pro Sext. c.* 24. Illo ipſe die, die, dico? immo hora, atque etiam puncto temporis eodem. *Id. l. de nat. Deor. c.* 24. Omnibus minimis temporum punctis. *& exp.* 20. Nullo puncto temporis intermiſſo. *Id. l. Tuſcul. c.* 34. Animi diſceſſus a corpore fit ad punctum temporis. *in un ſtante.* & *Catil.* 4. *c.* 4. Eos punctum temporis frui vita non putat oportere. *Cæſ. l.* 2. *B. Civ. c.* 14. *a med.* Ita multorum menſium labor puncto temporis interiit. *& cap.* 25. *extr.* Temporis puncto omnes Uticæ relinquunt. *Terent. Phorm. c.* 4. 7. Temporis mihi punctum ad hanc rem eſt. *Cic. 8. Phil. c.* 7. Ne punctum quidem temporis oppugnatio reſpirevit. *Lucret. l.* 4. *v.* 200. hæc (*ira & vapor*) puncto cernuntur lapſa diei Per totum cœli ſpatium diffundere ſe ſe. *Horat. l. & epiſt.* 2. *v.* 172. tanquam Sit proprium quicquam, puncto quod mobilis horæ Permutet dominos. ¶ Et abſolute *Apul. l.* 2. *Metam.* In ſexa, in prima puncta reformat. *& lib.* 9. Puncto breviſſimo dilapſæ domus fortunam miſeratur. *Arnob. lib.* 5. *pag.* 164. In puncti ſpatio poma extulit mitia. ¶ Brevius eſt, quam momentum. *Plin. in Paneg. c.* 56. Quod momentum, quod imo temporis punctum aut beneficio ſterile, aut vacuum laude? *Apul. lib.* 10. *Metam.* Momenta modica, imo puncto exigua pater repente fectus eſt. ¶ *Puncta temporis* pro *puncta temporis eſt Lucretii* carmine in loco, ut *lib.* 2. *v.* 263. patefactis tempore punctis Carceribus. *& verſ.* 455. Omnia poſtremo, quæ puncto tempore cerni Diffugere, ut ſumum, nebulas, &c. *Id. lib.* 4. *v.* 214. Jam ne cidet agitur, quam puncto tempore imago Ætheris ex orta ad terrarum accidat oras? Et addita præpoſit. *Id. l.* 6. *v.* 228. *de ſulmine:* trahit per ſaxa, per æra, Et liquidum puncto facit æs in tempore, & aurum. ¶ In comitiis creandorum magiſtratuum diſtribuebantur laturis ſuffragium tabellæ cerattæ, inſcripta habentes nomina candidatorum. Cui quiſque nomine favebat, hoc puncto appoſito notabat: quod calligitur etiam ea *Feſte in Suffragatores.* Hinc *puncta* ſuffragia, *vota, favor, ballotæ. Cic. pro Planc. c.* 21. Nonnullæ tribus punctis pæne totidem tulerunt. *& paulo poſt.* Queſtus es, plures te teſtes habere de Voltinia, quam quot in ea tribu puncta tuleris. *Id. pro Mur. cap.* 34. *ad fin.* Recordor, quantum hæ quæſtiones punctorum nobis detraxerint. Adde 2. *Tuſcul. c.* 26. Ira *Sidon. carm.* 2. *v.* 69. te caſtra tubis, te curia plauſu, Te punctis ſcripſere tribus. *& Horat. l. & ep.* 2. *v.* 99. Diſcedo Alcæus puncto illius. *Id. in ar. Poet. v.* 343. Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci. *b. c.* probatur ab omnibus. *Auſon.* eidetur puncta a ſuffragiis diſtinguere, *in gratior. act. ad Gratian. c.* 5. Conſul ego munere tuo, una paſſus ſepta, neque campum, non ſuffragia, non puncta, non loculos. ¶ In ludo talorum, vel teſſerarum *punctum* ſignificat numeri unitatem, *punto. Martial. l.* 14. *ep.* 17. Hic mihi bis ſenn numeratur teſſera puncto. ¶ Item ipſum factum. *Suetou. in Ner. cap.* 30. Quadringenis in punctum HS. aleam luſit. *b. c.* in ſingulos jactus. Sic *Auſon. in Profeſſorib. c.* 19. Narrentem fido per ſingula puncta recurſu, Quæ data, per longas quæ revocata moras.

PUNCTŪRA, æ, f. *punctura, ὀξύς*, punctio. *Veget. l.* 2. *de re milit. cap.* 5. Punciuris in cute punctis militum ſcripti. *Stewech. leg.* victutis. *Jul. Firmic. lib.* 8. *cap.* 21. *ante med.* Viri punctura teli moriuntur.

PUNCTUS, i, m. *punto*, idem quod punctum. *Plin. l.* 2. *c.* 68. *ad fin.* Ita tot portiones terræ, imo vero mundi puncti, neque enim eſt aliud terra in univerſo. Etiam *Iſidor. l.* 3. *Orig. c.* 12. *ſub fin.* hoc genere uſurpat.

PUNCTUS, us, m. *punctus, ὀξύς*, punctio, punctura. *Plin. lib.* 29. *c. ult. a med.* Muſcelæ oculis punctu erutis. *Apul. l.* 7. *Metam.* Spinæ acerrimæ, & punctu venoſato viroſæ. *Scribon. Larg. compoſ.* 206. *ſub fin.* & 208. & 209. Punctus nervorum, qui periculoſiſſimi ſunt, quos νύγματα Græci dicunt. V. *Punctum.*

PUNCTUS, a, um, *punctus, ὀξύς, τετυγμένος*, particip. a *pungo. Cic. pro Mil. c.* 24. Vulnus quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris probari. *Petron. in Satyr. c.* 103. Stigmate punctis. *Al. leg.* punniti. ¶ *Puncta tempora*, V. in *Punctum.*

PUNGENS, entis, *pungens, ὀξύς*, qui pungit. *Plin. l.* 8. *c.* 57. Mures herinaceorum genere, pungentibus pilis. *Id. l.* 16. *c.* 24. Pungentia folia pini, picæ, abieti.

PUNGO, is, pupĕgi, punctum, 3. *pungere, στίζω, νύσσω*, cuſpide, vel aculeo ictum infero. *Cic. pro Sext. c.* 10. Qui per ſe pungere neminem potuiſſent. *Petron. in Satyr. c.* 21. Acu comatoria mihi malas pungebat. ¶ Item mordeo. *Varr.* apud *Priſcian. l.* 10. *pag.* 894. *Priſcb.* Ei admovent, ut pungat, colubram: cum pupugerit, &c. ¶ Item penetro, intro. *Lucret. l.* 2. *v.* 459. Pungere uti poſſint eneptu, penetrareque ſaxa. V. *integr. loc.* ¶ Item vellico. *Id. l.* 4. *v.* 626. At contra pungunt ſenſum, lacerantque coorta. *Petron. in Satyr. c.* 87. *ſub fin.* Pungere me mala corpit. *Plin. l.* 31. *c.* 10. Natrum deprehenditur guſtu, ſincerum enim facile reſolvitur: adulteratum pungit. ¶ Translate eſt ſtimulare, ægritudine afficere, lædere, cruciare. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 2. Hunc ſibi ex animo ſcrupulum, qui ſe dies noctiſque ſtimulat ac pungit, ut evellatis, poſtulat. *Id. Attic. l.* 2. *ep.* 16. Epiſtole illa ita me pupugit, ut ſomnum mihi ademerit: ſed id cogitatione magis, quam moleſtia. *Plaut. Trin.* 4. 2. 158. Jamdudum meum illa pectus pungit aculeus, quid illi negotii fuerit ante ædes meas. *Cic. Fam. 7. ep.* 15. Moleſte ferebam antea, te ineptum illic eſſe: pungit me rurſum, quod ſcribis, eſſe te illic libenter. *Id.* 3. *Tuſcul. c.* 34. Si paupertas momordit, ſi ignominia pupugit. *Propert. l.* 3. *el.* 6. *v.* 27. Oh ego, quos nunquam pungunt ſuſpiria, ſomnos. *Apul. l.* 10. *Metam.* Suſpicio non exilis fratrem pupugit animos. ¶ Secundam in præterito ſyllabam neceſſitate produxit *Prudent. περὶ στεφ.* 12. *de S. Caſſian. verſ.* 59. Major tortor erat, qui ſumma pupugerat, infans. ¶ *Pepugi*, pro *pupugi*, ut *memordi* pro *momordi*, antiquum eſt. *Atta* apud *Gell. l.* 7. *c.* 9. Sed ſi pepugero, metuet. ¶ *Diomed. l. c. pag.* 369. etiam *punxi* in præterito agnoſcit.

PUNICANS, antis, *roſſeggiante*, idem ac Puniceus. *Apul. l.* 3. *Metam. ſub init.* Commodum puellantibus phaleris Aurora roſeum quotiens laceratum cælum inequitabat. *Id. l.* 1. Faciem puniceantem præ pudore obtexit. *& lib.* 4. Floris inodori porrectos calyculos modice puniceantes.

PUNICANUS, a, um, ad Pœnos pertinens, Punicus. *Cic. pro Mur. c.* 36. & *Valer. Max. l.* 7. *c.* 5. *n.* 1. Streeit pelliculæ hædinis lectulos Punicanos. *b. c.* ligneos, & artificiu Pœnorum factos, ut *Senec. ep.* 95. *ſub fin.* docet. *Iſidor. l.* 20. *Orig. c.* 11. Punicani lecti, parvi & humiles, Carthagine advecti, & inde nominati. V. dicta in *Pulvinar.*

PUNICE, *alla Cartagineſe*, lingua aut more Punico. *Plaut. Pœn.* 5. 2. 22. Adibo hoſce, atque appellabo Punice. *& verſ.* 23. punice loqui. *& verſ.* 40. ſalutere.

PUNICEUS, a, um. Puniceus color eſt, qui ad purpureum proxime accedit, nempe rubens, rubicundus, ſed dilutus, *roſſeggiante.* Differt tamen, quia purpureus proprie eſt magis rutilus, & ſplendens, & nigro propior, *roſſo cerico.* Lege quæ dicemus in *Purpura. Plaut. Mon.* 5. 5. 19. Purpureum panem, an puniceum ſolcam eſſe, an loteum. *Tibull. l.* 2. *el.* 6. *v.* 39. illi ſelectior certent præbere colores, Africa puniceum, purpureumque Tyros. *Ouid.* 5 *Faſt. v.* 318 Puniceue crocus. *Virg.* 5. *Æn. v.* 269. Puniceis ibant eminti tempora tæniis. *b. c.* vittis roſeis, ut *Servius* exponit. Sic *Eclog.* 5. *v.* 27. Punicea roſeta. *& ex. Æn. v.* 77. Puniceis invecta rotis aurora rubebit. *Lucan. l.* 1. *v.* 214. Puniceus Rubicon. *ſcil.* a calore aquarum, quem contrahit a terra illius regionis: unde & ipſum nomen. ¶ Confunditur tamen cum purpureo. *Ouid.* 2. *Met. v.* 607. Candida puniceo perfudit membra eroore. Sic *Virg. 9. Æn. v* 349. Purpuream vomit ille animam. *b. c.* ſanguinem. *Plaut. Rud.* 4. 3. 61. Tu niſi caves, fiet tibi puniceum corium, poſtea atrum deneo. *b. c.* flagris cruentum. ¶ Scribitur & *puniceus.* V. *Puniceus.* ¶ *Puniceus* pro *Pœneus* per epentheſim, ut *Colibiacus* pro *Calebiacus, Ionicus* pro *Ioniacus, Oarion* pro *Orion*, &c. *Ouid. in Ibin, v.* 283. *de M. Regulo.* Vel quæ, qui redimi Romano turpe putavit, A duce Puniceo pertulit ipſe feras. Al. leg. *Pœnino*, h. e. *Pœneo*: alii *Cinyphio.*

PUNICUS, a, um, *Cartagineſe*, Pœnus, Carthaginienſis, Pœnicus. *Virg.* 1. *Æn. v.* 342. Punica regna vides, Tyrios, & Agenoris urbem. *Plin. l.* 4. *c. penult. ſub fin.* punica lingua. *Cic. 6. Verr. c.* 46. Inſcriptam litteris Punicis. *Id.* 3. *Tuſcul. c.* 26. Punicum bellum. *Martial. l.* 6. *epigr.* 29. Et perjuria Punici ſororis. *Sallaſt. in Jug. c.* 106. Bocchum magis Punica fide, quam ob quæ prædicabat, ſimul Romanos & Numidam ſpe pacis attinuiſſe. *b. c.* ſubleſta, levi, inſidioſa. In proverbium enim apud Romanos *perfidia Punica* abierat, quod ſæpius fœdera & concepta tum publice tum privatim fregerunt. *Liv. l.* 21. *cap.* 4. *ad fin.* & *lib.* 42. *c.* 47. *Flor. l.* 2. *c.* 2. 6. & 27. & *Val. Max. l.* 7. *c.* 4. *n.* 4. *extr.* Similia eſt Græca fides. V. *Græcus.* Contraria Attica fides. V. *Atticus, a, um.* ¶ *Punica ars*, h. e. fraudum, doli, & inſidiarum, quibus utebantur Pœni, præcipue in bello gerendo. *Liv. l.* 25. *c.* 39. In hujus ſilvæ medio ferme ſpatio cohors Romana arte Punica abditur. ¶ *Punicum malum*, & *Punicum* abſolute, granatum, *pomo granato, melagrano, ſeu, ide*: ita dictum quia in Africa circa Carthaginem plurimum proveniebat: vel quia corticem habet, florem, & grana intus colore puniceo: conſtat cortice, ſeu corio rubenti, cum ad maturitatem accedit: intus habet grana plurima ſuis vaſculis inclusa, & ſucco cinoſo referta. In novem genera diſtribuit *Plin. l.* 23. *c.* 19. *lib.* 15. *c.* 21. & 28. *lib.* 23. *c.* 6. &c. ¶ *Punica malus*, quæ hoc pomum fert. *Id. l.* 13. *c.* 22. *lib.* 19. *c.* 25. *ſub fin.* &c. *Colum. l.* 10. *v.* 253. Mox ubi ſanguineis ſe floribus induit arbos Punica. ¶ *Punica cera*, candidiſſima, aqua marina ter coquebatur, addito nitro, ſiccabaturque ſole: eratque medicinis utiliſſima. *V. Plin. l.* 21. *c.* 14. *a med.* ¶ De pulte Punica V. *Puls.* ¶ Ulpicum quidam allium Punicum vocant, quia præcipue in Africa celebratum, Græci *σκορόδιον. Colum. l.* 12. *c.* 3. *Plin. l.* 19. *c.* 6. *a med.* Punicum lutum apud *Colum. l.* 9. *c.* 7. & *lib.* 12. *c.* 3. *poſt med.* quod *impoſita Pumice* dici videtur a *Pallad. l. c. tit.* 13. genus luti imbrium patientiſſimi, in Africa uſitati, quo utebantur ad cra-

cratitias parietes ſub dio illinendos. Ejus rationem, tacite nomine, deſcribit *Vitruv. ſub fin. cap. 3. l. 7.* ¶ *Punicus color* idem, qui puniceus. *Horat. epod. 9. v.* eſt. punico lugubra mutavit ſagum. *Ovid. a. Amor. el. 6. v. 22. de pictore.* Tincta gerens rubra punica roſtra cioco. Adde *Propert. l. 3. el. 2. v. 32. de columbis.* ¶ *Punicum*, genus libi, translatum a Pœnis. Id eriam appellabant *probum*, quia erat ceteris ſuaviſſimum. *Paul. ex Feſto.* Item veſtis nomen, teſte *eod.* & fortaſſe tunicam intelligit. *Punicatus homo* apud *Plaut. Pœn. 5. 3. 2.* eſt Carthaginenſis. V. 2tiam *ibid. 5. 2. 25.* Sic *Eunius* probro Carthaginienſium tunicatam juventutem voluit dicere, inquit *Non. c. 14. n. 2.* ¶ *Punico* genus piſcis mariui. *Colum. lib. 8. c. 16. a med.*

PUNIO, is, ivi, & ii, itum, a. 4. *punire, τιμωρεῖσθαι, κολάζειν*, pœna afficio, plecto, caſtigo, mulco: ab antiquo *pœnus*. *Cic. 1. Offic. c. 25. ad fin.* Prohibenda in puniendo meeime ira eſt. *& cap. 24.* Punire ſontes. *Id. pro Cæcin. c. 2.* maleficia. *Liv. l. 3. c. 55. ſub fin.* tergo & capite aliquem. *Cic. pro Dom. c. 29.* Punire ſupplicio. *Apul. l. 5. Metam.* Ta vero tantum fuga mea punivero. *Auct. declam. 270. quæ Quintiliano tribuuntur, a med.* Ipſa ſua manu vitam miſera punivit. *h. e.* ſibi ademit. ¶ Eſt etiam ulciſci, vindicare. *Cic. 1. de Orat. c. 51.* Irocundia eſt cupiditas puniendi doloris. *Id. de Haruſp. reſp. c. 8.* Mtam domum ſenatus ex æratio ædificandam, a pontificibus liberandam, a magiſtratibus defendendam, a judicibus puniendam putavit. ¶ Paſſive, *eſſer punitus, κολάζεσθαι*, pœnas luo, pœnas do, pœnas perſolvo, vel dependo. *Ovid. 9. Met. v. 778.* Quod videt hæc lucem, quod non ego punior ipſa, Conſilium monitumque tuum eſt. *h. e.* quod non privor vita. ¶ Eſt etiam verbum deponens, idem ac *punio. Cic. pro Mil. cap. 13.* Cujus tu inimiciſſimum multo crudelius etiam punitus es, quam erat humanitatis meæ poſtulare. *Id. 2. de Invent. c. 27.* Peccatum, quod ſponte ſua reus punitus ſit. *Id. 1. Offic. c. 25. ad fin.* Neque ad ejus qui punitus aliquem, ſed, &c. Ita *Non. leg. 1. 7. n. 27.* Alii *punit.* & *Tuſcul. 1. c. 44.* Cum multi inimicos atiam mortuos puniantur. Ita *Non. ibid.* Alii *punientur*, quod idem eſt. *Apul. l. 8. Metam.* Punita ſum funeſtum prædonem. *Quintil. l. 9. c. 3.* Fiunt figuræ & in verbis, ut Fabricatus eſt gladium, & Inimicos punitus eſt. Quod minus mirum eſt, quod in natura verborum eſt & quæ facimus, patiendi modo ſæpe dicere, ut arbitror, ſuſpicor; & contra faciendi, quæ patiamur, ut vepulo. ¶ Pro ulciſci. *Cic. Phil. 8. c. 2.* Ut clariſſimorum omnium crudeliſſimam puniretur necem.

PUNIOR, comparativum, magis Pœnus, h. e. magis peritus linguæ Punicæ. *Plaut. Pœn. 5. 2. 30.* Mt. Viu' appellem' hunc Punica? *Ag.* an ſcis? *Mi.* nullus me eſt hodie Pœnus Puniet. ¶ *Punior* depon. pro *Pœnæ* V. vocem præced.

PUNITIO, onis, ſ. *caſtigo, μωρία*, actus puniendi. *Vol. Max. l. 8. c. 2. n. 1.* Ita forti punitione libera ta fratris dextera, &c. V. alia in *Punio*.

PUNITOR, oris, m. qui punit, *κολαστής*. *Vol. Max. l. 6. c. 2. n. 8.* Stuproſæ mentis acer punitor exſtitit. ¶ Item ultor *Cic. pro Mil. c. 13. a med.* Fuit ultor injuriæ, punitor doloris ſui. *Vol. Max. l. 3. c. 4. n. 5.* Craſſianæ ſtragis punitor exſtitit.

PUNITUS, a, um, *punita, caſtigato, κολασθείς*, pœna affectus. *Cic. 2. de Invent. c. 18.* Levius demonſtrando reum punitum, quam ſit ille promeritus. *Sueton. in Tiber. c. 62. a med.* Nemo punitorum non & in Gemonias abjectus.

PUPA, æ, ſ. *fanciulla, κοράσιον, παῖς, κοράλλιον*, puella. *Martial. l. 4. epigr. 20.* Dicit ſe vetulam, cum ſit Cærellia pupa, Pupam ſe vincit Gellia, cum ſit anus. *Aſcon. Edyll. 7. de Biſſula, v. 2.* Barbara, ſed quæ Latias vincit alumna pupas, Biſſula nomen teneræ ruſticulum puellæ. ¶ Translete dixere *pupas* imagunculas quaſdam puellares, ex linteo infutas, tomento infarctas, veſtibus amictas, quibus virgines in prima pueritie luſitare ſolebant, quæ pubertati vicinæ tanquam virginitatis ſuæ inſignia Veneri offovebant, ut feuſte futurum matrimonium cederet. *Varro* apud *Non. c. 2. n. n. 675.* Magna pars in deſiderium puparum, & ſigillorum veniebat. *Perſ. ſat. 1. v. 70.* Nempe hoc quod Veneri donatæ a virgius pupæ. ¶ Legitur & *puppa*.

PUPILLA, æ, ſ. *fanciulla, pupilla, κόρη*· diminut. a *pupa*. *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 226.* Pupam, aut pupillam appellet. Alii leg. *Rufam, aut pufillam*. Alii aliter. ¶ Plerumque ſignificat filiam orbam parentibus, & ſub tutora agentem. *Cic. Verr. 3. v. 50.* Pupillos, & pupillas certiſſimam prædam eſſe prætoribus. *& cap. 58.* Illa infanti pupilla fortunas patrias ademit. ¶ Præterea *pupilla* dicitur foramen unius ex tunicis, quæ in oculis ſunt, per quod ſpecies rerum ad viſum tranſmittuntur, *la pupilla degli occhi, κόρη. Cic. 2. de nat. Deor. c. 57.* Acies ipſa, quæ cernimus, quæ pupilla vocatur, ita perva eſt, ut, &c. *Lucret. l. 4. v. 249.* Et quaſi petterget pupillas, atque ita tranſit. *Plin. l. 11. c. 37. ſect. 55. Hard.* Media tarum (*oculorum*) cornea feuſtravit pupilla, cujus anguſtiæ non ſinunt vagari incertam aciem, & velut canali diuguut, obiterque incidentia facila declinant, aliis nigri, aliis ravi, aliis glauci coloris urbibus circumdatie, *&c.* Adeoque iis abſoluta vie ſpeculi, ut tam perva illa pupilla totem imaginum reddat hominis. *Id. l. 7. c. 2. ante med.* Eſſe familias in Triballis & Illyriis, qui viſu quoque effaſcinent, interimantque quos diutius intueantur. Notabilius eſſe, quod pupillas binas in oculis ſingulis habeant. *& mox.* Feminas omuia ubique viſu nocere, quæ duplices pupillas habeant, Cicero quoque apud nos auctor eſt.

PUPILLARIS, re, *κοράλλιος*, ad pupillum, vel pupillam pertinens. *Liv. l. 24. c. 18. ad fin.* Pecuniæ quoque pupillares primo, deinde viduarum ceptæ conferri. *Suetan. in Aug. c. 66. ſub fin.* Legata a quibuſcumque parentibus relicta ſibi, aut ſtatim liberis eorum concedere, aut ſi pupillari ætate eſſent, die virilis togæ, vel nuptiarum cum iacrementio reſtituere conſuevereut. ¶ *Pupillaris ſubſtitutio* apud *Juſtinian. l. 2. Inſtitution. tit. 16.* eſt, qua pater liberis ſuis impuberibus, quos in poteſtate habet, & pupillos poſt mortem ſuam relicturus eſt, alium beredem teſtamento ſubſtituit, ſi adhuc impuberes mortui fuerint. Et *pupillare teſtamentum* apud *Ulpian. Dig. lib. 28. tit. 6. leg 2.* quo ex ſubſtitutio fit: quæ & *pupillares tabulæ* dicuntur a *Paule ibid. leg. 36. extr.* Et *ſubſtitutus pupillaris* apud *Ulpian. ibid. leg. 2. a med.* qui tali teſtamento pupilla ſubſtitutus eſt.

PUPILLARITER, adverb. *Juſtinian. Cod. lib. 6. tit. 30. leg. 20.* Pupilleriter ſubſtituere aliquem. V. vocem præced.

PUPILLO, as, n. 2. vocem pevuis exprimens verbum. *Auctor carm. de Philom. c. 26.* Pupillat pavo, trinſat hirundo vaga.

PUPILLUS, i, m. *pupilla, κόρη*, parvus puer, & ſpeciatim impubes, qui deſiit eſſe in patrie poteſtate vel morte, vel emancipatione, ut *Pompon. Dig. lib. ult. tit. pomtn. leg. 239.* daſinit. *Cic. Verr. 3. c. 50.* Is mortuus eſt: reliquit pupillum parvum filium. *Id. 3. de Orat. c. 41.* Si vereare, ne paulo durior translatio aſſe videatur, mollianda eſt præpoſitio ſæpe verbo: ac ſi olim M. Catone mortuo, pupillum Senatum quis relictum diceret, paulo durior; ſin, ut ita dicam, pupillum, aliquanto mitius aſt. *Juvenal. ſat. 6. v. 628.* Vos ego, pupilli, maneo, quibus amplior eſt res, Cuſtodite animas, & nolli credite menſæ.

PUPINIA, & Pupinienſis Tribus, una ex ruſticis, dicta aſt ab agro Pupinio prope Tuſculum, ut *Feſt.* docet. V. *Popinia. Inſcript.* apud *Gruter. pag. 388. n. 1.* C. Cetacio. Pup. Severiano. *&c. Alia pag. 475. n. 5.* L. Titi. L. F. Pupinia Macri, &c. De ipſo loco & agro, *Vol. Max. l. 4. c. 4. n. 4.* Pupiniæ ſolum ſterile, atque æſtuoſiſſimum. *Liv. l. 26. l. 9. ſub fin.* Infra Tuſculum Gabius dextrorſus diſcendit: inde in Pupiniam exercitu demiſſo, &c. Adde *Cic. Agrar. 2. l. 35.*

PUPINIENSIS AGER, Pupinia. *Liu. l. 9. c. 41.* In agro Pupinienſi conſedit.

PUPPIS, is, *poppa, πρύμνη*, pars navis poſterior, altior, ornatior, & honoratior, ubi gubernaculum, & clavus. *Cic. Attic. l. 13. ep. 21.* Inhibitio remigum motum habet, & vehementiorem quidem remigationis, navem convertentis ad puppim. *Virg. 3. Æn. verſ. 130.* Proſequitur ſurgeus a puppi vertus euntes. *Horat. lib. 1. ed. 14. verſ. 14.* Nil pictæ timidæ navita puppibus fidit. *Virg. 4. Æn. v. 554.* Æneas caſſa in puppi, jam cartus eundi, Carpebat ſomnos. *Ovid. Met. 3. v. 651.* a puppi pontum proſpectat aduncæ. *Ἀπαγγελικὸς. Cic. 9. Fam. ep. 15. circa med.* Sedebamus anim in puppi, & clavum tractabamus: nunc autem vix aſt in ſentina locus. ¶ Per ſynecdochen ſæpe aſt ipſa navis, poetice tamen. nam proſa, ut ait *Quintil. l. 8. c. 6. ante med.* ut *mucronem* pro gladio, & *tectum* pro domo recipiet; ita non *puppim* pro navi, nec *abietem* pro tabellis. *Virg. 2. Æn. v. 403.* Haud aliter puppeſque tuæ, pubeſque tuorum Aut portum tenet, aut pleno ſubit oſtia velo. *Ovid. Heroid. ep. 13. v. 97.* Inter mille retes tua ſit milleſima puppis. ¶ In quarto, & frequentius in ſexto caſu, atiam in e deſinit. *Lucan. l. 3. v. 545.* In poppem ſedere ratas. Ita legit *Priſcian. l. 7. pag. 758. Putſch.* & reperitur in MSS. non unis: alii *puppim*. quod idem dicendum de alio loco ejuſdem Poetæ *lib. 4. v. 132.* parvam Taaitur in puppem. quod *Priſcian. ibid. pag. 761.* refart. *Puppe* habent *Ovid. Lucan. Valer. Flacc.* aliquoties, *Claudian. ſæpe*: Item *Stat. 3. Theb. v. 29. Sil. l. 14. v. 525. Juvenal. ſat. 12. v. 79. Perſ. ſat. 6. v. 30.*

PUPULA, æ, ſ. *pupilla degli occhi, κόρη*, idem ac pupilla. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 57.* Palpebræ aptiſſime factæ & ad claudendas pupulas, & ad aperiendas. *Horat. epod. 5. v. 39.* Intermiaeto cum famel ficæ cibo Intabuiſſent pupulæ. *Varr.* apud *Non. c. 2. n. 790.* Non umbrantur ſomno pupulæ. *Ovid. 1. Amor. el. 8. v. 15. de ſuga.* oculis quoque pupulo duplex Fulminat, & gemino lumen ab orbe venit. V. loc. *Plinii* in *Pupilla*.

PUPULUS, i, m. diminut. a *pupus*. *Catull. carm. 56. ad Caton.* Deprehendi modo pupulum puellæ Trufentem. ¶ De imaguncula, *fanciullino, Arnob. l. 7. pag. 215.* Dii paſſerculos, pupulos, pauas accipiunt, quibus avocare ſa poſſint.

PUPUS, i, m. *fanciullo, παιδάριον*, puer parvulus, & tenellus. *Varro* apud *Non. c. 2. n. 675.* Ac mammam lactie ſugentem paſcere pupum. Apud *Sueton. in Calig. c. 13. extr.* aſt vox & appellatio blandientis. V. *Pullus, i.*

PURE, *nettamente, mondamente, puramente, καθαρῶς*, nullis admiatis ſordibus, munde, nitida, puriter. *Plaut. Aulul. 2. 3. 3.* Pure aluere vaſa. *Feſtus*: Pure lautum antiqui dicebant aqua pura lavatum. *Cure R. R. c. 66.* Quam mundiſſime puriſſimeque fiat. *Horat. l. 1. ed. 19. n. 5.* Urit me Glyceræ nitor, Splendentis Pario marmore purius. *h. e.* nitidius, clarius. ¶ Refertur ad abſtinentiam a rebus Venereis. *Liv. l. 27. c. 37. a med.* Pure & caſte a metronis facrificatum. *Plin. l. 22. c. 10.* Radix caſte pureque collecta diſcutit ſtrumas. *Plaut. Aſin. 4. 1. 61.* Si forte pure vella habere dixerit, &c. *h. e.* ſola cubare: quod fiebat a feminie in caſto Iſidis, per decem dies. V. *Propert. l. 2. el. 24. Tibull. l. 1. el. 3. a verſ. 23. Ovid. 1. Amor. el. 8. v. 74.* &c. ¶ Item ad mores noiverſim. *Cic. de Senect. cap. 5.* Eſt etiam quieta, & pure, & elegantee ætate ætatis placida ac lenis ſenectus. ¶ Item ad ntorem ſermonie. *Cic. de opt. gen. Orat. c. 2.* Pure & emendate loqui: quod eſt Latine. ¶ Eſt etiam clare, aperte, *chiaramente, ſchiettamente. Gell. l. 9. c. 13.* Cuimodi fuerit pugna decertatum, Q. Claudius primo annalium puriſſime atque illuſtriſſime deſcripſit. *Id. l. 1. c. 20.* Scipio omnium ætatis ſuæ puriſſime locutus. *Horat. l. 1. ſat. 2. v. 100.*

v. 100. Plurima quæ iovideant pure apparere tibi rem. ¶ Item ſincere, *ſincerorate*. *Horat. l.* 1. *ep.* 18. *v.* 102. Quid pure tranquillet, honos, an dulca lucellum. ¶ Item ſimpliciter, abſolute. *Ulpian. Dig. lib.* 18. *tit.* 2. *leg.* 4. *a med.* Cum igitur tunc recedatur ab emptione, ubi pure contrahitur; vel tunc non impleatur, ubi ſub conditione fit, &c. *Papinian. lib.* 8. *tit.* 2. *leg.* 35. Nec interest, pure utriſque, an ſub conditione alteri ædes legatæ ſint. *Paul. lib.* 39. *tit.* 2. *leg.* 22. *ad fin.* Si ab eo, quem damnum eſſe negarem, vellem ſub exceptione ſatisdari: ab eo vero, quem dominum dicerem eſſe, pure repromitti. V. *Purus* in fine. ¶ *Purius* alius pro *puriſſimo* dictum eſt, teſte *Feſto*.

PUREFRCIO, is, a. 3. *purgare*, *mittere*. *Nonius cap.* 2. *n.* 355. Febrauare poſtmn pro purgare, purefacere.

PURGABILIS, le, qui facile purgatoe. *Plin. l.* 15. *c.* 23. Rotundior (*caſanea*) quæ balanitis vocatur, purgabilis maxime, & fronte profiliens.

PURGAMEN, inis, n. *immondezze*, *ſporcitie*, purgamentum, ſordes. *Ovid. Faſt. 6. v.* 227. Doece ab Ilinca placidus purgamina Veſta Detulerit flavis in mare Tibris aquis. Adde *verſ.* 702. obi deſignat diem: de quo *Feſtus*: Stercus ea æde Veſtæ XVII. cal. Julias defertur in angiportum medium fere clivi Capitolini, qui locus clauditur porta ſtercoraria. Hic dies notabatur io Faſtis ſic, Q. S. D. F. h. e. Quando ſtercus delatum, fas: ab eo appellatus (ut ait *Varr. l.* 5. *de L. L. c.* 4. & *Feſt.* io *Quando*) quod eo die ea æde Veſtæ ſtercus everritur, & per Capitolinum clivum in locum defertur ceetum. Cum id factum ſit, tunc prætori fas. ¶ *Item* id quod purgandi & expiandi cauſa in ſacris luſtralibus adhibetur, luſtramen, piaculum. *Ovid. Faſt.* 2. *v.* 35. Omne nefas, omnemque mali pœgamina cauſam Credebant noſtri tollere poſſe ſenes. *Id.* 11. *Met. v.* 409. Sumera purgamina cædis. *& lib.* 15. *v.* 317. mentis mittere in aquas. *Id.* 2. *Faſt. v.* 23. capere domibus, torrida farra cum mica.

PURGAMENTUM, ti, n. *immondezze*, *bruttura*, *lordure*, *ſporzature*, *mondiglia*, *ſcoperte*, *πρόψυμα*, *καθαρμα*, id quod ex re aliqua immunda tergetur, immunditiæ, quas rem aliquem purgantes ejicimus, ſordes, purgameo. *Liv. l.* 1. *c.* 56. Cloacam maximam, receptaculum omnium purgamentorum urbis, ſub terram agendam. *Senec. de conſtant. Sap. c.* 2. *extr.* Purgamentis oris aliquem aſpergere. *Tacit. 11. Ann. c.* 32. Purgamenta hortorum. *Plin. l.* 36. *c.* 25. cœnæ in patimento. *Id. l.* 20. *c.* 5. *ad fin.* cæpatum. *Id. l.* 18. *c.* 10. milii, & panici, & ſiſamæ, apiudam vocant. *Id. l.* 37. *c.* 2. *ad fin.* Succinum eſſe concreti maris purgamentum. *& lib.* 11. *c.* 37. *fcil.* 74. *Horat.* Fel nihil aliud eſt, quam purgamentum peſſimumque ſanguinis. ¶ *Interdum* eſt id, quo io ſacris luſtralibus utebantur ad quippiam noxium expiandum: quo io flumen, aut trivium ab averſis projecto, credebant, omne ſcelus & nefas procul amoveri, transferrique *in* eos, qui caſu calcaſſent, aut attigiſſent. *Petron. in Satyr. cap.* 134. Quæ ſtriges comederunt oereos tuos? aut quod purgamentum nocte calcaſti in trivia, aut cadavee? ¶ Trenſlate dicitur de homiae vili, abjecto, nibili. *Id. in fragm. Trauar. cap.* 74. Maledicere Trimalchionem cœpit, & potgamentum dedecuſque prædicare. *Cust. l.* 6. *c.* 11. Purgementa fervorum. *Io fr.cio.* & *lib.* 10. *c.* 1. Omnia putius toleraturi, quam purgamenta quondam urbis ſuæ, tunc etiam exſilii, admitterent.

PURGATE, pure. *Nonius cap.* 1. *n.* 296. Enucleate dicitur purgate, exquiſite, & ſine aſperitate aut duritia.

PURGATIO, onis, f. *purgazione*, *ſpurgamento*, *purga*, *κάθαρσις*, actus purgandi. *Trajan. ad Plin. l.* 10. *ep.* 41. *in fin.* Purgetiones cloacarum. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 21. *in fin.* Qui primus alvi purgationem invenit. *Id. Fam.* 16. *ep.* 10. Inedia, & purgationibus, & vi ipſius morbi conſumptus es. ¶ *Purgationes* ſæpe ſunt menſtrua mulierum, *è fori*. *Plin. l.* 32. *c.* 10. *a med.* Caocri in jure cæſti menſtruas purgationes expediuot. *Id. l.* 10. *c.* 14. Purgatioues feminarum inhibere. *Id. l.* 30. *c.* 14. *a med.* adjuvare. *& lib.* 35. *c.* 15. *extr. med.* elicere. ¶ In ſingulari num. *Id. l.* 20. *c.* 9. Hippocrates ubertatem puerperis hoc cibo fieri judicans, & purgationem feminis. *Id. l.* 24. *c.* 13. Baccæ profunt purgationi feminarum. Adde *Senec. l.* 3. *quæſt. nat. cap.* 16. ¶ Translate eſt excuſatio, *ſcuſa*, *giuſtificazione*. *Cic.* 1. *de Invent. c.* 11. *& lib.* 2. *c.* 31. Purgetio eſt, cum factum conceditur, culpa *removetur*. hæc partes habet tres, imprudentiam, caſum, neceſſitatem. *Terent. Heaut.* 4. *t.* 22. Neſcin quid peccati portat hæc purgatio. ¶ Item expiatio. *Plin. l.* 15. *c. ult.* a *med.* Laurus ſuffimentum cædis hoſtium, & purgatio.

PURGATIVUS, a, um, *purgante*, *καθαρτικὸς*, purgandi vim habens, ut Purgativa medicamina, *Cael. Aurel. Acutor. l.* 2. *c.* 19. & *Tardor. l.* 1. *c.* 1. & *l.* 2. *c.* 2.

PURGATOR, oris, m. qui purgat, ut Purgatoe cloacarum, *Jul. Firmic. l.* 8. *c.* 20. Hercules purgator ferarum, *Apul. in Apolog.* Adde *Auguſtin. l.* 30. *de Civ. Dei*, *cap.* 11.

PURGATORIUS, a, um, *purgativo*, purgandi vim habens, *καθαρτικὸς*, ut Purgatorium medicamentum, *Symmach. l.* 6. *ep.* 65. (*al.* 64.) Purgatoria virtutes, quæ animum hominis a corporis contagiona purgeot, *Macrob. l.* 1. *in ſomn. Scip. c.* 8.

PURGATRIX, icis, f. qua *purgat*. *Tertull. de baptiſmo*, *c.* 5. Purgatrice aqua ſe expiare.

PURGATUS, a, um, *purgato*, *mondo*, *forbito*, *netto*, abſerſus, purus factus. *Liv. l.* 28. *c.* 19. Purgatus locus. *Plin. l.* 22. *c.* 4. *ante med.* Purgata vipera. *b. e.* capite & cauda truncatis, & interaneis exemptis. *Id. l.* 37. *c.* 12. Purgatam puremque glebam. *& ſub fin. l.* 24. Purgetum nallurtium. *& lib.* 34. *c.* 8. *ſub fin.* Purgatis igni vitiis (*aeris*) excoctiſque. *Id. l.* 13. *c.* 10. Purgatum prunum. *b. e.* nucleo extracto. *Pallad. in Februar. tit.* 35. *ante med.* Pira purgata granis. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. *v.* 27. Et miror morbi purgatum te illius. *Id. l.* 1. *ep.* 1. *v.* 7. Eſt mihi purgatum crebro qui perſonet aurem. *Perſ. ſat.* 2. *v.* 57. Somnia pituita qui purgatiſſima mittuot. ¶ Item expiatus. *Plin. l.* 15. *c.* 29. Myrtea verbena Romanos Sabinoſque, deſoſitis armis, purgatos in eo loco, &c. Adde *Lucan. l.* 7. *v.* 777. ¶ Item excuſatus, *ſcuſato*, *giuſtificato*. *Cæſ. l.* 1. *B. Civ. c.* 8. Velle Pompejum ſe Cæſari purgatum, ne ea, quæ reipubl. cauſa egeat, in contumeliam vertat. *Id. l.* 1. *B. Gall. c.* 28. Quorum per ſuca ierane, fiis, uti conquirerent, & reducereot, ſi fibi purgate eſſe vellent, imperavit. *Cic.* 13. *Phil. c.* 6. *ed fin.* Mele mecum agerstur, ſi parum vobis eſſem ſine defenſione purgator. *Id. Attic. l.* 1. *ep* 17. a *med.* Ea pars epiſtolæ tuæ, per quam te ac mores tuos mihi purgatos ac probatos eſſe voluiſti. *Salluſt. in fragm.* apud *Non. c.* 4. *n.* 205. & *Donat. ad Terent. Phorm.* 1. 4. 18. Ita fiducia, quam argumentis, purgatiores dimittuntur. h. e. *più groſſicate per l' ardore*, *che moſtrauano*, *che per le prove che apportauano*.

PURGITO, as, a. 1. frequentat. a *purge*. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 23. Non mihi homines placent, qui quando malefecerunt, purgitant. *b. e.* excuſant ſe. ¶ Proprie *Id. in fragm.* apud *Non. c.* 3. *n.* 1. Quaſi carnificis angiporta purgitani.

PURGO, as, avi, atum, a. 1. *nettare*, *purgare*, *mondare*, *καθαίρω*, *καθάρσιον* facio, admixtas alicui rei ſordes, aut inutilia detrabo, expurgo, mundo. *Cic.* 1. *Tuſcul. 5.* 23. Immiſti cum falcibus multi purgerunt & epeuerunt locuti. *Id. c.* dumos esc dendo & amovendo. *Ovid.* 1. re *Pont. ep.* 8. *v.* 59. Iangis purgare ligoniibus arva. *Petron. in Satyr. c.* 135. Partem legumiois ſuper menſam effudit, juſſitque me diligenter purgare. *Horat. l.* 1. *ep.* 7. *v.* 51. Cultello proprios purgamem leniter unques. *Cato R. R. c.* 65. Oleem, ſi inquinate erit, lavito, a ſolito & ſtercore purgato. *Pallad. in April. tit.* 8. *ſub fin.* Purganda ſunt alvearia ſordibus. *Phædr. l.* 1. *fab.* 22. Moleſtis moribus purgare domum. *Terent. Adelph.* 3. 4. 12. Purgare pifces. *Martial. l.* 9. *epigr.* 18. Purgeoique larvæ cena labra volſellæ. *b. e.* pilos barbæ evellendo. *Plin. l.* 18. *c.* 26. *ante med.* Foſſas purgare, aut novas facere. *& third. eiusd. med.* Levi ſarculo purgare vevius, quam fodere. *Vet. tab. an.* apud *Muratori pag.* 582. *ſub fin.* Magiſtratus, qui vias ſocifque publicis purgandis præerunt. *Ulpian. Digeſt. lib.* 43. *tit.* 10. *leg.* 1. Purgare viam propriæ dicitur, ad libramentum proprium redigere, ſublato ex quod ſupra eam eſſet. ¶ *Purgare aliquid*, ejicere, expellere. *Vell. in Februar. tit.* 6. Aget, purgatis lapidibus, diligenter occandus. *Suetan. in Vespaſ. c.* 8. Purgare rudera. *Claudian. l.* 1. *in Eutrop. v.* 383. Noa alius laoum, purgetis ſordibus, æquæ Præbuerit caluibis. *Paliad. in Mart. tit.* 10 Clavo æneo ſi vermes purpes, *&c.* ile naſcentur. *b. e.* eneces & deſtruas. ¶ Sæpe ad uſum medicinæ pertinet, cum medicamento alvus ſubducitur, aut vis morbi ut amque corpore expellitur. *Celſ. l.* 2. *c.* 11. Si is, qui ſæpe purgatus eſt, tamen habet alvum ſuppreſſam. *Horat. de art. Poet. v.* 301. Qui purgor bilem ſub verni temporis hotam. *Id. l.* 2. *ſat.* 3 *v.* 27. Et miror morbi purgatum te illius eſſe. *Plin. l.* 16. *c.* 8. *circa med.* Purgare vomitione, & alvo ſoluta. (quod *Id.* dicit *third.* purgare utraque parte.) *Id. l.* 25. *c.* 11. purgare per infernа. *Id. l.* 19 *c.* 3. corpora & vitiis omnibus. *Id. l.* 23. *c.* 2. Acetum gargarizatione tarditatem auium purgat. *Id. l.* 27. *c.* 12. Succus purgat cicatrices & aubeculas (*oculorum*) & quidquid obſtat. *Id. l.* 20. *c.* 17. a *med.* pituitas. *Id. l.* 8. *c.* 27. *ſub fin.* faſtidium lauri folio. *Val. Max. l.* 8. *c.* 7. *n.* 5. *extern.* ſe helleboro. *Plin. l.* 23. *c.* 1. ſuppurationes. *Id. l.* 21. *c.* 19. vulnera. *Id. l.* 20. *c.* 2. *ſub fin.* faciem. *& lib.* 23. *c.* 8. eutem. ¶ Translate *Lucret. l.* 6. *v.* 23. Veridicis igitur purgavit pectora dictis. *Cic. Catil.* 1. *c.* 5. Edoc tecum omnes tuos: purga urbem. *Suetan. in Vespaſ. c.* 9. Amplifſimos ordines & exhauſtos cæde varia, & coatemioatos veteri negligentia, purgavit. *Id. in Calig. c.* 49. Decimo quoque die numerum puoieodorum ea cuſtodia ſubſcribens, rationem ſe purgare dicebat. (Al. leg. *rationes*.) *b. e.* expedire, æquare, *liquidare*, *ſaldare*. Similem locum V. in *Perpurgo*. ¶ Translate etiam eſt expiare, luſtrare. *Ovid. Faſt.* 4. *v.* 640. Luce Palis populos purget ut ille cinis. *Id. Met.* 13. *v.* 952. Et purgaete nefas anvies mihi cernioe dicto. *Tibull. l.* 2. *el.* 1. *v.* 17. Dii patrii, purgamus agms, purgamus agreſtes. *Plin. l.* 25. *c.* 9. Verbeeeca Jovis menſa verritur, domus purgantur luſtraturque. *Lucan. l.* 1. *v.* 503. Pontifices feſto purgantes mœnia luſtro. *& lib.* 8. *v.* 518. crimen haemoni purgandum gladio. ¶ *Purgare ſe*, ſe excuſare, factum confitendo, ſed in eo peccatum a ſe non eſſe oſteodendo, *ſcuſarſi*, *giuſtificarſi*, *render buon conto di ſe*. *Plaut. Amph.* 3. 2. 28. Et id huc tevorti, ut me purgarem tibi. *Cic. Fam.* 11. *ep.* 25. Quod te mihi de Sempronio purgas, accipio excuſationem. *Id. Attic.* 13. *ep.* 10. Brutus per litteras pueget Cæſarem de interitu Marcelli. *Q. Cic. de petit. conſul. c.* 9. Si quis tibi ſe purgare volet, quod ſuſpectum eſſe arbitretur, &c. ¶ *Purgare factum*, offendere quippiam, quod fecoris, vecte, & fine ullius injuria eſſe factum, *ſcuſare*, *giuſtificare*, *difendere*. *Liv. l.* 1. *c.* 9. *extr.* Accedebaot blanditiæ virorum factum porgiotium cupiditate atque amore. *Ovid.* 3. *ex Pont. ep.* 2. *v.* 24. Purgari factum me quoque tello ſuum. *Terent. Hec.* 2. 2. 11. Si quid eſt peccatum a nobis, profec: aut ea refellendo, aut purgando, vobis corrigemus. Ubi *Donat.* Refellit, qui negat: purgat, qui fatetur, & ſic defendit. *Sil. l.* 7. *v.* 510. purget miles, quod vicerit hoſtem. ¶ Hinc ponitur pro diluere *Liv. l.* 8. *c.* 23. Negligentius ea, quæ ipſis objicerentur, purgabant. *Tacit. Ann.* 4. *c.* 42. Purga e probra. *Curt. l.* 7. *c.* 5. *ad fin.* fecinus. *Cic. pro Cluent. c.* 1. crimina. *confutare*, *exhuttare*. *Claudian. de B. Get. v.* 592. leta pu[illegible] fidem ma-

la

le ſuſpectam . *b. c.* oſtendere incorruptam fuiſſe. *Tacit. Ann. 3. c. 17.* Adoleſcentem omnine civilis belli purgavit. *b. e.* abſolvit. ¶ Cum genitivo *Liv. l. 37. c.* ult. Oretores purgantes civitatem omnis facti dictique hoſtilis adverſus Romanos.

PURIFICATIO, onis, f. expiatio, luſtratio. *Plin. in fin. l. 25.* Laurus purificationibus adhibetur . *Martial. in fr. epiſt. libri* 8. Religionis purificetione luſtratus .

PURIFICATUS, a, um, *purificato*, purgatus, expiatus, luſtratus . *Plin. l. 30. c. 10.* Fel canis nigri maſculi amuletum eſſe Magi dicunt domus totius, ſuffitæ eo purificetæve, contra omnia mala medicamenta . *& cap. 11.* Gallina ſi ſit luteis pedibus prius aqua purificatis, deinde collutis vino .

PURIFICO, as, avi, atum, a. 1. *purificare*, *purgare*, καθαίζω, purum facio, purgo . *Plin. l. 21. c. 14.* Cera ſit expreſſis favis, ſed ante purificatis aqua . *Id. l. 22. c. 37. fed.* 54. Tenuibus membranis oculos natura compoſuit, calloſis in eximo tunicis, quas ſubinde purificant lacrymationum ſalivis . *Gell. l. 19. c. 12. ad fin.* Protecta etque virgulta ſimul omnia, cum ſentibus & rubis, purificandi agri cauſa convellit . *Juſtin. l. 20. c. ult.* Regiam cognatorum cæde, & ſtrage principum replet : atque ita, velut purificato regno, ballum Caduſiis infert. ¶ Item luſtro, expio . *Plin. l. 20. c. 41.* Villaribus gallinis & religio ineſt . Inhorreſcunt edita ovo, excutiontque ſeſa, & circumeãt purificant, ac feſtuca aliqua ſeſe & ova luſtrant. *Sext. in Aug. c. 94.* Illam aaperrectam quaſi a conubito mariti purificaſſe ſe. *Lampsid. in Alex. Severe. c. 7.* Quod ille infamavit, tu purifica . *Paulin. Nolan. carm. 6. v. 72.* Ipſa in ſe nihilum, quo purificetur, habebit .

PURIFICUS, a, um, purum faciens . *Claudian. de VI. conſul. Honor. v. 328.* Purificumque Jovem, Teiviamque precatus . *Alii leg.* terrificum. *Laſtant. l. 4. c. 15.* Putifici roris perfuſio. Eſt qui legit *purifrori*; ſed minus recta, & contra quamplurium MSS. fidem .

PURIME TETINERO, poſitum aſt pro puriſſime tenuero . *Feſtus* .

PURI MENSTRIO. V. in *Puras*.

PURITAS, atis, f. *nettezza*, *mondezza*, καθαιότης, καθαρότης, ἀκρίβεια, munditia, integritas, puritas. *Pallad.* ro *Octobr. tit.* 14. a *med.* Vinum fæculentum ſtatim limpidum raddi, ſi, *&c.* mox fumera puritatem, colariqua debera, & in uſum referri . *Macrob. l. 2. in ſomn. Scip. c.* 21. *ſub fin.* Simplex & abſolutiſſime puritas . *Capitolin. in Vero, c. 3.* Amavit ſimplicitatem ingenii puritatemque vivendi . *Hieronym. epiſt.* 101. Puritas ſermonis . ¶ Puſulentia. *Col. Aurel. Tard. l. 5. c. 4. ante med.* Attellante ſanguinis puritate .

PURITER, *nettamente*, *puramente*, καθαρῶς, munde, pure. *Cato R. R. c. 22.* Aquam transfundito in alterum dalium puriter & leviter . *Catull. carm. 39. in Egnat. v. 14.* Puriter lavit dentes. *& carm. 75. de Lesb. v. 29.* ſi vitam puriter egi . Adde *Pompon.* & *Nov.* apud *Non. cap. 22. n. 58.* & *Enn.* apud *Priſcian. l. 15. pag. 1010. Putſch.*

PURITIES, ai, *vel* Puritia, æ, f. puritas, munditia. V. *Puritie*.

PURO, as, a. 1. *purificare*, καθαίζω, purum facio, purgo . *Plaut. Aulul.* a. 3. 3. Vaſcula intus pura propere . Alii leg. *pure propera*, vel *pure propero* . Addunt quidam legi & apud *Varron.* & *Cæſar. in Adreſto*, quæ nos loca non vidimus .

PURPURA, æ, f. πορφύρα, concha marina (ut conchylium, & murex, ſeu buccinum) alio nomine *polagia*, ejuſque ſuccus *pelagium*, quam *Plin. l. 9. c. 36.* ſcribit vivere annis plurimum ſaptenis: colorrima creſcere, & anno megnitudinem implere : latera, ſicut muricis, circa Canis ortum tricenis diebus : congregari plurimes ejus generis vetna tempore, mutuoqua attritu lentorem cujuſdam ægræ ſalivare : roſtrum habera cuniculatim procurrens, & cuniculi latera introrſus tubuleto, qua profratur lingua : hanc eſſe longitudina digitali, tantæqua doritiæ, ut reliquas conchas perfiret paſcendi cauſa : in medius faucibus candidem venam habera, qua peetioſus ille liquor cootiuatur, tiogendis expetitus veſtibus, nigrantis roſæ colore ſubluceus : contendere piſcetores, ut vivas cepiant, quia cum vita ſuccum ſua evomuni : & e majoribus quidem purpuris detracta concha auferre ; minores eum teſta vivas frangere, ita demum florem eum reſpuantes . *Id. cap. 37.* varia purpurarum genera enumerat, pabulo & ſolo diſereta, luteaſe, algenſe, tænienſe, calculenſe, diulmvaſa: quæ V. ſuie loc. Mox *cap. 38.* ſuſe rationem tradit, qua purpurarum ſuccus & color veſtibus indebatur . Captis enim eximebatur vena, quam diximus, & addito ſale macerabatur triduo: deinde in cortina plumbea decoquabatur. Lana immiſſa quinia hotis potabat, rurſuſque immergebatur, ut totam ſaniem ebiberet, indueretqua colorem illum, qui tanto in pretio quondam fuit. Quia vero ſola purpura nimiæ nigritiæ erat, admiſcebatur ei ſanies buccini ſeu muricis, ex qua fiebat illa auſtaritas & nitor cocco ſimilis, qui tantopere quærebatur. Ratin mivturæ erat, ut in quinquaginta libres vellerum buccini quidem docenæ, purpuræ vero centum & decem impenderentur. Speciatim vero Tyrius color primum purpura fatiabatur, max buccino permatebatur : eratque ejus ſumma laus ſimilem eſſe concreto ſanguini, aſpectu nigricantem, ro ſuſpecta refulgrntem . Unde & Homero purpureus dicitur ſanguis (*alua πορφύρεος*) Hæ *Plin.* Conchyliata veſtis alia ratione fiebat, nempe ſola purpura admixto lotio, & aqua, ut in *Murex* jam diximus. Alia multa huc pertinentia V. apud *Plin. loc. cit. & cap. 41.* & *Vitruv. l. 7. c. 13.* ubi docet, purpuram non habere in nimoibus locis, quibus naſcitur, unius geoetis colorem: alibi anim atrum eſſa, alibi lividum, alibi violaceum, alibi rubrum, ut in *Oſtrum* dictum eſt . Præterea viiam in eadem regione colorum varietas eaſiſtit . *Senec. l. 2. quæſt. nat. c. 3. ad fin.* Sic & purpura eodem conchylin non in unum modum exit . Interreſt, quamdiu macerata ſit; craſſius medicamentum, an aquatius traxerit ; ſæpius merſa ſit & excocta, an ſemel tiacta . *Purpura* hic eſt lana, ſeu veſtis infecta purpura . *Virg. 4. Georg. v. 274. de quadam flore* . Aureus ipſe, ſed in foliis, quæ plurima circum Funduntur, violæ ſublucet purpura nigræ . A *Caſſiod. l. 1. epiſt.* 2. color ordinarius purpuræ dicitur obſcuritas rubens, nigredo ſanguinea . Narrat atiam originem ejus, cane in Tyrio litore conchylia morſu frangente, unda rictus ejus mirabili colore infectus hominum artificio tingendæ lanæ occaſionem dedit . ¶ Scriptores paſſim & conchylium, & buccinum, & purpuram, eorumque varios gradus: item ipſas veſtes aliquo eorum imbutes, *purpuram* appellare ſolent: quod & in *Conchyliums*, & in *Murex* admotavimus . *Ulpian. Dig. lib. 32. leg. 68. ſub fin.* Purpuræ appellatione omnis generis purpuram contineri puto : ſed coccum non continebitur, buccinum & ianthinum continebitur . *Plin. l. 9. c. 30.* Nepos Cornelius, qui divi Auguſti principatu obiit, me, inquit, juvene vinicaca purpura vigebat, cujus libra denariis centum venibat : nec multo poſt rubre Tarentina . *Horat. epod. 2. v. 20.* Certantem & ovum purpuræ . *Valer. Flacc. l. 2. v. 427.* Illic Tænario paritet tramit ignea foco Purpura . *Cic. pro Clutent. c. 40.* Uſque ad telus demiſſa purpura . *b. e.* toga prætexta (ut eſt apud *Quintil. l. 5. c. 13. a med.*) de qua & *Horat. epod. 5. v. 7.* Per hoc inane purpuræ decus precor . *& Cic. ruſtus pro Sext. c.* 8. Veſtitus aſpera noſtra hac purpura plebeja, ac pæne fuſca . *b. e.* vinlacea, qua prima uſi Romani in prætextis : poſtea rubram Tarentioam adhibuere, pretioſiorem, cujus libra denariis centum venibat : deniqve Tyria, pretioſiſſime, ſucceſſit, & quidem ſæpe dibapha, cujus libra denariis mille non poterat emi, ut *Plin. lib. 9. c. 39.* tradit. *Virg. 2. Georg. v. 495.* Illum non populi faſces, non purpura regum Flexit . *Quintil. l. 8. c. 5. a med.* Afferunt lumen clavus & purpuræ locu inſertæ. *b. e.* ſegmenta e panno purpureo . *clavus & purpura*, ὃ διὰ δυοῖν. h. e. clavus purpureus, qualis tunicis clavatis aſſuebatur. V. *Clavus*. *Sueton. in Cæſ. cap.* 84. Lectus rimmeus, auro ac purpura ſtratus. ¶ Metonymice magiſtratum ſignificat, quia, præter pueros, olim ſoli magiſtratus, & Imperatores ea utebantur : quamquam procedente tempore ad matronas trenſiit, & ad viros atiam ditiores nobiliorafqva. Qua de re *Liv.* aliquid *l. 34. c. 7.* docera poteſt: item *Valer. Max. l. 2. c. 2. n. 5.* Narret *Sueton. de Neron. c. 32.* interdixiſſe eum nliquando uſum purpuræ, non quidem omnis, ſed amethyſtinæ & Tyriæ : quod idem anta fecerat de conchyliata Jul. Cæſar, teſte *eod. c. 43.* exceptis certis perſonis, & ætatibus, perqua certos dies. *Ovid. 1. Faſt. v. 81.* Jamque novi præeunt faſces, nova purpura fulget. *Martial. l. & epigr. 8.* Purpura te (*Jane*) felix', te colat amois honos . *Trebell. Poll. in XXX. Tyrann. c. 18.* & *Eutrop. l. 9. c. 8* Purpuram fumeta . *b. e.* tyrenniden occupare. *Lucan. l. 7. v. 218.* omnis Latio quæ ſervit purpura ſervo. *b. v.* omnes reges . ¶ *Adorare*, aut *contingere purpuram*, ad Imperatoram accedere, eumque adorare, *profcutaſſi*, *baciar la purpora del Prencipe* . Legitur apud *Ammian. l. 21. c. 9.* (*al. 26.*) *ſub fin. & in Cod. lib. 2. tit. 8. leg. 6. & lib. 12. tit. 3. leg. 4. & in Cod. Theodoſ. lib. 6. tit. 24. leg. 3.* ¶ Fuit etiam ex aliis rebus purpuræ color, ut ex creta, rubiæ radice & hyſgino infecta, ut ad apud *Vitruv. c. ult. l. 7.* item ex cocco, ut eſt apud *Plin. l. 9. c. 41.* ex vacciniis Gallicis, apud *eund. l. 16. c. 18. ad fin.* ¶ De marmore porphyrita, ſeu porphyretica (quam purpuram lapidem *Lucan. l. 10. v. 116.* appellat.) Sear. *l. 1. ſilv. 5. v. 36.* Sola tetet Nomadum Savis arcita metallis Purpura . ¶ Apud *Ovid. Metam. 8. v. 80. purpure* ad capillus purpureus in capite Niſi Scyllæ patris. In illo *Statius l. 3. ſilv. 3. v. 130.* Aut uti verna novis aſpirat purpura pratis : *purpura* videtur eſſe ipſa herbarum virror, & pulcritudo, qua prata vera ornantur, ſicut purpura homines. V. integr. loc. Simile eſt illud *Sidon. l. 2. ep. 2. ante med.* Nec pilæ ſunt mediæ, ſed columnæ, quas archiitecti peritiores ædificiorum purpuras nuncupavera . *b. e.* ornamenta, ut clavi purpurei in tunice, ornatus ſunt . *& epiſt. 20.* Omnes nobilium ſermonum purpuræ per iuuriam vulgi decoloranuntur . Eod. ſenſu dici videtur a *Cicer. in Orat. c. 58.* Quos autem numetos, cum quibus tanquam purpuram, miſceri oporteat, nunc dicendum eſt . ¶ Denique hoc adnotandum, adno rem caram fuiſſe purpuram, ut ad ſignificandas res pretioſas uoa cum auro in ſermone jungi ſoleat . *Plaut. Moſtell. 1. 3. 118.* Amator meretricis mores ſibi emit auro & purpura . *Lucret. l. 5. v. 1422.* nunc aurum & purpura curis Exercent hominum vitam, balloque fatigant . *Horat. l. 2. od. 16. v. 7.* Otium non gemmis, neque purpura venale, nec auro .

PURPURANS. V. *Purpora*.

PURPURARIUS, a, um, πορφυρικός, ad purpuram pertinens . *Plin. l. 35. c. 6. ad fin.* Purpuraria officinæ . *Paul. Dig. lib. 32. leg.* 89. Taberna purpuraria . *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 649. n. 12.* Negotiator artis purpurariæ . ¶ *Purpurarius* abſolute, qui purpura tingit, vel negotiatur, βαφεύς . *Inſcript.* apud *Gruter. ibid. n. 9.* A. Sempronio Gallæci L. purpurario . ¶ Purpurariæ inſulæ, in quibus purpuram Juba rex Mauritaniæ tingere inſtituit, nominantur a *Plin. l. 6. c. 31.* & ſunt, quas hodie *Madera*, & *Porto Santo* appellamus ſub rege Portugalliæ.

PURPURASCO, is, n. 3. πορφυρίζομαι, purpureus fio . *Cic. in fragm.* apud *Non. c. 2. n. 727.* Quid mara? nonne cæruleum? at ejus unde, eum eſt pulſa remis, purpurafcit .

PURPURATORIUS, a, um, ad purpuratos viros pertinens . *Sidon. l. 1. ep. 7. ad fin.* Qui non affectaſſet habitum purpuretorium . Alii leg. *purpuratorum* .

PURPURATUS, a, um, veſtita *di porpora*, *porporata*, *ò di πορφύρα*, purpura indutus, ornatus . *Plaut. Moſtell. 1. 3. 132.* Purpurata mollier. ¶ *Purpurati*, qui circa reges ſunt, & apud eos dignitate & gratia antecellunt. *Cic. Tuſcul. 1. c. 43.* Illis, quæſo, inquit, illa

ifti horribili minitare purpuratis tuis. *Liv. l.* 30. *c.* 42. Sopatrum ac purpuratis & propinquis regis *affe*. *Flor. l.* 2. *c.* 20. *de Muzio Scævola*. Sed ubi fruſtratis circa purpuratum ajus ictu tyrotur, &c.

QUÆRO, is, ſivi, & ſii, ſitum, a. 3. *cercare, andar in cerca*, ζητέω, dare operam, ut res amiſſa, vel qua uteunque caremus, recuperetur, inveniatur: ſcrotari, indagare, perquirere. Hæc enim prima eſt & propria hujus verbi notio, ut ex *Varr. l.* 5. *de L. L. cap.* 8. apparet. Differt a *requiro*, quod hic quærere ſignificat, ut *Non. c.* 5. *n.* 46. docet. *Aſcon. ibid.* Proin tu, cum quæram, ne requiram te, vide. *Terent. Heaut.* 3. 1. 37. Ea coacta ingratiis puſtilla cœpit victum vulpo quærere. *Phædr. l.* 3. *fab.* 12. In Beiquilinio pullus gallinaceus Dum quærit eſcam, margaritam repperit. *Cic. Verr.* 4. *cap.* 74. Scrutatus ſum quæ potui, & quæſivi omnia. *Terent. Heaut.* 4. 8. 3. Te ipſum quærebam, Chrema. *Cic. pro Cluent.* c. 9. Quærere ſibi remedium ad rem aliquam. *Id. pro Sext. c.* 24. Vexabatur uxor mea, liberi ad necem quærebantur. *Id. Verr.* 3. 1. 1. Impudentiæ ſuæ pudentem exitum quærere. *Terent. Adelph.* 3. 2. 2. Alicui malo ſalutem quærere. *Id. Heaut.* 2. 3. 74. In mea vita tu tibi laudem is quæſitum, ſcelus. *Sidon. carm.* 2. v. 113. namque horum quæſiit unus Cinyphia ſub Syrte patrem. *Plaut. Capt.* 4. 2. 109. Liberorum quærundorum cauſa ei unus data eſt. *Cic. Attic. l.* 7. *ep.* 17. Quærere fugam. *Id. pro Rab. Poſt. c. ult.* invidiam in aliquem. *Liv. l.* 1. *cap.* 14. Id quod quærebat, tumultuoſo & minaci genere pugnæ hoſtem excivit. *quel che appunto ce cercavo.* ¶ Elegantur dicuntur *quærere*, qui non vident, non invenirunt, fruſtra circumſpectant, & optant. *Propert. l.* 1. *el.* 17. v. 17. ignotis circumdata litora ſilvis Cernere, & optatos quærere Tyndaridas. *Tibull. l.* 2. *el.* 3. v. 25. Quiſquis inornatumque caput, crineſque ſolutos Adſpiceret, Phœbi quæreret ille comam. *Lucan. l.* 9. v. 964. Circuit cauſtæ nomen memorabile Troiæ, Magnaque Phœbei quærit veſtigia muri. *Stat. l.* 4. *Theb.* v. 703. deceptum margine cipæ Stat pecus, atque amnes quærunt armenta natatus. *Cic. Verr.* 5. 1. 18. *ad fin.* Ætnenſis ager ſic erat deformis atque horridus, ut in uberrima Siciliæ paeta Siciliam quæreremus. Sic *pro Mil. c.* 1. Oculi, quocumque inciderint, veterem conſuetudinem fori, & priſtinum morem judiciorum requirunt. Hæc & alia congeſſit *Bienkuſ. ad loc. Tibull. cit.* ¶ Rem *quærere*, & *quærere* abſolute, conari rem familiarem augere, ſtudere lucris, *cercare di far roba. Cic. Parad. 6. c.* 2. Qui honeſte rem quærunt mercaturia faciendis. *Terent. Adelph.* 5. 3. 27. Conſerva, quære, parce, fac plurimum illis relinquas. *& 5. 4.* 25. Contrivi in quærendo vitam atque ætatem meam. Adde *Heaut.* 1. 1. 87. ¶ Significat etiam invenire, comparare, acquirere, *procacciarſi, trovare*. Invenit enim, qui ſedulo quærit. *Terent. Eun.* 2. 2. 29. Ubi vidat, me eſſe in tanto honore, & tam facile victum quærere, &c. Cic. *pro Quint c.* 3. *a med.* Nec mirum, ſi is, qui vocem venalem haberet, ea quæ voce quæſierat, magno ſibi quæſtui fora putabat. *Salluſt. in ep. Pomp. ad Sin.* Ductu meo hoſtes ſuſi, vobis ſalus quæſita eſt. *Id. in Jug. cap.* 89. Hæ ſunt meæ imagines, hæc nobilitas: quæ ego plurimis mea laboribus & periculis quæſivi. *Horat. l.* 1. *ep.* 15. v. 32. Quidquid quæſieret, ventri donabat avaro. *Ovid. de ar. am. v.* 13 Nec minor eſt virtus, quam quærere, parta tueri. Adde quæ congeſſit *Bienkuſ. ad Propert. l.* 3. *el.* 16. *verſ.* 5. ¶ In malam partem *Liv. l.* 25. *c.* 6. Tantum abſunt ab eo, ut ulla ignominia iis exercitibus quæreretur, ut, &c. Sunt qui lag. *enarrarent*, ſed fruſtra. Sunt etiam qui *ri quærerent* interpretantur, excogitaretur. Nam & hoc ſenſu interdum ponitur, & ad mentem pertinet. *Terent. Heaut.* 3. 1. 83. Somnum hac nocte oculis non vidi meis, dum id quæro, tibi qui filium reſtituerem. *Propert. l.* 1. *el.* 7. *v.* 6. Atque aliquid duram quærimus in dominam. *Salluſt. in Catil. c.* 33 *extr.* Ut quæramus, quonam modo maxime ulti ſanguinem noſtrum pereamus. ¶ Cum infinito eſt dare operam, conari, curare, ſtudere, cupere. *Phædr. l.* 3. *prol. v.* 24. qui magnas opes Exaggerare quærit omni vigilin. *cerco di*, &c. *Id. l.* 4. *fab.* 8. Homo, ſimul ac venit in magnum periculum, Effugium ſepenice alterius quærit malo. *Ovid. 5. Triſt. el.* 4. *v.* 7. Triſtitiæ cauſam ſi quis cognoſcere quærit. *Id. Heroid. ep.* 12. *v.* 175. Bultæ dum ta jactare maritæ Quæris & injuſtis auribus apta loqui. *Id. 1. Amor. el.* 8 *v.* 52. Æra mirent uſu: veſtis bona quærit haberi. ¶ Eſt etiam quæſtionem habere, inquirere, *informarſi, enquerire, inquiſire, far proceſſo. Terent. Adelph.* 3. 5. 36. Hunc abduce, vinci, eum quære. *Cic. Verr.* 2. 1. 9. *in fin.* Alterum eſſe quæſturum de pecuniis repetundis. *Id. pro Roſc. Amer. c.* 41. Quærere de morte alicujus. *Id. pro Mil. c.* 22. & *pro Dejot. c.* 2. *ſub fin.* De ſervo in dominum ne tormentia quidem quæſiti poteſt. *Sueton. in Tiber. cap.* 58. Quærere aliquid per tormenta. *Liv. l.* 33. *c.* 36. Ad conjurationem ſervorum quærendam opprimendamque prætor miſſus. ¶ Item quæſtionem ſeu diſputationem inſtituere, *piantar o muovere una queſtione, uno diſputo. Cic. l.* 9. *Fam. ep.* ult. Ille haro te putabat quæſiturum, unum calum eſſet, an innumerabila. *Scævola Dig. lib.* 33. *tit.* 7. *leg.* 28. Idem quæſiit, an fructus fundi fideicommiſſo cedant. *Plin. l.* 31. *c.* 3. Quæritur inter medicos, cujus generis aquæ ſint utiliſſimæ. *Horat. in ar. Poet. v.* 409. Natura fieret laudabile carmen, an arte, Quæſitum eſt. ¶ Sæpe eſt ſciſcitari, percontari, interrogare, *dimandar per ſapere, interrogare. Cic. Q. Fr. l.* 2. *epiſt.* 2. Ta puto ſæpe habere, qui num quid Romam velis, quærant. *Hirt. ad Cicer. poſt ep.* 6. *l.* 15. *ad Attic.* Rure jam rediverim, quæris. *Al. leg.* ao rediverim. *Ovid. Heroid. ep.* 19. *verſ.* 30. quarto ſi quis Abydon ent. *Id.* 5. *Faſtor. v.* 1. Quæritis, unda putem, &c. *Id. de remed. Amor. v.* 161. Quæritis, Ægiſthus quare ſit factus adulter? *Cic. in Orat. c.* 48. Quære, cur? ita ſe dicent juvati. *Tacit. Ann.* 2. *c.* 9. Quæſito, an Cæſar veniſſet, &c. *Plin. l.* 7. *c.* 53. Cum a puero quæſiſſet horas. *Cic, Fam.* 3. *ep.* 6. Quæſivi ee Phania, quam in partem pervincia putaret te velle ut venirem. *Cæſ. l.* 1. *B. Gall. cap.* 18. Liſcum retinet: quærit ex ſolo ea, quæ in conventu dixerat. *& cap.* 32. Cum ab iis ſæpius quæreret, neque ullam omnino vocem ecprimere poſſet. *Cic.* 5. *Verr. c.* 83. Quæro nunc a te, Hortenſi, cum utris iſtius factum colloturua es? *Nep. in Epamin. c.* 4. *o med.* A quo cum quæriſſet, quo ſe duci vellet, &c. *Id. in Dione, c.* 2. Quæſivit a medicis, quemadmodum ſa haberet. *Liv. l.* 4. *cap.* 40. *o med.* Sexte Tempani, quæro de te, arbitreris ne, &c. *Cic. in Piſon. c.* 9. Quærebat paulo ante de me, quid ſun mihi opus faiſſet auxilin. *mi dimandava. & in Vatin. c.* 4. De te ipſo quæro, Vatini, utrum tondem putes, &c. *Ovid. 4. ex Pont. ep.* 3. *v.* 18. Cura tibi de quo quærere nulla ſuit. *de dimandar de ine.* ¶ *Se quæris*, ſi fare cupis, *ſe vuoi ſapere. Cic. Fam. 7. ep.* 1. Omnino, ſi quæris, ludi apparatiſſimi. *Id. Offic. l.* 3. *c.* 20. Et ea res, ſi quæris, ei magno honori fuit. *Id. ad Brut. ep.* 7. *ex recentioribus. a med.* Hoc cogere volebat, falſas litteras affe: &, ſi quæris, probabat. *Id. Fam.* 12. *ep.* 8. Si verum quæris. *e ſe vuoi ehe ti dico il vero. & de Senect. c.* 18. *a med.* At ſunt moroſi, & anili, & difficiles ſenes: ſi quærimus, etiam avari. ¶ *Noli quærere*, & *quid quæris*? formulæ, quibus utimur, cum rem ejuſmodi dicturi ſumus, quæ exſpectatione major futura eſt: quaſi dicamus, ne plura quæras: ſit hoc ſatis, quod jam dicam. Cic. *Fam. l. & ep.* 4. *o med.* Noli quærere. ita mihi pulcher hic dies viſus eſt, &c. *& lib.* 3. *ep.* 1. *o med.* Quid quæris? bruo factus eſt mihi familiaris. *vuoi di più?* Adde *Fam.* 7. *ep.* 3. *l.* 2. *ad Attic. ep.* 1. *hic*, & *in fin. l.* 4. & *l.* 12. *ep.* 51. & *lib.* 3. *ad Q. Fr. ep.* 2. *hic*, & *Horat. l.* 1. *ep.* 10. *v.* 8.

QUÆSITIO, onis, f. *cercamento, cerco*, ζήτησις, actus quærendi, quæſtio. *Apul. l.* 5. *Metam.* Pſyche quæſitioni Cupidinis intenta, populos circuibat. Addunt quidam & *Plaut. Capt.* 2. 2. 3. *Ciſtell.* 2. 3. 48 & *Perſ.* 1. 1. 52. ſed plerique al. *quæſtio* reponunt. ¶ De quæſtione per tormenta, *Tacit. Ann.* 4. *c.* 45. Cum poſtero ad quæſtionem revocaretur, proripuit ſa cuſtodibus. In vet. lap. Aquilejan. apud *Reinel. in antiqu. Apud. n.* 419. *pag.* 300. C. Appuleius M. F. Tappo . . . . judex quæſitionis rerum capital. *giudice al tribunale.*

QUÆSITOR, oris, m. *cercatore*, ζητητής, qui quærit. *Gell. l.* 12. *c.* 5. Quos Pyrrhonios philoſophos vocamus, *is* Græco cognomento *ζητητὰς* appellantur. Id terme ſignificat quaſi quæſitores, & conſideratores. nihil enim decernunt, nihil conſtituunt, ſed in quærendo ſemper conſiderandoque ſunt. *Pacat. in Paneg. Theodoſ. c.* 28. Aurum, quod de montium venie quæſitor Beſſus, aut ſcrutator Callaicus eruiſſet. ¶ Præcipue eſt judex, qui judicio publico, ſeu capitali quæſtioni cum aliis judicibus præeſt, qui cum quæſtionem habeat, id eſt inquirendum curet de crimine, de eoque judicium exercendum, ſedet pro tribunali, judicibus ſedentibus in ſubſellis, *giudice, o capo del criminoſi, o del moliſigio.* Dicitur etiam *judex quæſtionis*. Ad cum pertinet dimittere judices, aut retinere, urnaſque cuſtodire ſententiis judicum recipiendis, quæſtionem regere, tormenta moderari, &c. *Cic. in priorem, act. in Verr.* ſeu *Verr.* 2. *c.* 12. Duo igitur conſules, & quæſitor eunt ea illius voluntate. Ubi *Aſconius*: Prætor, de pecuniis repetundis quæſtionem exercens. nam proprie Quæſitores dicuntur criminaliuio quæſtionum: ut Virginius (6. *Æn. v.* 432.) Quæſitor Minoa urnam movet: ille ſilentium Concilliumque vocat, vitaſque & crimina diſcit. Ex hoc loco diſcimus, *quæſitorem* dici etiam Prætorem, cum cuicumque judicio exercendo præeſt: propie autem eum, qui præeſt quæſtionibus ci-

vili-

minalibus, ſive Prætor ſit, ſive non. ſæpe enim ex eo ordine, quem penes erant judicia, eligebatur qui quæſtionem exerceret loco prætoris, vel quia hunc non vacabat, vel quia lex aliqua ſic jubebat: idque præcipue factum eſt, antequam perpetuæ quæſtiones conſtituerentur: h. e. antequam certæ quæſtiones, v. gr. de peculatu, de majeſtate, de ambitu, prætori quotannis mandarentur. *Cic. in Verr. 1.* 14. Numquis reus in tribuoli ſui Quæſitoris aſcenderit, eumque vi deturbarit, ſubſellia diſſiperit, unus delegerit. *Id. pro Font. 1. 6.* Si, quia Galli dicunt, idcirco Fonteius nocens exiſtimandus eſt, quid mihi opus eſt ſapiente judice? quid æquo quæſitore? *Id. pro Sull. 1.* 28. Tamen tormenta illa gubernat dolor, regit quæſitor, flectit libido, &c. *Salluſt. in Jug.* c. 44. Cum ex Mamilinis rogatione tres Quæſitores rogarentur. *Cic. pro Planc. c.* 17. Quæſitorem edere.

QUÆSITURA, æ, f. idem quod Quæſtura. *Tacit. Ann.* 3. c. 29. Ut quinquennio maturius, quam per leges, Quæſituram peteret.

QUÆSITUS, a, um, *tercate, exercato, ζητήσας*, perquiſitus, indagatus. *Virg. 7. Æn. v.* 758. Marſis quæſitæ montibus herbæ. *& Æn. 10. v.* 650. tellus quæſita per undas. *Tacit. l. 1. Ann. c.* 5. Exſtincto Maximo, dubium an quæſita morte, &c. *h. e.* voluntaria, ſibi illata. *Id. Ann. 6. c.* 50. Quæſita interdum comitate quamvis manifeſtam defectionem tegebat. *affectata, excercata.* Sic *lib.* 5. c. 3. Verba inerant (*in epiſtola*) quæſita alperitate. *& lib. 3. cap.* 57. Præcepturant animis orationem patres: quo quæſitior adulatio fuit. *Id. ibid. cap.* 26. Athenienſibus leges quæſitiores Soloo perſcripſit. *più ſtudiate:* cum Minos, & Lycurgus ſimpliciores, & pauciores tuliſſeot. *& lib. 2. c.* 53. Excejere Græci quæſitiſſimis honoribus. *Id. Ann. 15. c.* 44. Nem ſubdidit reus, & quæſitiſſimis pœnis afferit. *Iquiſitiſſime tormenti.* & *Salluſt. in fragm.* apud *Macrob. l. 2. Saturn. c. 9.* Epulæ quæſitiſſimæ. *Al. leg.* exquiſitiſſimæ. ¶ Quærendo partus, comparatus, acquiſitus, *acconſtato. Cic. Parad. 6. 1.* 2. Iis, qui honeſte rem quærunt mercaturia faciendie, intelligimus opus eſſe quæſito. *& ibid.* Cui quæſito opus eſt, quis hunc vere dixerit divitem? *Virg. 4. Georg. v. 156. de epib.* hiemis memores æſtate laborem Experiantur, & in medium quæſita reponnat. *Horat. l. 1. ſat. 6. v.* 81. attentus quæſitis. *Ovid. 7. Met. verſ. 656.* parcumque genus, patienſque laborum, Quæſitique tenax. ¶ *Quæſitum* abſolute, *dimandata, queſtio, ζήτημα. Ovid. 4. Met. v. 793.* quoniam ſcitaris digna relatu, Accipe quæſitæ cauſam. Addu *Faſt. 1. v.* 278.

QUÆSITUS, us, m. *certamento*, quæſitio. In ſexto caſu ſingul. *Plin. lib. 5. cap. 9. de Nilo.* Fama tantum, inermi quæſitu, cognitus.

QUÆSO, is, ivi, & ii, 3. *cercere, ζητῶ*, idem quod quæro: quemadmodum dicebant *arboſum, caſuum, Valeſii, aſa*, &c. pro *arborem, carmen, Valerii, ara*, &c. *Feſtus:* Quæſo ut ſignificet idem, quod rogo; ita quæſere ponitur ub antiquis pro quærere, ut ab apud Ennium libro ſecundo: Oſtia munita aſt: idem loca navibu' pulcris Muoda facit, nautiſque mari quæſentibu' vitam. Er in Creſphonte: Ducie ma uxorem liberum quæſendum gratia. *Plaut.* apud *Non. c. 1. n.* 213. & *cap. 4. v.* 39. Quæſe adveniente morbo ounc medicum tibi. ¶ Item oro, peto, *pregert, chiedert, λίσσω*: quia qui orat, quærit. *Lucret. l. 5. v.* 1229. ac prece quæſit Ventorum pavidus paces. *Plaut. Bacch.* 2. 2. 1. Mirum eſt, me, ut rediem, te opere tanto quæſera. Etiam *Cicer.* dixiſſe *quæſere*, auctore eſt *Phocas in Arte, pag.* 1718. *Putſch.* Fortaſſe ſignificat illud *in Arat. v.* 181 ſi quæſere perges. Sed al. leg. *quærere. Sil. l. 16. v.* 250. non audua regnis Quæſumus, aut inhonore tuis. (*quæſumus* pro *quæſimus*, ut *optumus* pro *optimus*. & aſt in uſu frequenti.) *Apul. l. 4. Metam.* Multis precibus quæſens. *Salluſt.* apud *Priſcian. l. 10. pag.* 902. *Putſch.* Curionem quæſivit, uti adoleſcentior ætati concederet Mamerci. *Terent. Eun.* 3. 2. 13. Quæſo hercle, ut liceat, pace quod fiat tua, dare hunc, &c. *Id. Adelph.* 2. 4. 11. Deos quæſo, ut iſtæc prohibeant. *Cic. pro Arch. c.* 2. Quæſo a vobis, ut mihi detis hanc veniam, ut, &c. *Id. l. 5. Fam. ep. 4.* Peto, quæſoque, ut, &c. *Id. poſt redit. in Sen. c.* 8. Quæſo, obteſtorque, ne, &c. *Id. Fam. 3. ep.* 2. A te maxime opem etiam utqua etiam quæſo, & peto, ut, &c. *Liv. l.* 28. *c.* 39. *a med.* Id uti permittatis, quæſumus. *& lib.* 40. c. 46. Has ut hodie finiatis ſimultates, quæſumus vos univerſi. ¶ Omiſſa ut particula, *Liv. l.* 10. *c.* 13. *ſub fin.* P. Decium quæſo mecum conſulem faciatis. *Phædr. l. 1. fab.* 22. *v.* 2. Quæſo, parcas mihi. *Brut. & Caſſ. ad Amren. 11. Fam. ep. 3. in fin.* Deos quæſumus, conſilia tua reipubl. ſolutaria ſint, ac tibi. ¶ *Quæſe* frequentiſſime intaſeritur ſermoni, ut *opinor, amabo*, &c. *deh vi prego, di grazia:* & eſt urbanis, blandientiſque. *Cic. 6. Verr. c.* 47. *ad fin.* Ad ea, quæ dicturus ſum, reficite vos, quæſo, judices, per deos immortales. *Id. Attic. l. 7. ep.* 10. Tu, quæſo, crebro ad me ſcribe. *Id. Fam. 3. ep. 7. circa med.* Quæſo, etiamne tu has ineptiss? *Plaut. Moſtell.* 4. 2. 33. Quæſo, quoties dicendum aſt tibi? *Terent. Hec.* 4. 4. 49. Quid oisti? eho, an non ulemus, Pamphyla? prodemos, quæſo, potius? *Id. Heaut.* 3. 1. 21. Ubinam eſt, quæſo? *Id. Adelph. 5. 2.* 33. Bona verba, quæſo. *Id. Heaut. 1. 1.* 40. Hui! tam graves bos (*raſtros*) quæſo? *Cic. 1. de Leg. cap.* 2. Quamobrem aggredere, quæſumus, & ſume ed hanc rem tempus. *Arnob. lib. 1. pag.* 35. Qui enim officit, n quæſo, aut quam præſtat intellectui tarditatem? ¶ Poſt multa verba. *Cic. Acad. l. & cap. 5.* Omitto iſta, quæ nec percunctari, nec audire ſine molestia poſſumus, quæſo, inquit: & quære potius, &c. ¶ Præterquam *quæſivi* commune aſt cum *quæro*, pro quo *quæſi* agnoſcit *Priſcian. l. 10. pag.* 902. *Putſch.* ſed hoc uſus non recipit.

QUÆSTICULUS, li, m. *picciol guadagno, κερδίον*, parvum lucrum, lucellum: diminut. a *quæſtus. Cic. 2. de Divin. cap.* 15. Aut ſiſſum jecoris cum lucello meo, aut meus quæſticulus cum cælo, terra, rerumque natura?

QUÆSTIO, onis, f. *cercamento, cerca, ζήτησις*, actus quærendi, inveſtigatio, quæſitio. *Plaut. Perſ. 1. 1. 52.* Recipe tu, quam primum potes: cave, ſuas mihi in quæſtione. *guarda di non ti far cercare.* & *Capt. 2. 2. 3.* Tibi ne quæſtioni eſſemus. ¶ Item interrogatio, diſputatio, controverſia, dubitatio, *queſtioni, diſputa, ζήτημα, ἀπόδειξις. Cic. 4. Acad. c. 8. ad fin.* Quæſtio aſt appetitus cognitionis, quæſtionisque ſuus inventus. *Id. 3. de Orat. c.* 31. De omni re, quæcumque in diſceptationem quæſtionemque vocatur, copioſiſſime dicere. *Id. in Top. 1.* 21. Quæſtionum duo ſunt genera: alterum infinitum, alterum definitum. Definitum eſt, quod ὡρισμένον Græci, nos cauſam: infinitum, quod ἄορισον illi appellunt, nos propoſitum poſſumus nominare. *& paulo poſt.* Quæſtionum, quæcumque de re ſint, duo ſunt genera: unum cognitionis, alterum actionis. *Id. 1. de nat. Deor. c.* 1. Perdifficilis & perobſcura quæſtio eſt de natura deorum. *Id. in Orat. c.* 20. *ſub fin.* Id nec dubium eſt, & ſi quid habet quæſtionis, hoc tamen, &c. *Id. pro Cluent. 1.* 58. Res in quæſtione verſatur. *Quintil. l. 5. c. ult.* Res in quæſtionem venit. *Plin. l. 7. cap.* aſt. Fortitudo in quo maxime exſtiterit, immenſæ quæſtionis eſt. *Id. l.* 10. *c.* 22. In quæſtione eſt, quis primus tantum bonum invenerit. *& cap. 7.* Sanqualem avem Augures Romani in magna quæſtione habeut. *h. e.* valde quærunt, & diſputant, quænam avis ſit. *Quintil. l. 7. c. 1.* Quæſtionem inſtituere, *Cic. 5. de Fin. c. 7.* Habere quæſtionem de finibus bonorum & malorum. ¶ Apud Rhetores aſt id, circa quod totius cauſæ cardo vertitur, & ex quo controverſia naſcitur, *il punto della cauſa.* Nam in ſingulis cauſis conſideranatur conſtitutio ſive ſtatus, genus cauſæ, quæſtio, ratio, judicatio, firmamentum. *Cic. l. 1. de Inuent. c.* 13. Quæſtio aſt quæ ex conflictione cauſarum gignitur controverſia, hoc modo: Non jure feciſti: jure feci. Cauſarum autem hæc eſt conflictio, in qua conſtitutio conſtat; ex ea igitur naſcitur controverſia, quam quæſtionem dicimus, hoc modo: jurene feverit. *Auct. ad Herenn. l. 2. c. 16. ad fin.* videtur eum judicatione confundere. V. *Judicatio.* ¶ Sæpiſſime dicitur de inveſtigatione criminis, quæ fit interrogando reum, ac teſtes, adhibito ſæpe tortura ac tormentis, *eſame, proceſſe, inquiſizione, torture, ἔλεγχος, βάσανος. Ulpian. Dig. lib. 19. tit. 5. leg. 1. a med.* Quæſtionem ſic accipimus, non tormenta tantum, ſed omnem inquiſitionem, & defenſionem mortis. *Cic. 2. de Fin. c. 16. ad fin.* Cum prætor quæſtionem inter ſicarios exercuiſſet. *Id. Phil. 11. c. 2. ad fin.* Verberibus ac tormentis quæſtioem habuit pecuniæ publicæ. *Id. pro Roſc. Amer. c.* 18. *ad fin.* Mortis paterœ de ſervis paternis quæſtionem habere filio non licet. *Liv. l.* 33. *c.* 28. habere ex his, qui ſimul fuerunt. *Cic. pro Cluent. 1. 64. a med.* de furto conſtituere. *& ibid.* inſtituere de morte alicujus. *& cap. 65.* de morte viri habere. *& ibid.* habere de ſervis in caput filii. *& cap.* 33. ad quæſtionem abripi. *& cap. 64. cit.* Alicui ſervum in quæſtionem ferre. *& ibid.* Poſtulare ſervum in quæſtionem. *Id. pro Roſc. Amer. c.* 41. Dare ſervne in quæſtionem. *Plaut. Moſtell. 5. 2.* 38. Servos dare quæſtioni. *& verſ.* 44. accipere. *Cic. 1. de Orat. c.* 53. Quæſtionem ferre in aliquem. *Cæſar. l. 4. c.* 10. *ſub fin.* Quæſtioni corpus offerre. ¶ De ipſis judicibus, qui quæſtionem habent. *Valer. Max. l. 8. c. 1. n. 6.* Tutam quæſtionem a ſeveritate ad clementiam tranſtulit. ¶ *Quæſtionem facere alicui*, in aliquem inquirere. *Modeſtin. Dig. lib.* 34. *tit. 3. leg.* 20. referens teſtatoris verba: Quæſtioorm curatoribue mais nemo faciet. ram enim ipſe tractavi. *mouve domanderà conto: chiamerà a conti.* ¶ *Quæſtiones perpetuæ* dicebantur quæſtiones de publicie criminibus, ut *repetundarum, de parricidio, majeſtate, peculatus*, &c. Dictæ ſunt *perpetuæ*, quia iis exercendis præerat ſuus quæſitor perpetuus & ordinarius, non vero novus & extra ordinem. Etenim antequam hujuſmodi quæſtiones inſtituerentur, hoc aſt anta A. U. DCIV. quotieſcumque publicum aliquod crimen udmiſum eſſet, novus ei quæſitor eligebatur: poſtea vero ſuus ſingulis eſt datus, qui quotieſcumque opus eſſet, de hujuſmodi ſceleribus cognoſcerer. is autem erat unus ex Prætoribus. *Cic. de clar. Orat. c.* 27. Quæſtiones perpetuæ hoc adoleſcente conſtitutæ ſunt, quæ antea nullæ fuerunt. Sunt qui pro *perpetuæ* putant *publicæ* legi oportere: alii qui *pecuniariæ*, quia in aliquibus MSS. *Quæſtiones* P. habetur. ¶ *Judex quæſtionis*, dictus videtur ceterorum judicum princeps, qui datam a Prætore actionem exercebat, judices ſortiebatur, teſtes audiebat, quæſtiones habebat, tabulas inſpiciebat. *Sigon. de Judiciis, l. 2. c. 5.* contendit Magiſtratum fuiſſe a Prætore omnino diſtinctum, quod in multis cauſis & Prætor, & Judex quæſtionis interfuerit. *Cic. pro Cluent. c.* 54. Judicem quæſtionis cum iis judicibus, qui ei obvenerint, quærere de veneno lex jubet. ¶ Dicebatur & quæſtionis præeſſe. *Id. pro Roſc. Amer. c. 4.* Te M. Fonni, quæſn, ut qualem te antea præbuiſſi, eum huic quæſtioni judex præeſſes, talem, &c. ¶ Decebarur etiam *Quæſtor.*

QUÆSTIONARIUS, ii, m. carnifex; qui in quæſtione reos torquet ad confeſſionem exprimendam. *Hieronym. 1. 2. commentar. in Iſai. Impp. Valentinian. Theodoſ. & Arcad. lib. tit. & leg. ult. Cod. Theodoſ. & Vet. Scholiaſt. Juvenal. ad ſat. 6. v.* 480.

QUÆSTIUNCULA, æ, f. *queſtioncella*, brevis, aut levis quæſtio. *Cic. 1. de Orat. c.* 22. Mihi nunc vos, tanquam alicui Græculo otioſo & loquaci, quæſtiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis. *Id. 2. de legib. cap.* 20. His propoſitis, quæſtiunculæ multæ naſcuntur.

QUÆSTOR, oris, m. *Queſtore*, Ταμίας, qui rei alicui quærendæ præeſt, ut criminibus publicis, vel pecuniæ publicæ: per ſyncop. a

Quæ-

Quæſtor, & idem fere ſignificans. Eſt tamen diſcrimen, quod cum de pecuniatum adminiſtrutom *ſermo* eſt, *quæſtor*, non *quæſtor* dicimus. *Cic. Catil.* 4. *t.* 5. Qui teo cuſtudiam, Quæſtori gratulationem, judici præmium decrevit. Alii leg. *Quæſtori*. ¶ De eo, qui ſimpliciter atiquid quærit, *Plaut. in ſuppoſ. Aeuph. ſcena, qua incipit* Dii veſtram fidem, *verſ.* 14. Martigenam illa aggreſſus belluam magnus Europæ quæſtor. ¶ Ut genus quærendi non unum, ita nec unum genus Quæſtorum. Foerc aoim Quæſtores rerum capitalium, ſive parricidii, Quæſtores Urbeni, ſen Quæſtores ærarii, Quæſtores Provinciales, Quæſtores Principis, ſive Auguſti, alio nomina *Candidati Principis*. ¶ Quæſtores rerum capitalium, *Giudici criminali*, qui & citra ſyncopen *Quæſitores* ſæpe dicuotur, erant Magiſtratus, qui quæſtionibus criminum capitalium præerant. Dicti ſunt *rerum capitalium*, quia non creabaotur, niſi io cauſis, in quibus de morte, vel exſilio alicujus civis ageretut. Iidem dicebantur *Quæſtores parricidii*. Nam parricidium apud veteres ſignificabat quodcumque homicidium, ut *Feſt.* in *Parici* docet. *Quæſtores* dicebaotur, quod quærerant de rebus capitalibus. *Varr. l.* 4. *L. L. t.* 14. Quæſtores a *quærendo*, qui conquirerent publicas pecuniss, & malefacio, quæ Triuuoviri Capitales nunc conquirnnt: ab his poſtea, qui quæſtionum judicia exercent, Quæſtores dicti. *Pompon. lib.* 1. *Digeſt. tit.* 2. *leg.* 2. *ante med.* Et quia de capite civis R. injuſſu populi non erat lere permiſſum conſulibus jus dicem, propterea, quæſtores conſtituebantur a populo, qui capitalibus rebus præſirot: hique appellabantur quæſtores parricidii, quorum etiam meminit lax XII tabularum. ¶ Officium horum Quæſtorum fuit, Judices congiegare, dimittare, crimina cognoſcere, Judicibus præcipere, ut ſcotentias ſcirent. V. *Quæſtor*. His adjungebantur judices quæſtionis; de quibus V. *Quæſtio*. ¶ Quæſtores Urbani, ſeu quæſtores ærarii, *Camerlenghi*, *Teſorieri*, erant Magiſtratus minores, qui præerant ærario, quod in æde Saturoi erat: ita dicti a quærendis pecuniis publicis. *Varr. de L. L. t.* 14. ¶ Diſtinguebantur a Tribunis ærariis, quia Quæſtores curabant pecuniam, quam in ærarium inferrent, Tribuci ærarii curabant pecuniam, quam ex ærario ſumptam Quæſtori Proconſulis, atque exercitui maxime erogarent. *Aſcon. in Verr.* 3. *de prat. urb. t.* 13. ¶ Munus Urbenorum Quæſtorum fuit pecuniam publicam accipere, & expendere; prædam ex hoſtibus captam vendere; ſigna militaria in ærario aſſervare, & Conſulibus in bella ituris mittere; legatos, qui Romam venerant, accipere, deducere, iis hoſpitium curare; ægrotantium curam gerere, mortuiſque e publico munus facere. V. *Liv. lib.* 7. *c.* 23. & *lib.* 26. *t.* 47. & *lib.* 35. *c. t.* & *Valer. Max. l.* 5. *cap.* 2. *num.* 1. ¶ Quæſtores militares, erant Magiſtratus minores, qui mittebantur cum Imperatoribus, cum Conſulibus, vel cum Prætoribus, in militiam ad adminiſtrandam rem pecuniariam, & prædam, ac manubias in rationes publicas referendas. *Cic. de Sruſt. c.* 10. Aut Quæſtor io eodem bello, aut Conſul in Hiſpania fuerim. V. *Liv. l.* 26. *t.* 47. *l.* 27. *c.* 29. & *l.* 35. *c.* 1. & *Plaut. Capt.* 1. 2. 2. ¶ Quæſtores Proviociales ejuſdem fere generis erant, hnc eſt qui una cum Proconſula, vel Propræture in Provinciam exibant. Munus eorum erat pecuniam ex ærario attributam in uſus provinciæ expendere, vectigalem in ærarium inferre. *Cic.* 2. *Fam. ep. ult.* Mihi quæſtor optatior obtingem namo potuit. *Aſcon. in Divin. Verr. c.* 20. Hæc erat prima Senatoris adminiſtratio, quæſtorem fieri, & in proviocia curam gerere pecuniæ publicæ in uſus diverſos aroqandæ. ¶ Qaaſtores ſinguli in ſingulas provincias mittebantur, excepta Sicilia, quæ duos habuit, unum Lilybæi, alterum Syracuſis, ut *Aſcon.* docet *in Divin. Verr. cap.* 2. Habebant ſcribas ad conficiendas publicas rationes; & liſtores, togamque prætextam, ad majeſtatem Magiſtratus tuendam. *Cic. Verr.* 5. *c.* 78. & *Verr.* 4. *c.* 4. & *pro Planc. c.* 41. De Quæſtorum origine, & officio multa Tacit. 11. *Aan. c.* 22. & *Ulpian. Dig. lib.* 1. *tit.* 14. ¶ Translate *Cic. poſt redit. in Sen. t.* 14. *ad fin.* Qui ſi mihi quæſtor imperatori fuiſſet, in filii loco fuiſſet. nunc certe erit in parootis, cum fuerit quæſtor non imperii, ſed doloris mei. ¶ Quæſtores Principis, ſive Auguſti, erant Magiſtratos ſub Cæſaribus, de quib. V. in *Candidatus*.

QUÆSTORICIUS, & Quæſtoritius, a, um, ad Quæſtorem pertinens. *Quæſtoritius vir*, Quæſtura functus. *Vet. Tabula Cenſ.* apud *Fabrett. pag.* 599. *col.* 1.

QUÆSTORIUS, a, um, *ad* Quæſtorem pertinens. *Cic. Fam.* 2. *ep.* 17. *a med.* Quod ego officio Quæſtorio adductum reticere de Prætore tuo, non molſte ferebam. (*ſcil.* quia Quæſtor in provincia cega Prætorem ſeu Præſidem ita ſe garere debebet, ut filius erga patrem. *Cic. in Divin. Verr. c.* 19. & *Fam.* 13. *ep.* 20.) *Id. Verr.* 3. *c.* 21. *a med.* Legatus Quæſtorius. *b. c.* legatum in militia ex Quæſtore agens, ut *Aſcon.* interpretatur. *Id. Fam.* 7. *ep.* 30. & *Liv. l.* 4. *t.* 54. *ante.* Quæſtoria comitia. Cic. *Verr.* 2. *c.* 4. Quæſtorium ſcalus. *b. t.* a Quæſtore factum. *Suetan. in Domit. c.* 10. Quæſtorii ſcribæ. *b. t.* qui Quæſtoribus operam præbant in conficiendis pecuniæ publicæ rationibus. *Id.* in vita *Horat.* Scriptum Quæſtorium compataavit. *b. t.* munus ſcribæ Quæſtorii. *Id. in Claud. c.* 28. *extr.* Quæſtoria ornamenta. *Id. in Domit. c.* 4. Quæſtoria munera. *b. t.* gladiatores. V. *eund. in Claud. cap.* 24. & *Tacit. Ann.* 12. *cap.* 22. ¶ Homo Quæſtorius apud *Cicer. in Bruto, c.* 76. & *Phil.* 13. *cap.* 24. & *Liv. l.* 24. *cap.* 14. eſt Quæſtura functus. Io illo *Suetan. in Oth. c.* 3. *extr.* Provinciam adminiſtravit Quæſtorius per decem annos: *quæſtorius* quibuſdam videtor eſſe, qui re ipſa quæſtor eſt. ¶ Quæſtoria porta in caſtris, quæ prope eum locum, obi tendebat Quæſtor militaris. *Liv. l.* 34. *c.* 47. Alius tumultus ex averſa parte caſtroium eſt eeortus. In portam Quæſtoriam irruperant Galli. Adde *lib.* 40. *c.* 27. ¶ Quæſtorium forum apud *eund. l.* 41. *t.* 2. *ſub fin.* eodem loco in caſtris, ibi enim ex cum Quæſtoris exponebantur cibaria militibus coemenda. ¶ Quæſtorii agri apud *Auct. vet Agrar. Sicul. Flaccum pag.* 2. *& 14. Goeſ. & Hygin. pag.* 205. dicuntur, quos populus R. devictis pulſiſque hoſtibus poſſedit, mandavitque Quæſtoribus, ut eos venundarent. ¶ *Quæſtorium* abſolute Quæſtoris tabernaculum, vel ædes. *Liv. l.* 20. *t.* 34. *extr.* Captum Quæſtorium, Quæſtorque ibi L. Opimius Panſa occiſus. *Cic. pro Planc. t.* 41. *a med.* Theſſalonicam me, in Quæſtoriumque perduciet. ¶ De Quæſtoriis bracteis auri V. *Plin. lib.* 33. *cap.* 3. *ad fin.*

QUÆSTUARIUS, a, um, *ἐμπολικός*, ad quæſtum pertinens, meritorius. *Senec. l.* 6. *de Benef. c.* 32. Ex adultera in quæſtuariam verſa. *b. c.* ad quæſtum corpore faciendum. *Ulpian. Dig. lib.* 3. *tit.* 2. *leg.* 4. Lenocioium facit, qui quæſtuaria mancipia habet. *Id. lib.* 23. *tit.* 2. *leg.* 43 Quæſtuaria mulier.

QUÆSTUOSE, adverb. *cum quadagno*, *κερδαλέως*, cum quæſtu, lucroſe. *Senec. l.* 4. *de Benef. c.* 3. Illud non beneficium, ſed fenus eſt, circumſpicere, non ubi optime ponas, ſed ubi quæſtuoſiſſime habeas. *Plin. l.* 19. *c.* 4. *circa med.* Compertumque, non aliter quæſtuoſius cenſum habari, aut tutius.

QUÆSTUOSUS, a, um, *lucroſus*, *utile*, *da guadagno*, *κερδαλέος*, quæſtum afferens, lucroſus. *Cic. Tuſcul.* 5. *c.* 31. Ut quæſtuoſa mercatura, fructuoſa aratio dicitur. (nihilominus *quæſtuoſum agrum* pro *fructuoſo* diait *Cato* R. R. *c.* 2. & ee eo *Plin. l.* 18. *cap.* 5.) *Id. Phil.* 2. *c.* 14. Cujus domus quæſtuoſiſſima eſt falſorum chirographorum officina. *Id. Verr.* 4. *t.* 29. Illa res calamitoſa Heraclio, quæſtuoſa Verri, &c. *& Verr.* 2. *cap.* 14. Uberrimus & quæſtuoſiſſimus annus. *Id. Agrar.* 2. *c.* 25. *extr.* Hoc multo eſt quæſtuoſius, quam, &c. *Plin. l.* 18. *t.* 5. Quæſtuoſiſſima vitis. *Id. l.* 6. *t.* 25. Ioſula quæſtuoſa margaritis. ¶ De eo, qui quæſtum inſtituit, Cic. *Parad.* 6. *c.* 3. Quæſtuoſus homo. *dato al guadagno*, *avido*, *vantaggioſo*. *& Curt. l.* 4. *t.* 7. *a med.* Gens Syrtica navigiorum ſpoliis quæſtuoſa. *Plin. l.* 18. *t.* 4. *a med.* Quæſtuoſorum gymnaſia Græcoram. *Id. l.* 26. *c.* 3. Aſclepiades orandi magiſter, nec fatis in arta ea quæſtuoſus. *Tacit. Ann.* 13. *c.* 35. Milites nitidi & quæſtuoſi.

QUÆSTURA, æ, f. *Quæſtura*, *Camerlingato*, *Tuzia*, Quæſtoris dignitas, & munus. *Cic. Verr.* 2. *t.* 4. Quæſtura primus gradus honoris, quid aliud habet in ſe, niſi, &c? ¶ De variis Quæſturæ ganeribus V. in *Quæſtor*. ¶ Ætas ejus patendæ nulla legitima fuit Annali lege definita, ſecundum *Manut. de legib.* Ar *Lipſio in Tacit.* 3. *Ann. c.* 29. *Excurſ. D.* fuit annus vigeſimus quintus. Sane certam aliquam fuiſſa, indicat illud *Quintil. l.* 12. *t.* 6. Calvus, Cæſar, Pollio, multum aera Quæſtoriam omnes ætatem, graviſſima judicia ſuſceperuot. (Illuſtrat hunc locum illud *Auctor. dial. de Oratoreb. c.* 34. *extr.* Nonodecimo ætatis anno L. Craſſus C. Carbonem, uno & vicefimo Cæſar Dolaballam, altero & vicefimo Aſinius Pollio C. Catooem, non multo ante ætate antrcedens Calvus Vatinium, iis oratiouibus iofecuti ſunt, quæ hodieque cum admiratione legimus.) & *Tacit. loc. cit.* Ut quinquennio maturius, quam per leges, quæſturam peteret. *& Sueton. in Calig. cap.* 2. Quæſturam quinquennio ante, quam per leges liceret, geſſit.

QUÆSTUS, us, m. *negozzo*, *meſtiere*, *profeſſione*, *intereſſe*, *guadagno*, ἡ γυσία, negotiatio, profeſſio, artificium rei quæreodæ & augendæ cauſa, opera in aliqua re præbita ob lucrum. Differt a marcatum, quæ permutandis diſtrahendiſque mercibus conſtat: *quæſtus* vero vel ex pecunia, vel ex opera lucrum pecuniarium ſpectat. *Cof. l.* 6. *B. Gall. c.* 16. Mercenium ad quæſtus pecuniæ, mercaturaſque habere vim maximam arbitrantur. *Cic. in Pſeud. c.* 35. Seſtertium centies & octogies, ex zmrio tibi attributum, Romæ in quæſtu reliquiſti. *Id. l.* 1. *Offic. c.* 42. Illiberales & ſordidi quæſtus mercenariorum. *Plaut. Rud.* 2. *t.* 2. Omnibus modis qui pauperes ſunt homines, miſeri vivunt, præſertim quibus nec quæſtus eſt, nec didicere artem ullam. & 4. 3. 50. Non enim tu hic quidem occupabis omnes quæſtus, quos voles. Et victorem, & pifcatorem ic eſta, impune, poſtulas. *Id. Pœn.* 5. 2. 127. Suum quæſtum colere. *attendere al ſuo intereſſe*. *& Moſtell.* 3. 2. 92. Quæſtum non malum inſtituere. *& Capt.* 1. 2. 26. Facere quæſtum carceratium. ¶ Sæpiſſime dicitur de profeſſione meretricia & leannia. *Terent. Heaut.* 4. *t.* 27. Nempe anui illi prodita abi te filia eſt plaoiſſime, pet te vel oti quæſtum faceret, vel uti veairet palam. *Id. Andr.* 1. 1. 58. Accepit conditionem, dein quæſtum occipit. *Id. Hec.* 5. *t.* 30. Quod pol ſi eſſet alia ce boc quæſtu, haud faceret. *di queſto meſtiere*, *di queſto mio profeſſione*. meretrix loquitur. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 866. Multa profeſſarum quæſtibus apta Venus. *Plaut. Pœn.* 5. 3. 2. Corpore quæſtum facem. *Id. Aſin.* 5. 3. 63. *Lena*. Hic noſter quæſtus aucupii ſimillimus eſt, &c. Adde *Ceſell.* 1. 2. 2. *Rud.* 5. 2. 58. &c. ¶ Translate de artificio parafitico *Plaut. Perf. t.* 2. 1. Vatarem utqua antiquum quæſtum meum alimoaiæ ſervo atque obtineo, & magna cum cura colo. ¶ Metonymice aſt ipſum lucrum compendiumque, quod quæſtu paramus, *guadagno*, *vantaggio*, *profitto*, *utile*. *Nepos in Attic. c.* 9. Pecuniam ſina fenore credidit, maximum exiſtimans quæſtum, memorem gratumque cognoſci. *Cic. Verr.* 4. *c.* 3. Quns illa mercibus ſuppeditandis cum quæſtu compendioque dimittit. *Id. Verr.* 5. *t.* 44. *ad fin.* Tantum de quæſtu ac lucro dicam unius agri, & unius anni. *Celſ. l.* 3. *c.* 4. *circa med.* Medici, qui quæſtui ſeeviunt. *Salluſt. in Catil. t.* 13. *extr.* Quæſtui deditum eſſe. *Id. in Jug. c.* 34. Quibus fides, decus, pietas, poſtrema honeſta atque inhoneſta omnia quæſtui ſunt. *b. t.* venalia ſunt. *Quintil. in proœm. l. t. circa med.* Ut primum lingua eſſe cœpit in quæſtu. *b. t.* homines eloquentia oti cœperunt ad lucrum. *Cic.* 2. *Offic. c.* 22. Quæſtui habere tempublicam. ¶ Tuæ ſunt illa *Pisoni Pœn.* 1. 2. 74. Non poteſt quæſtus conſiſtere, ſi eum ſumptus ſupe-

ſuperat. & *Trucul.* 2. 4 62. Ad ſuum quemq-e æquum eſt quæſtum eſſe callidum. & *a.* 5. *v.* 40. Omnes homines ad ſuum quæſtum callent & faſtidiunt. ¶ Translate *Cic. Fam.* 15. *ep.* 14. M. Fabium quod mihi amicum tua commendatione *dar*, nullum in eo facto quæſtum. multi eorum amici fuerunt, cum alle in ære meo eſſ. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 12. Illic eſt theſaurus ſtultiæ in lingua ſitus, ut quæſtui habeant male loqui melioribus. *Horat. l.* 2. *ſat.* 6. *verſ.* 19. Autumnuſque gravis Libitinæ quæſtus acerbæ. ¶ *Is vel Hercula conterere quæſtum poſſet*, proverb. apud *Plaut. Moſtell.* 4. 2. 68. in hominem maxime ſumptuoſum & prodigum. Hercules enim maximos quæſtus quotidie facere creditur, cum ei decimæ voveantur. ¶ Habet etiam *quæſti* in genitivo, præſertim apud Comicos. *Plaut. Amph.* 1. 2. 5. Nam hic apud nos nihil eſt aliud quæſti furibus. *Id. Pœn. prol. v.* 95. Lino hoc commigravit ſui quæſti cauſa. *Terent. Hec.* 5. 3. 38. Nunquam animum quæſti gratia ad malas adducam partes. Adde *Titinn. Pompon. Turpil. Cæcil.* apud *Non. c.* 8. *n.* 6. & 73. ¶ Item *quæſtuus. Varr.* apud *Non. ibid.* Nam liberti quæſtuie cauſa diribebant tee ſuas pueris. *Novius ibid.* Per deam ſanctam Lavernam, quæ cultrix quæſtuie ſit.

QUALIBET, & Qualebet, *per qualemque locum*, per quamcumque locum, adverb. motus per locum. *Quintil. l.* 5. *c.* 13. *ante med.* Si vel maxima fluminа in rivos deducantur, qualibet tranſitum præbent. *Plaut. Moſtell.* 3. 2. 122. Qualibet perambula ædes. ¶ Item quacumque ratione. *Cornif. rhet.* 40. *in Rabidum*, *v.* 6. Qualubet eſſe notos optas? *Id. terra.* 75. *de Leb. v.* 13. Difficile eſt longum ſubito deponere amorem: Difficile eſt: verum hoc qualubet efficias.

QUALIS, le, *quale*, *de che ſorta*, *d'ogni*, cujuſmodi, cujus generis, relativum qualitatis, elicujes mi naturam & proprietatem ſignificans. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 4. *extr.* Ut qualem te jam antea populo R. præbuiſti, talem te & nobis impertiae. *Id.* 2. *de Invent. c. penult. ad fin.* Ut tee non tales, qualee ante habitæ ſint, habendæ videantut. *Liv. l.* 27. *c.* 17. *ad fin.* Quales ex hac die experiundo cognorit, perinde operæ eorum pretium facemt. *Virg.* 12. *Æn. v.* 889. Viz illud lecti bie ſea cervice ſubitent, Qualia nunc hominum producit corpora tellus. *Nep. in Attic. c.* 20. *a med.* Hoc quale ſit, facilius exiſtimabit is, qui, &c. *Cæſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 21. Qualie eſſet natura montie, & qualis in circuitu aſcenſus, qui cognoſcerent, miſit. *Id. l.* 2. *B. Civ. c.* 32. *a med.* Eventue belli qualis ſit futurus, ne vos quidem dubitatis. *Cic. l.* 1. *de nat. Deor. c.* 23. *ad fin.* Doce me, unde ſint dii, ubi ſint, qualee ſint corpore, animo, vita. *Id.* 2. *de Fin. c.* 28. Si negamt quidquam Intereſſe ad beate vivendum, quali utemtur victu. *Id. in Brutu*, 1. 86. *ſub fin.* Ii fuerunt cette oratoree: quanti autem, & quales, tu videris. *Id.* 3. *Tuſcul. c.* 23. Aut ipſius rei natura qualis & quanta ſit, quærimue. *Id.* 2. *de Invent. c. ult.* Contraria quoque & quæ, & qualia ſint, intelligimes. *Valer. Flacc. l.* 3. *v.* 177. quem te, qualemque videbit Attonitus, Crenæe, parens! *Ouid. 5. Faſt. v.* 460. Ceraite, ſim qualis, qui modo qualie eram! *Liv. l.* 8. *c.* 39. Equitum acies, qualis quæ eſſe inſtructiſſima poteſt, invecta in hoſtes, cæde omnia replet. *Cic. Cæcil.* 3. *c.* 10. *ad fin.* In hoc uno poſt hominum memoriam maximo crudeliſſimoque bello, quale bellum nulla unquam barbaria cum ſua gente geſſit, &c. ¶ Per interrogationem, *πῖος*; *Cic. pro Font. c.* 10. Quali fide, quali pietate neiſſimatie eos eſſe, qui, &c? *Id.* 4. *Acad. c.* 14. *a med.* Qualis eſt florum oratio, qui nimnia non tam eſſe, quam videri volunt? *Plaut. Tran.* 4. 4. 3. O Callicles! quali ne amico mea commendavi bona? *Cell.* pimbo, & fideli, & fido. ¶ *Qualis* & *quale*, poetice pro *qualiter*, ſicut, quemadmodum, velut, *in* cumpamtionibus, *ſicome*, *quale*, *in quella guiſa*, *che. Virg.* 4. *Georg. v.* 511. Qualia populea mœrens philomela ſub umbra Amiſſos queritur fetus. *Id.* 1. *Æn. v.* 596. Quale manus addunt ebori decue, aut ubi flavo Argentum, Pariuſve lapie circumdatur auro. *Ouid.* 2. *Amor. el.* 5. *v.* 34. Conſcia purpureus venit in om pudor: Qualu coloratum Titoni conjuge cælum Subrubet. *Id.* 3. *Met. v.* 681. falcata noviſſima cauda eſt, Qualia dividuæ ſinuantur cornua lunæ. ¶ *Quelle* abſolute, qualitate prædita. *Cic.* 1. *Acad. c.* 7. *a med.* Materiam ipſam totam penitus commutari putant, & ita effici quæ appellant qualia. Sic *Senec. epiſt.* 117. *a med.* Prius eliquid eſſe debet, deinde quale eſſe. ¶ *Qualis qualis*, qualiſcumque. *Tripholin. Dig. lib.* 20. *tit.* 5. *leg.* 12. Quali quali obligatione interpoſita. *Ulpian. lib.* 47. *tit.* 10. *leg.* 15. *ad fin.* Multum intereſt, qualie ſervus ſit, bonæ frugi, ngdinarius, diſpenſator; an vero vulgaiie, vel mediaſtinus; ac qualis qualis.

QUALISCUMQUE, lecumque, *qualunque*, *chiunque*, *ὁποῖος δή*, *ὁτιοῦν δή*, quicumque, quelibet, cujuſcumqua modi. *Cic. Attic.* 14. *ep.* 14. *ad fin.* Sed homines benivolos, qualeſcumque ſunt, grave eſt infequi contemelia. *Id.* 3. *de legib. c.* 14. Licet videre, qualeſcumqua ſummi civitatie viri fuerunt, talem civitatem fuiſſe. *Id. Fam.* 4. *ep.* 8. Si libertatem ſequimur, qui locue hoc dominatu vacat? ſin qualemcemqua locum, quæ eſt domeſtica fede jucundior? *Tacit.* 4. *Hiſt. c.* 8. Bonos impetatores vota expetem, qualeſcumque tulemm. *Manil. l.* 2. *v.* 856. Omne quidem ſignum ſub qualicumque figura, &c. *Ouid.* 2. *de art. am. v.* 283. carmina lectot Commendet dulci qualiacumqua ſono. *Id.* 4. *ex Pont. ep.* 13. *v.* 6. Qualis enim cumqua eſt, non letet eſſe meam. (*ὁποῖος*.) Sic *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 30. Quale id cumqua eſt.

QUALISLIBET, lelibet, adject. *qualunque*. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 37. Formæ litterarum vel aureæ, vel qualesliber. Rectius tamen alii *quales libet*. *Apic. l.* 4. *c.* 2. *a med.* Piſces qualeslibet rades, & curatos mittes.

QUALISNAM, quiſnam. *Apul. ſub init. Apoleg.* Facile intellectu cuivis fuit, qualiſnam accuſatio futura eſſet.

QUALITAS, atie, *qualità*, *ποιότης*, id, quo res qualis dicantur, ut virtus, albedo, &c. *Cic.* 1. *Acad. c.* 6. *extr.* Quod ex utroqua, id jam corpus, & quaſi qualitatem quandam nominabant. dabitie enim profecto, ut in mbet inuſitatis, quod Græci ipſi faciunt, ntimur verbis interdum inauditis. *Id. ibid. c.* 7. Qualitates igitur appellavi, quas *ποιότητας* Græci vocant; quod ipſum apud Græcos non eſt vulgi verbum, ſed philoſophorum. *Quintil. l.* 5. *c.* 9. *ſub fin.* Qualitas cæli. *Colum. l.* 8. *c.* 17. Qualitatem hiorie noſtri contemplemus. *Plin. l.* 2. *c.* 80. Qualitas materiæ excipientie. ¶ In plerali num. *Colum. l.* 2. *c.* 17. *circa med.* Frumentarius ager aliis qualitatibus æſtimandus eſt. *Plin. l.* 36. *cap.* 22. Qualitatum differentia.

QUALITER, *qualmente*, *come*, *in qual maniera*, ἴως, ἵτα, quemadmodum, qua ratione. *Colum. l.* 1. *c.* 4. *a med.* Refert, villa qualiter ædificetur, & quam utiliter diſponatur. *Id. l.* 8. *c.* 2. Conſideret, qualitar gallinas debeat tueri, & paſcere. *Martial. l.* 1. *epigr.* 104. Qualiter n vivam! quam large! quamqua beate! ¶ ſicuti, *ſicome*. *Plin. l.* 8. *c.* 48. Antiquis torus e ſtramento erat, qualiter etiam nunc in caſtrie. *Id. l.* 21. *c.* 18. Cyperos juncus eſt, qualiter diximus, anguloſue, &c. ¶ *In* compsrationibus, *in quella guiſa*, *che*. *Valer. Flacc. l.* 5. *v.* 305. Qualitet ex alta cum Juppitri arce coruſcat. *Martial. de ſpectac. epigr.* 7. Qualiter in Scythica teligatue rupe Prometheus Affiduam nimin pectore paſcit avem; Nuda Caledonio ſic pectom præbuit urſis, Non falſa pendens in cæce Laureolus. *Id. l.* 5. *epigr.* 7. Qualitet Aſſyrios renovant incendia nidos, Una decem quaties fœcula visit avis; Taliee ecuta eſt vetemm nova Roma feneſtam. *Plin. l.* 2. *c.* 52. Fulmina cremantia e Martis ſidere proficiſci putant: qualiter cum Volſinii oppidum Tuſcorum totum concrematum eſt fulmine. ¶ *Qualiter qualiter*, qualitercumque, utcumque. *Ulpian. Dig. lib.* 8 *tit.* 4. *leg.* 7. Geſtum ſic accipitur, qualiter qualiter, ſive contractum ſit, ſive quid aliud contigerit. *Id. lib. ult. tit. penult. leg.* 63. *Penes* te ampliue eſt, quam *apud te*. Nam apud te eſt, quod qualiter qualiter e te teneatur: penes te eſt, quod quodam modo a te poſſidetur. Adde *lib.* 26. *tit.* 7. *leg.* 4. *extr.* & *lib.* 43. *tit.* 19. *leg.* 1. *ante med.* & *Celſ. lib.* 8. *tit.* 6. *leg.* 12.

QUALITERCUMQUE, adverb. *in qualunque mode*, ὁποιωσοῦν, quomodocumqoe, utcumqua. *Colum. l.* 2. *c.* 10. Et, qualitercumqua obruas, ſuſtinet colmni negligentiam. *Juſtin. l.* 2. *c.* 11. Meminerint, qualtercumqua præliantibus cadendum eſſe.

QUALUM, i, n. & ſæpius

QUALUS, i, m. *vaſo di vimini*, *ceſta*, *corba*, *paniere*, κάλαθος, κάλαθος, cifæ genus, et ait *Feſt.* in *Canephora*, h. e. genue vaſie vimtnei, metæ inverſæ ſimilis, per quod vinum guttatim deſtuit, cum calcatur uva, miliqua vero materie exire prohibetur. Sed & aliie uſibus infervit. *Virg.* 2. *Georg. v.* 241. tu ſpiſſis vimine qezlos, Colaqua pmlorum ſumoſis deripe tectis. Ubi *Servius*: Qualos, per quos vinum deſtuit: qui & ipſi a *celando* dicti ſunt. Cam *R. R. c.* 11. *ſub fin.* Corbulae Amerinas vigioti, quala fataria (al. *faroria*) ſeptem. & *cap.* 23. Quala pamntur, farciantur. & *cap.* 52. Quæ diligentius propagari voles, in aulas, aut in qualoe pertuſoe propagari oportet. *Pallad. in Mart. tit.* 10. *ante med.* Inſiti furculi qualo deſuper omnino muniendi ſunt vel fictili vaſculo. *Colum. l.* 9. *c.* 15. *ad fin.* Saligneus qualus vel tenoi vimitus rarius contextus faccus, inærſæ metæ ſimilis, qualis eſt quo vinum liquatur, obſcuro loco ſuſpenditur: in eum deinde carptim congerantur favi. *Ulpian. Dig. lib.* 33. *tit.* 7. *leg.* 8. Quali viodemiatorii, exceptoriiqua, in quibus uvæ comportantur. *Id. lib.* 7. *tit.* 1. *leg.* 25. Si librarium rus mittat, & qualum, & calcem portam cogat. *Colum. l.* 8. *c.* 3. *de rabbith. gallinac.* Palie in perietes vehementer zctis, viminoos qualus ſuperimponunt. *Horat. l.* 3. *od.* 12. *v.* 4. Tibi qualum Cytheree puer ales, tibi telas, Operoſæque Minervæ ſtudium aufert, Neobule. *b. a.* calathum, in quo penſa puellæ reponunt. *Apul. l.* 4. *Metam.* Jam ferme tertium qualum (*panie*) rumigabam. *Prudent. Cathemer.* 9. ſeu *hymn. omn. hora*, *v.* 58. Fiute qualis tet quaternie ferculorum fragmina.

QUAM, *quante*, ὅσον, quantum, quantopere: conjunctio facta e *quantum* per apocopen, ut *tam*, quæ illi reſpondet, e *tantum*. *Cic. Attic. l.* 9. *ep.* 2. Quam nihil prætermittis in conſilin dando! quam nihil tamen, quod tibi placeat explicar! *Id.* 5. *de Fin. c.* 21. Ut ſe accuſari nolant! quam cupiunt laudari! *Id.* 11. *Fam. ep.* 24. Quam multa, quam peucis! *Id. Verr.* 7. *c.* 16. Memoria tenetis, quam valde oniverſi admurmumrint. *Id. Fam.* 7. *ep.* 15. Quam ſint momſi qui amant, vel ex hoc intelligi poteſt. *Id.* 1. *de Divin. c.* 26. *ſub fin.* Quam veller, cunctaretur; tamen eodem ſibi leto eſſe perendum. *Id.* in Tep. *c.* 1. Non tam vitandi labotie mai cauſa, quam quod id tua intereſſe arbitrabar. ¶ Cam ſuperlativo. *Cato R. R. c.* 65. Quam ocerbiſſima olea oleum facies, tam oleum optimum erit. *con quanto più acerbe olive farai l'olio*, *tanto farà migliore*. & *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 9. *a med.* Quam pauciſſimos miliquetis, tam optimi ſiunt. *quanti meno ge ſaſtierai*, &c. *Sallaſt. in Jug. c.* 34. Quam quiſque peſſume fecit, tam maxume retus eſt. *Terent. Heaut.* 5. 2. 44. Adoleſceus quem minima in ſpe ſitus eſt, tam facilime patris pacem in legee conficiet ſuas. ¶ Omiſſo *tam*. *Liv. l.* 35. *c.* 49. Homn non, quam ibi ſunt, gloriofus. *Tacit. Ann.* 4. *c.* 61. Claris majotibus, quam vetuſtis. *Virgil. Æn.* 6. *v.* 305. Huc omnis turba ad ripas effuſa ruebat .... Quam multa in ſilvie .... lapſa cadunt folia ... quam multæ glomerantur aves, &c. ¶ *Quam poſſum*, quantum poſſum. *Val. Max. l.* 4. *c.* 1. *n.* 5. Quam potmit, conſtanter cum populo egit, et, &c. *Ovid.* 3. *Triſt. el.* 4. *ſub fin.* Et quam quiſque poteſt, aliqua mala noſtra levate. *Id.* 3. *Met. v.* 302. Quam tamen eſque poteſt vires

ſibi

QUARTUS, a, um, *quartus*, τέταρτος, nomen numerale ordinis, quo ſignificatur is, qui poſt tertium ſequitur. *Plaut. Perſ.* 4. 4. 7. Perfidia, & peculatus ea urbe, & avaritia ſi exſulant, quarta invidia, quinta ambitio, &c. *Cæſ. l.* 1. *B. Coll. c.* 22. Quartam partem copiarum citra flumen eſſe. *& lib.* 7. *c.* 35. Reliquas copias miſit, demptis quartis quibuſque cohortibus. *Cell. l.* 17. *c.* 12. Febris quartis diebus recurreas. *h. e.* quartana. *Tacit.* 13. *Ann. c.* 15. Quartum decimum ætatis annum explebat. *Cic.* 4. *Acad. c.* 6. Canuandes, qui eſt quartus ab Arceſila. *Virg.* 10. *Æn. v.* 619. Pilumnuſque illi quartus pater. *h. e.* abavus. ¶ *Quarta* abſoluta (ſubaudi *pars*) frequens in jure civili, ſignificat quartam partem alicujus rei, ut *quarta hereditatis*, *agnatorum*, *liberorum*, *curiæ*, &c. de quib. V. JCtos. Exemplo habes apud *Ulpian. Dig. lib.* 5. *tit.* 2. *leg.* 8. *ad fin.* & *Paul. ibid. tit.* 4. *leg.* 3. *ante.* &c. quæ omnia collegit *Haraman. de verb. Jur.* In plurali num. *Quintil. l.* 8. *c.* 5. *circa med.* Decimas uxoribus dari, quartas meretricibus. *h. l.* decimas & quartas partes hereditatium. ¶ Abſolutum eſt etiam illud *Colum. l.* 3. *c.* 3. Non frumenta, majore quidem parte Italiæ, quando cum quarto reſponderint, vix memimiſſe poſſumus. ¶ Die quarto refertur ad tempus præteritum, & eſt nudius quartus, *quattro giorni ſa*. *Cic. Matius* apud *Cell. l.* 10. *c.* 24. *extr.* Nuper die quarto, ut recordor, &c. Dicebant etiam *die quarto*, & *die quarto*, ſed de futuro, εἰς τετάρτην, ut *Gell. ibid.* docet. *Pompon. ibid.* Die quarto moriar fame. Sic *dii quarto*, & *quinti*. V. *Dies*.

QUARTUSDECIMUS, a, um, adject. *decimusquartus*. *Vitruv. l.* 4. *c.* 6. Contrahantur craſſitudinis quartadecima parte. *Tacit.* 1. *Ann. c.* 70. Quartadecima legio. *Colum. l.* 5. *c.* 2. Quartamdecimam partem ducere. ¶ Scribitur & diviſim *quartus decimus*.

QUASI, *come*, *come ſe*, *vivi*, ὡσπερεί, tanquam, velut, perinde ac ſi. *Plaut. Pſeud.* 4. 1. 45. Ex tranſverſo cedit, quaſi cancer ſolet. *Terent. Eun.* 3. 2. 8. Aſſimulabo, quaſi nunc eſcam. *Cæſ. l.* 5. *B. Gall.* 1. 42. Hoſtes maximo clamore toſecuti, quaſi parta jam atque explorata victoria, vallum adſcendere cœperunt. *Cic.* 4. *Acad.* 1. 10. *ſub fin.* Illos, qui omnia incerta dicunt, quaſi deſperatos relinquamus. *Plaut. Mil.* 2. 4. 37. Cum alieno adoleſcantulo, quaſi nunc eſt. *tunc apparatu*. ¶ *Quaſi*, & *quaſi vero*, perinde ac ſi, *quaſi ibe*. *Terent. Andr.* 5. 2. 9. Modo introii. *St.* quaſi ego, quam dudum rogem. *Cæſ. l.* 2. *B. Civ.* 1. 31. Quaſi non felicitas rerum geſtarum exercitus benevolentiam imperatoribus, & res adverſæ odia concilient. *Cic. Fam.* 3. *ep.* 7. Quaſi vero ad cognoſcendum ego ad illos, non illi ad me venire debuerint. *Cæſ. l.* 7. *B. Coll.* 1. 38. Quaſi vero conſilii ſit res, & non neceſſe ſit nobis Gargovium contendere. ¶ Cum aliis particulis. *Cic. de Senect. c.* 8. *ſub fin.* Græcas litteras ſic avide arripui, quaſi diutumam ſitim explere cupiens. *Id. pro Quint.* 1. 2. *a med.* Qui, quaſi ſua res aut honos agatur, ita diligenter Sex. Nævii ſtudio & cupiditati morem gerunt. *Enn.* apud *Varron. l.* 6. *de L. L.* 1. 3. Tantidem, quaſi feta canes, ſua dentibu' latrat. *Plaut. Merc.* 2. 2. 42. Decrepitus ſenex tantudem eſt, quaſi ſit ſignum pictum in pariete. *Al. leg.* tantidem. *Id. Trin.* 4. 1. 16. Ita jam quaſi canes, haud ſecus circumſtabant navem turbines venti. *Id. Mercat.* 1. 1. 90. Servum una mittit, quaſi uti mihi foret cuſtos. *Id. Aſin.* 1. 3. 56. Quaſi piſcis itidem eſt amator. *Id. Rud.* 3. 4. 27. Quaſi munuera juncis, item vos virgis circumvineiam. *Cic. pro Mil.* 1. 31. Proinde quaſi noſtram ipſam mentem videre aut ſentire poſſimus. *Id. pro Quint. cap.* 26. *in fin.* Atque hæc perinde loquor, quaſi debueris, &c. *Plaut. Caſ. prol. v.* 45. Educavit magna induſtria, quaſi ſi eſſet ex ſe nata. ¶ Pro quamadmodum, ſicut, *ſicome*. *Plaut. Aulul.* 4. 1. 9. Quaſi pueri qui nare diſcunt, ſcirpea induitur ratis, qui laborent minus, facilius ut nent, & moveant manus; eodem modo ſervum ratem eſſe amanti hero æquum cenſeo. *& ib.* 4. 1. 6. Qui amanti hero ſervit, quaſi ego ſervio, &c. ¶ Servit intendum lenendæ translationi, quæ duriuſcula videatur. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 3. Philoſophia laudatarum artium omnium procreatrix quædam, & quaſi parens. *& cap.* 59. Vocem ab acutiſſimo ſono uſque ad graviſſimum ſonum recipere, & quaſi quodam modo colligere. *Id. Fam.* 3. *ep.* 2. *a med.* Facilior erit mihi quaſi decurſus raſi temperis. ¶ Significat etiam fame, circiter, fere, pene, prope, *quaſi*, *circa*. *Terent. Heaut.* 5. 1. 93. Quaſi talenta ad quindecim coegi. *Cic.* 2. *Verr. c.* 8. Ex his quaſi decem fiſcos ad Senatorem illum relictos eſſe. *Id. in Orat. c.* 53. Eſt enim quaſi in extrema pagina Phædri his ipſis verbis loquens Socrates. *Tacit.* 2. *Ann.* 1. 68. Rarus miles, & quaſi ob metum defiſus. *Suet. in Calig. cap.* 58. Hora quaſi ſeptima. ¶ Apponitur iis, quæ talia in vero non ſunt, qualia appellamus. *Plin. l.* 8. *ep.* 16. Permitto ſervis quoqua quaſi teſtamenta facere, eaqua, ut legitima, cuſtodim. *& mox*. Nam ſervis reſpublica quædam, & quaſi civitas domus eſt. Hinc illa apud JCtos *quaſi pagani*, *quaſi dos*, *quaſi poſſeſſio*, *dominus*, *filius*, &c. quod eſt ſimile pignoris, dotis, poſſeſſionis, &c. *Ulpian. Dig. lib.* 19. *tit.* 1. *leg.* 13. *ante med.* & *lib.* 23. *tit.* 3. *leg.* 30. & *lib.* 43. *tit.* 25. *leg.* 3. *ad fin.* &c. ¶ Ultima producta, beneficio cæſuræ, *Lucret. l.* 5. *v.* 728. Proinde quaſi fieri nequeat, quod pugnat utrerque. ¶ *Quaſe*, inquit *Quintil. l.* 1. *c.* 7. (*al.* 13.) *a med.* ſcriptum in multorum libris eſt: ſed an hoc voluerint auctores, neſcio: T. Livium ita his uſum, ex Pediano compert, qui & ipſe eum ſequabatur: hæc nos: littera ſuperflua.

QUASILLARIA, æ, f. ancilla infimæ domus: ita dicta, quia penſa in quaſillis ſepoſita habet. *Petron. in Satyr. c.* 132. *Buem.* Convocat omnes quaſillarias, familiæque ſordidiſſimam partem, ac me conſpui jubet. Adde veter. lapid. apud *Cruter. pag.* 648. *n.* 5.

QUASILLUM, i, n. &

QUASILLUS, i, m. *ceſtello*, *canefrino*, πίλλαος, πιλλάθιον, *nuptiales*, parvus qualus. *Cato R. R. c.* 133. In arboribus radices uti capiant, calicem pertuſum fumito tibi, aut quaſillum: per eum ramulum tranſerito, eum quaſillum terra impleto, calcatoque, in arborem relinquito. ¶ Præcipua vero dicitur de calatho, in quo mulieres ancillæ penſum lanæ reponunt, & fuſos, & reliqua ad lanificium pertinentia. *Feſtus in voc. C.* Calathos Græci, nos dicimus quaſillos. *Id. in voc. T. ex ſcil. Scalig.* Talaſſionem in nuptiis Varro ait ſignum eſſe lanificii. πίλλαρος enim, id eſt quaſillum, ſolitum appellari talaſſionem. *Cic. Phil.* 3. *n.* 4. Nihil homile de Tarquinio, nihil ſordidum accepimus: at vero hujus domi inter quaſilla pendebatur aurum, numerebatur pecunia. Al. alites leg. *Tibull.* (ſeu quicumque auctor eſt) *lib.* 4. *carm.* 10. Si tibi cura toga eſt potior, preſſumque quaſillo ſcortum. *h. l.* ancilla quaſillaria, vel ſcortum pauperimum, & lanam faciens vitæ tolerandæ cauſa. *Propert. l.* 4. *el.* 7. *v.* 37. Et graviora rependit iniquis penſa quaſillis.

QUASSABILIS, le, qui quaſſari poteſt. *Lucan. l.* 6. *v.* 22. Sed mucronem habet nullo quaſſabilis ferro, Naturam ſedemque loci.

QUASSABUNDUS, a, um, qui multum quaſſatur. V. *Caſabundus*.

QUASSAGIPENNAS ANATES (*h. e.* pennas quaſſantes, vel pennas quaſſa habentes) *Varro* dixiſſe putatur, apud *Non.* 1. 6. *n.* 65. ſed multa eſt ibi lectionum varietas.

QUASSANS. V. *Quaſſo*.

QUASSATIO, onis, f. σεισμός, actus quaſſandi, concuſſio. *Liv. l.* 22. *c.* 17. Capitum irrita quaſſatio excitans flammam, hominum paſſim diſcurrentium ſpeciem præbebat. *dimenamento*. & *Macrob. l.* 7. *Saturn.* 1. 15. Si quando caſu aliquid paulo denſius in pulmonem, violentia ſpiritus trahente, decideriit, mox naſci tuſſim nimis aſperam, & alias quaſſationes uſque ad vexationem ſalutis. *sbattimento*. & *Arnob. l.* 7. *pag.* 237. Etiam ne dii coronis afficiuntur, & floribus? etiam in æris tinnitibus, & quaſſationibus cymbalorum?

QUASSATORA, æ, f. *sbattimenta*, quaſſatio. *Plin. Valerian. l.* 4. *c.* 5. Maiva cum axungia veteri pulcherrima quaſſatoras fovet. *h. e.* lenimen ex quaſſatione. *Veget. de re Veterin. l.* 1. *c.* 28. *a med.* Quaſſaturas, emota, vel extorta, vel ejecta de locis ſuis uti non debebis. *h. l.* ipſa membra quaſſata ac læſa.

QUASSATUS, a, um, *sbattuto*, agitato, *crollato*, *conquaſſato*, *malemenato*, *sbattimentoſo*, concuſſus, labefactus. *Virg. Æn.* 1. *v.* 555. Quaſſatam ventis liceat ſubduxere claſſem. διαλαθεῖν σῶον. *Ovid.* 2. *Triſt. v.* 83. Cum cœpit quaſſata domus ſubſidere. *Plin. l.* 8. *ep.* 17. Prorota upera, quaſſata atque etiam decuſſa moniments. *Lucret. l.* 3. *v.* 435. quaſſatis undique vaſis diffluit humor. *Plin. l.* 10. *c.* 12. Cornices nucem volantes in altum in ſaxa tegulaſque jaciunt iterum ac ſæpius, donec quaſſatam perfringere queant. *Sil. l.* 7. *v.* 202. *de tabto*. tempum quaſſatus. Sic *Ovid. de vetuſt. Amor. v.* 146. multo tempora quaſſa mero. ¶ Translate *Sueton.* in *Aug. cap.* 81. Quare quaſſam corpore, neque frigora, neque æſtus facile tolerabat. *h. l.* gravedine vexatu & affecto. *Sil. l.* 8. *v.* 593. quaſſata Placentia bello. *Cic. pro Sext. c.* 34. *& pro Marcell. cap.* 8. Vim fuiſſe illam, flammam quaſſatæ reſpublicæ, perturbetorumque temperum. ¶ *Quaſſatus*, fractus. *Petron. in Satyr. c.* 134. Niſi primo ictu arundo quaſſata veribertis impetum minuiſſet. *Apul. l.* 7. *Metam.* Hordeum fricatum, & ſub mola meis quaſſatum ambagibus.

QUASSO, as, avi, atum, a. 1. *fquaſſare*, *crollare*, *debattere*, *ebattere*, *dimenare*, *ventilare*, διασείειν, ἐκτινάσσειν, ſæpe quatio, concutio, commoveo, agito. *Gell. l.* 2. *c.* 6. *Quaſſare*, quam *quatere*, gravius violentiuſque eſt. *Enn.* apud *Macrob. Saturn. 6. cap.* 3. Equus ſæpe jubam quaſſat. *Petron. in Satyr. cap.* 91. Singultibus crebris pectus quaſſaverat. *Plaut. Merc.* 3. 4. 15. Tuſſis incedit, quaſſat caput. *Catull. carm.* 44. *ad fundum ſuum*, *v.* 13. Hic me gravedo frigida, & frequens tuſſis quaſſavit. *Senec. in Troadib. v.* 168. Artus horridus quaſſat tremor. *Id. in Herc. Oet. v.* 1878. nunc Corybantes arma Idæa quaſſate manu. *Id. in Phœniſſ. v.* 530. membra quaſſantur metu. *Valer. Flacc. l.* 8. *v.* 275. te, Græcia fallax, Perfequor, atque tuis hunc quaſſo mœnibus ignem. *Virg. 9. Æn. v.* 521. horrendus viſu quaſſabat Etruſcam Pinum, & fumiferos infert Mezentius ignes. *& Æn.* 12. *v.* 94. quaſſare haſtam trementem. *& Æn.* 5. *v.* 854. ramum Lethæo rore madentem ſuper utraque quaſſat tempora. *Plaut. Epid.* 3. 3. 55. Suam qui undantem chlamydem quaſſando facit. *Val. Flacc. l.* 7. *v.* 577. galeamque minantem quaſſat. *Sil. l.* 2. *v.* 294. Quaſſantue oppida bello. ¶ Particip. *quaſſans* abſo-

abſolute neutrorum more. *Plaut. Aſin.* e. 3. 23. Quaſſenti capite incedit. *h. e.* agitat caput: quod eſt irati, aut triſtis. (Adde *Rudd.* 2. 3. 71. & V. *Caſaub.*) *Cæſ.* apud *Serv. ad l.* 1. *Georg.* e. 74. Quaſſante capite triſtes incedunt. *Virg. ibid.* Iactum ſiliqua quaſſante legumen Suſuleris. ¶ *Quaſſare*, pulſare. *Martial. l.* 13. *epigr.* 1. Non meo magnanimo depugnas teſſera zaln: Senio nec noſtrum cum cane quaſſat ebur. ¶ *Fungere. Pallad. to Novembr. tit.* 17. Olivam mola fortiore quaſſare. *Id. to Decembr. tit.* 2. Myſti baccas quaſſare. V. *Quaſſatus* in fine.

QUASSUS, a, um, *ſhattered*, *crollated*, *agitated*, *ſmaſhed*, *maltreated*, *rotted*, *worried*, quaſſatus, concuſſus, labefactatus, fractus. *Ovid. Heroid. ep.* 11. v. 77. Sic mea vibrari palluſtia membra videres: Quaſſus ab impoſito corpore lectus erat. *Horat. l.* 4. *od.* 8. e. 31. Clarum Tyndaridæ ſidus ab infimis Quaſſas eripiunt æquoribus rates. *Vitr. l.* 18. *c.* 26. *ante med.* Dolia quaſſa furcire. *Petron. in ſragm. Tragur. cap.* 69. *Burm.* Arundinibus quaſſatis chorculas imitatus eſt. *h. e.* fiſſis, rimoſis. *Feſt.* Sic *Ovid.* 3. *Metam.* v. 508. & 5. *Faſt.* v. 508. Queſſæ facta. *h. e.* ligna fiſſa & ſciſſa in uſum focum. *Martial. l.* 9. *epigr.* 58. Nec pigri rota quaſſa mulionis. *Senec. in Thyeſt.* v. 568. ſitu quaſſas ſtabilire turres. *Liv. l.* 26. *c.* 40. Refectis, qua quaſſi erant, muris. *Plaut. Curcul.* a. 3. e. 26. Oculus nulla quaſſa cum cinere effoſſus. ¶ Translate *Quintil. l.* 12. *c.* 10. *ante med. de Inſt.* F. Quæ utiam cure vocalem proximum uccipit, quaſſa quodam modo, utique quoties aliquam conſonantium frangit, multo fit horridior. *h. l.* fractæ. *Curt. l.* 7. *c.* 7. Hæc quaſſa adhuc voce ſubdeficiens, via proximis exuudientibus, dixerat. *ſcatto. Senec. in Hippol.* v. 996. Sors uggravat quaſſare domum. *Id. in Herc. Fur.* e. 1308. Animo feſſa ſenio, nec minus quaſſa malis. *affecta.* & *in Thyeſt.* e. 239. Imperii queſſa eſt fides.

QUASSUS, us, frequens motio, concuſſio. *Pacuv.* apud *Cicer.* 2. *Tuſcul. cap.* 22. Nam attrectatu, & quaſſa ſævum amplificatis dolorem.

QUATEFACIO, is, eci, actum, a. 3. *ſhattere*, *ſquaſſare*, *crollare*, *ſtrugge*, concutio, commoveo, labefacio. *Cic. ad Brut. ep.* 10. *a med.* Romam perveni, nulloque præſidio quatefeci Antonium. Al. leg. *pertefeci*.

QUATENUS, *ſino a qual ſegno*, *a fine*, *ſino a quanto*, *in quanto*, ἕως πόσου, uſque ud quem finem, quantum: a *quo* & *tenus*. V. *Eutropius*. *Cic. in Orat. c.* 22. In omnibus rebus videndum eſt, quatenus. niſi enim ſuus cuique modus eſt, tamen magis offendit mediocria, quam parum. *Id. a. de Orat. c.* 87. Sciunt, quid, & quatenus, & quoreodo dicturi ſunt. & *cap.* 58. *ad fin.* Quatenus ſint ridicula tractanda oratori, perquam diligenter videndum eſt. *Lin. l.* 2. *c.* 55. *ad fin.* Conſules in curium compelluntur, incerti, quatenus Volero exerceret victoriam. *Cic.* 3. *Offic. c.* 17. Aliter leges, aliter philoſophi tollunt uſuras: leges, quatenus manu tenere poſſunt: philoſophi quatenus ratione & intelligentia. *Id. de Amic. c.* 22. Quatenus amor in amicitia progredi debeat. *Gell. l.* 1. *c.* 3. Quatenus quæque fici dari venia amicitiæ debeat. ¶ Refertur ad locum. *Liv. l.* 28. *c.* 39. *ſub fin.* Perentibus Saguntinis, ut quatenus tuto poſſent, Iteliam ſpectatum irent. *Column. l.* 9. *c.* 8. Præciditur ſuperior pars (*arboris*) quæ ab apibus vaſtat, deinde infeſtior, quatenus videtur inhabitari. Adde *Celſ. l.* 5. *c.* 28. *fect.* 12. ¶ Item ad tempus. *Cic. Phil.* 14. *c.* 5. *ad fin.* Quibus auſpiciis iſtos faſces acciperem? quatenus huberem? cui traderem? ¶ Significat etiam qua ex parte, vel, quod attinet ad. *Cic.* 1. *Fam. ep.* 2. Quatenus de religione dicebat, Bibulo aſſenſum eſt: de tribus legatis frequentes ierunt in ulia omnia. *Id.* 4. *Fam. ep.* 4. Accipio excuſationem ex ea parte, quatenus negligentia eorum, qui epiſtolas acciplunt, fieri ſcribis, ne ad nos perferantur. ¶ Pro quaniam, quandoquidem, *già che*, *poſciachè*. *Horat. l.* 3. *od.* 24. e. 30. Claus poſtgenitis: quatenus, heu nefas! Virtutem incolumem odimus, Sublutam ut oculis quærimus invidi. *Ovid.* 5. *Triſt. el.* 5. v. 21. Quarenus & non eſt in caro conjuge felix, Pars vitæ triſti cetera nube vacet. *Plin. l.* 3. *ep.* 7. *ſub fin.* Quatenus nobis denegatur diu vivere, relinquamus aliquid, quo nos vixiſſe teſtemur. Adde *Juvenal. ſat.* 12. v. 101. *Tacit.* 3. *Ann. c.* 16. *Quintil. l.* 6. *c.* 2. *ante med.* & *Sueton. in Claud. c.* 26. ¶ In illo *Frontini de aquæd. urbis.* 7. Eidem mandatum a Senatu eſt, ut curaret, quatenus ullas aquas, quas poſſet, in Urbem perduceret. *quatenus* eſt ut. Al. leg. ut curaret, quatenus alias aquas poſſet, in urbem perduceret. Pro ut poni videtur etiam ub *Ulpiano Dig. lib.* 4. *tit.* 2. *leg.* 14. *a med.* Pro eo autem, qui in fuga eſſe dicitur, cautio extorquenda eſt, quatenus & perſequatur, & omni modo eum reſtituat. & a *Paulo lib.* 19. *tit.* 2. *leg.* 54. *in fin.* Ad ſolvendas totius temporis penſiones ex conducto conveniri poteſt, quatenus locatori in id quod ejus intereſt, indemnitas ſervetur. ¶ Pro quomodo *Lactant. l.* 4. *c.* 27. Quanto terrori ſit dæmonibus hoc ſignum, ſciet qui viderit, quatenus adjurati per Chriſtum, de corporibus fugient. ¶ Antiqui *quatenus* dicebant (pro *quantum*) ut Scipio Africanus in ea oratione, quam ſcripſit, poſtquam ex Africa redit: Uti negotium natum erat: quatenus caſtra noſtra ita munita erant, ut paſſes partem exercitus abducere. Hæc *Feſtus*, qui & *quatenus* ſcriptum fuiſſe ait; cum diſcriminae tamen, quia *quatenus*, iaquit, ſignificat qua fine: at *quatenus* & *quatenus* quanium. Sed hoc diſcrimen aullum eſt. Frequenter enim apud antiquos commutabantur *e* & *i*, item *o* & *u*, ut *protinus protenus*, *conſol conſul*.

QUATER, adverb. *quattro volte*, τετράκις, quatuor vicibus. *Virg.* 2. *Æn.* v. 240. quater ipſe in limine portæ Subſtitit, atque utero ſonitum quatæ arma dedere. *Horat. l.* 2. *ſat.* 3. v. 1. Sic recte ſcribis ut totn non quater anno Membranem poſcas. *Varr. l.* 3. R. R. a. 10. Quater in anno pariunt. *Ovid. l.* 2. *de ar. am.* v. 447. O quater, & quoties numero comprendere non eſt, Fillcem? *Colum. l.* 5. *c.* 6. *a med.* Viginti ductio quater, fiunt octoginta. ¶ Ter quater, *tre a quattro volte*. *Horat. l.* 1. *od.* 31. v. 13. ter & quater anno revifens æquor. *Virg.* 1. *Georg.* v. 420. corvi preſſo ter gutture voces Aut quater ingeremant. & *lib.* 1. v. 309. terque quaterque ſolum ſcindendum. ¶ Cum aliis nominibus numeralibus. *Horat. l.* 1. *ep. ult. iner.* Me quater undenos ſciat expleviſſe decembres. *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 111. quater quinis minis. *Ovid.* 7. *Met.* v. 693. anni quotat deni. *Hirt. de B. Afric.* e. 19. Equinibus CIↃC. peditum quater tantis. *Vitruv. l.* 10. *c.* 14. Quater centies. *Cic.* 3. *Verr. cap.* 39. Quater decies. *Plin. l.* 36. 1. 13. Auto unnos quater mille ſexcentos.

QUATERNARIUS, a, um, *di quattro*, τετράδικος. *Column. l.* 12. *c.* 2. *ante med.* Scrobes quaternarii, hoc eſt quoquoverſus pedum quatuor, ſi eſt commodum terrenum, quotuordecim ub uno fiunt: ternarii autem decem & octo. *Plin. l.* 18. *c.* 6. *circa med.* Numerus quaternarius. τετράς.

QUATERNI, æ, a, adject. *quattro*, numerus diſtributivus. *Horat. l.* 1. *ſat.* 4. v. 86. Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos. *quattro per letto. Cic. pro Font. c.* 5. Quaternos denarios ia ſingulas vini amphoras portorii nomine exegiſſe. ¶ Sumitur etiam pro cardinali. *Manil. l.* 3. v. 506. Hoc ſexagenos tribuit, duplicatque quaternos. *Cæſ. l.* 1. *B. Civ. c.* 83. Primam aciem quaternæ cohortes ex V. legione tenebant. *Al. leg.* ex V. legionibus. *Auſon. epigr.* 2. Anais undecies centum conjunge quaternos. *Id. Edyll.* 12. v. 60. Biſqua quaternorum fecernitur omphalos idem. ¶ In genit. plur. *quaternum* oſitativus eſt: quod dicendum de aliis ſimilibus diſtributivis, *ducenûm*, *trícenûm*, &c. *Colum. l.* 5. 1. 5. Quaternum pedum ſpatia. *Plin. l.* 9. *c.* 3. Balænæ quaternum jugerum, priſtes ducenum cubitorum.

QUATERNIO, nis, m. τετράς, quaternarius numerus, ut *ternio* ternarius, *ſenio* ſenarius. *Mercian. Capell. l.* 7. *pag.* 255. & 268.

QUATINUS. V. *Quatenus*.

QUATIO, is, a. 3. *ſhatter*, *crollare*, *dimenare*, *ſcuotere*, *vibrare*, *agitare*, *ſpalluzzare*, *tremare*, cum vinlentia & crebro moveo, quatefacio, concutio, agito, pulſo. *Feſtus*: Quatere, ſuſpenſum & vicinum ei alicujus motum ſignificat, non ut Verrius putat, ferire: cum id ipſum verbum, concutere, ex præpoſitione quæ eſt con, & quatere, ſit compoſitum. *Petron. in Satyr. c.* 124. ingentem quatiens Mavortius haſtam. & *ibid.* Sanguineam tremula quatiebat lampada dextra. & *cap.* 89. *ad fin.* Quadrupes alius quatit ad excurſum jubas. *Ovid. Heroid. ep.* 18. v. 48. Vcatus quatit aquas. *Virg.* 3. Æn. v. 236. Harpyiæ magnis quatiunt clangoribus alas. *Tacit.* 1. *Hiſt. c.* 82. ſuper humeros ſcuta quatere. *Virg.* 4. *Georg.* v. 64. Quatere cymbala. *Plin. l.* 7. *ep.* 27. Manibus cutenas gerebat, quatiebatque. *Ovid. Met.* 12. e. 502. quatitur tereæ motibus Ide. *Virg.* 3. Æn. v. 69. mihi frigidus horror membra quatit. & *lib.* 5. v. 699. ture creber anhelitus artus, Aridaque ore quatit. & *Ovid. Faſt. l.* 6. v. 400. Quatere caput. *Id. Heroid. ep.* 14. v. 40. populeas quatit aura comas. *Id. Met.* 12. e. 329. quercum quatere huc illuc. *Virg.* 12. Æn. v. 875. Quadrupedumque putrem ſonitu quatit ungula campum. & *verſ.* 512. equitum levia ireprobus urma Præmiſit: quaterent campos. *batteſſero la campagna*. & *Liv. l.* 21. *c.* 20. *a med.* Urbis mœnia uctate quatere. *Virg. in Cul.* v. 218. verbera quatere alicui. *h. e.* flagella quatefacere ad aliquem verberandum. *Id.* e. Æn. e. 620. Neptunus muros, magnoque emota tridenti Fundamenta quatit. *Id.* 3. *Georg.* v. 132. curſu quatere equum. *h. e.* agitare, ad curſum impellendo fatigare. Sic *Cic. in Arat. l.* e. *de nat. Deor. c.* 42. *ſub fin.* Arctophylax, vulgo qui dicitur eſſe Bootes, Quod quaſi temnus adjunctam præ ſe quatit Arctun. *Terent. Eun.* a. 3. 66. Quatere aliquem foras. *h. e.* quatiendo ejicere. *Horat. l.* 1. *ep.* 2. v. 84. Quatere riſu populum. *fare ſcomporre dalle riſa*. ¶ Translate eſt vexare, infeſtare. *Virg.* 9. Æn. v. 608. quatere oppidu bella. *Tacit.* 4. *Hiſt. c.* 68. Mnſure ireuſire jubet, ut Menapios, & Morinos, & extrema Galliarum quateret. ¶ Item afficere, commovere. *Gell. l.* 9. *c.* 13. Animus quatitus & ufficitur non minoribus motibus pulſibuſque, quam ſi ipſe coram ſpectaret. *Senec. in Thyeſt.* e. 260. Futeor: tumultus pectora attonitus quatit, Penituſque volvit. *Tacit. c. Hiſt. c.* 50. *exre.* Quetiebatur his ſegne ingenium, ut concupiſcaret magis, quam ſperaret. ¶ Item commovere, turbare, percellere. *Cic. Tuſcul.* 3. *cap.* 6. Eſt in animis teneram quiddam utque malle, quod ægritudine, quaſi tempeſtate, quatiatur. *Horat. l.* 1. *od.* 16. v. 5. adytis quatit Mensem ſacerdotum incola Pythius. *Valer. Flacc. l.* 1. e. 743. quatiuntque truces nmcula Colchos. *Id. l.* 2. v. 122. *de Fama*. & inotis quatit oppida liaguis. & *lib.* 3. v. 273. & *Sil. l.* 7. v. 7. Terrificm quatit attonitas rumoribus arces. *Senec. in ſ. Here. Fur.* Quotiet populos terrore gravi. *Stat.* 2. *Achill.* v. 55. fame trucis belli, quod nunc Europemque, Aſiamque quatit. *Horat. l.* & *od.* 3. v. 4. Quatere aliquem mente ſolida. *h. e.* de ſtatu mentis dejicere.

QUATRIDUANUS, a, um, *di quattro di*, τετραήμερος, quatridui tempus habeus. *Hieronym. ep.* 27. *ad Euſtoch. c.* 11. *ad fin.* Lazarus quatriduanus mortuus.

QUATRIDUUM, i, n. *ſpazio di quattro giorni*, τετραήμερον, quatuor dierum ſpatium. *Plaut. Perſ.* 1. 1. 37. Mihi des numos trecentos, quos continuo tibi repooem in hoc tridun aut quatridun. *Cic. pro Roſc. Amer. cap.* 7. *a med.* Quatridua, quo hæc geſta ſunt, res ad Chryſogonum defertas. *Id. ad Brut. ep.* 3. Triduo, aut quatridun unte hanc rem pulcherrimam. *Liv. l.* 3. *c.* 3. *a med.* Sic finem juſtitii, quod quatridnum fuit, reditus conſulis fecit. *Lentul. ad Senat. l.* 12. *Fam. ep.* 25. *extr.* Caſſium quatridui iter Laodicea abfoiſſe. *quattro giornate*. ¶ *Quatridnum* duplici *t* legitur in vet. lap.

lap. apud *Manut. in Orthogr.* in voce *Batica*; *n.* 4. quam tamen *Gruter. pag.* 101. *n.* 3. referens, ſimplici c ſcribit.

QUATUOR, & Quattuor, *quatuor*, τέτταρες, & τέσσαρα, nomen numeri cardinalis, unum ad tria addens, *Cic. de Univ. c.* 5. Ab iis rebus numero quatuor mundi eſt corpus effectum. *Virg.* 1. *Georg.* *v.* 258. Temporibuſque parem diverſis quatuor annum. Al. leg. *quatuor.* Atque ita ſcribi volunt, quotieſcumque prima producitur, quæ ceteroquin brevis eſſe videtur, ut in *quater*. Unde *Enn.* apud *Cicer. l.* 2. *de Divin. c.* 48. Ceduor ter quatuor de cælo emporia ſancta. *Id.* apud *Charif. l. c. pag.* 214. *Priſcian.* Jamque fore quatuor partum. *Auſon.* quoque in VII. *Sap. de Cleob. v.* 5. Gradibus propinquis in quatuordecim ſedes. Ceteri Poetæ omnes ſemper producunt. Vult autem *Manut. in Orthograph.* non ſolum in verſu, cum prima producitur, ſed etiam in proſa oratione ubique ei geminari, quod ita habeatur in Virgilii Carpenſi, in Pandectis, in lapidib. & apud Poetas. Addit *Grafer.* etiam *MS.* Palladii, *Palemon* Frontini, in quibus ſemper *quatruor* ſcriptum eſt. Contra ſimplex r præferunt *Dauſq. Celler. in Orthogr.* & alii: ajuntque primam eſſe longam, quamvis ſit a *quater*, at *fedes* a *fedeo*, *mobilis* a *moveo*, *lucerna* a *lucco*, *quadrillus* a *quadro*, & alia originis quantitatem mutant. In allatis autem *Ennii* & *Auſonii* locis recurrunt ad ſynæreſim, & *quatruor* faciunt diſſyllabum: itaque leg. priorem verſ. *Ennii*: Ceduut de cælo ter quatuor corpora ſancta. Ego neutram ſcribendi rationem damnaverim: primum ſyllabam ita corripuerim.

QUATUORDECIES, adverb. τέτταρες καὶ δέκαις, idem ac quaterdecies. *Plin. l.* 3. *c.* 7. A Gadibus quatuordecies centena.

QUATUORDECIM, *quatuordeci*, δεκατέτταρες, nomen numerale cardinale indeclin. *Plin. l.* 2. *c.* 14. Quatuordecim partes. *Flor. l.* 1. *c.* 18. Per quatuordecim annos. ¶ *Sedere in quatuordecim* in Theatro, eſt inter viros equeſtris ordinis ſedere, quibus quatuordecim gradus aſſignati fuerant poſt Orcheſtram, ea qua Magiſtratus, Senatoreſque ſpectabant. *Sueton. in Caſ. c.* 39. Donatus quingentis ſeſtertiis, & anulo aureo, ſaltum in quatuordecim e ſcena per orcheſtram tranſiit. Adde *Aſcon. Pall. ad Cicer. Fam.* 10. *ep.* 32. *Senec. ep.* 44. Eques Romanus es, & ad hunc ordinem tua te perduxit induſtria: at mehercules multis quatuordecim ſunt clauſi.

QUATUORSIGNANI. V. *Seaſignani*.

QUATUORVIRATUS, us, m. Τετραυχία, Magiſtratus, ſea dignitas Quatuorviroram. *Aſcon. Pall. ad Cicer. l.* 10. *Fam. ep.* 32. Quatuorviratum ſibi prorogavit.

QUATUORVIRI, orum, m. *i quattro*, ἀι τέτταρες, Magiſtratus quatuor virorum Romæ inſtitutus eſt poſt Ædiles curules, dataque illi virarum curandarum provincia, ut *Pompon. Dig. lib.* 1. *tit.* 2. *leg.* 2. *circa med.* tradit. *Inſcripc.* apud *Gruter. pag.* 403. *n.* 1. Cn. Domitio Sex. F. Vel. Afro IIII. Vir. viarum curand. Alia apud *Reinef. claſſ.* 2. *n.* 26. P. Plotius IIII. V. V. Cur. ¶ In municipiis, & coloniis erant Magiſtratus ſummæ rei præpoſitus, qui ex Decurionibus aligebantur: item parti alicui publicæ rei, ut jari dicundo, ærario, &c. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 373. *n.* 5. & *pag.* 374. *n.* 2. & *pag.* 470. *n.* 6. Exſtat epiſtola *Ciceronis* ad Quatuorviros & Decuriones Fregellanos, *l.* 13. *Fam. ep.* 76.

QUATUS pro *ſyathus* legitur a quibuſdam apud *Pallad. l.* 2. *tit.* 27. & *l.* 12. *tit.* 14. &c.

QUAXARE, idem quod *coaxare*, a quo contractum eſt. *Feſtus:* Quaxare ranæ dicuntur, cum vocem mittunt.

Q U E

QUE, e, *ed*, *es*, &, ac, atque: & dictioni ſemper poſtponitur, ut *τε* Græce. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 59. Singulaſque res definimus, circumſcripteque complectimur. *Virg.* 3. *Georg. v.* 343. omnia ſecum Armentarius Afer agit, tectumque, lateraque, Armaque, Amyclæumque canem, Creſſamque pharetram. *Cic. Attic. l.* 15. *ep.* 23. *ad fin.* Πλατωνικάτατα Ciceroni. *Id. Phil.* 2. *cap.* 19. Ego arma contra deos patrios, araſque, & focos tuli. *Id. pro Quinc. cap.* 9. *ad fin.* Niſi tu, quod eſſet tuum jus, & officium, parteſque, docuiſſes. ¶ Etiam poſt monoſyllaba. *Celſ. l.* 7. *c.* 27. Exque eo fieri, ut neque retineatur, &c. *Nep. in Datam. c.* 7. Ab hoc Syſinas deſciit, adque regem tranſiit. *Al. leg.* ad regemque. *Virg. Ecl.* 7. *v.* 13. eque ſacra reſonant examina quercu. *& Georg.* 4. *v.* 347. Eque Chao, &c. Ita legit etiam *Servius*: ai. *aque*, ut apud *Ovid. l.* 2. *Amor. el.* 14. *v.* 30. Aque ſua cæſum matre queruntur Ityn. *Id. Heroid. ep.* 6. *v.* 156. A totidem natis orba ſit, aque viro. *Ulrogue lor. al. leg.* atque. *Plaut. Caſ.* 2. 8. 68. Tribus non conduci poſſim libertatibus, quin ego illis comparem magnum malum, quique hanc omnem rem meæ heræ jam faciam palam. ¶ Poſt duas voces *Lucil.* apud *Non. c.* 2. *n.* 79. Ne auricalam obſidat caries, ne vermicoliqoe. *Nep. in Cat. c.* 1. Romam demigraſſit, in foroque eſſe cœpit. *Cic.* 1. *Offic. c.* 26. *a med.* Quod eorum adminiſtratio laudatiſſime pateat, ad plurimoſque pertineat. (Adde *cap.* 30.) *Id.* 2. *de Fin. c.* 1. In eoque eo meliore, quo major ſit, mediocritatem deſiderent. *Id. Fam.* 2. *ep.* 16. A mequa ipſe deficerem. ¶ Poetæ etiam poſt plures. *Tibull. l.* 2. *el.* 3. *v.* 55. Hic jacet immiti conſumptus morte Tibullus, Meſſalam terra dum ſequiturque mari. (Plura ex eo congeſſit *Broukuſ. ad l.* 3. *el.* 6. *v.* 48.) *Propert. l.* 2. *el.* 16. *v.* 11. In te ego & xratas rampam, mea vita, corenas, Ferratam Danaes tranſiliamque domum. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 315. Antra ſubit tophis, laqueataque pumice vivo. *Al. leg.* lacuaria &. ¶ Pro vel, aut an. *Virg.* 4. *Æn. v.* 243. Qualis ubi hibernam Lyciam, Xanthique fluenta Deſerit, ac Delum maternam inſidet Apollo. Ita *Servius*, qui & illud addit *Æn.* 2. *v.* 36. Aut pelago Danaum inſidias, ſuſpectaque dona Præcipitare jubeat, ſubjectiſque urere flammis. *Al. leg.* ſubjectiſve. *& Æn.* 6. *v.* 616. Saxum ingens volvunt alii, radiiſque rotarum Oſtriſti pendent. *Horat. l.* 2. *ſat.* 7. *v.* 58. Quid refert, uri virgis ferroque necari Auctoratus eas, an, &c? ¶ Quibuſdam videtur etiam poni pro quia, nam, quoniam. *Cic.* 1. *Offic. cap.* 7. Non nobis ſolum nati ſumus: ortuſque noſtri partem patria vendicat, partem amici. ¶ Item pro etiam, quoque: quod apparet ex his, quæ ſubjicin: in quibus tamen omnibus dubia eſt lectio. *Plin. ſub fin. ep.* 19. *l.* 4. Nam cum matrem meam pateatis vice dileseris, neque a puerilia ſtatim formare ſolabas. *Tacit. 6. Ann. c.* 19. Ac ne dubium haberetur, pecuniæ magnitudinem malo vertiſſe, aurariaſque ejus, quamquam publicarentur, ſibimet Tiberius ſepoſuit. *Velleſ. l.* 1. *c.* 8. Is eos ludos, mercaturaque inſtituit ante annos CMIV. *Aurel. Vict. de Cæſar. c.* 3. *extr.* Mortalium cunctus accuſo a Fortuna, calloſque eſſe. Sic *hodieque*, hodie quoque, V. *ſim loco.* ¶ In compoſitione conjunctionis vim amittit, enclitice naturam ſervat, ut in *merque, plerique, quiſque, undique, usque*, *ubique* eſt.

QUEI? qui? hoc eſt, quomodo? *Plaut. Mil.* 4. 4. 12. Quei diati tu, te vidiſſe in proximo hic, ſceleſte, me oſculantem? ¶ Eſt etiam dativus ſingularis pro *cui*, a *quis*. Vet. Tab. æn. apud *Muratori. pag.* 582. Ne quei eorum, quorum nomina, &c. & *mox*. Eorum quei frumentum dederit. ¶ Ab hoc eſt *quere, dare*. plus. V. *Quei*.

QUEIS. V. in *Quei*.

QUEMADMODUM, *in quod modo*, rame, ὅν, quo modo, qua ratione, quem ad modum. *Cæſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 36. Si ipſe populo R. non præſcriberet, quemadmodum ſuo jure uteretur, non oportere ſe a populo R. in ſuo jure impediri. *& lib.* 3. *c.* 16. Neque, quemadmodam oppida defenderent, habebant. *Cæſ. Civil.* 3. *c.* 1. *extr.* Semper vigilavi, & proſidi, quemadmodum ſalui eſſe poſſemus. *Id. Fam.* 14. *ep.* 2. P. Valerius ſcripſit, quemadmodam a Veſta ad tabulam Valeriam ducta eſſes. *Plaut. Bacch.* 3. 3. 69. Ego omnem rem ſcio, quemadmodum ab eo poſſea eaſegiſti? ¶ Interrogative, *nam*: *Cic. pro Dom. cap.* 27. Sed iſti, qui Clodii leges timuerunt, quemadmodum ceteras obſervaverunt? *Id. pro Roſc. Com. cap. ult.* Si non reliquit, quemadmodum ab eo poſſea exegiſti? *Plaut. Perſ.* 1. 1. 36. Facere amicum tibi me potis es ſempiternum. *Su.* quemadmodam? Adde *Plin. l.* 3. *epiſt.* 2. *& l.* 4. *ep.* 18. *& l.* 7. *epiſt.* 2. ¶ Item ſicut, *ſiccome, così come, natural, Lat. ſicuti*: cui reſpondet *ſic, ita, eadem modo*, & ſimilia. *Cic. pro Arch.* c. 2. Mihi detis hanc veniam, accommodatam huic reo, vobis, quemadmodum ſpero, non moleſtam. *Id. de Amic. c.* 4. *ad fin.* Pergratum mihi feceris, ſi, quemadmodum ſoles de ceteris rebus, cum ea te quærentur; ſic de amicitia diſputaris, quid ſentias. *Id. Q. Fr. l.* 2. *ep. penult. circa med.* Tu quemadmodum me cenſes oportere eſſe in republica; ita & eſſe, & inte animula intima licito mollioram. *Id.* 2. *de Fin.* 1. 26. Ut quemadmodum ſint in ſe ipſos animati, eodem modo ſint erga amicos. *Id.* 4. *Acad. c.* 34. *a med.* Non enim, quemadmodum ſi quæſitum ex eo ſit, ſtellarum numerus par an impar ſit, item ſi multis aliis de rebus, in quibus verſatus exercitatuſque ſit, neſcire ſe dicat. *Liv. l.* 4. *c.* 43. Ut quemadmodum tribunis conſulari poteſtate creandis uſi ſunt, adæque in quæſtoribus liberum eſſet arbitrium populi.

QUEO, is, ivi, & ii, itum, n. anom. *potere*, δύναμαι, poſſum, valeo. A nonnullis inter defect. *ea* enumeratur. Quara omnia ejus tempora ac perſonas ſubjiciemus. *Cic. Fam.* 14. *ep.* 1. *ad fin.* Non queo reliqua ſcribere. *Horat. l.* 2. *ſat.* 7. *v.* 91. liber ſum, dic *age*: non quis. *Lucret. l.* 3. *v.* 647. non quit ſentire dolorem. *Terent. Andr.* 4. 5. 12. Ut quimus, ajunt, quando, ut volumus, non licet. *Arnob. l.* 3. *pag.* 104. Quod vos dicere non quitis. *Plaut. Trin.* 2. 2. 10. Quod manu non queunt rangere. *& 3.* 2. 31. Facere non quibam miſer. *Id. Rud.* 3. 1. 8. Nec eas eripere quibat inde. *Virg.* 6. *Æn. v.* 463. nec credere qurvi. *Juvenc. l.* 1. *Hiſt. Evang. v.* 679. Hujus enim vocem nunquam comprandere quiſtis. *Terent. Andr.* 4. 1. 30. Nec te quisit hodie cogere. *Acerus* apud *Macrob. 6. Saturn. c.* 1. *a med.* Nam ſi a me regnum fortuna, atque opes Eripere quivit, at virtutem non quit. *Quadrigar.* apud *Gell. l.* 15. *c.* 1. Nunquam quiverunt incendere. *Plaut. Mil.* 4. 6. 25. Si non quibo imperrare. *Arnob. l.* 7. *pag.* 218. Validius premere opinionem iſtam quibunt. *Horat. l.* 2. *ſat.* 5. *v.* 2. quibus amiſſas reparare queam res Artibas. *& verſ.* 12. qua extrooe queas diteſcere. *Salluſt. in Catil. c.* 61. *ad fin.* Ne circumvenire queat. *Virg.* 12. *Æn. v.* 19. quod jam implorare queamus. *Pallad. l.* 5. *t.* 4. *ad fin.* Si queant. *Plaut. Merc. prol. v.* 55. Quod quirem. *Tacit.* 1. *Ann. c.* 66. Cum nequm precibus, neque me in ſeriem militem quiret. *Stat. l.* 5. *ſilv.* 3. *v.* 60. nec Orpheæ queant avertere iages. *Verr. ſub init. l.* 4. *de L. L.* Valocior idem ſi quivero. *Liv. in fr. cap.* 24. *l.* 4. Ut vis a cenſoribus nullius auctoritas detrereri quiverit. *Lucret. l.* 6. *v.* 855. Non quie ir ca'ſam ſupera de redtere parte. *Arnob. l.* 5. *pag.* 161. Cum ab Jovis maledictis nullam paſſam facere quiveritis. *Auſon. epiſt.* 139. Thebas quidem par trier ipſas. *Gell. l.* 12. *c.* 9. Loqui non quire. *Lucret. l.* 5. *v.* 1372. neque in ſuctum converſeus quiſſe. *Apul. l.* 6. *& 9. Metam.* Nec illum reperire quiens ſaluti ſubſidium. ¶ Pamve, ſeu Dyonentis forma Cæcil. apud *Diomed. l.* 1. *pag.* 380. *Nec ch.* Si non fecit: quitur. *Accius ibid.* Neque vi impelli, neque, ece ſentus ſum. *Id. ibid.* Unde omnia perdifci ac percipi queuntur. *Lucret. l.* 1. *v.* 1033. Dum veniaot aliæ, ac ſuppleri ſumma queatur. *Plaut. Perſ* 2. 2. 12. Nec fabigi queantur unquam. *Terent. Eunr.* 4. 1. 57. Forma in tenebris noſci non quita eſt. *Apul. in Apolog.* Cum cum jotſiſtes accuſationem ſuſtinere, pollicitus ita laturum, ne ſic quidem quitus eſt. ¶ Etiam *Priſcian. quis* pro *quivi* in præterito agnoſcit *l.* 10. *pag.* 905. &

907.

927. *Putſch.* ¶ Supini *quitum* primam ſyllabam brevem eſſe vult *Idem l.* 9. *pag.* 867.

QUERCĒRUS. V. *Querquera*1.

QUERCETUM, i, n. *quercetо*, δρυεών, locus querçubus conſitus. *Vare. l.* 1. R. R. c. 16. *ſub fin.* Si ad limitem quercetum habet. *Horat. l.* 2. *od.* 9. *v.* 6. Aquilonibus quercta Gargani laborant. *Claudian. l.* 1. *in Rufin. v.* 383. Rorabunt querceta favis. ¶ Dicitur & *querquetum. Faſt.* in *Querquetulana*. Nymphæ præſidentes querqueto circſcenti.

QUERCĒUS, quernus. *Tacit.* 2. *Ann. cap.* 83. Ut ſuper eas quercæ coronæ ſtatuerentur. Addo *Aurel. Vict. in Epit. c.* 3. *ſub fin.*

QUERCICUS, a, um, quernus. *Suetou. in Calig. c.* 19. Inſignia quercica corona. *Lipſ.* malebat *quercina*. Sed *querctanæ* caret adhuc exemplis.

QUERCUS, us, f. *quercus*, δρῦς, arbor glandifera, procera, ramoſa, nanoſa, craſſi caudicis, ligni præduri, & ſi aquis obruatur, firmiſſimi, corticis aſperi. Hinc ea *Plin. l.* 16. *c.* 6. & 40. *ad fin.* behita eſt Jovi ſacra, & in ejus tutela, ut eſt apud *Phædr. lib.* 3. *fab.* 17. ejuſque fructus fuit primus priſcorum mortalium cibus, qui nunc ſuum. *Paul. ex Feſto*: Quercus dicitur, quod id genus arboris grave ſit ac durum, tum etiam in ingentem evadat amplitudinem: querqueſum enim gravem & magnum putant dici. *Virg.* 3. *Georg. v.* 332. Sicubi magna Jovis antiquo robore quercus Ingentes tendat ramos. *Id.* 3. *Æn. v.* 680. qualis cum vertice celſo Aeriæ quercus, aut conſertæ cypariſſi Conſtiterunt, ſilea alta Jovis, lucuſva Dianæ. *Cic.* 1. *de Legib. cap.* 1. & *Lucret. l.* 5. *v.* 937. Glandifera quercus. *Ovid. Met.* 13. *v.* 798. ſævior iodomitis Galatea juvencis, Durior annoſa quercu. *Virg. Ecl.* 6. *verſ.* 28. tum rigidas motare cacumina quercus. *Senec. in Herc. Oet. v.* 1474. Quercus fatidica. V. *Dodona*. ¶ Synecdoche eſt in his: *Val. Flacc. l.* 5. *v.* 65. Ergioum fato vocat ipſa momenti Quercus. *b. e.* Argo navis e quercu. *Id. l.* 6. *v.* 243. impacta latus inter, & ilia quercu. *b. e.* haſta e quercu. *Sil. l.* 7. *v.* 190. queren in ciitere caeata. *b. e.* poculum. *Juvenal. ſat.* 14. *v.* 183. gratæ poſt munus miſtæ Contingunt homines veteri faſtidia quercus. *b. e.* querne glandis. *Id. ſat.* 6. *v.* 386. Capitolina quercus. *b. e.* corona querna. V. *Capitolinus*. Porro corona e quercu dabatur ei, qui cæſo hoſte civem ſervaſſet: unde & *civica* dicta eſt. V. *Civicus. Virg.* 6. *Æn. v.* 772. Atque umbrata gerunt cinctl ſempſtra quercu. *Lucan. l.* 1. *v.* 357. Servati cicie referentem præmia quercum. *Ovid. in fin. l.* 4. *Faſt.* State Palatinæ laurus, prætextaque quercus Stet domui. *Valer. Max. in fin. c.* 8. *l.* 2. Ad quercum prona manus porriguntur, ubi ob cives ſerveiti corona danda eſt, qua poſtes Auguſtæ domus ſempiterna gloria triumphaat. ¶ Reperitur & *quercus, ci. Cic. in fragm.* apud *Peiſcon. l.* 6. *pag.* 717. *Putſch.* Ibi quercorum ſami ad terrem jacent. *Pallad. in Mart. cit.* 7. Cinis ſarmenti, vel querci. & tri. 8. Pini, vel querci palos.

QUERELA, æ, f. *lamenta, querela, lamentanza, μωγὴ*, querimonia, conqueſtio: a *queror*, ut *tutela* a *tutor. Cic.* 1. *Q. Fr. ep.* 2. *cap.* 1. Inſerveiit nonnullorum querelis, quæ apud me de illo ipſo habebantur. & *lib.* 3. *ep.* 8. Epiſtola plena ſtomachi & querelarum. *Id. in Piſon. c.* 1. Jamne eides, bellua, quæ ſit hominum querela frontis tuæ? *b. e.* quid queiantur di tuo fronte, quæ eos fallelit. *Id. de Senect. c.* 3. Sæpe interfui querelis meorum æquelium, quæ deplorata ſolebant, &c. *Al. leg.* quæ, *al.* queis. *Phædr. l.* 1. *fab.* 9. *extr.* Qui modo ſecurus noſtra tiridchas mala, Simili querela fata deplorat tua. *Virg.* 4. *Æn. v.* 360. Deſine meque tuis incendere teque querelis. *Lucret. lib.* 3. *v.* 968. Aufer ab hinc lacrumas, barde, & compeſce querelas. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 83. tam longas ſed ſupprime, Muſa, querelas. *Id.* 7. *Metam. v.* 711. ſiſte tuas, ingrate, querelas. *Cic. Fam.* 10. *ep.* 24. Vaſtrum illud dicimum in rempublicam beneficium nonnullam habet querelam. *b. e.* habet aliquid, di quo homines queiuntur. *Id. pro Sext. cap.* 30. De tot tantiſque injuriis conſulum querela eſſe debuit. *b. e.* debuerat conſules queri. ¶ Dicirer ſæpe de querimonia, quæ amice, & inter amicos ſit. *Cic. pro Dejot. cap.* 3. Cui ſnot inauditæ cum Dejotero querelæ tuæ? nunquam tu illum accuſaviſti, ut hoſtem, ſed ut amicum officio parum functum. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 1145. *n.* 8. Conjugi dulciſſimo, cum quo advixit ſine querela per annos eiginti. Alia *ibid. pag.* 480. *n.* 5. Qui vixit ſine ulla querela cum conjuge. *Apul.* quoque *in Florid. n.* 14. (*al. l.* 2.) querelam de jurgio inter conjuges dixit. Porro formula frequens eſt in lapidib. ad ſignificandam concordiam conjugum, *cum quo vixit ſine querela*: habeturque in omnib. Inſcript. inſre ex *Manut.* & *Celſorio* citandis. ¶ Et de cantu augatorio, quo nutrices infantibus ſomnum conciliant. *Stat. S. Theb. v.* 615. quoties tibi Lemnos, & Argo Sueta loqui, & longa ſomnum fundere querela? ¶ Tribuitur & brutorum quibuſdam vocibus, quibus queri creduntur. *Virg. Georg.* 1. *v.* 378. Et veterem in limo ranæ cecinere querelam. *b. e.* rege crudeli ab Jove iis dato, de quo *Phædr. l.* 1. *fab.* 2. narrat. *Id. Æn.* 8. *v.* 215. Diſceſſu mugire boves, atque omna querelis Impleri nemus. *Martial. l.* 1. *epigr.* 54. Improba Cecropias offendit pica querelas. *b. e.* cantum Philomelæ, quæ fuit Athenienſis. *Plin. l.* 10. *c.* 34. *de columbis*. Plenum querela guttur. *Lucret. l.* 4. *v.* 547. *de cycnis*. Cum liquidam tollunt lugubri voce querelam. *Ovid. Met.* 3. *v.* 239. *de cervo*. mœſtiſque replet juga nota querelis. ¶ De cantu tibiæ, qui vocibus querentium quodammodo ſimilie eſt. *Lucret. l.* 4. *v.* 585. & *lib.* 5. *v.* 1383. Chordarumque ſonos fieri dulceſque querelas, Tibia quas fundit digitis pulſata canentum. ¶ De laboie ex morbo. *Senec. in fin. cap.* 1. *l.* 3. *quæſt. nat.* Quadam aquæ pulmonis ac viſcerum querelas levant. ¶ De queiimonia, quæ cum accuſatione coojuncta eſt, *Juſtin. l.* 1. *c.* 5. Cum per laſciviam contumaces flagellis cecidiſſet, a parentibus puerorum querela ad regi delata. *Virg. Æn.* 10. *v.* 94. nunc ſeva querelis Haud juſtis aſſunge, & irrita jungia jactas. *Val. Flacc. l.* 8. *v.* 158. Sed quid ego quemquam immeritis incuſo querelis? & *lib.* 6. *v.* 433. Increpue & ſævis Vulcanum mœſta querelis. *Lucan. l.* 2. *v.* 44. Effunduot juſtas in oumiaa ſæva querelas. ¶ Apud JCtos *querela* dicitur eæpoſtulatio ad judicem facta de teſtamento inofficioſo. *Ulpian. Dig. lib.* 5. *tit.* 2. *leg.* 1. Sciendum eſt frequentius eſſe de inofficioſo querelas. & *leg.* 6. *eadr.* Querelam inofficioſi movere. & *leg.* 8. & *Paul. leg.* 22. inſtituere. *Paul. ibid. leg.* 17. & *Ulpian. leg.* 27. accuſatiooem vocant. ¶ Dicitur & de quacumque controverſia judiciali, in qua quis ſe damnum pati queritur. *Petron. in Satyr. c.* 15. Advocati flagitabant, uti apud ſe utraqua deponeientur, & poſtero die Judex querelam inſpiceret. ¶ Io laudata Inſcript. *Gruter. pag.* 480. & in aliis quindecim apud *Fabrettum cap.* 4. *pag.* 256 legitur *querella*, itemque in aliquib. lib. *Phædri*, & al. Probatur hoc a *Manut. in Orthogr.* allatis octo lapidibus, altiſque muoum. idemque de *loquella* ſentiendum putat. Diſſentiunt *Dauſq.* cum aliis, item *Cellar.* qui totidem lapides e *Gruter.* opere affert ſimplicem *l* præferentes. *Pier. ad* 4. *Æn. v.* 360. in uſu eſſe ait *querela*, antiquos cod. variare.

QUERENS. V. *Queror*.

QUERIBUNDUS, a, um, *lamentevole*, θρηνῳδικὸς, lamentabilis. *Cic. pro Syll. c.* 10. De ſupplicio P. Lentuli, de carcere, magoa & queribunda eoce dicebet. *Sil. l.* 13. *v.* 583. Cuæque, iofidiæque, atqui hinc querihunda penates.

QUERIMONĪA, æ, f. *lamento*, idem quod querela. *Cic.* 5. *Verr. c.* 57. *ad fin.* Romæ querimoniæ de tuis injuriis habebantur. *Nep. in Attic. c.* 17. Nulla unquam inter eos querimonia interceſſit. *Liv. l.* 7. *c.* 9. Cum multæ querimoniæ ultro citroque jactatæ eſſent. *Horat. in ar. Poet. v.* 75. Verſibus impariter jnoctis querimonia primum, Poſt etiam incluſa eſt voci ſententia compos. *Id. l.* 3. *od.* 24. *v.* 33. Triſtes querimoniæ. *Id. l.* 2. *od. ult. in fin.* Abſint inani funere næniæ, Luctuſque turpes, & querimoniæ. *Colum. in præfat.* Querimonias mitigare. *Gell. l.* 1. *c. ult.* Querimoniæ, aut gemitus, ejulatuſque facere. *Senec. l.* 2. *de Benef. c.* 29. jacere in deos. ¶ De querelis conjugum, *Horat. l.* 1. *od.* 13. *extrem.* nec malis Divuſus querimoniis Suprema citius ſolvet amor die.

QUERĪTANS, antis, qui ſæpe queritur. *Plin. in Paneg. c.* 29. Perituræque in horroie meſſes nequicquem queritantibus fociis, auferuntur.

QUERĪTOR, oris, dep. 1. ſæpe queror. *Paulin. Nolan. carm.* 18. (*al.* 9.) *ad Auſon. v.* 147. Quare gratandum magis eſt tibi, quam queritandum.

QUERNĒUS, &

QUERNUS, a, um, *di quercia*, δρύϊνος, δρυΐτης, qui eſt e quercu, querceus, quercicus. *Cato R. R. c.* 5. Frondem populneam, ulmeam, querneam cædito. *Colum. l.* 7. *c.* 1. Ilignei, quernerique frutices. *Virg.* 1. *Georg. v.* 305. quærnas glandes tum ſtrugere tempus. *Id.* 11. *Æn. v.* 65. feretrum Arbuteis texunt virgis, & cimine querno. *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 333. quarno ſeligant a ſipite fuſum. *Id.* 3. *Triſt. el.* 1. *v.* 36. Augurium menti querna corona dabet.

QUERŌR, eris, eſſus ſum, dep. 3. *lamentarſi, dolerſi, lagnarſi, querelarſi, μύρομαι, θρηνῳδέω*, querelam habeo, expoſtulo, lamentor, conqueror. Proprie eſt voce aut verbis dolorem ſignificare, remedii quærendi gratia. *Cic.* 3. *Verr. c.* 9. Niſi omni tempore abuſus ero, querere, deum atque hominum fidem implorebis. *Id.* 5. *Tuſcul. c.* 5. *ad fin.* Virtutes autem noli vereri, ne expoſtulent, & queranlur, ſe relictas eſſe. *Id. Fam.* 3. *ep.* 10. *cicca med.* Quererer tecum, atque expoſtularem, ni, &c. *Liv. l.* 35 *c.* 8. Conſul queſtus eſt cum patribus conſcriptis, quod non eſſet habitus diis immortalibus honos. *Cic. pro Flacc. c.* 24. At queritur. impudenter facit. Non enim omnia, quæ dolerent, eadem jure queri poſſumus. *Cæſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 39. Suum fatum querebantur. *Plaut. Aſin.* 3. *a.* 12. Ego mihi queror fortunes. *Cic. Attic. l.* 5. *ep.* 8. Milo queritur per litteras injuriam meam. *Stat. l.* 4. *ſilv.* 8. *v.* 32. Sed queror haud faciles, juvenum raciſſime, queſtus. *Cic. Fam.* 1. *ep.* 4. & *Cæſ. l.* 4. *B. Gall. c.* 8. Queri de injuriis alicujus. *Cic. Attic. lib.* 9. *ep.* 17. Queritur de Milone per vim expulſo. & *lib.* 13. *ep.* 2. Queritur, a diſcipulis ibeſſe tandiu. *Id. Tuſcul.* 3. *c.* 18. *a med.* Querebatur, ſe ium, cum illa cidere cæpiſſet, naſingui. *Val. Flacc. l.* 3. *v.* 318. ihalami modo queſta morati. *Senec. in Med. v.* 623. Portubus lentis retinet carinas Stare quotentes. *Cic. Acad.* 4. *c.* 25. *ad fin.* Neque tam quereretur cum deo, quod parum longe, quam quod falſum videret. *Horat. l.* 1 *ep.* 2. *v.* 24. quererie ſuper hoc etiam, quod Exſpectata tibi non mittam carmina mendax. *Nep. in Chabr. c.* 3. Legatos miſernot Athenas queſtum, quod, &c. *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 79. Quod nunc lamentare, non eſſe argentum tibi, apud novercam quarere. & *Cæſ. n.* 1. 14. Nunc hinc meas fortunas no queſtum ad vicinas. *Vellej. lib.* 2. *cap.* 130. Apud aares deorum de hii queri. *Stat. lib.* 11. *Theb. v.* 495. & *Plin. l.* 3. *ep.* 4. dejectam in lumina pallam Diva trahit, magnoque fugit queſtura Tonanti. *Juvenal. ſat.* 2. *v.* 131. Nec quererie patri. *Ovid.* 5. *Faſt. verſ.* 233. Ibat, ut Octavio quereretur facta mariti. (Adde *Stat.* 11. *Theb. v.* 215.) *Albinov. ad Liv. el.* 2. *v.* 375. Regna dæ immitia parce irritati querendo. ¶ Tribuitur & brutis, ut *querela. Ovid. Met.* 14. *v.* 100. *de ſimiis*. Poſſe queri tantum rauco ſtridore reliquit. *Virg.* 4. *Æn. v.* 463. Solaque culminibus ferali carmine bubo Viſa queri, & longas in fletum ducere voces. *Horat. epod.* 1. *v.* 26. Quæruntur in ſilvis aves. ¶ De lyra, aut tibiæ ſono. *Ovid.* 11. *Met. v.* 52. Flebile neſcio quid queritur lyre.

QUER-

QUERQUEDULA, æ, f. avis altilis, tum in terra, tum in aqua vivens, ut anates. *Varr. l. 3. R. R. c. 3. & 11. & Colum. l. 8. c. 15.* Dicta eſt a Græco κναξις, ut *Varr.* docet *l. 4. de L. L. c. 13.* vel a κραξεδουλις, ut *Veſſ. & Joſ. Scalig.* malluut. Alii ducunt a *querquerus*, gelidus, quia gelido & hiberno tempore maxime apparet. Quidam putant eandem eſſe cum ardea: alii cum erodio. *Varr.* (fortaſſe *Atacin.*) apud *Non. cap. 2. n. 172.* Aut frigidos imbres aquæ caducitat ruentis Præinuere aquatiles querquedulæ natantes.

QUERQUERUS, & Querquerus, a, um. *Querquero febre* eſt frigida, & cum horrore tremens, teſte *Aurelio Opilio* apud *Feſt.* dusiturque a *Sanera ibid.* ex Græco, quia κοκκυσσω Græci tremorem febrilem vocant. A quo etiam *cocer* dictus videtur. Unde κοκκυσσω, vibro, tremo, mico. Alii *querquerum febrem*, gravem & magnam dici volunt: a *quercus*, quia hæc arbor & gravis eſt ac dura, & in ingentem evadit altitudinem. Sed prior notatio aptior videtur. *Lucil.* apud *Feſt.* Jactatus me, ut febris querquera. *Id. ibid.* Querquera conſequitur febris, capitiſque dolores. *Plaut. in fragm. ibid.* & apud *Priſcian. l. 6. pag. 719. Putſch.* Is mihi unai bilis, aqua intercus, tuſſis, febris querquere. *Gell. l. 20. c. 1. circa med.* Ægrotanto gravis cum febri rapida & querquere. ¶ *Querquerum* abſoluta uſi febris querquera. *Apul. in Apolog.* Poſſe dicitis ad res venerias ſamptam de mari ſpamam & fuſcinam, proptes nominum ſimilitudinem: qui minus poſſit ex eodem litore calculus ud veſicam, teſta ad teſtamentum, cancer ad ulcera, alga ad querquerum? Al. leg. *ad querquerum.* ſcil. *febrem.* qua ratione *Arnob. l. 1. pag. 28.* Chriſtus ſcitur vitiligines, querquerras, atque iatercutes morbos, omnisque alia valetudinum genera ſanare. Porro *Apul.* ludit in *alga* & *querquero*, quia *alga* ſum *algro* ſimilitudinem habet, & querqueru febris algorem inducit.

QUERQUETULANUS, a, um, ad querquetum, ſeu quercetum pertinens. *Feſtus*: Querquetulanæ viræ putantur ſignificari Nymphæ præſidentes querqueto vireſcenti. quod genus ſilvæ indicant fuiſſe intra portam, quæ ab eo dicta ſit Querquetularia. Sed feminas Antiqui, quas nunc dicimus, viras appellabant: unda adhuc permanent virgines & viragines. Hæc *Feſtus*. ¶ Querquetulanum facellum apud *Varron. l. 4. de L. L. c. 8.* videtur earum Nymipharum fuiſſe. ¶ Querquetularia porta a *Plin. l. 16. c. 10.* dicitur Querquetulana. ¶ Cœlius mons olim Querquetulanus cognomento fuit, quod talis ſilvæ frequens fecunduſque eſſet, ut ait *Tacit. l. 4. Ann. c. 65.* Querquetulani, Κουερκετουλανοι, populi in Latio apud *Plin. l. 3. c. 5.* fortaſſe indo nomen habuere, quod querquetum incolarent.

QUERQUETULARIUS. V. vocem præced.

QUERQUETUM V. *Quercetum.*

QUINARIUS, a, um, *di cinque, πενταδικὸς*, quinque continens. *Frontin. de aquæduct. antiq.* 25. Modulus appellatus quinario nomine. *& mox.* Quinaria (*fiſtula*) dicta a diametro quinque quadrantum. *Plin. l. 31. c. 6.* Fiſtulæ, ſi quinariæ erunt, ſexaginta pondo pacdere; ſi octonariæ, centena. V. *Denarius*. ¶ *Quinarius nummus* argenteus fuit, dimidium denarii. V. *Victoriatus*. *Varr. l. 4. de L. L. c. penult.* Denarii, quod denos æris valebant: quinarii, quod quinos. *Plin. l. 33. c. 3.* Placuit denarium (*permutari*) pro decem libris æris: quinarium pro quinque. ¶ Quinarium numerum *Serv. ad lib. 1. Georg. v. 277.* tradit Minervæ eſſe conſecratum, quia ſterilis eſt: unde etiam omnia ſterilia quinta luna nata aſſe dicuntur. Ob aliam cauſam laudat hanc numerum *Macrob. l. 1, in ſomn. Scip. c. 6.* Vide.

QUINCENTI, æ, a, idem ac quingenti, apud Vet. *Feſtum*: Quincentum, & producta prima ſyllabe, & per C litteram uſurpabant antiqui.

QUINCTIA. V. *Quintius*.


QUINCTILIANUS. V. *Quintilianus*.

QUINCTILIS. V. *Quintilis*.

QUINCUNCIALIS, le, ad quincuncem ſpectans, ut quincuncialis figura, quæ quincuncem, hoc eſt litteram V refert, *Vitruvius*. *Plin. l. 17. c. 11.* In diſponendis arboribus, arbuſtiſque, ac vineis quincuncialis ordinum ratio vulgata, & neceſſaria. V. vocem ſequent. ¶ Quincuncialis herba, quæ meoſuram quincuncis unius pedis habet, hoc eſt, ſeptenos ſeas digitos. *Plin. lib. 27. cap. 11. de hiſtoſperma*. Herba quincun. ialis fere, ſulcis duplo majoribus, quam rutæ. *Id. l. 9. c. 48.* Quincuncialis magnitudo.

QUINCUNX, uncis, quæque habens uncias. *Horat. de ar. poet. verſ. 327.* ſi de quincunce remota eſt Uncia, quid ſuperet. *Frontin. de aquæduct. urbis.* 28. & 40 Senaria fiſtula capit quinariam unam quincuncem, ſicilicum. *Column. l. 12. c. 28.* Irim cribratam, quæ ſit inſtar pondo quincuncem & trientem. ¶ Apud *Martial.* eſt menſuræ genus, capiens qui que cyathos, h. e. quaſi dimidium ſeptarii, nec cyatho minus. Sextarius enim duodecim cyathos continet: ejus dimidium ſunt ſex cyathi (quæ eſt hemina) ſi unum demas, quincunx. *lib. 1. epigr. 28.* Heſterna tibi noſte dixeramus, Quincunces, puto, poſt decem peractos, Cenares hodie, Procille, mecum. *b. e.* poſt epotos cyathos quinquaginta a multis ſimul convivis. *Id. l. 11. epigr. 37* Qui cunces, & ſex cyathos, heſternque bibamus, Caius ut fiat, Julius, & Proculus. *b. e.* quinque cyathos, deinde ſex, poſtea octo, totidem enim litteras habent ea nomina. qua de re V. *lib. 1. epigr. 72. & lib. 8. epigr. 51.* ¶ Quincunx hereditatis apud *Plin. l. 7. epiſt. 11.* ſunt quinque partes hereditatis in duodecim

decim diviſæ. ¶ De uſure, quæ ex ſingulis centenis quinque perciplantur, *vinque per centc*. *Perſ. ſat.* 5. *v.* 149. Quid petis? ut nummi, quos hic quincunce modeſto Nutrieres, pergent avidos fudare deunces? ¶ Adjective *Scævola Dig. lib.* 46. *tit.* 3. *leg.* 102. *ad fin.* Titius mutuam pecuniam accepit, & quincunces uſuras ſpopondit. ¶ Quincunx jugeri apud *Colum. l.* 5. *c.* 1. *a med.* ſit reſpectu jugeri, quod quinqos uncis reſpectu aſſis aut libræ. ¶ Quincunx etiam dicitur ordo, quo arbores s. gr. ita certis intervallis diſponuntur, ut quoquo modo intueare, in rectum ſe verſus porrigat: non modo utilis perflatu, ſed etiam aſpectu grata, ut *Plin. l.* 17. *c.* 1. loquitur: ita dicta, quia ſinguli anguli notam quinarii numeri V referunt. Figura eſt hujuſmodi



Quintil. l. 8. *c.* 3. Quid illo quincunce ſpecioſius, qui, in quamcunque partem ſpectaveris, rectus eſt? Cic. *de Senect. c.* 17. Procerritates arborum, & directi in quincuncem ordines. *Colum. l.* 3. *c.* 13. Nonnulli omnem vitium per denos pedes in quincuncem diſponunt, ut more novalium terre tranſeuntis adverſiſque ſulcis proſcindatur. *Cæſ. l.* 7. *B. Gall. c.* 73. Ante hos (*cippos*) obliquis ordinibus in quincuncem diſpoſitis ſcrobes fodiebantur.

QUINCUPEDAL, alis, n. *pertica, paſſo*, regule, ſeu pertica quinque pedum longitudine, notis pedum, & anciarum diſtincta, qua menſiendis ædificiis utebantur. Legitur in lemmate *epigr.* 91. *lib.* 14. *Martial.* Epigramma eſt: Puncta notis ſtatis illuc, & acuta cuſpide clauſa Sæpe redemptoris prodere furta ſolet. *b. e.* pertica ex ilice.

QUINCUPLEX, icis, *τετραπλᾶς*, quinquies multiplicatus. *Martial. l.* 14. *epigr.* 4. Quincuplici cere cum detur altus honos. ¶ Titulus ejus epigrammatis eſt *Quincupleces*, qui ſunt pugillares quinqos foliorum, ſeu luminarum, aut tebellarum.

QUINDECIES, adverb. *quindies vel*, *δεκαπεντάκις*, quindecim vicibus. Cic. 4. *Verr. c.* 25. Ad illa ſeſtertia quinqua millia hereditaria accellit ipſius antiqua ſeſtertium quindecies pecunia. *Martial. l.* 7. *epigr.* 9. Dicere quindecies poteram: Quid pertinet ad te?

QUINDECIM, *quindeni, δεκαπέντε*, nomen numeral. cardinale indeclin. *Plaut. Pſeud.* 1. 1. 51. Quindecim miles minas dederat. *Cæſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 15. Dies cireiter quindecim.

QUINDECIMVIRALIS, le, adject. ut Sacerdotium quindecimvirale, h. e. quindecim hominum ſacris addictorum, apud *Tacit. Ann.* 11. *cap.* 11.

QUINDECIMVIRATUS, us, m. dignitas Quindecimvirorum. *Lamprid. in Alex. Severr.* 1. 49.

QUINDECIMVIRI, um, m. Magiſtratus Quindecim virorum, ut Quindecimviri agris dividundis. *Plin. l.* 7. *c.* 43. Supramis laudibus patris ſui L. Metelli Pontificis, bis Conſulis, Dictatoris, Magiſtri equitum, Quindecimviri agris dandis. ¶ Quindecimviri Sibyllinis, ſeu Quindecimviri ſacrorum, erant quindecim Sacerdotes, qui libris Sibyllæ legendis, carminibuſque interpretandis præerant. Ad hos etiam ludorum ſæculorum procuratio pertinebat. Primum a Torquinio Superbo duo viri ad hoc Sacerdotium creati ſunt, deinde cum Plebs in partem Magiſtratuum & Sacerdotiorum venire vellet, decem, quinque ex Patribus, totidem ex Plebe, tandem a L. Sulla quindecim. *Horat. in ſatyr. ſat. v.* 70. Quæque Aventinum tenet, Algidumque Quindecim Diana preces virorum Curet. *Tacit. Ann.* 6. *c.* 12. *extr.* Notioni Quindecimvirum is liber ſubjicitur. ¶ In veterib. libris fere hoc modo ſcribitur *XV. vir.* Sic Decemviri *X. viri*. Septemviri *VII. viri*. Seesiti, aut Seviri *VI. viri*, &c. ¶ Si *Servio* habenda eſt fides, ad *Æn.* 6. *v.* 73. etiam ante Sullæ tempora Quindecimviri fuerunt: poſtea is numerus uſque ad ſexaginta auctus eſt, retento tamen Quindecimvirum nomine. ¶ In ſing. numero *Suetan. in Cæſ. c.* 78. L. Cottam Quindecimvirum ſententiam dicturum. *Tacit. Annal. cap.* 12. *lib.* 6. *Ann.* Caninius Gallus Quindecimvir poſtulaverat. *Gell. l.* 1. *cap.* 12. Flamen, aut augur, aut Quindecimvir ſacris faciundis. ¶ Sunt qui putant, etiam cum ſingulari nomina in omnibus caſibus *quindecimvirum*, quod fit genitivus pluralis, dici debere. Itaque legunt apud *Tacit.* Caninius Gallus Quindecimvirum, h. a. unus e Quindecimviris: ſimiliter apud *Gell.* Idem videtur dicendum de aliis hujus poſitionis, *duumvirum, decemviram, ſeptemvirum*, &c. quæ ſi aliquando ſingularia legantur *duumvir, decemvir*, per compendium ſcripta eſſe cenſeri poſſunt. Deficit hoc tamen, quotieſcunque aliquod ex his nominibus abſolute ponitur, non adjecta perſona, ut apud *Liv. l.* 3. *c.* 48. Decemvir, alicuam ad libidinem enimo, negat, &c. *& cap.* 49. Lictor Decemviri. *& mox.* Decemviro obſtrepitur. *Plin. l.* 2. *ep.* 11. *circa med.* Stabat modo Conſuleris, modo Septemvir Epulonum, jam neutrem. *Inſcript.* optimæ notæ apud *Gruter. pag.* 403. *n.* 1. Septemviro Epulonum. *Alia ibid. pag.* 433. *n.* 4. M Mæcio Quindecimviro ſacris faciundis. *Alia pag.* 442. *n.* 6. Sodales A. Novio A. *L.* Plecontr Severo Auguſtali. ¶ Qui ſcribunt *quindecemviro* falluntur ſimilitudine τῶ *decemvir*. Nam *decem* quidem dicimus: *quindecim* non dicimus.

QUINDECIMUS, quintus decimus. Eſt *Marcelli Empirici cap.* 36.

QUINDENI. V. *Quinideni*.

QUINGENARIUS, a, um, *di cinquecento, πεντακοσιοστός*, quingeni continens. *Plin. l.* 17. *cap.* 20. Quingenario thorace indutus. *b. e.* quingentarum librarum pondo. Sic *lib.* 33. *c.* 11. *circa med.* Quingenaria lanx. *b. e.* quingentas habens argenti libras. *Curt. l.* 5. *c.* 2. Quingenariæ cohortes. *b. e.* quingentorum railitum.

QUINGENI, æ, a, *cinquecento, πεντακόσιοι*, diſtributivum, idem quod quingenteni, per ſyncopen. *Cic. Attic. l.* 16. *ep.* 8. Quingenos denarios det. Al. leg. *quingentos* minus recte. *& lib.* 12. *epiſt.* 15. Apud eum HS. quingena depoſuerunt. *Al. leg.* quinquagena. *Suetan. in Cæſ. c.* 38. Non ultra quingenos ſeſtertios remiſit. *Id. in Aug. c.* 101. Legavit cohortibus urbanis quingenos numos. *Ulpian. Dig. lib.* 38. *tit.* 1. *leg.* 15. *extr.* Si communis libertus patronis duobus operas mille daturum ſe juraverit, quingenas potius debeni, quam ſingulerem operarum dimidias. Adde *Suetan. in Ner. c.* 10. & *in Veſpaſ. c.* 17. & *Curt. l.* 5. *c.* 2. *extr.* ¶ Extre diſtributionem, quingeni. *Colum. l.* 5. *c.* 2. *circa med.* Horum pars dimidia duo millia quingeni.

QUINGENTARIUS, a, um, quingenta continens, quingenarius: ut Quingentaria cohors, apud *Veget. l.* 2. *de re milit. c.* 6. ut quidem ibi legendum eſſe, & *Stewech.* monet, & res ipſa poſtulat. Habet enim pedites DLV.

QUINGENTESIMUS, a, um, *cinquecentéſimo, πεντακοσιοστός*, qui ordine eſt poſt quadringenta nonaginta novem. *Cic. pro Flacc. cap.* 1. Prope quingenteſimo anno. *Plin. l.* 15. *c.* 1. Urbis anno quingenteſimo quinto.

QUINGENTI, æ, a, *cinquecento, πεντακόσιοι*, quinquies centum. *Horat. l.* 2. *ſat.* 7. *v.* 42. ſi me ſtultior ipſo Quingentis impio drachmis deprenderis. *Plaut. Mil.* 2. 1. 52. Quingentos una ictu occidere. *Suetan. in Galb. c.* 5. Tiberio legatum ad quingenta revocante. *Vorr. lib.* 5. *de L. L. cap.* 5. Quingentum millium verborum. *Gell. lib.* 7. *cap.* 14. *a med.* Multa talentum fere quingentum. *Juſtin. l.* 2. *c.* 12. *a med.* Sexcenti viri ceſtra quingentorum millium irrumpunt.

QUINGENTIES, *cinquecento volte, πεντακοσιάκις*, quinquies centum. *Cic.* 4. *Verr. c.* 38. HS. quingenties Veneri Erycinæ de Sthenii bonis exacturum. *Suetan. in Aug. cap. ult.* Nec plus perventurum ad heredes ſuos, quam millies & quingenties profeſſus. ¶ In hujuſmodi loquendi modis fera ſubintelligitur *mille*, ut in illo *Suetan. in Galb. cap.* 5. Liviæ Auguſtæ teſtamento pene ditatus eſt. HS. nemque quingenties cum præcipuum inter legatarios hebuiſſet, quia notata, non perſcripta erat ſumma, herede Tiberio ad quingenta revocante, ne hæc quidem accepit. Apud *Vitruv. l.* 1. *c.* 6. quingenties mille eſt *cinquecento mille*. 500000.

QUINI, æ, a, *cinque, πέντε*, nomen numerale diſtributivum: a *quinque*. *Cic. in Piſon. c.* 27. *ſub fin.* Graci ſtipati, quini in lectulis, ſæpe plures. *cinque per letto*. & *Column. l.* 4. *cap.* 30. *a med.* Quinum pedum interordinia eſſe, abunde eſt. *ogni ſpazio cinque piedi*. & *Cæſ. l.* 7. *B. Gall. cap.* 73. Perpetuæ foſſæ, quinos pedes altæ ducebantur. *cinque piedi l'una*. & *Nep. in Attic. cap.* 18. *in fin.* Ita ut ſub ſingulorum imaginibus ſecta magiſtratuſque eorum, non amplius quaternis, quinive verſibus, deſcripſerit. *quattro e cinque per uno*. & *Liv. l.* 8. *c.* 8. *a med.* Scribebantur quatuor ferè legiones quinis millibus peditum, equitibus trecenis. *Julium. Dig. lib.* 40. *tit.* 9. *leg.* 5. *in fin.* Cum utsrque earum quinum auteorum ſit. ¶ Extre diſtributionem pro quinqos, *Ovid. 3. Met. v.* 358. ter ad quinos unum Cephiſius annum addideret. *Virg.* 5. *Æn. v.* 96. cædit quinas de more bidentes. *& lib.* 7. *v.* 538. Quinqus greges illi balantum, quina redibant armenta. *Liv. l.* 28. *r.* 26. Quina nomina principum ſeditionis edita ſunt. *Plaut. Pſeud.* 1. 3. 210. *Ca.* Meam tu amicam vendidiſti. *Ba.* valde: viginti minia. *Ca.* Viginti minis? *Ba.* utrum vis, vel quatse quinis minis. ¶ In ſing. numero *id Pſeud.* 1. 3. 69. Lea me perdit quina vicenaria. *b. e.* quæ vetat minorem viginti quinque annis ſtipulari. V. *Lectoriar, & Vicenarius*. *Plin. l.* 17. *c.* 12. *ante med.* Scrobes non altiores quino ſemipede. *b. e.* quinqus dimidiis pedibus, qui duos pedes & ſemis efficiunt.

QUINIDENI, & Quini deni, *& per ſyncop.* Quindeni, æ, a, *quindici*, quindecim, diſtributive. *Liv. l.* 35. *c.* 40. *a med.* Quina dena jugera agri data in ſingulos pedites ſunt. *Quintil. l.* 2. *c.* 10. *ad fin.* (*al. c.* 18.) Si quinideni pedes per latere, quinc in fronta ſint. *Al. leg.* quindeni. *Vitruv. l.* 6. *c.* 9. Latitudines pedum quindenum. *Plin. l.* 10. *cap.* 63. *a med.* Vivuat Laconici (*cornes*) annis denis: cetera genera quindenos annos, aliquando & vicenos. *Suetan. in Claud. c.* 10. *extr.* Promiſit ſingulis quinadena HS. ¶ Extra diſtributionem *Plaut. Moſtell.* 2. 1. 11. Quindenis heſtis corpus transfigi.

QUINIMMO. V. in voca *Quin*.

QUINIO, onis, m. *cinquina, πεντάς*, numerus quinarius, ut Quinionem filiorum aniti, apud *Tertull. de anim. c.* 6. *ſub fin.* & Quinio voluminum, *Id. ibid. c.* 46. *a med.* ¶ In ludis teſſerarum eſt jactus quinarius, at *ſenio* ſenarius. *Iſidor. l.* 18. *Orig. c.* 65.

QUINIVICENI, & Quini vicени, æ, a, *venticinque*, viginticuinque, diſtributive. *Liv. l.* 37. *c. penult. ſub fin.* Militibus quinivicenis denarii dati.

QUINQUAGENARIUS, a, um, *di cinquanta, πεντηκοντάδικος*, quinquaginta continens. *Varr. l.* 2. *R. R. cap.* 10. *in fin.* Ad equerum gregem quinquagenarium bini homines. *Cato R. R. c.* 69. Quinquagenarium dolium. *b. e.* capiens quinquaginta quadrantalia, vel congios. *& cap.* 10. Urna quinquagenaria. *b. e.* quinquaginta ſaſtariorum. *Vitruv. l.* 8. *c. ult. de aquæd.* Quæ lamna fuerit digitorum quinquaginta, cum fiſtule perficietur ex ea lamna, vocabitur quinquagenaria: ſimiliterque reliquæ.

QUIN-

QUINQUAGENI, æ, a, *tinquanta*, πεντήκοντα; quinquaginta, & adhibetur in diſtributione. *Cic. Verr.* 5. c. 18. *a* med. In ſingulos HS. quinquageſis millibus damnari mavultis? *cinquanta mille ogni uno. & Sueton. in Oth. cap.* 5. Omnibus dena ſeſtertia repræſentata, & quinquagena promiſſa. *Plin. l.* 15. c. 24. Arbores quinquagenum cubitarum altitudinis. *Vitruv. l.* 9. c. 2. Area quinquagenum pedum. ¶ In ſingul. num *Plin. l.* 17. 2. 5. *ſub fin.* Centena quinquagenea fruge fertilis campus. *Id. l.* 19. *c.* 2. Singula ſamina carteno quinquageno filo conſava. ¶ Extra diſtributionem *Mentil. l.* 3. *verſ.* 603. Per quinquagenas complet ſua munera brumas. *Marſtal. l.* 12. *epigr.* 67. Bis quinquagenis domus eſt tibi millibus empta.

QUINQUAGESIES, adverb. idem ac quinquegies. *Plaut. Men. in fin.* Vix credo tota auctione capiet quinquageſies. Al. leg. *quinquagies*, & quidem rectius.

QUINQUAGESIMUS, a, um, *cinquantesime*, πεντηκοστός, nomen numerale ordinis. *Plin. l.* 7. 2. 8. Quinquageſimo uno ſuprus anno. *Martial. l.* 10. *epigr.* 24 Quinquageſima liba, ſeptimamque Vedris addimus hanc focis aceram. ¶ *Quinquageſima*, æ, abſolute, veſtigal, quo penditur quinquageſima pars alicujus rei. *Cic. Verr.* 5. c. 49. Ab omnibus eum rerum præterea quinquageſimæ exigebantur.

QUINQUAGIES, adverb. πεντηκοντάκις, *cinquanta volte*, quinquaginta vicibus. *Plin. l.* 7. c. 25. Idem ſignis collatis quinquagies dimicavit. *Id. l.* 6. *cap.* 9. Univerſæ Armeniæ magnitudinem Auſidius quinquagies centena millia prodidit. *Calſ. l.* 2. c. 14. *ad fin.* Quinquagies perfricaru.

QUINQUAGINTA, *tinquanta*, πεντήκοντα, nomen numerale indeclin. *Virg.* 1. Æn. v. 707. Quinquaginta intus famulæ. *Cic.* 4. *Aſtron. ep.* 1 Ducenta quinquaginta millia.

QUINQUATRUS, uum, f. & Quinquatria, orum, & trium, n. Πεντεθήμερον, dies feſti Minervæ: a *quinque*, quod quinque diebus ſacra hæc celebrarentur. Primo enim die ſacrificia fiebant, quatuor ſequentibus gladiatores in rheatro certabant. *Ovid.* 3. *Faſt.* a *verſ.* 809. Aliqui dicunt, ſecundo, tertio, & quarto die ludos gladiatorios fuiſſe, quinto luſtrationem Urbis. Sed *Varr. l.* 5. *de L. L. c.* 3. *Gell. l.* 2. c. 11. & *Feſt.* dicunt, hæc feſta ſic appellata fuiſſe, quod eſſent poſt quintum diem Iduum Martiarum, inclouive ſaltiret, quemadmodum apud Tuſculanos feſta vocabantur Triarea, Sexatrus, Septimatrus, vel Septenatrus, & apud Faliſcos Decimatrus, quod agerentur die tertio, vel ſexto, vel ſeptimo, vel decimo ab Idibus alicujus menſis. Quinquatria enim celebrabantur 14. Cal. Aprilis, ideſt die decimnona Martii, ut eſt in Calendario. Et *Varro* aſſerit, Quinquatria diem unum feſtum fuiſſe. Similiter *Feſtus* addit, eos, qui putant, Quinquatria quinque diebus celebrata fuiſſe, tam errare, quam eos, qui Saturnalia tribus, Compitalia totidem; nam omnia hæc feſta ſingulorum dierum fuiſſe. ¶ Hæc feſta celebrabantur in honorem dici natalis Minervæ. *Ovid. loc. cit.* Sed *Feſtus* cauſam affert, quod eo die ædes eius in Aventino conſecrata eſt. Sunt, qui dicunt, hunc diem munuſculorum quoque fuiſſe, quo tempore mattonæ inter ſe invicem munera miſitabant, & cœnas ancillis apponebant, ut viri Saturnalibus. *Plaut. Mil.* 3. 2. 97. Da, quod dem Quinquatribus præcantatrici, conjectrici, &c. *Cic. Fam.* 11. *ep.* 25. Quinquatribus frequenti Senatu cauſam tuam egi non invita Minerva. *Id. Attic. l.* 9. *ep.* 13. Fuit enim pridie Quinquatrus egregia tempeſtas. *Suetan. in Aug. c.* 71. Nos Quinquatriis ſatis jucunde egimus. *Al. leg.* Quinquatrus. *Id. in Domit. c.* 4. Celebrabat & in Albano quotannis Quinquatria Minervæ, cui collegium inſtituerat; ex quo ſorte ducti magiſterio fungerentur, redderentque eximias venationes, & ſcenicos ludos, ſuperque oratorum ac poetarum certamina. *Id. in Ner. c.* 34. Solemnia Quinquatrium ſimul celebranda. Al. leg. *Quinquertiorum*: ut apud *Tacit. Ann.* 14. c. 4. Quando Quinquatrium feſtos dies apud Baias frequentabat. ¶ Quæ hactenus deſcripta ſunt, majora Quinquatria dicebantur. Erant etiam Quinquatria minora, ſive Quinquatrus minuſculæ, quæ celebrabantur Idibus Junii. *Ovid. 6. Feſt. v.* 651. Et jam Quinquatrus jubeor narrare minores. *Vare. loc. cit.* Quinquatrus minuſculæ dictæ Junii Idus ab ſimilitudine Majorum, quod tibicines tum feriati per Urbem vagantur, & conveniunt ad ædem Minervæ. *Feſt. in Inc. M.* Minuſculæ Quinquatrus appellabantur Idus Junii, quod is dies feſtus erat tibicinum, qui Minervam colebant. ¶ *Cheriſ. l.* 1. *pag.* 111. *Pupſch.* & *Priſcian. l.* 7. *pag.* 773. agnoſcunt etiam *Quinquatres*, *ium*. ¶ Negat *Cheriſ. l.* 1. *pag* 69. *Quinquatrus* dici pro *Quinquatrui*: contra ſtat *Priſcian. l.* 7. *pag.* 744. & locus allatus *Suetan. in Domit. c.* 4. ſi modo conſtans ea lectio eſt. Nam quod quidam afferunt ex *Ovid.* 1. *Amor. el.* 8. *v.* 65. mendoſum certe eſt.

QUINQUE, *cinque*, πέντε, nomen numerale cardinale indeclin. *Virg. Georg.* 1. *v.* 133. Quioque tenent cælum zonæ. *Colum. l.* 12. *c.* 23. Sextarios quinque & quadriagenta.

QUINQUEFOLIUM, ii, n. πεντάφυλλον, herba, quæ quinque foliis conſtat. *Plin. l.* 25. *c.* 9. Quinquefolium nulli ignotum eſt, cum etiam fraga ſignando commendetur. Adde *Calſ. ſub fin. l.* 2.

QUINQUEFOLIUS, a, um, *de cinque foglie*, πεντάφυλλος. *Plin. l.* 21. *c.* 4. *ſub fin.* Roſæ pallidæ, ſpinoſæ, quinquefoliæ.

QUINQUEGENTANUS, a, um: *a quinque*, & *gens*. Apud *Aurel. Vict. de Cæſarib. c.* 39. *Eutrop. l.* 9. *c.* 12. & 23. & *Oroſ. l.* 7. *cap.* 25. nationes Quinquegentanæ fuit Pentapolitani in Lybia. V. *Pentapolis*. Al. leg. *Quinquegentianæ*.

QUINQUEGENUS, indeclinab quinque generum. *Auſon. Edyll.* 12. *in monoſyll. de rebus*, *v.* 10. Et duplices defenſa putamine quinquegenus nux. *b.* 2. juglans, avellana, caſtanea, pinea nux, & amygdalum.

QUINQUELIBRALIS, le, πενταλίτραιος, qui eſt quinque librarum. *Colum. lib.* 3. *cap.* 15. Qui ſinguli non excedant quinquelibrale pondus.

QUINQUELIBRIS, bre, quinquelibralis. *Vopiſc. in Probe*, *c.* 5. Donatus eſt patera quinquelibri.

QUINQUEMESTRIS, ſtre, πενταμήνιος, quinque menſes natus. *Plin. l.* 8. *c.* 48. *extr.* Caſtrari agnos, niſi quinquemeſtres, prætaturum exiſtimant. *Varr. l.* 2. R. R. *c.* 7. Quoquemeſtribus pullis.

QUINQUENNALIS, le, πενταετηρικός, qui fit quinto quoque anno. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 32. Cum Olympiam veniſſet maxima illa quinquennali celebritate ludorum. ¶ Item qui quinque annos durat, ut Quinquennalis Magiſtratus. *Liv. l.* 4. c. 24. Alios Magiſtratus annuos eſſe, quinquennalem Cenſuram gravem eſſe. ¶ *Quinquennalia*, *ium*, abſolute, hoc eſt ludi, vel certamina quinto quoque anno celebrari ſolita. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 116. *n.* 3. Quinquennalibus Neronis. *Suetan. de Ner. c.* 12. Inſtituit & quinquennale certamen primus omnium Romæ, more Græco, triplex, muſicum, gymnicum, equeſtre: quod appellavit Neronia. *Tacit. ann. c.* 20. Neronc quartum, Cornelio Coſſo Coſſ. quinquennale ludicrum Romæ inſtitutum eſt, ad morem Græci certaminis, varia fama, ut cuncta ferc nova. ¶ *Quinquennalis* abſolute, fuit Magiſtratus in colonis, & municipiis, duobus, aut quatuor viris conſtans, quorum poteſtas quinquennium durabat. *Spartian. in Adrian. c.* 19. Per Latina oppida dictator & ædilis, & duumvir fuit, apud Neapolim demarchus, in patria ſua quinquennalis. *Apul. in fin. l.* 11. *Metam.* In collegium ma Paſophororum fuorum, imo inter ipſos Decurionum Quinquennales elegit. *& lib.* 10. Thyaſus, oriundus patria Corintho, gladiatim permenſis honoribus, quinquennalis magiſtratui fuerat deſtinatus. In antiq. Inſcriptionibus ſæpe hac nota deſignatur, Q. Q. ut videre eſt apud *Gruter. pag.* 126. & alibi, & apud *Reinef. claſſ. 6. n.* 59 ubi habetur QQ. C. hoc eſt *Quinquennalis Coloniæ*, &c. ¶ Aliquando hoc nomine intelligi videntur cenſores, qui in provinciis, more Romano, quinquennium eo munera fungebantur. *Imp. Conſtant. lib.* 13 *Cod. Theodoſ. tit.* 3. *leg.* 1. A magiſtratibus, vel quinquennalibus exactus.

QUINQUENNALITAS, atis, f. dignitas & munus Quinquennalis. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 275. *n.* 8. Ti. Claudius Chetimus ob honorem Quinquennalitatis Collegio Dendrophor. Romanor. &c.

QUINQUENNALITIUS, & Quinquennalitius, a, um, ad Quinquennalem pertinens. *Inſcript.* apud *Gruter. pag* 126. *col.* 2. A. Aegrilius Auguſtal. Quinquenalic. *b. c.* Quinquennalitate functus. (Adde in Tab. Canuſ. apud *Febrett. pag.* 508. *colon.* 2.) *Alia ibid. pag.* 491. *n.* 7. Quinq. Poteſt. *b. c.* Quinquennalicia poteſtate. *Alia ibid. pag.* 255. *n* 3. Curantibus M Cæſet . . . . Zmaragdo L. Mævio Epicteto Quinq. II. *hoc eſt* Quinquennalitio ittsum, ut *Salmaſ. ad Spartian. in Adriano*, *c.* 19. interpretatur.

QUINQUENNATUS. V. *Quinquetur.*

QUINQUENNIS, ne, *di cinqu' anni*, πενταετής, qui eſt quinque annorum. *Ovid. l.* 4. *ex Pont. ep.* 6. *v.* 5. In Scythia nobis quinquennis Olympias acta eſt. *Horat. l.* 2. *ſat.* 6. *v.* 48. Vinum quinquenne. *Plaut. Pœnul. prol. v.* 85. Filia quinquennis.

QUINQUENNIUM, ii, n. *ſpazio de cinqu' anni*, *quinquennio*, πενταετία, quinque annorum ſpatium. *Cic. l.* 6 *cap.* 3. *de Legib.* Cenſores Magiſtratum quinquennium habento. *Ovid.* 4. *Met. v.* 298. Is ria cum primum fecit quinquennia, montes Deſeruit patrios. *b. c.* quindecim ssplesit annos. *Stat. l.* 5. *ſil.* 3. *v.* 113. Cum ſtata laudato caneret Quinquennia verſu. *b. c.* Quinqueannalia.

QUINQUEPARTITO, adverb. πενταχῶς, in quinque partes. *Plin. l.* 25. *c.* 6. Folia per ambitum inciſis quinquepartito.

QUINQUEPARTITUS, a, um, πενταχῆ, divifus in quinque partes. *Cic. in fr. cap* 34. *l.* 2. *de Invent.* Quinquepartitam igitur hoc præſto putant eſſe argumentationem. Al. leg *quinquepertitam*.

QUINQUEPLICO. V. *Quinquplico*.

QUINQUEPRIMI, & Quinque primi, πενταπρῶτοι, quinque viri principes in aliquo Senatu. *Cic. Verr.* 5. *c.* 28. Magiſtratus, & Quinque primi accitu ibius ſvocantur.

QUINQUEREMIS, is, f. πεντήρης, navis, quæ habet quinque ordines remorum. *Cic. 6. Verr. c.* 46. Certos homines in quinqueremi miſiſſe. *Liv. l.* 42. c. 48. Præmiſſus a prætore cum quinquereme una. *Plin. l.* 7. *cap.* 56. *ad fin.* Quadriremem Ariſtoteles auctor eſt Carthaginienſes feciſſe; quinqueremem Mneſigiton Salaminios. ¶ Adjective *Liv. l.* 42. *c.* 9. Decem quinqueremes naves. Adde *lib.* 26. *c.* 24 V. *Decemremis*.

QUINQUERTIO, onis, m. πένταθλος, qui quinque artibus ſe exercet: *a quinquertium*. *Liv. Andron.* apud *Feſt.* Quinquertiones præco in medium vocat.

QUINQUERTIUM, ii, n. πένταθλον, exercitetio quinque artium, quibus ingenuorum puerorum inſtitutio conſtabat: *a quinque*, & *ars*. *Feſt.* ¶ Artea ex erant, diſci jactus, curſus, ſaltus, luctæ, & jaculatio. Arque hoc apud Græcos. Nam Latini natationem, & equitationem adjecere. *Poeta vetus* apud *Feſt.* Omnis æqualis vincebat quinquertio.

QUINQUESSIS, quinque aſſes, ut *ſemiſſis*, centum. *Apul.* apud *Priſcian. l.* 6. *pag.* 708. *Putſch.* Sed tum ſeſtertius dipondium ſemiſſem, quinarius quinqueſſis, denarius deciſſis valebat.

QUINQUEVIRATUS, us, m. πενταδαρχία, Magiſtratus Quinqueviratum. *Cic. de Provinc. Conſul. cap.* 17. Me ille, ut Quinqueviratum acciperem, rogavit.

QUINQUEVIRI, orum, m. extraordinarius Magiſtratus quinque civium, non unius generis. Erant enim Quinqueviri Coloniæ deducendæ, qui plebem in aliquod oppidum & agrum habitandi gratia deducebant. Hi etiam interdum tres viri fuere, interdum decem, &c. *Cic.* 2. *Agrar. c.* 7. Toties legibus agratia curatores conſtituti ſunt

Trium-

Triumviri, Quinqueviri, Decemviri. *Liv. l. 6. c. 21.* Quinqueviros Pompirino agro dividendo creaverunt. ¶ Præterea Quinqueviri Mentarii, qui ad menſas ſedebant, & pecuniam diſpenſebant. Cum improbitate feneratorum Plebs Romana magnitudine æris alieni pæne obruta eſſe videretur, eique difficultati principes plebis ſuccurrere ſæpe tentaſſent, ineluctatis tandem ad concordiam omnium animis, qui tam Conſules erant, ſenehem quoque eem, quod diſtiacere animos hominum videbatur, levare aligmſſi, ſolutionem æris alieni in publicam curam verterunt. Quinque ergo viri creati ſunt, qui huic muneri præeſſent, de quibus V. *Liv. l. 7. c. 22.* ¶ Item Quinqueviri cis, & ultra Tiberim, erant qui ſe gembant pro Magiſtratibus. Conſtituti ſunt, quia inconveniens erat Magiſtratus velpertiais temporibus in publico eſſe. *Pompon. Dig. lib. 1. tit. 2. leg. 2. circ. med.* De hic iatelligendam videtur illud *Livii l. 30. c. 24. in fi.* Utque ab incendiis caveretur, adjutores Triumviris Quinqueviri dati, uti eis Tibesim ſuæ quiſque regionis ædificiis præeſſent. ¶ Reperiuntur etiam Quinqueviri muris turribuſque reficiendis. *Liv. l. 25. cap. 7.* Item minuendis publicis ſomptibus. *Plin. l. 2. ep. 1. ed fin.* Narrat etiam *Liv. l. 3. c. 9.* Iatero a C. Terentillo Arſe trib. pleb. legem de Quinquevitis creandis, qui leges ſcriberent imperio conſulari moderando: quamvis perlata non fuerit. ¶ Ee his patet, Quinquevims cuicumque Reipublicæ muneri præfici potuiſſe, cum extra ordinem, & pro re nata creaientur. ¶ In ſing. numero Cic. 4. *Acad. c. 44. c med.* Neminem eſſe conſulem, prætorem, imperatorem, neſcin an ne quinquevirum quidem unquam, niſi ſapientem. *Herec. l. 2. ſat. 5. v. 56.* Scriba ex Quiaqueciro. V. *Quindecimviri.*

QUINQUIES, adverb. *cinque volte, vicimus*, qainque vicibus. *Cic. 21. Phil. c. 5.* At hic me defendente quinquies abſolutus eſt. *Plin. lib. 2. cap. 23.* Quinquies millies. *Cere R. R. cap. 156.* Quinquies quinque numerare. *Plin. lib. 6. cap. 13.* Quinquies mille quadringenta ſtadia. *Id. lib. 18. cap. 7. ad fin.* Aqua quinquies in die mutanda.

QUINQUIPLICO, as, a. t. *vaddoppiare cinque volte*, qninquies duplico. *Tacit. Ann. 2. cap. 36.* Superbum homines etiem aanua deſignatione; quid, ſi honorem per quinquenaium agitent? quinquiplicari prorſus magiſtratus, ſubverti leges. *Al. leg.* quintuplicari, *alii* quinquepliceri.

QUINQUO, quas, n. t. luſtro, pargo. *Charif. Grammat. l. 2. pag. 61. Purſeb.* Quinquatrus a quinquando, ideſt luſtrando, quod eo die erma Ancilia luſtrati ſint ſalira.

QUINTADECIMANI, orum, m. milites legionis decimæquintæ, apud *Tacit. 4. Hiſt. c. 36.*

QUINTANUS, a, um, *vennteſimo*, adject. a *quintus*, ut *primanus* a *primus*, *tertianus* a *tertius*. Dicitur de iis, quæ quinto loco, die, &c. fiunt. *Plin. l. 17. c. 22.* Vineas ſemper quintanis ſemitari (al. *feminore*) hoc eſt ut quinta quoque palo ſingulæ jugo paginæ includantur. ¶ *Tacite 1. Hiſt. c. 55. & 4. c. 36.* Quintani ſunt milites legionis quintæ. *Varro l. 5. de L. L. c. 4.* Nomæ quintanæ dicuntur, quæ quinto menſis die veniunt: ſicut ſeptimanæ, quæ ſeptimo. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 15.* Pootifes minor quinranas quidem dicto quinquies verbo *more*, ſeptimanas repetito ſepties prædicabat. Adde *Cenſ. de die ner. c. an. a mel.* V. *Calo*, & *Calendæ*. ¶ Quintana, inquit *Paul.* en *Feſto*, appellabatur porta in caſtris poſt prætorium, ubi rerum utenſilium forum fuit. *Lipſius* vult omitti *porta*, quia quintana fuit potius via late, ſeu platea in caſtris, in qua utenſilia proſtabaat. Ad cujus ſimilitudinem narrat *Sueton. de Nerone c. 26.* affueviſſe eum tabernulas effringere, & expilare, quintana domi conſtituta, ubi parræ, & ad licitationem diveadendæ prædæ pretium aſſumeretur. *Liv. l. 41. cap. 2. ad fin.* Prætorio dejecto, ad quæſtorium forum, quintanamque hoſtes pervenerunt. Ibi cum omnium rerum paratam expoſiramque copiam, & ſtratos lectos in quæſtorio inveniſſent, &c. ¶ *Feſtus* quintanam elaſſem nit Varrium dicere fuiſſe eam, in qua erant capitecenſi. ¶ *Iſidor. l. 15. Orig. cap. 2.* de ædificiis publicis verba faciens, quintanam deſinit partem plateæ quintam, qua carpentum progredi poteſt.

QUINTARIUS, a, um, quinque continens. *Virruv. l. 3. c. 2.* Quintarius numerus. *vennicinque.* V. dicta in *As* in fi. ¶ In re agrar. *Hygin. de limitib. pag. 158. Goeſ.* Sic & de limitibus quintariis, quorum quemque quintarium volunt. Porro autem inter quintum; & quintarium intereſt aliquid. Quintus eſt, qui quinto locn numerat ur: quinterius, qui quinque centuriss cludit.

QUINTIA GENS. V. *Quintus.*

QUINTIANUS, & Quinctianus, a, um, ad Quintium aliquem pertinens, *ut* Quiatianus exercitus, apud *Liv. l. 3. c. 28. h. e.* cui præerat L. Quintius Cincinnatus. Adde *Cicer. pro Cluent. c. 41.*

QUINTICEPSOS. V. *Bicepſus.*

QUINTILIANUS, & Quinctilianus, i, m. M. Fabios Quintilianus nobilis rhetor Hiſpanus Calagurritanus (Unde *Auſon. in Profeſſor. n. 1. v. 7.* Afferet uſque licet Fabium Calagurris alumnum) a Galba Imp. Romam perductus, in foro aliquandiu verſatus eſt non mediocri cum laude: deinde rhetorem profeſſus ſcholam aperuit: in qua præter ceteros diſcipulum habuit C. Plinium Cæcilium Secundum, ut hic ipſe fignificet *lib. 2. ep. 14. & lib. 6. ep. 6.* Primus Rnreæ publice rhetoricam docuit, & ſalarium e fiſco accepit, tanta cum ingenii, eloquentiæ, ec doctrinæ fema, ut Domitiaoi Imp. fotoris nepotum inſtituendoruro cura ei delegata ſit, ut ipſemet ſcribit *in proœm. lib. 4.* Scripſit de arte rhetorica, & de cauſis corruptæ eloquentiæ: quæ perierunt. Ætatem tulit, fercique io poſterum præclariſſimum opus de Inſtitutione Oratoria, duodecim libris conſtans, copioſum, eruditum, planeque Latinum: verſatur in manibus omoium ſtudioſorum, durabitque tamdiu, quamdia litteræ exſtabunt & culeator. ¶ Declamatiorum, quæ ei tribuuntur, aliæ ſunt minores, aliæ majores: illæ numero plures, ab aline patri, ab aliis avo hujus tribui ſolent: hæ numero uodevigiati, quamvis videantur nonaullis ejuſdem Auctoris eſſe, qui de Inſtitutione Oratoria ſcripſit; a plerique tamen tanto viro indigna jure ac rerirto judicantur. *Martial. l. 2. epigr. 90.* Quiatiliane, vagæ moderetur fumme juventæ: Gloria Romaæ, Quintiliane, togæ. ¶ De ratione ſcribendi V. in *Quintus.*

QUINTILIANUS, a, um, ad Quintilium pertinens, quod eſt nomen proprium Romaaum. *Feſtus:* Quintilieni Luperci appelleti videntur a Quintilio, qui præpoſitus eſt Lupercis, ut a Fabio Fabiani dicti ſunt. Fuiſſe autem Romuli temporibus inſtitutos utroſque, Fabianos, & Quiatilianos, multi ſunt qui exiſtimant. Hæc *Feſtus.*

QUINTILYI, & Quinctilii, orum, m. gens Romana antiquiſſima, en illis nempe, qui primi cum Romulo Urbem coadiderunt, ut colligitur ex *Feſto in Quinctiliana.* Petricia fuit, & ſummis honoribus clam. In corpore Inſcriptioaum *Gruteri*, & apud *Lipſium* multi Quintilii prænomine Marci, Publii, Titi, Cai, & Sexti memorantur. ¶ De mtione ſcribendi V. *Quinctus.*

QUINTILIS, & Quinctilis, is, m. *Luglio*, quiotus menſis a Martio, ut eſt apud *Varron. l. 5. de L. L. c. 4. ſub fin.* & *Ovid. 3. Feſt. v. 149.* qui poſtea in honorem C. Julii Cæſaris (qui eo menſe a. d. IV. Idus natue erat) lepem ſerente M. Aatonio conſule, *Julius* eſt appelletus, ut Sueton. *in Cæſ. c. 76. & Macrob. l. 1. Saturn. c. 12.* narrant. *Cic. 14. Attic. ep. 7.* Vnin menſe Quintili in Græciam. *Hirt. de B. Alex. in fin.* Ante diem tert. cal. Quint. naves conſcendit. *Liv. in fin. l. 9.* Ut equites Idibus Quintilibus tranſvehereotur. ¶ De ratione ſcribendi V. in *Quintus.*

QUINTIPOR, ſervile nomeo, frequeas apud aatiquos erat, a prænomine domiai ductum: ut Marcipor, Caipor: quamvis ſint, qui a numero natorum en ancilla quinto loco dictum putent. *Feſtus. Varr.* apud *Non. c. 6. n. 2.* Cum Quintipor Clodius tot Comœdias ſine ulla fecerit Muſa.

QUINTIUS, & Quinctius, aomen proprium civis R. Quintia gens tum patricia, tum plebeja fuit. Illa poſt Albam dirutam a Tullo rege inter patricias adſcita, ut eſt apud *Liv. l. 1. c. 30.* multis illuſtribus viris floruit, in quatuoe femilies diviſa, Capitolinos, Cincinnatos, Flemininos, & Criſpinos. *Liv. l. 3. c. 12.* Neque in Quintia gente, neque ia civitate Romaæ rantam indolem naquam enlituiſſe. ¶ Quratia prata trens Tiberim, a Quintio Cincinnato, cujus fuerant, dicte ſunt: qui ſibi, damnato filio Cæſone Quintio, venditis omnibus, quatuor jugerum agrum paraveret: eumque dum incoleret, a Senatu dictator per viatorem ſalutatus, poſt rem bene geſtam actumque triumphum, conſeſtim eodem redit. *Feſtus, Liv. l. 3. c. 13. extr. & cap. 26. Vel. Max. l. 4. c. 4. n. 7. & Amel. Vict. de vir. illuſtr. c. 17.* ¶ De ſcriptione lis eſt non parva, aliis te cum in hac, tum in cognatie vocibus *Quinctilis, Quinctilius, Quinctilianus*, & quæ omnium origo eſt, *quinctus*, uoriter defendentibue: aliis e omnino esterentibus. In illie funt *Manut. Aaton. Augustinus, Voſſ. in Etymol. ea Quinque, Lipſius*, & alii, ſecuti lapides Capitolinos alieſque Inſcriptiones apud *Gruter.* &c. item etymologiam, qura putant *quinctus* eſſe a *quinque* ea ratione, qua a *relinquo* eſt *relictus*, a *coquo coctus*. In his *Denſquius*, & *Turneb.* ſecuti non pauciores lapides, quorum quinque ipſe *Manut.* affert. Adde his, quod Græci *πεμπτος*, & *πεντος* ſine *u* ſcribunt: adde quod *quintus* aumemle noaen vis cum *c* in libris & marmoribus invenies. *Celler.* utramque ſcriptionnem ex æquo uſitatam fuiſſe exiſtimat.

QUINTO, adverb. *le quinte volte*, quinto Inen. Ordinem deſignat, & quatnor ante facta. *Liv. l. 8. c. 25.* Eodem anno leſtiſternium Romæ, quinto poſt conditam Urbem, habitum eſt. V. *Quarto*, & *Tertio.*

QUINTUM, *le quinte volte*, quinta vice. Tempus deſignat, & quater ante factum. *Liv. l. 27. c. 6.* Declarati Conſules Q. Fabius Maximus quintum, Q. Fulvius Flaccus quartum.

QUINTUPLEX, icis, *pro quincuplex* legitur a nonnullis apud *Vopiſc. in Probo, c. 7.* Salarium quintuplen fecimus.

QUINTUPLICO. V. *Quinquiplico.*

QUINTUS, a, um, *quinto, vennte*, nomen numerale ordinis. *Liv. l. 31. c. 7.* Non quinto iade menſe, quemadmodum a Saguato Annibal, ſed quinto inde die, quam ab Corietho ſolverit naves, in Italiam perveniet. ¶ *Quintus*, ſeu *Quintius* prænomea Romanum, cui primum impoſitum eſt, ab ordine naſcendi ductum ſoit, ut *Sextus, Decimus*. V. *Quintius.*

QUINTUSDECIMUS, a, um, adject. *decimoquinte. Gell. l. 1. c. 16.* Io libto quintodecimo ita dicit. *Liv. l. 45. c. 33. extr.* Quintidecimis caſtris Paſſamnem pervenit.

QUIPPE, *effendechè, etteſerbè, ſire, hee, yie*, adverbium, vel conjunctim confirmans, qua rationem reddimus ejus, quod præceſſit, ut *enim, quia, nam, nempe. Cic. pro Dom. c. 48. a med.* Jam fateor, inquit, in Gabinio me nefarium fuiſſe. Quippe vides, pœnam illam a te in alium inſtitutam, in te ipſum eſſe converſam. *Sallaſt. in Catil. c. 13.* Quibus mibi ludibrio videntur fuiſſe divitiæ. Quippe, quas hoceſte habere licebat, per turpitudinem abuti properabant. *Tibull. l. 4. tarm. 2. v. 156.* Sed dumta (*nuda*) riget denſam in glaciemque nivemque. Quippe ubi nou unquam Titan ſuperingerit ortus. (Adde *Propert. l. 2. el. 1. v. 75. & Virg. 1. Georg. v. 505.*) *Horat. l. 1. od. 31. v. 13.* Diis carus ipſis, quippe ter & quater Anno reviſens æquot Atlanticum Impune. *Phædr. l. 3. fab. 2. v. 4.* Alii oerant fatis: quidam contra miſeriti, Perinræ quippe, quamvis nemo læderet, Miſere panem. ¶ Servit ironiæ. *Virg. 1. Æn. v. 41.* Me

ne

ne incepto deſiſtere victum, Nec poſſe Italia Teucrorum avertere regem? Quippe vetor fatis. *Cic. pro Mil. c. 12. extr.* Movet me quippe lumen curiæ. Adde *Plaut. Epid. 5. 2. 12.* ¶ Cum aliis particulis cauſam reddentibus. *Cic. 2. de Orat. c. 54.* Leve nomen habet utraque res: quippe leve enim eſt hoc totum, riſum movere. (Al. ita diſtinguunt, *quippe: leve rem*, &c. & ſic vulet certe, ſanè. Quod faciunt etiam in illo *l. 4. de Fin. c. 3. ſub fin.* Ita ipſa a te quidem apte ac rotunde: quippe habes enim a rhetoribus.) *Lucret. l. 6. v. 617.* Quippe videmus enim veſtes humore madentes Exiccare ſuis radiis ardentibu' ſolem. *Id. l. 1. v. 104.* (& *alibi ſæpe*) Quippe etenim quam multa tibi me fingere poſſum, &c. *Terent. Heaut. 3. 2. 27.* Quippe quia magnarum ſæpe id remedium ægritudinum eſt. *Cic. 1. Fam. ep. 9. ante med.* Ibi multa de mea ſententia queſtus eſt Cæſar, quippe quod etiam Ravennæ Craſſum ante vidiſſet, ab eoque in me eſſet incenſus. *Al. leg.* qui. *Plin. l. 26. c. 10.* Inſanabilis non eſt credendus, quippe quoniam in multis ſponte deſiit. *Plaut. Capt. 4. 2. 106.* Quippe quando mihi nihil credis. ¶ *Quippe* cum idem quod *cum* conjunctio, vel *utpote cum. Cic. Arrot. l. 10 ep. 3.* Viſum te ajunt in regia: nec reprehendo: quippe cum ipſe illum reprehenſionem non fugerim. *Nep. in præfat.* Neque Cimoni fuit turpe, ſororem habere in matrimonio, quippe cum cives eque eodem uterentur inſtituto. *Liv. l. 26. c. 39.* Raro alias tantis animis juſtæ concurrerunt claſſes: quippe cum in majoris diſcrimen rei, quam ipſæ erant, pugnarent. ¶ *Quippe ubi*, quippe cum, nam cum, quippe quia. *Lucret. l. 2. v. 610.* Quippe ubi dimidiæ partis pars ſemper habebit Dimidium partem. *& verſ. 988.* Quippe ubi materies omnis cumulata jaceret. Adde *Propert. l. 2. el. 1. v. 75.* ubi alia ex *Lucret.* congerit *Brunkuſ.* ¶ *Quippe qui, quæ, quod*, utpote qui, *cum talis ego. Cic. pro Roſc. Amer. c. 18. ſub fin.* Convivia cum patre non inibat: quippe qui ne in oppidum quidem, niſi perrato, veniret. *Nep. in Dion c. 2.* Cum a tyranno crudeliter violatus eſſet, quippe quem venundari juſſiſſet; tamen, &c. *Cic. 2. de Invent. c. 45.* Cum ſemel cauſa conſideretur, nihil attinet eam ex lege conſiderare, quippe quæ in lege ſcripta non ſit. *Id. in fin. l. 3. de nat. Deor.* Quippe inquit Velleius, qui etiam ſomnia putet ad nos mitti ab Jove. *Plaut. Epid. 3. 2. 30.* Dicat, argenti minas ſi habere quinquaginta: quippe ego qui nudiuſtertius meis manibus dinumeravi. *Ibidem ubi ea re, &c. Id. Bacch. 3. 1. 2.* Aperite januam hanc Orci, nam equidem haud aliter eſſe duco: quippe qui nemo advenit, niſi quem ſpes reliquere omnes. Adde *Amph. prol. v. 22.* His autem *Plauti* locis indicativus poſt *quippe qui* ponitur pro ſubjunctivo. ¶ Pro utpote. *Cic. 1. de Fin. c. 6. a med.* Sol Democrito magnus videtur, quippe homini eruditu, in geometriaque perfecto. ¶ Pro certe: & ſimul ſervit jungendæ orationi, ut *utcunque, item, præterea. Virg. 1. Georg. v. 168.* Quippe etiam ſeitis quædam exercere diebus, Fas & jura ſinunt. *Propert. l. 4. el. 5. v. 21.* Quippe & collinas ad ſoſſam moverit herbas, Stantiu cutreoti diluerentur aqua. *quippe &, necnon.* ¶ In reſponſionibus quoque affirmat, ut *quippini. Cic. pro Cæcin. c. 19. a med.* Recte igitur diceres te reſtituiſſe? quippe. ¶ *Quippe* ut, priorſus ut, certe ut. *Juſtin. l. 4. c. 3.* Quippe ut Rheginis meliue fuerit vinci, quam vincere. ¶ Habet vim *in certe* etiam in his. *Virg. 1. Æn. v. 6.* celſa ſedet Æolus arce Sceptra tenens, mollitque animos, & temperat iras. Ni faciat, maria ac terras cælumque profundum Quippe ferant rapidi ſecum, verrantque per auras. (*Poſſit tamen & ita intelligere*, quippe ni faciat, *nam ni faciat.*) *Id. 4. Æn. v. 218.* nos munera templis Quippe tuis ferimus, famamque fovemus inanem. *& lib. 12. v. 450.* Fovit ea vulnus lympha longævus Iapyx Ignorans: ſubitoque omnis de corpore fugit Quippe dolor, omnis ſtetit imo vulnere ſanguis. ¶ Quod *Feſtus* docet teſtimonio *Ennii l. 4. & 16. Annal. quippe* ſignificare quid ni, Eruditis non probat.

QUIPPIAM. V. in *Quiſpiam*.

QUIPPINI? *perchè no? ſi ſaprà è; vice* è; quid ni? cur non? adverbium affirmandi Comicum. *Plaut. Men. 5. 9. 50. Meſſ.* Es ne tu Syracuſanus? *Men. ſer.* certo. *Meſſ.* Quid tu? *Men. So.* quippini? *Id. Bacch. 4. 7. 41.* Quid illam? mretricem ue eſſe cenſes? Ni. quippini? *Id. Pœn. 3. 4. 29.* Dieſpiter vos perduit. *Ad.* & quippini? *& verſ. 30.* Ibo, & pultabo januam hanc. *Ad.* te quippini? *Apul. l. 9. Metam.* Apponebat ei propere (*meaſam*) quamvis invita, mulier: quippini? dſtinatam alii. Al. omiit. notum interrogationis, & *quippiam* exponunt, quippe, utpote quam, vel nempe.

QUIQUI, *cujuſque*, idem quod quiſquis, quicumque, qualiſcumque: ut unum *quo* pro *quor* dicitur, ita *quiqui* pro *quiſquis. Plaut. Autol. 4. 10. 44.* Neque partem tibi ab eo, quiqui eſt, inde poſces. *Cic. Attic. 16. ep. 8.* Veteranos, quiqui Caſilini & Calatiæ ſunt, perdusit ad ſuam ſententiam. *h. e.* quicumque, vel quotquot. *Plaut. Men. 5. 9. 97.* Omnia venibunt, quiqui licebunt, præſenti pecunia. *Id. Pœn. 3. 2. 21.* Quiqui tamen (*eſſe*) & bene & benigne facitis, cum hero amanti operam dutis. *Liv. l. 41. 2. 8. a med.* Liberos ſuos quibuſquibus Romanis, in eam conditionem, ut manumitterentur, mancipio dabant.

QUIRE. V. in *Quer*.

QUIRIANA MALA. V. *Quiriniana*.

QUIRINA, tribue R. una ex tribus, videtur, inquit *Feſtus*, a Curenſibus Sabinis appellationem traxiſſe. *Cic. pro Quinct. c. 6.* L. Albius Sex. filius Quirina. *In S. C.* apud *Cæl. ad Cicer. l. 8 ep. 8 Fam.* C. Septimius T. F. Quirina. *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 56. n. 12.* Ti. Claudius Ti. F. Quir. Tertius. Adde *Epit. Livii lib. 19.*

QUIRINALIS, le, ad Quirinum pertinens. *Virg. 7. Æn. v. 187.* Ipſe Quirinali lituo, parvaque fedebat Succinctus trabea. *h. e.* qualem poſtea Quirinus habuit. Sic *verſ. 612.* Ipſe Quirinali trabea cinctuque Gabino, &c. *Varr. l. 6. de L. L. c. 3. a med.* Quirinalis Flamen. *Ovid. 6. Faſt. v. 218.* Inque Quirinali cunctitere jugo. *h. e.* in Colle Quirinali, qui unus eſt ex ſeptem Urbis Romæ, nunc *mœnia revolta*: de quo *Feſtus*: Quirinalis collis qui nunc dicitur, olim Ægonus (*al. Agonus*) appellabatur, ante quam in eum commigraret Sabini Curibus venientes, poſt fœdus inter Romulum & Tatium ictum: a quo hanc appellationem fortitus eſt: quamvis exiſtiment quidam, quod in eo factum ſit templum Quirino, ita dictum. *Varr. l. 4. de L. L. c. 8.* Collis Quirinalis, ubi Quirini fanum: qui a Curetibus, qui cum T. Tatio Curibus venerunt Romam, quod ibi habuerunt caſtra. *Ovid. 2. Faſt. v. 511.* Templa deu (*Quirino*) fiunt: collis quoque dictus ab illo. In *fragm. veter. Calendarii* apud *Gruter. pag. 134.* bis legitur, In colle Quirinale. ¶ Quirinalis porta, quæ & Agonenſis, & Collina, & Salutaris, in Sabinos fert, habetque nomen vel a colle Quirinali, quia ab ea in illum itur; vel quod proxime eum eſt Quirini ſacellum, ut ait *Feſtus*. ¶ *Quirinalia, ium*, dies quo ſacra fiebant in honorem Quirini, qui dies erat XIII. cal. Mart. Mentin eorum fit apud *Cicer. l. 2. ad Q. Fr. ep. 3. & 13. V. Ovid. 6. Faſt. a verſ. 475.* ¶ Eadem dicta ſunt etiam *feſta ſtultorum*, quia hoc die ſacrificium fiebat ab iis colonis, qui ſtatum diem Fornacalium per ignorantiam prætermiſerant. *Ovid. ubi Faſt. v. 527.* Curin legitimus nunc Fornacalia verbis Maximus indicit, nec ſtata ſacra facit. Inque Foro, multa circum pendente tabella, Signatur certa Curia quæque nota. Stultaque pars populi, quæ ſit ſua Curia, neſcit: Sed facit extrema ſacra relata die. *Feſt. in Stultorum*, ita de hac re docet: Stultorum feriæ appellari Quirinalia, qui eſt dies feſtus Quirini, quod eo die Quirino ſacrificent ii, qui aut non potuerunt, aut ignoraverunt ſuorum Fornacalium ſacrorum diem: & ſic commiſſum moræ piaculum expiare, atque quod ſuis non feceranr, quibus permittitur feriis ſacra facere. Adde *eund. in Quirinalis*.

QUIRINIANA MALA laudant *Cato* R. R. *c. 7.* & *Varr. l. 1. c. 59.* His adde *Plin. l. 15. c. 14.* & *Macrob. l. 2. Saturn. c. 15.* apud quos al. leg. *Quirinum*. Harum appellationum cauſa & origo quæ ſit, ignoratur.

QUIRINUS, i, m. Κυρῖνος, nomen Romuli, poſtquam vita functus deus habitus eſt (V. *Ovid. 14. Met. a verſ. 805.*) *Virg. 1. Æn. v. 296.* Cana Fides, & Veſta, Remo cum fratre Quirinus. *Enn.* apud *Non. c. 2. v. 393.* Teque, Quirine pater, veneror, Horamque Quirini. *Ovid. 2. Faſt. v. 476.* Qui tuuet hoc nomen Romulus unus fuit: Sive quod haſta curis priſcis eſt dicta Sabinis (Bellicus a telo venit in uſtra deus) Sive ſuum regi nomen poſuere Quirites: Seu quia Romanis junxerat ille Cures. *Feſtus*: Quirinus ex hac cauſa Romulus eſt appellatus, quod curi, id eſt haſta uteretur: a qua Romani eo nomine Romulum appellaverunt. *Serv. ad 1. Æn.* præter hanc addit aliam hujus nominis notationem, a κύριος, princeps, dominus. Poſſis etiam ducere a κύρος, quod idem notat, & propius ad Quirinum accedit. Addit *Servius* poſſe etiam a Marte duci, cujus filius eſt habitus: quia Mars, cum ſævit, Gradivus dicitur, cum tranquillus eſt, Quirinus: Hinc dum ejus templa apud Romanos ſunt, unum ſub nomine Quirini intra Urbem, quaſi cuſtodis, ſed tranquilli; alterum Gradivi, quaſi belloris, extra Urbem via Appia, prope portam Capenam. Hoc idem repetit etiam ad illud *l. 6. Æn. v. 860.* Tertiaque arma patri ſuſpendet capta Quirino. ¶ Etiam puer ſic appellabatur ab *Ovid. 3. Faſt. v. 41.* Interea creſcunt Remo, creſcente Quirino. ¶ *Germani Quirinum* dixit *Juvenal. ſat. 11. v. 105.* Romulum & Remum Martis filios: ea ratione, qua *Caſtores* dicti ſunt Gallor & Pollux. ¶ Etiam Janus cognominatus eſt Quirinus, quaſi bellorum potens, ab haſta, quam Sabini curim vocant. *Macrob. l. 1. Saturn. c. 9. a med.* Hinc *Suetun. in Aug. c. 22.* Janum Quirinum ſemel atque iterum a condita Urbe clauſum, terra marique pace parta, ter cluſit. *h. e.* templum Jani. ¶ In illo *l. 3. Georg. v. 25.* In foribus pugnam ex auro ſolidoque elephanto Gangaridum faciam, victoriſque arma Quirini: *Virgil.* Auguſtum deſignat (qui Indos devicit: unde *2. Georg. v. 171.* Qui nunc extremis Aſiæ jam victor in oris Imbellem avertis Romanis arcibus Indum) qui loco Romuli Romanos tegebat. Subdit hic *Servius* ex *Suet.* eum primum appellatum eſſe Quirinum, deinde Auguſtum: quod & *Suetun.* tangit *in Aug. c. 7.* Quod addit *Serv.* oblatum ei fuiſſe etiam nomen *Caſtoris*, id pertinet ad teſtamentum C. Julii, qui eum in familiam cognomenque adoptaverat. *Suetan. in Cæſ. c. 83.* ¶ In illo *Propert. l. 4. el. 6. v. 22.* Altera claſſis erat tenero dimoata Quirino: deſignatur M. Antonius effeminatus Cleopatræ conſuetudine. ¶ Adjective *Propert. l. 4. el. 10 v. 22.* Hic ſpolia ex humeris auſus ſperare Quirinis. *Al. leg.* Quirini. *Horat. l. 1. od. 2. v. 46.* Lætus interim populo Quirino. *Al. leg.* Quirini. *Ovid. 14. Met. v. 836.* lucum pete, colle Quirino Qui viret. *h. l.* Quirinali. Hic quoque al. leg. *Quirini*.

QUIRIS pro *curis*, h. e. haſta, legitur a nonnullis in illo Ovid. 2. *Faſt. v. 477.* Sive quod haſta quiris priſcis eſt dicta Sabinis. ¶ *Quiris* ſingulare a *Quirites*. *Feſtus* tradit, præconem Romæ in funeribus indictivis ea uſum eſſe formula: Illus (cnrrige *illut*, ut eſt apud *Varron. l. 6. de L. L. c. 3. circa med.*) Quiris leto datus. *Horat. l. 2. ep. 6. v. 7.* & amici dona Quiritis. *Inſcript.* apud *Gruter. pag. 308. n. 1.* Q. Tullius Q. f. pontifex facr. Jonnnis Quiritis. *h. e.* Romanæ: vel haſtatæ. V. *Curis. Ovid. Met. 14. v. 823.* Reddentemque ſuo jam regia jura Quiriti. *Id. 2. Amor. el. 7. v. 19.* ſi pulſaſſim minimum de plebe Quiritem. *Juvenal. ſat. 8. v. 47.* ima plebe Quiritem Facundum invenies. *Perſ. ſat. 5. v. 75.* heu ſteriles veri! quibus una Quiritem Vertigo facit. *h. e.* liberum, & civem

cieam Romanum. *Horat. l. 2. od. 7. v. 3.* Quis te redonavit Quiritem Diis patriis, Italoque cælo? *b. 1. 2* militiu urbi reſtituit, & quieti. *Claudian. carm.* 12. *v.* 16. Epulisque jam repleto Reſonet Quirite Tibris. *b. 6.* populo R. *Lucan. l. 2. v. 386.* Hirtam membra ſupes Romani more Quiritis Induiſſe togam. *b. 6.* plebeji civis R. Quo pertinent modo allata loca *Ovidii 1. Amor.* & *Juvenal.* ¶ *Priſcian. l. 4. pag. 633. Putſch.* agnoſcit atium rectum ſingularem *Quiri ne:* item *Quiritet* in eodem caſu *Petronius* apud *Serg. in Edition. 2. Donati, pag. 1843. ejuſd. Putſch.*

QUIRITATIO, nis, f. *gerdo, accurrione*, humanæ dreinaque opis imploratio. *Liv. l. 33. c.* 18. Fuga comitum, & quiritatim facta.

QUIRITATUS, us, m. idem quod quiritatio, clamor, vociferatio, auxilii imploratio. *Plin. l. 6. ep.* 20. Audirez ululatus feminarum, infantium quiritatus, clamores virorum. *Sunt qui legunt* queritatus. *Valer. Max. l. 9. c. 2. n. 2.* Quarum lamentabilus quiritatus trepidæ civitatie aures receperunt. Adde *l. 6. c. 2. n. 8.*

QUIRITES, um, m. *Κυρίται*, proprie fuere, qui Cures incolebant Sabinorum oppidum, in quo regnavit T. Tatius: ut Romani, qui cum Romulo Romam tenebant. Unde *Virg. Æn. 7. v. 710.* Una ingens Amiterna cohors, priſcique Quirites. ¶ Verum poſt fœdus ictum inter Romulum & Tatium, pro eodem populo Romani & Quirites habiti ſunt. Itaque omnes promiſcue appellari Quirites cepti ſunt. Cum enim ex duobus populis, Romanis & Sabinis, unus factus eſſet, ut Romanorum ratio haberetur, conſtitutum eſt, ut urbs priſtinum Romæ retineret nomen, & unuſquiſque ex civibus Romanus, ut ante, appellaretur: ut ratio Sabinorum haberetur, placuit, ut populus, ideſt univerſi ſimul cives, in poſterum *Quirites* vocarentur. *Liv. l. 1. c. 13. & Feſt.* ¶ Hæc appellatio propria erat Romanorum in Urbe, quaſi ad populum in pace & otio viventem: atque adeo militaribus viris ignominioſa. Narrat *Sueton.* de C. Cæſare, *cap. 70.* ipſum decimanos miſſionem & præmia flagitantes, neque adire conſtatum eſſe, neque dimittere; ſed una voce, qua Quirites eos pro militibus appellavit, tam facile circumegiſſe & flexiſſe, ut ni milites eſſe, confeſtim reſponderiat, & quamvis recuſantem, ultro in Africam ſecuti ſint. Hoc idem ſcribit *Tacit. 2. Ann. c. 42. & Lamprid. de Alex. Sever. c. 52. 53. & 54.* Sic *Lucan. l. 5. v. 357.* diſcedita caſtris: Tradite noſtra viris ignavi ſigna Quirites. ¶ Poſtquam Sabini Romanis adjecti ſunt, ſæpe *Quirites*, & *Romani* in appellatione civium jungebantur, præſertim in formulis facrarum, metu, opinor, ne alteruter populus in precationibus non comprehenderetur, in quibus utriuſque populi comprehendi maxime intererat. Dicebant autem *populus Romanus Quirites*, & *populus Romanus Quiritesque*, & *populus Romanus Quiritium*. Primam & ſecundam loquendi rationem probat *Briſſon. l. 1. de Formul.* tertiam excludit. Omnes admittendas eſſe contendit *Gronov. l. 4. Obſervation. c. 14.* Hic habes de omnibus non una exempla. *Feſtus in Dies.* Dici mos erat Romanis in omnibus ſacrificiis precibuſque: *Populo Romano, Quiritibuſque.* In formula Ceſtoria apud *Vorton. l. 5. de L. L. c. 9.* Quod bonum, fortunatum, ſeliaque, ſalutareque ſiet populo Romano Quiritium, reique publicæ populi Romani Quiritium. *Liv. l. 5. c. 41.* Suat qui, M. Fubio pontifice maximo præfante carmen, devoviſſe eos ſe pro patria, Quiritibuſque Romanis tradant. *Id. l. 8. c. 6. ad fin.* Comparant inter ſe, ut ab utre parte ederet Romanus exercitus cæpiſſet, inde ſe conſul devoveret *pro* populo Romano Quiritibuſque. *In formula concipiendorum Compitaliorum*, apud *Gell. l. 10. c. 24.* Die noni populo Romano Quiritibus Compitalia erunt. *In alia capeuda Veſtalis* apud *eund. l. 1. c. 12.* Veſtalem, quæ ſacra feciat, quæ jus ſiet facerdotem Veſtalem facere pro populo Romano Quiritibus. *Al. leg.* pro populo Romano Quiritium. Sic apud *Livium* in formula devotionis, *l. 8. c. 9.* Uti populo Romano Quiritium (al. *Quiritibus*) vim victoriamque proſperetis: hoſtesque populi Romani Quiritium terrore, formidine, morteque afficiatis. *Id.* in formula iodicendi belli *l. 1. c. 32.* Quod populi priſcorum Latinorum advorſus populum Romanum Quiritium fecerunt, deliquerunt: quod populus Romanus Quiritium bellum cum priſcis Latinis juſſit eſſe, &c. *Id. l. 41. c. 16.* Quia in una hoſtia magiſtratus Lanuvinus precatus non erat, populo Romano Quiritium. *In duob. numis Vitellii* apud *Mediobarb.* Veſta P. R. Quiritum. ¶ *Horduin.* quartam addit loquendi rationem *populi Romani Quiritum, ut populi Romani* ſit genitivus. *Plin. l. 26. c. 32.* Factum hoc populi Romani Quiritibus nſientum Cimbricis bellis. Al. leg. *populo Romano Quiritibus. Gronov. lov. cit.* certe putat mendum in his verbis eſſe: ſed *Horduin.* defendit *populi Romani* ex omnibus MSS. & typis editis: cenſet autem, Quirites populi Romani eſſe non omnem populum Romanum (uam toto urbe Romano ſparſus populus Romanus erat) ſed eos duntaxat e populo Romano, qui in Urbe domicilium habebant. ¶ *Jus Quiritium* eſt jus civile proprium populi R. ut *Juſtinian. Inſtitution. lib. 2. tit. 2.* docet. *Ulpian. regular. tit. 4. de Latinis.* Latini jus Quiritium conſequuntur bis modis, beneficio Principali, liberis, iteretione, militia, nave, ædificio, piſtrino: præterea ea ſenatuſconſulto vulgo quæ ſit tei emina. Pergit deinde *Ulpian.* ſingula exponere. Quidam putant, eſſe idem eum jure civitatis Romanæ: ſed ab eo diſtinguitur. nam jus Quiritium eſt privatum civium jus, quo inter ſe privatim utuntur: jus civitatis R. eſt publicum, quo gaudent reſpectu totius corporis reipublicæ. Quibus igitur non civibus Romanis dabatur jus Quiritium, concedebatur uti eo jure, quo cives Romani, in multis, præcipua vero in dominiis, & libertatibus. *Plin. l. 10. ep. 22.* Ago gratias, domine, quod & jus Quiritium libertis neceſſariæ mihi feminæ, & civitatem Romanam Harpocrati jatralipiæ meo indulſiſti. Adde *ſupſt. 4. & 6.* Sunt etiam, qui cum jure Latii confundunt: ſed ab hoc quoqus differt. *Sueton. in Claud. 2. 19.* Naves mercaturæ cauſa fabricantibus magna commoda conſtituit pro conditione cujuſque: civi vacationem legis Papiæ Poppææ Latiaris jus Quiritium, &c. ¶ *Quintet* eleganter ad apes *Virgilium* tranſtulit *lib. 4. Georg. v. 100.* Verum ipſæ e foliis natos & inavibus herbis Ore legunt: ipſæ regem, parvoſque Quirites Sufficiunt, aulaſque, & cerea regna refingunt. ¶ In genitivo plur. & *Quiritium* habet (quod ubtatiue eſt) & *Quiretum*. Patat tum ex allatis exemplis, tum ex *Horat. qui l. & od. 2. v. 7. & lib. 4. od. 14. v. 2.* habet primum: & ex *Auſon.* qui *in Profeſſorib. n. ua. v. 9.* veterum quæ ſerta Quiritium. ¶ In ſingulari num. V. *Quirit.* ¶ De infima plebe. V. *ibid.*

QUIRITO, as, n. 1. *ebiedre aiuue, gridare ecciermoms*, ἐκκλαίζω, Quiritium, ſeu populi R fidem imploro, opem, auxilium peto, clamo, vociferor: inde factum, quod opem implorantes *porro Quirites* clemere ſolebaat. *Varr. l. 5. de L. L. c. 7. a med.* Quiritare dicitur is, qui Quiritium fidem clamous implorat. *& mox.* Ut quiritare urbanorum, ſic jubilare ruſticorum. V. *Jubilo. Lucil.* apud *Non. v. 2. n. 78.* Concurſans ut arenarius, elareque quiritans. *Aſin. Poll. ad Cicer. l. 10. Fam. ep. 32.* Cum illi miſero quiritanti, civis Romanus natus ſum, reſponderet: abi nunc, populi fidem implora. *Liv. l. 39. c. 8. extr.* Nulla vox quiritantium exaudiri poterat. *Eſt qui leg.* quaritantium. *Quintil. l. 3. c. 8. poſt med.* Rogatus ſententiam, ſi modo eſt ſanus, non quiritet, ſed quam maxime poteſt, civili & humano ingreſſu meretri aſſenſum deliberantiz velit. ¶ Deponentie forma *Verr.* apud *Diomed. l. 2. pag. 377. Putſch.* De Feneſtella quiritatur.

QUIRRITO, as, n. 2. eſt vocem edere verris. *Auſil. carm. de philom. v. 55.* Quiritant veares, pardus audit, necat uſellus.

QUIS, quæ, quod, & quid, *chi, quale, quel tofa, vic*, pronomen interrogativum: a Græca voce allata. *Cic. de Amic. c. 12. u med.* Quis clarior in Græcia Themiſtocle? quis potentior? & rep. 3. Quid dicam *de* moribus facillimis? de pietate, &c? *Id. pro Roſc. Com. c. 7. in fin.* Qua, malum, ſtultitia fuit Roſcius, ut, &c? *Id. Attic. l. 5. ep. 20.* Qui, malum, iſti Pindeniſſe? qui ſunt? inquies. *Plaut. Perſ. 4. 4. 88.* Virgo, quæ patria tua eſt? *Id. Trucul. 2. 7. 44.* Unde es? cujus es? *Valer. Max. l. 9. c. 13. n. 1.* Quem na uliquis marito dixerit Pontico ſupplicio, quem Romano imperio dignorem? *b. c.* ecquem. *Virg. 4. Æn. v. 371.* Quæ quibus anteferam? *b. 1.* quæ prima, aut ultima ponam? *Liv. l. 3. c. 68.* Quid tandem? res veſtræ qui ſtatu ſunt? *Propert. l. 2. el. 9. v. 21.* Quam ſi perdiderie, qoie arit, qui talia cantet? ¶ Eſt etiam infinitum. *Cic. in Orat. c. 58.* Quos autem numeros cum quibus miſceri oporteat, nunc dicendum eſt. *Id. pro Roſc. Com. c. 7. a med.* Conſidere, quis quem fraudaſſe dicatur. *Quintil. l. 2. c. 6. (al. 10.) ante med.* Notatum in ſcemone, quid quo modo caderet. ¶ Ponitur interdum pro qualis. *Terent. Andr. 4. 2. 19* Quis videor? *Cha.* miſce aqua, utqua ego. *Cic. de Amic. c. 5.* Quæ ego ſum? aut quæ in me eſt facultas? *Terent. Heaut. 2. 3. 121.* At hoc demiror, qui tam facile potuerit perſuadere illi, quæ ſolet quos ſpernere! *b. c.* quales quantoſque amatores! Al. lag. *quoſque*, ſublata admirationis nota. ¶ Et pro aliquis, *alcuno. Plaut. Pſeud. 3. 2. in fin.* Aperite, heus! Simoni ma adeſſe, quis nuntiate. *Horat. l. 2. ſat. 3. v. 63.* Simplicior quis & aſt, &c. Al. leg. *at*, & pet interrogationem efferuut. *Cic. 3. de Fin. c. 21.* Alisanm eſt a ſapiente non modo injuriam cui facere, verum etiam nocere. *Lambin.* leg. *cuiquam. Liv. l. 6. c. 40.* Omniu ſemper, quæ magiſtratus ille dicet, ſecundis auribus; quæ ab noſtrum quo dicentur, adverſis accipietis? Sunt qui leg. *aliquo*, invitis ſunionibus Critieis. *Cic. 2. de nat. Deor. 1. 44. ſub fin.* Aut vero alia quæ natura mentiz & retionia capers hæc efficere potuit, &c. *Colum. l. 4. c. 25.* Vinitor cum in adverſum preſſa manu defecare quid debet, cultro utitur. Adde *Tibull. l. 1. el. 10. v. 3. & el. 11. v. 13. & lib. 4. carm. 3. v. 2. & Edict. Pratorit* apud *Ulpian. Digeſt. lib. 43. tit. 8. leg. 2.* ¶ Præſertim poſt particulus *ſi*, *ne*, *num*, & hujuſmodi. *Cic. Phil. 2. c. 14.* Si te in judicium quis adducat. *Id. 3. de Fin. c. 21.* Ne cui falſo aſſentiamur. *Verr. l. 3. R. R. c. 7.* Neve quæ ſarpens, aliudve quid (*al. leg.* quod) animal introire queat. *Cic. 2. de Orat. c. 9. u med.* Num quod eloquentiæ veſtigium apparet? *Propert. l. 2. el. 3. v. 32.* Neca quis invitem cogeret eſſe ſuam. ¶ Et pro quiſquis. *Tacit. 2. Ann. c. 26.* Addidit munificentium Cæſar, quantum quiu damni profeſſus erat, exſolvando. *Id. 3. Hiſt. c. 58.* Amicorum ejus quanto quis clarior, minus fidus. ¶ *Quis* utrique generi iaſerviens. *Verus Poetu* apud *Varron. l. 5. de L. L. c. 7.* Quis tu es mulier, quæ me infueto nuncupaſti nomius? *Non. c. 3. n. 49. Pacuvio* tribuit. *Plaut. Aulul. 2. 2. 48.* Quis ea eſt, quam vis ducere uxorem? *Id. Epid. 4. 2. 6.* Quis illæc eſt mulier, quæ ipſa ſe miſeratui? *Enn.* apud *Non. loc. cit.* Et quis illæc eſt, quæ lugubri ſaccincta eſt ſtola? Adde *Plaut. Epid. 4. 2. 4. Ciſtell. 4. 2. 27. & 79. & Trucul. 2. 2. 76.* Sic *Ulpian. Dig. lib. ult. tit. penult. leg. 1.* Verbum hoc, *ſi quis*, tam maſculos, quam feminas complectitur. ¶ Cum neutro genere *Plaut. Pan. prol. v. 17.* Scortum exoletum ne quis in proſcanio ſedeat. Quoddam MS. habet *quid*. ¶ *Quæ* in plurali numero: item *Quid*, & *Quod* V. ſuie locis. ¶ Cum pro *ullquis* ponitur, in rectu feminino habet etium *quo*. *Lex vetus de aquæductib.* apud *Frontin. antiq.* 129. Quominus ea aquæ, earumve quæ in urbem Romam ire, cadere, fluere, duci poſſint. V. *Sequis.*

QUISNAM, & Quisam, quænam, quodnam, & quidnam, *chi mai, vic*, idem quod *quis*, niſi quod illud *nam* vim addit. *Cic. 6. Verr. c. 36.* Quiſnam igitur tuebitur P. Scipionis memoriam mortui? *Plaut. Aulul. 4. 9. 17.* Quinam homo hic ante ædes ejulans conqueritur? *Accius* apud *Chariſ. l. 2. pag. 70. Putſch.* Quinam Tantalidarum interneciont modus ſit? *Terent. Heaut. 5. 2. 3.* Quodnam ob facinus? *Cic. Verr. 6. c. 3.* Sed uarum artificem quem? Quemnem? Recte admones. Po-

lycletum esse dicebant. *Id.* 2. *de Invent. c.* 1. Quæsieit ab eis, quænam virginea formosas haberent. *Plaut. Trin.* 5. 2. 45. Cruciatur eos mihi, & metuo. *Ca.* quidnam id est? *Id. Pseud.* 1. 3. 7. Quonam pacto possim vincere animum? *Nep. in Themist. c.* 2. Miserunt Delphos consultum, quidnam facerent de rebus suis. *Terent. Eun.* 5. 4. 1. Revisо, quidnam Chærea hic rarum gerat. *Id. Adelph.* 3. 2. 7. Quidnam est, quod sic video timidum & properantem Geriam? *Id. Andr.* 1. 4. 7. Sed quidnam Pamphilum exanimatum video? Vereor, quid siet. Opperiar, ut sciam, quidnam hæc turba tristitiæ afferat. ¶ *Quisnam* quispiam, aliquis. *Cic. pro Rosc. Amer. c.* 37. *a med.* Qui sunt in illis bonis? duo Roscii. num quisnam præterea? nemo ab. *Terent. Andr.* 2. 1. 25. Num quidnam amplius tibi cum illa fuit? ¶ Interdum, interjecto verbo, *dividitur. Cic. ad Brut. ep.* 2. Quinque cohortibus quid sit nam factum arbitratus est? *Plaut. Aulul.* 2. 2. 16. Quis ea est nam optuma? (Ubi *quisnam* pro *quænam*: ut *quis* pro *quæ*.) *Id. Mostell.* 2. 3. 101. Quid ceruſſa opus nam? *Id. Aulul.* 3. 2. 13. In ædibus quid tibi meis nam erat negotii? *Id. Rud.* 4. 3. 8. Quid tu, malum, nam me retrahis? ¶ Interdum invertitur. *Virg.* 4. *Georg. v.* 445. Nam quis te, juvenum confidentissime nostrum Juſſit adire domos? *Terent. Phorm.* 5. 1. 5. Nam quæ hæc anus est? *Donat.* ἀναστροφὴ vocat, aptamque figuram esse dicit commotis aliquantis nova.

QUISPIAM, quæpiam, quodpiam, & quidpiam, *seu* quippiam, *alcuno*, aliquis, quidam. *Festus*: Quispiam quin significet aliquis, & quæpiam aliquæ, similiterque alia ajusdem generis, ut dubium non est, ita node sequens pare ejus cæperit, inveniri nan potest. *V. Piam. Cic. pro Quinct. c.* 15. Si cuipiam pecuniam fortuna ademit. *Id. de nat. Deor. l.* 3. *c.* 35. Si grando quippiam nocuit. *Id.* 5. *de Fin. c.* 11. Ut ea vis ad aliam rem quampiam referatur. *Id.* 3. *Tuscul. t.* 9. Aliud quodpiam membrum. Al. aliter lrg. *Terent. Eun.* 5. 2. 36. Quid si hoc volnit quispiam deus? *Cæs. l.* 5. *B. Gall. c.* 35. Cum quæpiam cohors ea orbe excesserat. *& lib.* 6. *c.* 16. Ut neglecta quipiam religione auderet, &c. *Justin. l.* 38. *t.* 7. Neque Alexander, nec quispiam successorum ejus. *Gell. l.* 5. *t.* 4. Grammaticus quispiam de nobilioribus. *Id. l.* 2. *c.* 21. Tum quispiam ex iis, qui se ad litteras dediderant, &c. *Terent. Andr.* 2. 6. 7. Num illi molestæ quidpiam sunt hæ nuptiæ? *Nævius* apud *Charis. l.* 2. *pag.* 192. *Putsch.* Num non via te moneam uoum, si videtur quippiam? *Plaut. Curcul.* 1. 1. 51. Tare a me pudica est, quasi soror mea sit: nisi si eâ oscitando quippiam impudicius. *h. e.* paululum. ¶ In plur. numera *Cic. 9. Fam. ep.* 8. *ad fin.* Aliæ quæpiam rationes. *Apul. in Florid. n.* 18. (*al. l.* 4.) Cum proferre ad quospiam cœperit.

QUISQUAM, quæquam, quidquam, & quicquam, *alcuno*, *nic*, aliquis, ullus. *Plaut. Pseud.* 3. 2. 62. An invenire postulas quemquam coquum, nisi milvinis aut aquilinis unguis? *Id. Bacch.* 4. 3. 5. Nemo est indignior, quem quisquem homo aut amet, aut adeat. *Virg.* 5. *Æn. v.* 378. nec quisquam ex agmine tanto Audet adire virum. *& 6. Æn. v.* 876. Nec puer Iliaca quisquem de gente Latinos In tantum spe tollet avos. *& lib.* 10. *v.* 65. Æneao hominum quisquam, divumque subegit Bella sequi? *Sallust. in Catil. c.* 37. *extr.* Neque ex cæde Catilinæ quisquam omnium discesserat. *Terent. Her.* 3. 2. 13. An quisquam usquem gentium est æque miser? *Cic. pro Rosc. Comad. sap.* 6. *a med.* Est ne quisquam omnium mortalium, de quo melius existimes tu? *Plaut. Aulul.* 2. 2. 29. Neque illo quisquam est alter hodie ex paupertate parcior. *Cæs. l.* 7. *B. Gall. c.* 75. *extr.* Neque se cujusquam imperio obtemperaturos. *Sallust. in Catil. cap.* 32. Neque loco, neque homini cuiquam fatis credere. *& cap.* 34. Neque cuiquam nostrum licuit lege uti. *Nep. in Agesil. c.* 6. Si animadversum esset, quemquam ad hostes transfugere conari. *Plaut. Mil.* 4. 2. 67. Nisi huic cerri afferrem mercea, non hic suo stirpinio quamquam porculam impertiturus est. *Cic. Attic. l.* 9. *ep.* 4. *sub fin.* Quidquam in illa putas fuisse præ hiz de victoria gratulationibus? *Senec. in Troad. v.* 490. Vix ipsi quidquam est super. *Terent. Andr.* 1. 1. 63. Comperiebam, nihil ad Pamphilum quidquem attinere. *Nep. in Epamin. c.* 11. *sub fin.* Non enim cum quoquam arma contuli, quin is mihi succubuerit. *Terent. Hec.* 1. 2. 10. Nemo illorum quisquem ad ea venit, quin, &c. *Auret. Vict. in epit.* 1. 11. Percontanti eundem, quisquam ue in palatio esset, responsum, ne musca quidem. ¶ Num *quidnam*, numquid, quidquam oe. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 3. Num quidnam, inquit, novi? ¶ *Quisquam unus*, unus aliquis. *Liv. l.* 3. *c.* 55. *extr.* Quia nondum in quemquam unum sæviebatur. *Id. l.* 28. *t.* 37. *a med.* Nec quisquem alteriue gentis unua tantum ea erte excellit. Adde *l.* 2. *c.* 9. *extr. l.* 3. *t.* 45. *& lib.* 32. *c.* 22. *in fin.* ¶ De re inanimata. *Lucret. l.* 1. *v.* 1075. Nec quisquem locus est, quo corpora cum venere, &c. Adde *lib.* 4. *v.* 690. ¶ Pro quivis, quilibet. *Cic. Fam.* 14. *ep.* 7. Nisi vos fortiores cognossem, quem quemquam virum. *Flor. l.* 2. *t.* 18. *a med.* Quod uemo visurum se unquam speraverat, factum est, ut fugientes Numantinos quisquem vidreet. ¶ In feminino genere. *Plaut. Cistell.* 1. 1. 68. Quod neque habeo, nec quisquem alia mulier. *Id. Rud.* 2. 3. 75. Neque digniorem censeo vidisse aoum me quemquem. *Terent. Eun.* 2. 3. 8a. Quandoquidem illarum neque tr quisquam novit, neque scit, qui sira. Adde 4. 4. 12. Etiam *quæ*, & *quisnam*, & *quisque* hoc modo usurpata sunt. ¶ Quamquem *Donat. l.* 1. *pag.* 321. *Putsch.* agonscit in feminino *quæquam*, *quamquam*, *quaque*, non facile usurpaverim, antequam exempla vidram. Idem dic de neutro *quodquam*, & de pluralibus in omni genere *quisquam*, *quæquam*, *quorumquem*, *quibusquem*, *quasquam*: his enim aures nostræ non assuevere.

QUISQUE, quæque, quodque, & quidque, *vel* quicque, *ognuno*, *ciascuno*, *ogni*, *ognuno*, *ogni*, *ciascuno*, omnis, unusquisque, singuli; *que* est adjectio syllabica, ut in *absque*. Dicitur tum de personis, tum de rebus: usurpaturque in utroque numero. Differt ab *omnes*, quod conjunctos simul significat: *quisque* distributionem quandam continet. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 28. *ad fin.* Ut in quo quisque artificio excelleret, is in suo genere Rusticus diceretur. *Id. in somn. Scip. t.* 8. Nec enim tu is es, quem forma ista declarat, sed mens cujusque is est quisque. *Terent. Hec.* 4. 2. 27. Non tute incommodum rem, ut quæque est, in animum inducas pati? *Lucret. l.* 1. *v.* 562. quoniam refici rem quamque eidamue. *Cic.* 2. *Offic. c.* 7. Quod cuique obtigit, id quisque teneat. *& lib.* 3. *t.* 17. *a med.* Magni est judicii statuere, quid quemque cuique præstare oporteat. *Liv. l.* 21. *t.* 33. Plus inter ipsos (sibi quoque tendente, ut periculo pejus ecaderet) quam cum hostibus, certaminis erat. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 42. Ut ejus ortus unaquæque pare alia alio modo moveat immutetque cælum, ut quæque stellæ in iis, finitimisque partibus sint quoqua tempore. *Id.* 2. *de Orat. c.* 15. *a med.* Ut quamcunque rem a quoque cogoverit, de ea multo dicat uruetius. *Plin. l.* 17. *t.* 22. Scrobes ternorum pedum in quamque partem. *Id. l.* 18. *c.* 34. Quæ ratio semel in quoque agro ineunda erit. *Tacit.* 2. *Ann. c.* 59. Fama dediti Sepstiz, ut quibusque bellum invitis, aut cupientibus erat, spe, vel dolore accipitur. *Flor. l.* 1. *c.* 9. *extr.* Proximis quibusque correptis, totam Italiam sub se redigerunt. *Plin. l.* 33. *c.* 3. *a med.* Annis quibusque sorte reges singulos e subjectis jungere ad currum solitus. *ogni anno*. *Sueton. in Cæs. t.* 42. *a med.* Per æstimationem possessionum, quoti quæque comparassent. *Id. in Tiber. c.* 8. Archelaum, Trallianos, & Thessalos, varia quosque de causa, defendit. *Id. in Aug. c.* 89. Prout quique monitinoe indigereot. ¶ Cum genitivo. *Cic.* 1. *Fam. ep.* 9. *ad fin.* Ego, quid ad te tuorum quisque necessariorum scribat, nescio. *Horat. l.* 2. *sat.* 3. *v.* 124. Quantulum enim summæ curtabit quisque dierum, si, &c? ¶ Jungitur cum comparativis, & superlativis. *Cic. pro Rosc. Com. c.* 11. Quo quisque est solertior, boc socet laboriosius. *Celsi. l.* 2. *c.* 18. *a med.* Quo major quodque animal, eo robustior ea eu cibus est. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. *a med.* Ut quique pedes suot temporibus pleniores, hoc graviorem faciunt orationem. *Plin. l.* 1. *ep.* 20. Bonus liber melior est quisque, qui major. *Cic.* 2. *Offic. c.* 21. *a med.* Postea tot leges, & proximæ quæque duriores. *Id.* 2. *de Fin. t.* 25. Optimum quidque rarissimum est. *Id.* 2. *Acad. cap.* 4. Recentissima quæque sunt correcta & amendata maxime. *Id. l.* 2. *de Orat. t.* 77. *a med.* Ut in quoque eorum (*patronorum*) minimum potant esse, ita cum primum volunt dicere. *Id.* 1. *Tuscul. c.* 31. Doctissimus quisque. *Plin. l.* 18. *c.* 8. *extr.* Gravissima quæque grano ferere. *Id. l.* 35. *t.* 9. *in fin.* Quinque eirgines elegit, ut quod in quaque laudatissimum esset, pictura redderet. ¶ Et cum iis, quæ vim superlativi habent. *Cic.* 9. *Fam. ep.* 14. *a med.* Severitas cum boniz omnibus, tum infimo cuique gratissima. *Suetea. in Otb. t.* 2. *& Tacit. Ann.* 12. *c.* 43. Invalidum quemque obviorum corripere. ¶ Et cum iis, quæ ordinem significant. *Cic.* 3. *de nat. Deor. cap.* 3. Primum quidque videamus. *Id. pro Rabir. Post. c.* 12. Tertio quoque verbo excitabatur. *ad ogni terzo parola*. *& in fin. Phil.* 8. Uti de ejus honore primo quoque die ad Senatum referant. *il primo giorno che si potrà*. *& Liv. l.* 42. *c.* 48. Ut exercitui diem primam quamque diceret ad conveniendum. *Colum. l.* 12. *c.* 48. *a med.* Tertio quoque, aut quarto die. *ogni tre a quattro dì*. *& Cic. in fin. Phil.* 3. Primo quoque tempore. *Id.* 4. *Verr. c.* 56. Quinto quoque anno Sicilia tota censetur. *ogni cinque anni*. *& Plin. l.* 17. *c.* 22. Quinto quoque palo singulæ jugo paginæ includantur. *Plaut. Pseud.* 4. 2. 17. Via decimue quisque est, qui ipsue se se noverit. *ogni dieci uno*. ¶ Cum verbis pluralis numeri. *Plaut. Capt.* 3. 2. 2. Ubi quisque vident, aunt nbviam. *Id. Curcul.* 1. 3. 24. Sibi quisque habeant, quod suum est. *Liv. l.* 2. *c.* 59. *extr.* Crtera multitudo forte decimus quisque ad sapplicium lecti. Plura ex eodem *Livio* congessere *Gronov.* & *Drakenborch. ad lib.* 7. *c.* 29. & ex *Ovid. Heinsio ad lib.* 2. *Amor. eleg.* 11. *v.* 21. ¶ Cum pronominibus *sui*, & *suus*, *Cic. Agrar.* 1. *c. ult.* Huic pro se quisque nostrum mederi, atque hoc omnes sanare velle debemus. *Id.* 3. *Verr. cap.* 27. Pro se quisque, ut in quoque erat auctoritatis plurimum, ad populum loquebatur. *Id.* 3. *de nat. Deor. c.* 1. Cum seo cuique judicio sit utendum. *& cap.* 34. Edixit, ut quod quisque a facriz haberet, id in suum quisque sanum referret. *Id.* 5. *de Fin. c.* 17. Cujusque partis naturæ & in corpore, & in animo sua quæque vis est. *Id. de Amic. c.* 16. Ut quenti quisque se ipsi faciat, tanti fiat ab amiciz. *Hirt. de B. Afric. cap.* 31. Efficit, uti quisque sua loco paratus esset. *Colum. l.* 12. *c.* 3. Cuique sua annumeravimus. *Ovid.* 3. *Amor. el.* 2. *v.* 58. Vincamue dominæ quisque favore fuæ. *Id.* 3. *Trist. el.* 4. *v.* 64. Dicera quos cupio nomine quamque suo. *Plaut. Merc.* 4. 5. 51. Suam quisque homo ram meminit. *Virg. 6. Æn. v.* 743. Quisque suos patimur manes. *Tacit.* 2. *Hist. c.* 44. Suum quisque flagitium aliis objectantes. *Cornil. carm.* 63. *de nupt. Pel. & Thet. v.* 277. Ad se quisque vago passim pede discedebant. ¶ De duobus pro *uterque*. *Ovid.* 2. *Fast. v.* 715. Oscula quisque suæ matri propinata tulerunt. *h. e.* duo fratres Titus, & Arruns, Tarquinii Superbi filii. *Id. Heroid. ep. v.* 19. *v.* 169. Atque ita quisque suos iterum redeamus ad urbes. *Liv. l.* 2. *c.* 44. *a med.* Duas civitates ex una facta: suos cuique parti magistratus, sues leges esse. Adde *cap.* 7. *& Sueton. in Aug. cap.* 26. ¶ In feminino genere. *Plaut. Pœn. prol. v.* 107. Omnes meretrices, ubi quisque habitant, invenit. *Terent. Hec.* 2. 1. 19. Quo quisque pacto hic vitam vestrarum exigat. ¶ Interdum ponitur pro quisquis, quicumque, *chiunque*, *tutti*. *Plaut. Merc.* 2. 1. 20. Quem-

qua

que attigit ; magno multat ioforenia . *Id. Mil.* 2. 1. 5. Quemque videritis hominem in noſtris tegulis extra uſum Palæſtrionem , huc deturbatote in via . *Id. Aſin.* 1. 3. 47. Cetera quæque volumus uti , Græca mercamur fide . *Auſon. de* VII. *Sap. ſententt. in Pittaco* , v. 5. Pareto legi quiſquis legem ſanxeris . *Sydon. l.* 4. *ep.* 11. *in carm. ad fin.* At tu , quiſque dolee , amice lector , Udie parce genie rigam marmos . ¶ *Quisque* an *quisque* ſcribendum ſit , V. in *Quiſquis* in fine.

QUISQUILIÆ , erum , ſ. dicit putantus quidquid ex arboribus minutie furculorum foliorumve cadit . Ita *Feſtus* . Similiter *Iſidor. l.* 17. *Orig. c.* 6. *extr.* Quiſquiliæ , ſtipulæ immixtæ furculis , & foliis aridis . ſunt autem purgamenta terrarum . Eadem fere habet *Servius* ad illud *Virg.* 2. *Georg.* v. 84. Sæpe etiam ſteriles incendere profuit agros , Atque levem ſtipulam , &c. *Feſtus* ducit a *quidquid* : alii a *quiſque* , ut proprie ſint quidquid obvium & pedibus incidens , τὸ τυχὸν . *Gloſſ. Vet.* Quiſquiliæ , σκύβαλα , φρύγανον χόπρος , *ſtappia* , *ſpazzature* , *mondiglie* , *pattume* , σκυβάλισμα . *Cæcil.* apud *Feſt.* Quiſquiliæ , volantie venti ſpolia , memoras : i modo . *Apul. in Apolog.* Nugæ marinas , & quiſquilias litorales quæritem . ¶ Translate dicitur de homine minuti pretii , nihili , ſæce plebeculæ . *Cic. pro Sext. c.* 43. *ſub fin.* Omitto Numerium , Serranum , Ælium , quiſquiliæ ſeditionis Clodianæ . (Adde *lib.* 9. *ad Attic. ep.* 16.) *Novius* apud *Feſt.* Deturba te ſexo , homo non quiſquiliæ. Al. leg. *quiſquilio* ſingulari num. ¶ *Apul. l.* 1. *Metam. ſub fin.* quiſquiliee vocat piſces frivolos , & viliores. ¶ *Quiſquilium* , neutr. gen. *Petron. in fragm. Trogur. c.* 75. *Buret.* Coriciliium eſt , quod homines facit : cetera quiſquilia omnia . *Gloſſ. Vet.* Quiſquilia , σκύβαλα . V. *Cuſcutium* .

QUISQUILTUM . V. in voce præced.

QUISQUIS , quæque , quidquid , & quicquid , *chiunque* , *ciaſcuno che* , *qualunque* , ὅστις , omnis qui , quicumque . Dicitur tum de perſonis , tum de rebus . *Cic. de clar. Orat. c.* 73. Quiſquis ille eſt , ſi modo eſt aliquis , qui genuit in hac urbe diceodi copiam . *Ennius* apud *Cicer. pro Balb. c.* 22. Hoſtem qui feriet , mihi erit Carthaginienſis , Quiſquis erit . *chiunque ſi ſia* . & *Propert. l.* 3. *el.* 20. *v.* 5. omnes pariter pereatis avari , Et quiſquis fido prætulit arma toro . *Plaut. Amph. p.* 1. 153. Quiſquis homo hua vanerit , vepulabit . *Tibull. l.* & *el.* 2. *v.* 5. Quiſquis ades , faveas : fruges luſtramus , & agros . *Virg.* 10. *Æn. v.* 493. Quiſquis honos tumuli , quidquid ſolemne humandi eſt , Largior . *Plin. l.* 18. *c.* 34. *in fin.* Quiſquis erit ventus . *Horat. l.* 2. *ſat.* 1. *v.* 60. Quiſquis erit vitæ , ſcribam , color . *Plaut. Men.* 5. 2. 60. Quiſquis es , quidquid ribi nomen eſt , ſenex , &c. *Id. Pſeud.* 4. 2. 17. Quiſquis ille eſt , qui adeſt a millite . *Id. Men.* 5. 2. 17. Omnia mala ingerebat , quemquem aſpexerat . *Id. Trucul.* 5 1. 17. Quemquam hominem attigerit , &c. *Tacit. d. Ann. c.* 7. Quæquæ de re locuti ineuſabantur . *Ulpian. Dig. lib.* 47. *tit.* 5. *leg.* 1. Si quid a quoquo verum , quos , quaſve ibi habebunt , furtum factum eſſe dicatur . *Cic. pro Dom. c.* 20. Dicam ipſo audiente , quod ſentio , quoque animo me auditurus eſt . *Id. pro Rabir. Poſt. cap.* 8. Quoquo conſilio fecit , fecit certe ſuo . *Id. 9. Attic. ep.* 2. *a med.* Confido adventom noſtrum illi , quoquo tempom fuerit , *d'uscirne con* fore . *Id. Q. Fr. l.* 1. *ep.* 2. *c.* 4. *ad fin.* Tu , quoquo modo eſt , hominem inveſtiges velim . *Al. omitt.* eſt . *Id. Fam.* 1. *ep.* 5. Quoquo modo ſi res habeat . *Id. pro Roſc. Amer. c.* 40. Quidquid maleficii , ſcelerie , cædie exit , proprium id Roſciorum eſſe debebit . *Plaut. Rud.* 4. 2. 20. Hoc ego in mari , quidquid ineſt reperi . *Id. Men.* 5. 2. 22. Sed quidquid id eſt , jam ſciam . *Tacit. Ann.* 14. *c.* 55. Quidquid illud , & qualecumque tribuiſſet . *illud* redundat . *Cic. pro Sext. c.* 45. Eſto ut hi ſint , quiqui integri ſunt , & ſemi . *Liv. l.* 41. *c.* 8. *a med.* Liberos ſuos quibuſquibus Romanis mancipio dabant . ¶ Cum verbis pirullis numeri . *Ovid. d. Art. am. v.* 167. Quiſquis ubique , viri , dociles advertite mentes . *Propert. l.* 4. *el.* 5. *extr.* Quiſquis amas , ſcabris hoc buſtum cædite ſaxis . *Tibull. l.* 2. *el.* 7. *v.* 45. Tunc procul abſitis , quiſquis colle arta capillos . ¶ Cum genitivo *Horat. epod.* 5. *v.* 1. & *Liv. l.* 23. *c.* 9. At n deorum quidquid in cælo regit , &c. *Id. l.* 2. *ad.* 2. *v.* 15. Deorum quiſquis amicior Afris . ¶ Cum feminino gen. *Plaut. Caſtell.* 2. 3. 66. Conteris tua me amatione mulier , quiſquie es . *Id. Rud.* 4. 4. 102. Tibi deos iratos eſſe oportet , quiſquis es , quæ pareates in tam anguſtum tuos locum compegeris . Adde *Perſ.* 4. 3. 76. & *Liv. Andron. Cæcil. Pacuv.* apud *Non. c.* 3. *n.* 49. ¶ *Quidquid* abſolute , & adverbii more . *Liv. l.* 31. *c.* 1. Jam proviseo animo , quidquid progredior , in vaſtiorem me altitudinem invehi . *quanto ei ve avvanzando* . & *lib.* 7. *c.* 32. Quidquid ab urbe longius proferrent arma , magis magiſque in imbelles gentes eos prodire . *quanto più lungi* , &c. *Gell. l.* 12. *c.* 1. *ſub fin.* Quidquid ita educati liberi amare videntur , non naturelie ille emor eſt , ſed civilie . *Cato R. R. c.* 48. Suum quidquid genus talearum ferim . *Al. leg.* quodque . *Catull. carm.* 56. *ad Veler. Caton. v.* 3. Ride , quidquid amas , Cata , Catullum . *b. e.* quantum . ¶ In illo *Horatii l.* 3. *od.* 24. *v.* 25. O quiſquie volet impias Cædes , & rabiem tollere vicam ! *Benelejus* recte mones , ſcribendum eſſe diviſim *O quis , quis* : ut ſit impetitin ſimilie illius *Epod.* 7. *v.* 1. *Quo , quo , ſcelefti , ruitis* ? & aliis , quæ ibi refert . ¶ Aliquando *quiſquis* ponitur pro *quiſque* , unuſquiſque , omnie . *Cic. Fam. 6. ep.* 1. Quocumque in loco quiſquis eſt , idem eſt ei ſenſus ex interitu rerum ſuarum . *Id. 6. Verr. c.* 13. Ita odorabantur omnia , & perveſtigabant , ut ubi quidquid eſſet , aliqua ratione invenirent . *Al. leg.* quidqua . *Id.* 5. *Tuſcul. c.* 34. Beſtiæ , ut quidquid objectum eſt , quod modo naturn non ſit alienum , eo contentæ non quærunt amplius . *Lucret. l.* 2. *v.* 955. Inque ſuos quidquid rurſus revocare meatus . *Plaut. Amph.* 2. 1. 52. Ordine omne , at quidquid actum eſt , ediſſertavit. Al. leg.

quidque. Adde *Catull. carm.* 67. *ad Manl. v.* 18. ¶ *Quiqui* pro *quiſquis* V. ſupra ſun loco. ¶ Utrum per *d* , an per *e* ſcribendo ſint *quidquid* , *quidquam* , *quidque* , quærunt Orthographi. *Mouus.* & *Douſa.* præferunt *d* : quibus accedit *Cellar.* Sunt, pro his etiam Inſcriptionee apud *Gruter. pag.* 411. *n.* 3. & *pag.* 691. *n.* 8. Contra *Priſcian. l.* 8. *pag.* 559. & *Mar. Victorin. l.* 1. *art. Grammat. pag.* 1460. *Puſch.* & alii apud *Quintil. l.* 1. *c.* 7. (*al.* 23.) tuentur *c* : quod *Cellar.* ipſe non improbat. *Quintilian.* frigidam quæſtionem putat.

QUITUS . V. *Quies* .

QUIVIS , quævis , quodvis , & quidvis , *chiunque tu vuoi* , *qualunque* , *qualſivoglia* , *ognuno* , ὁστισοῦν , ὁστινοῦν , quem vis , quilibet , quiſquis , nemie : tum de perſonie , tum de rebus . *Cic. pro Quinct. c.* 27. Omoie ſunt ejuſmodi , quivis ut perſpicere poſſit , in hac cauſa improbitatem eam veritate contendere . *Plaut. Amph. prol. v.* 27. Jupiter non minus , quam voſtrum quivis , formidat malum . *Id. Mil.* 4. 7. 10. Quævie alia more . *Cæſ. l.* 4. *B. Gall. c.* 2. Ad quemvis numerum ephippiatorum equitum quamvis pauci adire audent . *Cic.* 5. *Verr. c.* 18. Ut homines quidvis perpeti , quam non de illius pravitate conqueri mallent . *Plaut. Mil.* 3. 1. 152. Commodulum abſove , ne magno ſumptu : mihi quidvis ſet eſt . *egni poco coſa* . & *Aſin.* 3. 3. 81. Quidvie egeſtas impemt . *ogni gran coſa* . & *Pan. v.* 3. 28. & *Trunul.* 4. 3. 31. Dicere hic quidvis licet . *tutto quel che mai ſi vuole* . *Plin. l.* 28. *c.* 9. *a med.* Contra ſcabiam quivis adeps . *Id. l.* 2. *c.* 7. Nec noe dieſque quævis eadem toto orbe ſimul eſt . *Horat. l.* 1. *ſat.* 3. *v.* 65. quovie ſermone moleſtus. *Terent. Adelph.* 2. 3. 1. Ab quivis homine beneficium accipere gaudeas . *Plin. l.* 18. *c.* 4. Quibuſvis potius , quem agricolis . *Cic. 2. de Invent. c.* 53. Ea iie rebus quævis amplificationes ueſci poſſunt . *Horat. l.* 2. *ſat.* 4. *v.* 87. E quibus unus avet quavie aſpergere cuncios , Præter eum , qui præbet aquam . *b. e.* quavis ratione . V. *Aqua* . ¶ Cuivie poteſt accidere , quod cuiquam poteſt , γνώμη *P. Syri* apud *Senec. de Tranquill. c.* 11. ¶ Interjecto verbo , *Cato R. R. c.* 52. *extr.* Hoc modo quod genus vie propagabie. ¶ Elegenter jungitur cum *uumo* : & fere in contempta quodam ponitur . *Cic. pro Cæcin. c.* 21. Si tu ſolus , aut quivie unus cum gladio impetum in me feciſſes . *Id. in Bruto* , *c.* 93. Quantum non quivis unus ex populo , ſed exiſtimator doctus & intelligens poſſit cognoſcere . *Liv. l.* 9. *c.* 17. Ne ſalestiue , quam quivis unus ex iie , quoe oomiuevi , calirie locum caperet . Al. leg. *qualiber* . ¶ *Quodvis* , quodque . *Cic. de opt. gen. orat. cap.* 1. Poematie enim tragici , comici , epici , &c. genus ſuum quodvie eſt diverſum a miiquis . ¶ *Quodvis anni* , quovis anni tempore , bis legitur apud *Catan.* R. R. *c.* 17.

QUIVISCUMQUE , quævisſcumque , quodvisſcumque , idem ac quicumque . *Lucret. l.* 3. *v.* 389. Nec ſepentie itum cujuſvisſcumque animantum . *Martial. l.* 14. *epigr.* 1. Quovisſcumque loco potes hunc finire libellum.

QUO

QUO , *dove* , in *qual luogo* , *vai* , in , vel ad quem locum . *Horat. epod.* 7. *v.* 1. Quo , quo , ſcelefti , ruitis? *Cæſ. l. c. B. Gall. c.* 16. *extr.* Mulieres in eum locum conjecit , quo exercitui aditue non erat . & *cap.* 21. Non longiue haſtes aberant , quam quo telum adjici poteſt . *Cic. Fam.* 3. *ep.* 5. Me ad eam partem provinciæ eſſe venturum , quo te velle arbitrarer . *Salluſt. in Jug. c.* 110. Proficiſcitur obſeſſum turrim regiem , quo Jugurtha perfugas omnes præſidium impoſuerat . *Cæſ. l.* 2. *B. Gall. c.* 7. Omnibus vicis , quo adire poterant , incenſis . *Cato R. R. c.* 10. Dolia , quo vineeeos condat , decem . *Cæſ. B. Gall. l.* 5. *c.* 6. Iter anguſtum & difficile , quo vix ſinguli carri ducerentur . *Ovid. Met.* 10. *v.* 372. ſeucis trabs Quo cadet in dubio eſt , omnique a parte timetur . *Plaut. Bacch.* 4. 7. 33. Non hercle , quo hinc nunc gentium aufugiam , ſcio . *Liv. l.* 28. *c.* 27. *a med.* Na hodie quidem ſcira videmiui , quo amentiæ progreſſi ſitis . *a qual ſegno di pazzia* . ¶ Pro *aliquo* , poſt partículas dubitandi . *Liv. l.* 38. *c.* 30. *a med.* Si quando Romam , aliove quo mitterent legatos . *Plaut. Aulul.* 2. 4. 5. Si quo tu me im vie , operam dabo . *Cæſ. l.* 2. *B. Gall. c.* 28. Si quo erat longiue prodeundum , &c. *Cic. Attic. l.* 8. *ep.* 3. *in f.* Ipſe ne quo inciderem , reverti Formias . ¶ Interdum infertur ad perſonam , quæ loci rationem habet . *Plaut. Stich.* 1. 3. 79. Dabo pamſitum inanem , quo recondas reliquiae . *Id. Aulul.* 3. 5. 13. Quo illæ aumbent? & *mox*. Quo labeet, nubant . *Cic. Verr. 6. c.* 18. Homo apud eos, quo ſe contulit, gratioſus . *Pompon.* apud *Non. cap.* 10. *n.* 27. Homiem beatum , quo illæ perveaibunt divitiæ ! ¶ Eſt etiam , ad quam rem , finem , uſum , ſcopum , cor . *Cic. pro Sext. cap.* 13. Quid hoc homine faciae ? aut quo civem importunum , aut quo potius hoſtem tam ſceleratum reſerves ? *Id. 4. Verr. cap.* 55. Primom quo tentam pecuniam ? deinde quamobrem cenſores ad ſtatuam ribi conferebant ? *Id. pro Cæl. c.* 21. *ſub fin.* Dicit profecto , quo vellet aurum . *per qual uſo* . & *Attic. l.* 8. *ep.* 2. *a med.* Quo igitur hæc ſpectat oratio ? *Petron. in Satyr. c.* 97. *Burm. a med.* Quo ſecares attuliſti ? *Cic.* 2. *de Divin. c.* 64. Quo pertineut ænigmata ſomniorum? *Horat. l.* 2. *ſat.* 2. *v.* 73. Neſcia, quo valeat nummus, quem præbeat uſum ? ¶ *Quo mihi* , *quo tibi* , quid mihi , tibi prodeſt , cui bono , quorſum . *Cic. 7. Fam. ep.* 23. *circa med.* Martis vero ſignum quo mihi pacis auctori ? *Phædr. l.* 3. *fab.* 18. *v.* 9. Quo mi, inquit, mutam ſpeciem , ſi vincar ſoan ? *Horat. l.* 1. *ep.* 5. *v.* 12. Quo mihi fortunam , ſi non conceditur uti ? *Ovid.* 3. *Amor. el.* 4. *v.* 41. Quo tibi ſuemoſam , ſi non niſi caſta placebat ? & *el.* 8. *v.* 47. Quo tibi turritis incingere mœnibue urbes ? Quo tibi diſcordes addere in arma manue ? *Propert. l.* 4. *el.* 3. *v.* 51. Nam mihi

ejus, pœnis ſi purpura fulgeat oſtris? ¶ *Quo bonum eſt?* cui rei utile eſt? *a che ſerve? a che è buono?* Eſt JCtorum. *Cajus Dig. lib. 16. tit. 2. leg. 13. in fin.* Quo enim bonum eſt aaſpectare conditionem. *Ulpian. lib. 37. tit. 4. leg. 3. ad fin.* Quo bonum eſt, ei contra tabulas dari? Adde *ibid. leg. 10. a med.* Ead. ſenſu *quo bono?* dixit *Id. lib. 7. tit. 1. leg. 13.* Omnib. autem his loc. *Heloandet* edidit *quod*. ¶ Uſurpatur etiam vice conjunctionis, & *ut* ſalet, *aſſuebit*, *accuebit*. *Ovid. Heroid. ep. 18. v. 203.* ſed quo mage finiat iram, Accedant, quæſo, fac tua vota meis. *& ep. 20. v. 23.* Fraus mea quid petiit, niſi quo tibi jungerer uni? *& de remed. Amor. v. 517.* Ne ſibi tam placeat, quo te contemnere poſſit. Al. aliter leg. *Plaut. Pœn. 3. 1. 30.* An vero non juſta cauſa eſt, quo cuiratur celeriter, ubi bibas, edas de alieno? *Id. ibid. prol. v. 38.* Neve ambitionis cauſa extrudamur foras, Quo deteriores ante ponantur bonis. *Terent. Andr. 3. 1. 14.* Hanc ſimulant parere, quo Chremetem abſterreant. *& Eun. 1. 2. 70.* Id adjuta me, quo id fiat facilius. ¶ Item quia, quod, *perchè*. *Plaut. Amph. 3. 2. 32.* Non edepol quo te impudicum crederem. *Cic. Attic. l. 10. ep. 1. circa med.* Quod ſcribis, non quo ipſe audieris, ſed te ipſum putare, me, &c. *Id. 3. de Orat. c. 75. a med. & Fam. 5. ep. 19.* Nec quo libenter male audiam, ſed quia ego cauſam non libenter relinquo. ¶ Cum *eo*. *Cic. pro Quinct. cap. 2.* Non eo dico, C. Aquilli, quo mihi veniat in dubium tua fides, aut quo non in his, &c. *Al. leg.* quod. *Terent. Heaut. 3. 2. 43.* Neque eo nunc dico, quo quidquam illum ſcuſerim. *Id. Eun. 1. 2. 16.* Non pol, quo quemquam plus amem en feci, ſed, &c. ¶ *Quo ne* pro *ut ne* videtur accipi in illo *Cicer. Fam. 7. ep. 2.* Sed eo vidiſti multum, quod præſtiſti, quo ne pluris emeremi. *& Livii l. 34. c. 6. a med.* Cautum erat, quo ac plus auri & argenti ſacti, quo ne plus ſignati argenti & aliis domi haberemus. Alii dicunt, *quo a plus* pendere, & eſſe ablativum. Certius videtur illud *Horatii l. 2. ſat. 1. v. 36.* Miſſus ad hoc . . . Quo ne per vacuum Romano lecutereat hoſtis. *Beuſley.* addit ex *Ulpiano Digeſt. lib. 21. tit. 1. leg. 17. ante med.* Si celandi cauſa, quo oc ad dominum everteretur, fugiſſet, fugitivum eſſe. *Terrenin.* habet *causa qua, ne, &c. Haloand.* omittit *qua*, male. Sed & in verbis *Horatii* eſt qui ſuſpicatur, metatheſim eſſe verborum, & *quo ne* dictum eſſe pro *ne quo*. ¶ Ponitur etiam pro quara, vel ideo, propter quod, quamobrem, *però, per questo, perciò*. *Cic. 2. de Orat. c. 6. ad fin.* Quo etiam ſcripſit: Perſum non curo legere, Lælium Decimum volo. *Varr. l. 1. R. R. c. 54.* Miſcella, quam vocant nigram, multo ante coquitur. quo prior legenda. *& lib. 3. c. 10.* Anſeres voraces ſuet natura. quo temperandum iis. *Terent. Andr. 2. 5. 18.* Quo æquior ſum Pamphilo, ſi, &c. *Cic. 3 de Fin. c. 2.* Quo magis hoc philoſophio faciendum eſt. ¶ Quo cum *ea, hoc, quanto* cum comparativis eſt quanto, tanto. *Cic. Q. Fr. l. 3. ep. 1. c. 5.* Latteræ quo erant ſuaviores, eo majorem dolorem ille exſus afferebat. V. *Eo* adverb. *Id. 1. Offic. c. 19. a med.* Quo difficilius, hoc præclarius. *Terent. Phorm. 2. 2. 14.* Quo magis novi, tanto ſæpius. ¶ Et omiſſa altera particula. *Liv. l. 2. c. 51. a med.* Quo plures erant, majus cades fuit. *Cic. pro Quinct. c. 1.* Quo mious ingenio poſſum, ſubſidio mihi diligentiam comparavi. ¶ *Quo loco*, quo loco, ubi, *in qual luogo, dove*: ſed hoc non pertinet. *Cic. Attic. l. 8. ep. 10.* Reſpondit, ſe neſcira, quo loci eſſet. *Id. 2. de Divin. c. 66.* Viſus eſt dicere quo loci illa aaſceretur. ¶ *Quo* dativum pro *cui*, quidam eſſe putant in illo *Varron. l. 2. R. R. c. 1. a med.* Quo etiam ipſe paſtor diligens medeti poſſit. Al. leg. *quoi*. V. *Voſſ. l. 6. de Gramm. c. 6.* qui dativum eſſe putat etiam cum dicimus *quo modo, quo tibi hoc*, vel *illud?* pro *cui rei*.

QUOAD, *fino che, fino a quando, fino a tanto che, u'χανς ἂ, dell' avere*, donec, quouſque, uſque dum, quamdiu: ea *ad*, & *quo*, ſed ordine inverſo, ut in *hactenus, quatenus* fit. Dicitur tum de tempore, tum de loco. *Terent. Phorm. 1. 2. 98.* Scocm quoad aaſpectatis veſtrum? *Cic. Attic. l. 15. ep. 23.* Quouſque, inquies? quoad erit integrum. erit autem, uſque dum ad navem. *Id Agrar. 1. cap. 2.* Videte nuoc, quoad feceiit itec apertiua, quam antea. Al. aliter leg. *Liv. l. 22. c. 6.* In aquam progreſſi, quoad capitibus humeriſque exſtare poſſunt. *Cæſ. l. 5. B. Gall. c. 17.* Neque finem iuſequendi fecerunt, quoad præcipites hoſtes egerunt. *Nep. in Epamin. c. 9. a med.* Ferum uſque eo retimuit, quoad renunciatum eſt viciſſe Bœotios. *& cap. 2. ſub fin.* Exercebatur plurimum currendo & luctando ad eum finem, quoad ſtans complecti poſſet atque conteodere. *Cic. 1. Offic. c. 1.* Tamdiu aotem velle debebis, quoad te, quantum proficias, non pœnitebit. *Id. 1. de Legib. c. 4.* Jos civile eatcous exercuenunt, quoad populum præſtare voluenuot. *Id. Fam. 4. ep. 3. circa med.* Hactenus eaiſtimo conſolationum recte adhibitam eſſe, quoad certior fietes, &c. *Gell. l. 6. c. 4.* Ut viveret quidem tantiſper, quoad fieret permutatio. ¶ *Quoad vivet* cum dicitur, item *quoad morietur*, videatur quidem duæ res dici contrario, idem tamen ſunt. Tempora enim duo cohærentia ſignificantur, quis alterius finis alteriue initium eſt. *Gell. cap. penult. l. 7.* ¶ Significat etiam facultatem, vel commoditatem, & ponitur pro quantum, *quanto, per quanto*. *Varr. ſub init. l. 8. de L. L.* Verborum inclinatiooes ſequi jubet, quoad patiatur conſuetudo. *Plaut. Aſin. 2. 2. 30.* Jubeo te ſalvere voce ſumma, quoad vires valeut. *Id. Men. 5. 2. 19.* Eſt modus timen, quoad pati uxorem oportet. *fino a qual ſegno. Cic. de Amic. c. 1.* A patre ita eum deduſtus ad Scævolam, ut quoad poſſem, & liceret, a ſenis latere eunquam diſcederem. *Id. Verr. 5. cap. 33.* Liciti ſunt uſque eo, quoad ſe efficere poſſe arbitrabantur. *Id. Tuſcul. 4. c. ult.* Cognitis, quoad poſſunt ab homine cornoſci, bonorum & malorum finibus. ¶ *Quoad ejus facere potes*, quantum facere in ea re potes: quaſi dicatur, uſque ad id, quod de, vel in ea re fieri licet. *Cic. Attic. l. 11. ep. 12. ſub fin.* Tu tamen veliim ne intermittas, quoad ejus facere poteris, ſcribere ad me. *Id. Fam. 3. ep. 2.* Vides proviniciam eſſe habendam. Si eam quoad ejus facere potueris, quam expeditiſſimam mihi tuadideris, facilior erit, &c. *& lib. 5. ep. 8. in fin. & lib. 2. de Invent. cap. 6.* Ut quoad ejus fieri poſſit, præſentiæ tuæ deſiderium meo labore minuatur. *Liv. l. 30. c. 45.* Id eos ut prohiberet, quoad ejus fine bello poſſet, prætori mandatum eſt. Sunt qui ubique lectionem ſollicitant, vel *quod* ſubjiciendo, vel *in eius* mutando. ¶ *Quoad hoc*, quod ad hnc pertinet, quantum ad hoc, ſecundum hoc, oulio verbo ſequente. *Varr. l. 7. de L. L. c. 23.* Hæc ſigillatim triplicia eſſe debeot, quoad ſexum, multitudinem, caſum. *Liv. l. 42. c. 6.* Regem eacuſavit, quod ſtipendium ſerius, quoad diem præſtaret. *Cajus Dig. lib. 41. tit. 1. leg. 3.* Nec interei, quoad ſeras beſtias & volucres, utrum in ſuo quiſque fundo capiat, an in alieno. Apud *Varron.* al. leg. *quod*: apud *Liv. quam id*: apud *Cajum* quoque habetur *quod* in edit. *Torrentium*. Videotur autem librarii *quoad* his locis ea *quod ad* perpetam exſcripſiſſe. Itaque nuctor ſim, ut quoad certiora invenias, *quoad* hac catione ſeſupare abſtineas. Nam quod addunt ex *Perron.* Experientia in arte illis, quoad nos, nihil profuruas: vel hic quoque *quod ad* corrigendum eſt: vel potius totus locus io ſuſpicione habendus, cum io opt. edit. *Burmanni* non appareat. ¶ In carmine mooofyllabon eſt. *Lucret. l. 2. v. 849.* Quoad liuet & potis es reperire inolentis olivi, &c. Adde *lib. 5. v. 1219. & 1432. & Horat. l. 2. ſat. 3. v. 91.* ¶ *Petr. Victor.* initio caſtigationum ſuarum in libros *Varron. de R. R.* ſcribit invenſſe ſe io multis locis libri 1. & 2. *quoad*.

QUOADUSQUE, & Quoad uſque, *fino che*, quoad, uſque dum. *Varr. l. 4. de L. L. c. 2.* Ubi quidquam conſiſtit, locus. Ab eo præco dicitur locare, quoadusque ad emitur, quoad io aliquo conſiſtit pretium. *Sueton. in Cæſ. c. 14.* Ac ne hic quidem impedire rem deſiit, quoadusque maus equitum R. necem commioata eſt.

QUOCIRCA, *per la qual coſa, che però, δι' ὃ*, quamobrem, itaque, quare: quaſi *circa quod*. *Varr. l. 8. de L. L. c. 59.* Quocirca non ſi genus cum genera diſcrepat, ſed ſi, &c. *Cic. 1. de Divin. c. 41. a med.* Quocirca beue apud majores noſtros Senatus decrevit, ut, &c. *Virg. 1. Æn. v. 677.* Quocirca capere nate dolis, & ciogere flamma Reginam meditor. *Val. Flacc. l. 2. v. 101.* Quocirca ſtruit illa neſas, Lemnoque merenti Exitium futiale movet. *Horat. l. 2. ſat. 6. v. 95.* quo, bone, circa, Dum licet, in rebus jucundis vive beatus. *Tmeſis*. ¶ Io Tab. æn. Heracleenſi apud *Mazoch. pag. 423. n. 43.* Quive judicio publico Romæ condemoatus eſt, erit, quocirca eum in Italia eſſe non liceat. *per la qual condanna*.

QUOCUMQUE, adverb. *in qualunque luogo, dovunque, ὅπου ἂν*, io quemcumque locum. *Cic. Verr. 7. c. 65.* Quocumque veneiut, hanc ſibi eam præſidio ſperant futurum. *Id. pro Mil. c. 1.* Ouli, quocumque iocideriue, veterem conſuetudinem ſoci equitum. *Horat. epod. 16. v. 21.* Ire, pedes quocumque ferent, quocumqua per undas Notus vocabit. *Senec. ep. 12.* Quocumque me verto, argumenta ſenectutis meæ video. *Virg. 3. Æn. v. 682.* Præcipites metus acer agit, quocumque cudentes Exacutere. *Cic. in Orat. c. 16.* Oratio ita flexibilis, ut ſequatur quocumque torqueas. ¶ Tmeſis eſt in illo *Horat. l. 1. ed. 7. v. 25.* Quo nos cumque feret meliot fortuna parente, Ihimus. *Virg. 2. Æn. v. 709.* Quo *ecs* cumque cadent.

QUOD, *quale, il quale, ὅ*, vox neutra pronominis *qui*. *Cic. pro leg. Manil. cap. 10. ad fin.* Quod denique genus belli eſſe poteſt, in quo illum non exercuerit fortuna reipublicæ? ¶ Ponitur aliquando pro *quicquid*. *Cic. pro Dom. c. 43.* Ornamentorum quod ſuparfuit io ſuis, & communibus locis, tota e Græcia, fama ſtupalites, domum ſuam deportavit. ¶ Item pro *in qua*. *Terent. Andr. 4. 3. 23.* Sed, ſiquid eſt, quod mea opera opus ſit vobis. ¶ Item pro *quantum*. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 41.* Ego in Chryſogono, quod ad me attinet, nihil ejuſmodi ſuſpicor. *Terent. Eun. 2. 1. 8.* Munus noſtrum ornato verbis, quod poteris: & iſtum æmulum, quod poteris, ab ea pellito. ¶ Uſurpatur etiam ut accuſativus communis, etſi aliqui dicant, præp. *propter* ſubiotelligi. *Terent. Hec. 2. 3. 3.* Nam (ita me ament dii) quod me accuſat nunc vir, ſum exirs noaiam. *Plaut. Epid. 3. 4. 20.* Ut quod ego ad te venio, intelligas. *Id. Stich. 1. 2. 70.* Hoc eſt quod ad vos venio, quodqua eſſe ambas conventas volo. *Terent. Adelph. 5. 3. 49.* Quod illos æras ſat acuet. *i. e.* qua ia re. *Liv. l. 5. 1. 34.* Alpes viſæ inſuperabiles, nulla dum via (quod continens memoria ſit) ſupecntes. ¶ *Quod idem*, quod ipſum, aut quod etiam. *Cic. de Harusp. reſp. c. 7.* Quod idem in judicio capitis durum, atque iniquum eſt. ¶ Poſt dubitativas partieulas, *Plin. l. 4. ep. 14. ad fin.* Sive epigrammata, ſive idyllia, ſive eclogas, ſive quod aliud vocare maluerit.

QUOD, *perchè, ὅτι*, quia, quoniam: conjenctionis cauſalis vice poortur, cum indicativo, aut conjunctivo. *Cic. Attic. l. & ep. 3.* Cum tibi agam gratias, quod me vivere coegiſti. *Id 2. de Divin. c. 24.* Mirari Cato ſe ajebat, quod non rideret haruſpex, haruſpicem cum vidiſſet. *Id. 2. ad Attic. ep. 4.* Feciſti mihi pergratum, quod Serſipionis librum ad me miſiſti. *Id. Verr. 5. c. 46.* Propter hanc cauſam, quod Leontine non ſano me multum adjuverunt. *Id. Attic. l. 1. ep. 17.* Hoc me ipſe conſolaber, quod non dubitabam, &c. ¶ Ponitur etiam pro *cur*, ſeu *quamobrem*. *Cic. 14. Fam. ep. 12.* In viam quod te des hoc tempore, nihil eſt. *non v'è motivo, per cui*, &c. *Plaut. Aulul. 1. 2. 14.* Ne cauſæ quid ſit, quod te quiſquam quæritet. ¶ Et pro *quamvis*. *Terent. Eun. ſc. ult. v. 33.* Miles, edico tibi: ſi re in platea offeodero hac poſt unquam, quod dicas mihi, anum quærebam, iter hac habui; periſti. (Similiter loqui-

RECUSO, as, avi, atum, a. *t. rifiutare, ricuſare, παραιτέομαι, ἀπαρνέομαι*, renuo, detrecto, rejicio, repudio: a *re*, & *cauſo*: ut proprie ſit cauſam afferre, cur aliquid nolia. *Cic. pro Mil. c. 36. in fin.* Non recuſo, non abnuo. *Id. Verr. 7. c. 54.* Servilius & recuſare, & deprecari, ne iniquis judicibus, &c. *Id. pro Flacc. c. 38. ad fin.* Populum R. diſceptatorem non modo non recuſo, ſed etiam depoſco. *Nep. in Timol. cap. 3.* Cum tamen haberet amorem omnium, ut nullo recuſante regnum obtineret. *Terent. Hecyr. 3. 1. 26.* & *Horat. l. 1. ſat. 4. v. 50.* Recuſare aliquam uxorem. *b. c.* nolle ducere. *Juſtin. l. 13. c. 2. ad fin.* Ptolemæus recuſabat regem Aridæum. *b. r.* nolebat Aridæum regnare. *Caſ. l. 1. B. Gall. c. 44.* Recuſare amicitiam populi R. *Id. l. 1. B. Civ. c. 68.* laborem. *Id. l. 7. B. Gall. c. 2.* nullum periculum communis ſalutis cauſa. *& lib. 1. c. 44.* Iniquum eſſe de ſtipendio recuſare, quod ſua voluntate ad id tempus pependeriot. *Cic. 3. Verr. c. 2. ad fin.* Definemus nos de judiciis transferendis recuſare. *Liv. l. 1. c. 24.* Cum trigeminis agunt reges, ut pro ſua quiſque patria dimicent ferro. nihil recuſatur. *Manil. l. 2. epigr. 104.* Sæpe recuſato Parthos duxiſſe triumphos, Victor Hyperboreo nomen ab orbe tulit. *b. c.* eum ſæpe recuſaſſet, vel poſtquam ſæpe recuſaverat. ¶ Translate *Ovid. 5. Triſt. el. 4. v. 16.* More nec indomiti frena recuſat equi. *Id. Met. 8. v. 837.* rapax ignis non unquam alimenta recuſat. *Plin. l. ult. l. ult.* Falſæ gemmæ recuſant limæ probationem. *Id. l. 17. c. 20.* Caſtanea recuſat glaream, rubricam, cretam. *Virg. 12. Æn. v. 747.* tardata ſagitta genua impediunt, curſumque recuſant. ¶ Cum infinitu, *Caſ. l. 3. B. Gall. c. 22.* Neque adhuc repertus uſt quiſquam, qui mori recuſaret. *Horat. l. 2. ep. 2. v. 208.* quæ facere ipſe recuſem. *Juſtin. l. 3. c. 6. ad fin.* Ut duobus ballis impliciti, ſuſcipere tertium non recuſarent. *Ovid. Heroid. ep. 5. v. 83.* ut Priamus Nymphæ ſocer eſſe recuſet. *Plin. l. 29. c. 2. 2 med. de medicina.* Non rem aotiqui damnabant, ſed artam: maxime vero quæſtum eſſe immani pretio vitæ recuſabant. *b. c.* nolebant. ¶ Sequentibus particulis *ne, quin, quo minus. Caſ. l. 3. B. Civ. c. 82.* Ne unus omnre antecedemt, recuſabant. *Cic. 3. Offic. c. 27.* Senſerunt ne diceret, recuſavit. *Nep. in Annib. c. 12.* Illud recuſavit, ne id a ſe fieri poſtularent, quod adverſus jus hoſpitii eſſet. *Caſ. l. 4. B. Gall. c. 7.* Neque recuſare, ſi laceſſantur, quin armis contendant. *Cic. 4. Acad. cap. 3.* Non poſſumus, quin uiii a nobis diſſentiant, recuſam. *Nep. in Epamin. c. 8.* Nequa recuſaeit, quo minus legis pœnam ſubiret. *Cic. 1. de Fin. c. 3. & Caſ. l. 1. B. Gall. c. 32.* Nec recuſabo, quo minus omnre mea legant. ¶ Pro negare *Celſ. Dig. lib. 17. tit. 1. leg. 48.* Si quis ſub uſuris creditam pecuniam fidejuſſiſſet, & cum reus in judicio conventus recuſare vellet, ſub uſuris creditam eſſe pecuniam, &c. ¶ Apud *Tertull.* recuſare mendacium, *l. 3. adverſ. Marcion. c. 22. a med.* uſt refellere.

RECUSSUS, us, m. In ſento cuſu ſingulari *Plin. l. 8. c. 53. de ibicibus.* In hæc (*ſerrato*) ſe librant, ut tormento aliquo mtati in petras, unque recuſſu petuicius, quo libuerit, eaſultant. *b. r.* repercuſſu, reſiliendo.

RECUSSUS, a, um, quatiendo retro impulſus. *Valer. Flacc. l. 5. v. 167.* peuituſque recuſſo Æquore Cyaneas Minyæ timuam relictas. ¶ Item univerſim *ibattuto, ſcoſſo*, concuſſus, retro impulſus, *ὠσθεὶς. Virg. 2. Æn. v. 51.* uteroque recuſſo inſuauere cavæ, gemitumque dedere cavernæ. *Apul. l. 4. & 5. Met.* Recuſſus ſomno. *Sidon. carm. 2. v. 427.* de noctæ recuſſa rores excepti.

RECUTIO, is, uſſi, uſſum, a. 3. retro quatio, excutio, diſcutio. *Auguſtin. l. 8. Confeſſ. c. 11. ante med.* Incutiebar horrorem, ſed recutiebar retro, nec averrebor. *Id. l. 2. de Doctr. Chriſt. c. 40 ad fin.* Chriſti recutiens tugum.

RECUTITUS, a, um, *ſcorticato, pieno de ricoſtes*, exulceratus, & refecta cute ſæpe laceratus. *Martial. l. 9. epigr. 58.* Nil eſt tritius Hedyli lacernis, Non anſæ veterum Corinthiorum, Non raptæ recutita colla mulæ. ¶ Dicitur & de iis, quibus præputium præciſum fuit, ut ſunt Judæi & Turcæ, quia eo loci cutis quidem nunquam refecta eſt, glandem tamen non amplius tegit, cum ſit illa brevior, *ἀπεταμένος, ἀνεψιλωμένος, ψιλός. Id. l. 7. epigr. 29.* Recutiti Judæi. *Perſ. ſat. 5. v. 184.* recutitaque ſabbata palles. Sunt qui *recutitos* intelligunt eos, qui a Judæis ad Gentes cum defecifſent, ut refecto præputio aliqua ratione mederentur, cutem penis rurſus adducebant, producebantque arte medica ſuper glandem: de quibus *lib. 1. Machab. cap. 1. n. 16.* Et fecerunt ſibi præputia, & receſſerunt a teſtamento ſancto, & juncti ſunt Natinmbus. *& Paul. 1. Cor. 7. 18.* Circumciſus aliquis vocatus eſt? non adducat præputium. *Celſ. l. 7. c. 25.* producendi præputii rationem tradit. Verum hoc ad *Martial.* & *Perſium*, qui de Judæis in ſua ſuperſtitione manentibus loquuntur minime pertiner. ¶ Romani recutitos Judæos maxime averſabantur. *Petron. in fragm. Tragur. c. 68. Burman. ad fin.* Dun tamen vitio habet, quæ ſi non habemr, eſſet nmnium numerorum: recutitur eſt, & ſtertit. nam quod ſtraboous eſt, non curo.

REDABSOLVO, is, u. 3. idem quod ſolvo, vel abſolvo. *Plaut. Curcul. a. 3. v. 84.* Te redabſoleam, qua advenifti, gratia. Rectum alii *abſolvam.*

REDACCENDO, is, a. 3. rurſus accendo. *Tertull. de anim. c. 30. in fin.* Facilior ante eabingui, quam redaccendi. *Id. de reſurr. carn. c. 12.* Redaccenduntur ſtellarum radii. V. *Reaccenſus.*

REDACTUS, us, m. actus redigendi. Speciarim ſumitur pro pecunia ex frugibus venditis redacta. *Scævola Dig. lib. 7. tit. 1. leg. 58.* Sempronia do, lego ex reductu fructuum oleris, & porcinæ partem ſectam. Sic enim in Pand. Flor. & manuſcr. codd. legitur. Vulgo eſt *ex redito. Scævola lib. 46. tit. 3. leg. 88.* Argentarii univerſam redactum venditionis ſolverunt.

REDACTUS, a, um, *ridotto*, reductus, adductus. *Caſ. l. 2. B. Gall. c. 14.* Ædui a Cæſare in ſervitutem redacti. *Velleij. l. 2. c. 44.* Capua in formam præfecturæ redacta. *Inſcript. apud Plin. l. 3. c. 20.* Gentes Alpinæ ſub imperium populi R. redactæ. *Cic. pro Muræn. c. 4.* Familia ad paucos redacta. *Liv. l. 26. c. 37. ad fin.* Ad vanum & irritum victoriu redacta. *Horat. l. 2. ep. 1. v. 154.* formidine fuſtis Ad bene dicendum, delectandumque redacti. *Liv. l. 22. c. 46.* Id as redactum ea captivis dicebatur. *retratto, revoco.* & *Ulpian. Dig lib. 42. tit. 6. leg. 11.* (apud *Turrentin. eſt lib. 42. tit. 5. l. 26.*) Pminuu ea rebus diſtractis redactum.

REDADOPTO. V. *Readopto.*

REDADUNATIO. V. *Readunatio.*

REOAMBULO, as, u. *t. ritornare, ἀναβαδίζω*, redeo, revertor. *Plaut. Capt. 4. 2. in fine.* Bene ambula, & redambula.

REOAMO, as, u. *t. riamare, ἀνταγαπάω*, contra, vel ſimiliter amo, me amantem amo, in amore reſpondeo. *Cic. de Amic. c. 14.* Quid enim tam abſurdum, quam delectari multis inanibus rebus, ut gloria, ædificio, veſtitu; animo autem virtute prædito, qui vel amare, vel ut ita dicam, redamam poſſit, non admodum delectari?

REDAMOVĔO, es, a. 2. *Imp. Valens, Gratian. & Valentinian. lib. 8. Cod. Theodoſ. tit. 5. leg. 35. in fin.* Ne ſupra aſſium numeru redumoveatur. *Sed corrige*, numerum rheda moveatur.

REDAMTRUO. V. *Amerno.*

REDANIMATIO, onis, anima ad corpus reſtitutio. *Tertull. de reſurr. carn. c. 38.*

REDANIMATUS, a, um, nom. ex particip. *riſuſcitato. Tertull. de reſurr. carn. c. 19.* Redanimatus, & revivificatus Deo.

REDANIMO, as, a. *t. rianimare, riſuſcitare. Tertull. de reſurr. carn. cap. 13. & 32.*

REDARATOR. V. *Importitor.*

REOARDESCO. V. *Rerondeſco.*

REDARGŬO, is, ui, utum, a. 3. *riprovare, convincere, ciprendere, ἐλέγχω*, arguendo refello, falſum eſſe doceo, revinco, convinco: a *re*, & *arguo* inferto *d* hiatus vitandi cauſa, ut in *redamo, redeo, redigo, redolet, redunda. Cic. 2. Tuſcul. 1. 2.* Noſque ipſos redargui refelliqua patiamur. *Id. de univerſ. c. 3.* Oratio, quæ neque redargui, neque contineri poteſt. *Id. 2. de Orat. c. 72.* Si noſtra facilius probari, quam illa redargui poſſunt. *Id. pro Cluent. c. 23.* Exſtet memoria, ſunt tabulæ publicæ: redargue mu, ſi mentior. *Id. 2. de Fin. c. 17.* Is Servilius factum negabat. poterat autem impune. quis enim redargueret? *chi lo potea convincere?* & *pro Dom. c. 9.* In hoc inconſtantiam redargun tuam, qui, &c. *b. c.* palam offendo, te eſſe inconſtantem. *Virg. 11. Æn. v. 687.* Advenit qui veſtra dies mulcebribus armis Verba redargueret. *b. c.* vana & falſa fuiſſe demonſtraret. *Sueton. in Aug. c. 55.* Sparſos de ſe famoſos libellos nec enpavit, & magna cura redarguit. *riſpoſe, confutò.* & *Cic. 3. de nat. Deor. c. 36. rarrem.* Improborum proſperitatre redarguunt vim omnem denrum ac poteſtatem. *b. c.* oſtendunt, evincunt, nullam eſſe. *Gell. l. 15. c. 9.* Audi rationem, falſam quidem, ſed quam redarguem, falſam eſſe, tu non queas.

REDAUSPICO, as, a. *t. nuovamente ζωμαι*, denuo auſpicor, ſeu auſpicium ſumo, rurſus incipio. *Plaut. Capt. 3. 5. in fine.* Exauſpicari

ex vinculis, nonc intelligo redauſpicandum eſſe in catenas denuo. V. *Exauſpico*.

REDDITIO, onis, ſ. *viridere*, actus reddendi. Ponitur pro ſecunda parte comparationis, aut ſimilitudinis, h. e. pro collatione rei, de qua eſt ſimilitudo: & pro ſecunda parte periodi, quæ primæ reſpondet. *Quinctil. l.* 8. *c.* 3. *e med. & Auſon. interpr. Edyll.* 12. ſeu *Technopegnon*. V. *Apodoſis*. ¶ *Reddere vaticinia*, ſubjecto rationis, ſeu cauſæ. *Auguſtin. l.* 21. *de Civ. Dei*, *c.* 7. Reddit ionem rationis poſcentibus reſpondemus, hanc eſſe volantatem Dei.

REDDITTVUS, a, um, adject. *Redditivo pari* in oratione eſt ipſa redditio, de qua in voce præced. dictum eſt. *Diomed. l.* 2. *pag.* 432. *Pauſch. & redditivus particular* vocat *Priſcian. l.* 17. *pag.* 1058. quæ redditioni inſerviunt, ut *talis*, *ita*.

REDDITOR, oris, m. qui reddit. *Auguſtin. ep.* 5. *e med.* Debitorum fiſci redditores, & exactores.

REDDITVRI. V. in fine verbi *Proſto*, *are*.

REDDITUS, a, um, *reſtitutus*, *reſo*, *data*, *conſignatus*, reſtitutus, datus, ἀποδοθείς. *Cic. Attic. l.* 8. *ep.* 14. *in fin.* Pecuniam Domitio ſatis grandem, quam in Corfinii habuerit, non eſſe redditam. *& lib.* 9. *ep.* 18. *e med.* Serius redditæ litteræ. *Virg.* 3. *Æn. v.* 40. vox reddita fertur ad aures. Ubi *Servius*: Pro data. redditur enim quidquid ad nos per alterum tranſit. *Virg.* 12. *Æn. v.* 817. Una ſuperſtitio ſuperis quæ reddita divis. Ubi *Servius*: Hoc eſt data. nam proſtbeſis eſt. *Ovid.* 3. *Triſt. el.* 12. *v.* 46. Latio reddita vota Jovi. *d. e.* ſoluta. *Juſtin. l.* 22. *c.* 10. Ea magna deſperatione tandem ſaluti redditus. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *ſect.* 75. Fel redditum ahenis colorem aufert. *b. r.* ore rejectam, *vomitata*. V. alia in *Reddo*.

REDDO, ie, didi, itum, a. 3. *rendere*, *reſtituirt*, ἀποδίδωμι, rem acceptam, vel ablatam reſtituo, refero: a *re*, & *do*, queſi retro do. *Senec. l.* 7. *de Benef. c.* 19. Reddere eſt id, quod debees, ei, cujus eſt, volenti dare. *Terent. Eun.* 1. 2. 66. Ut virginem ſuis reſtituam ac reddam. Ubi *Donat.* Reſtituimus iis, quibus nos volumus: reddimur iis, qui nos volunt. Ergo reſtituimus volentem, reddimus volentibus. *Liv. l.* 3. *c.* 68. Tribuni vobis amiſſa reddent ac reſtituent. *Cic. pro Dom.* 1. 28. *ad fin.* Salutem redditam ſibi ac reſtitutam accipere. *Senec. l.* 6 *de Benef. c.* 5. Cum dicimus, beneficium illi reddidi, non hoc dicimus, illud nos, quod acceperamus, reddidiſſe; ſed aliud pro illo. reddere enim eſt, rem pro re dare. Quid ni? cum omnis ſui ntio non idem reddat, ſed tantundem. nam & pecuniam dicimur reddidiſſe, quamvis numeravimus pro argenteis aureos, &c. *Cic. pro Sull. c.* 30. *e med.* Si quid ab omnibus conceditur, reddo ac remitto. *Caſ. l.* 6. *B. Gall. c.* 15. Pro vita hominis niſi vita hominis reddatur, non poſſe aliter deorum numen placari. *& lib.* 1. *c.* 35. Obſides, quos haberet ab Æduis, redderet. *Cic. l. Offic. c.* 25. Ea quæ utendo acceperis, majore menſum, ſi modo poſſis, jubei reddere Heſiodus. *Id. Q. Fr. l. & ep.* 1. *c.* 7. Gregabantur Sullani homines, quæ per vim & metum abſtulerant, reddere. *Caſ. l.* 7. *B. Gall. c.* 76. Pro quibus meritis civitatem ejus immunem eſſe juſſerat, jura legeſque redditerat. ¶ Cum toſtnato Stat. *t. Theb. v.* 615. ſua monſtra profundo Reddit habere Jovi. ¶ Sæpe ſumitur pro dare, tribuere, *dare*. *Cell. Dig. lib.* 31. *leg.* 21. & *lib. ult. tit. penult. leg.* 94. Verbum reddendi, quamquem ſignificatum habeat retro dandi, recipit tamen & per ſe dandi ſignificationem. Differant tamen *dare*, ac *reddere*. illud enim univerſim concedere utcumque, tribuere, donare, ſignificat: *reddere* eſt dare ea, quæ aut debentur iis, quibus dantur, aut ad eos aliquo modo pertinent. quod patebit expendenti Scriptorum loca, quæ ſubjicimus. *Plant. Aulul.* 1. 1. 5. Qua me nunc cauſa extroſiſti ex ædibus? *Eu.* Tibi ego rationem reddam, ſimulorum feges? *Cic. Fam. a. ep.* 17. Litteras a te mihi ſtator tuus reddidit Tarſi. *Caſ. l.* 2. *B. Civ.* 1. 18. *e med.* Judicia in privatos reddebet. *Phædr. l.* 4 *fab.* 12. *extr.* Leo inter feras Sancta incorrupta jura reddebat fide. *& fab. ult. v.* 8. Brevitati noſtræ præmium ut reddas, peto. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 47. Suum cuique honorem & gradum redditum, gendro. *Quinctil. l.* 21. *c.* 1. *ſub fin.* Reddere alicui teſtimonium indubitæ. *Virg.* 3. *Georg. v.* 491. Nec reſponſa poteſt conſultus reddere vates. *Albinovan. ad Liv. eleg. c. v.* 218. Et pedes exſequias reddit, equeſque duci. *Propert. l.* 3. *el.* 5. *v.* 37. Reddere corpus humo. *Juſtin. l.* 9. *c.* 4. ſepulturæ. *Ovid. in Ibin, v.* 407. *& Lucret. l.* 6. *v.* 1196. Reddere vitam, *mortis*. ſcilicet tanquam naturæ debitam. Unde *Nep. de Regib. c.* 2. *in fin.* Morbo debitum naturæ reddere. Sic *Vellej. l.* 2. *c.* 14. Reddera ultimum ſpiritum. *& tap.* 123. *extr.* minnam cælo. *& Ovid. Triſt. l. & eleg.* 3. *v.* 35. lucem. *& Senec. in Oedip. v.* 271. ſummum diem. ¶ Eſt etiam reponere, *vimentare*. *Plaut. Moſtell.* 1. 2. 27. Tempeſtas venit, confringit tegulas, imbriceſque: ibi dominus indigens reddere alias nevelt. ¶ Item emittere, egerere quod infuſum eſt. *Cic. 2. de nat. Deor.* 1. 54. Aſpera arteria excipit animam aem, quæ ducta eſt ſpiritu, eandemque n pulmonibus reſpirat & reddit. *Ovid. Heroid ep.* 26. *v.* 46. Flammiferam pleno reddere ventre facem. *b. e.* partu edere. *Plin. l.* 28. *c.* 12. Spinam faucibus adhærentem aut reddi, aut delabi. *b. e.* vomita ejici. Sic *Plin. alter l.* 5. *ep.* 19. *ad fin.* Dum nimis imperat voci, ſanguinem reddidit. *Celſ. l.* 2. *c.* 15. *ſect.* 2. In eo, cui ſatis alvus reddit quotidie. *& lib.* 7. *c.* 23. Spumans bilis alvo cum roſione redditur. *Plin. l.* 10. *c.* 47. Inter aquaticas aves mergi ſoliti ſunt devorare, quæ ceteræ reddunt. *b. e.* cacant. Eod. ſenſu *Ovid. de remid. Amor. v.* 447. Reddere obſcena. *Plin. l.* 8. *c.* 42. *ad fin. de equis*. Scythæ per bella ſeminis uti malunt, quoniam urinam, curſu non impedito, reddunt. *Id. l.* 28. *c.* 15. Urina calculum reddere. ¶ Emittere, *edere*, *mandas fauces*, eſt etiam in hia, *Ovid.* 11. *Met. v.* 608. Janua, quæ verſo ſtridorem cardine reddit. *Plin. l.* 16. *c.* 35. Admota auribus lenem ſonum reddit. *Id. l.* 37. *c.* 2. *e med.* Flammam ab electro reddi. ¶ Item referre, ſeu dicendo vel ſcribendo perſequi, ſeu narrare ea, de quibus nos acturos polliciti ſumus. *Cic. de clar. Orat.* 1. 74. Sed perge, Pompoai, de Cæſare, & redde quæ reſtant. *Varr.* 3. *R. R. c.* 17. Tertium dictum de paſtinibus villaticis poſtea tibi reddam. *Plin. l.* 30. *c.* 3. Cetera placita eorum ſuis reddemus locis. *Add Tacit.* 4. *Hiſt. c.* 67. ¶ Item referre, ſeu repetere quæ audita ſunt, *reperire*, *recitare*. *Horat. in fin. od.* 6. *l.* 4. Napta jam dices: ego dis amicum, Sæculo feſtas referente luces, Reddidi carmen. *Id. l.* 1. *ep.* 18. *v.* 13. Ut puerum eredas ſævo dictata magiſtro Reddere. *Cic. in Bruto*, *c.* 88. Fuit memoria inota, ut quæ ſecum commentatos eſſet, ea ſine ſcripto verbis eiſdem redderet, quibus cogitaviſſet. ¶ Item reſpondere, *reſpondere*. *Ovid. de Echo*, *Met.* 3. *v.* 361. Reddere de multis ut verba noviſſima poſſet. *Virg.* 1. *Æn. v.* 409. *&* 6. *v.* 688. datur ora tueri, Nate, tua, & notas audire, & reddere voces. *Lucret. l.* 4. *v.* 462. reddere dicta. *Ovid. Met.* 6. *v.* 329. Flamine ſoreti tamen ara, rogabam, Indigenæne deo; cum talia reddidit hoſpes. *cæli reſpoſe*. ¶ Item ea una in aliam linguam vertere, *tradurre*, *voltare*. *Cic. l. e. de Orat. r.* 34. Cum ea, quæ legerem Græce, Latine redderem. *Id. de opt. gen. Orat. c.* 5. In quibus non verbum pro verbo neceſſe habui reddere. *tradurre a parola per parola*. ¶ Item referre, h. e. ſimilem eſſe, exprimere, & quaſi inſtaurare imaginem alterius, *ſomigliare*, *rappreſentare*. *Lucan. l.* 1. *v.* 538. Jam Phœbe toto fratrem cum redderet orbe. *Senec. in Herc. Fur. v.* 1016. natus hic vultus tuos, habituſque reddit. *Plin. l.* 7. *ep.* 19. *in med.* Illam tantæ ſeminæ matrem rurſus aidant amittere, quam hæc, ue reddit ac refert nobis, ſic auferet ſecum. *Virg. 6. Æn. v.* 768. & qui te nomine reddet Silvius Æneas. *Sigr. c. Achill. v.* 189. Ut vere acceſſit propius, luaque æmula vultum Reddidit, & ſimilem tandem ſe vidit in auro, &c. *Martial. l.* 11. de ſtatua Memorii *epigr.* 10. Spiret Apellen reddatus arte Memor. *ſpiraſſe al vivo*. De ſimilitudine ſtili *Plin. l.* 9. *ep.* 22. In litteris Veteres æmulator, exprimit, reddit. *Stat. l.* 4. *ſilv.* 7. *extr.* Orſa Salluſti brevis, & Timavi Reddis alumnum. De pictoribus *Petron. in Satyr. c.* 29. Hic quemadmodum ratiocinari didiciſſet, dein diſpenſator factus eſſet, omnia diligenter curioſus pictus cum inſcriptione reddideret. ¶ De aliis rebus, *Plin. l.* 36. *c.* 23. *e med.* Odorem eroci ſeporemque reddit. *dà un odore*, *che ſa di roſſeruno*. *& lib.* 35. *r.* 6. *ad fin.* Purpuriſſum Indicum reddit ſtammam excellentis purpuræ. *Id. l.* 34. *c.* 12. *e med.* Linus imaginem quandam ovæ reddit. *rappreſenta*. ¶ Item rependere, perſolvere. *Cic.* 1. *Offic.* 1. 15. *n med.* Dum genera liberalitatis, unum dandi beneficii, alterum reddendi. *Column. l.* 4. *c.* 3. *e med.* Bene poſitam vineam nunquam non eam megno ſenore gratiam reddidiſſe. ¶ *Reddere vota*, ſolvere. *Juſtin. l. & tap.* 10. *e med.* Tyrum ſe ire velle ad vota Herculi reddenda. *Cic.* 2. *de Legib.* 1. 9. *ad fin.* Caute vota reddento. *Prop. l.* 2. *eleg.* 15. *v.* 19. captare feras, & reddere pinu cornua. *ſed.* tanquam voto debita, & Dianæ ſacra. Hinc habet locum in ſacris. *Virg. 2. Georg. v.* 194 Lanctibus & pandit ſumantia reddimus oſta. Ubi *Servius*: Sacerdotum uſus verbo. *redde* enim dicebantur eatn, cum probata & elata arx ſuperponebaotur. *Ovid. Faſt.* 6. *v.* 476. Flavaque Thebanæ reddite liba deæ. Adde *Tacit.* 4. *Hiſt. cap.* 53. *Tibull. l.* 1. *el.* 3. *v.* 34. & *Stat. 4. Theb. v.* 466. ¶. *Reddere nomen alicui*, ſuum alicui nomen tribuere, ſuo aliquem proprio vocare nomine. *Ovid.* 3. *Triſt. el.* 6. *v.* 35. Stultitiamque meum crimen debere vocari, Nomina ſi facto reddera vera velis. *Plin. l.* 4. *r.* 12. *e med.* Defertis quoque inſulis reddantor nomina. ¶ *Reddere pœnas*, dare, perſolvere pœnas juſtitiæ aut crimini debitas. *Sallaſt. in Jug.* 1. 17. Ut ille impietatis in parentem noſtrum graves pœnas reddat. ¶ *Reddere* dicitur tarra, quæ fementem ſparſam meſſe refundit, *rendere*, *frutture*. *Terent. Phorm.* 4. 3. 74. Nunc mecum argentum attuli, fructum quem Lemni uxoris reddunt prædia. *Ovid.* 1. *ex Pont. ep.* 5. *v.* 26. Et ſata cum multo ſenore reddit ager. *Colum. l.* 2. *r.* 17. Patum etiam in pabulo non minus reddit, quam in ſæno. *Pallad. in Februar. tit.* 9. Aminæ, ubicumque ſint, ænam pulcherrimum reddunt. *Plin. l.* 18. *r.* 9. Siliginæ farinæ modus viginti duas libras panis reddit. ¶ Eſt præterea *reddere*, facere, efficere, rem mutando, & ſic motaram alteri exhibendo, *fare*, *rendere*. *Terent. Heaut.* 4. 5. 12. Dictum ne factum reddidi. *b. e.* ſtatim feci. *Id. Adelph.* 5. 3. 63. Tam excoctum reddam, ntque nternm, quam carbo eſt. *Id. Eun.* 2. 3. 24. Reddunt catatura juncea. *Col. 4. Verr. r.* 34. Domum ejus exornatam ntque inſtructam reddiderat nudam ntque inanem. *Id. pro Cæc. cap.* 20. Cum ita æhemens acerque veniſſet, ut, &c. ita eum placidum mollemque reddidi, ut, &c. *Id. 9. Attic. ep.* 17. To, quæſo, cogita, quid deinde. nam me hebetem moleſtiæ reddiderunt. *Id. pro Cluent. r.* 26. Reddere aliquem in ſtatum alicui. *Caſ. l.* 1. *B. Gall. r.* 5. *ad fin.* Loca en tuta ab hoſtibus reddebat. *Ovid. 2. Faſt. v.* 389. Albula, quem Thybrin merſus Tiberinus in unda Reddidit. ¶ Pro facere *Non.* poni ait *r.* 4. *n.* 392. etiam illud *Lucilii lib.* 29. Pluteos eecutit, teſtaque & teſtudines reddit. ¶ Pro tribuere, dare, *dare*, uſurpando compoſitum pro ſimplici. *Lucret. l.* 2. *v.* 63. *&* 141 quæve ſit ollis Reddita mobilitas magnam per inana meandi. *& verſ.* 678. multa vides, quibus & color, & ſapor una Reddita ſunt cum odore. *& verſ.* 756. ſi nulla coloris principia eſt Reddita natura. ¶ *Reddere* pro *reddere* comicum & antiquum eſt. *Plaut. Caſ. 2. 1. v.* 40. Nunquam edepol jejunum eſt æque, ntque ego rari reddibo te. *Id. Epid.* 1. 1. 22. Opem reddibitur ibi. Adde *in fragm.* apud *Non. r.* 7. *n.* 75. *& cap.* 10. *n.* 28. & apud *Priſcian. l.* 6. *pag.* 692. *Putſch.*

REDEMPTIO, & Redemtio, onis, ſ. *compero*, *appalto*, ἐργώνησις, actus

Digitized by Google

Quæ redimendi, conductio. *Cic. de Provinc. conſul. c.* 5. Videtis, non temeritate redemptionis, aut negotii gerendi inſcitia, ſed avaritia, ſuperbia, crudelitate Gabinii pæne afflictos jam atque everſos publicanos. *Id. Verr.* 2. 2. 6. Ut primum e provincia rediit, redemptio eſt hujus judicii facta grandi pecunia. Ubi *Aſconius*: Ait Cicero, artifices quoſdam corrumpendorum judicum pactos eſſe cum Verre, & redemiſſa ſemel omnem procurationem judicii corrumpendi ſuo periculo, abſolutionisque præſtandæ. *Cic. in Piſon. cap.* 36. Quid ego rerum capitalium quæſtiones, rerum pactiones, redemptiones, acerbiſſimas damnationes proferam? *b. e.* emptiones judicii & abſolutionis, corruptis pecunia Judicibus. *Aſcon. in orat. Cicer. in toga candid. ſub fin.* Antonius redemptas habebat ab ærario veſtigales quadrigas: quam redemptionem Senatori habere licet per legem. ¶ Item libertio a ſervitute, a vinculis, *riſcatto*, ἀνοῦσις. *Liv. l.* 25. *c.* 6. *e med.* Cum captivis redemptio negabatur. *Vel. Max. l.* 4. 2. 3. *e.* 1. Aurum quoque, quod pro redemptione puellæ allatum erat, femmæ dotis adjecit. (*V. Liv. l.* 26. *c.* 50.) *Hirt. de B. Alex. c.* 56. Quos tranſmarinus militia perterritos ad ſacramenti redemptionem vocabat. *b. e.* ad erogationem pecuniæ, qua liberarent ſe ab obligatione tranſmarinæ militiæ.

REDEMPTITO, & Redemtito, as, a. 1. frequentativum a *redempto*, quod a *redimo*. *Feſtus*: Redemptitavare item ut clamitavere. Cato in ea, qua egit de ſignis, & tabulis: Honorem tamptavere, ait, maleſactis beneſactis non redemptitaesre. *b. e.* compenſavere. Sic *Senec. in præfat. l.* 4. *excerpt. controverſ. in fin.* Redimebat tamen vitia virtutibus.

REDEMPTO, *vel* Redemto, as, a. 1. freq. a *redimo*. *Tacit. Hiſt.* 3. *cap.* 34. A propinquis occolite redemtabantur. Al. leg. *redimebantur*.

REDEMPTOR, & Redemtor, oris, m. qui redimit. *Feſtus*: Redemptores propriæ atque antiqua conſuetudine dicebantur, qui, cum quid publice faciendum aut præbendum conduxerant, effecerantque, tum demum pecunias accipiebant. nam antiquitus emere pro accipere ponebatur. At ii nunc dicuntur redemptores, qui quid conduxerunt præbendum atque dandum. Hæc *Feſt.* cujus poſtrema verba poſt *At ii*, videntur eſſe ex epitoma *Pauli*, more ſuo in pauca redigentis, quæ fuſius a *Feſto* dicta fuerant. *Redemptor operis* eſt, qui in ſe ſuſcepit aliquid faciendum, pacta mercede, lucri cauſa, *imprenditore*, ἐργολάβος: v. g. qui domum faciendam conduxit, omera tranſeshenda, ædificium reficiendum, aet. ſartum tectum tuendum, & hujuſmodi. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 21. Redemptor qui columnam illam de Cotta, & de Torquato conduxerat faciendam. *Plin. l.* 36. *c.* 23. In antiquarum ædium legibus invenitur, oe calce recentiore trime uteretur redemptor. *& cap.* 2. Redemptor cloacarum. *Vitruv. l.* 9. *c.* 3. Coronam immani pretio locavit faciendam, & aurum ad facoma appendit redemptori. *Plin. l.* 35. *cap.* 3. Redemptor tutelæ Capitolii. *Cato de R. R. in lemmate cap.* 137. Vineam redemptori curandam partiario dat. *Horat. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 72. Feſtinat calidus mulis gerulisque redemptor. *Cic.* 2. *de Invent.* 2. 31. Hoſtias niſi ad ſacrificium redemptor præbuiſſet. *Liv. l.* 34. *c.* 9. *ſub fin.* Redemptoribus vetitis frumentum pazare. *b. e.* qui alendi exercitus eunum ſuſceperant. *provveditori*, *commiſſarj de' viveri*. ¶ *Redemptor veſtigalium*, qui a populo, vel principe certa pecunia emit veſtigalia exigenda, ut ea exactione quæſtum faciat, *gabelliere*, *doganiere*. *Lobel Dig. lib.* 39. *tit.* 2. *leg.* 60. *ad fin.* Cum pontem tranſiret, redemptor ejus pontis portorium ab eo exigebat. ¶ *Iterum*, ſeu cæſarum, qui lites alienas pretio mercatur, & paragendas ſuſcipit ſuo periculo, quæſtus cauſa. *Ulpian. Dig. lib.* 1. *tit.* 16. *leg.* 9. Si quos cauſarum concinnatores, vel redemptores deprehendat. *Impp. Arcad. & Honor. lib.* 2. *Cod. tit.* 15. *leg.* 2. *extr.* Calumniarum redemptores. ¶ Denique redemptor eſt, qui alium a ſervitute, aet a pœna pretio liberat, *riſcattatore*, *redentore*, λυτρωτής. Ita jure ac vere appellatur Jeſus Chriſtus Deus, Dei filius, qui a peccati ſervitute, & a maledicto legis humanum genus pretio ſui ſanguinis eripuit. *Hieronym. ep.* 26. *ad Pammach. e med.* Chriſtus redemptio, idem redemptor ac pretium. *Auguſtin. ſerm.* 130. *edit. Maur. ſect.* 2. *e med.* Venit redemptor, & victus eſt deceptor.

REDEMPTRIX, & Redemtrix, icis, f. qua redimit. *Prudent. in Romano*, *ſive vapi e* 9. *ult. v.* 773. *de lingua Machabeo puero abſcindenda*. Primo offeratur in ſacramentum neciz, Et ſit redemptrix prima membrorum omnium. *Conſpp. l.* 4. *e.* 297. ex tribus una E cælo veniem mundi Perſona redemptrix.

REDEMPTORA, & Redemtura, æ, f. *appalto*, *affitto*, ἐξαίρεσις, negotiatio, quæ redimendo, ſee conducendo fit. *Liv. l.* 23. *c.* 48. *ad fin.* Cohortandos, qui redempturis auxiſſent parrimonia, ut reipublicæ, ea qua creviſſent, ad tempus commodarent. *Ulpian. Dig. lib.* 24. *tit.* 3. *leg.* 5. Mercaturia, redempturiſque faciendis quempiam præponere.

REDEMPTUS, & Redemtus, a, um, *preſo in appalto*, ἐξωνημένος, qui faciendus aut præbendus pretio ſuſcipitur, lucri cauſa. *Vorr. l.* 5. *de L. L. c.* 9. *e med.* Qui de cenſoribus clamicum ad comitia centuriata redemptum habent. *Cæſ. l.* 2. *B. Gell.* 2. 18. Dumnorigem complures annos pertoria, reliquaque omnia Æduorum veſtigalia parvo pretio redempta habere. ¶ Item iterum emptus, *ricomperato*. *Plaut. Merc.* 2. 6. 32. Tuo here redempta es rurſum: ego redemi te. *Ulpian. Dig. lib.* 28. *tit.* 5. *leg.* 9. *ad fin.* Servus cum libertate herzi inſtitutus, ſi ſit alienatus, puberi adire ab eo poteſt, cui alienatus eſt: ſed ſi redemptus ſit a teſtatore, inſtitutio valet. ¶ Item pretio liberatus a ſervitute, a pœna, *riſcattato*, *redento*, λυτρωθείς. *Virg. 9. Æn. v.* 213. Sit, qui me raptum pugna, pretiove redemptum Mandet heno ſolita. *Albinov. ad Liv. el.* 2. *v.* 431. Hector redemptus ad ignes. *Ovid.* 2. *Amor. el.* 8. *v.* 63. Nec tu, ſi qeie erit capitie mercedi redemptue, Deſpice. *b.* 2. ſi quis ſervus ſuo pecolio, quod paulatim genium defraudando, comparavit, pretium domion pro libertate ſolverit. *Ulpian. Dig. lib.* 37. *tit.* 6. *leg.* 2. *e med.* Redemptes ab hoſtibus. ¶ Translate *Juvenal. ſat.* 4. *v.* 2. monſtrum nolla virtute redemptum a citiis. ¶ Item emptus, *comperato*. *Juſtin. ſub fin. l.* 43. Maſſilienſes auzum publicum privetumque contulerunt ad explendum pondus Gallis, a quibus redemptam pacem cognoverant. *Adde Martial. l.* 2. *epigr.* 63. & *lib.* 12. *epigr.* 99. ¶ Item pretio conductus, ut quippiam præſtet. *Plin. l.* 2. *ep.* 14. Sequuntur auditores actoribus ſimiles, conducti & redempti mancipes. *Petron. in Satyr. c.* 5. Nece plauſor in ſcena ſedeat redemptus. *Impp. Honor. & Theodoſ. lib.* 5. *Cod. tit.* 2. *leg.* 4. Perinjquum eſt, ut contra parernam voluntatem redempti forſitan tutoris aet curatoris admittatur urbitrium. *b. e.* pretio corrupti. Sic *Impp. Diocles. & Maxim. lib.* 10. *tit.* 53. Æmuli corrupti ac redempti.

REDEO, is, ii, *eavo* ici, itum, n. 4. *ritornare*, *tornare*, *ritedere*, ἀναδέχομαι, ἐπάνειμι, me recipio, revenio, revertor: a re, & *eo*, quaſi retro no, inſerto *d* ad hiatum vitandum, ut in *redige*, *redamo*, *redoleo*, *redunde*, &c. *Cic.* 2. *Verr. c.* 6. Ut primum e provincia rediit. *Ovid. 6. Faſt. v.* 785. æde ſuburbana rediens. *Terent. Eun.* 5. 5. 25. Video rure redeuntem ſenem. *Id. Phorm.* 2. 1. 13. Peregre rediens. *Phædr. l.* 2. *fab.* 8. *v.* 20. dominus a cœna redit. *Cic. ad Q. Fr. l.* 2. *ep.* 6. *ad fin.* Appius a Cæſare noadum redierat. *Id. Attic. l.* 13. *ep.* 9. *extr.* Ad quos diza rediturus ſim, ſcribam ad ea. *Id. pro Quint. c.* 18. Statim ut Romam rediit Quintius. *Cæſ. l.* 5. *B. Gall. c.* 12. Eodem, unde rederat, proficiſcitur. *Id. l.* 3. *B. Civ.* 2. 111. Redire domum. *Hirt. l.* 8. *B. Gall. c.* 52. ad ejectabrem. *Auct. B. Hiſpan. c.* 25. *ſub fin.* ad caſtra. *Plaut. Amph.* 2. 2. 32. ad uxem. *Cæſ. l.* 7. *B. Gall. c.* 20. ad ſuos. *Horat. l.* 2. *od.* 2. *v.* 45. in cælum. *Virg.* 3. *Georg. v.* 316. in teſta. *Ovid. 7. Met. v.* 200. amnes in fontes rediere ſuos. *Id.* 3. *Faſt. v.* 161. Sol in ſua ſigna redit. *Terent. Hecyr.* 3. 2. 12. Illoc verbo animus mihi rediit, & cura ex corde exceſſit. *Ovid.* 3. *de or. am. v.* 730. Et meus, & redit verus in os colot. *Liv. l.* 25. 2. 16. Redire io umicitiam alicujus. ¶ *Redire viam*, redire. Formula fuit priſcorum JCtorum, *ire viam*, *redire viam*, apud *Cicer. pro Mur.* 2. 12. Sic *Virg. 6. Æn. v.* 122. Itque, reditque viam toties. ¶ Cum infinito. *Virg. in Cir.* v. 172. Sæpe redit patrina aſcendere prodita muros. *Mamert. Jul.* apud *Sirmc. ep.* 122. *e med.* hirundo Atgutis reditura eibos immittare nidis. ¶ Paſſive impersonaliter. *Cæſ. l.* 3. *B. Civ.* 2. 16. *ſub fin.* Interea manerent induciæ, dum ab illo rediri poſſet. *Plaut. Men. prol. v.* 49. In Epidamnum pedibus reveundum eſt mihi. *Id. Perſ.* 3. 3. *in fin.* Dum ea, reditum oportuit. *Nep. in Epamin. cap.* 8. Poſtquam domum reditum eſt. *Liv. l.* 8. 2. 21. Cum converſis ſignis retro in urbem rediretur. ¶ De iis, quæ ſtatu tempore recurrunt. *Propert. l.* 2. 28. 24. *v.* 2. Triſtia jam redeunt iterum ſolemnia nobis. *Virg.* 8. *Æn. v.* 47. redeuntibus annis. *Martial. l.* 4. *epigr.* 1. redeuntia ſæcula. *Horat. l.* 4. *od.* 7. *v.* 1. Redeunt gramina campi. *Ovid.* 3. *Faſt. v.* 237. arboribus froodes. *Virg.* 2. *Georg. v.* 401. redit agricolis labor actus in urbem. ¶ *Res redire* contrarium eſt *rebus prolatis*. V. *Prolatus*. *Plaut. Capt.* 2. 1. 17. Prolatis rebus, parafiti venatici fumus: quando res rediterunt, moloſſici. *Adde Cicer. poſt reſp. in Sen.* 12. ubi alii aliter leg. ¶ *Redire* dicuntur fructus, qui ex fundis aliiſque rebus percipiuntur: quia quotannis veniunt. *Nep. in Themiſt. cap.* 2. Pecunia publica, quæ ex metallis redibat. *& cap.* 10. Ex qua regione quinquaginta ei talenta quotannis redibant. *Martial. l.* 4. *epigr.* 37. Ex pecore redeunt ter duceus Parmenſi. *Adde Varron. l.* 2. *R. R.* 1. 2. *ante med. & cap.* 44. ¶ Item hereditas, quæ ad aliquam pervenit. *Terent. Hec. t.* 2. 97 Ea ad hos redibat lege hereditas. *vocavo*, *vadevo*. & *Andr.* 4. 5. 4. Ejus morte ea ad me lega redierunt bona. ¶ Item qui poſt digreſſionem revertuntur ad propoſitum. *Salluſt. in Jug.* 1. 4. *& 46. extr.* Nunc ad inceptum redeo. *Nep. in Ageſil. c.* 4. Sed illuc redeamus. *Cic. Attic. l.* 7. *ep.* 1. *ad fin.* Atqeo hæc de rebus forenſibus. redeamus domum. *Id.* 3. *de Legib.* 1. 8. Sed jam, ſi placet, de provinciis decedatur, in urbemque redeatur. *Horat. l.* 2. *ſat.* 1. *v.* 108. Illuc, unde abii, redeo. ¶ *Redire ad pauca*, ad breviloquentiam, poſt digreſſionem rurſus orationis compendiem facere. *Terent. Hec.* 1. 2. 60. & *Phorm.* 4. 3. 43. ¶ *Redire ad ſe*, ad ſanitatem mentis. *Terent. Adelph.* 5. 3. 8. Tandem reprime inſcundiam, atque ad te redi. *De.* repreſſi, redii: mitto maledicta omnia. ¶ *ad ſe*, *ad mores ſuos*, *ad ingenium*, ad naturam ſuam: ſuos mores reſumere, ſive bonos, ſive malos. *Cic. 7. Attic. ep.* 3. *e med.* Id, quod animum induxerat papiſpei, non tenuit, ſed cito ad ſe rediit. *Id. in Divin. Verr. c.* 17. *extr.* Redit ad ſe, atque ad mores ſuos. *Terent. Adelph.* 2. 2. 45. Dum id reſcitum iri credit, tantiſper cavet: ſi ſpetat fore clam, rurſum ad ingenium redit. ¶ *in viam*, ad bonam frugem, reſpiſcere. *Id. Andr.* 2. 2. 19. Te oro, Dave, ut redeat jam in viam. *Cic. Phil.* 22. *c.* 2. *in fin.* Quod ſi errarum eſt, redeamus in viam. optimus eſt portus pœnitenti mutatio conſilii. ¶ *in gratiam cum aliquo*, reconciliari. *Cæſ. l.* 2. *B. Civ.* 2. 4. *Cic. de Provinc. Conſul. c.* 9. & *Nep. in Alcib. c.* 5. Sic *Id. in Attic. cap.* 17. Se nenquam cum matre in gratiam rediſſe. *b. e.* nunquam cum matre in ſimeltata fuiſſe, ut opus eſſet reconciliatione. ¶ *Redire in memoriam*, non eſt proprie reminiſci, ſed curare, ut reminiſcatur, memoria repetere. *Cic. pro Quint. c.* 18. Diſcedens in memoriam rediit Quintius, quo die profectus ſit. Ad ephemerides reverttitur. Invenitur dive profectionis prid. cal. Febr. Adde *de Senect.* 2. 7. & *Terent. Phorm.* 5. 3. 19. ¶ *Redire animo* dicitur id, cujus recordatio ſubit. *Plin. l.* 8. *ep.* 23. *e med.* Redit animo ille latus clavus, redeunt illa ſuffragia, illi ſermones, &c. ¶ Pro

ucisse, vocare, *Cæs. l.* 3. *B. Civ. c.* 91. Pilis missis ad gladios redierunt, *Hirt. de B. Afric. cap.* 18. Cum ab hostibus eodem modo pugnaretur, nec continuo ad manus rediretur. *Cic. pro Rosc. Amer. c.* 44. Hæc bona in tabulas publicas aulla redierunt. *Sil. l.* 2. *v.* 223. tantone cavetur Mors redituræ meru? ¶ redigi, recidere, venire. *Cæs. l.* 5. *B. Gall. c.* 46. Etsi opinione trium legionum detectus, ad duas redierat. *e'ero cadavia*. & *Terent. Hecut.* 5. 1. 58. Mihi illæc vero ad rastros res redit. & 5. 2. 27. Adron'rem redisse, ut periculum etiam a fame mihi sit? *Id. Phorm.* 1. 4. 24. Si ego meæ fortunæ redeunt, abs te ut distrahar. *Id. Heaut.* 2. 3. 118. In eum jam res redit locum, ut sit necesse. *è cadavia e vel fugno, sbe*, &c. *Cæs. l.* 2. *B. Gall. c.* 8. Collis in fronte leviter fastigatus, paulatim ad planitiem redibat. *si tradacta in planura*. & *lib.* 6. *B. Gall. c.* 10. *ad fin.* & *lib.* 1. *B. Civ. c.* 4. Quorum ad arbitrium judiciumque summa omnium rerum consiliumque redeat. *Terent. Eun.* 1. 2. 78. Nempe omnia hæc nunc verba hæc redeunt denique: Ego excludor, ille recipitur. *vanne a fronte*. Adde *Andr.* 2. 3. 35. Unum est illud *Scurr. in Thyest. v.* 311. Sane in magistrum scelera redierunt sua. ¶ *Redire*, &, pro *redibis, it*, legitur in quodam MS. *Pallatin in Jun. tit.* 7. *in fin.* Tunc ad alveatium redire. *& April. l.* 6. *Metam.* Ad illum cælestium siderum redies rhorum. V. dicta in fine verbi *Eo, ire*. ¶ *Redeans* pro *redibo* videtur esse in illo *Plauti Aulul.* 2. 3. 6. Curate hæc sint, cum a foro redeam domum. ¶ Præteritum *cedivi* pertarum est. *Lucil.* apud *Non. cap.* 4. *n.* 401. Si tamen non ad te hoc redivit, hoc erretus commodo.

REDERGUISSE per e litteram Scipio Africanus Pauli filius dicitur emendasse, ut idem etiam *perrupuo, bofi*.

REDHIBEO, es, bui, bitum, a. 2. *foe crovere, reflituere*, facio, ut venditor rursus habeat, quod habuerat. *Ulpian. Dig. lib.* 21. *tit.* 1. *leg.* 21. Redhibere est facere, ut rursus habeat venditor, quod habuerat: & quia id seddendo fiebat, idcirco redhibitio est appellata quasi rehabitio. *Aliqui leg.* quasi redditio. *Cic.* 3. *Offic. c.* 23. *ad fin.* Dicenda vitia ea, quæ nisi dixeris, redhibeatur mancipium jure civili. *Plaut. Merc.* 2. 3. 64 Dixit se redhibere, si non placeat. *h. e.* dixit venditor, se terepturum ancillam, restituro pretio, si ea non placeat. *Id. Mostell.* 3. 2. 113. Si male emptæ forent, nobis tibi redhibere haud liceret. *h. e.* si plus æquo pretio emptæ forent, non liceret nobis venditori restituere, pretio accepto. Adde *Cell. l.* 4 *c.* 2. Ea quibus exemplis patet, hoc verbum duplicem habere significationem: nam si ad emptorem refertur, significat venditorem ad recipiendum cogere; si ad venditorem, significat recipere, & quasi retro habere. ¶ Pro exhibere, & reddere simpliciter, *Plaut. Men.* 5. 7. 49. Salvum (*argentum*) tibi item, ut mihi deinde, redhibebo. *Non. cap.* 7. *n.* 75. legit *reddito*, scil. pro *reddam*.

REDHIBITIO, onis, f. ἀνεγωγή. V. vocem præced. *Tertull. de cujur. corn. cap.* 32. Redhibitio carnis & sanguinis. ¶ JCtis est actionis nomen, quæ & actio redhibitoria vocatur. Ea vero actio contra eum interdatur, qui quod vitio corruptum commutaverit, vendiderive, cogitur restituere pretium, & retro quod tradiderat, accipere. *Quintil. l.* 8. *c.* 3. Aut in mancipii redhibitione sudare. *Gell. l.* 4. *c.* 2. *a med.* Si mulier concipere fetus non posset, fanam non videri, & esse in causa redhibitionis. *Pand. Dig. lib.* 21. *tit.* 1. *leg.* 60. Redhibitionem facere.

REDHIBITORIUS, a, um, ad redhibendum spectans. *Pompon. Dig. l.* 21, *tit.* 1. *leg.* 48. Si sex mensium exceptione redhibitoria exclusus, velit intra annum æstimatoria agere. *Papinian. ibid. leg.* 54. Actioni redhibitoriæ non est locus, si mancipium, &c. *Gajus ibid. leg.* 18. Aut redhibitoria, aut æstimatoria judicium agere potest.

REDHIBITUS, a, um, redditus. *Fest.* Redhibitum id proprie dicitur, quod redditum est, improbatumque; & qui dedit, idem rursum contra est habere id, quod ante habuit. *Gell. l.* 17. *c.* 6. Servos nequam & nulli pretii, qui cum venum esset datus, redhibitus ob aliquod vitium, receptusque sit. V. *Redhibeo*.

REDHOSTIO, is, a. 4. *recompenfare*, gretiam refero; nam hostire pro æquare positum est a Veteribus, teste *Festo*, qui *Nævii* & *Attii* aliatis verbis id confirmat. *Non. c.* 2. *n.* 740. interpretatur; reddere: & affert eundem *Attii* locum, & alium prætrea, sed ambo corrupta plane, & desperata.

REDICO, is, a. 3. *videt*, rursus, aut sæpe dico. *Sidon. l.* 9. *ep.* 13. *ante med.* Hic professendis confabulatio frequens, his redicendis sollicitus auditus taferviat.

REDICULUS, i, m. deus quidam, quem Romani bello Punico secundo excogitavere, eique fanum dedicarunt extra portam Capenam, quia accedens ad Urbem Annibal, visis quibusdam perterritus, ex eo loco redierit. *Festus*. V. *Tutanus*.

REDIENS. V. *Redeo*.

REDIGO, igis, egi, actum, a. 3. *ricondorre, rimenare, ainayw*, rursus, aut retro ago, reduco: a *re* & *ago*, inserto *d*, ut in *Redeo* dictum est. *Lucret. l.* 5. *v.* 405. Dissectoque redegit equos, junxitque trementes. *Ovid.* 3. *Fast. v.* 64. Et redigunt actos in sua rura boves. & *lib.* 4. *v.* 511. Filia parva duas redigebat rupe capellas. ¶ Item retro ago, h. e. repello, retro adigo, *cacciar indietro, rispingere*. *Liv. l.* 21. *cap.* 9. Oppidani fusum fugatumque hostem in castra redigunt. *Id. l.* 26. *c.* 12. *in fin.* Multati virgis, mortuique præcisis Capuam reciguntur. ¶ Item ago, pello, *cacciare*. *Justin. l.* 9. *c.* 4 Principes rivitatis in exilium redegit. ¶ Item vi adduco, impello, adigo, pertrecho, *ridurre, Terent. Heaut.* 5. 1. 55. Abeat potius, quam per flagitium ad inopiam redigat patrem. & *vers.* 72. Ut ejus animum, qui nunc luxuria diffluit, retundam, & redigam, ut quo se vertat, nesciat. *Liv. l.* 28. *c.* 22. Barbaros sub jus ditionemque redigere. *Nep. in Milt. c.* 1, & 5. Cum insolas ejus insulæ sub potestatem redigere vellet Atheniensium. *Id. in Timoth. c.* 2. Corcyram sub imperium Atheniensium redegit. *Id. in Pelop. c.* 5. Cum Thessaliam in potestatem Thebanorum cuperet redigere. *Cic.* 4. *Phil. c.* 5. *extr.* Bellicosissimas gentes in ditionem hujus imperii redegerunt. *Justin. l.* 6. *c.* 5. Spartani ad summam delpemationem redigaurur. & *ibid.* Na in perilimam sortem servitutis redigerentur. *Lucret. l.* 5. *v.* 875. & *Cic. in fragm.* apud *Lactant. l.* 7. *c.* 12. Redigere aliquid ad interitum. *Mortem. Dig. lib.* 11. & *leg.* 5. in dominium nostrum. *Id. lib.* 48. *tit.* 6. *leg.* 1. ad pœnam. ¶ Item quocumque modo adduco, reduco, traho, *ricurre, fue venire. Terent. Phorm.* 2. 3. 36. Ego me nego posse: tu, qui ais, redige in memoriam. *femmi fovvenire*. & 5. 7. 73. Redigere aliquos in gratiam. *riconciliare*. & *Liv. l.* 26. *c.* 37. *sub fin.* victoriam ad vocum & tritium. *condere, ridurre*. & *Lucret. l.* 1. *v.* 790. ad nihilum. *Celum. l.* 4 *c.* 3. *a med.* ad ultimam meriem. *Cæl l.* 2. *B. Civ. c.* 76. *extrem.* rem ad pristinam nationem. & *lib.* 2. *B. Gall. c.* 27. Quæ facilia ex difficillimis animi magnitudo redegerat. *avea refe. Ovid. Met.* 6, *v.* 199. Non tamen ad numerum redigas spoliata duorum. *Var. fub fin.* 1. 2. *l.* 1. R. R. Hosce ipsos utiliter ad sea libros redegit Diophanes. *reffrinfe, reduffe. Plin. l.* 20. *c.* 9. *tres med.* Redigere cicatrices ad planum. *Id. l.* 30. *c.* 13. carnes exrefcentes ad æqualitatem. *Id. l.* 23. *c.* 7. *poft med.* fenatorios tres succi leni vapore ad crassitudinem meliis. *Id. l.* 18. *c.* 3. farris pretium ad assem. ¶ *Redigere aliquid ad verum*, considerando atque inspiciendo videre & intelligere quod vesi in re est. *Senec. ep.* 13. *poft med.* Nemo resistit sibi, cum cœperit impelli: ner timorem fuum redigit ad verum. *Id. epift.* 45. *poft med.* Ecce tibi tota vita mentitur. hanc coarguc: hanc ad verum, si acutus es, redige. *Horat. l.* 1. *od.* 37. *v.* 14. Mentemque lymphatam Marentico Redegit in veros timores. *h. e.* eo perduxit, ut timeret, quæ vere timenda sunt. ¶ *Redigere in ordinem* est ordine disponere, *ordinare. Amil. ad Hersun. l.* 3. *cap.* 9. Dispositio est, per quam quæ invenimus, in ordinem redigimus. ¶ Est etiam idem quod *in ordinem cogere*, de quo V. in *Ordo*. Unde *Quintil. l.* 2. *c.* 4. Veteres Grammatici auctores elios in ordinem redegerunt, elios omnino exemerunt numero. *h. e.* inter vulgares, ignobiles, indoctosque scriptores enumerarunt. ¶ *Redigere in numerum*, enumerare cum aliis ejusdem generis. *Quintil. l.* 10. *cap.* 1. *ante med.* Apollonius in ordinem a Grammaticis datum non venit, quia Aristarchus atque Aristophanes, posterum judices, neminem sui temporis in numerum redegerunt. *h. e.* inter poetas enumerarunt. ¶ *Redigere in versum*, efficere, ut sit versus. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. *ante med.* Nihil est prosa scriptum, quod non redigi possit in quædam versiculorum genera. ¶ Significat etiam colligere, cogere, *raccogliere, radunare, ammaffare. Ulpian. Dig. lib.* 36. *tit.* 4. *leg.* 5. *a med.* Heredem colere agros, & fructus redigere. *Id. lib.* 22. *tit.* 3. *leg.* 46. Quod in redigendos fructus impensum est, &c. *Pallad. in Septembr. tit.* 8. Ex farragine semen redigere. ¶ *Redigere primanam* est vel a variis debitoribus trpetitam colligere, vel ex rebus venditis conficere, & ad se recipere, *far danaro, ridur in denaro. Horat. in fi. epod.* 2. frurrator Albius, jam jam futurus rusticus, Omnem redegit idibus pecuniam: Quærit calendis ponere. *Al. leg.* relegit. *Cic.* 2. *Agrar. c.* 36. Cum omnem pecuniam ex ærario exhausiferint, ex vectigalibus redegiferint, ab omnibus regibus coegerint. *Id. in Divin. Verr. c.* 17. Deinde bona vendit, pecuniam redigit. *Liv. l.* 5. *c.* 16. *a med.* Bona incognita sub hasta venirent, quodque inde redactum, militibus est divitum. *Plaut. Perf.* 2. 5. 23. Atque ego omne argentum tibi actutum redigam. *h. e.* aliquod vendendo conficiam & reddam. *Quintil. declam.* 269. Si vendita esse omnia, si in pecuniam redacta constabit. ¶ Colligendi & concreandi vim habet etiam in his. *Cic. Phil.* 5. *c.* 4. *extr.* Aliqua redigere in unum. *Id.* 5. *Verr. cap.* 73. Cum omnis frumenti copia penes illum esset redacta. *Afcon. in Verr.* 3. *c.* 20. *Quæstores*, eum ad quem reliquuntur pecuniæ ex proscripti bonis, & a quo sociis adeumerantur. *Liv. l.* 3. *c.* 19. *a med.* Ingenti præda est potitus, cujus pars maxima ad quæstorem redacta est: haud sta multum militi datum. ¶ Simul etiam conferendi, attribuendi, assignandi. *Cupien. lib.* 17. *tit.* 2. *leg.* 52. & 73. Redigere aliquid in commune. *Liv. l.* 2. *cap.* 42. Quidquid captum ex hostibus est, vendidit consul, ac redegit in publicum. *Tacit.* 4. *Hist. c.* 72. Redigere prædam in fiscum. *Julian. Dig. lib.* 10. *tit.* 2. *leg.* 51. Fructus post litem contestatam percepti ad eum redigendi sunt.

REDIMICULUM, i, n. *κεφαλεών, κεφάλωμα, στέφανος, ταινία*, fascia, tænia, muliebre ornamentum capitis, aut colli. *Cic.* 5. *Verr. c.* 33. Hæc civitas mulieri redimicuium præbeat, hæc in collum, hæc in crines. *Virg. 9. Æn. v.* 616. Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. *Juvenal. sat.* 2. *v.* 84. Qui longa domi redimicula fumunt Frontibus, & toto posuere monilia collo. *Ovid.* 4. *Fast. v.* 135. Aurea marmoreo redimicula solvite collo. *Id.* 10. *Met. v.* 264. Dat digitis gemmas, longoque monita collo: Aum leves baccæ, redimicula pectore pendent. ¶ Teretiate est laqueus, vinculum, nodus, quo quis tenetur, ne abeat longius. *Plaut. Trucul.* 2. 4. 41. Ut esset aliquis laqueus & redimiculum, reverfionem ut ad me faceret domo. ¶ *Paul. ex Festo*, redimiculum, inquit, vocant mulieres catellam (*h. e.* catenulam) qua maxime utuntur ornatus causa.

REDIMIO, is, ivi, itum, a. 4. *cingere, terminari, inghirlandare, coronare, κεκάλω*, cingo, corono, orno. *Cic.* 3. *Tuscul. c.* 18. *in fin.* Iocrendes odores, & sertis redimiri jubebis, & rosa. *Stat. l.* 2. *silv.* 5. *v.* 16. Crinem redimire corymbis. *Lucret. l.* 5. *v.* 1398. caput

Digitized by Google

put atque humeros plexa corollis. *Ovid. Heroid ep 9. v 63.* mitra capillos. *Id. 3. Amor. el. 12. v. 25.* lauro tabellas. *Martial. l. 8. epigr. 70.* frontem corona. ¶ Translata *Claudian. lib. 2. de rapt. Pros. v. 98.* Nec sic ionumeros arcu mutaora colorer Iacipiens redimitur hiems. V. *Redimitus*. ¶ Universim pro cingere, circumdare. *Sueton. in Aug. c. 91.* Faſtigium aedis tintinnabulis redimivit. *Eſt qui leg.* redimiit. *Auſon. epigr. 94.* Punica turgentes redimibat zona papillas. pro *redimebat*. Sic *Virgil.* 10. *Æneid. v. 538.* Infula cui ſacra redimibat tempora vitta.

REDIMITUS, us, m. ædus redimiſadi, coronatio. *Solin. c. 33. (al. 46.)* Plurimis arines intonſi, mitrata capita, redimitu pari. *Sidonſ.* hanc Iſtionem appellat ineptiſſimam & falſiſm. Itaqus legit *mitrata capita, pars roſa in rorem barba*.

REDIMITUS, a, um, *ingbirlanded, coronate, crowned, wreathed*, coronatus, circumdatus. *Cic. Catil. 2. cap. 5.* Accubantes in cunivivio, vino languidi, conferti cibo, ſertis redimiti, unguentis oblīti. *Catull. carm. 63. de nupt. Pel. & Thet. v. 193.* Cumarides, quibus anguino redimita capillo frons. *Tibull. l. 1. el. 8. v. 45.* Frens redimita corymbis. *Id. l. 3. el. 4. v. 23.* redimitus tempora lauro. *Val. Flacc. l. 1. v. 278.* vittis. *Ovid. 6. Faſt. v. 483.* hedera capillos. *& lib. 3. v. 669.* mitra. *& vers. 269.* coronis. *& lib. 4. v. 661.* frontem papaveri. *Id. Met. 9. v. 3.* arundina ceines. *Flor. l. 3. c. 19. a med.* Rsgium in morem frons redimita. ¶ Item universim cinctus, circumdatus, *sena, circondato*. *Cic. in senn. Scip. c. 6.* Terra quaſi quibuſdam redimita & circumdata cingulis. *Catull. carm. 62. de Asy, v. 3.* Adiitque opaca ſilvis redimita loca deæ. *Senec. in Oedip. v. 488.* Naxos Æoæo redimita ponto. *Catull. loc. cit. v. 66.* Mihi floridis corollis redimita domus erat. *h. e. vestita* in poſtibus & jaruis. *Stat. 1. Achill. v. 612.* Redimitum miſſilia. *h. e.* thyrſus Bacchi.

RELICTUS, a, um, *laſciato*, *ἀνακαφθείς*, nom. ea particip. a *relinquo*. *Caſ. l.* 3. *B. Gall.* 2. 26. Cohortes, quæ præſidio caſtris relictæ, integræ ab labore erant. *Varr.* R. R. *l.* 3. *t.* 16. Cum pauper cum duobus fratribus, & duabus ſororibus eſſem relictus. *Virg.* 4 *Georg.* v. 127. ſenex, cui pauca relicti jugem ruris erant. *Nep. in Cor. c.* 1. Ibi heredium a patre relictum habebat. *& in Attic.* 2. 13. Domus ab avunculo hereditate relicta. *Ulpian. Dig. lib.* 22. *tit.* 1. *leg.* 17. *a med.* Cum ſe teſtamento liberum relictum eſſe audiſſet. *Plin. l.* 9. *ep.* 36. Ab iis, quæ avocant, abductus, & liber, & mihi relictus. *Cic. Attic. l.* 8 *ep.* 6. *ſub fin.* Tironem noſtrum ab altera (*quartana*) relictum audio. ¶ Abſolute *Plaut. Merc.* 3. 4. *in fin.* Nam mihi nihil relicti quicquam aliud jam eſſe intellego. *Ovid. de nuce*, v. 99 Si fiat repto, fiat manſura relicti. ¶ *de*relictus, deſertus, *abbandonato*. *Virg.* 3. *Æn.* v. 123. Hoſte vacare domos, ſedeſque adſtare relictas. *Ovid.* 14. *Metam.* v. 217. Solus, inops, exſpes, loto penæque relictus. *Cic. Fam.* 4. *ep.* 1. *a med.* Urbem ſine legibus, ſine judiciis, ſine jure, ſine fide, relictam direptioni, & incendiis. *Id. pro Rabir. perduell. cap.* 8. Nemo eſt inventus tam profligatus, tam perditus, tam ab omni honeſtate relictus, qui, &c. *Id. in Bruta, cap.* 72. *extr.* Habere aliquid pro relicto. ¶ De amantibus, aut conjugibus, cum alter alterum deſerit. *Plaut. Trucul.* 2. 4. 63. Quid me futurum eſt, quando mulier venerit? relictuſne abs re vivam? *Ovid. Heroid. ep.* 10. v. 80. Nunc ego non tentum, quæ ſum paſſura, recordor, Sed quæcumque poteſt ulla relicta pati. *ceſtura, vedova*. *& Propert. l.* 1. *el.* 6. v. 8. Et queritur nullos eſſe, relicta, deos. *& Tibull. l.* 3. *el.* 6. v. 39. Gnoſia Theſeæ quondam perjuria linguæ Flevitſi ignotæ, ſola relicta, mari. ¶ In re agraria *relicta loca* ſunt, quæ ſive locorum iniquitate, ſive arbitrium conditoris relicta, limites non acceperunt, nec ulli ſunt aſſignata, ut *Frontin. de limitib. pag.* 42. *Goeſ. docet. Cic.* 2. *Agrar. c.* 1. *a med.* Utrum tandem hanc ſilvam in relictis poſſeſſionibus, an in cenſurum paſcuis inveniſti? ¶ *Relictis rebus* aliquid agere, eſt, omni alio ſapoſito negotio, uni rei operam dare, *laſciata da parte ogni altra coſa*. *Plaut. Epid.* 4. 2. 35. Ego, relictis rebus, Epidicum operam quærendo dabo. *Terent. Andr.* 1. 5. 1. Herus me, relictis rebus, juſſit Pamphilum hodie obſervare. *Lucret. l.* 3. v. 1085. jam rebus quiſquas relictis Naturem primum ſtudeat cognoſcere rerum. *Cic.* 3. *de Orat.* 1. 14. Atqui vides, cum alias res agamus, quem te inviti (*audiamus*) qui adduci poſſumus, relictis ut rebus omnibus re ſeriamur, te audiamus. *Al. amitt.* omnibus. *Terent. Eun.* 1. 2. 85. Nonne, ubi mihi dixti, cupere te ex Æthiopia ancillulam, relictis rebus omnibus quæſivi? Adde *Cæſar. l.* 3. *B. Civ.* 1. 102. Sic *Plaut. Sticb.* 2. 2. 38. Imo res omnes relictas habeo, præ quod tu velis. *& Cic. Fam.* 2. *ep.* 14. Omnia relinques, ſi me amabis, cum tus opera Fabius uti volet.

RELICUUS. V. *Reliquus* in fine.

RELIDO, is, n. 3. a *re* & *lædo*. *Auſon. epiſt. ult.* v. 42. brevius nihil eſt, nec plenius iſtis, (*eſt*, & *non*) Quæ firmata probant, aut infirmata relidunt. *b. e.* refutant, reſpuunt, negant.

RELIGAMEN, inis, n. ligamentum, vinculum. *Prudent. Pſychom.* v. 358. Ut mitra, cæſariem cohibens aurata virilem, Combibat infuſum croceo religamine nardum.

RELIGATIO, onis, f. *legamento*, *ἀνάδεσις*, actus religandi. *Cic. de Senect. c.* 15. Et ipſa natura dulciſtat, adminiculorum ordines, capitum conjugatio, religatio, & propagatio vitium.

RELIGATUS, a, um, *ἀνάδεδεκώς*, *legato*. *Cic.* 2. *Tuſcul. cap.* 44. Trahit Hectorem ad currum religatum Achilles. *Ovid. t. Amor. el.* 6. v. 1. Janitor (indignum!) *dura* religate catena. *Id. Met.* 4. v. 671. Quam ſimul ad duras religatam brachia cautes Vadit, &c. *& lib.* 14. v. 445. Solvitur herboſo religatus ab aggere funis. *& verſ.* 247. religata in litore pinus. *Horat. ep. ſin. el.* 12. *l.* 1. incomptam Lacænæ more comam religata nodo Lyde. *Virg.* 9. *Æn.* v. 352. religatos rite videbat Carpere gramen equos. *Plin. in Paneg. c.* 82. Navigium religatum revinctumque.

RELIGENS, entis, particip. Antiquum carmen apud *Gell. l.* 4. *c.* 9. Religentem eſſe oportet, religioſum neſas. *b. e.* pium eſſe oportet, & diis addictum, non tamen ſuperſtitioſum. V. vocem ſequent.

RELIGIO, onis, f. *timor di Dio*, *religione*, *Θρῆσκος*, *δεισιδαίμων*, *εὐσέβεια*, unius divini numinis, ex quo ejus cultus, reverentia, & obſervatio ſequitur, pietas, ſanctitas. *Serv.* ad illud *Virg.* 2. *Æn.* v. 715. Religione patrum, &c. timore: & eſt reciprocum. Sic Terent. (*Heaut.* 2. 1. 16.) Nam, mihi eſſe mihi, religio eſt dicere. Item Virgilius contra (*Æn.* 7. v. 60.) multoſque metu ſtivata per aneos. Conoeva enim ſuot timor, & religio. Hæc *Servius*. Sic *formido*, *metus*, *pavor* pro religione ponuntur: quæ V. ſuis loc. *Cic.* 2. *de Invent. c.* 22. Religionem eam, quæ in metu & cæremonia deorum eſt, appellant pietatem. *& ibid. c.* 53. *a med.* Religio eſt, quæ ſuperioris cujuſdam naturæ, quam divinam vocant, curem cæremoniamque affert. *Id.* 1. *de nat. Deor. cap.* 42. Religio deorum cultu pio continetur. *Id. in parad. c.* 21. *ſub fin.* Juſtitia erga deos, religio dicitur, erga parentes, pietas. *Id.* 2. *de Legib. c.* 11. Tum maxime & pietas & religio verſetur in animis, cum rebus diviois operam damus. ¶ De nomatione hæc habet *Cic. l.* 2. *de nat. Deor.* 2. 28. *a med.* Noa philoſophi ſolum, verum etiam majores noſtri ſuperſtitionem a religione ſeparaverunt. Nam qui totos dies precabantur & immolabant, ut ſui ſibi liberi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appellati: quod nomen poſtea latius patuit. Qui autem omnia, quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter retractarent, & tanquam relegerent, ſunt dicti religioſi, ex relegendo (*al.* religendo: *quod idem eſt*) ut elegantes ex eligendo, tanquam a diligendo diligentes, ea intelligendo intelligentes his enim in verbis omnibus ineſt vis legendi eadem, quæ in religioſis. Ita factum eſt in ſuperſtitioſo, & religioſo: alterum vitii nomen, alterum laudis. Hactenus *Cicero*: cujus argumon confirmatur illo *vet. norm.* apud *Gell. l.* 4. *c.* 9. Religentem eſſe oportet, religioſum neſas. Ubi *religentem* religioſum ſignificat. Contra acriter inſurgit *Lactant. l.* 4. *c.* 28. ineptum afferens eſſe diſcrimen ab eo aſſignatum inter *ſuperſtitionem*, & *religionem*: verum autem eſſe, illam falſi cultus eſſe; hanc veri. Notationem quoque anam affert, nempe a *religando*: & nomen religionis a vinculo pietatis eſſe deductum, quod hominem ſibi Deus religaverit, & piaram conſtrinxerit. quod & *Serv.* facit *ad Æn.* 8. v. 349. & *Auguſtin. l.* 1. *Retractat. c.* 13. & placuiſſe videtur *Nigidio* apud *Gell. loc. cit.* Unde *Lucret. l.* 1. v. 930. & *actis* Religionum animum nodis exſolvere pergo. *& Tacit. Ann.* 3. 1. 26. Numa religionibus & divino jure populum devinxit. Nam quod *Maſſur. Sabin. ibid.* & *Serv. Sulpic.* apud *Macrob. lib. & cap.* 3. *Saturn.* a *relinquendo* duci volunt. quia religio propter ſanctitatem remota ac ſepoſita a nobis ſit, puto arceſitum eſſe nemini. *Cic.* 1. *de Legib. cap.* 23. Cultum deorum, & parem religionem ſuſcipere. *Id. pro Balb. cap.* 24. Sacra Cereris ſumma religione cæremoniaque conficere. ¶ Religio alicujus rei eſt ejus ſanctitas, majeſtas, ſacer ſtarus & venerabilis. *Cic. l.* 2. *de Invent. c.* 1. Religio ſani. *Tacit.* 1. *Hiſt. c.* 4. templorum. *Cic. pro Rabir. perduell. cap.* 10. *ad fin.* Sapientiſſimorum ac fortiſſimorum civium mentes mihi videntur ad deorum religionem & ſanctimoniam demigraſſe. *b. e.* in deos eſſe relatas. *Plin. l.* 11. *c.* 45. Hominis geaibus quædam & religio ineſt, obſervatione gentium. Hæc ſupplices attingunt, *ad* hæc manus tendunt, hæc ut ares adorant, *un nan ſo che di ſacro e divino*. ¶ Interdum ponitur pro peculiari retione divini cultus, ſeu pro ritibus ipſis, quibus Deus colitur: vel ſtram pro ipſis numinibus. *Cic.* 1. *de Leg. cap.* 15. *in fin.* Neque ſolum in homines obſequia, ſed etiam in deos cærimoniæ religionesque tolluntur. *Id. pro Dom. cap.* 40. Ut non putaredeos ſatis poſſe placari, niſi etiam muliebribus religionibus ts implicuiſſes. *Id. pro Font. c.* 9. *ſub fin.* Ceteræ nationes pro religionibus ſuis bella ſuſcipiunt, iſtæ contra omnium religiones. *Id. pro Mil. c.* 27. Solemnes religiones ſupplicio alicujus expiare. *Id. pr. Dom. c.* 48. pollueris. *Id. Verr. 6. c.* 35. violare. *Tacit. 16. Anna* 1. 22. ſpernere. *Cic. pro Dom. c.* 1. ſapienter interpretari. ¶ Interdum pro ſuperſtitione, *ſuperſtizione*. *Juſtin. l.* 18. *c.* 6. *ad fin.* Cum pelle laborarent, cruenta ſacrorum religione & ſcelere pro remedio uſi ſint. *Id. l.* 22. *c.* 6. Sed terrebat eos portenti religio, quod navigantibus eis ſol defecerat. ¶ Item pro vitæ innocentia. *Cic. pro Cæcin. c.* 20. Spleodor urdinis, decus atque ornamentum judiciorum, exemplar aotiquæ religionis, Fidicularius Falcula. *Id. pro Deiot. cap.* 6. Dejotarum non tam ingenio & prudentia, quam fide & religione vitæ defendendum puto. ¶ Item pro metu lædendi deos, quem ſcrupulum etiam dicimus, *ſcrupolo*: quo inhibemur quippiam facere. *Terent. Andr.* 5. 4. 38. Dignus es cum tua religione, odio: nodum in ſcirpo quæris. *Liv. lib.* 8. *c.* 17. Religio deinde inceſſit, vitio eos creatos. *Cic.* 3. *Catil. c.* 6. *extr.* Ut quæ religio C. Mario non fuerat, quominus C. Glauciam prætorem occideret, ea nos religione in privato P. Lentulo puniendo liberaremur. *Plin. l.* 5. *cap.* 1. *a med.* Subit tacita religio animos. *Cic. l.* 1. *de Divin. cap.* 35. Nec eam rem habuit religioni. *nè di ciò ſi fece ſcrupolo*. *& pro Cæcin. c.* 33. aliqui religionem injicere. *Id. Fam.* 10. *ep.* 12. offerre. *Plaut. Merc.* 5. 2. 40. objicere. *Cic. 6. Ver. c.* 35. *a med.* afferre. *Liv. l.* 22. *c.* 42. *a med.* incutere animo. *Cic.* 2. *Phil. cap.* 33. *a med.* Religione aliquem obſtringere. *Id pro Cæcin. c.* 34. ſolvere. *Liv. l.* 3. 1. 20. exſolvere. *Id. l.* 2. 1. 45. *ſub fin.* tangi. *Virg. l. Æn.* v. 340. religio pavidos terrebat agentes Dire loci. *Terent. Heaut.* 2. 1. 16. Hoc facere, religio eſt. *ho ſcrupolo*, *ho paura*, *non oſo*. & *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 4. Res illa in religionem populo venit. *Horat. l.* 1. *ſat.* 9. v. 70. vis tu Curtis Judæis oppedere? nulla, nulla mihi, inquam, Religio eſt. *Liv. l.* 26. *cap.* 22. In religionem ea res apud Patres ver-

verſa eſt. *L.* 1. veriti ſunt Pœni, ne diis diſpliceret. *Vorr.* apud *Non.* c. 4. *n.* 387. Non demunt animis curas ac cetligiones Perſarum montra, non atria diviti' Craſſi. *Feſtus*: Religioni eſt quibuſdam porta Carmentali egredi, & in æde Jani, quæ eſt extra eam Senacum habere: quod ut egreſſi ſen & trecenti Fabii, apud Cremeram omnes interfecti ſunt, cum in æde Jani Senatus conſulrum factum aſſet, uti proficiſcerentur. ¶ *Religio eſt*, contrario ſenſu, h. e. religin jubet, diis gratum eſt. *Plin. l.* 25. c. 4. Panacea evulſa, ſcrobem repleri varis genera frugum, religio eſt, ac terræ piamentum. *Id. l.* 30. *c.* 5. *ſub fin.* Et obrui tales, religin eſt. ¶ *Religiones* dicuntur ea ipſa, quæ talem metum afferunt. *Cic. Phil.* 1. c. 6. ſnespiabiles religiones in rempublicam inducere. ¶ Præterea *religio* ſumitur pro fide ac veracitete, qua utuntur, qui deos verentur & metuunt. *Cic. pro Flacc.* c. 4. Videm, quo vultu, qua conſidentia dicant: tum intelligetis, qua religione dicant. *Id. pro Font. cap.* 6. *in fin.* Ea quæ dicuntur a teſtibus, quinto pudore, quanta fida, quanta religione dicantur. *Id. Fam. tr. ep. ult.* Sum admiratus fidem tuam, & in cnoſilin dando religionem. *Id. pro Flacc. c.* 4. Teſtimoniorum religionem & fidem nunquam iſta natus coluit. *Id. pro Roſc. Com. c.* 15 *ſub fin.* Fides & religio judicia. *Religio jndicis* eſt obſervantia jurisjurandi, quia judices jurate ſententiam ſerebant. Unde & *religio jurisjurandi* dicitur, quia cum illo commiſta eſt. ¶ Translate eſt minuta & ſcrupuloſa diligentia & cura, *ſcrupulositas*. *Cic. in Brut*, c. 82. Ejus oratio nimia religione attenuata. *Id. in Orat. c.* 8. Athenienſium ſemper fuit prudens ſincerumque judicium, nihil ur poſſent, niſi incorruptum audire, & elegans quorum religioni cum ſerviret orator, nullum verbum inſolens, nullum odioſum ponere audebat. *delicatesza*. ¶ Item juſta muneris functio, *pannositas*. *Cic. Verr.* 5. *c.* 1. Qui ſibi hoc ſumit, ut corrigat mores aliorum, quis huic ignoſcat, ſi qua in re ipſe ab religione officii declinarit? *Id. pro Sull. c.* 3. *ad fin.* Sin eſt in me ratio reipublicæ, religio privati officii, ſtudium ſentiendæ voluntatis bonorum, &c. ¶ Item reverentia, obſervantia. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 24. Magnam cim, magnam neceſſitoem, magnam poſſidet religionem paternus maternuſque ſanguis. ¶ A Poetis *i* geminatur, primæ extendendæ cauſa. *Virg. Lucret. Horat.* ſupra allati, *Ovid.* &c. V. tamen dicta in Re. Sane apud *Catull.* in optima edit. *Js. Aus. Vulpii*, uno *l* ſcribitur, *carm.* 88. *in Gell. v.* 4. Si cera eſt Perſarum impia religio.

RELIGIOSE, adverb. *religioſamente*, *ευσεβῶς*, cum rtligione. *Cic. a. de Invent. cap.* 1. Templum Junonis, quod religioſiſſime colebant. ¶ Item eſt ſollicite, accurate. *Colum. l.* 3. *cap.* 10. *ante med.* Nihil curioſe, nihil religioſe adminiſtrant. *Id. l.* 11. *c.* 2. *ad fin.* Qui religioſius rem ruſticam colunt. ¶ Interdum fidelitet. *Cic. pro Cal. c.* 22. *extr.* An gravis, ſapiens, moderatuſque vir religioſe teſtimonium diciſſe videatur. *Plin. in Paneg. c.* 65. Nemiot religioſius, quod juraverit, cuſtodiendom. ¶ Interdum addubitanter, verecunde. *Cic. l.* 13. *Fam. epiſt.* 17. *ad fin.* Qui religioſe & ſuin ambitione commendant. ¶ Interdum caute, aut parce. *Nep. in Attic. c.* 15. Quidquid rogabatur, religioſe promittebat, quod non liberalis, ſed lecis ubitrabatur, pollicetur quod præſtari non poſſet.

RELIGIOSITAS, atis, *f. religioſitè*, religio, morum innocentia. *Apul. de dogm. Plat. l.* 2. Juſtitia cum religioſitate, ideſt *ὁσιότητι* copulatur. *Tertull. in Apol. c.* 25. Religioſitatis meritum.

RELIGIOSUS, a, um, *imorate de Deo, pio, devoto, ſanto, religioſo, ſ. ευσεβὴς, δικαίοτιμος*, timens Deum, pios, ſanctus, religione præditus. *Feſtus*: Religioſi dicuntur, qui faciendarum prætermittendarumque rerum dieinarum ſecundum morem ciſitatis dilectum habent, nec ſe ſuperſtitionibus implicant. *Salinſt. in Catil. c.* 12. Templa deorum, quæ noſtri majores, religioſiſſimi mortalium, fecere. *Cic. pro Roſc. Com. c.* 15. Homines natura ſancti & religinſe. *Id. Verr. 6. c.* 4. Homines integri, innocentes, religioſi. *Id. a. de Orat. c.* 43. *a med.* Mores juſti, integri, religioſi. *Colum. l.* 11. *cap.* 2. *ad fin.* Religioſiores agricolæ. *Feſtus*: Religioſus eſt non modo deorum ſanctitatem magni æſtimans, ſed etiam officioſus adverſus homines. ¶ Item fidelis, veras, deorum metu fallere neſcius. *Cic. pro Cæcin.* 2. 10. Huic teſti gnetias agam, quod & in re miſericordem ſe præbuit, & in teſtimonio religioſum. *Id. 4. de Fin. c.* 22. Cum re M. Cato, juſtiſſimum eitum, optimum judicem, religioſiſſimum teſtem audiremus. *Petron. in Satyr. c.* 22. Uterque noſtrum religioſiſſimis juraeit verbis. ¶ De rebus cum dicitur, ſignificat Deo ſacrum, auguſtum, ſanctum, majeſtatis venerationiſque pleoum, & quod ſine piaculo violari non poteſt, *ſacro, venerabile, ſacrofanto*. *Feſtus in Religioſus*: Gallus Ælius inter ſacrum, & ſanctum, & religioſum *differentias* belliſſime refert. Sacrum ædificium, conſecratum Deo: ſanctum murum, qui ſit circom oppidum: religioſum ſepulcrum, ubi mortuus ſepultus, aut humarus ſit. Quod ſacrum eſt, idem lege, aut inſtituto majorum ſanctum eſſe putant, ut eiojari id ſine pœna non poſſit. Idem religioſum quoque eſſe, quoniam ſit aliquid, quod ibi homini facere non liceat, quod ſi faciat, adverſus deorum voluntatem videatur facere. Hæc *Feſtus*. V. *Momm. de quæſ. per epiſt. par. a. n.* 10. *Cic. pro Rabir. perduell. c.* 2. *ſub fin.* De lacis religioſis, ac de lucis, quos ab hoc violatos eſſe diſiſi, &c. *Id. pro Planc. c.* 35. Religinſa altaria. *Id. 6. Verr. c.* 43. Herculis templum apud Agrigentinos ſanctum & religioſum. *Flor. l.* 2. *c.* 13. Quidquid religioſiſſimum in templis erat, partim recondunt, partim avehunt. *Feſt. in Religioſum*. Religioſum ac ſacrum eſt, ut templa omnia atque ædes, quæ etiam ſacratæ dicuntur. At quod per ſe religioſum eſt, non utique ſacrum eſt, ut ſepulcra, quod ea non religioſa ſunt. *Celſ.* apud *Ulpian. Dig. lib.* 11. *tit.* 7. *leg.* 2. Non totus, qui ſepulturæ deſtinatus eſt, locus religinſus ſit, ſed quatenus corpus humatum eſt. Adde *Cic. 2. de Legib. c.* 22. *ad fin.* ¶ *Religioſi dies*, inquit *Gell. l.* 4. *c.* 9. dicuntur triſti omine infames, impeditique: in quibus & res dienas facere, & rem quampiam novam exordiri temperandum eſt: quos multitudo imperitorum prave & perperam nefaſtos appellant. Itaque M. Cicero in libro epiſtolarum nono ad Atticum (*epiſt.* 5.) Majores, inquit, noſtri funeſtiorem diem eſſe voluerunt Allienſis pugnæ, quam urbis captæ, quod hoc malum ex illa. Itaque alter *religioſus* etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus. *Lucil.* apud *Non. c.* 4. *n.* 387. anno vertente dies tetri, miſeri, ac religioſi. *Feſt. in Religioſus*: Dies religioſi, quibus, niſi quod neceſſe eſt nefas habetur facere: quales ſunt ſex & triginta, atri qui appellantur, & Allienſis, atque ii, quibus mundus patet. Adde *Liv. ſub fin. cap.* 1. *l.* 6. & *Ovid.* 1. *Faſt. a verſ.* 55. & *Gell. l.* 5. *cap.* 17. ¶ *Feſt. loc. cit.* Religioſum eſte Gallus Ælius ait, quod homini ita facere non licet, ut ſi id faciat, contra deorum voluntatem videatur facere: quo in genere ſunt hæc: in ædem Bonæ deæ eirum introire: adoerſus myſtica legem ad populum ferre: die nefaſto apud prætorem lege agere. *Liv. l.* 2. *c.* 5. Quem campi fructum quia religioſum erat conſumere, defectam ſegetem ludere in Tiberim. *Plin. l.* 28. *c.* 4. Nævos in facie tondere, religioſum habent etiam nunc multi. ¶ *Religioſum eſt*, contrario ſenſu, ſecundum religionem eſt, diis gratum eſt. *Plin. l.* 30. *c.* 1. *extr.* Romani ſuſtulere monſtra, in quibus hominem occidere religioſiſſimum erat, mandi vero etiam ſaluberrimum. *Id. l.* 8. *cap.* 2. *a med.* Et alrqui homine quoque conſalutare, religioſum putant. Similiter adhibetur *religio eſt*. ¶ Aliquando eſt ſuperſtitioſus, *ſuperſtitioſo*. Anticuum carmen apud *Gell. l.* 4. *c.* 9. Religentem eſſe oportet, religioſum nefas. *Negid. ibid.* Religioſus is appellabatur, qui nimia & ſuperſtitinſa religione ſe ſi alligaveret: eaqus res vitio affingabatur. *Cic. 2. de Fin. c.* 7. *ad fin.* Reperiemus ufotus ita non religioſos, ut edant de patella. Adde *Terent. Heaut.* 4. 1. 36. Huc pertinere videtur illud *Caton.* apud *Feſt.* in *Repulſor*. Na quis inculior, religioſior, defertior publicis negotiis repulſior. ¶ Translata *Cic. in Orat. c.* 9. Ad Atticorum aures teretes & religioſas qui ſe accommodant. *b. e.* quorum ſemper fuit prudens ſincerumque judicium, nihil ut poſſent, niſi incorruptum, audire, & elagans, ut *Id. ibid.* loquitur *cap.* 8.

RELIGO, as, avi, atum, 2. t. *legare, attaccare, inchiu*, idem fere quod ligo, connecto. *Caſ. l.* 2. *B. Civ. c.* 10. Eo ſuper tigna bipedalia injiciunt, eaque laminis clavisque religant. *& cap.* 6. Si quando noſtri, facultatem nacti, ſeereis injectis manibus navem religaverant, undique ſuis laborantibus ſuccurrebant. *Tacit. de Germ. c.* 38. Religare capillum in vertice. *Horat. l.* 1. *od.* 5. *v.* 4. religare comam. *Lucan. l.* 2. *v.* 670. cæſis tunctere viacula ſilvis, Roboraque immenſis late religare catenis. *Id. l.* 4. *v.* 451. religatque earenas Rupis ab Illyricæ ſcopulis. *Plin. l.* 19. *c.* 8. *ante med.* Religare lactucæ ſolia. *Ovid. 14. Met. v.* 735. cincula laqnei ſoribus. *ſcil.* cauſa ſuſpendii. *Sueton. in Vitell. c.* 16. *extr.* canem pro foribus. *& cap.* 17. manus poſt terga. *Flor. l.* 3. *c.* 19. Latrones compedibus & catenis religare. *Colum. l.* 2. *c.* 18. *a med.* Defectam herbam religare, & exportare. ¶ Sæpe ad rem nauticam pertinet. *Caſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 15. Navres ad terrem. *Virg. Æn.* 7. *v.* 106. Gramineo ipæ religaeit ab aggere claſſem. *Ovid.* 13. *Met. v.* 439. Litore Threicio claſſem religarat Atrides. *Horat. l.* 1. *ſat.* 5. *v.* 18. oniæ paſtum rstinacula mulæ Nauta piger ſaxo religat. *Cajus Dig. lib.* 1. *tit.* 8. *leg.* 5. Riparum uſus publicus eſt jure gentium, ſtaque naves ad eas appellere, & funes ex arboribus ibi natis religare, cuilibet liberum eſt. *Senec. in Agamem. v.* 373. dicit, Delon inſulam, antea mari errantem, nunc ſtabilem, religare rates, cum ſſet aſſueta ſequi: quia naves ibi religatas firmas tenet. ¶ Translate *Cic. pro Dom. c.* 47. Numquid igitur is bona Lentuli religionibus religaeit? *Al. leg.* religioni obligaeit. ¶ Significat etiam ſolvere, *ſlegare, ſciogliere*. *Lucan. l.* 7. *v.* 860. Nullus ab Emathio religaſſet littore funem. *Catull. cum.* 63. *de nupt. Pel. & Thet. v.* 173. Indomito nec dira farem ſtipendia taum, Perfidus in Centam religaſſet nevita funem. & *carm. præced. de Ary, v.* 84. Ait hæc minas Cybelle, religatque juga manu. Supra dixerat *verſ.* 74. Ibi juncta juga reſolvens Cybele leonibus.

RELINO, is, relevi, relitum, 3. *operire, σκεπάζω*, quod oblitum, obturatumque erat, aperio. Solebant enim dolia, na quid vaporis exhalarre, quam accumtiſſime oblici. Unde cum aperirentur, dicebantur relini, ſoluta nimirum argilla, qua erant oblita. *Terent. Heaut.* 3. 1. 52. Relevi dolia omnia, omnes ferias. *Plaut. Stich.* 5. 4. 38. Nolo ego nos pro ſummo bibere: nulli relevimus poſtea, *ideſt* nulli deinceps viaum deprompſerimus. Ubi *relevimus* pro *relevevimus*, per ſyncop. (*Diomed. l.* 1. *pag.* 367. *Pauſch.* apud *Terent.* legit *relevi*, quia *limo & levi & livi* facit.) *Virgil. 4. Georg. v.* 228. mella ſervata theſauris relinere. *b. e.* e favis eximere.

RELINQUO, linquis, liqui, lictum, 3. *laſciare, tralaſciare, ἀνίημι, ἀφίημι*, dimitto, linquo, multum facio. *Cic. Fam.* 2. *ep.* 15. Q. Fratrem ſi reliquiſſem, dicerent inimi, non me plana poſt annum de proviacia deceſſiſſe, quoniam alterum me reliquiſſem. *Caſ. l.* 4. *B. Gall. c.* 37. Morini, quos Cæſar in Britanniam proficiſcens pacatos reliquerat. *& lib.* 7. *c.* 3. Legati quos Cæſar ad exercitum reliquerat. *& cap.* 40. Quem minoribus caſtris præſidio reliquerat. *Id. l.* 1. *B. Civ. c.* 78. Explicitus videbatur Herdam everti, quod ibi paululum frumenti reliquerant. *Cic. Verr.* 5. *c.* 48. Cum multis non modo granum nullum, ſed ne palræ quidem relinquerentur. *Id. de Provinc. conſul. c.* 3. *ad fin.* Omitto juriſdictionem contra leges, cædes relinquo, libidines prætereo. *Id.* 5. *Verr. c.* 44. *a med.* Audiſtis hæc, quæ nunc ego omnia prætereo ac relinquo. *Caſ. l.* 1. *B. Civ.*

B. *Civ.* c. 5. Nec tribunis pleb. extremi juris intercessione retinendi, quod L. Sylla reliquerat, facultas tribuitur. *Cic.* t. *Agrar.* c. 6. Ut vobis ne libertatem quidem recuperandæ spes relinquatur. *Stat.* 12. *Theb.* v. 566. & enſem, Jam lætus, fratris non frater corde reliquit. *Inferè ſitæ nil curo.* *Varr.* l. c. R. R. c. 44. *a med.* Agrum alternis annis reliqui oportet, aut paulo levioribus fatiſcibus ferere. *b. e.* intermitti, & ab ſerendo abſtineri. *Terent. Phorm.* 3. 3. 14. Parumne eſt, quod nobis ſuccenſet ſenex, ni inſtigemus eriam, ut nullus locus relinquatur preci? Alio ſenſu *Cic.* c. *Fam.* ep. 8. Nec precibus noſtris nec admonitionibus relinquit locum. *b. e.* ita ſue ſponte, & prompto animo agit, ut ſe rogari non ſinat. ¶ *Relinquitur*, reliquum eſt, reſtat, *reſta*. *Cæſ.* l. c. *B. Gall.* c. 9. Relinquebatur una per Sequanos via. quæ, Sequanis invitis, propter anguſtias ire non poterant. & *lib.* 5. c. 19. Relinquebatur, ut neque longius ab agmine diſcedi pateretur, &c. *reſtabat ſolæ, ibi*, &c. *Attic.* apud *Cicer. l.* 9. *ad Attic. ep.* 10. *a med.* Nihil relinquitur, niſi fuga. *Cic. to. Attic. ep.* 8. Rvlinquitur, ut, ſi vincimur in Hiſpaniis, quieſcamus. ¶ *Relinquimus* quæ poſt nos, & mortem noſtram manſura linquimus. *Cic. to Bruto*, c. 19. In Originibus ſuis ſcriptum reliquit Cato. *Id.* 2. *de Orat.* c. 46. *in fin* Quod a Democrito in ſcriptis relictum eſſe dicunt. *Terent. Hecut.* 3. 3. 41. Ea mortua eſt: reliquit filiam adoleſcentulam. *Cic.* 2. *Offic.* c. 16. Pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut brevem aut nullam omnino ſibi reliſturi. *Id. Verr.* 3. c. 49. *in fin.* In eo loco, in ſermone hominum, audaciæ ſuæ monumentum æternum relinquere. *Cic. Fam.* 2. *epiſt.* 3. Ut teſtatam apud animum tuum iſtiuſmodi, quid ſenſerim. ¶ Cum infinito *Sil. ſub fin. l.* 3. nullique reliquos Altius Auſoniæ penetrare in viſcera gentis. ¶ Pertinet ſæpe ad ultimas volnotates. *Cic. pro Roſc. Amer.* c. 7. *a med.* Fundos decem & tres reliquit, qui, &c. *Nep. in Ariſt. ſub fin.* In tanta paupertate deceſſit, ut qui efferretur, via reliquerit. *Terent. Eun.* t. 2. 40. Qui mihi reliquit hæc, quæ habeo, omnia. *Cic. pro Quinct.* c. 4. Heredem teſtamento reliquit huac P. Quintium. & *ibid.* Cum aris alieni aliquantum eſſet relictum. ¶ Sæpe eſt liquere, quæ non debemus, deſerere, deſtituere, *abbandonare*. *Plaut. Curcul.* 1. 3. *in fin.* Jamne ego relinquor? pulcre, Paliaure, perii? *Cic. pro Cæcin.* c. 18 Rem & cauſam communem non relinquere ſolum, ſed etiam prodere. & *cap. ult.* Jus ſuum diffulute relinquerv. *Ovid. Heroid. ep.* 10. v. 119. relinquire aliquem ſola tellure. *b. e.* in locis ſolis. Sic *Val. Flacc.* l. c. v. 448, celerem Scythica te mœſta relinquet arena. *Ovid.* 2. *ex Pont. ep.* 3. v. 18. In mediis lacera puppe relinquor aquis. *Nep. to Datam.* c. 6. *a med.* Coacti ſunt cum eis pugnare, ad quos tranſiſtant, ab hiſque ſtare, quos reliquerant. *b. e.* a quibus tranſfugerant. ¶ *Relinqui*, non juvari, non defendi. *Nep. in Datam.* c. 6. Quare relinqui eum non par eſſe, ſed omnes conſeſtim ſequi. ¶ *Relinquere animam*, mori, *laſciar la vita*. *Terent. Adelph.* 3. 5. 52. Animam relinquam potius, quam illas deſeram. *Virg. Georg.* 3. v. 547. aves alta vitam ſub nube relinquunt. Sic *Lucret. l.* 5. v. 64. & *Ovid. in Ibin*, v. 339. quam vita reliquit. *Nep. in Eumen.* c. 4. Non prius diſtracti ſunt, quam alterum anima reliquerit. *b. e.* defecit, *andò in deliquio*. & *Ovid. Met.* 12. *verſ.* 459 fugitque Et color, & ſanguis, animuſque reliquit euntem. ¶ *Relinquere omnia* quid ſit, V. in *Relictus*. ¶ *Relinquere* dicuntur etiam qui diſcedunt, abeuntque. *Ovid. Met.* 7. v. 57. Æoliam Pitanen a læva parte relinquit. & *lib.* 9. v. 645. Jam Cragon, & Lymiren, Xanthique reliquerat undas.

RELIQUA, orum, n. V. in *Reliquus*.

RELIQUATIO, onis, *f. reſto di conti*, quod rationibus deductis eſt reliquum. *Paul Dig. lib.* 26. *tit.* 7. *leg.* 43. Sed etſi pupillus poſt pubertatem rationibus a tutore acceptis reliquationem ejus ſecutus uſuras acceptaverit. ¶ Eandem vocem ſcite tranſtulit *Tertullianus* ad id, quod in ætate reſiduum eſt. Nam *lib. de anima*, c. 56. ait: Donec reliquatio compleatur ætatis. & *mox*. Nulla erit reliquatio temporum.

RELIQUATOR, oris, m. *debitore di reſti*, qui integrum debitum non ſolvit, aliquidque adhuc reliqui debet, ſeu partem æris alieni ſervat ſibi; qui reliqua contraxit. *Scævola Dig. lib.* 46. *tit.* 3. *leg.* 102. Cum ſuperioris anni ſit reliquator.

RELIQUATRIX, icis, *f.* quæ integrum debitum non ſalvit. *Tertull. de anim.* c. 35. Anima reliquatrix delictorum, donec exſolvat noviſſimum quadrantem.

RELIQUIÆ, arum, *f. avanzi, avanzo, rimanente, rimaſugli, reſto, reſtuo, reliquie*, τὰ λείψανα, τὰ λοιπά, pauca illa, quæ ex aliqua re relicta ſunt. *Cic.* 2 *de nat Deor.* c. 55. Reliquiæ cibi depelluntur, tum adſtringentibus ſe inteſtinis, tum relaxantibus. *Phædr. l.* 3. *fab.* 2. v. 6. reliquiæ vini. & *lib.* 5. *fab.* 4 v. 3. hordei. *Celſ. l.* 3. c. 4. *ad fin.* febris. *Plin. l.* 34. c. 7 *poſt med.* limæ. *limature*. *Cæſ. l.* 3. *B. Civ.* c. 21. Quod magnis muneribus datis, gladiatoriæ familiæ reliquias habebat. *Nep. in Themiſt.* c. 5. Eſſe male rem geſtam, tamen tantas habebat reliquias copiarum, ut, &c. *Liv. l.* 21. c. 56 Reliquias tantæ cladis velut ex naufragio colligens. *Hirt. de B. Alex.* c. 40. *extr.* Reliquias exercitus diſſipati colligere. *Salluſt in orat. Philippi contra Lepid.* Reliquiæ belli. *Id. in orat. Macri Licin. ad pleb. a med.* Reliquias exſulum perſequi. *Cic. Philad.* 4. c. 1. Reliquiæ conjurationis. *Id. de Senect.* c. 6. *a med.* Quam palmam utinam dii immortales tibi, Scipio, reſervent, ut avi reliquias perſequare. *b. e* quas Afericanus major bello Carthaginienſi reliquit, domitis quidem Pœnis, ſed non deletis. *Terent. Adelph.* 3. 3. 90. Quam gaudeo, ubi vivum hujus generis reliquias reſtare video. *b. e.* hujus generis hominum aliquos virtute ac fide aliquos ſupereſſe video. ¶ Præcipue cineres crematorum cadaverum, & oſſa reliquiæ ſunt, ut *Servius ad Æn. n.* v. 539. docet. *Senec. ep.* 92. *in fin.* Neminem de ſupremo officio rogo: nulli reliquias meas commendo. *Tacit.* 1. *Ann.* c. 75. Feroles reliquias ſinu ferra. & *l.* 3. c. 4. inferre tumulo. & *lib.* 1. c. 62. humo tegere. *Sueton. in Aug. cap.* 100. *ſub fin.* legere, & in Manſoleo condere. *Id. in Donat.* c. 8. *extr.* Oſſa & reliquias mari mergere. *Virg.* 5. Æn. v. 47. reliquias & oſſa parentis condere terra. ¶ Et quæ cœna peracta ſuperſunt. *Phædr. l.* 1. *fab.* 22. v. 6. Laboras, ut fruaris reliquiis. Adde *Plaut. Curcul.* 2. 3. 42. *Sueton. in Galb.* c. 22. *Petron. in fragm. Trogut. cap.* 67. *Buon.* In illo *Senecæ de conſtant. ſap.* c. 13. Nec medicus reliquias & effuſa intueri dedignatur. *reliquias extremenia alvi, effuſa* veſicæ intelligo. ¶ In ſagnum. *Apul. in Apolog. in form. de decuſſoria*. Conterritorem peditanæ reliquiæ. *b. e.* eorum, quæ en hiſterna cœna inter dentes hæſere. ¶ In neutro genere. *Phædr. loc. cit.* Ut fruaris reliquiis, quæ ſint roſuri. *Al. leg.* reliquis: *alii* quas. *Plaut. Mil.* 1. 1. 54. At pedicatus reliqua vrant ſi vivacent. Al. leg. *reliquus*. ¶ In carmine ut prima producatur ſolet *l* geminari. *Virg.* 1. *Æn.* v. 34. Troas, reliquias Danaum atque immitis Achilli. Adde *Lucret. Macrob.* &c. Suat tamen, qui ſimplici liquida ſcribi malunt, quod re ſit commune. V. Rr.

RELIQUOR, aris, mus ſum, depon. *t. eſſe debitore di reſti, dover qualche reſto di debiti*, λειτουργεῖσθαι, λειτουργῶ, partam debiti non ſolutam reliqui, reliqua debeo, reliquis obnoxius ſum. *Ulpian. Dig. lib.* 50. *tit.* 4. *leg.* 6. *trece med.* Eos debitores rerum publicarum accipere debemus, qui ex adminiſtratione rei publicæ reliquantur. *Scævola Dig. lib.* 33. *tit.* 8. *leg.* 23. Stichus ſummas, quibus reliquatus erat, tam ea calendario, quam ex variis cauſis reddidit. *Id. ibid. tit.* 7. *leg* 20. Stichus ſervus prædium unum ex his coluit, & reliquatus eſt amplam ſummam. *Paul. l.* 26. *tit.* 7. *leg.* 45. Debitum quod ex conductione reliquatus eſt. ¶ Active poſitione *Ulpian. lib.* 34. *tit.* 3. *leg.* 9. Si quis rationes ſangere vetetur, non impeditur reliqua exigere, quæ quis ſe reliquavit. Ita *Torrent.* at *Heinec.* habet, *qua quis ipſe reliquavit*. Senſus eſt: Exigere reliqua, quæ aliquis non ſoluta reliquit.

RELIQUUS, a, um, *remanente, reſto, reſtante, altro, reſiduo*, λοιπὸς, qui relictus eſt, reſiduus, reliqua pars. *Cic. Acad.* 4 c. 2. Sunt enim multi, qui omnino Græces non amant litteras, plures qui philoſophiam; reliqui qui vitamſi hæc non improbent, tamen, &c. *Cæſ. l.* 4. *B. Gall. cap.* 4. *extr.* Reliquam partem hiemis ſe eorum copiis aluerunt. & *lib.* 1. c. 5. Oppida, vicos, reliqua privata ædificia incendunt. & *lib.* 2. c. 2. Dat negotium Senonibus, reliquiſque Gallis, ut, &c. & *cap.* 10. *ad fin.* Ad eam ſententiam, cum reliquis cauſis, hæc quoque ratio eos deduxit. *Nep. in Themiſt.* c. 2. *in fin.* Arcem ſacerdotibus tradunt, reliquum oppidum relinquunt. *b. e.* reliquam partem oppidi. *Id. in Datam.* c. 2. Exercituſque reliquis conſervatus eſt. *b. e.* reliqua exercitus pars. *Cic.* 3. *de Legib.* c. 7. Illud habet conſul, ut ei reliqui magiſtratus omnes pareant, excepto tribuno. *tutti gli altri*: ceteri, alii. Sic *Juſtin. l.* 2. *cap.* 2. Aurum & argentum periode aſperanatur (*Scythæ*) ac reliqui mortales appetunt. *Cic. de Univerſ. cap.* 11. Ut Ocreanum Salaciamque Cæli ſatu Terræque conceptu generatos memoremus, ex his Phorcyn, Saturnum, & Opem, deinceps Jovem atque Junonem reliquos. Ubi ortanda conjunctionis & omiſſio. Sic *Phil.* 2. *cap.* 25 *ſub fin.* Conſtitue Brutorum, C. Caſſii, Cn. Domitii, C. Trebonii, reliquorum, quam velis eſſe cauſam. ¶ *Reliquus eſt*, reſtat, ſupereſt. *Cic. Fam.* 13. *ep.* 39. Cum familia Titernia neceſſitudo mihi intercedit vetus: ex qua reliquus eſt M. Titurnius Rufus. *è ſimoſto*. & *Verr.* 4. c. 27. Erant mihi oppida complura etiam reliqua, quæ edire vellem. *mi reſtavano ancora*. & *lib.* 9. *ep* 20. *ſub fin.* Potes multo iſto, quem tibi reliquum eſſe dicis, cum eaotheriam comediſti, Romam pervehi. *the dies ſola reſtavi*. & *in Divin. Verr.* c. 5. Si qua reliqua ſpes eſt, quæ ſociorum animos confolari poſſit. *ſe rimane*. Et abſolutv *Id. pro Sull. cap.* 31. *extr.* Quid enim vſ hunc reliqui, quod eum in hac vita teneat? *Id* 2. *de Fin.* c. 31: *ouri mea*. Cum reliqui nihil ſit omnino, quod pertineat ad nos. *Nepos in Timol.* c. 3. *a med.* Impetium depoſuit, & privatus Syracuſis, quod reliquum vitæ fuit, vixit. *Plaut. Caſi. in fin.* Nunc quod ad vos ſpectatores reliquum relinquitur, date plauſum extrema in Comœdia. *Terent. Heaut.* 2. 2. 19. Quid reliqui eſt, quin habeat; &c? ¶ *Reliquum eſt*, ſupereſt, reſtat, *reſta, rimane*. *Cic.* 7. *Fam. epiſt.* 32. Quod quando uterque noſtrum confecutus eſt, reliquum eſt, ut offiviis certemus inter nos. *Nep. in Attic.* c. 22. Reliquum vſ, ut egomet mihi conſulam. *reſta ſola, che*, &c. *Salluſt. ex mor. Lucin. ad pleb.* Nunc horrori modo reliquum eſt, & ire, &c. *Id. in fin. orat.* 1. *ad Cæſ.* Reliquum eſt optare, ut quæ tibi placuerint, ea diu immortales aprobeant. ¶ *Reliquum habeo*, mihi ſupereſt. *Cic. Fam.* 9. *ep.* 25 Moriar, ſi præter te quemquem reliquum habeo, in quo poſſim imeginem antiquæ feſtivitatis agnoſcere. ¶ *Reliquum facere*, relinquere, omittere, *laſciare, tralaſciare*. *Nep. in Attic.* c. 21. *ad fin.* Nihil erliqui feci, quod ad famandum me pertineret. *Cic. Fam.* 3. *epiſt* 23. Non ſolum auctoritate, ſed etiam opera, conſilio, nullum onus officii vuiquam reliquum feciſti. *Id. Attic. l.* 3. *ep.* 8. Tum vero hæc cura addita vin mihi etiam reliquum facit. *Id. Verr.* 5. c. 44. Duarum mihi civitatum reliquos ſoci egros. *b. e.* reliqui, de quibus dicerem. & *cap* 48. *in fin.* Quibus nihil non modo de fructu, ſed ne de bonis quidem ſuis reliqui fecit. & *cap.* 55 *ad fin.* Quibus araturam ſaltem aliquod ſarvilis illius Apronius reliquum fecit. *Cæſ. l.* 2. *B. Gall.* c. 26. *extr.* Nihil ad celeritatem ſibi reliqui fecerunt. *nulla omiſero*. & *Tacit.* t. *Ann.* c. 21. Nihil reliqui faciunt, quo minus invidiam, miſericordiam, metum, & iras permoverent. *Salluſt. ex Coniſ.* c. 29. *extr.* Quibus lubido atque

quæ luxuria ex magnis rapinis oihil reliqui fecerant. ¶ Aliquando quæ poſt futura ſunt, reſpicit. *Cic. Q. Fr. l. & ep.* 1. *r.* 15. Illud cogita, nos non de reliqua & ſperata glorie jam laborare, ſed de perta dimicare. *Id. pro Sext.* c. 34. Spe reliquæ tranquillitatis præſentes fluctus fugiſſe. *Plaut. Caſ.* 5. 1. 3. Nunquam ecaſtor ullo die niſi adæque t neque hoc quod reliquum eſt (*ſcil.* vita) plus ciſuram opinor. *Nep. in Themiſt.* c. 2. Non ſolum præſenti bello, ſed etiam reliquo tempore ferociorem reddidit civitatem. ¶ *In reliquum*, in futurum, in reliquum tempus. *Plaut. ad Cicer. Fam.* 10. *ep.* 7. *in fin.* A te peto, ut quarum rerum ſpe ad laudem me vocaſti, earum fructu in reliquum fecias alacriorem. *per l' avvenire.* & *Salluſt. in Jug.* c. 46. Pluſque in reliquum bibi timoris, quam poteſtis addidit. *Liv. l.* 36. *r.* 10. *in fin.* Appius Lariſſam, ad confirmandos in reliquum ſociorum animos, deſcendit. Plene *Caſ. l.* 3. *B. Gall.* c. 16. In quos eo graviue Cæſar vindicendum ſtatuit, quo diligentius in reliquum tempus jus legatorum conſervaretur. & *Cic. Verr.* 5. *r.* 55. In reliquum tempus ait ſe veſtigalibus proſpexiſſe. ¶ *Quod reliquum eſt, de reliquo*, quod ad reliqua attinet, ceterum, *del rimanente, del reſto?* & ſervit conjungendo ſermoni. *Cic. Fam.* 13. *ep.* 73. Quod reliquum eſt, ſic velim exiſtimes, &c. *Plaue. ad Cicer. ep.* 11. *l.* 10. *Fam.* Quod reliquum eſt, tuum munus tuere. *Cic. 6. Fam. ep.* 10. *a med.* De reliquo, ut te ſæpe per littems hortatus ſum, ita velim tibi perſuadeas, te nihil hebere, &c. *Id.* 1. *de Orat.* c. 21. De reliquo jam noſtra culpa fuerit, ſi, &c. *Id. Attic. l.* 16. *ep.* 13. De reliquo quid tibi ego dicam? ardeo ſtudio hiſtoriæ. ¶ *Reliquum*, de reliquo, ceterum. *Plaut. in fragm.* apud *Non. r.* 3. *n.* 54. Ad cubitum mage ſum exercita: reliquum ad curſuram ſum tardiuſcula. Al. aliter leg. ¶ *Et reliqua*, & cetera, *eccetera. Veſpic. in Firmo, r.* 5. *extr.* Quare ſanctiſſimi Quirites, & reliqua. ¶ Sæpe *reliquus* ad res alienum refertur, cujus pars aliqua, ſubductis rationibus, ſolvenda relicta eſt, *reſiduo di debiti:* tum ex parte debitoris, tum creditoris. *Cic. ad Plane. poſt ep.* 16. *l.* 16. *ad Attic.* Ut pecuniam reliquum Buthrotii ad diem ſolverent. *Coto R. R. c.* 2. *n med.* Putare rationem viecriam, oltariem: quid vænierit, quid exactum ſiet, quid reliquum ſiet. *Terent. Phorm.* 1. 1. 2. Erat ei de ratiuncula jampridem apud me reliquum pauxillulum oummorum. ¶ Hinc *reliqua, orum*, ipſa reliqua pare debiti, aut crediti, *reſti. Cic.* 25. *Attic. ep.* 15. Cum ex reliquis, quæ Eros nobis April. fecit, abundare debeam, cogor muturi. & *lib.* 16. *ep.* 15. *a med.* Cum enim tseta reliqua ſint, ne Terentiæ quidem adhuc, quod ſolvam, expeditum eſt. & *lib.* 6. *ep.* 1. *a med.* Reliqua mea Camillus ſcribi ſe accepiſſe. In numo Hadrieni *in Muſ. Theuspol. pag.* 475. & apud *Mediobarb.* Reliqua vetera HS. novies millire abolita. *reſti da debito pubblici.* ¶ *Reliqua trahere*, eſt contrahere, reliqueri, æcis alieoi partem non ſolutem relinquere, *undar in reſto. Papinian. Dig. lib.* 40. *tit.* 7. *leg.* 34. *ante med.* Ut ſi reliqua non trahat, liber ſit: quod ſi trahet, ita demum, ſi obtulerit eam quantitatem, quæ relinqui debuit. Adde *Paul. lib.* 26. *tit.* 7. *leg.* 45. ¶ *Reliqua habere*, debere. *Paul. lib.* 35. *tit.* 1. *leg.* 79. ¶ In ſing. numero, *Id. lib.* 49. *tit.* 14. *leg.* 45. *ad f.* Niſi forte fidejuſſores minus idonei ſint, & in reliquum non ecſolutæ quæritatie eccefferint. *Plaut. Caſtell.* 1. 3. 40. Nunc quod reliquum eſt, volo perſolvere, ut expugatur nomex, ne quid debeam. ¶ *Reliqua corporis*, reliquiæ. *Aurel. Vict. de Cæſarib.* c. 21. *extr.* Cum Syriem circumgredeiotur, anno potentiæ ſexto moritur. Corporis reliqua luctu publico relata Romam, atque inter Antoninos ſumerata ſunt. ¶ Prime ſyllaba producitur in illo *Plauti Trucul. prol.* v. 15. Sed reliquam det operam, *ne ſit* reliquum. & *Lucret. l.* 1. v. 560. Nunquam reliquo reparari tempore poſſet. Ubi etiam quadrifyllaba vox fit per diæreſim: & ſunt qui malient ſcribi *relicuo*. Sic apud *Phædr. fab.* 4. *verſ.* 2. Intee reliquas marces atque obſoiie: al. *relicuas*: quod tamen neceſſe non eſt: ati neque geminari liquidem, cum *re* producitur. V. *Re*.

RELISUS, a, um, *percuſſe, ammaccato*, cuſſiſus, obliſus. *Prudent. apoſt cap.* 12. *de S. Caſſiano*, v. 47. Conjiciunt alii ſiagilre, inque nea tabellas Frangunt: reliſa fronte ligmum diſſilit. *Id. in Apotheoſ.* v. 162. Hanc igitor non ſtagra ſecant, non ſputa ſalivis Aſpergunt, alapie non vexat palme reliſe.

RELOCO, as, avi, atum, a. 1. *affittare di nuovo*, rurſus loco. *Ulpian. Dig. lib.* 19. *tit.* 2. *leg.* 13. *poſt med.* Si in lege operis locandi comprehenſum eſſet, ut ſi ad diem effectum non eſſet, alii relocare id liceret; non alias prior conductor ex locato tenebitur, quam ſi eadem lege relocatum eſſet: nec ante relocari id poteſt, quam dies efficiendi præteriſſet.

RELOQUOR, erie, dep. 3. rurſus loquor, vel reſpondeo. *Varr. l.* 5. *L. L. c.* 7. *ante med.* Dicuntur eloqui, & reloqui in fanis Sabinis e cella dei.

RELUCĔO, es, luxi, n. 2. *rilucere, riſplendere*, λιγλάζειν, lucem remitto, aut emitto, reſplendeo. *Cic. in Arat. l.* 2. *de nat. Deor. r.* 41. Huic noo nea modo caput ornans ſtella relucet. *Virg.* 2. *Æn.* v. 312. Sigea igni freta lata relucent. *Ouid. 11. Met.* v. 617. veRis fulgore reluxit ſucra domus. *Plin. in Paneg. c.* 52. Tota area hinc auro, hinc argento relucebat. *Plin. alter l.* 9. *cap.* 27. Piſcie lucerna trenquillis noctibus relucet. *Liv. l.* 22. *r.* 17. Ex capite boum relucens flamma. *Virg.* 12. *Æn.* v. 300. Ocenpee os flammis. olli ingens barba reluxit, Nidoremque embuſta dedit. *Petron. in Satyr. c.* 127. Toto mihi clarius cælo ncſcio quid relucenre. *Gell. l.* 17. *c.* 10. *ſub fin.* Favilla ignea, & relucens. *Plin. l. & ep.* 8. Fons purus & vitreus, ut numerere jactas ſtipes, & relucentes calculos poſſis. ¶ Abſolute *Plin. l.* 6. *ep.* 20. *a med.* Paulum reluxit, quod non dies nobie, ſed adventantie ignis indiciare fuit. ¶ Teanelata *Val. Max. l.* 9. *c. ult. n.* 6. Poſtquam a Sullana violentia Cæſariana æquitas reluxit.

RELUCTATIO. V. *Reluctatio*.

RELUCTATUS. } V. *Reluctor*.
RELUCTO. }

RELUCTOR, aris, ator ſum, depon. 1 *eſſer renitente, reſiſtere, ripugnare, ἀντιπαλεῖν, ἀντιπάσχειν*, obluctor, reſiſto, obſiſto, repugno. *Quinct. in proœm. l.* 1. Cum a me poſtularent, ut aliquid de mtione dicendi componerem, diu ſum equidem reluctatus. *Martial. l.* 5. *epigr.* 36. Et ſuſcitanti Lectio reluctetur. *Senec. in Herc. Oet. v.* 1728. Refugit ignis, & reluctantur faces, & membra vitant. *Plin. lib.* 10. *epiſt.* 26. Continuæ envigationi Eteſiæ reluctantur. ¶ Cum infinito *Claudian. l.* 2. *in Ruſin.* v. 353. equitre illic poſcentia curſum Ora reluctantur preſſis ſedare lupetie. *b. r.* conantur, erdori equorum obſtilendo. ¶ Uſum habet maxime in participiis. *Virg.* 4. *Georg.* v. 300. huic geminæ nares, & ſpiritus oris Multa reluctanti obſuitur. *Ouid.* 2. *Amor. el.* 9. *v.* 12. Pigra reluctanti ceſſat in hoſte manus. & *lib.* 3. *el.* 4. v. 13. Vidi ego nupee equum, contra ſus vincla renacem, Ore reluctanti fulminis ire modo: Coeſtirit, ut primum conceſſes ſenſit habenas. *Horat. l.* & *od.* 4. v. 11. Reluctantes dracones. *Ouid Heroid. ep.* 6. *v.* 85. Illa reluctentem curru deducere Lunam Nititur. *Tacit.* 4. *Ann.* c. 22. In cubiculo reluctantis & impulſæ veſtigia ceeoebantur. *Petron. in Satyr. c.* 121. *a med.* Vis tu, reviviſcere reluctantibus fatis exſtioctum? *Quintil. lib.* 9. *cap.* 4. *poſt init.* Inter obſtantia ſæva ſanctæ aquæ, & reluctcetes. *Veliej. l.* 2. *cap.* 101. *ſub fin.* Dia reluctetus invituſque revertens in Italiam. *Plin. in Panog.* 1. 60. His tot tantiſque rationibus, quamquam multum reluctata verecundia Principis noſtri, tandem temen ceſſit. ¶ *Reluctarus* paſſive, ut videtur. *Claudian. l.* 1. *de rapt. Proſerp.* v. 42. Pæna reluctatie iterum pugnaetia rebus Rupiſſent elemente fidem. ¶ Activa poſitione *Apul. l.* 4. *Metam.* Jam faucibus ipſis hinotis Cerberi reluctabat. & *lib.* 7. Centunculie mele conſarcinatæ ſemiamictne, inter quos pectus & venter cruſtata craſſitie reluctabat.

RELŌDO, is, uſi, a. 3. contra illodo. *Senec. l.* 2. *controv.* 10. *circa med.* Temerarios mariti jocoe reluſit.

RELUMINO, as, a. 1. rurſus illumino. *Tertull. in Apolog. cap.* 21. Cum ille cæcos reluminaret. Adde *de anim. c.* 34. & *Paulin. Nolan. epiſt.* 30. (*al.* 8.) *cap.* 4. Reluminare quod cæcatum fuerat.

RELŪO, is, n. 3. *Feſtus*: Reluere, reſolvere, repignerare (*riſcuotere il pegno, diſimpignorare*, quaſi rurſus luo ac ſolvo, ut rem oppignoretam redimam.) Cæciline: Ut aurum, veſtem, quod matris fuit, reluat, quod viva ipſi oppoſuit pignori. ¶ Pro ſolvere, *ſlegare*, uſurpaſſe videtur *Afran.* apud *Non. c.* 1. *n.* 259. vel pro lavare: Sed verba ejus obſcura ſune, aut corrupta.

RELUVIA, & Reluvium. V. *Redivia*.

REMACRESCO, is, crui, n. 3. *fmagrire, aſſottigliarſi, ἀνιᾶσθαι, ἀσχαλᾶσθαι*, macer ſio, extenuor, macefco. *Sueton. in Domit. c.* 18. Calvitie deformis, & obeſitate ventris, & crurum gracilitate: quæ tamen ei valitudine longe remacruerant.

REMALEDĪCO, is, *rimaledire, ἀντικακολογεῖν*, viciſſim maledico. *Veſpaſianus* apud *Sueton. in Veſpaſ. cap.* 9. *extr.* Non oportere maledici ſenetoribus: remaledici civite taſqus eſſe.

REMANCIPATAM Gallus Ælius eſſe ait, quæ mancipeta ſit ab eo, cui in manum convenerit. *Feſtus. Gloſſa*: Emancipat, *ἀπεμπολᾷ, ἀπεπωλήσατο*. Remancipo, *ἀπεμπολῶ*.

REMANDO, is, di, ſum, n. 3. *rumiware, rimaſticare, ἀναμασσᾶσθαι*, rumino, rurſus mando. *Plin. l.* 10. *cap.* 73. Pontici mures ſimili modo remeodum. *Quintil. l.* 11. *c.* 2. *a med.* Devoret initio tardium illud & ſcripta, & lecta ſæpius revolvendi, & quaſi eundem cibum remandeodi.

REMANDO, as, a. 1. irerum, aot viciſſim mendo. *Eutrop. lib.* 2. *cap.* 13. Pax diſplicuit: remandatumque Pyrrho a Senatu eſt, eum cum Romenti, niſi ex Italia receſſiſſet, pacem habera non poſſe.

REMANĔO, es, anſi, anſum, n. 2. *reſtare, rimanere, ἀναμένω*, non abeo, reſto, reſideo, maneo. *Ouid. Met.* 3. v. 477. Quo fugis? o remane, oec me, crudelis, amantem Deſere. *Cic. 10 fin. l.* 4. *Acad.* Ita ſermona confecto, Catulus remanſit, nos ad naviculas noſtras deſceodimus. *Id. Fam. 6. ep.* 3. *a med.* Nihilo te nunc majore in diſcrimine eſſe, quam quemvie aot eorum qui diſceſſerint, aut eorum qui remanſerint. *Cæſar l.* 4. *B. Gall.* c. 1. Singula millia ex ſuis finibus educunt: reliqui domi remaneet. & *mox*. Nequr longue anno remanere una io loco, incolendi cauſa, licet. & *cap.* 2. Equos eodem remanere veſtigio aſſuefaciunt. & *cap.* 15. *in fin.* Remanere ſe apud exm velle, dixerunt. *Horat. l.* 1. *od.* 26. v. 7. impium Lemte clamorem ſodales, Et cubito remanete preſſo. *Nep. in Epamin. c.* 9. *a med.* Si ſerrum, quod in corpore remanſerat, extoxiſſet. ¶ Duro, perſiſto, perſevero, ſuperſum, *durare, perſiſtere. Caſ. ſub fin. c.* 35. *l.* 7. *B. Gall.* Iiſdem ſublicis, quarum pare ioferior inregre remanebat, pontem reficere cœpit. *Vellej. l.* 2. c. 123. Volens omnia poſt ſe ſalva remanere. *Salluſt. in Jug. c.* 26. *in fin.* Si illa apud vos memoria remanet avi mei. & *cap.* 62. *a med.* Eum obſecmt, ne quam contumeliam remenere in exercitu victore ſinat. *Ouid.* 1. *Triſt. el.* 9. *v.* 23. in duris remanentem rebus amicum. *Cic. pro Roſc. Amer. cap.* 10. Io qua muliere, quaſi exempli cauſa, veſtigia antiqui officii remanent. *Id. pro leg. Manil. c.* 18. Rhodiorum uſque ed noſtram memoriam diſciplina navalis & gloria remanſit. *Petron. in Satyr.* c. 109. Ne reſidua in animis, etiam poſt jusjurandum, ira remaneret. *Senec. in Med. v.* 41.

Si quid antiqui tibi rerumnæ vigoris, pallæ feminæos metus. *Varr. l. 5. de L. L. c. 6. e med.* Id quad remanſit in mente.

REMANO, as, n. c. *ἀναβαίνω*, reſtuo. *Lucret. l. 5. v. 270.* retroque remanat Materies humoris. ¶ Aliquando eſt repetere, redire. *Enn.* apud *Feſt.* Deſiituant rivos, campoſque remanant. Al. leg. *remeant*, alii aliter. V. *Remeant*.

REMANSIO, onis, f. *ἡ ἀναμονή, ἀναμονή*, actus remanendi. *Cic. pro Leger. c. 2.* Profectio certa animum tuum non debet offendere. num igitur remanſio? multo minus. Adde *ad Q. Fr. l. 3. ep. 2. c. 5. e med.*

REMANSOR, oris, m. dicitur de milite, qui longius extra caſtra remanet, quam cummeatus imperatoris permittat. *Arrian. Menand. Dig. lib. 49. tit. 16. leg. 4. ad fin.* Edictum Germanici Cæſaris militem defertorem faciebat, qui diu abfuiſſet, ut is inter remanſores haberetur. *& leg. 5. ad fin.* Si remanſor, aut negligens ſuorum, aut ſegnis, &c. Ita editiones *Terrentini, Gothofredi*, & *Pariſina* 1562. Aliæ eure *Halandr.* habent *emanſor*. ¶ *Remanſor* etiam dicitur, qui cum venia imperatoris domi remanet, uliis in expeditionem ſzeuntibus, nihilominus ſacramento obſtrictus, ac ſtipendia mereas: quod virtutis, ac naviter præſtitæ in bello operæ præmium eſt. *Inſcript.* exſtata circa Ann. Chr. CC. apud *Murator. pag. 347. n. 2.* Pro reditu earum ab expeditione Parthica quod voverat, aram marmoream poſuit ſua pecunia M. Aurelius Nepos Remanſor. Dedicata Ka. April. Severo & Victorino Coſ.

REMANT, rapetunt. Ennius libro primo: deſunt rivos, carpoſque remant. Hæc *Feſtus*. Videtur autem *remo, as*, eſſe quaſi *remee, repero*, redeo. Unde *Lucret. l. 3. v. 69.* Refugiſſe volunt longe, longeque remaſſe. *Syncope pro* remaviſſe. Sed locus *Feſti & Ennii* corruptus eſſe videtur: *Lucretii* certe dubius eſt. nec alii *remaſſe* legunt per ſyncop. pro *removiſſe*: alii *receſſe* pro *receſſiſſe*. V. *Remano*.

REMEABILIS, le, qui remeare, ſeu redire ſolet, aut poteſt. *Remeabile ſaxum* dicitur a *Sisyphi* a Sisypho tollitur, & provolvitur: *lib. 4. Theb. v. 537.* qrés animi remeabile ſaxum, Fallentesque lacus, Tytioque alitrenta volucrum, Et caligantem longis Ixiona gyris Nefciat? *Prudent. in Apotheoſ. v. 1117.* Cum moritur Chriſtus, cum ſtebiliter tumulatur, Me video. e tumulo cum jam ramabilis adſtat, Cerno Deum. *Tertull. de reſurr. carn. c. 2. e med.* Animam in corpora remeabilem affirmant.

REMEACULUM, i, n. reditio, reditus, *itinere*. *Apul. l. 6. Metam.* Illuminatam Proſerpinæ nuptiarum demeacula, & luminoſarum Filiæ inventionum remeacula.

REMEATUS, us, m. *itinere*, reditus, reditio. *Martian. Dig. lib. 48. tit. 19. leg. 4. in fin.* Nemo poteſt commeatum remeatumve dare exſuli, niſi Imperator.

REMEDIABILIS, le, *remediabile*, cui facile remedium inveniri poteſt. *Senec. epiſt. 95.* Minora precantes, & levi cura remediabiles. Alii leg. *medicabiles*.

REMEDIALIS, le, adject. ut Vis remedialis, quæ ſanitatem, ſeu remedium continet, apud *Macrob. l. 7. Saturn. c. ult. in fin.*

REMEDIATIO, onis, f. curatio, ſanatio. *Scribon. Larg. compoſ. 11.* Torpor eſt ſignum remediationis.

REMEDIATOR, oris, qui remedium affert. *Tertull. lib. 4. adverſ. Marcion. cap. 8.* Remediator valetudinum. *& cap. 35.* Remediator languorem.

REMEDIATUS, a, um, particip. curatus, ſanatus. *Scrib. Larg. compoſ. 122. ſub fin.* Oportet tamen non indifferenter remediatos in futurum vivere. *Tertull. ad Scapul. l. 4.* A dæmoniis aut valetudinibus remediati ſunt.

REMEDIO, as, avi, atum, a. 1. *rimediare*, remedium affero, curo, ſano. *Scribon. Larg. compoſ. 11.* Capitis doloram in perpetuum remediat. Adde *Tertull. l. 4. adverſ. Marcion. c. 35.* ¶ Et paſſive *id. Scribon. compoſ. 18.* Viros facilius mulieribus remediari. Adde *Tertull. de Reſurr. l. 9. & Apul. de herb. cap. 111.* ¶ Et deponentis forma. *Id. Apul. ibid. c. 2.* Herba quinquefolium mire remediatur. *& cap. 105.* Febricitanti mire remediaberis. Adde *Hieronym. ep. 23. ad Ceſtrum. circa med.*

REMEDITOR, aris, depon. 1. rurſus meditor. *Senec. ep. 72.* Liqueſcat mihi, ſi remeditari poſſam. Ita legit *J. Lipſ.* alii aliter.

REMEDIUM, ii, n. *rimedio, medicina, ἄκος, βοήθημα*, id quod recidendi cauſa adhibetur, medicamentum: a *re*, & *medeor. Lucret. l. 6. v. 1213.* Incomiſta rapi carnabant funera vaſta, Nec ratio remedi communis certa dabatur. *Cic. 2. de nat. Deor. c. 50.* Panthereas, quæ venenata carne vulceretur, remedium quoddam habere, quo cum eſſent uſæ, non morerentur. *Id. Phil. 13. cap. 12. e med.* Qui tuis veneficiis remedia invenit. *Id. Tuſcul. 5. n. 16.* Illa ſibi remedia comperavit ad ralerandum dolorem. *Juſtin. l. 28. c. 6. ad fi.* Cum peſte laborarent, cruenta ſacrorum religione, & ſcelere pro remedio uſi ſunt. *Celſ. l. 3. cap. 9.* Ægros contrariis remediis ſanara. *Id. l. 4. c. 20. e med. & Colum. l. 6. c. 13.* Si purgatio nimia nocet remedio ſunt cucurbitulæ. *Celſ. l. 4. c. 6.* Remedium eſt magni & recentis doloris ſanguis miſſus. *Plin. l. 28. c. 6.* Remedium alicui adhibere. *& lib. 30. c. 6.* facere licui. *Id. l. 17. c. 12. ad fin.* Proſerpinaca eſt eximii adverſus ſcorpiones remedii. *Id. l. 36. c. 20. e med.* Hæmatites eſt præcipui remedii ad jocineris vitia. *Id.* de phalangii ictu *l. 29. c. 4. e med.* In remedio eſt, ſi quis ejuſdere generis uiterure percuſſo offendat. *Id. l. 22. c. 17.* Tradit odorem (*brati arboris*) eſſe proximum cedro, fumumque ejus contra ligna alia remedio. *& lib. 28. c. 4.* Abſtinere cibo unoi, in præſentiſſimis remediis habetur. *Id. l. 28. c. 21. poſt med.* Magnum remedium eſt in luporum capitis cinere. *Id. l. 22. c. 53. in fi.* Vomitiones homini ad hæc in remedium excogitatæ. *Id. l. 8. c. 51.*

Remedium eſt (*aberrat ſanum*) ne prima ſubatione coitus fiat. *Id. l. 28. c. 8. rarr.* Siligo biennio in triticum tranſit. Remedium, ut graviſſimæ quoque grana ejus ſervatur. ¶ Transfertur ad cunctumque incommodi proviſionem cautionemque. *Cæſ. l. 1. B. Civ. c. 81.* Quantum caſtra protuleraut, tanto aberant ab aqua longius: & præſtani malo aliis malis remedia dabantur. *Salluſt. in Catil. c. 41.* Miſeriis ſuis remedium, mortem exſpectant. *Liv. in præfat. & med.* Donec ad hæc tempora, quibus nec vitia noſtra, nec remedia pati poſſumus, perventum eſt. *Cic. pro Cluent. c. 9.* Oppianicus domo ſibi quærendum remedium ſuſtinuit ad eam rem, quæ nuptiis afferebatur. *& cap. 24. ad fin.* Acrioribus ſaluti ſuæ remediis ſubveniendum putavit. *Id. pro Sull. 1. 23. extr.* In adverſis ſine ullo remedio atque allevamento permanere. *Id. Verr. 7. c. 10. e med.* Ad magnitudinem frigorum, & ad tempeſtates vim præcluſerem ſibi hoc remedium comparat. *Id. Verr. 5. c. 56. e med.* Nunquam perpetrara, ut homines injuriæ tuæ remedium morte ac ſuſpendio quærerent. *Suet. in Aug. c. 42.* Magna quondam ſterilitate, ac difficili remedio. *Tacit. 3. Ann. c. 28.* Pompejus corrigendis moribus delectus, & gravior remediis, quare delicta erant. *Quinctil. l. 1. c. 2. (al. 3.)* Facile erat hujus rostus remedium. ¶ De iis, quæ morbum, aut mala quælibet antevertunt, *emolesta, prefervativa*. *Plin. l. 25. c. 2.* Mithridati cacogitatum quotidie venenum bibere, præſumptis remediis. Adde *Gell. l. 17. c. 16.* eadem de re loquentem. *Id. l. 25. c. 2.* Si quid poſſet remedii ſore, ut ne tare ſtſidue domus Romæ arderent.

REMELIGINES, & Remoræ a morando dictæ ſunt a Plauto in Caſina (4. 3. 6.) Nam quid illæ nunc tam diu intus remoranter remeligines? ab Afranio in Prodito: Remeligo a laribus miſſe ſum, hujus quæ curſum cohibeam navis. Hæc *Feſtus*. Locus *Plauti* in editis ſic habet: Nam quid illæc ouec tam diu intus remoratur, quaſi ab induſtriam? Notationem vocis *Feſtus* ducit ab ipſa re & ſignificatione: ſi verba ſpectes, erit a *re*, & *mollo* inuſitato: unde *promollo*, promoveo.

REMEMINI, iſti, anom. *ἀναμνήσθην. Tertull. l. 4. adverſ. Marcion. 1. 1. ex Iſaiæ 43. 24.* Ne rammeminiritie priorum.

REMEMORO, as, a. 1. rurſus commemoro. *Tertull. l. 4. adverſ. Marcion. c. ult.* ea *Luce 24. 6.*

REMENSUS, a, um, particip. a remetior. *Martial. l. 6. epigr. 89.* Ille fide ſumma teſtæ ſua vina remenſus. *b. e.* eadem menſura vetlut reſtituens. ¶ Paſſiva ſignificatione *Virg. 2. Æn. v. 181.* pelagoque ramenſo irroviſi aderant. *b. e. renavigato. & Æn. 3. v. 144.* ramenſo hortatur pater ire mari.

REMEO, as, n. 1. *rimenare, ἀναπλέω*, retro meo, redeo, revertor. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 46.* Neque ramearet xer. Al. aliter leg. *Virg. 2. Æn. v. 95.* Si patrios unquam remeaſſire victor ad Argos. *Martial. l. 1. epigr. 16.* Gaudia non rameant. *Tacit. Ann. 15. c. 60.* Remeare ex Campania. *& lib. 2. 1. 69.* Germanicus Ægypto remeans. *& lib. 14. c. 25. extr.* Rameare in patrias ſedes. *& lib. 3. 1. 22. a med.* Tacfarinas ſpargit bellum, ubi inſtaratur, cedens, ac rurſus in terga remeans. *& lib. 12. c. 69. ad fin.* Naviare quaſdam, quæ mari remeabant, circumvenere Barbari. *Plaut. Epid. 5. 1. 55.* Remeabo intus, ut accurentur advenientes hoſpites. *rurſus in caſa. & Afran.* apud *Feſt.* Vetuit me ſine mercede reſcare in ludum. *tornare e ſcuola. & Varr. l. 3. R. R. 2. 5. ante med.* Cum coturnices ex Italia trans mare remeant. *Ovid. 15. Met. v. 569.* domito victor remeabat ab hoſte. ¶ Omiſſa præpoſit. *Virg. 11. Æn. v. 793.* patrias remeabo inglorius urbes. *Stat. l. 3. Silv. ult. v. 12.* Euboicos feſſus remeare penates augurot.

REMERGO, is, a. 3. rurſus mergo. *Auguſtin. l. 8. Confeſſion. cap. 5. e med.* Conatus expergiſci voluntium, qrí tamen ſuperati ſoporis altitudine ramerguntur.

REMETTOR, iris, menſus ſum, dep. 4. *rimiſurare, ἀναμετρέω*, iterum, aut viciſſim metior. *Virg. 5. Æn. v. 25.* Si modo rius memor ſervata remetior aſtra. *Senec. epiſt. 95. ante med.* Invitis ingeſta viſceribus per os reddunt, & vinum nunc vomitu remetiuntur. *b. e.* eandem vial menſuram evomunt, quam biberunt., quod & *Martial. loc. cit.* in *Remenſus*, & *Id. Senec. de Provid. c. 3. ad fin.* dixeis. *Quinct. declam. 12. c. 29. extr.* Frumentum pecunia remetiri. *b. e.* tantam vim pecuniæ admetiri, quanta eſt menſura frumenti. ¶ *Remetiri iter*, rurſus idem iter facere, eadem via reverti. *Stat. 3. Theb. v. 324.* Jamque ramenſus iter feſſo Danaeis Tydeus Arva gradu, viridiſque legit devexa Profymna. *Plin. l. 2. c. 72.* Alexandri curſor Philonides ex Sicyone Elin mille & ducenta ſtadia novem diei confecit horis: indeque quamvis dreluvi itinere, tertia noctis hora remenſus eſt ſæpius. *Senec. in Med. v. 32. de Sole.* Non redit in ortus, & remetitur diem? ¶ Translate eſt recognoſcere. *Senec. l. 3. de Ira, cap. 36.* Totum diem meum ſcrutor, facta ac dicta mea remetior. *ripaſſo, eſamino. & Plin. l. 8. ep. 11.* Incipit refici, tranſmiſſumque diſcrimen ſonvalefcendo remetiri. *riandare col penſiero.* Al. leg. *metiri. Apul. l. 1. & 2. Metam.* Subſiſte pauliſper, & fabulam tuam illam remetira. *b. e.* repeta, & ramerra.

REMEX, igis, m. (& poteſt eſſe etiam femin.) *rematore, remigatore, galeotto, forzato, ἐρέτης, κωπήτης*, qrí remum agit. *Cic. 2. de Divin. c. 55.* Remex illa de claſſe Coponii prædixit, &c. *Id. Verr. 7. 1. 33.* Claſſis inops & infirma, propter dimiſſionem propugnatorum atque remigum. *Cæſ. l. 3. B. Civ. c. 24. e med.* Quadriremem eure remigibus defenſoribuſque ſuis ceperunt. *Cic. Verr. 6. c. 34. ad fin.* Nautas remigeſque exigere, frumentum imperare. *Id. 2. de Orat. c. 20.* Remigem aliquem aut bajulum, nobis oratoram deſcripſeras, inopem quendam humanitatis, atque inurbanum. *& lib. 2. cap. 33. ad fin.* Ut concitato navigio, cum remigre inhibuerunt,

runt, retinet tamen ipſa navis motum & curſum ſuum, *Caſſ. ad Cicer. 12. Fam. ep.* 13. Delectum remigum habere. *Cæſ. l. 1. B. Civ. c.* 58. Quod minus exercentis remigibus, minuſque peritis gubernatoribus utebantur. *Nep. in Dion. c.* 9. Exercere remiges. *Sueton. in Galb. c.* 12. Claſſiarii quos Nero ex remigibus juſtos milites fecerat. *Senec. in Herc. Fur. v.* 557. Una tot populi remige navigant. *b. e.* vectore, portitore. De Charonte loquitur. ¶ Sæpe in ſingulari num. pro remigibus ponitur. *Virg.* 5. *Æn. v.* 116. Velocem Mnetheus agit acri remige priſtin. *Ovid. Heroid. ep.* 3. *extr.* impellere remige claſſem. *Id. in ſ. l.* 5. *Triſt.* Vela demus, quamvis remige puppis aet. & *lib. t. el.* 10. *v.* 4. navie remige carpit iter. *Tacit. 4. Ann. c.* 5. Claſſes duæ valido cum remige.

REMIGATIO, onis, ſ. *ἐρετμὸς*, actus remigandi. *Cic. Attic. l.* 13. *ep.* 21. Inhibitio autem remigum morum habet, & vehementiorem quidem remigatione navem convertent e ad puppim.

REMIGIUM, ii, n. *palamenes, remmeggie, guernimento de' remi*, remorum ſupellex & ordo in navi, ipſi remi. *Plaut. Aſin. c.* 3. 5. Remigio veloque, quantum poterie, feſtina. *Virg. 1. Georg. v.* ult. qui adverſo vix flumina lembum Remigio ſubigit. *Tacit. Ann. c. c.* 24. Claudæ naves vero remigio, aut intentis veſtibus, & quadam e validioribus tractæ ravertere. *Horat. l. 1. od.* 14. *v.* 4. nudum remigio latus, Et malus celeri ſaucius Africo. ¶ Item remigatio, *ἔρεσις*. *Plaut. Bacch. 2.* 3. 55. Ubi portu eairous, hominae remigio ſequi. *Plin. l. 6. c.* 29. *ante med.* Iſidis portus decem dierum remigio ab oppido diſtens. *Id. l. 9. c.* 3. Vaſtus ſinus duodecim diarum & noctium remigio enavigatus. ¶ Metonymice ipſi remiges, ut *ſervitium* ſervi, *In ſtirma. Cic.* 5. *Tuſcul. c.* 39. *a med.* Quæ pugna, quæ acies, quod remigium, &c. *Virg.* 3. *Æn. v.* 472. Remigium ſupplet, ſocios ſimul inſtruit armis. *Horat. l.* 1. *ep.* 6. *v.* 63. remigium vitioſum Ithacenſis Ulyſſei. *Liv. l.* 26. *cap ult.* Remigium claſſicique milites tranquillo in altum vecti, agilitatem navium experiebantur. ¶ *Meo remigio rem gero*, proverb. *Plaut. Mil.* 3. 1. 149. Si illis (*ſervis*) agre eſt, mihi quod volupe eſt, mco remigio rem gero. *b. e.* illie, velint nolint, patiendum eſt, cum mei ſint. Nos dicimus, *io ſono il padrone: io comando.* ¶ Poetæ ut *alas* pro remis ponunt, ita *remigium* ad alas & volatum transferunt: ſunt enim avibus alæ, quad remi navibus. *Lucret. l.* 6. *v.* 743. Remigii ublitæ (*aves*) penuarum vela remittunt. *Virg. 1. Æn. v.* 304. & *lib. 6. v.* 19. volat illa per nero magnum Remigio alarum. *ἐρετμὸν πτερύγων*. V. *Remigo*, & *Remus*. *Ovid. 2. de ar. am. v.* 45. *de Dædalo.* Remigium, volucres diſponit in ordine pennae. *Avien. in phænom. Arat. verſ.* 640. *de Cycno*, deatro Cephalcida dextram Radene remigio. *Apul.* quoque, quamvis proſæ ſcriptor, hac metaphora uſus eſt *lib.* 5. & 6. *Hermet.* & *de deo Socrat.* ſed non eſt imitandus: ipſaque Poetis relinquenda.

REMIGO, as, avi, atum, n. *t. vogare, remare, ἐρέτμω*, remos ago, remis navem impello. *Cic. Tuſcul. 4. cap. 4. in fin.* Utrum igitur navie? ſtatimne nos vela facere, an, quaſi a portu egredientes, peulum remigere? *Senec. in fin. epiſt.* 122. Contra aquam remigentes. ¶ Cum metaphoricus *Claudian. l.* 2. *de rapt. Proſ. v.* 178. miſſamque Pado qui remigat alnum. ¶ *Avet pennis remigare*, translatio Poetica eſt, V. *Remigium*, & *Remus. Quintil. l.* 8. *c.* 6. In illo vero plurimum errorie eſt, quod ea, quæ Poetie permiſſa ſuat, conrenire quidam etiam proſæ putent. At apo in apendo nec *paſtorem populi* (*ποιμένα λαῶν*) auctore Homero dixerim: nec *volucres pennis remigare*, licet Virgilius in apibus, ac Dædalo (6. *Æn. v.* 19.) ſpecioſiſſima ſit uſus. Metaphora enim aut vacantem occupare locum debet, aut ſi in alienum venit, plus valere eo, quod expellit. *Al. leg.* nec *volucres per aera nare*, nec *pennis remigare*. Ut reſpiciat illud *Virgilii* de apib. 4. *Georg. v.* 59. Nare per æſtatem liquidam ſuſpexeris agmen.

REMIGRO, as, avi, atum, n. *t. tornar ad abitare, ἀναχωρεῖν*, ruſſus migro manendi cauſa, retro migro, revertor, redeo. *Cic. Fam. 9. ep.* 18. *a med.* Romam tibi remigrandum eſt. *Id. Tuſcul. 1. c. ult.* & *Acad. 1. 1.* 4. Quid Antiocho magis licuit remigrare in domum veterem e nova, quam nobis in novam e vetere? *Lucret. lib.* 2. *v.* 964. Inqus locum quando remigrant, ſit blanda voluptae. ¶ Translate *Cic.* 5. *Tuſcul. c.* 21. *ſub fin.* Atque ni nu integrum quidem erat, ut ad juſtitiam remigraret. *b. e.* ad juſtitiem colendam rediret. *Plaut. Epid.* 4. 2. *in fin.* Remigret animus nunc demum mihi. *b. e.* redit mihi animus. *Apul. l.* 2. *de doctr. Platon.* Vinculis liberata corporeis Sapientis anima remigrat ad deos. *Plaut. Pœn. prol. verſ.* 47. Ad argumentum nunc volo viciſſatim remigrare.

REMILLUM dicitur, quaſi repandum. *Feſtus.*

REMINISCENTIA, æ, ſ. *remembranza, memoria, ἀνάμνησις*, recordatio, memoria. *Tertull. de anim. c.* 23. & 24. *ſub fin.* & *Arnob. l.* 2. *pag.* 57. & quidem ubique plurali numero. Loquuntur autem de placito *Platonis*, qui docuit, *animorum eſſe ἀναμνήσεις*, diſcentes eſſe reminiſcentias, ut *Tertull.* vertit: qua de re diſſerit & *Cic.* 1. *Tuſcul. cap.* 24. & *de Senect. c.* 21.

REMINISCOR, ſceris, dep. 3. *ricordare col penſiero, ripenſare, ἀναμιμνήσκειν, ἀναμνημονεύειν, ἀναμνᾶσθαι*. Proprie eſt, ut ait *Varro, l.* 5. *de L. L. c* 6. ea, quæ tenuit mens ac memoria, cogitare, & cogitendo repetere: ſeu res præteritas & memori mente repetitas cogitatione verſare. Ea quo fit, ut non ſit proprie recordari, ſed res præteritas cogitare, unde recordatio ſequitur. De notatione V. Etymologos. *Nep. in Datam. c.* 5. Reminiſcem, a quanto bello ad quem parvam rem princeps ducem miſiſſet. *Cic. 2. Tuſcul. c.* 24. Docet enim, quemvis qui omnium rerum rudis eſſe videatur, bene interrogauti reſpondentem declarare, ſe non tum illa diſcere, ſed reminiſcendo rerognoſcere. (V. diction. præced.) *Id. pro Ligar. c.* 12. Spero etiam te, aliquid da hujus illo quæſtorio officio cogitantem, etiam de aliis quibuſdam quæſtoribus reminiſcentem recordari. *Id. de Senect. c.* 21. *ſub fin.* Pueri cum artes difficillimas diſcent, ita celeriter res innumerabiles arripiunt, ut nec non tum primum accipere videantur, ſed reminiſci & recordari. *Nep. in Alcib. c.* 2. Ut ſi ipſe fingere vellet, neque plura bona reminiſci, neque mejora poſſet conſequi. *profundo immaginarſi. Sulpic. ad Cicer. Fam. 4. ep.* 5. *a med.* Ea potius reminiſcere, quæ digna tua perſona ſunt. *Virg.* in Æv. *v.* 782. & dulces moriens reminiſcitur Argos. *Ovid. 1. ex Pont. ep.* 8. *v.* 31. Nam modo vos animi dulces reminiſcor amicos. *Cæſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 13. Reminiſceretur & veterie incommodi populi R. & priſtinæ virtutis Helvetiorum. *Nep. in Phocione, c.* 4. Reminiſcentes veteris famæ. ¶ Rufum quandam Rhetorem reprehendit *Auſon. epiſt.* 48 & 49. quod *reminiſco* activa poſitione diaerit. Antiqui tamen etiam hac terminatione protulerunt, teſte *Priſciano l.* 8. *pag.* 799. *Putſch.*

REMIPES, edis, qui pedibus pro remis utitur. *Auſon. epiſt.* 30. *v.* 12. Anatee matinas junximus, remipedes. V. *Tremipes.* ¶ Item qui remis pro pedibus. *Id. in Moſell. v. ult.* Ramipedes emtant medio cum Bumine lembi.

REMISCEO, es, iſcu, n. 2. *rimeſcolare, ἀναμίγνυμι*, iterum miſceo. *Senec. ep.* 91. *ante med.* Animue aut in melioram umittitur vitam, aut certe ſine ullo futurae incommodo, naturæ ſuæ remiſcebitur. ¶ Item permiſceo, commiſceo. *Horat. de ar. Poet. v.* 151. Atque ita mentitur, ſic veris falſa remiſcet, Primo ne medium, medio ne diſcrepet imum.

REMISSA, æ, ſ. *remiſſione, perdono*, remiſſio, ut Remiſſa peccatorum, *Tertull. lib.* 4. *adverſus Marcion. c.* 18. *ad fin.* & *Cyprian. ep.* 59. *ſub fin.*

REMISSARIUS, a, um, ad remittendum pertinens. *Cato R. R. c.* 19. *extr.* Vectes longiſſimae pedum XIIX. ſecundos pedum XVI. tertios pedum XV. remiſſarine pedum XII. alteros pedum X. tertios pedum VIII. *Turneb. l.* 7. *adverſor. cap. penult.* Remiſſarii vectes ſuntne, quibus remittitur, non intenditur pretium? an vero qui remiſſioris & minoris longitudinis? Si ma roges, hoc verius putem. Ut autem hi remiſſioris ſunt longitudinis, ſic atiam remiſſius premunt, minuſque adſtringunt: unde & nomen.

REMISSE, adverb. *lentamente, rimeſſamente, ἀνειμένως*, lente, leniter, placide. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 26. Quam leniter, quam remiſſe, quam non actuoſe! *Id. pro Cœl. c.* 14. Utrum me ſecum ſevere, & graviter, & priſce agere malit, an remiſſe, ac leniter, & urbane. *Id.* 6. *Verr. c.* 34. Cum ille nihilo remiſſius, atque etiam multo vehementius inſtaret quotidie. *Colum. l. 1. c.* 8. *ante med.* ut neque remiſſe, neque crudeliter imperet. *Sueton. in Claud. c.* 33. Remiſſe quid, vel ſerio agentem multa dehonestabant. *b. e.* per jocum & in remiſſione animi.

REMISSIBILIS, e, *remiſſibile*, qui remitti, ſeu condonari poteſt. *Tertull. de Pudic. c. c.* Delicta alia remiſſibilia, alia irremiſſibilia. ¶ Item leoie. *Cœl. Aurel. Chronic. l. c. c.* 13. *fcd.* 164. Quæ non ſenſibili tactu, ſed remiſſibili quadam digeſtione immoratur.

REMISSIO, onis, ſ. *allentamento, rilaſſamento, λύσις*, actus remittendi, relaxatio, intermiſſio: cui opponitur intentio, continuatio. *Cic. 1. Offic. c.* 41. Ex oculorum obtutu, ex ſuperciliorum aut remiſſione aut contractione, ea moeſtitia, ea hilaritate facile judicabimus, &c. *Gell. l.* 18. *c.* 10. *extr.* Συγχυσὶς eſt intentio motus, & remiſſio in corde, & in arteria. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 6. *a med.* & *Plin. l.* 8. *c.* 43. Aſinus remiſſione laboris fit deterior. *Gell. l.* 15. *c.* 2. *circa med.* Modicæ honeſtaque inter bibendum remiſſiones. *b. e.* intervalla. ¶ Translate *Plin. l.* 4. *epiſt. 9. circa med.* Ut eam faces ignem aſſidua concuſſione cuſtodiunt, dimiſſum ægerrime reparant; ſic & dicentie calor, & audienris intenem continuatione ſervatur; intercapedine & quaſi remiſſione langueſcit. ¶ *Remiſſio penſionis*, diminutio, aut condonatio, *diminuzione, riſtoro. Colum. l. c. c.* 7. Remiſſionem colonus petere non eudet. *Suetou. in Cæſ. c.* 20. Publicanos remiſſionem petentes, tertia mercedum parte relevavit. *Tacit. Ann. 4. c.* 13. Remiſſio tributi in triennium. Adde *Plin. l. 9. ep.* 37. & *lib.* 10. *ep.* 64. *a med.* ¶ *Remiſſe pœnæ*, diminutio. *Cic. Catil. 4. c. 6. in fin.* Cum multo magis ſit verendum, ne remiſſione pœnæ crudeles in patriam, quam ea ſeveritate animadverſione nimis vehementer in acerbiſſimas hoſtes fuiſſe videamur. ¶ Remiſſio nuntiationis *Paulo Dig. lib.* 39. *tit. c. leg.* 8. eſt ceſſatio a novi operis nuntiatione, miſſam eam faciendo, & recedendo e prohibitione novi operis faciendi. ¶ *Remiſſio morbi*, diminutio, aut intermiſſio. *Cic. Fam. 7. ep.* 26. Viſa eſt mihi vel loci mutatio, vel ipſa fortaſſe jam ſeneſcente morbi remiſſio profuiſſe. *Suetou. in Tiber. c.* 74. Remiſſio febris. *declinazione. Scribon. Larg. compoſ.* 99. dolorie. ¶ *Remiſſo uſus*, intermiſſio, aut ceſſatio. *Cic. de Amic. c. ult.* Tales amicitiæ ſunt remiſſiona uſus oluendæ. ¶ *Remiſſio animi*, relaxatio, recreatio, ceſſatio ab apendo, & ludicrorum aonſectatinae, *ſollievo, ricreazione. Cic. 2. de Orat. c.* 6. Ad omnem animi remiſſionem ludumque deſcendere. *Tacit. in Agric. c.* 9. Tempora cuiarum, remiſſionumque diviſo. ¶ Sumitur etiam pro languore animi, abjectione, diſſolutione. *Cic.* 5. *Fam. ep. 2. a med.* Si humanitas appellanda eſt, in acerbiſſima injuria remiſſio animi ac diſſolutio. ¶ Item pro lenitate. *Id. 2. de Orat. c.* 17. *ad fin.* Judex tum ad ſeveritatem, tum ad remiſſionem animi, tum ad triſtitiam, tum ad lætitiam eſt contorquendus. *piacevolezza, mitezza, condiſcendenza.* ¶ *Remiſſo vocis*, vox non intenta, ſubmiſſa, *abbaſſamento. Cic. in Brut. c.* 91. Omnia ſine remiſſione, ſine variate,

te, vi ſumma vocis, & totius corporis contentione diceham. *Id. l. 1. de Orat. c. penult. ad fin.* Demoſthenes tantum continenda animæ in dicendo eſt aſſecutus, ut una continuatione verborum binæ ei contentiones vocis, & remiſſiones continerentur.

REMISSIVUS, a, um, remittens, relaxans, remiſſus, lenis. *Cael. Aurelian. Acut. lib. 3. cap. 4. ante med.* Relaxatæ tumentia rebus congruis ac remiſſivis. ¶ Apud *Peiſſonn. lib. 15. pag. 1021. Puteol.* adverbia remiſſiva ſunt contraria hortativis, & remiſſionem quandam, & quaſi lenitudinem continent, ut *pedetentim, paulatim, ſenſim.*

REMISSUS, a, um, *remandato, ſpedito indicto, ἀνειμένος*, iterum, aut retro miſſus. *Hirt. de B. Gall. l. 8. in fin.* Cognoſcit, legiones ab ſe remiſſas, in Italia retentas eſſe. *Ovid. Met. 3. v. 35.* teloque ferox inimica remiſſo Pectora rupiſſet. ¶ Item emiſſus, ejectus. *Ovid. 1. ex Pont. ep. 3. v. 19.* a molli ſanguine pulmone remiſſus. ¶ Item dimiſſus. *Ulpian. Dig. lib. 48. tit. 5. leg. 25.* Semel remiſſus adulter reduci non poteſt. ¶ Item relaxatus, retenſus, ſolutus, *allanguato, allargato*: cui opponitur intentus, adductus, rigidus: ut Remiſſus arcus, *Horat. l. 3. od. 27. v. 67.* & *Ovid. l. 3. Amor. el. 2. v. 14.* Dequo meis manibus lora remiſſa fluent. *Id. Met. 5. v. 399.* Collecti flores tunicis cecidere remiſſis. *& lib. 9. v. 315.* vinclis levor ipſa remiſſis. *Id. Heroid. ep. 19. v. 197.* Stamina de digitis cecidere ſopore remiſſis. *Cic. Tuſcul. 2. c. 23.* Omnia contentis corporibus facilius feruntur, remiſſis oppeimunt. *Val. Flacc. l. 3. v. 334.* vadit ſoupes cereice remiſſa. *Lucret. l. 5. v. 850.* Semina quæ poſſint membris manare remiſſis. *h. e.* voluptate ſolutis. Sic *Martial. l. 1. epigr. 50. v. 10.* Molleſque nympharum lacus, Quibus remiſſum corpus adſtringas. *h. e.* ſolutum laxatis membrorum cutis. *Serem. Sammon. c. 15. v. 269.* unguere prodeſt Urſino & tauri ſevo, cerifque remiſſis. *h. e.* ſolutis, mollitis, liquefactis. Sic *Pallad. l. 1. tit. 41.* Ammoniacum remiſſum. *Ovid. 4. Faſt. v. 116.* Vere nitent terræ: vere remiſſus agre. *h. e.* frigore ſolutus, glacie liberatus. *Caſ. l. 5. B. Gall. c. 12. extr.* Remiſſiora frigora. *meus cygnus. Id. l. 3. B. Civ. c. 26.* Remiſſior ventus. *meus impetuoſo.* ¶ *Remiſſus*, laxatus, ſolutus vinculis. *Petron. in Sat. c. 89. a med.* Nudo remiſſus Theſſali quadrupes jugo. *Plin. l. 7. ep. 1.* Penuſtus ardentiſſima febre, tandem remiſſus. *ſollevato.* Sic *Scribon. Larg. compoſ. 99.* Cum remiſſi fuerius. *ſcil.* dolore capitis. ¶ Cantus remiſſior, *lento, piano, di baſſa voce. Cic. l. 1. de Orat. c. 60.* Solet Roſcius dicere, ſe, quo plus ſibi ætatis accederet, eo tardiores tibicinis modos, & cantus remiſſiores eſſe facturum. ¶ *Mons Tarpejus remiſſus*, remiſſiore cura, negligenterque cuſtoditus. *Propert. l. 5. el. 4. v. 8.* Mons erat aſcenſu dubius, ſeſtoque remiſſus. ¶ *Remiſſus carbunculus*, minus ardens. *Plin. l. 37. c. 7. a med.* ¶ Sæpe transfertur ad animum, & lentum, mollem ſignificat, negligentem, languidum, pigrum, *languido, rimeſſo, pigro. Horat. l. 1. ep. 18. v. 90.* oderunt agilem, gnavumque remiſſi. *Cic. pro Mur. c. 26.* Cum te remiſſiorem in petendo putarent, Catilinam & ſpe, & cupiditate inflammatum viderent. *Nep. in Iphicrat. c. ult.* In labore remiſſus nimis, parumque patiens. *Cic. poſt redit. ad Quir. c. 9.* In uſciſcendo remiſſior. *Salluſt. in Jug. c. 57.* Dolus Numidarum nihil lenguidi, neque remiſſi patiebatur. *Caſ. l. 1. B. Civ. c. 21. ad fin.* Remiſſo ac languido animo eſſe. *& lib. 2. c. 24.* Hoſtes, noſtris laoguentibus atque animo remiſſis, portis ſe foras erumpunt. ¶ Et ad orationem, ponturque pro leni, minus acri aut vehementi, placidiore. *Cic. 3. de Fin. c. 1.* Quamvis in eo ſermone non remiſſi fuimus, tamen hæc acrime eſt cum Stoicis parata contentio. *Id. 2. de Orat. c. 23.* Alia quædam dicendi melliora ac remiſſiora genera viguerunt. *Id. de Senect. c. 9.* Eſt decorus ſermo ſenis quietus & remiſſus. ¶ Eſt etiam lenis, placidus, facilis, manſuetus, tardus ad irefcendum, ad comitatem & lætitiam pronus, *placido, manſueto, dolce, mite, moderato. Auct. dial. de Ormuzib. c. 12.* Quæ cum diaiſſet Aper acrius, ut ſolebat, & intentu ore, remiſſus & ſubridens Maternus, paravi, inquit, &c. *Cic. Attic. l. 16. ep. 15.* Si me non improbiſſime Dolabella tractaſſet, dubitaſſem ſortaſſe, utrum remiſſior eſſem, an ſummo jure contenderem: *Id. pro Cal. c. 6.* Cum triſtibus ſevere, cum remiſſis jucunde, cum ſenibus gravitere, cum juventute comiter vivere. *Plin. l. 3. ep. 14.* Remiſſus & mitis. *Senec. in Pharaſſ. v. 186.* pactus remiſſum ac placidum. *Liv. l. 24. c. 39.* Cædes omnia tenet, nihilo remiſſiore militum ira, quod turbam inermem cædebant, quam ſi periculum par, & ardor certaminis eos irritaret. *Val. Max. l. 8. c. 10. n. 3.* Remiſſo vultu, & languida voce, & ſoluto genere orationis uti. *Martial. l. 4. epigr. 14.* Nec torva lege fronte, ſed remiſſa Lafcivis madidos jocis libellos. *Sueton. in Claud. c. 21.* Nec ullo ſpectaculi genere communior aut remiſſior erat. Id. *in Aug. c. 98.* Remiſſiſſimo ad otium, & ad omnem comitatem animo. *Ovid. 3. Met. v. 318.* Jovem diffuſum nectare curas Sepoſuiſſe graves, vacuaque agitaſſe remiſſas Cum Junone jocos. *ſoberzi piacevoli. Id. 2. Triſt. v. 547.* Ne tamen omne meum credas opus eſſe remiſſum: Sæpe dedi noſtræ grandia vela rati. *h. e.* leve, jocoſum, ludicrum. Sic *Valer. Max. l. 8. c. 1. n. 13.* Remiſſior materia. ¶ Item quietus, tranquillus, nulla perturbatione commotus. *Cic. 2. de Orat. c. 46. ad fin.* Quod ſi ille hiſtrio, quotidie cum ageret, tamen recte agere ſuus dolore non poterat; quid? Pacuvium putatis in ſcribendo leni animo ac remiſſo fuiſſe? Adde *l. 2. de Orat. c. 46. ad fin.* ¶ *Remiſſus*, conceſſus, condonatus, in gratiam alicujus omiſſus. *Cic. initio Tuſcul.* Cum deſenſionum laboribus, ſenatoriiſque munetibus eſſem aliquando liberatus, retuli me ad ea ſtudia, quæ retenta animo, remiſſe temporibus, longo intervallo intermiſſa revocavi. *Ovid. l. 2. de ar. am. v. 599.* Ea iterum teſtor: nihil hic, niſi lege remiſſum, Luditur. in noſtris luſita nulla jocis. *Juſtin. l. 11. c. 2.* Alii tædio longinquæ militiæ remiſſam ſibi expeditionem gaudebant. *Plin. in Panegy. c. 36.* Nec pœna cuiquam remiſſa, ſed addita eſt ultio. *remeſſa, perdonata.* De iis, quæ mercio, aut fiſco debentur. *In nummo Galbæ Imp.* apud *Mediobarb. Vaillant.* &c. Quadrageſimis remiſſa. & XXXX remiſſæ. *In nummo Nervæ* apud *reſd.* Vehiculatione Italiæ remiſſa.

REMITTO, is, iſi, iſſum, a. 3. *rimandare, mandar indietro, ſpedire, rinviare, ἀναπέμπω*, rurſus, aut retro mitto. *Cic. Attic. l. 7. ep. 23.* Mutavi conſilium de mulieribus, quas, ut ſcripſeram ad te, Romam remittebam. *Caſ. l. 3. B. Gall. c. 8. extr.* Si velit ſuos recipere, obſides ſibi remittat. *Plaut. Epid. 2. 2. 22.* A legione omnes remiſſi ſunt domum. *Plin. l. 19. c. 4.* Tarquinius nuncium illum ſævum & ſanguinarium filii remiſit ea hortis. *Cic. Attic. l. 9. ep. 9.* Demetrii librum de concordia tibi remiſi, & Philotimo dedi. *Caſ. l. 2. B. Gall. c. 27. a med.* Ut hoſtes tela in noſtros conjicerent, pilaque intercepta remitterent. *& lib. 5. c. 23.* Naves, quæ ex continente ad eum remitterentur. *& cap. 51.* Cæſar Fabium cum legione in ſua remittit hiberna. *Ovid. Met. 13. v. 702.* Nec leviora datis Trojani dona remittunt. *Senec. in Hippol. v. 581.* Dure cautre reſiſtit undis, & lacceſſentes aquas longe remittit. ¶ Item laxo, retendo, relaxo, *rallentare, allargare, rilaſſare*: cui contrarium eſt intendo, adduco. *Cic. 1. de Divin. c. 54.* In agro umbulanti ramulum adductum, ut remiſſus eſſet, in oculum ſuum recidiſſe. *Id. de Amic. c. 13.* Habenas vel adducere, cum velis, vel remittere. *Ovid. 1. Triſt. el. 4. v. 14.* Remittere frena equo. *Senec. in Phœniſſ. v. 61.* manum. *h. e.* a corpore alicujus, quem teneas, removere. *Plin. l. 11. c. 26.* Digitum contrahere, ac remittere. *Virg. 1. Georg. v. 262.* brachia. *Plin. l. 8. c. 32.* Cerei cum erexere aures, acerrimi auditus: cum remiſere, ſurdi. *Colum. l. 11. c. 2. ante med.* Poſſuet, ſi jam libeum reremittunt, inſeri olex, vel emplaſtrei. *Virg. 4. Georg. v. 35.* frigore mella Cogit hiems, eademque calor liquefacta remittit. *ſcioglie. Serem. Sammon. c. 41. v. 763.* ſevum bovis igne remittis. V. *Remiſſus.* ¶ Item emittu, *mandare furet*: & de iis fere dicitur, quæ quod accepere reddunt, ut humus ſemina accipit, meſſem remittit. *Virg. 2. Georg. v. 218.* Et bibit humorem, & cum vult, ex ſe ipſa remittit. *Colum. l. 12. c. 20.* Vaſa ænea in coctura æruginem remittunt. *& cap. 13.* Caſeus feri minirem remittit. *& de arborib. c. 26. a med.* Lactis plurimum remittit ficus. *Cæt. in Gyneg. v. 521.* ſterilis quodcumque remiſit terre. *h. e.* produxit. *Horat. l. 2. ep. 1. v. 235.* tractata notam labamque remittunt atramenta. *Id. l. 2. ſat. 4. v. 69.* Preſſa Venafrenæ quod bacca remiſit olivæ. *Id. in art. Poet. v. 349.* eborda ſonum poſcenti gravem perſæpe terentit acutum. ¶ Aliquando ponitur pro ſimplici *mitto*, ut *nuntium*, aut *repudium remittere*. V. *Nuntius.* ¶ Item pro dimittere, *licenziare, laſciar andare*, ut remittere adulterum deprehenſum; *Ulpian. Dig. lib. 48. tit. 5. leg. 25.* exercitum, *Feſt. in Remiſſa.* ¶ Et deponere. *Cic. pro Cluent. c. 11.* A vobis, judices, poſtulo, ſi quam opinionem jam veſtris mentibus comprehendiſtis, ſi eam retin convellet, ne repugnetis, eamque animis veſtris aut libentibus, aut æquis remittatis. ¶ Frequentius per translationem eſt concedere, condonare, *rimettere, cedere, permettere, donare. Varro. ad Cæſar. Fam. 5. ep. 12.* Meam animadverſionem & ſupplicium, quo uſurus eram in eum, quem cepiſſem, remitto tibi & condono. *Cic. Verr. 7. c. 9.* Omnia illa concedam & remittam. *Id. ibid. c. 18. a med. & pro Plane. c. 30. a med.* Te mihi remittere atque concedere, ut omne ſtudium meum in Placii honorem conſumerem. ¶ Et ſæpe de iis dicitur, quæ debentur: cui contrarium eſt exigere: *rimettere. Caſ. l. 2. B. Civ. c. 21.* Pecunias, quas erant in publicum Varroni cives R. polliciti, remittit. *Cic. Verr. 6. c. 9. ad fin.* Navem imporare ea ſtudere debuiſti: remiſiſti in triennium. *Senec. in Herc. Oet. v. 900.* vitam cuipiam remittere. *Cic. 11. Phil. c. 8.* multam. *Liv. l. 40. c. 12. ad fin.* pœnam. *Juſtin. l. 12. c. 9.* tributa & militia vacationem io triennium. *Liv. l. 39. c. 5.* inimicitias ſuas reipublicæ. *Id. l. 9. c. 38. a med.* ſimultates ſuas patriæ. *Tacit. 3. Ann. c. 10.* odia ſua publicis utilitatibus. *Cic. 4. Acad. c. 33.* Tibi aut concedendum eſt ita eſſe, aut memoriam mihi remittas oportet. *h. e.* concedas mihi, memoriam eſſe. *Ovid. 11. Met. v. 376.* nec res dubitare remittit. *non permette. Tacit. Ann. 1. c. 8.* Conclamant patres, corpus ad rogum humeris Senatorum ferendum. Remiſit Tiberius adroganti moderatione. *h. e.* adverſari deſiit, & permiſit conceſſitque. *Quintil. declam. 2. c. 1.* Solus omnium non remittit ſibi, ne, &c. ¶ Item reddere, reſtituere. *Cic. pro Sull. c. 30.* Non reodo mihi aſſumo, io quo quiſpiam repugnet, ſed etiare ſi quid ab omnibus conceditur, id reddo ac remitto. *Caſ. l. 2. B. Civ. c. 32. in fin.* Veſtrum vobis beneficium remitto: mihi meum reſtituite nomen. *Plaut. Muſt. 3. 2. 110.* Ædes alicui remittere. *h. e.* venditori reſtituere recepto pretio. ¶ Item omittere, vel differre in aliud tempus, *laſciare, e differire. Ovid. Heroid. ep. 7. v. 149.* Hos potius populos in dotem, ambage remiſſa, Accipe. ¶ Et intermittere, *intermettere, ſoſpendere. Val. Flacc. l. 5. v. 276.* datus & ſocius utrinque cremandis Ille dies, alterque dies, cum, Marte remiſſo, &c. ¶ Item ignoſcere, *perdonare. Salluſt. in orat. Lucul. ad pleb. ad fin.* Remittere injuriam. *Val. Flacc. l. 3. v. 407.* culpam. ¶ Sæpiſſime eſt laxare, minus contendere, negligemer agere, molliter, diſſolute, languide: cui opponitur acriter incumbere, intento animo agere, diligentee perſequi: ducta metaphora ab arcu, *rallentare, andar lento*: & ſimile eſt *rie* ceſſare, remittere. *Terent. Andr. 5. 1. 8.* Nam ſi cogitas, remittas me onerare injuriis. *Horat. l. 2. od. 12.* Quid bellicoſus Cantaber & Scythes cogitet, remittas quærere. *Terent. Heaut. c. 1. 18.* Nullum remittis tempus, neque te reſpicis. *Cic. 4. de Fin. c. 28.* Urgent tamen & nihil remittunt.

Liv. l. 9. v. 16. a med. Ne nihil remiſſum dicatis, remitto, ne utique dorſum demulceatis, cum an equis deſcendetis. *Id. l. 30. c. 3.* Nullo tempore hyemis belli opera remittere. *Cic. Verr. 6. c. 61.* curam animi. *Hirt. de B. Afric. c. 18.* Equitibus imperat, ut nec ictu conrenderent, neque remitterent, donec hoſtes repulſſent. *Caſ. l. 2. B. Civ. c. 24. ad fin.* Contentionem noſtri omnem remiſerant. *Liv. l. 30 v. 24.* animum a colligendis in pace vitibus. *Caſ. l. 6. B. Gall. c. 23.* diligentiam in perdiſcendo. *Liv. l. 35. c. 5.* Partim labore, partim metu remittere ardorem pugnæ. ¶ *Remittere de*, aut *ex aliquo re*, minuere, detrahere, demere. *Cic. Verr. 5. c. 35. a med.* Remittere alicui de ſumma. *Id. Phil. 2. v. 5. in fin.* Remiſiſſet proſecto aliquid de ſaeviſſimo cognomine. *Caſ. l. 5. B. Gall. c. 4.* Remittendum de celeritate exiſtimabat. *Cic. in Divin. Verr. v. 25.* Et ex eo, quod ipſe poteſt in dicendo, aliquantum remittet, ut tu aliquid eſſe videare. *Caſ. l. 3. B. Civ. c. 28.* Non ea priſtina virtute remittendum aliquid putaverunt. ¶ *Remittere ſe*, dare ſe remiſſioni, animi contentionem deponere, recreare ſe, *divertere*, *follevarſi*. *Nep. in Alcib. c. 2.* Idem cum tempus poſceret, laboriioſus, patiens, &c. idem ſimul ac ſe remiſerat, nec cauſa ſubeſt, quare animi laborem perferret, luxurioſus, diſſolutus reperiebatur. ¶ *Remittere animum*, eadem ſententia. *Cic. in fragm. apud Non. c. 4. n. 398.* Quæro anim, non quibus intendam rebus animum, ſed quibus relaxem & remittam. *Id. 2. de Ligib. c. 15. circa med.* Varii cantandi ſoni & incitant languentes, & languefaciant excitatos, & tum remittunt animos, tum contrahunt. *Geli. l. 18. c. 2.* Saturnalia Athenis agitabamus hilare proſus, & modeſte, non, ut dicitur, remittentes animum (nam remittere, inquit Muſonius, animum, quaſi amittere eſt) ſed demulcentes eum paululum atque laxantes jucundis honeſtiſque ſermonum illecebationibus. ¶ *Remittere ſe*, & *remittere* abſolute dicitur morbus, qui ſedatur, aut decreſcit. *Cic. de clar. Orat. v. 34. a med.* Cum remiſerant dolores pedum, non deerat in cauſis. *Celſ. l. 4. c. 24. ad fin.* Ubi dolor & inflammatio ſe remiſerunt. *Terent. Heaut. 3. 2. 24.* Si remittent quippiam Philumenæ dolores. (Ubi *Donat.* Verbum activum quaſi neutrum poſuit. Al. leg. *Philumenam.*) Simile eſt illud *Liv. l. 40. v. 33.* Ubi primum remiſeruat imbres. *ſtefferunt.* ¶ Paſſive *Celſ. l. 3. v. 23.* Febres, quæ certum habent circuitum, & ex toto remittuntur. ¶ *Remittere ad alium*, ad ejus arbitrium transferre. *Terent. 3. Andr. 2. 10. extr.* Tiberius integram cauſam ad ſenatum remittit. ¶ Cum infinito pro permittere, *permittere*. *Claudian. l. 2. de laudib. Stilich. v. 37.* Occulto ſævire vetat, prodiſſe remittit.

REMIVAGUS, a, um, qui *remis fertur*, apitheton navis. *Varr.* apud *Non. v. 13. n. 1.* Nautæ remivagum movent celocem.

REMIXTUS, aut Remiſtus, a, um, nom. ex participp. *remiſceloque*. *Senec. de conſtant. Sap. v. 7.* Venenum mixtum cibo.

REMMIUS, a, um. *Remmia lex* a latoris nomine dicta, ſanciebat, ut is accuſator, qui calumniatus eſſet, damnaretur, ſi crimen probare non poſſet. Memoratur a *Cicer. pro Roſc. Amer. v. 19. extr.* ubi al. leg. *Memmia*: item a *Martian. Dig. lib. 48. tit. 16. leg. 2. & a Papinian. lib. 12. tit. 5. leg. 23.* ¶ Eſt qui ſcribit *Rhemnia*.

REMOLIOR, iris, dep. 4. *ſumovem*, *ἀναστέω*, moliendo recedera facio, multa vi loco moveo. *Ovid. Met. 5. v. 354. de Typhœo.* Sæpe remoliri luctatur pondera terræ, Oppidaque & magnos evulvere corpore montes. *Sen. tr. Theb. v. 527.* & ferrea ſudant Claſſibus remoliri. *Senec. l. 6. quæſt. nat. v. 13. ſub fin.* Proxima quæque remolitur ac jactat. ¶ Item rurſus magnâ conatu moveo, reparo. *Sil. l. 2. v. 35.* iterum inſtaurata capeſſens Arma remolitur. ¶ Paſſive *Colum. l. 2. c. 12. ad fin.* Nihil itaque amplius in iteratione, quam remoliri terra debet æqualiter. *Al. leg.* remolliri. ¶ *Remoliens* particip. *Senec. in Herc. Fur. v. 503.* nullus etipiet deus Te mihi, nec orbe ſi remolito queat Ad ſupera victor numina Alcidea vehi.

REMOLITUS. V. in voce præced. & in *Remollitus*.

REMOLLESCO, is, n. 3. *molliſcerſi*, *divenir molle*, *ἀναμαλάσσομαι*, mollis fio. *Ovid. 12. Met. v. 285.* Ut Hymettia Sole cera remollefcit. ¶ Translate ſumitur pro delicatiorem fieri, effeminari. *Caſ. l. 4. B. Gall. c. 2. in fin.* Quod ea re ad laborem ſarendum remolleſcere homines, atque effeminari arbitrantur. ¶ Item pro mitem & placatum fieri. *Ovid. 1. Met. v. 377.* precibus ſi numina juſtis Victa remolleſcant.

REMOLLIO, is, a. 4. *ammollire*, *ἀναμαλάττω*, idem ac mollin, vel rurſus, aut valde mollio. *Ovid. Met. 4. v. 286.* quare male fortibus uodis Salmacis enervet, tactuſque remolliat artus. Adde *Colum. l. 2. c. 22.* de quo in *Remolior*.

REMOLLITUS, a, um, *ἀναμαλαχθὲις*, particip. a remollior. Translate *Sueton. in Aug. v. 79.* Eo ſe inhibitum ac remollitum, quominus, ut deſtinarat, in tranſitu Alpium, per ſimulationem colloquii propius admiſſus, in præcipitium propellaret. Quidam leg. *remolitum*, unico *l*, a *remolior* dep. & explicant a molimine, & conatu revocatum. Proprie *Apul. de herb. c. 3. ſect. 9.* Grana humore remollita.

REMONEO, es, ui, n. 2. iterum, ac ſæpius admoneo. *Apul. l. 5. Metam.* Hic tibi identidem ſempet cavenda cenſebam, hic benevola remonebam. Al. leg. *in monebam*.

REMORA, æ, f. *remora*, *ritardo*, more, tardatio, omne id, quod ramoratur. *Lucil.* apud *Feſt. in Remeligines*. Quæ vox ex eo te reſonans meo gradu remoram facit? *Plaut. Trin. 2. 1. 16.* Remoram facium rei privatæ, & publicæ. ¶ Item piſciculus in mari, Græcis *ἐχενὶς* ita dictus, quod navem, cui annixus ſurarit, remoretur. *Plin. l. 32. c. 1.* E noſtris quidam Latine remoram appellavere eum. Adde *lib. 9. c. 25.* ¶ Id quod remorem facit. *Celſ. l. 7. c. 25.* Eo plumbea fiſtula injicienda eſt, vel recurvatis in æteriorem partem labris, vel eandem circumcingente quadam remora, ne tota intus delabi poſſit. *vitegun.*

REMORAMEN, inis, n. remora, retardatio. *Ovid. 3. Metam. v. 566.* irritaturque retenta, Et creſcit rabies: remoraminaque ipſa nocebant. Alii leg. *revocamina*, alii aliter.

REMORATUS, a, um, *formatuſ*, *trattenuto*ſ, particip. a *remoror*. *Ovid. Metam. 10. v. 672.* Et rurſus pomi jactu remorata ſecundi Conſequitur, tranſitque virum.

REMORBESCAT, Ennius poſuiſſe videtur pro, in morbum recidat. *Feſtus*.

REMORDEO, es, remordi, remorſum, n. 2. *rimordere*, *denuovo*, viciſſim mordeo, eum mordeo, a quo morſus ſum. *Horat. epod. 6. v. 3.* Quin huc inanes, ſi potes, vectis minas, & me temerſurum petis? ¶ Translate ponitur pro cruciare, ſollicitare, *rimordere*. *Lucret. l. 3. v. 840.* Præteritiſque admiſſa annis peccata remordent. *Virg. 1. Æn. v. 261.* Quando hæc te cura remordet. *Liv. l. 8. c. 4* Libertatis deſiderium remordet animos.

REMORES aves in auſpicio dicuntur, quæ acturum aliquid remorari compellunt. *Feſtus*. ¶ Remus, frater Romuli, dictus a tarditate: quippe talic naturæ homines ab antiquis Remores dicti. *Auvel. Vict. de orig. gent R. c. 21. extr.*

REMORIA, dictus eſt locus in ſummo Aventino, ubi Remus de arbe condenda fuerat auſpicatus. *Feſt.* in *Remuriam*, ubi al. leg. *Remuria*.

REMORIOR, aris, dep. 1. *ritardare*, *ſoprattenere*, *ἀναβάλλω*, *ἐνέχω*, morem alicui affero, retardo, retineo. *Plaut. Perſ. 1. 2. in fin.* Sed aperiuntur ædes: remorandus eſt gradus. *Id. Caſ. 3. 5. 65.* Eo nunc jam, niſi quippiam remorare me. *Ovid. 13. Met. v. 820.* cur non remoratne iturus? *Cic. pro leg. Manil. v. 14.* Hæ res, quæ ceteros remorari ſoleant, non retardarunt. *Salluſt. in Jug. c. 54.* Exiſtimans hoſtes tranſvorſus præliis iter ſuum remoraturos. *& cap. 100.* Ab negotiis eum nunquam voluptas remorata eſt. *Terent. Andr. 4. 3. 12. in fin.* Maonbo, ne quod vobrum remorer commodum. *Cic. Catil. 1. c. 2.* Num anom diem poſtea L. Saturninum mora ac reipublicæ pœna remorata eſt? *b. v.* diſſulit, quin ſtatim corriperet? *Pompeiv. l. 2. el. 19. v. 17.* Quamvis te longæ remorentur fata ſenectæ. *b. v.* mortem tuam differant ac retardent. ¶ Abſolute pro morari, *trattenerſi*, *indugiare*. *Plaut. Caſ. 4. 3. 6.* Quid illæc nunc tam diu ſotus remoratur, quaſi nb iaduſtriam? *Lucret. l. 2. v. 564.* remorari in concilio. *Catull. in carm. nupt. 60. v. 200.* ſed abit dies: Perge, ne remorare.

REMOTE, *de lontano*, *πόῤῥω*, procul. *Cic. 1. de nat. Deor. c. 31. a med.* Stellæ aliæ propius a terris, aliæ remotius eadem ſpatia conficiunt. *Auguſtus. l. 12. de Trin. v. 5. a med.* Quamvis longe remotiſſime facta ſunt.

REMOTIO, onis, f. *rimovimento*, *ἀναίρεσις*, actus removendi. *Ulpian. Dig. lib. 26. tit. uls. leg. 4.* Remotio tutoris. ¶ Remotio criminis eſt, inquit *Cicer. 2. de Inventr. v. 19.* cum ejus intentio fugit, quod ab adverſario infertur, in aliom, aut in aliud dimovetur. Id fit bipertito. nam tum cauſa, tum res ipſa removetur. Cauſæ remotionis hoc nobis exemplo ſit, &c. Ipſius autem rei ſit ramotio, cum id quod datur crimini, negat neque ad ſe, neque ad officium ſuum eius pertinuiſſe. *Cic. ibid. & cap. 32.*

REMOTUS, a, um, *allontanato*, *rimoſſo*, *ἀπωθέω*, *ἀπωτάτω*, particip. amotus, dimotus, abactus. *Cic. 7. Verr. c. 31. ſub fin.* Remoto atque ablegato viro. *Id. 3. Offic. c. 31.* Remotiſque arbitris, ad ſe adoleſcentem poſſit venire. *Terent. Hecyr. prol. 2. v. 14.* Remotus injuria adverſarium ab ſtudio. ¶ Item diſſitus, longe poſitus, remotus, *lontano*, *rimoto*, *χωρίζωνος*. *Cic. Verr. 5. c. 37. a med.* Parva civitas procul a manibus tuis, atque a conſpectu remota. *Nep. in Dione, c. 9.* Cum a conventu ſe remotum domi teneret. *Sueton. in Tiber. c. 42.* Secreti licentiam auctus, & quaſi civitatis oculis remotus. *Ovid. 2. ex Pont. ep. 2. v. 123.* patria toto fumus urbe remoti. *Id. 6. Faſt. v. 121.* remotius antrum. *Cic. 7. Verr. v. 31.* Ab arbitris remotus locos. ¶ Translate *Cic. 1. Offic. v. 19.* Sceratia, quæ eſt remota a juſtitia, callidiras eſt appellanda. *Id. 2. Agrar. v. 23. in fin.* Cum tu a Tiberii Gracchi æquitate ac pudore longiſſime remotus fis. *Id. pro Mur. v. 35.* Et illa pie fecit, & hic a culpa eſt remotus. *Id. Verr. 6. c. 29.* Ab omni minimi erroti ſuſpicione remotiſſimus. *& Verr. 4. c. 66.* Homines quietiſſimi, qui maxime ab injuriis noſtrorum magiſtratuum remoti cenſuerant eſſe præſidia ſœderis. *Id. in Orat. c. 9. in fin.* Cujus ſermo eſt ille quidem melle dulcior, ſed a ſorrafi ſtreptu ramotiſſimus. ¶ alienus, abhorrens. *Cic. 15. Fam. ep. 4. a med.* Si quiſquam fuit unquam ramotus ab inani laude & ſermonibus vulgi, ego profecto ic fum. *Id. 14. Attic. ep. 12. in fin.* Homo remotus a dialecticis, in arithmeticis ſatis exercitatus. *Colum. l. 12. c. 1.* Villica a vino, ab aſcis, a ſupeſtitionibus, a ſomno, a viris remotiſſimo. *b. e.* minime dedita vino, eſcis, &c.

REMOVĒO, es, ovi, otum, a. 2. *tor via*, *allontanare*, *ſpoſtare*, *levare*, *rimuovere*, *ἀναιρέω*, cedere facio, amoveo, dimoveo, abduco, aufero. *Plaut. Mil. 3. 2. 163.* Remove, abi, aufer. *Caſ. l. 2. B. Civ. v. 48 a med.* Pecora finitimæ civitates longius removerant. *Cic. pro Roſc. Amer. c. 8. in fin.* Multa palam domum ſuam auferebat: plura clam de medio removebat. *Id. Fam. 16. ep. 12.* Ut remorat præſidia ex his locis, quæ occupavit. *Id. 2. de Orat. c. 76. ſub fin.* Ea ſeorni arbitror oportere, atque ex oratione removeri. *Hirt. de B. Afric. v. 62.* Cum claſſe ſe longius a conſpectu removiſſet. *Cic. 1. Offic. c. 35.* Removem aliquid ab oculis. *b. e.* tegere, occultare. *Ovid. 5. Met. v. 488.* Rorantoſque comas a fronte immovit ad aures. *& lib. 7. v. 256.* Et monat arcanas oculos removere profanos. *Hor-*

cot.

vat. l. 2. *fet.* 1. v. 71. ubi ſa e vulgo & ſcena in ſecreta remorant. *ſyncope pro* removerunt. *e verno tiberi.* (Similiter *remoſſe* pro *removiſſe* quidam leg. apud *Lucret. l.* 3. *v.* 69. V. *Remoſſi.*) *Ovid. Met. 6. v.* 493. cum removente ſuporem. *h. e.* impediente ſomnum. *Plin. l.* 28. *c.* 7. Mater quæ infantem removit. *h. e.* a lacte depulit. *ſterth, ſpoppò.* ¶ Translate *Salluſt. in Jug. c.* 90. Nam quæ ad hoc tempus ſugurtham tutata ſunt, omnia removiſtis, ovaritiam, imperitiam, ſuperbiam. *Lucret. l.* 5. *v.* 350. morbi ægreſcemus iſdem Atque illi, quos a vita naturo removit. *ha tolto di vita. Plaut. Stich.* a. 1. 37. Removere morem. *levar ogn' indugio.* & *Ovid.* 3. *Triſt. el.* 7. *v* 31. cauſas deſidra. *Cæſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 21. Senarus Cœlium ab republica removendum cenſuit. *h. e.* curia & foro prohibendum. *Hirt. de B. Afric. c.* 54. Ob eas res, ignominiæ cauſa, ab exercitu reco te removeo. *Cic.* 2. *Offic. c.* 20. *ad fin.* A negotiis publicis ſe removere, ad otiumque perfugere. *Ovid.* 3. *Met. v.* 645. Meque miniſterio fulminis ſuique armique removi. *Sueton. in Tiber. c.* 35. *ſub fin.* Alium & quadrara removit, quod, &c. *Cic.* a. *Agror. c.* 8. *ad fin.* Remova te a ſuſpicione alicujus tui commodi. *Id. Verr.* 5. *c.* 59. *extr.* Illam ſuſpicionem levaro, atque e ſe removere cupiebat. *Id. Attic. l.* 4 *ep.* 8. *a med.* Quid ſit, quod ſa a me removit, ſi modo removit, ignoro. *h. e.* convictu meo abſtinuit, ſe e ree alienavit. *Id. de Amic. c.* 21. Ab amicitia Q. Pompeji meo nomine ſe ramoverat Scipio. *Id. in Orat. c.* 2. Nec ſolum ab optimis ſtudiis excellentes viri deterriti non ſunt, ſed na opifices quidem ſe artibus ſuis removerunt, qui aut lalyſi non potuerunt, aut Coæ Veneris pulcritudinem imitari. *h. e.* ſuas artes defecerunt. *Id. Q. Fr. l.* 2. *ep.* 6. Catonem Lentulus a legibus removit. *h. e.* e legibus ferendis deterruit. *ſ' ha diſtolto.*

REMUGIO, ugis, n. 4. *rimuggiare, muggire all' incontro, ὑπεμυκάομαι*; mugitu reſpondeo, contra mugio. *Ovid.* 1. *Met. v.* 656. *de Io.* alto tantum ſuſpiria prodit Pectore, quodque unum potes, ad mea verba remugis. ¶ Et univerſum reboo, reſono, *reſonare, remugire. Stat.* 12. *Theb. v.* 602. alio ſi ſorte remugit Bellatore nemus. *h. e.* alio tauro. *Virg.* 3. *Georg. v.* 45. Et vos offenſa nemorum ingeminata remugit. *Id. 9. Æn. v.* 504. ſequitur clamor, cœlumque remugit. *Horat. l.* 3. *od.* 20. *v.* 5. nemus Aquilone remugit. *Senec. in Thyeſt. v.* 675. nemus latratu. *Virg. 6. Æn. v.* 99. Sibylla Horrendas canit ambages, antroque remugit. *Catull. carm.* 62. *de Arr, v.* 29. Leve tympanum remugit, cava cymbala recrepant.

REMULCEO, es, a. 2. *Virg. Æn.* 11. *v.* 812. *de lupo.* Conſcius audacis facti, caudamque remulcens Subjecit pavitantem utero, ſilvaſque petivit. *h. e.* retrahens, reflectens. *ribattendo.* nam *mulcere* eſt mollire. Solent autem lupi ſicut & canes, *leones*, &c. cum irati ſunt, caudam intendere & arigere; cum refedit ira, aut ſucceſſit pavor, remittere ac reflectere. Hinc translate *Stat. ſ. Theb. v.* 93. oro, minas ſtimulataque corda remulce. *mitiga, placa, acqueta.*

REMULCO, or, a. 1. *rimorchiare, ſimilmente*, remulco traho. *Iſidor.* apud *Non. c.* 1. *n.* 284. Si quæ celeriter ſolvi poterat, in altum remulcando trahit. Apud *Non.* eſt *remulcare trahere.* quod putant eſſe gloſſema: & *Sifennam* ſcripſiſſe *remulcat*: alios addidiſſe explicandi gretia, *trahit*: inde factum *remulcare trahit.*

REMULCUM, *vel* Remulcus, i, n. vel m. *rimorchio*, ſunie, quo alligata navis eb alio trahitur: a ῥύω, ſunie, & ἕλκω, trabo. *Iſid. l.* 19. *Orig. c.* 4. Remulcum, funis, qua deligata navis trahitur vice remi: de qua Valgius: Hic mea me longo ſuccedens prom remulco Lætentem grotis ſiſtit in hoſpitiis. *Feſtus*: Remulco, eſt, cum ſcapha remis magna trahitur. *Cæſ. l.* 2. *B. Civ. c.* 23. *in fin.* Paſquam celiclam in litore navem conſpexit, hanc remulco abſtraxit. *& l.* 3. *c.* 40. Submerſamque navim remulco, multiſque contendens funibus abduxit. *Hirt. de B. Alex. c.* 11. *extr.* Naves onerarias Cæſar remulco victricibus ſuis Alexandriam deducit. *Liv. l.* 32. *c.* 26. Tarde iade ad Maleam, trahendis plerumque remulco navibus, quæ cum commeatu ſequebantur, pervenit. Adde *lib.* 25. *c.* 30.

REMULUS, li, diminut. *e Remus*, qui fuit frater Romuli conditoris urbis Romæ. Nam & *Romulus* diminutivum eſt *e Romus*, quo nomine appellatum fuiſſe qui Uebi nomen dedit, ex multis antiquis Scriptoribus tradit *Feſt.* in *Remora*, & *Serv. ad Æn. l.* 1. *v.* 277. *Sulpitia in Sat. v.* 19. Sed genus Auſonium, Remulique axturbat alumnos. *h. e.* populum Romanum. ¶ Aliorum quoque virorum nomen *Remulus* fuit, ut videre eſt apud *Virg. 9. Æn. v.* 360. & *lib.* 11. *v.* 636. & *Sil. l.* 4. *v.* 186. ¶ Eſt etiam parvus remus, *remetta*, prima producte. *remo. Turpil.* apud *Non. c.* 13. *n.* 1. Remulis ſenſim celox ab oppido procefferat.

REMUNCULUS. V. *Lenunculus.*

REMUNDO, as, a. 1. *mettere, mondare*, repurgo, mundo. *Vetus Lapis* apud *Meffr. in Muſ. Veron. pag.* 246. Et ut monimentum remundarent.

REMUNERATIO, onis, f. *ricompenſa, guiderdone, rimunerazione, dirubuzione*, actus remunerandi, vicifſimdo beneficii, aut officii, mutua gratia relatio. *Cic* 2. *Offic. c.* 20. A quo capediture & celerius remuneratio fore videtur, in eum fere eſt volantas noſtra propenſior. *Id. de Amic. c.* 14. Nihil eſt remuneratione benevolentiæ, nihil vicifſitudine Sudiotum officiorumque jucundius.

REMUNERATOR, oris, m. *ricompenſatore, rimunerature, dirubuzione*, qui remuneratur. *Tertull. in Apoleg. c.* 36. Deus exactor & remunerator.

REMUNERO, as, a. 1. *ricompenſare, rimunerare, dirubuzione*, idem quod remuneror. *Quint. Cic. de petit. conſul. c.* 9. *extr.* Ut hoc te officio remunerent. *Petron. in Satyr. c.* 140. Puellæ artificium pari motu remunerabat. *Quintil. declam. a. c.* 6. Neceſſe eſt ſic remuneret, ut faciat heredem. *Papinian. Dig. lib.* 27. *tit.* 1. *leg.* 7. Laborem dominus remunerare voluit. *Cic. poſt redit. in Sen. c.* 12. Quibus officiis T. Annii beneficia remunerebo. Al. leg. *remunerabor.* ¶ Paſſive *Tertullian. in Apoleg. c.* 46. Facilius ſtatuis remunerantur, quam ad beſtias pronuntiantur. Adde *Mirmat. Felic. in Octav. c.* 7.

REMUNEROR, aris, dep. 1. *ritornaſcare, rintraccambiare, ricompenſare, vendere lo peraglio, rimunerare, dirubuzione, rimunerazione*, muneris munere compenſo, mutuam gratiam refero, beneficium reddo. *Varr. l.* 2. R. R. *c.* 1. Sed hæc ita a nobis accipietis, ut remuneremini nos, ac quæ ſcitis, proferatis. *Cic. Attic. l.* 8. *ep.* 2. *extr.* Si ſommum capere poſſem, tam longis te epiſtolis non obtunderem. tu, ſi tibi eadem cauſa eſt, ma remunereta fane velim. *Id 9. Fam. ep.* 8. Ut poſſem te remunereri quam ſimillimo munere. *Cæſ. l.* 1. *B. Gall. c.* 44. *extr.* Si libeam ſibi poſſeſſionem Galliæ tradidiſſet, meque gno ſe illum præmio remuneraturum. *Plin. in fin. ep.* 31. *l.* 7. Neque enim obligendus, ſed remuerandus eſt in omoris officio, qui prior cepit. *Cic. Fam.* 2. *ep.* 6. Nullam eſſe gratiam, quam non vel capere aoimus meus in accipiendo, vel in rereunerando cumulandoque *illuſtrare* poſſit. ¶ In melam partem *Catull. carm.* 14. *ad Lucin. Calvum*, v. 19. Omnia colligam venena, Ac te hic ſuppliciis remunerabor. ¶ Activa poſitione V. in voce præced. ¶ Paſſiva ſignificatione V. *ibid.*

REMURIA, & Remoria, æ, f. locus in ſummo Aventino, ubi Remus de Urbe condenda fuit auſpicatus. *Feſt.* in *Remuremus.* & *Auctor. Vill. de orig. gent.* Rom. *c.* 22. ¶ *Remuria, orum*, n. dies funeſti, quibus Remi umbra ſacrificiis placabatur. V. *Lemuria. Ovid.* 5. *Faſt. v.* 479. Romules obſequitur, lucemque Remurie diarit Illam, qua poſitis juſta ſeoultur ovis. Aſpere imitata eſt in lenem rempore loago Littere, quæ toto nomine prima fuit. *h. e.* r in l, & Lemuria dicta.

REMURINUS ager dictus, quia poſſeſſus eſt a Remo. *Feſtus.*

REMURMURO, as, n. r. *rimbombare, riſonare, rimandar indietro*, viciſſim murmuro, reſono, reboo. *Virg.* 10. *Æn. v.* 291. Qua vade non ſpirant, nec fracta remarmurat unda, Sed mare inoffenſum creſcenti adlabitur æſtu. *Stat. l.* 5. *ſilv.* 1. *v.* 154. pinus radice ſoluta Deficit, & nulli ſpoliata remurmurat oræ. ¶ Cure accuſativo. *Calpurn. ecl.* 4. *v.* 27. certe mea carmina nemo Prætet ab his ſcopulis ventoſa remuemurat echo. (Ubi *præter* eſt *præterquam.*) Sic *Virg. Ecl.* 1. *v.* 5. reſonare Amaryllida.

REMUS, i, m. *cenna, nuova, ſpinacio*, inſtrumentum quo naves aguntur. ab altera voce Græca allata. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 33. *in fin.* Intermiſſo impetu pulſuque remorum. *Id. in fragm. apud Non. c.* 1. *n.* 717. Metis unda, cum eſt pulſa remis, purpuraſcit. *Ovid.* 11. *Met. v.* 401. reducunt Ordinibus geminis ad fortia pectora remos. *Id.* 4. *Triſt. el.* 5. *v.* 19. remis ad opem luctare ferendam. *Virg. Æn.* 3. *v.* 207. & 560. inſargere remis. *& lib.* 10. *v.* 294. vellidis incumbere remis. *Ovid.* 2. *Met. v.* 394. ducere remos. *Virg.* 4. *Æn. v.* 594. impellere. *Ovid.* 3. *Met. v.* 662. remorum is verbere perſtant. *Cæſ. B. Gall. l.* 5. *c.* 8. Remis contendit, ut eam partem inſulæ caperet. *Auct. B. Hiſpan. c.* 40. *ſub fin.* Anchutis ſublatis, pelagus omnia petera, a *forza di remi.* Sic *Horat. l. t. od. paraph. v.* 16. ab Italia volantem remis udurgens. *Ovid.* 3. *Met. v.* 657. impellit properantibus æquora remis. *Id.* 5. *Faſt. v.* 644. torquere aquas. *Id. Heroid. ep.* 3. *v.* 65. canaſcunt æquora. *Virg. 8. Æn. v.* 689. totum ſpumare reductis Convulſum remis æquor. *& verſ.* 58. omnem adverſum ſuperare. *Id. 6. Æn. v.* 320. vada verrere. *Id.* 3. *Æn. v.* 668. vertere æquora. *Id.* 2. *Georg. v.* 503. ſollicitare freta. *Ovid.* 2. *Amor. el.* 11. *v.* 5. movere. *Val. Flacc. l.* 1. *v.* 471. pontum ſubigere. *& lib.* 2. *v.* 77. certatim remis agitur mare. *& verſ.* 429. Jam remi ropuere ratem. *Ovid. Heroid. ep.* 13. *v.* 101 remo & velo movere carinam. *Cæſ. l.* 3. *B. Gall. c.* 14. *a tard.* romie navim incitare. *Virg.* 10. *Æn. v.* 195. promovere. *Cic.* 4. *Tuſcul. c.* 5. pempellere. *Sil. l.* 1. *v.* 568. impellere. ¶ *Detergere remos.* V. *Detergo.* ¶ *Iubibere remos.* V. *Iubibeo.* ¶ De remorum ordinibus in navi diximus in *Decemremis.* ¶ Dare homines ad remum, *Liv. l.* 34. *c.* 6. *a med.* & *Sueton. in Aug. c.* 16. remiges facere. *Valer. Max. l. & cap. ult. n.* 3. Remo publicæ tritemis affeus eſt. *fu condannato al remo.* ¶ Translate *Cic. Tuſcul.* 4. *c.* 5. Quærebam, uttum panderem vela oretione ſtatim, an eam ante paululum dialecticorum remis propellerem. ¶ *Velis remiſque*, & *remis velisque*, & *remis oratisque*, omni contentiona, omni vi. *Cic.* 3. *Tuſcul. c.* 11. *extr. Virg. Æn.* 3. *v.* 563. & *Sil. l.* 1. *v.* 568. ¶ *Remi corporis*, brachia & pedes, quibus homines natant. *Ovid. Heroid. ep.* 18. *in fin.* ¶ *Remi* de alis avium, quemadmodum alæ de remis navium. *Ovid.* 5. *Met. v.* 558. ſuper ſuctus alarum inſiſtere remis. *Sil. l.* 10. *v.* 97. *de Icaro.* Ipſumque ſolutis pennarum remis. V. *Remigium*, & *Ala.* ¶ Ad illud *Virg. Æn. 6. v.* 233. *de Miſeno.* ſusque arma viro, remumque tubamque: *Servius* adſcribit, *remum* dici etiam lorum, quod continet tubam: ſed non probat.

REMUS, i, m. *Remo*, frater Romuli primi Romanorum regis, qui in ipſo regni initio, quod per contemptum prima nebie mœnia faltu tranſciſſet, ab eo interemptus eſt. *Liv. l.* 1. *c.* 7. V. *Remores.* Alii dicunt non a fratre, ſed in tumba atque rixa a neſcio quo occiſum eſſe. *Aurel. Vict. de Orig. gent. Rom. ſub fin.* & *Ovid.* 5. *Faſt. v verſ.* 467. *Id. ibid. v.* 452. Et male veloci jacta ſoluta Remo. ¶ Aliquando pro Romulo ponitur præfertim a Poetis, quia & ipſe una cure illo condendæ Urbis ab initio auctor fuit. *Catull. carm.* 58. *ad Cal.* magnanimos Remi nepotes. *Propert. l.* 2. *eleg.* 2. *v.* 23. Regnave prima Remi. *Id. l.* 4. *el.* 2. *v.* 9. doreus Remi. *& eleg. 6. v.* 80. ſigna Remi.

REMOTO,

REMOTO, ōnis, s. c. rursus muto. *Tertul. de Oratorib.* c. 19. Cum conditione temporum formam quoque nationis ſibi remutandam. Plerique tamen opt. Edit. habent *mutandam*.

REN. V. *Renes*.

RENALIS, le, ad renes pertinens, ut Renalis paſſio, *Cael. Aurel. Tard. l.* 5. c. 3.

RENANCISCOR, eris, dep. 3. rurſus prehendo, reprehendo. *Feſt.*

RENARRO, āre, a. 1. *narrat de novo*, ἀναδιηγοῦμαι, rurſus narro, narrando repeto. *Virg. in ſn. l.* 3. *Æn.* Sis pater Æneas intentis omnibus unus Fata renarrabat divus. *Ovid.* 5. *Met. v.* 376. Urqua fit, a facto propiore priora renarrant. *Stat.* 12. *Theb. v.* 390. Mutuaque exoriæ Thebas, Argoſque renarrant. ¶ Pro ſimplici Narro. *Ovid.* 5. *Met. v.* 635. sitius, quam nunc tibi facta renarro, In laricem mutor.

RENASCOR, eris, natus ſum, *dep.* 3. *riſurgere, rinaſcere*, ἀναγεννᾶσθαι, denuo naſcor, iterum eamrior, renovor. *Cic.* 4. *Attic. ep.* 8. *a med.* Qui mihi pinnas inciderant, nolunt eaſdem renaſci: ſed, ut ſpero, jam renaſcuntur. *Ovid.* 15. *Met. v.* 402. Corpore ds patrio pervum phœnica renaſci. *Cic.* 1. *Tuſcul. c.* 13. Principium exſtinctum nec ipſum ab alio renaſcetur, nec e ſe aliud creabit. *Plin. l.* 13. *c.* 4. *a med.* Phœnix moritur & renaſcitur ex ſeipſe. *Horat. in ar. poet. v.* 70. Multa renaſcentur, quæ jam cecidere, cadentque Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet uſus. *Id. l. & od.* 3. *v.* 61. Trojæ renaſcens fortuna. *Juvenal. ſat.* 14. *v.* 10. cum ſeptimus annus Tranſierit, puero nondum oriat dente tenato.

RENATATUS. V. in fine vocis ſequunt.

RENATUS, a, um, *rinato, riſorta*, ἀναγεννηθείς, iterum natus, denuo exortus. *Cic. Fam.* 11. *ep.* 14. *a med.* Bellum illis renatum miſerunt homines. *Senec. in Herc. Oet. v.* 861. Renatus dies. *Virg.* 6. *Æn. v.* 600. uss fibris requies datur ulla renatis. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *ſect.* 64. Renati dentes. *Liv. l.* 6. *c.* 1. Velut a Birpibus lætius Iraciuſque renatæ urbis. *Martial. l.* 6. *epigr.* 4. Tot naſcentis empla, tot renata. ¶ *Renatus* a *reno, as*, rurſus natatus. *Auguſtin. l.* 18. *de Civ. Dei, c.* 17. Poſt novem annos eodem renato ſtagno reformabantur in homines. Al. leg. *renatato*.

RENAVIGO, āre, a. 1. *rinavigare, ritornare navigando*, πάλιν πλέω, rurſus navigo, navigando revertor. *Cic. Attic. l.* 14. *ep.* 16. Poſt in hanc Puteolanam, & Cumanam regna renavigere. *Plin. l.* 33. *c.* 1. Cajus Princeps ab Aſtura Antium renavigans. *Senec. in Herc. Fur. v.* 715. Achæon Invius renavigari.

RENECTO, is, a. 1. *connectere*, connecto, inverto. *Auſon. in Aret. v.* 474. Cornipedis ſimul hunc lux indiſcreta renectit.

RENEO, ēs, a. 1. *filat de nuovo*, πάλιν νήθω, rurſus neo. *Ovid.* 6. *Faſt. v.* 757. At Clymenus, Clotbopæ dolent: hæc fila reneti, &c. *Al. leg.* teneri. *Stat. l.* 3. *ſilv.* 1. *v.* 171. Parcarum fila renebo, Extendamque enim. *Al. leg.* tenebo. *Albinov. ad Liv. el. l.* 1. *v.* 444. Stant rata non ulla fila renenda manu. *Al. leg.* tenenda. Sed hæ variæ lectiones, quo facilior eſt r in e mutatio, eo minus probantur.

RENES, num, m. *reni, renioni*, ὀσφύς, viſcera duo utrinque lumbis inhærentia, ſub imis coſtis, a parte eorum rotunda, ab altera vero reſima, quæ & venoſæ ſunt, & tunicis ſuperconteguntur, ut ait *Celſ. l.* 4. *c.* 1. & unioæ ſecernendæ deſerviunt. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *ſect.* 82. Renes habent omnia quadrupedum, quæ animal generant: ova parisotium teſtudo ſola. *Cic. de nat. Deor. r.* 55. Ab eo cibo cum eſt ſecreta hilis, ſiqua humores, qui ex tenibus profunduntur, reliqua ſe in ſanguinem vertunt. *Plaut. Curcul.* 2. 3. 82. Lieo nscat, renes dolent. *Cic.* 2. *Tuſcul. c.* 25. Laborare ex renibus. *avere mal de reni*. Hujus morbi ſigna recenſet *Celſ. l.* 2. *c.* 7. ſuratinnem tradit *l.* 4. *c.* 10. ¶ De lumbis *Nemeſian. in Cynog. v.* 112. canie ſit ſruribus altis, Renibus ampla ſatis validis, diductaque caſtas. ¶ In genit. plur. habet *renum*, & *reniam*. Illud habet *Plin.* multis in locis, & vidstur uſitatius: hoc *Id. l.* 41. *c.* 29. & *lib.* 28. *c.* 8. bis (probante *Hard.* ex MSS.) & *Scribon. Larg. compoſ.* 165. & 143. ¶ Rectus ſingularis eſt *reo*, pro quo & *rien dixere*, ut *Cherif. l.* 1. *pag.* 24. *Putſch. & Priſcian. l.* 5. *pag.* 645. docent. *Feſtus*. Rienes quos nunc vocamus, eotiqui nefrundines appellabant, quia Græci νεφρὸς eos vocant. Plautus in Satyrione: Male tibi evenifa video, glaber erat, tanquare risn. *Petron. in Satyr. c.* 35. Teſticulos, ac rienes. *Gloſſ. vet.* Rien, νεφρός. Rirnoſus, νεφρώδης. ¶ In illo *Auſon. epigr.* 13. Utere rene tuo. al. *leg. vere*.

RENICULUS, li, m. parvus ren. *Macrobius. Empir. c.* 26. *ſub fin.*

RENIDENTIA, æ, *riſe*, actus renidendi. h. e. ridendi. *Tertull. de anim. c.* 40. Infootum renidsntias.

RENIDĒO, ēs, n. 2. *riſplendere, quaſiſcintillare*, niteo, reſplendeo: a *re*, & obſoleto *nideo*, quod fortaſſe eandem cum *niveo* habet originem. Eſt autem vox ſere Poetica. *Horat. l.* 2. *od.* 18. Non ebur, neque aureum Mea renidet in domo lacunar. *& od.* 5. *v.* 19. Ut pura nocturno renidet Luna mari. *Stat.* 10. *Theb. v.* 660. & ſparſe orichalca renident. *Lucret. l.* 2. *v.* 27. Nec domus argento fulget, auroque renidet. *Virg.* 2. *Georg. v.* 182. late fluctuat omnis Ære renidenti tellus. *b. e. armis* nitootibus. Similem locum habet *Lucret. l.* 2. *v.* 327. ¶ Translate *Claudian. l.* 2. *in Eutrop. v.* 501. jam ſola renidet In Stilichons ſalus. *b. e.* ſpes ſalutis affulget. ¶ Quis quæ nitent, lætitiam quandam præſeferunt, & hilaritatem conciunt, ideo *renidere* ridere etiam ſignificat, vel riſum ore præferre, *videre, ſaggignere, ſor borta da vedere, μειδιᾶν. Catull. carm.* 39. *in Egnat.* Egnatius, quod candidos habet dentes, Renidet uſquequaque. & *verſ.* 25. renidere uſquequaque te nollem. Nam riſu inepto res ineptior nulla eſt. *Ovid. ſ. Met. v.* 297. ore renidenti. *Senec. in Hippol. v.* 277. *de Cupidine*. Laſcivus puer, & renidens. Adde *Liv. l.* 35. *c.* 49. ¶ De eo, qui cum ſtomacho & ficte ridet, *Tacit.* 4. *Ann. c.* 60. Tiberius torvus, aut vultu falſum renidens. *Valer. Flacc. l.* 4. *v.* 234. Illum Amycus, *&c.* Ore renidenti luſtrans obit, & ſrsmit auſum. *& verſ.* 359. renidenti cohibens ſuſpiria vultu. ¶ Translate *Quintil. l.* 12. *c.* 10. *ante med.* Neſcio quomodo velut hilarior protinus renidet oratio. *Colpurn. ecl.* 2. *v.* 82. Mille renidenti dabimus tibi cortice Chias. *b. e.* Chies ficus cortice ſciſſo & hienti, ut quaſi renidere videantur: quæ eſt nota ficus maturæ. Al. leg. *remanere*: ſed nbſtat quantitas. *Plin. l.* 37. *c.* 6. *a med.* Candore circuli in dejectu renitente. Plsriq. omn. leg. *eidente*, aut *renidente*. ¶ Pro gaudere, lætari. *Horat. l.* 3. *od.* 6. *v.* 22. & adjeciſſe prædam Torquibus exiguis renidet. ¶ Præteritum eſt in *Gloſſ. vet.* Reniduit, ἐμειδίασεν.

RENIDESCO, is, n. 3. *rinascitur*, incipio renidere. *Lucret. l.* 2. *v.* 367. totaque ſircum Ære renideſcit tellus.

RENISUS. V. *Renixus*.

RENITENS. V. in *Renideo* ſub fin.

RENITOR, eris, nixus ſum, dep. 3. *ſforzarſi all' incontro, ſar reſiſtenza*, ἀντιτείνω, contra nitor, obſiſto, reſiſto. *Plin. l.* 2. *c.* 82. Quoniam alter motus alteri renititur. *Id. l.* 16. *c.* 42. Robur & olea ſurventur, ſeduntque ponderi: abies, larix renituntur, nec tsmsie rumpuntur. *Id. l.* 8. *c.* 32. *ed fin.* Cervi veſtigant cavernas (*ſerpentium*) nariumque ſpiritu eutrahunt renitentes. *b. e.* invitos. *Celſ. l.* 5. *c.* 28. *ſect.* 12. Si molle eſt, quod ultimo ſpecillo contingitur, intra caruam adhuc vitium eſt: ſi magis id renititur, ad os ventum eſt. *Liv. l.* 5. *c.* 49. Auferri aurum de medio, & Gallos ſummoveri jubet. Cum illi remtentes pactos dicerent ſe ſs, negat, *&c.*

RENIXUS, vel Reniſus, us, m. *reſiſtenza*, actus renitendi. *Celſ. l.* 5. *c.* 28. *ſect.* 12. Cartilago ubi ſubſit, ipſa ſedes docet: perventumque eſſe ad eam, ex reniſu patet.

RENO, onis. V. *Rheno*.

RENO, as, n. 1. *ritornare nuotando*, πάλιν νήχομαι, iterum no, vel natando redeo. *Abinovem. ad Liv. v.* 432. Nullaque per Stygios umbra renavit aquas. *Hector. epod.* 16. *v.* 25. ſimul imis ſaxa renorint Vadis levate. *pro* renaverint, *galleggeranno*, ſupernataverint.

RENODĀTUS, a, um, retro nodis ligatus. *Valer. Flacc. l.* 5. *v.* 381. Teque renodatam pharetris ac pace ſeuentem Ad ſua Caucaſeæ producunt flumina Nymphæ. *b. e.* capillis retro in nodum conſtrictis.

RENODIS, de, in nodum convolutus. *Capitolin. in Albino*, c. 13. Fuit ſtature procerus, capillo rsnodi & ſriſpo.

RENODO, as, a. 1. *rannodare*, πάλιν δέω, retro in nodum conſtringo. *Horat. epod.* 12. *in fin.* Aut teretis pueri longam renodantis camæ.

RENOSCO, is, a. 3. agnoſco, *riconoſcere. Paulin. Nolan. carm.* 25. *v.* 342. Ad primos peveſacta ſonos vim nota renoſcit elloquia.

RENOVĀMEN, inis, n. idem ac renovatio. *Ovid.* 8. *Met. v.* 729. Et in hoc renovamine manſit.

RENOVATIO, onis, ſ. *rinnovazione*, ἀνακαίνωσις, actus renovandi, innovatio, inſtauratio. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 46. A quo rurſum renovstio mundi fieret. *Id. Fam.* 11. *ep.* 18. Renovatio timoris. *Id. de clar. Orat. c.* 72. Renovatio doctrinæ.

RENOVATTIVUS, a, um, qui renovat. Renovativum fulgur vocatur, cum ex aliquo fulgure functio (*ſi.* ſignificatio) fieri cœpit, ſi factum eſt ſimile fulgur, quod idem ſignificet. *Feſt.*

RENOVĀTOR, oris, m. *rinnovatore, riſtoratore*, qui inſtaurat, & renovat. *Inſcript. apud Fabrett. c.* 2. *n.* 132. *pag.* 102. Inſtitutori novorum, ac renovatori operum publicorum.

RENOVĀTUS, a, um, *rinnovato, riſtorato*, ἀνακαινισθείς, innovatus, inſtauratus. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 23. *a med.* Virtutis templum a M. Marcello renovatum. *& paulo ſup.* Vapotibus altæ renovatæque ſtellæ refundunt, &c. *Ovid. Met.* 1. *v.* 112. Renovatus ager. *& lib.* 7. *v.* 215. Nunc opus eſt ſuccis, per quos renovate ſinectus In florere redeat. *Quintil. l.* 2. *c.* 3. (*al.* 4.) Itaque virium plus afferunt renovati ne recentes. *ſcil.* poſt remiſſionem. *Cic. de Provinc. Conſul.* 8. *ad fin.* Inſtauratæ belli reliquiæ, ac renovatæ. *Id. de Harusp. reſp. c.* 10. *ad fin.* Quorum de ſententia illa eadem renovata atque inſtaurata celebrantur. *Id. l.* 1. *de Fin. c.* 17. *ad fin.* Bona præterita grata recordstione renovate delectant. *Salluſt. in Jug. c.* 10. In Hiſpania nomen familiæ renovatum eſt.

RENOVELLO, as, a. 1. *rinnovellare*, ἀνανεόω, rurſum novellum facio. *Colum. de arborib. c.* 6. Fuctis ſulcis vinea optime ſternitur, atque ita renovellatur.

RENŌVO, as, avi, atum, a. 1. *rinnovare, ripigliare, riſare*, ἀνακαινίζω, novum facio, repeto, inſtauro, redintegro, innova. V. *Redintegret. Cic. Verr.* 2. *c.* 4. Scelus ſuum illud priſtinum renovavit & inſtauravit quæſtorium. *Colum. l.* 4. *c.* 27. *ſub fin.* A trunco ſurgentes pampinos ſubmovere oportebit, niſi ad renovandam vitem usus atque altsr ſervandus eſt. *Ovid.* 5. *Triſt. el.* 12. *v.* 23. Fertilis, aſſiduo ſi non renovetur aratro, Nil niſi cum ſpinis gramen habebit ager. *Cæſ. l.* 3. *B. Gall. c.* 20. *extr.* Noſtros disjectos adorti, prælium renovaverunt. *& cap.* 2. Renovare bellum. *Id. l.* 3. *B. Civ. r.* 93. curſum. *Ovid.* 2. *Triſt. v.* 209. vulnera. *Tacit.* 2. *Ann. c.* 58. dextras. V. *Dextra*. *Id.* 4. *Hiſt. c.* 36. veterem iram. *& l.* 2. *c.* 30. ſedstionem. *Ovid.* 14. *Met. v.* 465. luctum. *Petron. in Satyr. c.* 117. *a med.* tabula teſtarenti. *murmur. & Cic.* 2. *Acad. cap.* 3. *a med.* Hæc incluſa habebam, & ne obſoleſcerent, renovabam, cum licabat legendo. *Id. r. de Divin. c.* 2. *a med.* Renovare ſtudia philoſophiæ. *ripigliare*. Sis *Herr. de B. Gall. l.* 8. *c.* 1. conſilia belli. *Cic. poſt redit. ad Quirit. c.* 3. *a med. & Liv. in fin. l.* 22. Freter nooe aret, qui ſuo ſtatu deſiderium mei, memoriamque renovaret. *rinfreſcaſſe. Quintil. decim.* 2. *c.* 12. Novsrca miſerum deotera ſanguinum tulit, & manum ſubinde renovavit. *b. e.* rurſus timuit ſanguine.

guine. *Frontin. de aquæduct. urbis.* 109. Renovare beneficium. *h. e.* de novo tribuere. ¶ *Renovare animum*, recreare, refocillare, reficere, *fulcire*, *vigorare*. *Cic. n. d. Invent. c.* 15. *a med.* Et auditoria animus aut renovatur ad us, quæ reliant, aut omnibus jam dictis, exfuscitatur. *Quintil. instit. cap.* 3. *l.* 6. Risus animum ab intentione rerum frequenter avertit, & aliquando etiam reficit, & a fastidiis, vel a fatigatione renovat. *Hirt. de B. Afric. c.* vii. Suis ex terrore firmatis, rursusque renovatis animis, &c. *viresca il coraggio*. Huc pertinet illud *Quintil. l.* 11. *cap.* 3. *ante med.* Ars porro variandi (*orem*) cum gratiam prabet, ac renovat aures, tum, &c. *h. e.* recreat, & intentiones reddit ad audiendum. *& lib.* 10. *c.* 5. *a med.* Alitur enim, atque enutrescit facundia, & effidus contentionum asperitate fatigata renovatur. *feil.* domi declamando. ¶ Pro repetere, rursus dicere, *reparare*, *redire*. *Cic. Agror.* 2. *c.* 22. Hic quoniam video, vos hominis dignitate, & consuetudine legit esse commotos, renovabo illud, quod initio dixi, regnum comparari, libertatem funditus tolli. ¶ *Renovare se*, se reficere, reparare vires suas, denuo se instruere & roborare. *Cic. pro Mur. cap.* 15. *in fin.* Mithridates pulsus regno, tantum tamen consilio & auctoritate valuit, ut se, rege Armeniorum adjuncto, novis opibus copiisque renovarit.

RENŌBO, is, n. 3. *reinnitiersi*, iterum nubo. *Tertull. l.* 1. *ad Uxor. c.* 7. Etsi non deliquas renubendo.

RENUDĀTUS, a, um, *spogliato*, *fondato*, vestem ejiciendo nudatus. *Apul. l.* 8. *Metam.* Brachia humero tenus renudata. *& ibid.* Afinus cunctis stramentis renuderus.

RENŪDO, as, a. 1. *spogliare*, *scoprire*, spolio, detego. *Arnob. sub fin. l.* 2. Tectum, parietes, januas, parteisque alias operis renudare, dejicere, affligere. *Martian. Capell. lib.* 2. *pag.* 115. Septem radiorum coronam renudavit. *h.* 2. detexit, offendituque.

RENŪDUS, a, um, retro nudus. *Tertull. de virg. veland. cap. ult.* A fronte quidem protecta, qua autem propria caput est, renuda.

RENUMĔRO, as, a. 1. *rendere*, *ἀναπληρόω*, reddo, quod ante mihi numeratum fuerat, ut aurum, dotem. *Terent. Hecyr.* 3. 5. 52. Sin alio est animo, renumerat dotem huc; eat. *Plaut. Bacch.* 1. 1. 12. Nam hæc si habeat aurum, quod illi renumeret, faciat lubens. *Apul. in Apolog.* Potes, ne sis beneficio ubstrictus, omne, ut acceperat, renumerare. ¶ Pro simplici numero, enumero. *Cæs. l.* 3. *B. Civ. cap.* 53. *a med.* Millia sagittarum circiter triginta in castellum conjecta Cæsari renumeraverunt. Sunt qui leg. *renuntiaverunt*, male.

RENUNTIĀTIO, nis, f. *relazione*, *publicazione*, *ἀναγγελία*, actus renuntiandi, editio, enuntiatio, relatio, nuntiatio. *Cic. Verr.* 3. *c.* 34. *in fin. & Verr.* 5. *c.* 39. Cæsio renuntiet, se dedisse. cognoscita renuntiationem ejus ex litteris. *Id. pro Planc. c.* 6. Renuntiatio suffragiorum. *Id. pro Mur. c.* 8. *a med.* Renuntiatio consulum, aut prætorum. *h. e.* cum post late suffragia renuntiantur nomina eorum, qui creati sunt. *Ulpian. Dig. lib.* 11. *tit.* 6. *leg.* 1. Interest nostra, ne fallamur in modi renuntiatione, si forte vel de finibus contentio sit, vel emptor scire velit, vel vendirer, cujus modi ager veneat. *h. e.* cum mensor renuntiat, cujus mensuræ ager sit. *Id. lib.* 17. *tit.* 2. *leg.* 63. *cons.* Voluntas distrahitur societas renuntiatione. *h. e.* renuntiando & profitendo, se nolle amplius socium esse. *colla renunzia*. Ad illud *Cicer. Verr. lib* 2. *cap.* 6. Postquam mea diligentia istorum impudentiam vicerat, renuntiata est tota conditio: *Asson.* hæc adscribit: Renuntiatio dicitur recusatio ejus rei, quæ in pactum & promissionem veneret.

RENUNTIĀTOR, oris, m. *relatore*, *riportatore*, *ἀναγγελτής*, qui renuntiat, refert, denuntiat, relatur. *Paul. Dig. lib.* 48. *tit.* 19. *leg.* 38. Transfugæ ad hostes, vel consilinum nostrorum renuntiatores, aut vivi sauruntur, aut furca suspendantur. *Tertull. de anim. cap. penult. ad fin.* Renuntiarer dispositionis infernæ. *Id. de Pall. c.* 4. *cons.* Reverere habitum, erroris tui renuntiatorem.

RENUNTIĀTUS, a, um, *riferito*, *pubblicato*, *ἀναγγελθεὶς*, enuntiatus, relatus, editus. *Cic. pro leg. Manil. c.* 2. Ter prætor primus centuriis suffragia renuntiatus. *Plin. in Panegy. c.* 91. Renuntiati consules. *Plin. alter l.* 6. *c.* 31. Insula renuntiata Alexandro regi adeo dives, ut equos incolæ talentis auri permutarent.

RENUNTIO, as, avi, atum, a. 1. *riferire*, *riportare*, *far sapere*, *ἀναγγέλλω*, *ἀπαγγέλλω*, nuntium afferre, significare, declarare, referre, exponere. & proprie adhibetur cum nuntium ulicujus rei exspectanti afferimus. *Sallust. in Jug. c.* 98. *a med.* Marius eum Ligure, promissa ejus cognitum ex præsentibus misit: quorum uti cujusque ingenium erat, ita rem difficilem aut facilem renuntiavere. *Plaut. Bacch.* 4. 2. 10. Non iti: negato ego nunc tibi renuntio, here, futurum, ut sis sciens. *Id. Hec.* 3. 5. 58. Deliberet, renuntiemque hodie mihi, velit ne, an non. *Id. Andr.* 3. 2. 19. Quasi non tibi renuntiata sint hæc sic fore. *Nep. in Annib. c.* 12. *ad fin.* Imperavit ei, ut propere sibi renuntiaret, num eodem modo undique obsideretur. Pusr cum celeriter, quid esset, renuntiasset, &c. *Plaut. Trin.* 4. 2. 153. Ibo ad illum, renuntiabo, ut scirat, &c. *Sulpic. ad Cicer. Fam* 4 *ep* 5. Postquam mihi renuntiatum ab de obitu Tullix. *Plaut. Men.* 2. 3. 66. Hunc metuebam, ne meæ uxori renuntiaret de palla, & prandio *&* 5. 9. 68. Postquam ad nos renuntiatum est, te & patrem esse mortuum. *Cic.* 5. *Verr. c.* 31. Acta & imperia tua domum ad socerum suum renuntiaverunt. *Id. Phil.* 9. *c.* 1. & *Liv. l.* 39. *c.* 33. Renuntiare legationem. *h. e.* quæ in legatione acta sunt referre. *Quintil. c. ult. l. ult.* Sed hi primum renuntient sibi, quanta sit humani ingenii via, quam potens efficiendi quæ velit. *h. e.* secum cogitent, & ipsi se quodammodo doceant. ¶ Pertinet ad comitia, & significat prædicare ejus nomen, cui est magistratus datus, ut renuntiare prætorem, consulem, ædilem. *Cic. pro leg. Manil. c.* 1. *& Verr.* 4. *c.* 52. *Verr. l.* 3. *R. R. c.* 17. *Liv. l.* 5. *c.* 18. *& Plin. in Panegy. c.* 63. Sic renuntiare suffragia, *Cic. pro Planc. cap.* 6. ¶ *Renuntiare alicui*, contrarium nuntiare. *Plaut. Stich.* 4. 1. 18. Jube domi cœnam coqui, atque ei illum renuntiari. *h. e.* nuntiari, te non ire ad cœnam apud illum, cui promiseras. *Senec. de Clemens. l.* 1. *c.* 9. *circa med.* Renuntiari exemplo amicis, quos in consilium mqaverat, imperavit. *h. e.* nuntiari, ne ad se venirent: eorum se consilio in præsens non uturum. ¶ Hinc sæpe ponitur pro recusare, rejicere, *rimuovere*: quasi contrario nuntio irritum facere. *Cic. Verr.* 4. *c.* 36. Iste vehementer Sthenio rosensus, hospitium ei renuntiat: domo ejus emigrat. *Liv. l.* 42. *c.* 25. *& Tacit. a. Ann. c.* 72. Renuntiare alicui amicitiam & societatem. *Cic.* 2. *Verr. c.* 6. Renuntiata ast tota condito. *Id. Attic. l.* 2. *ep.* 1. *a med.* Quod impudentius publicanis renuntiantibus. *h. e.* conductimi vectigalium rai,ubl. Dare recusantibus. *Paul. Dig. lib.* 17. *tit.* 1. *leg.* 65. *ante med.* Qui sociatatem in tempus coit, ante tempus eam renuntiando, socium a se, non se a socio liberet. *Cic.* 1. *de Orat. c.* 53. *extr.* Renuntiare Stoicis. *Quintil. l.* 10. *c.* 7. civilibus officiis. *Suetan. in Rhetorib. c.* 6. toto. *Plin. in Panegy. c.* 59. inertiæ. *Tertull. l.* 1. *ad Uxor. c.* 1. nuptiis. *Senec. l.* 6. *quæst. nat. c.* 1. *post med.* Definamus audire istos, qui Campaniæ renuntiavere, quique post hunc casum (*terremotus*) emigravere. ¶ *Renuntiare repudium*, sponsalia aut matrimonium dissolvere, V. *Repudium*. *Plaut. Aulul.* 4. 10. 53. & *Terent. Phorm.* 4. 3. 72.

RENUNTIUS, ii, m. qui iterum nuntiat. *Plaut. Trin.* 2. 1. 21. Ducitur familia tota, vestitoricæ, unctor, auri custos, flabelliferæ, fandaligeroin, cantrices, cistellatrices, nuntii, renuntii, raptores panis & pemi.

RENŌO, is, ui, a. 3. *far ritorno de me*, *ἀναπέμπω*, meta significo mihi non placera, renuto, abnuo. *Horat. l.* 2. *ep.* 2. *v.* 63. reous quod tu, jubet alter. *& lib.* 1. *ep.* 16. *v.* 49. renuit, negitatque Sabellus. *Cic. pro Rabir. Post. c.* 13. Supercilii renuentis hunc decem reillium crimini. *Ovid. Heroid. ep.* 17. *v.* 89. Credere me tamen hoc oculo renuente negavi. *Id.* 8. *Met. v.* 315. *& Martial. l.* 2. *epigr.* 14. Facere aliquid renuente deo. *h. e.* non probante, invito. ¶ Recusare, refugere, *rifiutare*. *Cic. pro Cal. c.* 11. *extr.* Qui nullum convivium remerit, qui unguenta sumpserit. *Sabin. elog.* 2. *v.* 27. Nec laudem Danai tanto renuere labori. *negarono*.

RENŌTO, as, n. 1. frequentat. a renuo. *Lucret. l.* 4. *v.* 601. vox per ateas foramina rerum Incolumis transira potsit, simulacra remutant. *h. e.* transire non possunt, recusant, remutantur, nequeunt. *Id. lib.* 3. *v.* 351. si quis, corpus fecture, renutat. *h. e.* non admittit, negat. Al. lag. *refutat*.

RENUTRIO, is, a. 4. rursus nutrio. *Paulin. Nolan. epist.* 23. *c.* 9. Quem ea rusticanis receptum domi renutrimus.

RENŪTUS, us, m. *rinnovamento*, actus renuendi. *Plin. l.* 2. *ep.* 7. Nam ego quoque simili nutu ac renutu respondere voto tuo parem. Nutu, idest assenso, dum promitto non egere adversus Gallum; *renuen*, dum nolo adesse Gallo adversus Batticos.

REOR, reris, ratus sum, dep. 2. *stimare*, *credere*, *pensare*, *κρίνω*, *ἡγέομαι*, puto, opinor, existimo, censeo, arbitror. *Quintil. l.* 8. *c.* 3. *ante med.* dicit, *reor* esse verbum horridum, fortasse ob repetitionem canina littera. *Cic.* 3 *de Orat. c.* 38. docat esse poeticum, sed tamen ex hic unum, quibus loco positis, grandior etiaque antiquior oratio sæpe videri solat. Non est autem in omnibus æqua modis, temporibus, ac personis usurpatum. *Horat. l.* 2. *ep. v. v* 69. Non equidem infector, deleudava carmina Lævi Esse reor. *Persius. in Satyr. cap.* 122. *a med.* Ut reor, haud impune. *Propert. l.* 3. *eleg.* 2. *v.* 38. Ut reor e facia, Calliopea fuit. *Virg. 6. Æn. v.* 96. via prima salutis, Quod minime reris, Graja pandetur ab urbe. *Plaut. Bacch.* 5. 2. 9. Rerin' ter in anno tu has tonsitari? *h. e.* reris me? *Virg. Æn.* 7. *v.* 437. Nam, ut rere, muss effugit nuntius aures. *Stat. Theb. v.* 59. nec se tanta in ærumina retur Sufficere. *Plaut. in fin. Asin. & Cic.* 2. *Offic. c.* 9. Romur impetrari posse. *Arnob. l.* 4. *pag.* 146. Omnis superorum gens, quam esse vos remini. *Plaut. Amph.* 3. 3. 20. Qui ms Amphatruonem rentur esse. *Cic.* 3. *de Orat. cap.* 22. Quem natura rebar ita dicere. (*Id. ibid. c.* 38. *rebar* dicit esse poeticum, ut modo diximus.) *Virg.* 10. *Æn. v.* 608. Ut rebare. *Cic. Attic. l.* 7. *ep.* 3. *a med.* Non rebatur oppidum esse Piræa. *Plaut. Amph.* 5. 1. 43. Ædes ruori rebamur rues. *Cic.* 3. *de nat. Deor. c.* 6. *fub fin.* Rebantur enim fore, ut &c. *Senec. in Herc. Fur.* 11. 303. Tum restituras fratribus rebor meis mesmes. *Plaut. Aulul.* 1. 2. 18. Se sa a me derideri rebitur. *Id. Mostell.* 1. 3. 2. Unde me melius rear esse defacatam. *Gell. apud Gell. lib.* 7. *cap.* 17. *in fin.* Ne tibi me esse ab usm rem obnoxium reare. *Auson. initio* VII. *Sapient.* Ignoscenda istiac, ne cognoscenda rearis. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 34. Ut mihi rem esse reantur. *Cic. de Haruspic. resp. c.* 23. Tum vero est entus se possa. *Terent. Hecyr.* 5. 3. 21. Unorem, quam nunquam ast ratus posthac se habiturum, reddo. ¶ Usurpant præterea *Liv. lib.* 40. *c.* 5. *extr. Plin. utroque*, *Tibull. Lucan. Martial. & sapissima Ovid.* sed fere in prima persona præsent. indicat. aut qua modo allata exempla præsrunt s in aliis modis non facile sine auctore adhibuerim.

REPAGES, um, f. a Poetis interdum dicuntur, quæ *repagula* usitatiori vocabulo appellantur. *Fest.* in *Repagula*.

REPAGŪLA, arum, n. *sbarra di chiudere & ufizio*, *serrello*, *chiavistello*, *μοχλὸς*, *κλεὶς*, vectis, qui obvi valvis contra vim opponitur: a *re*, & *pango*. Adhiberor fera in plur. numero. *Festus*: Repagula sunt, ut Varrius ait, quæ perfacturnda gratie ita figuntur, ut ex contrario quæ oppanguntur. Quæ verba satis obscura sunt, & fortasse mutila.

tila. Al. legi mallent: *ut ex contrario* (h. e. extrinsecus.) *appungantur, & repungantur. Plin. l. 36. c. 41. ad fin.* Firmissima in rectum abim. Exhre valearum repagulit, & ad quascumque libeat latestina opera aptissima. *Hardoin.* in MSS. suis *pegmis* legit. *Plaut. Cistell. a. 3. v. 18.* Occludite ædes pessulis, repagulis. *Cic. 1. de Divin. c. 34.* In templo Herculis salvæ clausæ repagulis, subito se ipsæ aperuerunt. *Id. Verr. 6. c. 43. a med.* Convulsis repagulis, effractisque valvulis, &c. *Apul. l. 1. Metam.* Fores ad pristinum statum refurgunt, cardines ad foramina residunt, postes ad repagula redeunt, ad claustre pessuli recurrunt. *Ovid. 5. Met. v. 220.* Raptaque de ductro robusta repagula puste Offibus illidit mediæ cervicis. ¶ ubicem quibus armenta coercentur, *sbarra. Ovid. 2. Met. v. 155.* Solis equi hinnitibus aures Flammiferis implent, pedibusque repagula pulsant. Quæ postquam Tethys repulit, &c. *Lucan. l. 1. v. 295.* laxare repagula. *Sil. lib. 16. v. 317.* prolatu fomore repagula signo. ¶ Translate 28 quodvis obstaculum, frenum, impedimentum. *Cic. 7. Verr. c. 15. a med.* Repagula juris, pudoris, & officii perfringere. *Vetus Poeta* apud *eund. l. 3. de nat. Deor. c. 26.* Ille mihi hodie tradidit repagula, Quibus ego item omnem recludam.

REPANDIROSTRUM pecus, rostrum habens repandum, ut pisces multi præsertim majores, ut delphines, item snates. *Quintil. l. 1. c. 5. (al. 9.) ad fin.* Ex præpositione, & duobus vocabulis duris videtur Etruscis Pacuvius: Netei repandirostrum incurvicerviumque pecus. *Lucil.* apud *Non. c. 2. n. 689. repandum rostro* dixit.

REPANDO, is, a. 3. *aprire, spalancare, ἀνίημι*, aperio, pando. *Apul. l. 4. & 9. Metam.* Clave subtracta, fores januæ repandit.

REPANDUS, a, um, *ripiegato all' insù, ἀνάκυρτος, sinuosus*, retrorsum pandus, h. e. pandus simul, & latus, sed retro & sursum reflexus, recurvus, qualia sunt dorsa, & ora delphinum. Nam de his *Plin. lib. 9. c. 8.* Pro ore gemitus humano similis, dorsum repandum, rostrum simum. *& Ovid. 3. Met. v. 680.* truncoque repandus in undas Corpore desiluit. falcata novissima cauda est. *& Lucil.* apud *Non. c. 2. n 689.* Lascivire pecus justit, rostrique repandum. *Plin. l. 24. c. 22.* Pectorosæ cervicis repandæ ostentatem. *Cic. l. 2. de nat. Deor. c. 49. sub fin.* Juno Sospita cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis. ¶ Hinc repandirostrum pecus Netei, apud *Pacuv.* V. supra.

REPANGO, is, a. 3. *piantare, seminare*, idem quod pango, sero, apud *Colum. l. 5. c. 10. a med. & de Arbor. c. 22. ad fin.* Ibique semen ferulæ repangito.

REPARABILIS, le, *riacquerabile, reparabile, ἀναπλάσιος*, qui reparari potest. *Ovid. Heroid. ep. 5. v. 103.* sulla reparabilis arte Læsa pudicitia est. deperit illa semel. *Id. Met. 2. v. 379.* Dic, Themi, qua generis darenum reparabile nostri Arte fit. *Senec. de brevit. vitæ, c. 6. a med.* Nec velocissimæ omnium rei (*vitæ*) mora facilis, sed ubire, ut rem supervacuare ne reparabilem, finitis. *Auson. Edyll. 18. v. 6.* Phœnix, reparabilis ales. *Vol. Flacc. l. 6. v. 562.* nollo cælum reparabile gaza. *h. e.* lux, & cita nulla pecunia reparabilis. *Pers. sat. 1. v. 102.* Euion ingeminat: reparabilis adsonat echo. *h. e.* quæ facile voces reparat ac repetit.

REPARATIO, onis, f. *rifacimento, rinnuovazione, riparazione, ἀναπλάσις*, actus reparandi, renovatio, instauratio. *Prudent. Cathemer. 10. v. 128.* Mors hæc reparatis vitæ est. Tribuunt & *Sallust. in Jug. c. 34.* sed rectius ibi leg. *paratis.*

REPARATOR, oris, m. *riformatore, riparatore, ἀναπλαστής*, qui reparat, refector. *Stat. l. 4. silv. 1. v. 11.* immensi reparator maximus ævi. *h. e.* Janus, qui novos annos inchoat. V. *Imperator.*

REPARATUS, a, um, *rimesso, rifatto, rassettato, ἀναπλασθείς*, restitutus, refectus, instauratus. *Justin. sub fin. l. 20. & lib. 26. c. 2. sub fin.* Reparatus exercitus. *Id. l. 32. c. 1. extr.* Reparatum bellum. *Petron. in fragm. pag. 677. Burmon.* Lunæque senectus, Et reparatus honos. *Lucan. l. 4. v. 635.* Defectam timuit (*Alcides*) reparatis anguibus Hydram. ¶ Iterum emptus, commutatus. *Horat. l. 2. ad. 3. v. 18.* Vina Syra reparata merce. *h. e.* empta ex pecunia, quæ redacta est ex merce Syra devendita: vel commutata cum merce Syra.

REPARCO, arcis, arsi, n. 3. *risparmiare, ἀναλίσκομαι*, idem quod parco. *Plaut. Trucul. a. 4. 25.* Utinam a principio rei item parsissem meæ, ut nunc reparcis sarcis. ¶ Sumitur etiam pro non parcere. *Lucret. l. 1. v. 668.* Scilicet ex ulla facere id si parta reparcent. Alii aliter leg. & interpret.

REPARTO. V. *Reparto.*

REPARO, re, avi, atum, a. 1. *rinnovare, rimettere, risarquistare, ἀναπλάζω*, rursus paro, recupero, iterum acquiro. *Cic. Verr. 5. c. 86.* Arator id perdere videbatur, quod alio prætore, eodem ex agro reparare posset. *Plin. lib. 6. epist. 8.* Reparare quod amissis, gravius est. *& epist. 3.* Ager decrescente reditu, etiam pretium minuit, quod, te curante, reparebit. *Id. l. 4. ep. 9.* Faces ignem assidue concussione custodiunt, dimissum ægerrime reparant. *Ovid. Met. 1. v. 11.* Nec nova crescendo reparabat cornua Phœbe. ¶ Rursus emere, quod faciunt mercatores, qui merce divendita, aliam comparant, *rinnovellano, rinnovare, rimettere.* nam & parare pro emere ponitur. *Horat. l. 1. od. 31. v. 12.* Vina Syra reparata merce. *Alfen. Dig. lib. 15. tit. 3. leg. 16.* Cum boves non essent idonei, jusserat eos eximere, & his nummis, qui recepti essent, alios separari. *Scævola lib. 45. tit. 1. leg. 122.* Si intra diem suprascriptam non reparasset merces. ¶ Reparare exercitum, classem, *rimettere in piedi. Liv. l. 30. c. 7. & Hirt. de B. Alex. cap. 12. a med.* Reparare præsidium, bellum, *Justin. lib. 3. c. 6. Liv. loc. cit.* Reparare auxilia, *Tacit. 3. Ann. c. 73.* h. e. auxiliares copias rursus adscifcere. Sic *Lucan. l. 2. v. 104.* reparare novas aires. *h. e.* rursus sibi comparare. ¶ Eò etiam reficere, recreare, *ristorare. Ovid. 4. Metam. v. 215. de ambrosia.* & fessa diurnis Membra ministeriis nutrit, reparatque labori. *Id. Heroid. ep. 4. v. 90. de requie.* Hæc reparet ulres, fessaque membra novet. *Plin. in Panegyr. c. 77. a med.* Tare assiduus in tribunali, ut labore refici ac reparari videretur. ¶ Item reficere, renovare, *rifare, riparare. Plin. l. 10. ep. 75.* Ut ædificia, quæ sum vetustate lubsapsa, reparentur in melius. *Laurea Tullius in carm.* apud *Plin. l. 31. c. 2.* Reparare villam sub cultu potiore. ¶ Translate *Quintil. lib. 10. c. 2. a med.* Tireagenes imermissare historias scribendi industriam nova laude reparavit. ¶ De novo creare, producere. *Ovid. 15. Met. v. 252.* rerumque novatrix Ex aliis alias reparat natura figuras. *Senec. in Oedip. v. 650.* Solem reparet herbas. *Mantuan. l. 9. epigr. 104. de Hercule.* Fecundam vetuit reparari mortibus Hydram. *h. e.* novo capitum, recisis aliis, emittendo. *Plin. l. 27. c. ult.* Trichomanes illitum cohibet capillos defluentes: aut si effluxerint, reparat. ¶ Translate *Quintil. l. 10. c. 2. ante med.* Velut attrita quotidiano usu forensi ingenia, optime rerum talium blanditia (*lectione poetarum*) reparentur. ¶ In illo *Horat. l. 2. od. 37. v. 23.* nec lætentes Classe cita reparavit oras: *reparare* alii sumunt pro munire, portus, arces, & mœnia, quæ lapsa erant, celeriter classe omnia loca obeundo, reficere & firmare: Alii pro mutare, alias nempe terras & magis abditas pre Ægypto, quæ infirma erat, & tota patebat hosti, quærere: Alii alia commiscentur. *Bentley.* ut se expediat, *penetravit* ex conjectura substituit. ¶ Quidam putant primam syllabam produci posse, propter ea, quæ in *Re* dicta sunt. Itaque legunt apud *Claudian. in Consul. Probi, & Olybr. v. 260.* Obalia qui reparat arva Galesus. Al. leg. *temperat.*

REPARTURIENS, entis, iteruro parturiens, seu pariens. *Alcim. Avit. lib. 6. Poem. vers. 72.* Teque reparturiens melius, quam corporis alem.

REPASCO, is, a. 3. pasco, aut iterum pasco. *Paulin. Nolan. epist. 44. (al. 31.) c. 2. ad fin.* Impendis, quibus possim dicitem pauper repascere. *Id. carm. 21. ad Cythet. v. 853.* Ut pullus aquilæ dicitur repascere Cura parentes mutua.

REPASTINATIO, nis, f. *βοθροποίησις*, actus repastinandi. *Cic. de Senect. c. 15. a med.* Quid agri fossiones, repastinationesque professam? *Colum. l. 2. c. 2. ante med.* Junci & graminis pernicies repastinatio est. ¶ Translate est coercitio, & amputatio inutilium, apud *Tertull. in Exhort. ad castit. c. 6. ad fin.*

REPASTINATUS, a, um, nom. ex particip. *Colum. l. 3. c. 18.* Repastinatæ dictæ fuere vineæ veteres, quæ refodiebantur: nunc antiquitatis imprudens emutuetudo quidquid amoti fuit vineis præparatur, repastinatum vocat. *Plin. l. 17. c. 10.* Baccæ lauri in fulco repastinato palmi ultitudine, cicaniæ fere accreatim seruntur. *Id. lib. 19. c. 8. ante med.* Si caulem in repastinato feras. *& post med.* Hipposelinum & repastinum feritur.

REPASTINO, as, avi, atum, a. 1. *zappare, sbarbicare, ἀνασκάπτω, ἀνασκάφω*, iterum pastino, refodio. *Varr. R. R. l. 1. c. 28. sub fin.* Si altius repastinaverimus, aut minus, quam alii. *Colum. l. 4. c. 32.* Cultus arundinetis primo triennio non alius est, quam ceteris: cum deinde consenuit, repastinandum est. ¶ Et universim pastino fodere, terram pastino emovere, purgare, *zappare. Festus*: Repastinari ager is dicitur, ut Varrius arbitratur, cujus natura mutatur fodiendo, eum aut silicester arenodicatur, aut lapis mollitur frangendo, ut fiat pascuus vel pecoribus herba, vel hominibus fatione. Cato in ea, quam scripsit de suis virtutibus contra Thermum: Ego jam a principio in parsimonia, atque in duritia, atque industria omnem adulescentiam meam abstinui, agro colendo, sanis Sabraia, silicibus repastinandis atque conferendis. Afranius in Repudiato: Repastinasse ratus sentes fugis. *Plin. l. & c. 13.* Ca. Terentium scribam, agrum suum in Janiculo repastinantem, offendisse arcam, &c. ¶ Repastinare ungues, *Tertull. de Pœnitent. c. penult.* h. e. a sordibus ibi collectis purgare: Et, repastinare usum divitiarum, *Id. de cultu fem. cap. 9. circa med.* h. e. coercere, & veluti purgare: *Et*, repastinare vitia modo etiam ætate renovata, *Id. de Anim. c. 20. ad fin.* h. e. instaurare, & renovare: *Et*, commissionem injuriæ, metu vicis statim occurrere, repastinare, *Id. lib. 2. adverf. Marcion. c. 18.* h. e. insodere, obruere (ut cites pastino solani) sepelire, reprimere. Omnes hæ metaphoræ duriores sunt, & suo Auctori relinquendæ.

REPATRIO, as, n. 1. *ripatriare*, in patriam redeo. *Solin. cap. 27. (al. 40.) ante med.* Cum multi captivorum, aliquot leonibus obvii, intacti repatriaverint. *Id. cap. 33. (al. 46.)* Hinc Arebim fat est: hinc ad Pelusium repatriemus. *h. e.* redeamus. *Salmas.* mallet *ad Pelusium vela reparemus*, h. e. æquatis velis, & secundo vento Pelusium renavigemus. *Reparare vela*, esse mit paria & æque vela facere, quod fit, cum secundus ventus est.

REPECTO, is, n. 3. Quidam legi putant apud *Sext. 6. Theb.* v. 418. Colla toris crinita tument, stantesque repectit Aura jubas. Ubi *ver. Scholiast.* exponit dispergit, dissolvit, pexas comptasque jubas turbat. *Al. leg.* reflectit. *Claudian. de consul. Prob. & Olybr. v. 221. de Tiberino.* frons hispida manat Imbribus: in liquidos fontes in barba repectit. V. *Repexus.*

REPEDO, as, n. 1. *ritirar il piede, ritirarsi, tornar indietro, vincolare, ἀναβάζω*, pedem retraho, retro cedo, recedo, revertor. *Lucil.* apud *Non. c. 3. n. 738.* Rediisse ne repedasse, ut Romam eiret Gladiatoribus. *& ibid.* Romam repedabam numero. *Ammian. l. 24. c. 7. (al. 27.) sub fin.* Ad signa repedavit ocius milex. Adde *Juvenc. l. 4. in cap. 26. Matth. v. 402.* ¶ Cum accusatione *Pacuv.* apud *Fest.* Peulum repeda, gnate, a vestibulo gradum. Nisi dicas illud *gradum* esse casum communere spatii: *ritirossi un poco.*

RE-

REPELLO, lis, reppli, repulsum, a. 3. *rebattere, rispingere, tener lontano, scacciare, ἀπωθῶ, ἀπελαύνω, ἀποτρέπω*, accedentem, aut irruentem retro pallo, rejicio, depello, prohibeo, propello, prorumpo, amoveo. *Cic. pro Cæcin. c.* 12. Homines inermes armis, viros, terrore periculoque mortis repellere, fugare, avertere. *Id. post redit. in Sen. c.* 7. *a med.* Tu affinem tuam, finitimam meam, fuparb fimus & crudeliffimæ verbis a geniibus tuis repulifti. *Id. pro Dom. c.* 22. Homines audaces ab ejus templi aditu atque affenfu repuliti. *Plaut. Bacch.* 4. 3. 18. Hinc nunc ego mala dictis mala hæc hortibus repelli. *Plin. l.* 7. *c.* 16. *extr. med.* Zoroaftri cæsarum ita palpitaffe, ut impofitam repellaret manum. *Hort. de B. Alexan. c.* 20. Navigia hoftium lapidibus ac fundis a mole repellebant. *Id. de B. Afric. c.* 6. Cum ab equitibus in oppidum repellerentur. *Cæf. l.* 2. *B. Civ. c.* 9. Tegumenta ad defendendos ictus, ac repellendos. *Martial. l.* 3 *epigr.* 46. In turbam incideris: cunctos umbone repellet. *Ovid.* 3. *Met. v.* 63. ferpens fquamis defenfus, & arcæ Durities pellis, validos cute repulit ictus. *& lib.* 10. *v.* 165. repellit ver nyamem. ¶ Pre removere, *fcoftare, allontanare. Hort. de B. Alex. c.* 20. Scalas rapere, & naves a terra repellere, ne hoftes po irentur. ¶ Repellere repagula, *Ovid. Met.* 2. *v.* 157. removere, tollere, & aditum aperire. ¶ Illa urbana fuot & commoda *Cic.* 2. *de Fin. c.* 9. Omne animal dolorem afpernari, & quantum poffit, a fe repellere. *Id.* 1. *Conft. c.* 10. *fub fin.* Repellare aliquem a confilitis. (Hinc *repulfa*.) *Id. pro Mil. c.* 28. furores Clodii a cervicibus civium. *Id. pro Mur. c.* 14. ab aliquo belli pericula. *Id.* 1. *Offic. c.* 38. *ad fin.* connarecliam. *b. c.* contumalia abftinera. Sic *ibid.* incundiam. *Id. l.* 2. *de Orat. c.* 21. oratorem a gubernaculis contatum. *Q. Cic. de petic. conful. c.* 14. aliquem ab impediendo ac lædendo. *Tacit.* 2. *Hift. c.* 4. *ad fin.* fegantiam. *b. c.* abjicere. *Virg.* 4. *Æn. verf.* 214. alicujus connubia. *b. c.* recufare. *Ovid.* 14. *Met. v.* 377. preces. *b. c.* rejicere. *Id.* 3. *de Ar. am. v.* 491. fraus aft conceffa, repellere fraudem. *Id.* 5. *Met. v.* 777. facinus. *b. c.* prohibere. ¶ Repellere aliquam ad meretricium quæftum, apud *Plaut. Ciftell.* 2. 1. 43. aft compellere, impellere, adigere. ¶ Aliquando eft expellere, tollere. *Colum. l.* 7. *c.* 3. Capri vel arietis petuici faxitiam paftoras hac aftutia repelluet. ¶ Iram evertere, perturbare. *Ovid. Met. 6. v.* 661. Thracius ingenti menfas clamore repellit. *& lib.* 9. *v.* 164. Victa malis patientia repulit aras. ¶ In illo *Ovid.* 2. *Met. v.* 786. *de Minerva.* haud plum locuta Fugit, & impreffa telluretn repulit haita: fignificatur motus volatum inchoantis, & impreffa terræ haita nifu fa ie aera tolleotis. terre aoim quodammodo repellitur, dum corpus ab ea caleriter refilit. Simile aft illud *Virg.* 4. *Georg. v.* 232. Taygeta fimul ea terris oftendit honeftum Plias, & Oceani fpretos pede repulit amnes. ¶ Quotiefcunque prima io præterita a Poetis producitur, volunt Grammatici, duplici *p* fcribi, *reppulit*: fed non eft neceffe, ut in *Re*, & *Referre* jam diximus.

REPENDO, dis, di, enfum, a. 3. proprie eft contra, aut viciffim pendo, æquo pondere reddo, *ἀντισταθμίζω. Plin. lib.* 19. *c.* 4. *ante med.* Ecce altiles fpectantur afparagi: & Ravenna ternos libris repandit. *b. c.* adeo magnos alit, ut terni libræ pondo fint. ¶ *Rependere penfum*, eft eodem pondere laniam netam reddere, quo, ut neretne, data aft. *Ovid. Heroid. ep.* 9. *v.* 77. *de Alcide.* Craffaque robufto deducis pollice fila, Æquaque famnfæ penfa rependis heræ. *Propert. l.* 4. *el.* 7. *v.* 37. Et gmviora rependit iniquis penfa quafillis, Gærula de facie fi qua locuta mea aft. ¶ *Rependere* etiam dicuntur emptores, qui pro merce juftam pecuniam folvunt. hæc enim olim, ante pecuniam fignatam, appendebatur, non numerabatur, ut in *Æs*, & alibi dictum aft. Ra poftea mutata, nihilominus manfit loquendi modus. *Plin. l.* 36. *c.* 16. *a med.* Æthiopico magneti laus fumma datur, ponduíque argento rependitur. *fi comperto a pefo d' argento. & lib.* 12. *cap.* 25. *ante med. de balfamo.* Cum dupin rependebatur argentum. *b. c.* cum pro uno balfami pondere, v. gr. libra, duo argenti pondera, binæ libræ folvebantur. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 67. Septumulejus, qui pro C. Gracchi capite aurum erat repenfum. (Adde *Plin. l.* 33. *c.* 3. *ante med. & Valer. Max. l.* 9. *c.* 4. *n.* 3.) h. e. tantum auri pondus datum fuerat, quantum erat pondus capitis. ¶ Translate *Sent.* 4. *Thebr. v.* 763. Dircæos tibi, diva, greges, numerumque rependam Plebis, & hic magna lucus fignabitur ara. *b. c.* pro numero asercitus victimas tibi immolabo: quot fuerint milites, tot erunt hoftiæ. ¶ Eft etiam perfolvere, reddere, viciffim tribuere, *dare in ricompenfa, pagare. Propert. l.* 4. *el. ult. in fin.* Dum pretium vitæ grata rependit humus. *Ovid.* 2. *Met. v.* 694. nau gratia facta Nulla rependatur, nitidam cape præmia vaccam. *Sil. l.* 27. *v.* 577. patrefque docet Carthaginis altæ Magna rependurus, nec fe leviora daturum. *Stat. 9. Theb. v.* 50. Hafne tibi grates, hæc præmia digna rependi? *Propert. l.* 4. *el.* 4. *v.* 55. captæ ne fiot impune Sabinæ, Me cape, & alterna lege repeade vices. *Virg.* 2. *Æn. v.* 160. Tu modo promiffis maneas, fervataqua ferves, Troja, fidem, fi vera feram, fi magna rependam. *b.* 2. præfabo. *Stat. l. & filv.* 3. *v.* 154. Quas tibi devoti juvenes pro patre reuatu, Summa ducum, geates, aut quæ pia vota rependant? *b. c.* vota faciant pro te. ¶ *Rependere pœnas*, dare, luere, *ὑπεκτίνω. Senec. in Oedip. v.* 1032. Nunquam rependam fceleribus pœnas pares. ¶ Eft etiam penfare, compenfare, paria facere, *compenfare, ricompenfare, ἀντιστρόφω. Ovid. Heroid. ep.* 15. *v.* 31. Si mihi difficilis formam natura negavit, Ingenio formæ damna rependo meæ. *Id.* 5. *Met. v.* 15. hac vitam fervatæ dote rependis? *Virg.* 1. *Æn. v.* 242. Hoc equidem occafum Trojæ, triftefque ruinas Solabar, fatis contraria fata rependens. *Quintil. declam. 9. c.* 2. *ad fin.* Ut porrectos egenti cibos mea fame rependat. *Gell. l.* 2. *c.* 3. *a med.* Rependitur & compenfatur damnum delibatæ honeftatis majore alia gravioreque in adjuvando amico honeftate. ¶ In deteriorem partem, malum pro malo inferre, par damnum afferre. *Sen. l.* 8. *Thebr. v.* 666 perremptos Ulciici focios, mœftamque rependere noctem. *Val. Flacc. l.* 6. *v.* 4. magnoque rependere ludu regis pacta. *& verf.* 744. culpam hanc magno terrore rependat. ¶ Pro expendere, examinare, *Claudian. in conful. Mall. Theod. v.* 217. dius proxireus ille, Quem ratio, non ire movet: qui facta rependens, Conftito punire poteft.

REPENS, perticip. V. in *Repo*.

REPUTATIO, onis, f. *conſiderazione*, *penſamento*, *ἀπολογισμὸς*, actus reputandi, & quaſi rationem putandi, cogitatio, conſideratio, æſtimatio. *Plin. l.* 18. *c.* 1. Ipſa materia intus accendit ad reputationem naturæ parientis & noxia. *Id. l.* 7. *c.* 46. Subeunt in hac reputatione Delphica oracula. *b. e.* in hac enamerazione calamitatum Auguſti. *Id. lib.* 10. *cap.* 38. Columbarum volatus in reputationem ceterarum quoque velocrum nos impellit. *b. e.* ad percenſendos vetios volandi modos in ceterie avibue. *Id. l.* 25. *c.* 3. Qua quidem in reputatione miſereri ſortis humanæ ſubit. *b. e.* in recogitandis & recenſendis multiplicibus morborum humanorum generibus. *Tacit.* 2. *Hiſt. c.* 38. *extr.* Sed me veterum novorumque morum expatatio longius rulit. *Gell. l.* 12. *c.* 5. *circa med.* Et utendi conſilii expatatio, & honeſtatis utilitatiſque veræ contemplatio. ¶ actus computandi, & imputandi alicui. *Marcell. Dig. lib.* 46. *tit.* 3. *leg.* 48. Quæro, an ea, quæ ea re mariti perceperit, in dotem ei reputari debeant. Marcellus reſpondit, reputationem ejus, quod proponeretur, non iniquam videri. *Cojas lib.* 10. *tit.* 2. *leg.* 19. Quæ conſequetur, ſi aat reputationes intar heredes fecerit, aut earaverit cautiones interponi. *Ulpian. lib.* 27. *tit.* 1. *leg.* 1. Officin judicis congruit, reputationes tutoris non improbas admittere, et puta ſi dicat, impendiſſe in alimenta papilli, vel diſciplinas.

REPUTESCO, is, o. 3. iterum, vel valde putefco. *Terrull. de anim. c.* 32. Ne aliqua ſepultura conditione reputeſceret.

REPUTO, as, avi, atum, a. 1. *penſare e ripenſare*, *conſiderare*, *ἀναλογίζομαι*, cogito, conſidero, quaſi rationem puto alicujus rei. *Donat. ad Terent. Eun.* 4. 2. 4. ait, *pmare* eſſe rerum præſentium, *reputare* præteritarum. Sed hoc diſcrimen nullum puto. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 46. *extr.* Quæ copulatio rerum quem non movet, hunc horum nihil unquam reputaviſſe, certo ſcio. *Id. pro Deiot. c.* 13. *fub fin.* Hæc ille reputans, & dies & noctes cogitans, nec modo tibi non ſuccenſet, verum, &c. *Id. poſt redit. in Sen. c.* 12. *extr.* Multa mecum ipſe reputavi. *Salluſt. in Jug. c.* 13. In otio ſacimus ſuum cum animo reputans, timere populum Q. &c. *& cap.* 87. *a med.* Quæſo reputate cum animis veſtris, num, &c. *& cap.* 4. Qui ſi reputaverint, & quibus ego temporibus magiſtratum adepus ſum, & quales viri idem aſſequi nequiverint, profecto exiſtumabunt, &c. *Nep. in Alcib. c.* 4. Multa ſecum reputane de immodereta civium ſuorum licentia. *Plaut. Trin.* 3. 2. 48. Te moneo, hoc etiam atque etiam ut reputes, quid facere expetat. *Terent. Andr.* 2. 6. 11. Etenim ipſus ſecum recta reputavit via. *ho fatto bene i ſuoi conti*, *ho penſato bene*. *& Tacit.* 2. *Hiſt. c.* 16. Reputare infirmitatem ſuam. *& cap.* 74. Et Veſpaſianus modo in ſpem erectus, aliquando adverſa reputabat. *Plin. l.* 1. *ep.* 9. Hæc ſi quotidie feciſſe te repetes, inania videntur. *Senec. in Agam. v.* 23. Reputemus omnes, quos ob infandas manue Quæſitor utna Gnoſſias verſat reos; Vincam Thyeſtes ſceleribus cunctos meis. ¶ Propris eſt rationem inire, computare, *mettar in conto*, *computare*. *Plin. l.* 7. *c.* 50. Nec reputantur infantiæ anni, qui ſenſu carent: non ſenectæ in pœnam vivacis

Tacit. 2. *Hiſt. c.* 50. Et tempore reputantibus, initium finemque miraculi cum Othonis exitu competiſſe. *Ulpian. Dig. lib.* 27. *tit.* 3. *leg.* 3. *circa med.* Item ſumptus litis tutor reputabit, & oratica. *Paul. l.* 3. *tit.* 5. *leg.* 33. Reputabaos heredes aviæ alimenta præſtita nepoti. ¶ Ex computationem ineunda imputare, ettribuere. *Plautus. lib.* 22. *cap.* 7. *leg.* 17. Si nondum pater dotem recuperaverit, vir ſolus convenietur (*ut in ſummis uxoris ceceſſeret*) reputatûrus patri quod eo nomine præſtiterit.

REQUIES, etis, & rei, f. *riposo*, *pace*, *requie*, *diminuzione*, ceſſatio a labore, laxamentum, quies. *Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 18. Ite ſum ab omnibus deſtitutus, ut tamtum requietis habeam, quantum cum uxore & filiola conſumitur. *Id. l.* 5. *de Fin. c.* 19. *in fin.* & *in fragm.* apud *Charif. l.* 2. *pag.* 81. *Puſch.* Si requietem matute non quereret. *Id. de ſuo Conſul. l.* 2. *de Divin. v.* 13. Tu tamen anxiferas curas requiete releza. *Id.* 2. *de Orat. c.* 5e. Philoſophorum libros refervet ſibi ad hujuſcemodi Tuſculani requiem utque otium. *Id. c. Offic.* 2. 2. Si oblectarim quæritur animi, requieſque curarum. *Val. Flacc. l.* 5. *v.* 60e. Nec requies, quin Marte diem noctemque fetteget. *Lucret. l.* 4. *v.* 227. & *Virg.* 5. *Æn. v.* 45ſt. Nec mora nec requies toter datur ulla fluendi. *Id. Æn.* 4. *v.* 423. Tempus inene pero, requiem ſpatiumque furori. *Ovid. Met.* 3. *v.* 61ſt. & qui requiemque modumque Voce dabat remis. *& lib.* 7. *v.* 821. Aurem ceſpectabam: requies eſsi illa labori. *Colum. in præfat. l.* 12. *c med.* Ad requiem ſuetuſſum exercitationum. *Ovid.* 13. *Met. v.* 317. Tentaterque ferox requie lenire lebores. *Martial. l.* 4. *epigr.* 25. Voe miſis noſtræ portus requieſque ſenectæ. *Tibull. l.* 1. *el.* 8. *v.* 41. Bacchus & uſſitate requiem mortalibus affert. ¶ Genitivus *requici* egnoſcitur a Grammaticis, *Priſcian. l.* 6. *pag.* 704. *Puſch. & lib.* 7. *ſub fin. pag.* 781. & *Valer. Prob. in Catul. pag.* 1460. Apud Scriptores ego nondum legi. Pro ne *requie* dixit *Salluſt. in fragm.* apud *Priſcian. cit. pag.* 781. At inde nulla munitionis aut requie mora proceſſit ad nppidum. *Auſon. Epiſt.* 4. *v.* 4. Sed requie ſtudiique vices rata tempore ſervant. Addit *Priſcian.* veteſtiſſimos etiam *requies* diciſſe in eod. caſu. V. *Dies*.

REQUIESCO, ſcie, quievi, quietum, n. 3. *ripoſarſi*, *prender ripoſo*, *riposarsi*, *ἡσυχάζω*, u lebora ceſſu, quietem ugo, conquieſco. *Cic.* 1. *de Divin. c.* 46. *ed fin.* Puellem defetigetam petiſſe a matertera, ut ſibi concederet pauliſper, ut in ejus ſella requieſceret. *Virg.* 7. *Ecl. v.* 10. Et ſi quid ceſſere potes, requieſce ſub umbre. *Tibull. l.* 1. *el.* 2. *v.* 37. ſatis eſt, requieſcere tecto Si licet. *Ovid.* 10. *Met. v.* 556. libet hac requieſcere tecum, Et requievit, humo. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 34. *ſub fin.* Quæ neceſſitas uum tanta premebet, ut rd temporis Roma proficiſceretur, nullam partem noctis requieſceret? *Cæſ. l.* 3. *B. Civ. c.* 98. Ex ceſtris ſibi legiones elias occurrere, & eos quas ſecum duxerat, invicem requieſcere, etque in caſtra reverti juſſit. ¶ Refertur ad animum. *Salluſt. in Cerid. c.* 4. Ubi animus ea multie miſeriis atque periculis requievit. *Cic.* 3 *Offic. c.* 1. Africanus requieſcens u reipublicæ pulcherrimis muneribus, otium ſibi ſumebat eliquando. *Id. pro Cal. c. ult.* Qui hoc uoico film nittitur, in hujus ſpe requieſcit. *Ene.* apud *Cicer.* 1. *Tuſcul. cap.* 44. *ad fin.* Naque ſepulcrum habeat portum corporis, ubi corpus requieſcat malte. *Al. lep.* a melis. *Id. in fragm.* apud *Priſcian. l.* 10. *pag.* 886. *Puſch.* Niſi eorum unitio non requieturam. ¶ De quieſcentibus in lecto, *Propert. l.* 1. *el.* 8. *v.* 33. anguſto requieſcere lecto. ¶ De mortuis, *Martial. l.* 1. *ep.* 94. Fabricio junctus fido requieſcit Aquinus: *Petron. in fragm. Tragic. c.* 72. *Burm.* C. Pompejus Trimelchio Maxcenarianus hic requieſcit. Adde *Martial. l.* 6, *epigr.* 18. ¶ Hinc eo utimur, cum bene precamur mortuis. *Ovid.* 3. *Amor el.* 9. *extr.* Ulla quieta, precor, tua requieſcite in urna. Hinc in numo Conſtantii Chlori, apud *Mediobarb.* Requies optimo Principi. ¶ Active, quieſcere, aut ceſſare facio, ſiſto, quietum reddo. *Virg. Ecl.* 8. *v.* 4. Et mutata ſuos requierunt flumina curſus. *Colum* apud *Serv. ibid.* Sol quoque perpetuos meminit requieſcere curſus. *Virg. in Ciri*, *v.* 232. Tempore, quo feſſas mortelia pectore curas, Quæ rapidos etium requieſcunt flumina curſus. *Propert. lib. c. el.* 25. *v.* 75. Quamvis ille ſuam laſſus requieſcet aversam. Al. leg. *ſua* eurne, invitis *Scalig. & Broukuſ. Salluſt. in fragm.* apud *Serv. loc. cit.* Paululum requietis militibus. Hue trahi poteſt & illud *Propert. l.* 2. *eleg.* 18. *v.* 65. Jupiter Alcmenæ geminos requieverut Arctos. *b. c.* juſſerat u nocturno curſu ceſſare. Poteſt etium ſic exponi: in gratiam Alcmenæ duas noctes requieverat.

REQUIETIO, nis, f. *ripoſa*, requies. *Hieronym. l.* 2. *adverſ. Jovinian. c.* 12. *circa med.* Omnis Hebræus ſeptimo requietionis anno abſque perſonarum diſcretione dimittitur.

REQUIETORIUM, ii, n. ſepulcrum. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 1030. n. 8. Q. Fontejus Celer VI. Vir Auguſt. ſibi & conjugi cariſſ. requietorium facit. Adde *pag.* 954. *n.* 1. & apud *Muratori. pag.* 1469 *n.* 7.

REQUIETUS, a, um, *quieto*, *ripoſato*, *riposamente*, qui requievit, qui ub *aquee* ceſſavit. *Liv. l.* 44. *c.* 38. Nihilne interelt, utrum militem requietum, integrum in actem aduces, an longo itinere fatigatum, & onere feſſum hoſti objicias? *Senec. de tranquill. c. ult. a med.* Danda eſt remiſſio animis, melinres ecriorelque requieti ſurgent. *Ovid. c. de er. am. v.* 352. Da requiem. requietus ager bene credita reddit. *Colum. l.* 2. *c.* 1. *c med.* Terra requietior & pinguior. ¶ De ite, quæ recentia non ſunt. *Id. l.* 7. *c.* 8. Caſeus lecta fieri debet ſincero, & quam recentiſſimo, nam requietum, vel mixtum caleriter acorem contrahit. *Id. lib.* 8. *c.* 5. *de ovis*. Aptiſſime ſunt ad excludendum recentiſſima quæque. poſſunt tamen etiam requieta ſuppoui, dum ne veruſtiora ſint, quam dierum decem.

REQUIRITO, as, a. 1. frequentar. a requiro. *Plaut. Maſtell.* 4. 3. 11. Quid tu otioſus res novas requiritas?

REQUTRO, ie, ſivi, & ſii, ſitum, a. 3. *cercare*, *ricercare*, *inquirire*, idem fere quod quæro, diligenter quæro, rurſus aut ſæpius quæro. *Non. c.* 5. *n.* 46. *Quærere*, & *requirere* hoc differunt, quod *requirere*, eſt diu quærere. Afranius Fratriis: Proin tu, cum querram, ne requiram te, vide. *Cic.* 3. *de Fin. c.* 3. Tu autem, cum ipſe tantum librorum habeas, quos hic tandem libros requiris? *Plaut. Ciſt.* 4. *c.* 5ſt. Quid quæritas? *Hu.* veſtigium hic requiro, quæ aufugit quædam. *Id. Epid.* 3. 4. 56. Ego illam jam requiram, ubi ubi eſt. *Ovid.* 4. *Met. v.* 169. juvenemque oculis animoque requirit. ¶ *Requirere* dicuntur qui quod vellent, ubeſſe ſentiunt, queruntur, & deſiderant. *Cic. Parad.* 1. *c.* 2. In que equidem continentiſſimorum hominum, mejotum noſtrorum ſæpe requiro prudentiam, qui hæc imbecilla & commutabile pecuniæ membra, verbo bona putaverunt appellanda. *Id. Fam. 6. ep.* 6. Vereor ne littererum a me officium requiras. *Cic. de Senect. c.* 20. Iſto bono utare, dum adſit: cum ubſit, ne requiras. niſi forte adoleſcentes puerilium, paulum ætate progreſſi adoleſcentium debeant requirere. *Id. pro Mil. c.* 1. Hæc novi judicii nova forma terret oculos, qui quocumque incideriur, veterem conſuetudinem ſori, & priſtinum morem judiciorum requirunt. *Ovid. 15. Met. v.* 515. multos tamen inde requiro, Quos quondam vidi veſtra prius urbe receptus. ¶ Eſt etiam poſcere, petere, velle, quærere. *Nep. in Thraſyb. ſub fin.* Illa igitur corone cootentus Thraſybulus, neque amplius requiſivit, neque, &c. *Cic. Verr.* 7. *c.* 67. Omnes cives R. veſtram ſeveritatem deſiderant, veſtram fidem imploreet, veſtrum auxilium requirunt. *Id.* 5. *Tuſcul. c.* 8. *c med.* Qui beatus eſt, non tutalligo quid requires, ut ſit beatior. *Id.* 1. *de Fin. 9.* 18. *extr.* Virtus nixa huc honeſto nullam requirit voluptatem. ¶ *Requiritur*, opus eſt, neceſſe eſt. *Cic. pro leg. Manil. c.* 22. Atque in hoc bello Aſiatico non ſolum militaris illa virtus, ſed aliæ quoque virtutes animi multæ & magnæ requiruntur. ¶ Pro ſciſcitari, percontari, interrogare, *interrogare*, *domandare*, *ricercare*. *Cic. pro Dom. c.* 6. Primum illud a te requiro, quæ re tanta pœna veaet, ut, &c. *Id. pro Cal. c.* 28. Ex quibus tequiram, quonam modo lutuerint. *Id. pro leg. Manil. c.* 9. Requiretur fortaſſe nunc, quemadmodum, cum hæc ita ſint, reliquum poſſit eſſa magnum bellum. *Ouidius* 1. *de Ar. am. v.* 663. Nec quotue ennus eat, nec que ſit nare requira Conſule. *Id.* 4. *Met. v.* 679. Pende requirenti nomen terræque, tuumque, Et cur vincle geras. *Id. Heroid. ep.* 6. *v.* 31. tua facta requirere cœpi. *Nep. in Attic. c.* 10. Nullus dies intereſſit, que non ad eum ſcriberet, quo mm aliquid de antiquitate ab eo requireret. *Val. Max. l.* 9. *c.* 12. *n.* 1. Repentinæ moræ cauſam requiſit. ¶ Inquirere, inſpicere, animadvertere. *Cæſar Dig. lib.* 28. *tit.* 5. *leg.* 4 Requiremus, an ſecundum regulas juris civilia teſtatus ſit. *Pompon. lib.* 45. *ext.* 3. *leg.* 39. Qua actione fructuarius recuperare poſſit a domino proprietaris, requirendum eſt.

REQUISITIO, onis, f. inquiſitin, indagatio. *Gell. l.* 18. *c.* 2. Hiſtoriæ antiquioris requiſitio.

REQUISITUS, a, um, *ricercato*, quæſitus. *Sueton. in Calig. c.* 24. *ſub fin.* Chirographa omnium requiſita divulgare. *Gell. l.* 15. *c.* 20. Poſtea requiſita, periiſſe credita eſt. ¶ Abſolute *Quintil. in proem. l.* 8. *ad fin.* Ad requiſita reſpondere. *Salluſt. in fragm.* apud *eund. l.* 8. *c.* 6. *poſt med.* & *Spartian. in Caracall. c.* 6. *c med.* Ad requiſite neturæ. *b. c.* ud ventrem, aut veſicam exoneraudam.

REROGO, as, a. 1. iterum rogo. *Plaut. Ampb.* 2. 2. 76. Alcumena, unum rogate te volo. *Al.* quidvis roga, rerogo. Al. ulitei leg.

RES, rei, f. *coſa*, *faccende*, *ſorte*, *πρᾶγμα*, *ἔργον*, id quod eſt, actio, opus, factum. Vox eſt immenſi prope uſus, ad omnia ſignificanda, quæ fieri, dici, aut cogitari poſſunt: in cujus notatione aſſignanda valde laborent Etymologi. V. *Voſſ.* & *Marcum. Cic.* 1. *de nat. Deor. c.* 38. *ad fin.* Earum rerum, quæ nunquam fuerunt, nec eſſe potuerunt, ut Scyllæ, ut Chimeræ, præſto eſt imago. *& cap.* 15. Communis rerum natura, univerſa atque omnia continene. *Id. c. de Fin. c.* 18. Negat, tenuiſſimo victu minorem voluptatem percipi, quam rebus exquiſitiſſimis ad epulendum. *Catull. carm.* 39 *in Egnat. v.* 16. Nam riſu inepta res ineptior nulla eſt. *& carm.* 68. *v.* 3. Verani optime, toque mi Fabulle, Quid rerum geritis? *Plaut. Men.* 5. 2. 60. *Men.* Quiſquis es, ſenex, ſummum Jnuem, deoſque deteſtor. *Se.* qua de re, aut cujus rei rerum omnium? *Terent. Adelph.* 2. 1. 21. Quid hoc rei eſt? *che coſa è queſta?* quid hoc uſi? *Plaut. Men.* 5. 2. 14. Propemodum jam ſcio, quid ſiet rei. *che coſe ſie:* quid ſit. *Cic. de Senect. c.* 6. Non viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur, ſed conſilio, auctoritate, ſeotentia. *Id.* 1. *Offic. c.* 22. Cum pieriqoe urbitrentur, res bellicas majores eſſe, quam urbanas. *Id.* 2. *de Orat. c.* 17. *a med.* Videamus, ne plus ei tribuas, quam res & veritas ipſa concedat. *Id. Attic. l.* 2. *ep.* 22. *ad fin.* Cum comitia in menſem Octobr. diſtulisſet, quod ſolet ea res populi voluntatem affandere, putaret Cæſar, &c. *& epiſt.* 22. Nunc ſe res ſic habet: volitat, furit, uihil habet certi. *Id. Fam.* 13. *ep.* 8. Res untem eſt hæc. *il negozio, il fatto è queſto.* & *de Amic. c.* 13. Ad monendum nea modo epeere, ſed etiam acriter, ſi res poſtulabit. *ſi farà biſogno.* & *Fam.* 15. *ep.* 21. Res ipſa loquitur. *il ſtile parle de ſe.* & *Acad. l.* 4. *c.* 1. Res militaris. *l' arte e 'l meſtier delle guerra.* & *Verr.* 7. *c.* 17. Res navalis. *& Verr.* 4. *c.* 22. Ree judiciaria. *la giudicatura.* & *lib.* 8. *ad Attic. ep.* 1. Res frumentaria. *i viveri.* & *de Senect. c.* 25. *ſub fin.* Res ruſtica. *Id. pro Quinc. c.* 3. Res pecuaria & ruſtica. *Cato R. R. c.* 5. Res divina. *ſacrificio.* & *Terent. Andr.* 5. 1. 10. Res uxoria. *il matrimonio.* & *Lucret. l. c. v.* 173. & *Ovid. de remed. amor. v.* 432. Res Veneris. *cuccrlo.* *quæ Cic. de Senect. c.* 14. res Venereæ. *Plaut. Ampb. c.* 2. *n.* 1. Res voluptatum. *b. c.* voluptates. *χρῆσις ἀφροδισίων. Phædr. l.* 4. *fab.* 7. *v.* 4. Res cibi. *b. c.* cibus. *χρῆσις τροφῆς.* Sic apud Græcos *χρῆσθαι τυροῖς* nox: *χρῆσθαι γυναικί*, *ἐπιμιξίᾳ*

na: ἔργα ἀγαθὰ. &c. ¶ Factum, *il fatto, l' effetto. Sallust. in Catil. c.* 21. Tantum modo incepto opus est: cetera res expediet. *Ovid. 3. Metam. v.* 349. Vana diu vita est vos augurio: exitus illum, Resque probat. *Liv. l.* 2. *c. ult.* Conclamant sa iteros: clamoremque res ad secuta. *Plaut. ad Cicer. Fam.* 10. *ep.* 12. *ante med.* Et ma; si, quem esse voluisti, aum exitu rebusque cognoscis, defenda ac fuscipe. ¶ *Res*, facta, res gestæ, acta, *fossa*, *actiones*, *temperate*, *gesta*. *Sallust. in Catil. c.* 3. Haudquaquam par gloria sequitur scriptorem, & operatorem rerum. *Liv. init. Hist.* A primordio urbis res populi R. perscribere. *Plin. l.* 2. *c.* 87. & 103. *ad fin.* Sicut ira rebus Neronis retulimus. *nulla vita, nulli ifforia.* ¶ Experientia, *esperienza*, *pratica*, *uso*. *Cic. 6. Fam. ep.* 14. Et res cum quotidie, & dies, & opinio hominum, & etiam sua natura mitiorem facit. *Terent. Adelph.* 5. 4. 2. Res, ætas; usus semper aliquid apportat novi. ¶ Pertinet ad veritatem significandam. *Plaut. Trin.* 2. 4. 89. Rem fabulare. *tu dici il vero: tu dici la cosa come sta*. & *Terent. Eun.* 5. 6. 9. Te arbitrari quod res est, velim. *Id. Andr.* 2. 2. 28. Aperte ipsam rem modo locutus, nihil circuitione usus es. *avendo detto schietto schietto il tuo sentimento*. ¶ Aliquando opponitur verbis. *Cic. in fragm.* apud *Augustin. l.* 2. *contra Acad. c.* 27. Non enim vocabulorum opificem, sed rerum inquisitorem decet esse sapientem. *Id.* 2. *de Orat. c.* 5. Est enim scientia comprehendenda rerum plurimarum, sine qua verborum volubilitas inanis atque irridenda est. *Id.* 4. *Acad. c.* 5. *ad fin.* Peripatetici, & Academici nominibus differentes, re congruentes. Sic Græci λόγῳ ἔργῳ. *Mentus ad Cicer. Fam.* 12. *ep.* 28. Ta ergo, ut rem potiorem orationis ducas. *Cic. pro Rosc. Amer. c.* 15. *a med.* Videa, quantum differt argumentatio tua ab re ipsa atque a veritate. *Id.* 2. *de Fin. c.* 26. *a med.* Ut in omnibus factis re, non teste moveamur. *Id. in fragm.* apud *Macrob. l.* 6. *Saturn. c.* 2. *fub fin.* Ut majora omnia re, quam fama viderentur. *Julian. Dig. lib.* 1. *tit.* 3. *leg.* 32. Quid interest, suffragia populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis? *Cic. Attic. l.* 5. *ep.* 5. Non modo res omnes, sed etiam rumores cognoscamus. *Id.* 3. *de nat. Deor. c.* 21. Qui hos deos non re, sed opinione esse dicunt. *Ovid. Amor. l.* 3. *el.* 3. *v.* 23. Aut sine re aomen deus ast, frustraque timetur, Aut, &c. *Cic. pro Quint. c.* 8. Habet adversarium Quintius verbo See. Naviam, re vera hujusce ætatis homines disertissimos. *Liv. l.* 39. *c.* 35. Per speciem auxilii Byzantiis ferendi, re ipsa ad terrorem regulis injiciendum. *Cic. pro Rosc. Amer. c.* 42. e *med.* Eum tametsi verbo non audeat; tamen re ipsa de maleficio suo confitari. *Terent. Heaut.* 4. 1. 23. Simulare mortem verbis, re ipsa spem vitæ dare. *Id. Adelph.* 4. 7. 25. Si non ipsa re tibi illue dolet, simulare certe est hominis. *Id. Eun.* 4. 6. 3. Ego illius feere possum magnifica verba, verba dum sint: verum si ad rem conferentur, vapulabit. *fe la parole verranno a fetei*. ¶ Interdum est eventus, exitus, effectus. *Marcell. ad Cicer. l.* 4. *Fam. ep.* 12. *extr.* Ut intelligas, homini amicissimo te tribuisse officium, re tibi præstabo. *Id. in Orat. c.* 30. *a med.* Adolescens non tam re & maturitate, quam spe & exspectatione laudatus. *Id. pro Cluent. c.* 16. *a med.* Servus non incallidus, sed, ut ipsa res declaravit, frugi utique integer. *Terent. Eun.* 3. 2. 25. Perpulcra, credo, dona, haud nostris similia. *Par.* res indicabit. *Ovid. Heroid. ep.* 20. *v.* 99. Omne ea careant. ¶ Item causa. *Plaut. Amph. prol. v.* 123. Et hæc ob eam rem non est facta longior. *Lucret. l.* 2. *v.* 172. Atque hæc re nequeunt ne omnibus omnia gigni. *Cato R. R. c.* 158. *extr.* Ea re tot res sunt, uti bene dejicias. *Cic. 4. Acad. c.* 34. *ad fin.* Illud ea re a se esse concessum, quod, &c. ¶ Item finis. *Plaut. Asin.* 3. 2. 43. & *Pan. c.* 2. *v.* 33. *Li.* Nimis vellem habere perticam. *Le.* cui rei? *Li.* qui ureberarem asinos. *a che fine? perchè?* & *Cistell.* 2. 3. 36. Ei rei nunc suam operam servus dat, si possit illam invenire. *a questo fine, per questo*. ¶ Item lis, causa, contentio forensis, *lite*, *causa*, *giudizio*. *Festus*: Res comperendinata significat judicium in diem tertium constitutum. *Cic. 4. Verr. c.* 48. De rebus ab isto cognitis, judicatisque, & de judiciis datis dicere destitamus. *Varr. l.* 6. *de L. L. c.* 5. *circa med.* Quibus res erat in controversia, ea vocabatur lis. ideo in actionibus videmus dici: quam rem, sive litem dicere oportet. *Liv. l.* 1. *c.* 32. e *med.* ex *vet. formula*. Quarum rerum, litium, consortum conditi patres pasmus, &c. *Cic. pro Mur. c.* 12. *extr.* Illud mihi mirum videri solet, tot homines, tam ingeniosos, per tot annos etiam omne statuere non potuisse, utrum diem tertium, an perendinum; judicem an arbitrum; rem eo litem dici oporteret. *Ulpian. Dig. lib.* 42. *tit.* 29. *leg.* 3. *ante med.* Alias differri oportere rem in tempus pubertatis, alias repræsentari. *Cæsar lib. 6 tit.* 3. *leg.* 12. Tractu temporis futurum ut res pereat. *Ulpian. lib.* 42. *tit. & leg.* 2. Res judicata dicitur, quæ finem controversiarum pronuntiatione judicis accipit: quod vel condemnatione, vel absolutione contingit. ¶ Item modus, ratio. *Cic. Fam. 6. ep.* 9. Mihi necesse est ejus salutem & fortunas, quibuscumque rebus possim, tueri. ¶ Item argumentum, rutio, *argomento*, *ragione*, *prova*. *Cic. initio Parad.* 4. Ego vero re non fultum, ut sæpe; non improbum, ut semper; sed dementem & insanum rebus addicam necessariis. *Quintil. l.* 5. *c.* 8. Res ad faciendam fidem appositæ. ¶ *Res*, & *res familiares*, pecunia, facultates, census, bona, opes, patrimonium, *facoltà*, *roba*, *averi*, *beni*. *Cic. Fam.* 9. *ep.* 13. *a med.* Rus familiaris alteri eorum valde exigua est, alteri vix equestris. *Id.* 2. *Catil. c.* 5. Res eorum jam pridem, fides deficere nuper cœpit. *Id. 9. Attic. ep.* 7. e *med.* Sumptus, egestates tot egentissimorum hominum nec res privatæ possunt, nec respublica sustinere. *Horat. l.* 2. *sat.* 5. *v.* 8. Et genus, & virtus, nisi cum re, vilior alga est. *Cic.* 2. *Offic. c.* 21. Non esse in civitate duo millia hominum, qui rem habeant. *Id. pro Rabir. Post. c.* 24. Rem bonis & honestis rationibus augere.

Terent. Adelph. 2. 2. 12. Nequam rem facies. *b. e.* divitias comparabis, lucrum facies. *Id. Eun.* 2. 2. 16. Coqui, piscatores, aucupes, quibus ex re salva, & perdita profuerat. *Juvenal. sat.* 3. *v.* 164. Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat Res angusta domi. *Horat. l.* 1. *ep.* 20. *v.* 20. Me libertino natum patre, & in tenui re. *Id. l.* 2. *ser.* 5. *v.* 12. Res ubi magna nimat dominofene. *Id. l.* 1. *sat.* 4. *v.* 110. rem pateam perdere. *Cic. Parad. 6. c.* 2. honeste quærere mercaturis faciendas. *Id. Fam.* 12. *ep.* 21. fanitiarem comedere. *& lib.* 4 *ep.* 7. *ad fin.* dissipare. *& post redit. in Sen. c.* 5. conficere. *and. sensu*. ¶ Idem significat etiam in his. *Plaut. Pseud.* 1. 2. 27. Juvabo aut re, aut opera, aut consilio bono. *Terent. Heaut.* 2. 3. 34. Aut consolando, aut consilio, aut re juvero. ¶ Dicitur & de publicis opibus, copia, bonis, viribus civitatis, regni, populi, eorumque statu, conditione. *Liv. l.* 2. *c.* 28. *ad fin.* Ut animum inter Fidoustem, Romanumque rem ancipitem gestiti. *Virg.* 3. *Æn. v.* 1. res Asiæ, Priamique avertere gentem. *& l.* 1. *v.* 456. afflictis confidere rebus. *Liv. l.* 6. *c.* 40. *ad fin.* Parva ista non contemnendo majores nostri maximam hanc rem fecerunt. *Id. l.* 21. *c.* 16. Neque hostem acriorem secum congressum, nec rem Romanam tam desidem unquam fuisse atque imbellem. *Justin. l.* 8. *c.* 6. Compositis, ordinatisque Macedoniæ rebus. *Tacit.* 2. *Hist. c.* 29. Increscta Urbs, & res sine discordia translatæ. *b. e.* imperium & summa rerum ab uno translata in alium. *Nep. in Attic. c.* 9. *ad fin.* Potiri rerum. V. *Potior*. ¶ Item de statu & conditione, seu qualitate fortunæ. *Cic.* 1. *Offic. c.* 26. Ut adversas res, sic secundas immoderate ferre. *le disgrazie, e le prosperità*. Similiter dicuntur *res salvæ*, *integræ*, *contractæ*, *periculosæ*, *arctæ*, *perturbatæ*, *eversæ*, &c. In singul. num. *Sallust. in Catil. c.* 21. Nobis domi inopia, foris æs alienum: mala res, spes multo asperior. *cattivo stato*. & *cap.* 22. Quibus neque res, neque spes bona ulla. ¶ *Hic rebus*, in hoc rerum statu: *incertis rebus*, cum res sunt incertæ: *bonis*, *florentibus rebus*, cum belle omnia fluunt, & ex sententia. *Cic. pro Flacc. c.* 5. *a med.* Vehementem accusatorem metui fumus, judices, & inimicum in omni genere odiosum ac molestum: quam spero, his rebus, fore magno usui & amicis & reipublicæ. Al. *his rebus* inrelliguntur hæc vehementia, odio, molestia: al. aliter leg. *Plaut. Rud.* 3. 3. 12. Neque est melius morti in malis rebus, miseris. *Virg. 6. Æn. v.* 196. dubiis ne defice rebus. *Cic. 4. Fam. ep. 9. ante med.* An eum magis communem censemus in victoria futurum fuisse, quam incertis rebus fuisset? *& lib.* 12. *ep.* 2. *ad fin.* Habes auctore consilii publici, qui numerus etiam boais rebus eriguus effet: quid censes perditis? *Plaut. Trin.* 2. 4. 45. Bonis tuis rebus meas res inrides malas. *Cic. Fam. l.* 4. *ep.* 1. & *lib.* 7. *ep.* 30. *ad fin.* Sit enim ast u me judicio capitis, rebus salvis, defensus. *b. e.* libera republica. *Cæs. l.* 1. *B. Gall. c.* 30. Quod eo consilio, florentissimis rebus, domus suas reliquisset, ut, &c. *Terent. Phorm.* 5. 3. 8. Ea his prædiis talanta negenti bino, rebus vilioribus multo, capiebat. ¶ *Rebus prolatis*. V. *Prolatus*. ¶ *Res redeunt*. V. *Redeo*. ¶ *Alias res agere*. V. *Ago*. ¶ *Re recenti*. V. *Recens*. ¶ *In malam rem*, in calamitatem, in exitium, in malam crucem, *in malora*. *Terent. Andr.* 2. 1. 17. Abin' hinc in malam rem cum suspicione isthac, scelus? *Id. Phorm.* 5. 7. 37. I in malam rem hinc cum isthac magnificentia. ¶ *Res tuas sibi habe*, formula divortii faciendi. V. *Divortium* in fine. Similis est illa *Res tuas ergas colle*, in dirimenda societate, contubernio, amicitia; apud *Petron. in Satyr. c.* 79. *extr.* ¶ *Res*, res militaris. *Sil. l.* 15. *v.* 149. comitas rerum, bellique ministri. Hinc *res gerere*. V. *Gero. Hirt. de B. Afric. c.* 33. Cum animadvertisset, præsidium ibi esse, non ausus periculo loo rem facere, &c. *erutor col alcuno*. ¶ negotium, consuetudo, congressus, commercium, *negozio*, *conversare*, *usare*, *praticare*, *commercio*. *Cic. pro Cluent. c.* 13. *ad fin.* Itaque rem cum Oppianico transigit: pecuniam ab eo accipit, causam relinquit. *Terent. Adelph.* 4. 7. 17. Res compolita est: fiunt nuptiæ. *Cic. pro Rosc. Amer. c.* 30. Tecum enim mihi res est, T. Rosci, quoniam istic sedes, ac te palam adversarium esse prædicturis. *vero la voglio*. & *Fam. 9. ep.* 20. Proinde te para: cum homine edaci tibi res est. *hai da fare con un mangione*. & *pro Sext. c.* 16. Erat eotem ei res cum exercitu C. Marii iovicto. *Terent. Eun.* 1. 2. 39. & 57. Ego cum illo, quocum tum uno rem habebam hospite, abii hue. Adde *Plaut. Bacch.* 3. 6. 35. & *Merc.* 3. 1. 35. & 37. Utrumque autem turpem consuetudinem significat. *συνουσίας*. ¶ Refertur ad utilitatem, commodum, usum. *Cic. pro Cluent. c.* 69. Summa est hominis in communem municipii rem diligentia, in singulos municipes benignitas. *Terent. Phorm.* 2. 4. 9. Ego quæ in rem tuam sint, ea velim facias. *Id. Andr.* 3. 3. 14. Si in rem est utrique, ut fiant (*nuptiæ*), arcessi jube. *Sallust. in Jug. c.* 33. *extr.* Id frustra, an ob rem faciam, in vestra manu situm est. *b. e.* utiliter, *con frutto*. Sic *Terent. Phorm.* 3. 2. 40. Non pudet vanitatis? *Do.* non, dum ob rem. *Cic. pro Rosc. Amer. c.* 39. *a med.* Si ea eo negotio tantalum in rem suam convertisset. *Id. Fam.* 13. *ep.* 44. Tanta mihi cum eo necessitudo est, ut si mus res essat, non magis laborarem. *fa fosse mio interesse*. & *Terent. Heaut.* 2. 3. 113. Quasi illis minor mea res agatur, quam tua. ¶ *Alicui rei esse*, esse aliquantum frugi, utilem, idoneum esse ad aliquid, *esser da qualche cosa*. *Terent. Adelph.* 3. 3. 3. Si illum potest, qui alicui mi ast etiam eum ad nequitiam abducere. *est qui leg.* alicujus. *Plaut. Stich.* 5. 4. 38. Nolo ego nos pro summo bibere: nulli rei erimus postea. Al. aliter leg. *Gell. l.* 13. *c.* 30. Muficam quæ sit abscondita, eam esse nulli rei. *Id. l.* 9. *c.* 2. Erraticum esse hominem, dicere, & nulli rei. *Id. l.* 14. *c.* 2. *ante med.* Illum hominem esse non bonæ rei, vitaque turpi ac sordida. ¶ *E*, & *ex re esse*, in re esse, lucro, commodo esse. *Terent. Phorm.* 5. 7. 76. Non hercle ex

re illius me indigisti, Demipho. *Cic. 5. Attic. ep. 8. extr.* Statues, ut ex fide, fama, reque mea videbitur. *Plaut. Pseud. 1. 3. 102. & 104.* Ex tua re non est, ut ego emoriar. *non es cerno a cuno.* Et omissa præpositi. *Id. Capt. 2. 1. 46.* Hæc tu eadem si confiteri vis, tua re feceris. *in tuo vantaggio.* ¶ *Pro re*, ut res fert, ut res patitur. *Sallust. in Jug. c. 54.* Dein ipse pro re utque loco, sicuti monte descenderat, paulatim procedere. *Lucret. l. 6. sub fin.* Quisquis suum pro re consortem morbus humabat. *b. c. pro* facultatibus. ¶ *Pro, & a re nata*, pro eventu rei, & occasione, pro tali rerum statu. *Cic. Attic. l. 7. ep. 8.* Animadverteram, posse pro re nata, te non incommode ad me in Albanum venire. *& lib. 14. ep. 6.* Antonii colloquium cum heroibus nostris pro re nata non incommodum. *Terent. Adelph. 3. 1. 8.* E re nata maliua fieri haud potuit, quum factum est. Ubi *Donat.* Sic proprie dicimus de iis, quæ contra voluntatem nostram acciderant. *Apul. l. 4. Metam.* E re nata consilium capem. *& lib. 9.* E re natu fallaciosa mulier temeritatem tollens cachinnum, magnum, inquit, &c. Huc pertinet illud *Plauti Truculent. a. 5. v. 70.* Ut eum netam eideo, hoc uccipiundum est, quod datur. Adde *Boeth. 2. 2. 40.* ¶ *Ab re* significat ab eventu. *Liv. l. 2. c. 17.* Id ab re interregnum appellatum. ¶ Item sine causa, sine ratione, præter propositum. *Plaut. Capt. 2. 2. 88.* Quidvis, dum ab re ne quid aces, faciam. *Suet. in Aug. c. 94.* Non ab re fuerit subtexere quæ evenerint. *Gell. l. 18. c. penult.* Hæc notare non abs re visum est. Ita *Gronov.* alii *ab re.* ¶ Item in damnum, in jacturam. *Plaut. Asin. 1. 3. 70.* Si papillam pertractavit, haud est ab re aucupis. *b. c.* non est aucupi damnosum. *Id. Truc. 2. 1. 11. de Amore.* Ab re consulit blandiloquentulus, harpago, mendax. ¶ In illo *Terent. Adelph. 5. 3. 44.* At enim metues, ne ab re sint omissiones paulo: *ab re est*, quod ad rem familiarem attinet, seu ut nit *Donat.* u patrimonio. ¶ Interdum *res* relativi pronominis vicem gerit, vel cum re jungitur redundat. *Varr. l. 2. R. R. c. 2.* Emptor ligulator prisca formula sic: Iliasce oves, quas de re agitur, sanas recta esse, &c. *Plaut. Capt. 2. 2. 13.* Sunt vo te quæ soln scitari volo, quarum rerum te fallisloquum mihi esse nelo. ¶ Loco pronominis *te, ea, id. Varr. l. 3. R. R. c. 16. ante med.* Quos alii *ἀπὸ κοινοῦ* appellant, eandem rem quidam mellaria. *Id. l. 6. de L. L. c. 3. a med.* Altissimum in urbe quod est, ea res tutissima tutulus vocatur. ¶ Genitivus *rei* primum corripit, ut *spei, fidei. Horat. l. 3. od. 16. v. 25.* Contemptæ dominus splendidior rei. Adde *Charis. l. 1. pag. 26. Pulsch. & Priscian. sub fin. l. 8. pag. 780.* Aliquando producit. *Lucret. l. 6. v. 918.* Ipsius rei cestionem redders possis. *& vers. 302.* Et potius nullæ sibi turpia confcin' rei. Adde *lib. 1. v. 688. lib. 2. v. 221. & 336.* & alibi. Quidam volunt hs locis scribi *eese* (ut *eji*, de quo V. io *Is.*) ut sit mtio producendi. Monosyllsbum est in illo *ejusd. l. 4. v. 883.* At quod providet, illius rei constat imago. (Nisi malie *illim*, seu *illim* dactylum esse, & *rei* produci, ut io superioribus.) *Venus Porta* apud *Lactant. l. 6. c. 6.* Virtus, quæredæ finem rei scire, modumque.

RESÁCRO. V. *Resacro.*

RESÆVIO, is, *ĭi*. 4. *incrudelisco di novo*, iterum sævio. *Ovid. 1. Trist. el. 1. v. 103.* Quæque quis scebat, ne mota resæviat, ira, Et pœnæ tu sis altera causa, cave.

RESALUTATIO, onis, f. *resalutacione*, actus resalutandi. *Sueton. in Ner. c. 37. sub fin.* Neque quemquam aliculo impertivit, ac ne resalutationes quidem.

RESALŪTO, as, *avi*, atum, *a. 1. risalutare, ἀνασπάζομαι, ἀντιπροσαγορεύομαι*, salutantem saluto. *Cic. 2. Phil. c. 41. u med.* Descenderant, ut illum salutarent: tamen inter omnes constabat, neminem esse resalotatum. *Senec. de tranquill. c. 11.* Salutaturi aliquem non resalotetarum. *Martial. l. 5. epigr. 22.* Quintum pro Decimo, pro Crasso, Regulv, Macrum Ames salutabat chetoe Apollonius. Nunc utrumque suo resalutat nomine. *& epigr. 58.* Cum voco te dominum, nali tibi, Cinna, placers: Sæpe etiam servum sic resalutum meum. *b. c.* resalutando appellu.

RESANESCO, is, nui, n. 3. *risanarsi, guarire*, iterum sanus fio. Translate *Ovid. 1. Amor. el. 10. v. 9.* Nunc timor omnia abest, animique resanuit error. *Lactant. l. 5. c. 2. circa med.* Ut suscepiis deorum cultibus resanescant.

RESĀNO, as, a. 1. *risanare*, iterum sano. *Lactant. l. 4. c. 20.* Ne adducerer eos in pœnitentiam, atque impios resanaret. *Id. l. 5. c. 22. in fin.* Omnes qui resanati fuerint, adhæreant religioni.

RESAPSA, res ipsa, ut *eapse*, re ipsa. V. *Sac.*

RESARCIO, is, arsi, artum, a. 4. *ristoppare, ricucire, rappezzare, raccomodare, ἀνατάττω*, farcio, reficio, reconcinno. *Terent. Adelph. 1. 2. 40.* Fores effregit? restituentur. discidit vestem? resarcietur. ubi *Donat. re* abundat. *Colum. l. 11. c. 2. ante med.* Frcsta juga vitium consideuere, & resarcin. ¶ Translate est compensare, *ricompensare, risarcire. Cic. Fam. 1. ep. 9. post init.* In mais damnis ne authoritate senatus resarciendis. *Id. leg.* farciendis. *Sueton. in Claud. c. 6.* Damnum liberalitate sua resarturum pollicens. *Colum. l. 11. 2. 1. ad fin.* Ut jacturam capitis umiffi restituat, & quæstum resarciat. *Plin. l. 17. c. 20.* Perticas ex salice cædi justum est quarto fere anno. Et ex autem senescentium propagine resarciunt locum. *b. c.* rursus implent, supplent.

RESARRĪO, is, *ivi*, itum, a. 4. *serrare a segare, ἀναπρίω*, rursum serrio. *Plin. l. 18. c. 20.* Cum hyeme prægelidu captæ segetes essent, reseverunt, resarrientes campos mense Martio, uberrimasque messes habuerunt.

RESCINDO, is, scĭdi, scissum, a. 3. *tagliare, rompere, disfrangere, squarciare, ἀποκλάω, ἀναῤῥήγνυμι*, scindo, cædo, confringo, destruo, dissolvo, labefacto. *Tibull. l. 1. el. 11. v. 63.* e membris tenuem rescindere vestem. *Virg. 3. Georg. v. 453.* ferro rescindere summum Ulceris os. *Colum. l. 6. c. 30.* venam, quæ sub oculo est. *& cap. 31.* suppurationem ferro. *Virg. 12. Æn. v. 389.* Ensu secent lata vulnus, talique lassbros Rescindant penitus. *Senec. l. 5. controvers. 34. a med.* Cadaverum artus rescindere, ut nervorum articulorumque positin cognosci possit. *far la notomia.* & *Colum. l. 2. c. 14.* Et quod falo reliquerit, prusquam resarcat, vomis rescindat atque obrnat. *& cap. 4. ad fin.* Modo in elatiora, modo in depressiora clivi obliquum agi sulcum oportebit, ot in utramque partem rescindamus. *b. 2.* vomere proscindamus. *vompsamo, arsamo. & Sallust. in fragm.* apud *Non. c. 2. n. 204.* Plureos rescindit, munitiones deiuolitur. *Cæs. l. 7. B. Gall. c. 86. extr.* Falcibus vallum uc loricam rescindant. *& cap. 58. a med.* Resecto ponte, quem hostes rescinderant. *Flor. l. 2. c. 15.* In usum novæ classi tecta domusque rescinderunt. *disfecero.* & *Virg. 1. Georg. v. 280.* & *Æn. 6. v. 583.* Et conjurators cælum rescindere fratres. ¶ *Rescindere mœr* apud *Lucret. l. 2. n. 406.* est obstantia tolliendo sperire, munia, parcscere. Al. leg. *velringere.* Similiter *Cic. 2. Agrar. c. 2. sub fin.* Et num locum, quem nobilitas præsidiis firmatum, utquo omni estione obvallatum tenebat, me duce rescidistis, eirmitqus in pallorum patere voluistis. Apud *Sanct. in Phœniss. v. 226. rescindere vias austrum* est lacerare, confringem meatus & organa aurium, per quæ sonus hauritur. ¶ Translate est abrogare, abolere, tollere, irritum esse jubere, *annullare, cassare, togliere. Cic. Phil. 13. c. 3.* Acta Antonii rescidistis, leges resciadis. *Id. Verr. 4. c. 26.* Us omnes illius injuriss rescinderet, & irritas faceret. *Id. sub init. ep. l. 6. ad Attic.* Rescindere constituta ab alio. *Id. de Provinc. consul. c. 5.* pactiones. *Id. pro Sull. c. 21.* ees judicatas. *Id. pro Dom. c. 15. a med.* Quæ contra auspicia acta sunt. *Vellej. l. 2. c. 90.* fœdus turpe. *Cic. Verr. 3. c. 43. sub fin.* voluntates mortuorum. *togliere e testamenti.* & *Pers. 4. c. 57.* totam tremmi præturam. *Sanct. l. 3. de benef. c. 13.* Beneficium suum ipse infequenti injuria rescidit. *disfruggere, guastare.* ¶ *Rescindere sacrilegium*, apud *Valer. Max. l. 6. cap. 1. n. 2.* est destruere, supiare. ¶ *Rescindere vulnus* est, quod nit *Ovid. 4. Trist. el. 4. v. 41.* retractando rumpere, refricare. h. e. renovare memorando. *Flor. l. 3. c. ult.* Ne vulnera curatioue ipsa rescinderentur. *Ovid. 3. Trist. el. 11. v. 63.* Ergo quicumque es, rescindere culnera noli. *Est qui leg.* crimina. *Id. Metam. 12. v. 542.* quid me meminisse malorum Cogis, & obductos animo rescindere luctus? ¶ Translate *Horat. l. 1. ep. 3. v. 31.* an male sæta Gratia nequicquam coit, & rescinditur? *Petron. in Satyr. c. 114. a med.* Veritus, ne inter initia cocuntie gratiæ recentem cicatricem rescinderet. ¶ *Rescindere cicatricem* apud *Quinctil. declam. 6. c. 19. extr.* est ex oculis cæcis & obstructis ei lacrymas exprimere & ita obductam quasi cicatricem rescindere.

RESCIO, & Rescisco, is, ivi, & ii, itum, a. 4. *risapere, venir a sapere, ἀνυθάνω, γνώσομαι*, intelligo, cognosco: & fere adhibetur, cum uliquid ds industriis celatum, aut inopinatum, insperatum, eobisque molestum cognoscimus. *Gell. l. 2. c. 19.* Aliter dictum esse *rescivit*, aus *rescisse* apud eos, qui diligenter locuti sunt, eondum invenimus, quam super his mbus, quæ aut occulto consilio latuerint, *aut* contra spam opinionemve ufuvenerint. Deinde *Nævii, Quadrigarii*, & *Catonis* loca subjecit: pro quibus a me habe *Terent. Hec. 4. 1. 4.* Quod si rescierit, peperisse eam, id qua causa clam ms habuisse dicam? *Id. Adelph. 5. 3. 5.* Hem tibi! rescivit omnem rem: id nunc clamat scilicet. *Nep. in Datam. c. 2. a med.* Mater, quid ageretur, rescit, filiumque monuit. *Cic. 3. Offic. c. 23. a med.* Quæris etiam, si sapiens adulterinos numos acceperit imprudens pro bonis; cum id rescierit, solaturus ne sit eos, si sui debeat, pro bonis. *Terent. Adelph. 1. 1. 45.* Dum id rescitum iri credit, eantispee cavet: si sperut fore clam, rursum ad ingenium redit. *Nep. in Eumen. c. 8. ad fin.* Intelligebat, prine adversarios rescituros de suo adventu, quam, &c. ¶ Esttio præteritum fere in usu est *rescisco* pro *resco. Terent. Hec. 5. 4. 26.* Placet non fieri hoc itidem, ut in comœdiis, omnia omnre ubi rescisceut: hic, quos par fuerat rescifcere, scivit: quos non autem æquum est scire, nsque rescisceut, neque sciest. *Id. Adelph. 4. 2. 7.* Primus fnetio mals nostro: primus rescisco omnia. *Plaut. Merc. 5. 4. 44.* Nihil opus est rescifcat. *Eun.* quid itluc? non snscisce: ne time. *Lin. l. 29. c. 14.* Occultantibus id Patribus, ne rescisceretur Carthaginiensem. *Al. leg.* rescirent.

RESCISCO. V. in voce præced.

RESCISSIO, nois, *actus* rescindendi. *Callistrat. Dig. lib. 50. tit. 9. leg. 5.* Si *ad* publicam utilitatem respicist snscisio prioris decreti. *Ulpian. lib. 37. tit. 4. leg. 3. sum med.* Rescisio emancipationis. *Id. lib. 43. tit. 23. leg. 11. sub fin.* emptionis. *Tertull. de resurr. carn. c. 57. a med.* mortis. *b. c.* deletio, obliterratio per refurrectionem. ¶ Scribitur & *resesio*. V. *Abscissio.*

RESCISSORIUS, a, um, od rescisiionem pertinens. *Ulpian. Dig. lib. 4. tit. 6. leg. 28. ad fin.* Rescissorio uctio. *Cod. lib. 30. tit. 5. leg. 21.* Habeo adversus debitorem meum rescissoriam in id, quod supra legis modum tibi promisit.

RESCISSUS, a, um, *cogitato, visto, squarciato, ἀναῤῥηγνύω*, scissus, cæsus, confractus. *Colum. l. 4. c. 29. ante med.* Rescissa vitis. *b. c.* cæsa & fissa. *Al. leg.* recisa. *Propert. l. 3. el. 6. v. 8.* Fac mea rescisso pectora nuda sinu. *Plin. sub fin. epist. 19. lib. 7. & Senec. in Phœniss. v. 164.* Rescisso volnere. *Quinct. declam. 10. c. 2.* Rescissa orbitas. *b. c.* refricata, & renovam tanquem vulnus. *Lucan. l. 4. v. 328.* Rescissoque nocent suspiria dura palato. *b. c.* siti exasperato, ulcerato. *Plin. l. 20. epist. 64.* Actu ulicujus rescissa. *Claudian. de B. Get. v. 586.* Vulneribus pars nulla vacat: rescissaque

con-

contie Glotia fœdati ſplendet jactantior oris. *h. e.* reſciſſa & vulnerato facie vulnuribus in prœlio acceptis: unde gloria, & militaris honeſtaque jactantia naſcitur. *Stigmata.* Suet. *in Tiber. c.* 34. Ludorum ac munerum impenſas corripuit, mercedibus ſcenicorum reſciſſis. *h. e.* diminutis. Al. reſtitus leg. *reciſis*. Sic in illis *cruſa. in Caligu. c.* 55. Mirmillonum armaturæ recidit. *reſtitus quam* reſcidit. *Scævola Dig. lib.* 2. *tit.* 15. *leg.* 3. Reſciſſum teſtamentum. ¶ Scribitur & *reſciſſus*. V. *Abſciſſus*.

RESCRIBO, is, pſi, ptum, a. 3. *reſpondere in ſcripto, referiverre, ἀντιγράφειν*, vicißim ſcribo, ſcripto reſpondeo. *Caſ. l.* 1. *B. Civ. c.* 29. Pompejus reſcripſerat, ſeſe rem in ſummum periculum deducturum non eſſe. *Cic. Attic. l.* 13. *ep.* 23. Antemeridianis tuis litteris herl ſtatim reſcripſi: nunc reſpondeo veſpertinis. *& lib.* 4. *ep.* 16. Ad eam epiſtolam reſcribam. *& lib.* 7. *ep.* 17. *a med.* Reſcripſi ad Trabatium, quam illud hæc tempora eſſet difficile. *& lib.* 8. *ep.* 2. Pompejo ſtatim reſcripſi, non me quærere, ubi, &c. *& lib.* 5. *ep.* 12. *a med.* Cui rei ſegerat me reſcribere. *Id. ſub init. epiſt.* 9. *l.* 2. *Fam.* Reſcribam tibi ad ea, quæ quæris. *Horat. in fin. ep.* 5. *l.* 2. Ta, quotus aſſa velis, reſcribe. ¶ *Reſcribere* dicitur Princeps, cum per litteras reſpondet conſulentibus de jure alicujus rei. *Papia. Juſt. Dig. lib.* 28. *tit.* 2. *leg.* 72. Imperatores Antoninus & Varus Auguſti Seato Vaſu in hæc verba reſcripſerunt. *Ulpian. lib.* 36. *tit.* 4. *leg.* 2. *ad fin.* Divus Pius ad Æmilium Equeſtrem reſcripſit, non debere, &c. *Id. lib.* 2. *tit.* 16. *leg.* 4. *ad fin.* Imperator Antonious ad deſideria Aſianorum reſcripſit, proconſuli neceſſitatem impoſitam, &c. Hinc *reſcripta*. Etiam Juris prudentes *reſcribere* aliquando dicuntur: quamvis eorum pauprum ſit *reſpondere*, aut *ſcribere*. Hinc *Labeo reſcripſit, Scævola, Julianus reſcripſit*, habes apud *Pompon. Dig. lib.* 40. *tit.* 7. *leg.* 29. *a med.* & *tit.* 4. *leg.* 46. & *Ulpian. lib.* 47. *tit.* 2. *leg.* 53. *a med.* &c. ¶ Significat etiam ſcribere, perſcribere, *ſcriverre*. *Cic. Tuſcul.* 4. *c.* 2. Morem hunc opularum fuiſſe, at dainceps, qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes. ea quo perſpicuum eſt, & cantus tum fuiſſe reſcriptos vocam ſonie, & carmioa. *h. e.* ſcriptne & notates fuia ſonis, ut a Muſicis ſit. Eſt qui leg. *deſcriptos*. ¶ Item a aonrrario ſcribere, ſeu contra ea, quæ ſcripta ſunt: *Quintil. l.* 10. *c.* 5. *ad fin.* Melius hoc, quam reſcribere veteribus orationibus, ut fecit Sextine contra Ciceronis orationem habitam pro eodem. *Suetou. de Grammat. c.* 19. Cujus atiam libro da Orthographia reſcripſit, non ſine infeſtatione ſtudiorum, morumque ejus. Adde 10 *Celig. c.* 53. ¶ Item rurſus ſcribere, *ſcrivere da nuovo. Suetom. in Caſ. c.* 56. Afinius param diligenter compoſitos (*commentarios*) putat, emiſſimatque reſcriptarum & correcturum fuiſſe. *Plin. l.* 5. *ep.* 8. Potes ſimul & reſcribere actiones, & componere hiſtoriam. *h. e.* retractare: quod paulo ſupra dixerat. Adde *lib.* 7. *epiſt.* 9. ¶ *Reſcribere militem* eſt de ano in alium militiæ ordinem transferre. *Caſ.* 10 *fin. c.* 42. *l.* 1. *B. Gall.* Cæſarem pollicitum, cohortis prætoria loco decimam legionem habiturum: ad equum reſcribere. ¶ Item dimiſſos rurſus per delectuos milites facere. *Liv. l.* 9. *c.* 10. Raſcripta ex eodem milite novæ legiones. ¶ *Reſcribere pecuniam* dicitur trapezita, qui datam ſibi ab aliquo pecuniam ſcnori, eidem aliquando reſtituit: quia tum in danda, tum in recuperanda pecunia ſcriptura interveniat. *Terent. Pherm.* 5. 7. 28. Tranſi ſodee ad ſorum, atque illud mihi argentum rurſum jube reſcribi. *Servius ad Virg. Æn.* 7. *v.* 422. Et tua Dardaniis tranſcribi ſceptra colonis. *tranſcribi*, inquit, tradi. Sermo autem hic tractus eſt de pecunia. nam *ſcribi* eſt dari. Horatius (*lib.* 2. *ſet.* 3. *v.* 69.) Scribe decem Nerio. *reſcribi*, reddi. Horatius (*ibid. v.* 75.) diſtantis quod tu nunquam reſcribere poſſis. Terentius (*loc. cit.*) illud mihi argeotum, &c. Hæc *Servius*. *Auſon. epiſt.* 5. *v.* 23. Ergo aut prædictos jam nunc reſcribe Darios, &c. Aut alios e me totidem dabo.

RESCRIPTIO, onis, f. *reſcriſio*, idem quod reſcriptum. *Julian. Dig. lib.* 2. *tit.* 18. *leg.* 8. Has reſcriptione non impoſi neceſſitatem proconſuli. *Calliſtrat. ibid. leg.* 9. Quotire Princeps ad præſides provinciarum remittit negotia per reſcriptiones.

RESCRIPTUS, a, um, iterum ſcriptus. *Plin. l.* 8. *epiſt.* 22. *extr.* Hæc vel emendata poſtea, vel deteriora facta, quaſi nova rurſus & reſcripta cognoſces. ¶ Item contra ſcriptus. *Cic. Attic. l.* 12. *ep.* 22. Legi Bruti epiſtolam ſane non prudenter reſcriptam ad ea, quæ requiſieras. *Suetou. in Aug. c.* 86. Reſcripta Bruto de Catone. Adde *Tacit. 4. Ann. c.* 34. *a med.* & *Senec. in præfat. l.* 5. *controverſ. a med.* ¶ Item reſpoondendo ſcriptus. Hinc *reſcriptum* abſolata, epiſtola, quæ Imperatores conſulentibus ſa reſpondent, *referitre, reſpoſta. Plin. ad Trajan. l.* 10. *epiſt.* 2. Ex reſcripto intelligo, hoc te ai præſtitiſſe, &c. *Tacit. Ann. 6. c.* 9. Precatuſque per codicillos, immiti reſcripto venas reſolvit. *Ulpian. Dig. lib.* 49. *tit.* 1. *leg.* 1. Quæſtum eſt, an adverſus reſcriptum Principis provocari poſſit.

RESCULA. V. *Reſcula*.

RESCULPO, is, a. 3. iteram ſculpo, refingo. Tranelata *Prudent. in præfat Pſychom. v.* 50. Hæc ad figuram prænotata eſt linea, Quam noſtra reſtu vita reſculpat pede. *Tornæſi. adverſ. Pſych. c.* 5. Nam & primus populus primi hominis reſculpſerat crimen. *h. e.* renovaverat.

RESECATUS, a, um, particip. a *reſeco*, Comparat. *reſecatior* pro ſeveriore. *Apul. in Florid.* n. 23. (*al. l.* 4. *ad fin.*) Sic enim ferme aſſolet apud prudentes viros eſſe in operibus judicatio reſecatior, in rebus ſubitariis venia prolixior. *Al. leg.* reſtrictior. *Eumen. in gratiar. act. ad Conſtantin. c.* 21. *in fin.* Sicut ægra corpora, reſecata aliqua ſui parte, ſanantur.

RESECO, as, cui, ctum, a. 1. *tagliar via, ciſecare, ἀναιρέω*, idem quod *ſeco*, reſcindo, amputo. *Virg. a. Georg. v.* 78 anodes truoci reſecantur. *Ovid. 8. Met. v.* 649. Servatoque diu reſecati de tergore partem Exiguam, ſectamque domat ferventibus undis. *& lib.* 11. *v* 181. longos ferro reſecare capillos. *Plin. l.* 19. *c.* 6. *circa med.* Gethyum ſæpius reſecatur, at porrum. *Senec. in Agam. v.* 974. collum. *decollare. Calum. l.* 5. *c.* 9. *a med.* Arbores muſco infeſtantar, quem niſi ferramento reſecueris, &c. *Id. l.* 6. *c.* 22. Extrema pars ipſius ungaie ad vivum reſecatur. *fin fui vivo.* ¶ Tmeolate aſt eacidera, tollere: ac de iis fere dicitur, quæ vel ſuperflua ſunt, vel noxia: ducta a medicis metaphora, qui quæ ſani corrapta in vulneribus, ferro purgent. *Cic. 4. Tuſcul. c.* 26. *ad fin.* Nimia reſecari oportere, naturalia relinqui. *Id. Attic. l.* 2. *ep.* 18. *ante med.* Nectus locum reſecandæ libidinis, & coercendæ juventutis. *Juvenal. ſat.* 8. *v.* 166. Quadam cute prima reſecentur crimina barbæ. *Cic. Catil. a. c.* 5. *ſub fin.* Quæ ſanari poterunt, quacunque ratione ſanabo: quæ reſecaoda erunt, non patiar ad perniciem civitatis manare. *Id. de Amic. c.* 5. Neque id ad vivum reſeco, at illi, qui hæc ſubtilius differunt. *h. r.* ſtricte, reſtricta, pietia da ſalie ſapientibus hoc intelligi volo. *Plin. l.* 2. *ep.* 5. Liber crevit, dum ocoare patriam gaudemus: to tamen hæc ipſa, quantum ratio exegerit, reſeca. *taglia, accorta, cancella. & Horat. l.* 1. *od.* 11. *v.* 6. & ſpatio brevi ſpem longam reſeces. *cronca.* ¶ *Reſecatus* pro *reſectus* V. ſupra ſuo loco.

RESECRO, as, a. 1. *ἀντιπαλεύω*, eſt contrarias preces facere, ſolvere religione: a *ſacro*. Nem *abſacro*, & *reſacro* opponuntur. Utique (ait *Feſt.*) cum reus populum comitiis oreverat per deos, at eo periculo liberaretur, jubebat Magiſtratus eum reſecrare. Nempe qui *abſacrat*, votis ſaie quaſi vincit, qui *reſacrat*, obfecratione ac devotione liberat & ſolvit. Quod ſi reus reſecrare nollet, tunc in ejus caput vinum per ſacerdotum fervos infundebatur, at in eum omne religio contrecta verteret, & Magiſtratus libere in eum animadvertere poſſet. *Plaut. Aulul.* 4. 7. 4. Nunc ta obſecro, hæc mentionem cum avunculo, mater mea: Reſecroque mater, quod dudum obſecreverem. *Id. Perſ.* 1. 1. 49. Tu. Obſnero te. *Sa.* Reſecra. Alii ani perſonæ hæc verba tribuunt, atque ita legant: Obſecro te, reſecro, operem da hanc mihi fidelem. *h. e.* obſecru te, & uſide rurſuſque obſecro. *Nep. in Alcib. c.* 6. *in fin.* Idem illi Eumolpidæ Sacerdotes reſecrare ſunt conſti, qui eum devoverant. Alii leg. *reſacrare*.

RESECTIO, onis, f. *taglio, άναιρεσις*, actus reſecandi. *Colum. l.* 4. *c.* 29. Reſectio vitis. *& cap.* 14. *a med.* Deveram reſectionem facere poſt gemmam.

RESONO, are, avi, n. 1. *rimbombare, riſonare*, ἀντηχῶ, ſonum reddo, ſonui reſpondeo. *Virg.* 12. *Æn. v.* 607. reſonant late clangoribus æthe. *Horat. l.* 1. *ſat.* 4. *v.* 76. ſuere locus voci reſonat conſulſus. *Phædr. l.* 4. *fab.* 24. *v.* 20. Magno apparatu læta reſonabat domus. *Propert. lib.* 1. *el.* 18. *v.* 31. reſonant mihi Cynthia ſilvæ. *h. e.* me ſæpe Cynthiam in ſilvis appellante, reſpondent ſilvæ, idemque nomen repetunt. ¶ Et cum accuſativo *Virg. Eclog.* 1. *v.* 7. Formoſam reſonare doces Amaryllida ſilvas. *Claudian. in epithal. Pallad. & Celer. v* 23. omniſque maritum Palladium reſonabat ager. ¶ Præcipus dicitur de echo, quæ vocra & ſonum repercutit ac reddit, *ecchoggiare. Varr. l.* 3. *R. R. v.* 16. *ante med.* Mαλιττάνας facere oportet, potiſſimum ubi non reſoneat imagines. *Cic.* 3. *Toſcul. v.* 2. Gloria virtuti reſonat, tanquam imago. *h. e.* reſpondet. V. *Reſonabilis.* ¶ Item perſono, ſonitu plenus ſum. *Virg.* 2. *Greg. v.* 308. Avia tum reſonant avibus virgulta canoris. *& Ecl.* 2. *v.* 13. Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis. ¶ Et cum accuſativo. *Id.* 3. *Georg. v.* 338. Litoraque halcyonem reſonant, acalanthida dumi. ¶ Item ſonum edo, ſono. *Virg.* 7. *Ecl. v.* 13. aqua ſuam reſonant examina quercu. *Manil. l.* 5. *v.* 566. Aura per extremas reſonavit flebile ſupes. *Cic. Toſcul.* 2. *cap.* 40. Cum venenum obduxiſſet, reliquum ſic e poculo ejecit, ut reſonaret. *Ovid.* 4. *Met. v.* 333. reſonant æra auxiliaria Lunæ. *& lib.* 8. *v.* 320. Ex humero pendens reſonabat eburnea læva Telorum cuſtos. *Claudian. de conſul. Probi & Olybr. v.* 55. Non, mihi centenis reſonent ſi vocibus ora, Acta Probi narrare queam. ¶ Active, reſonare facio: qua ratione etiam *perſono* adhibetur. *Virg.* 7. *Æn. v.* 11. Dices inaccelſos ubi Solis filia lucos Aſſiduo reſonat cantu. ¶ Paſſive impersonaliter. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 57. *a med.* Quocirca & in fidibus reſludine reſonatur, aut cornu. *h. l.* ſonus fidium augetur & redditur. ¶ Olim dicebant *reſona, ir*, ut *ſone, re. Accius* apud *Priſcian. l.* 9. *pag.* 863. *Puteſh.* Sed valvæ mſonunt regiæ. *Id.* apud *Non.* 1. 60. *n.* 4. Clamore & gemitu templum reſonit cælitum. *Poena. ibid.* Hymenæum fremunt æquales: aure reſonit crepitu muſico. Eon. apud *Priſcian. loc. cit.* Tunc clypei reſnnont, & ferri ſtridit acumen.

RESONUS, a, um, *riſonante, rimbombante, ſonoro*, ἀντηχῶν, *πρεσεχὼς*, ſonum reddens, reſonans, ſonorus. *Ovid.* de Narciſſo, *Met.* 3. *v.* 495. quotieſque puer miſerabile, *ahcu*, Dixerat, hæc reſonis iterabat vocibus, *heu. Lucan. l.* 7. *v.* 480. Excepit reſoni clamorem vallibus Hæmus. *Valer. Flacc. l.* 2. *v.* 618. converſaque frontem Puppis in obliquum reſonos latere accipit ictus.

RESOPIO, is, 4. idem quod ſopio. *Fulgent. in contin. Virgil. pag. m.* 156. pro ſimplici *ſopio.* Tricerberum mellitis reſopit offulis.

RESORBEO, es, bui, & pſi, ptum, 2. *riſorbire, ανεσπάω*, eſt iterum ſorbere, quod quis evomuit. *Plin. l.* 9. *c.* 43. Hamo devorato, omnia interanea evomunt, donec hamum egerant: deinde reſorbent. *Ovid. Heroid. ep.* 12. *v.* 125. Quæque vomit totidem ſluctus, totidemque reſorbet. *Plin. l.* 6. *ep.* 20. Mare in ſe reſorberi, & tremore terræ quaſi repelli videbamus. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. *ante med.* Sunt qui ſpiritum eum ſtridore per raritatem dentium non recipiunt, ſed reſorbent. *Plin. l.* 18. *ſub fin.* Corvi ſingultu quodam latrantes, ſequs concutientes, ſi continuabunt, eentos præſagiunt; ſi vero carptim vocem reſorbebunt, ventoſum imbrem. ¶ *Reſorbere ſletum* comprimere, continere, & erumpentem oculi introrſus agere. *Sil. l.* 12. *v.* 594. reſpectantque ſuos, ſletumque reſorbent. *Senec. in Herc. Oet. v.* 1285. Fletum cirtus ſæpe reſorbet. *Stat. S. Theb. v.* 654. Fortior ille malis: lacrymaſque infana reſorbet Ira patris.

RESPECTO, as, avi, atum, a. t. *guardare ſpeſſo o dietro, voltarſi a guardare, ἀναβλέπω, ἀναστρέφω*, ſæpe retro aſpicio, reſpicio, oculos reflectо. *Plaut. Caſ.* 5. 2. 13. & *Mon.* 1. 2. 51. Ne te aaor ſequatur reſpectas identidem. *Terent. Adelph.* 2. 1. 3. Quid reſpectas? nihil pericli eſt. *Stat.* 3. *Theb.* v. 376. non me ullius domus amia culpet, Reſpectentque truces nbliquo lumine matres. *Liv.* l. 3. c. 48. Reſpectans ad tribunal, tuum, inquit, &c. *Cic. pro Sext.* c. 5. *extr.* Hæc ita præteribimus, at tamen intuentes & reſpectantes relinquamus. ¶ Translate eſt caram habere, cura eſſe: quod qui faciunt, reſpicem ſolent. *Virg.* 1. *Æn.* v. 607. ſiqua pios reſpectaor numina. *Catull. carm.* 11. *ad Fur. & Aurel.* v. 21. Nec meum reſpectet, at ante, amorem. Al. hic interpretantur, exſpectet. Nam & exſpectantium eſt ſæpe reſpicere, ut in illo *Lucretii* l. 5. v. 973. Sed taciti reſpectabant, ſomnoque ſepulti, Dum, &c. & *lib.* 6. v. 1132. Funera reſpectans. *& Cic. pro Planc.* c. 18. Neque hæc liberis noſtris interdicendum eſt, ne obſervent tribules ſuos, ne par ab iis munus in ſua petitione reſpectent. ¶ Huc pertinet & illud *Lucret.* l. 3. v. 374. Haud igitur leti præcluſo eſt janua cæco, Sed patet, immoat & vaſto reſpectat hiata. *b. e.* quaſi videtur exſpectare, dum cælum ruat, & pereat. *ſta aſpettando con la vaſta ſua bocca.*

RESPECTUS, us, m. *ſguardo oſſ' indietro, ἀνάβλεψις, ἀναστροφή*, actus reſpiciendi, converſio oculorum retrorſum. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 31. Confeſſionem in naves cum fuga, fugientibuſque miſerabilem reſpectum incendiorum fore. *Id. ad Brut. epiſt.* 1. *ex recent. ſub fin.* Meus quidem animus in aciem eſt, neque reſpectum illum quærit, niſi me utilitas civitatis forte converterit. *nè cerco di revoltarmi altrove.* & *Liv.* l. 31. c. 21. *a med.* Rex primo effuſe, ac ſine reſpectu fugit: dein ſubſiſtit, &c. *Id. l.* 8. c. 38. *a med.* In ſuo quiſque gradu obnixi, urgentes ſcutis, ſine reſpicratione ac reſpectu pugnabant. ¶ Translate eſt conſideratio, cogitatio, intuitus, *conſiderazione. Phædr.* l. 5. *fab.* 4. v. 7. Hujus reſpectu fabulæ deterritus, periculoſum ſemper vitavi lucrum. *Senec.* 2. *de ira*, cap. 28. *ad fin.* Faciet nos moderatiores reſpectus noſtri, ſi conſuluerimus nos, nunquid & ipſi tale commiſimus. *Ti metter su coſt ſteſſi, ſi dar un' occhiata a noi ſteſſi.* & *Valer. Max. initio cap.* 1. l. 2. Operæ eſt cognoſci, hunuſce vitæ quamam fuerint elementa, ut eorum quoque reſpectus præſentibus aliquid moribus profit. *Juſtin.* l. 12. c. 9. Movebat hæc multitudo hoſtium reſpectu paucitatis ſuæ Alexandram. *conſiderando, vedendo.* ¶ Item ratio, qua ad quippiam agendum vel non agendum movemur, *riſpetto, riguardo, conſiderazione, cauta, ſtima*, λόγος. *Cic.* 3. *Phil.* c. 18. Itaque cum reſpectum ad ſenatum, & ad bonos non haberet, eam ſibi viam patefecit ad opes ſuas ampliſcandas, quam virtus liberi populi ferre non poſſet. *Hiertial. lib.* 8. *epigr.* 18. Sed tibi tantus ineſt veteris reſpectus amici, Carior ut mea ſit, quam tua fama tibi. *Liv. lib.* 39. c. 28. *extr.* Si aliquis reſpectus eſt mei, ut ſocii atque amici regis, deprecor, ne me tanta injuria digaum judicetis. *Id. l.* 29. c. 9. Sine reſpectu non majeſtatis modo, ſed etiam humanitatis, in legatum impetum faciunt. *Senec. l.* 6. *de benef.* c. 13. Non enim exigo, ut ſine ſui reſpectu mihi conſulat. *ſenza riguardo al ſuo proprio vantaggio.* & *Valer. Max. l.* 3. c. 7. *fall.* 3. Majorem ejus auctoritatis, quam ſuorum alimentorum reſpectum egerunt. *Senec. l.* 4. *de benef. cap.* 32. In illius reſpectum iſte populo præſideat. *in conſiderazione, in grazia.* Sic *Ovid. 1. Triſt. el.* 3. *in fin.* Et voluiſſe mori, & moriendo ponere ſenſus: Reſpectuque tamen non poſſe mei. & 4. *ex Pont. ep.* 9. v. 99. Illi me, quia velle vident, diſcedere melunt: Reſpectu cupiunt hic tamen eſſe ſui. ¶ Proverbium eſt a Græcis ſumptum, apud *Suetou. in Ner.* c. 20. Occultæ muſicæ nullus eſt reſpectus. Τῆς ἀνθρωπίνης μανίας ἐδεὶς λόγος. *b. e.* nulla ratio habetur, nullo in honore eſt, nihili fit. ¶ *Reſpectus*, locus, quo, ſi opus ſit, reſpicere & confugere poſſumus, *rifugio, ſcampo. Cic. Phil.* 10. c. 4. *ſub fin.* Qui ab illo abſcicie exercitum, & reſpectum pulcherrimum, & præſidium firmiſſimum adimir reipublicæ. (Adde *Phil.* 12. c. 12. qui locus varie a variis legitur: & a *Grævio* corruptus putatur, & inſanabilis.) *Liv.* l. 9. c. 23. *a med.* Caſtra habeant, repetantque, quibus operæ eſt trahere bellum: nos omnium rerum reſpectum, præterquam victoriæ, nobis abſcindamus. *Id. l.* 22. c. 44. *a med.* illis timidis & ignavis licet eſſe, qui reſpectum habent, quos ſuus ager, ſus terra per tuta ac pacata itinera fugientes accipiunt. *Eſt qui leg.* recipitum. *Id. l.* 42. c. 46. Quæ ſerva atque nbnoxia ſoie, ſi nullus alio ſit, quam ad Romanos, reſpectus.

RESPERGO, is, ſi, ſum, a. 3. *ſpargere, aſpergere, ſparzza*, aſpergo, re aliqua liquida perfundo. *Cic.* 7. *Verr. cap.* 38. Cum Prætoris nequiſſimi inertiſſimique oculos prædonum rem reſpergerent. *Liv. l.* 1. c. 13. Nc ſe ſanguiem naſondo ſoceri generique reſpergerent. *Ovid.* 14. *Met.* v. 603. Numicius ſuis Quidquid in Ænea ſucrat mortale, reſpargat, Et reſpergit aquis. *Senec. l.* 3. *de ira, cap.* 6. Per frequentia loca propemodi neceſſe eſt alicubi reſpergi. *b. e.* inquinari. *Plin. l.* 14. c. 12. Numæ regis Poſtumia lea eſt: Vino rogum ne reſpergito. *Id. ſub fin. cap.* 30. *l.* 18. Lenem aceto aſpergere. *Lucret. l.* 2. v. 143. Cum primum aurora reſpergit lumine terras. Ita *Macrob. l.* 6. *Saturn. cap.* 1. Alii, primum aurora novo cum ſpargit lumine tereas. ¶ Translate *Quintil. decl.* 18. c. 3. Cujus mentem nulla libidinum reſperſit infamia. *Tacit. l. Hiſt.* c. 48. Reſpergi probro ſervili. ¶ Retro ſpargere, retro flectere in varias partes. *Pallad. in Januar. tit.* 25. *a med.* Lapis ſubter, vel teſta ponenda eſt, at *uno ſuco* radicem non ſimplicet, ſed repercuſſa reſpergat.

RESPERGO, ginis, *aſperſio. Prudent. l.* 1. *in Symmach.* v. 503. Marmora tabenti reſpergine tincta lavare,

RESPERSIO, onis, f. *ſpargimento, ſparmaio*, actus reſpergendi. *Cic.* 2. *de Divin.* c. 21. Habes & reſperſionem pigmentorum. *Id.* 2. *de Legib.* c. 24. Ne ſumptuoſa reſperſio, ne longæ coronæ, &c. *b. e.* infuſio unguentorum & vini in rogum.

RESPERSUS, us, m. reſperſio. In ſcato caſa ſing. *Plin. l.* 24. c. 17. *circa med.* Feras urinæ hyænæ reſperſu recreari. *Id. l.* 10. c. 3. *circa med.* Reſperſa pennarum hoſtem obcæcantes.

RESPERSUS, a, um, *aſperſo, bagnato*, conſperſus. *Cic. pro Roſc. Amer.* c. 24. *ſub fin.* Reſperſæ manus paterno ſanguine. *Plin. l.* 31. c. 6. *a med.* Pyxide aſpide reſperſi. *b. e.* aſperſi venenata ſaliva aſpidis. *Paul. ex Feſto.* Reſperſam vinum diacrunt, quia vino ſepulcrum ſpargebatur in ſacris novendialibus. *Stat.* 8. *Theb.* v. 8. reſperſus pulvere campi. *Cornll. carm.* 63. *de nupt. Pel.* v. 181. fraterna cæde reſperſus. *Plin. l.* 29. c. 4. *a med.* Phalangiam uſo capite, aliquis parte corporis nigra, albis incurſantibus reſperſum guttis. *Senec. in Herc. Oet.* v. 702. nulla nube reſperſus jubar Labat ardens fervidus Titan diem.

RESPICIO, icis, exi, ectum, a. 3. *guardare in dietro, ἀναβλέπω, ἀποβλέπω*, retro, aut poſt me aſpicio. *Varr.* apud *Non.* c. 5. *n.* 85. Neque poſt reſpiciens, neque ante proſpiciens. *Cic.* 1. *de Divin.* c. 24. Tum ei ducem illum præcepiſſe, ne reſpiceret: illam autem id diutius facere non potuiſſe, elatumque cupiditate reſpexiſſe. *Id. Tuſcul.* 5. c. 2. *ſub fin.* Tam lange retro reſpicere una poſſunt. *Terent. Andr.* 2. 5. 6. Quaſi de improviſo aſpice ad eum. *Senec. ep.* 73. Habet hoc vitium omnis ambitio: non reſpicit. *b. e.* non aſpicit eos, qui inferiore honoris grada poſt ſe poſiti ſunt. ¶ Pro ſimplici *aſpexio. Cic. pro Cluent.* c. 61. Quem propter animi importunitatem nemo recipere tecto, nemo adire, nemo alloqui, nemo reſpicere vellet. *degnarlo d'un' occhiata.* & *Valer. Flacc. l.* 6. v. 561. tandem dulces jam caſſus in auras Reſpicit. *Lucan. l.* 4. v. 57. ſidera reſpiciens. ¶ Transfertur ad animum. *Plaut. Curcul.* 1. 1. 68. Reſpicio, nihili meam vos gratiam facere. *vedo, m'accorgo.* & *Pſeud.* 2. 2. 18. Non ſales reſpicere te, cum dicas injaſte alteri? *Valer. Flacc. l.* 6. v. 661. Reſpiciens, an vera ſoror. *b. e.* attente intuens, & conſiderans. *Tacit.* 4. *Hiſtor.* c. 4. Mon deos reſpecere: reſtitui placait Capitolium. *b.* 1. de diis engitarunt. ¶ Præterea ſignificat præterita mente percurrere, quod eſt quaſi intro aſpicere. *Cic. pro Arch.* c. 1. Quod longiſſime poteſt mens mea reſpicere ſpatium præteriti temporis. ¶ Eſt etiam reſpectum, ſeu rationem habere, *aver riguardo. Terent. Heaut.* 1. 1. 18. Nullum remittis tempus, neque te reſpicis. *Id. Phorm.* 2. 3. 87. Reſpice ætatem tuam. ¶ Item conſiderare, intueri, aſpicere juvandi cauſa, favere, curam habere, proſpicere. *Terent. Phorm.* 5. 3. 34. Dii nos reſpiciunt: gnatam inveni naptam cum ſilin tuo. *ci guardano di buon occhio, anno cura di noi.* & *Andr.* 5. 6. 11. Me in tuis reſpice. *abbi cura, accordati.* & *Adelph.* 5. 8. 9. Nec, qui nam reſpiciat, quiſquam eſt. (Adde *Horat. l.* 1. *od.* 2. v. 36.) *Cic. Amic. l.* 7. *ep.* 1. Videre mihi videor tantam dimicationem, niſi idem deus, qui nos Parthico bello liberavit, reſpexerit rempublicam. *Id. Verr.* 5. c. 55. Saltem cumulda populi R. reſpicite, ſi ſocius fidelitimis proſpicere noa laboratis. *Plaut. Capt.* 4. 2. 54. Reſpice. *Exprof.* fortuve quod tibi nec facit, nec faciet, hoc me jabes. ¶ Hinc *Fortuna reſpiciens*, favens, opem ferens. *Cic.* 2. *de Legib.* c. 11. undicat, Fortunæ reſpicientis fanum Romæ faiſſe: anmeoque ea ea Vica indrtum in Regiane decima, docet vet. monum. apud *Grater. pag.* 25n. Apud *eund.* funt Lapides *pag.* 79. *n.* 1. & 1072. *n.* 6. & apud *Murator. pag.* 84. *n.* 5. *pag.* 330. *n.* 1. & *pag.* 1045. *n.* 2. in quibus *Fortuna reſpicienci* quippiam facraatur. ¶ Pro ſpectare, pertinere, *appartenere. Caſ. l.* 3. *B. Civ.* c. 5. *extr.* Tuti officio maritimo M Bibulas præpoſitus cuncta adminiſtrabat. Ad hunc ſumma imperii reſpiciebat. *Quintil. decl.* 1. c. 14. Ad te ſuſpicio magia reſpicit. *Ulpian. Dig. lib.* 18. *tit.* 6. *leg.* 4. Debet diei, emptionem manere, periculum autem ad venditorem reſpicere. ¶ *Reſpexim, ii, it*, pro *reſpexerim*, antiquum eſt, & comicum. *Plaut. Aulul.* 1. 1. 19. Sr reſpexis donicum ego te juſſero. *Id. Moſtell.* 2. 2. 90. Cave, reſpexis. Adde *Rud.* 3. 3. 16.

RESPIRACULUM, i, n. *reſpiro. Cland. Mamert. l.* 2. c. 12. Redacta paululum reſpiracula vires.

RESPIRAMEN, inis, n. *ἀναπνοή*, halitus, ſeu meatus ſpiritus. *Ovid.* 2. *Met.* v. 828. Vitaleſque vias, & reſpiramina clauſit. *& lib.* 12. v. 142. Elidant fauces, & reſpiramen iterque Eripiunt animæ.

RESPIRAMENTUM, ti, n. *ſollievo, riſtoro*, ſolatium, laxamentum. *Auguſtin. ſerm.* 144. *de Temp. in fin.* Solatium meum, & reſpiramentum pericalorum meorum nullam eſt, niſi bona vita veſtra. *Id. l.* 7. *Confeſſion.* c. 7. *ad fin.* Et nuſquam erat laxamentum, & reſpiramentum.

RESPIRATIO, onis, f. *reſpiro, reſpirazione, ἐκπνευμονισμός, ἀναπνοή*, actus reſpirandi (cui reſpondet, vel contraria eſt *aſpiratio*) attractus aeris in pulmonum per aſperam arteriam, ſimulque ejus emiſſio e pulmonibus, qua ſibi invicem aſpiratio, & reſpiratio ſuccedunt. *Cic. de Univ.* c. 6. Neque eret anima circumfuſa extrema mundi, at reſpirationem requireret. *Plin. l.* 9. c. 7. *a med.* Quis enim ſine reſpiratione ſummo incus? ¶ Paſſa, intervallum in loquendo, interſpiratio, interpunctio, *poſa, reſpiro. Cic. in Orat.* c. 16. *a med.* Flumen aliis verborum, volubilitaſque cordi eſt, qui ponunt en orationis celeritate eloquentiam: diſtincta alios, & interpuncta intervalla, moræ, reſpirationeſque delectant. *Quintil. l.* 7. c. 9. Amphibolia diviſio reſpiratione & mora conſtat: *ſtatuam, deinde aureum haſtam*, vel *ſtatuam aureum*, deinde *haſtam*. ¶ exhalatio, evaporatio, *eſalazione, ſvaporamento. Cic.* 2. *de nat. Deor.* c. 10. *circa med.* Aer multo calore admixtus eſt, ipſe enim oritur en reſpiratione

tione aquarum : earum enim quaſi vapor quidam aer habendus eſt.

RESPIRATUS, us, m. reſpiratio. *Cic.* 2. *de nat. Deor. c.* 55. Pulmones tum ſe contrahunt aſpirames, tum reſpiratu dilatant. Al. leg. *ſpiritu*, plures *reſpirare*, eodem ſenſu. *Apul. l.* 4. *Metam.* Facvis reſpiretui circa nares & oculos datis foraminibus.

RESPIRITUS, us. V. in voce præced.

RESPIRO, as, avi, atum, a. t. *evar il fiato*, *riſtatare*, *reſpirare*, *ανανεῦν*, aerem in pulmones per aſperam arteriam attraho, ſpiritum duco, anhelo: quaſi retro ſpiro, aut ſpirando retracto: & ſumitur etiam pro *aſpiro*, h. e. aerem exſpiro ex pulmonibus, ut in *Reſpirare* dicimus: quaſi iterum ſpiro. *Cic.* 4. *de Fin. cap.* 23. *ad fin.* Quis enim ignorat, ſi plures ex alto emergere velint, propius fore eos quidem ad reſpirandum, qui ad ſummam jam aquam appropinquant, ſed nihilo magis reſpirare poſſe, quam eos, qui ſunt in profundo? *Id.* 2. *de nat. Deor. c.* 54. Cum aſpera arteria ad pulmones uſque pertineat, excipiaraqua animam eam, quæ ducta & ſpiritu, eandemque a pulmonibus reſpiret & reddat. *Plaut. Perſ.* 3. 3. 22. Sine reſpirare me, tibi ut reſpondeam. *Juvenal. ſat.* 14. *v.* 26. quæ nunquam maternos dicere mœchoe Tam cito, nec tanto poterit contexere curſu, Ut non ter decies reſpiret. *Plin. ſub fin. l.* 14. *de ſtirpium potent.* Optima ſidn non reſpirnſſe in hauriendo, neque exſpuiſſe. ¶ *Reſpirare* dicuntur, qui labore, morbo, negotiorum molo paulifper intermittendo levantur, recreantur. *Cic. pro Roſc. Amer. c.* 8. Cum tot tantiſque negotiis diſtentus ſit, ut reſpirare libere non poſſit. *Id. Attic. l.* 2. *ep.* 24. *extr.* Reſpiraro, ſi te videro. *Id. pro Cluent. c. penult. ad fin.* & *de Haruſp. reſp. c.* 23. Spe veſtræ æquitatis erigere animum, & paulum reſpirare a metu cœpit. *Id. Fam. 6. ep.* 2. Si armis poſitis civitas reſpiraverit. *Valer. Flacc. l.* 7. *ſub fin.* Aut niger ex antris, rutilique a fulmine nubu Cum furit, & Siculo reſpirat in æquore Cyclops. *Liv. l.* 22. *c.* 18. *in fi.* Reſpirare n continuis cladibus. *Plin. l.* 28. *c.* 7. Eodem odore vulvæ morbo ſtrangulatss reſpirare. *Id. l.* 17. *c.* 23. *a med.* Arbor quoque ipſa gaudet aſſiduo levata onere, ſimilis reſpiranti. *Quintil. l.* 9. *c.* 4. *ante med.* Quo animi reſpirent ac reficiuntur. *Id. l.* 1. *c.* 8. (*al.* 14.) *circa med.* Cum poeticis voluptatibus aures a forenſi aſperitate reſpirant. *Liv. l.* 29. *c.* 4. Nuntius tandem venit, Lælium, non Scipionem, &c. Ita reſpiratum eſt. ¶ Pro intermittere, ſiſtere ſe, ceſſare. *Cic. pro Quinct. cap.* 26. *ad fin.* Si hæc tecum duo verba feciſſes, quid ago? reſpiraſſet cupiditas atque avaritia paululum. *Id.* 8. *Philip. c.* 7. Ne punctum quidem temporis oppugnatio reſpiravit. ¶ Ponitur & pro exhalare, *eſalare*. *Sidon. l.* 2. *ſilv.* 2. *v.* 77. inde malignum Aren reſpirat pelago circumſuſa Neſis. *& ſilv.* 4. *v.* 35. Et tenues Arabum reſpirant germine plumæ. *b. e.* halant, ſpirant. ¶ *Calpurn. ad Nemeſian. Ecl.* 4. *v.* 74. proſpice, ne tibi ſorte Tinnula tam fragili reſpiret fiſtula buxo, Quam reſonare ſolet, ſi quando laudat Alexin. *b. e.* exſpiret, & ſonum emittat.

RESPLENDENTIA, æ, f. ſplendor. *Auguſtin. epiſt.* 55. *ad Macedon. poſt med.* Luculentis ingeniis non deſit reſplendentin vetitatis.

RESPLENDEO, es, n. 2. *reſplendere*, *brillare*, *λαμπειν*, ſplendorem remitto, refulgeo. *Virg. Æn.* 12. *v.* 741. fulva reſplendent fregmina arena. *Scil.* enſis fracti. *Senec. in Agam. v.* 543. Omne reſplendet fretum. *Scil.* jactis fulminibus. *Sil. l.* 12. *v.* 732. Et tremula infuſo reſplendent cærula Phœbo. Adde *Claudian. in fin. l.* 3. *de capt. Prof.* ¶ Pro ſimplici *ſplendeo*. *Mamil. l.* 5. *v.* 719. Quæ (*ſtellæ*) neque per cunctas noctes, neqm tempore in omni Reſplendent alto cæli ſummore profundo. Addunt & *Cicer. a. de Fin. c.* 8. Reſplendeat his verbis, argentum, &c. ſed al. rectius *reſpondeat*. ¶ Translate *Claudian. l.* 2. *de laudib. Stilich. v.* 18. Narrem juſtitiam? reſplendet gloria Martia.

RESPONDEO, ondes, ondi, onſum, a. a. *promettere vicendevolmente*, *ἀνυγγέλλομαι*, viciſſim ſpondeo, repromitto. *Plaut. Capt.* 4. 2. *in fin. Erg.* Spondenʼ tu iſtud? *He.* ſpondeo. *Erg.* At ego tuum tibi adveniſſe filium, reſpondeo. Addunt quidam *Propert. in fin. eleg.* 8. *l.* 4. Reſpondi, & toto ſolvimus arma toro. Sed aliter leg. *Heinſ.* & *Broukuſ.* Retinet *Paſſerat.* & conatur explicare: nihil tamen affirmat. ¶ Pro ſimplici *ſpondeo* videtur poni a *Papiniano Dig. lib.* 50. *tit.* 1. *leg.* 17. *extr.* Fidejuſſores, qui ſalvam rem publicam fore reſponderunt. ¶ Vereribus *ſpondeo* erat dico, loquor, teſte *Feſto*: unde *reſpondeo* eſt viciſſim dico, interroganti ſatisfacio, ad voluntatem rogantis loquor, *riſpondere*, *dar riſpoſta*, *ἀναφέρομαι*, *ὑπονδέω*. *Plaut. Rud.* 3. 5. 33. Si appellabit quampiam, vos reſpondetote iſtinc iſtarum vicem. *Terent. Phorm.* 4. 4. 3. Verbero, aliud mihi reſpondes, ac rogo. *Id. Andr.* 2. 2. 8. Etiam tu hoc reſpondes? quid iſtic tibi negotii eſt? *Id. Phorm.* 2. 1. 50. Ubi tute verbum non reſpondeas. *Plaut. Pœn.* 3. 3. 30. Adiit ad nos: ſalutat: reſpondemus. *riſalutiamo*. ¶ Proprie eſt nec loqui, non ſcripto. Unde *Senec. ep.* 67. Si quando interveniunt epiſtolæ tuæ, tecum eſſe mihi videor, & ſic afficior animo, tanquam tibi non reſcribam, ſed reſpondeam. *Cic.* namen *Attic. 6. ep.* 2. Reſpondebo primum poſtremæ tuæ paginæ. *& paulo poſt.* Reſpondi poſtremæ tuæ paginæ primæ meæ. ¶ *Reſpondere criminibus*, *accuſationi*, *argumentis*, dictis refellera, ſolvere. *Cic.* 2. *Phil. c.* 43. *ſub fin.* Reſpondebis ne ad hæc, aut omnino hiſcere audebis? *Id. pro Cluent. c.* 50. *extr.* Habetis, quam hæc levia ſint genere ipſo; quam falſa, ea; quam brevia, reſponſu. *Id. pro Plaut. c.* 2. Hæc mihi ſunt tractanda tum denique, cum reſpondero criminibus. *Id.* 3. *Verr. c.* 5. Videat, quid ille illis reſpondeat, quos domi ſuæ reſervavit. *Id.* 4. *Acad. c.* 7. Neque hoc loco exſpectandum eſt, dum de remo inſimo, aut de collo columbæ reſpondeam. *Id. de Haruſp. reſp. cap.* 8. *ſub fin.* Gnviter contra inimici contumeliam reſpondere. ¶ *Reſpondere* dicuntur Oracula, & Haruſpices. *Suet. in Aug. c.* 94. Velitris tacta de cælo parte muri, reſponſum eſt, ejus oppidi civem quandoque treum potiturum. Adde *cap.* 97. Sic Cic. 1. *de Divin. c.* 36. Pater ad haruſpices retulit: qui reſponderunt, nihil illo puero clarius fore. V. *Reſponſum*. ¶ Item Juris conſulti conſulentibus de Jure, *conſigliare*. V. *Reſponſum*. *Cic. de clar. Orat. c.* 30 Rutilius magnum munus de jure reſpondendi ſuſtinebat. *Id.* 2. *de Leg. c.* 12. Facultas reſpondendi juris. *Id. c. de Orat. c.* 45. Ut in reſpondendo jure, auctoritate plus etiam, quam ingenio valerent *Id. l. c. de Leg. c.* 4. Si te ad jus reſpondendum dediſſes. *Id. pro Planc. c.* 25. *a med.* Quaſi quiſquam ſit, qui ſibi hunc falſum de Jure reſpondiſſe dicat. *Horat. l. c. ep.* 3. *v.* 23. Seu linguam cauſis acuis, ſeu civica jura Reſpondere paras. ¶ Item qui vocati adſunt, *comparire*. *Horat. l. c. ſat.* 9. *v.* 36. & caſu tuoc reſpondere vadatus Debebat: quod ni feciſſet, perdere litem. *Varr.* apud *Gell. l.* 11. *c.* 1. M. Terentius quando citatus neque reſpondit, neque excuſatus eſt, ego ei unum oveus multam dico. *Liv. l.* 7. *c.* 4. Virgis cæſi, qui ad nomina non reſpondiſſent. *ſcil.* in delectu habendo. *Valer. Max. l.* 6. *c.* 3. *n.* 4. Conſul cum delectum ſubito edicere enactus eſſet, & juniorum nemo reſpondiſſet. *Arc. Menand. Digeſt. lib.* 49. *tit.* 16. *leg.* 4. *a med.* Qui ad delectum non reſpondebant, ut proditores libertatis in ſervitutem redigebantur. *Ulpian. lib.* 49. *tit.* 1. *leg.* 14. *a med.* Reſpondere nomine poſſeſſoris abſentis. *b. e.* comparere in judicio & defendere. *Id. lib.* 3. *tit.* 3. *leg.* 35. Reſpondere per procuratorem. ¶ Item qui ſatisfacere, qui quod optamus, volumus, ſperamus, præſtant. *Cic.* 2. *Fam. ep.* 1. *a med.* In omnibus tuis rebus meis optatis fortuna reſpondit. *Id Attic. l.* 16. *ep.* 2. Quamquam enim reliqua ſatis apta ſunt ad ſalvendum, tamen ſit ſæpe, ut il, qui debent, non reſpondeant ad tempus. *Senec. ep.* 87. Reſpondere nominibus. *pagar i debiti*, *Criſp. l.* 2. *c.* 6. *ad fin.* Conjecturæ rerum talis eſt, ut eum ſæpius aliquando reſponderit, interdum tamen fallat. *Suet. in Cæſ. c.* 46. Villam a fundamentis inchoatam, magooque ſumptu abſolutam, quin non tota ad nnimum ei reſponderat, totam diruiſſe. *Senec. epiſt.* 47. *ſub fin.* Quidquid non ex voluntate reſpondit, iram provocat. *Liv. l.* 28. *c.* 6. *a med.* Haudquaquam ad ſpem eventus reſpondit. *Pallad. l.* 1. *tit.* 5. *ſub fin.* Ager ſpiſſus labore quidem maximo, tamen ad vota reſpondet. *Virg. l. Georg. v.* 47. ſeges votis reſpondet avari agricolæ. ¶ Et quæ conveniunt, conſentiunt, quadrant. *Cic. in Orat. cap.* 12. Ut verba verbis, quaſi demenſa & parta, reſpondeant. *Virg. l. Æn. v.* 589. dictis reſpondent cetera matris. *Cic. Fam.* 2. *ep.* 15. Nam ea quæ ſperas, &c. ſcio, cui epiſtolæ tuæ reſpondeant. *Plin. in fin. c.* 22. *l.* 36. & *Vitruv. l.* 7. *c.* 3. Deſcribuntur directiones arenati, uti longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam reſpondentes exigantur. ¶ Univerſim uſurpatur de rebus inanimis, quæ quod volumus, aut quod natura ſolent, efficiunt. *Frontin. de aquæduct. urbis.* 20. Dies, quo primum aqua Virgo reſponderit, V. Id. Jun. invenitur. *b. e.* deſtinatis in Urbe locis fluxerit. *Criſp. l.* 4. *c.* 4. *fect.* 5. Feminæ, quibus ſanguis per menſtrua non reſpondet. *Id. in præfat. a med.* Medicus aliquid oportet inveniat, quod non ubique fortaſſe, ſed ſæpius tamen etiam reſpondeat. *b. e.* remedium, quod juvet. *Perron. in fragm. Tragur. cap.* 40. *Burm.* Mulnis jam diebus venter mihi non reſpondit. *Senec. ep.* 23. *circa med.* Metalla opulentiſſima aſſidue plenios reſponſura fodientl. *Colum. l.* 3. *c.* 2. *circa med.* Gemella vitis major, niſi præpingui ſolo, non reſpondre. *& cap.* 3. Frumenta quanJn cum quarto reſpondarint, vix memineriſſe poſſumus. *Stat. 2. Achill. v.* 154. aut reſpondentia tentant tympana. *b. e.* quæ pulſare facile ſonum reddunt. *Ovid. Met.* 12. *v.* 52. flebile lingua Murmurat exanimis: reſpondent flebilis ripæ. *eccheggiano*. Sic *Cic. pro Arch. c.* 8. Sæn & ſnlitudines voci reſpondent. ¶ De iis, quæ ſtato tempore redeunt. *Senec. l.* 3. *quæſt. nat. c.* 16. Quartana ad horam venit, podagra ad tempus reſpondet. ¶ Item quæ ſimilia ſunt, referunt, imitantur, æquant. *Varr. l.* 2. R. R. *c.* 5. *circa med. de bobus*. Ut mares ſeminis boni ſint, quærum & forma eſt ſpectanda, & qui ex his orti ſunt, ut reſpondeant ad parentum ſpeciem. *Cic.* 3. *de Fin. c.* 2. 2 *med.* Hoc proprium tuum munus eſt, ut ita eruditus, ut & patri, & Cæpioni magiro, & tibi tam propinquo reſpondeat. *Id. t. Tuſcul. cap.* 2. Nec tamen, ſi qui magnis ingeniis in ma genere exſtiterunt, non ſatis Græcorum gloriæ reſponderunt. *æguagliarono*. & *Fam.* 2. *ep.* 5. Tua virtus opinioni hominum reſpondet. *corriſpondr*. & *Ovid.* 4. *Faſt. v.* 641. fructu non reſpondeure labori. *Plin. l.* 9. *c.* 30. Caput Polypi dolii magnitudine, dentes magnitudini reſpondentes. *proporzionati*. & *Cic. de Haruſp. reſp. c.* 23. *ſub fin.* Velle ſe in Carinis ædificare ulteram porticum, quæ Palatio reſponderet. *b. e.* ut ait *Manut.* everſa Pompeji domo, ædificare porticum ſimilem illi, quam, domo mea everſa, ædificaverat in Palatio. *Velleſ. l.* 2. *c.* 129. Reſpondente culto triumphi rerum, quas geſſerat, magnitudini. *corriſpondendo*, *paregiando*. ¶ Par pari referre, *corriſpondere*. *Cic.* 15. *Fam. ep. ult. a med.* Cui quidem ego amori, utinam ceteris rebus poſſem, nmore certe reſpondebo. *Plaut. Perſ.* 2. 2. 42. Par pari reſpondes dicto. *b. e.* totidem verbis, quot compellaris. *Terent. Phorm.* 1. 4. 35. Iſtuc ſerva, & verbum verbo, par pari ut reſpondeas. ¶ Pertinere, *appartenere*. *Ulpian. Dig. lib.* 50. *tit.* 1. *leg.* 30. Qui ex vico ortus eſt, eam patriam intelligitur habere, cui reipublicæ vicus illi reſpondet. ¶ contra, aut a regione ſitum eſſe, reſpicere. *Virg. 6. Æn. v.* 23. Contra elata mari reſpondet Gnoſſia tellus. ¶ Aliquando eſt tertiæ conjugationis in ſubſidam modis, aut temporibus; quod in verbis ſecundæ ſæpe uſuvenit. *Manil. l.* 5. *ſub fin.* Sic etiam magno quædam reſpondere Mundo. *Mavtial. l.* 3. *epigr.* 4. Si, quando veniet? dicat, reſpondeo: poeta Eaterat, veniet, cum

citharœdus erit. ¶ Paſſive *Salluſt. in Jug. c. 117.* Sulla reſpondit, pauca ſe coram Aſpare locaturum, cetera occulte: ſimul edocet, quæ ſibi reſponderentur. *Cic. pro Mur. cap.* 13. Quæ conſulunſus, minimo periculo reſpondentur. *Jcti.* a Juriſconſultis. ¶ impersonaliter. *Cic. Fam.* 5. *ep.* 7. Si quando officiis non mutuis reſpondetur. *Salluſt. in Jug. c.* 112. Romæ legatis Bocchi amicitiam petentibus hoc modo reſpondetur. *Velley. l.* 2. *c.* 103. Ut nec plus ſperasi potuerit, nec ſpei reſponderi felicius. *Cic. 1. de Fin. c.* 1. Philoſophiæ ſituperatoribus ſatis reſponſum eſt eo libro, quo, &c.

RESPONSIO, onis, *ſ. riſpoſta, ἀνάκρισις*, actus reſpondendi, reſponſum. *Plaut. Moſtell.* 3. 1. 61. Moleſtus ſi ſum, reddite argentum: abero. Reſponſionis omnes hoc verbo eripuit. *Gell. l.* 6 *cap.* 11. Si objectum ſit turpe aliquid, quod negari non queat, reſponſione joculari eludas. *Cic. pro Balbo, c.* 16. In quo erat accuſatoris interpretatio indigna reſponſione, qui ita dicebat, *cunctos eſſe communiter*, h. e. indigna quæ refellaretur. ¶ Apud Rhetores eſt figura ſententiarum, qua aliud interrogati aliud reſpondetur. *Quinctil. l.* 9. *c.* 2. Eſt aliquæ etiam ex reſpondendo figure, cum aliud interroganti ad aliud, quia ſic utilius ſit, occurritur, tum augendi crimiois gratia, ut triſtis in reure rogarus, an ab eo ſuſtibus vapulaſſet, & innocens, inquit: rum decliuandi, quod eſt frequentiſſimum: quæro, an occideris hominem; reſpondetur, latrunem: an tandum occupaveris; reſpondetur, meum. ¶ Item qua orator ſe ipſum interrogat, ſubinque ipſa reſpondet: quæ & *ſubjectio* dici potuit. *Cic. in Orat.* 1. 40. Ut interrogando urgeat, ut ruriſus, quaſi ad interrogata, ſibi ipſe reſpondrar. ¶ Hanc idem *Cic. l.* 3. *de Orat.* enumerat inter figuras verborum, ubi air *cap.* 54. *a med.* Et interruptam, & imago, & ſibi ipſi reſponſio. Sed videtur hic *dialogiſmum* deſignare.

RESPONSITO, as, a. 1. *ἀνταποκρίνομαι*, frequentat. a *reſponſo*. Speciatim dicebatur de Juriſconſultis, & de Pontificibus, qui de jure civili, & de cæremoniis conſulti reſponſa edebant. *Cic. 1. de Leg. c.* 4. Summos fuiſſe in civitate noſtra viros, qui jus civile interpretari populo, & reſponſitare ſoliti ſint. *Gell. l.* 13. *c.* 10. Conſulentibus de jure publica reſpoſitavit. Adde *Ulpian. Dig. lib.* 3. *tit.* 5. *leg.* 1.

RESPONSIVE, adverb. per modum reſpondendi. *Aſcon. Pedian. in Verr.* 3. *c.* 56. *ſub fin.* V. *Interrogative.*

RESPONSO, as, a. 1. frequentativum a *reſpondeo*. *Plaut. Men.* 4. 2. 56. Numquis ſervorum deliquit? num ancillæ aut ſervi tibi reſponſant? *ti ſogliono riſpondere ren arrogauza?* ¶ Sumitur & pro repugnare, adverſari, *contraſtare, reſiſtere, oppoſi. Horat. l.* 2. *ſat.* 7. *v.* 85. Reſpooſare cupidinibus, contemnere honores, & *verſ.* 103. tibi ingeas Virtus atque animus cænis reſponſar opimis. & *lib.* 1. *ep.* 1. *v.* 68. qui, fortunæ te reſpoaſare ſaperbæ Liberum & erectum, hortatur. ¶ Pro ſimplici *reſpondeo*. *Plaut. Ciſtell.* 2. 1. 21. Non remiſſure es mihi illam? *Mel.* pro ms reſponſa tibi. *Id. Moſtell.* 2. 1. 56. Neu quiſquam reſponſet, quando hæſce ædes pultabit frucn. Adde *Mil.* 4. 1. 17. ¶ ſonum reddere, *rechegiare. Virg.* 12. *Æn. v.* 756. exoritur clamor, ripæque lacuſque Reſponſant circa. *Val. Flacc. l.* 4. *v.* 285. Avia reſponſant gemitu juga. Adde *lib.* 3. *v.* 597. & *Claudian. lib.* 2. *in Eutrop. v.* 162. ¶ Translats *Horat. l.* 2. *ſat.* 4. *v.* 18. Ne gallina realom reſponſet dure palato. *h. e.* reluctetur palato & dentibus ob duritiare.

RESPONSOR, oris, m. qui reſpondet. *Plaut. Rud.* 1. 4. 6. Neque eam uſquem invenio, neque quo eam, neque qua quæram, conſultum eſt: neque quem rogitem reſponſorem, quæsequem interea invenim. *h. e.* qui mihi reſpondeat de illa ſcifcitanti. *Horat. l.* 1. *ep.* 16. *v.* 40. eir bonus eſt quis? Qui conſulta Patrure, qui leges juraque ſervat: Quo multæ magnæque ſecuntur judica lires: Quo reſponſore, & quo cauſæ teſte tuentur. *h. e.* Juriſperito reſpondente jus conſuleatibus. *Bentley.* cum aliis legit *qua res ſponſore*: quod videtur ad totam ſeotentiam aptius.

RESPONSUM, ſi, n. *riſpoſta, ἀνάκρισις*, reſponſio. *Terent. Phorm. prol. v.* 17. Is ſibi reſponſum hoc habeat. *abbia queſta in riſpoſta.* & *Cic. Attic. l.* 7. *ep.* 17. *ad fin.* Sed hæc paucis diebus ex illius ad noſtra reſponſa intelligentur. *ſcil.* per litteras. *Id. l'orr.* 7. *c.* 16. Reſponſum dare alicui de re aliqua. *Id. pro Planc.* 1. 14. reddere. *Id. Catil.* 1. *c.* 8. ferre ab aliquo. & 1. *de Orat. c.* 56. *a med.* aaferre. & *Attic. l.* 7. *ep.* 17. Scire tr oportet, quæ L. Cæſar reſponſa refrrat a Pompejo. *Herr, l.* 8. *B. Gall. c.* 23. Legati reſponſa ad ſuos referunt. *Quinctl. l.* 5. *c.* 7. *circa med.* Reſponſum elucere. *Propert. l.* 1. *el. penult. ſub fin.* Tum ſonitum rapta corpore fecit Hylas: Cui procul Alcides iteret reſponſa. *h. e.* audito ſonitu cadentis in aquas reſpondet iterum iterumque vocando. ¶ Sæpe dicitur de oraculo, aut reſponſione haruſpicis. *Terent. Andr.* 4. 2. 15. Non Apollinis magis verum, quem hoc, reſponſum eſt. *Cic.* 3. *Catil.* 1. 4. Ex ſatis Sibyllinis, haruſpicumque reſponſis. *Virg.* 7. *Æn. v.* 84. hinc Italæ gentes in dubiis reſponſa petunt. *Tacit.* 2. *Ann. c.* 54. ſacerdos edit reſponſa verſibus. & *lib.* 13. *c.* 24. Urbem Princeps luſtraeit e reſponſo haruſpicum. *Plin. l.* 15. *c. ult. a med.* Brutus tellurem oſculatus ea reſponſo. *Nep. in Pauſan. in fin.* Inde dei Delphici reſponſo eiutus. ¶ Item de ſententiis & opinionibus eorum, quibus permiſſum erat de jure reſpondere, ut ait *Juſtinian. lib.* 1. *Inſtitution. tit.* 2. *a med.* Nam cum vetares Leges regiæ, & XII. Tabularum & in ſententiis, & in verbis obſcuriſſimæ eſſent, & in pluribus deficerent, conſtitutum eſt, ut eſſent qui ea publice interpretarentur: quorum reſponſiones conſulentibus datas reſponſa prudentum vocaverunt. Multi doctiſſimi viri, quorum nomina in Digeſtorum libris legantur, uſiliſſimum hoc civibus manus Romæ exercuerunt: ſique libri his ipſis eorum reſponſis referti ſunt, V. *Pompon. Dig. lib.* 1. *tit.* 2. *leg.* 2. ubi veteres juris peritos recenſet. *Cic. pro Mur. c.* 13. *ſub fin.* Veſtra reſponſa atque decreta ecerruntur ſæpe docendo. Adde 2. *de Orat. c.* 27.

RESPONSUS, us, m. reſponſio. *Cajus Dig. lib.* 44. *tit.* 7. *leg.* 1. *a med.* Verbis obligatio contrahitur ex interrogatione & reſponſu. Ita *Turnebus.* Al. leg. *reſpondetur*. ¶ Item convenientia, congruentia, conſenſus. *Vitruv. l.* 1. *c.* 2. Scenographia eſt frontis & laterum abſcedentium adumbratio, ad circinique centrum omnium linearum reſponſus. & *paulo poſt.* Symmetria eſt ex ipſius operis membris conveniens conſenſus, ea partibuſque ſeparatis, ad univerſæ figuræ ſpeciem, rete partis reſponſus. *Id. l.* 3. *c.* 1. Sacrarum adium membra, ad univerſam totius magnitudinis ſummam, convenientiſſimus debent habere commenſuum reſponſum. *correſpondenza, proporzione, ἀναλογία.* Adde *Manil. l.* 3. *v.* 71. abi al. aliter leg. ¶ *Ad reſponſum*, &, ut alii volunt, conjunctis vocibus *Adreſponſum* dicitur is, qui deputatus eſt a Magiſtro militum, ut reſponſum id eſt nomiſternum exhibeat militibus, ipſo Magiſtro abſente. *accompagnatore. Imp. Anaſtaſ. lib.* 12. *Cod. tit.* 36. *leg.* 18.

RESPUBLICA, & Rre publica, reipublicæ, *ſ. commune, repubblica, il ſtato, Stato*, rre communis & publica civium nos tiventium. *Cic. in frag. l.* 3. *de reipubl.* apud *Auguſtin. l.* 2. *c.* 21. Reſpublica eſt res populi. populus autem non omnis cœtus multitudinis, ſed cœtus juris conſenſu, & utilitatis communione ſociatus. *Plaut. Perſ.* 1. 2. 23. Summe ego ſtultus, qui rem curo publicam, ubi ſunt magiſtratus, quos corare oporteat? *Cato* apud *Gell. l.* 13. *c.* 24. Cum tantam rempublicam agier arbitrarer. *negozje pubblica ſi importante.* ¶ Item ratio rei rpſius publicæ regendæ, adminiſtrandæ, gerendæ, gubernandæ: cujus genere ſunt quatuor, *regnum* ſeu *monarchia, μοναρχία*, in qua unus tantum dominatm: *oligarchia, ὀλιγαρχία*, in qua pauci: *ariſtocratia, ἀριστοκρατία*, in qua optimates: *democratia, δημοκρατία*, in qua popules univerſus ea patribus & plebe miatus: qualis fuit Romaus poſt regre exactos, uſque ad C. Jul. Cæſarem, qui ruriſus in monarchiam convertit. Promiſcua ſunt, quæ ſubjicimus exempla. *Cic. pro Raſc. Amer. c.* 1. *a med.* Ad rempublicam accedere. *Id. Amic. l.* 2. *ep.* 22. Rempublicam attingere. *Id.* 3. *de Orat. c.* 29. capeſſere. *Id.* 1. *Offic. cap.* 25. adminiſtrare. *Id.* 1. *de Invent.* 1. 3. genere. *Id.* 2. *de Divin. rep.* 2. tueri. *Id. Fam.* 5. *ep.* 2. conſervare. *Id.* 1. *de Fin.* 1. 13. *a med.* labefactare. *Nep. in Dion.* 1. 6. *a med.* bene gerere. *Cic. Fam.* 10. *ep.* 5. De republica bene mereri. *Liv. l.* 8. *c.* 4. *extr.* & *cap.* 23. & *cap.* 32. *extr.* Hoc eſt e republica. *b. e.* reipublicæ expedit. *Cæſ. l.* 1. *B. Civ. c.* 9. Omnem rempublicam ſenatui populoque R. permittere. *il maneggio, l' amminiſtrazione, il comando.* & *Nep. in Catone, c.* 3. Reipublicæ peritus. *politico, repubblicheſta, ſtatiſta.* & *lib.* 1. *de Invent. c.* 3. In rebus publicis verſari. *Id.* 4. *Acad. c.* 9. Proditiones rerum publicarum. *C. Graech. apud Feſt.* Eæ nationes per avaritiam atque ſtultitiam reſpublicas ſuas amiſerunt. *Cic.* 2. *de Divin. c.* 2. *a med.* A Platone didiceram, nataraire eſſe quaſdam converſiones retum publicarum, ut ea tum a principibus crearentur, tum a populis, aliquando a ſingulis. *mutazioni di ſtato.* & *lib.* 2. *Fam. ep.* 8. *a med.* Commutata tota rario eſt ſenatus, judiciorum, rei totius publicæ. *di tutto il governo.* & *lib.* 3. *de Leg. c.* 16. *a med.* Utinam ito animo atque virtute in ſumma republica nobiſcum verſati, quam in municipali maluiſſes. *h. e.* Romæ, quam Arpini. ¶ Aliquando ad unam rem bellicam, & militare imperium refertus, quia ibi maxime res agitur publica. *Liv. l.* 2. *c.* 64. & *lib.* 8. *c.* 31. Et in Volſcis reſpublica egregie geſta, tum ducis, tum militum opera. *Plaut. Amph.* 2. 1. 42. Ut gefferit rempublicam ductu, imperio, atque auſpicio ſuo. & 1. 3. 26. Ea me primo prima ſcires, rem ut geſſiſſem publicam. Adde *Liv.* quamplurimis in locis, quæ congeſſit *Drakenborch. ad lib.* 2. *c.* 64. In qaib. *rempublicam gerere* de re militari dicitur, contre *Sigon.* qui in eorum multis *re publicam* expungit. Sic *adminiſtrare rempublicam* eod. ſenſu dicitur ab eodem *Liv. l.* 6. *c.* 6. & *lib.* 40. *c.* 35. *ſub fin.*

RESPUENS, entis, *ἀποστύφων*, qui reſpuit, abhorrens, faſtidiens. *Gell. l.* 6. *c.* 15. Communium vocum reſpuens nimis, & faſtidiens.

RESPUO, is, ui, a. 3. *ſperno ſpevi, ributtare, rigettare, ἀποστύφω*, ſpuendo rejicio, exſpuo: item ſimpliciter rejicio, repello, expello, non admitto. *Stat. l.* 8. *Theb. v.* 543. Saucius extremo donec cum ſanguine frenos Reſpuit. *ſcil.* equus fauſtus. *Cic.* 2. *de nat. Deor.* 1. 9. Reliquiæ cibi, quas natura reſpuerit. *Quinctl. l.* 1. *c.* 2. (*al.* 3.) *ad fin.* Vaſcula oris anguſti ſuperfuſam humoris copiam reſpuunt. *Seribon. Larg. compoſ.* 104. Varios liquores ex ſtomacho reſpuere. *Cic.* 3. *de Orat. c.* 25. *a med.* Guſtatus, qui eſt ſenſus ex omnibus maxime ſolapturius, quam cum id, quod valde dules eſt, aſpernatur ac reſpuit? *Vitruv. l.* 7. *c.* 4. & *Lucret. l.* 6. *v.* 1052. Tegalin cuioſius picentur, ut ab ſe reſpuant liquorem. *Plin. l.* 2. *c.* 103. *a med.* Duo ſootre jueta fluunt, altsr omnia reſpuens, alter abſorbens. *Pallad. l.* 1. *tit.* 33. Limus, quem fluvii incremeora reſpuerint. *Ovid. in Ibin, v.* 570. Reſpuat invifum juſta cadaver humus. *Plin. l.* 17. *c.* 10. Materia reſpuens ſecares. *Id. l.* 8. *s.* 21. Tauri ſilveſtris tergori duritia ſilicis, unue reſpuens vulnus. *h. e.* invulnerabilis. *Id. l.* 7. *c.* 15. Mola, caro informis, inanima, feri ictum & aciem reſpuens. *Id. l.* 33. *c.* 9. Speculam aerem repercuſſum reſpuit, aat accipit. *h. e.* remittit. Sic *Senec. in fin. epiſt.* 53. Philoſophia quædam tela defatigat, & velut lesia laxo ſinu eludit: quædam diſcutit, & in eam uſque, qu miſerat, reſpuit. & *Plin. l.* 31. *c.* 2. Fons exſilit tanta ſi, ut ſine mora pondus impactum reſpuat. *Claudian. l.* 1. *de rap. Proſ. v.* 246. capat inde Pachyni Reſpuit Ionias prætentis rupibus lres. ¶ Translate eſt repudiare, aſpernari, nolle, *refiutare, non volere, aver dell' averſione, diſapprovare. Cic. pro Cael. c.* 15. *ſub fin.* Illum habere tuis copiis devinctum

ſtum non potes: calcitret, reſpuit. *Id. de Fato, ſub fin.* Cum id dicat, quod omnium mentes aſpernantur ac reſpuunt. *Id. pro Cæcin. c. 19. extr.* Hominum prudentium conſilium & auctoritas reſpuit hanc defenſionem, & pro nihilo putat. *Liv. l. 2. c. 41. ad fin.* Munera ejus in animis hominum reſpuebantur. *Lucret. l. 6. v. 67.* Quæ niſi reſpuis ex animo, longeque remittis, Diis indigna putando, &c. *Val. Flacc. l. 5. v. 321.* Sin vero preces & dicta ſuperbus Reſpuerit, jam nunc animos firmate repulſæ. *Ovid. de remed. Amor. v. 123.* Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte Reſpuit atque odio verba monentis habet. *Caſ. l. 2. B. Gall. c. 42.* Non reſpuit conditionem Cæſar. *Horat. l. 2. ep. 2. v. 42.* poetæ, quos & proſens, & poſtera reſpuat ætas. *Gell. in f. cap. penult. l. 6.* Maledicere alicui & reſpuere, & recuſare, & detellari. *Cic. in Pariſ. c. 5.* Auditorum aures moderantur oriori, & quod reſpuunt, immutandum eſt. *Id. in Piſon. c. 20.* Nemo bonus eſt, qui vos non oculis fugiat, auribus reſpuat, animo aſpernetur. *ebe voglio vedervi, fentirvi, &c. Plin. l. 28. c. 2.* Hoc ſapientiſſimi cujuſque reſpuit fides. *le ſagette cone falſe. & Colum. l. 6. c. 2. a med.* Reſpuere imperium. *b. e detrectare, nolle obedire. Cic. 7. Attic. ep. 16.* Cæſaris interdicta, *ſi te ſecundo lumine hoc offendere*, reſpuentur. *b. e.* contemnuntur.

RESTAGNATIO, onis, f. *riſtagno, inondazione*, πλημμύρα, actus reſtagnandi, inundatio. *Plin. l. 2. c. 67.* Palus Mæotica, ſive Oceani ſinus eſt, ſive anguſto diſcreti ſitu reſtagnotio. *Id. l. 6. c. 28.* Ubi reſtagnatio Euphratis cum Tigri conſtuit. *Id. l. 12. c. 37. ſect. 66.* Ne reſtagnatio intempeſtiva alvi obſtrepat. *b. e.* redundatio & vejectio cibi a ſtomacho per fauces in os.

RESTAGNO, are, v. 1. *riſtagnare, ἀναχέω, πλημμύρω*, dicitur de aquis, cum fluere deſinentes in morem ſtagni redundant. *Plin. l. & cap. 5.* Puteus haud difficiles inveniunt, ibi reſtagnantibus Mauritaniæ aquis. *Ovid. 11. Met. v. 364.* Quam reſtagnantis fecit maris unda paludem. *Lucan. l. 4. v. 88.* impulſaque gurgite multo Caſtra labant: alto reſtagnant flumine vallo. *Sil. l. 8. v. 482.* Qua Saturæ nabuloſe palus reſtagnat. *Senec. in Oedip. v. 545.* Triſtis reſtagnet humor. ¶ Item de locis, quæ ſtagnantibus aquis inundantur. *Caſ. l. 1. B. Civ. c. 24. extr.* Longe lateque is locus reſtagnat.

RESTAURATIO, onis, f. *rinnovazione, dravacci*, renovatio, inſtauratio, refectio. *Julian. Dig. lib. 23. tit. 5. leg. 7.* Si fundum Titio reddiderit ſine teſtaurationc ſervitutie. *Ulpian. lib. & tit. 4. leg. 7. extr.* Conſtat, omnis ætatis hominibus reſtaurationem eremodicii præſtari.

RESTAURATOR, orie, m. *rinnovatore, riſtauratore, ἀνανεωτής*, renovator, inſtaurator, refector. Vetus lepis apud *Spon. in miſcell. erud. antiq. pag. 27. & Fabrett. cap. 3. n. 297.* Domitius Secundus coret. & reſtaurator Fratrib. ſuis.

RESTAURATUS, a, um, *rinnovato, riſatto, ἀνανεωθείς*, inſtauratus, refectus. *Ulpian. Dig. lib. 7. tit. 4. leg. 10. a med.* Navis diſſoluta, & iiſdem tabulis reſtaurata.

RESTAURO, are, v. 1. *riſare, riſtaurare, rinnovare, ἀνανεόω*, inſtauro, reficio, reſtituo, renovo. *Tacit. 3. Ann. cap. 72.* Pompeji theatrum igne fortuito hauſtum, Cæſar exſtructurum pollicitus eſt, eo quod uxmo a familia reſtaurando ſufficeret. *& lib. 4. c. 43.* Ædem Veneris vetuſtate diuipſam reſtaurari poſtulavere. *Juſtin. l. 2. c. 10. & lib. 3. c. 5. & lib. 20. c. ult.* Auxiliis auctus bellum velut ex integro reſtaurat. *Ulpian. Dig. lib. 43. tit. 20. leg. 1.* Quod corruptum eſt, in priſtinum ſtatum reſtaurare. *Id. lib. 48. tit. 5. leg. 4. in fin.* Reſtaurare accuſationem. *b. e.* rurſus inſtituere. *Modeſtin. lib. & tit. 4. leg. 29.* litem. *Ulpian. lib. 42. tit. 9. leg. 14. & Triphonin. lib. 9. tit. 4. leg. 37.* actionem furti. *Papinian. lib. 29. tit. 5. leg. 9.* veterem obligationem.

RESTIARIUS. V. in *Reſtis*.

RESTIBILIO, ie, a. 4. Iterum ſtabilio, reſtituo, reſtauro, inſteuro. *Pacuv. apud Feſt. in Sat.* Nam Taucrum regi ſapſa res reſtibiliet.

RESTIBILIS, le, *che ogni anno ſi torna a ſare*, πολυμβλαστος, ανανεώσιμος, qui quotannis ſeritur. *Varr. l. 4. de L. L. cap. 4. ad fin.* Ager reſtibilis, qui reſtituitur, ac reſaritur quotquot annis: contra quæ intermittitur, e novando novalia. *Id. l. 1. R. R. c. 44.* Illud quoque multum intereſt in rudi terra, an in ea ſeras, quæ quotannis obſita ſit, quæ vocatur reſtibilis, an in vervacto, quæ interdum requiritur. *Colum. l. 2. c. 10.* Phaſelus terræ mandabitur, vel in vervacto, vel melius pingui, & reſtibili agro. ¶ *Reſtibilis ſeges*, eſt quæ regerminat, quaſi cujus ſecunditas in ſequentem quoque annum reſtet. *Plin. l. 18. c. 17. poſt med.* Ubertatis tamen tantæ ſpes, ar ſequente anno ſponte reſtibilis fiat ſeges. ¶ *Reſtibile vinetum*, quod ſingulis annis repaſtinatur. *Colum. l. 3. c. 18.* Repaſtinatæ dictæ ſuere vineæ vsteres, quæ refodiebantur. Hæc enim propria appelletio reſtibilis vineti erat. *& cap. 21.* Ultima eſt conditio reſtibilis vineæ. nam ſi neceſſitas facere cogit, prius quidquid eſt reſiduæ vitis exſtirpari debet, &c. ¶ *Reſtibilis ſecunditas* eſt continua, & non intermiſſa. *Plin. l. 28. c. 19.* Conceptum leporum utero exemptum his, quæ parere deſierint, reſtibilem fecunditatem afferre putant. ¶ *Reſtibilis platanus*, quæ vigorem ſuum recuperat. *Id. l. 16. c. 32.* Antandri platanus etiam circumdolata lateribus reſtibili ſponte facta, vitæque reddita. ¶ Reſtibilis ager definitur a *Feſte*, qui biennio continuo ſeritur farreo ſpico, id eſt ariſtato: quod ea fiet, ſolent, qui prædia locant, excipere. In *Gloſſ. veter.* Ἀγρὸς δὶς τὸ ἔτος ἀροτριούμενος. Idem fere dicit *Feſtus*, quod *Varro*. Ager enim, qui biennio continuo ſeritur, illo biennio reſtibilis eſt: qui vero quotannis, multo magis. Illud ſolum intereſt, quod eum ſic dicit *Feſtus*, qui ſeritur farreo ſpico, hoc eſt ſemina ſpicam & ariſtam ferente: *Varro* autem quolibet ſemine.

RESTICULA, æ, f. *piccola veſta, funicello, cordoncino*, parva reſtis, funiculus. *Cato* R. R. c. 130. Teſtem calfacito io igni bene: ubi calebit, eam picato, reſticula alligato, teſtam demittito in dolium infimum leniter. *Varr. l. 1. R. R. c. 41. ad fin.* Reſticulas per ficos, quæ edireas, maturas perſeruot, & eæ, cum inaruerunt, complicant, ac quo volunt mittunt. *Ammian. lib. 24. c. 7. a med.* (*al. c. 23.*) Hirſutis reſticulis crotibus ejus innexit, devaricatum edulquæ Prætorium ſtrenue.

RESTICULUS, i, m. reſticula. *Ulpian. Dig. lib. 9. tit. 3. leg. 5. ſub fin.* Si amphora ex reſticulo ſuſpenſa decidiſſet. *Terrentin.* habet *vesticulo*.

RESTILLO, as, v. 1. ſtillande, & fluendo redeo. *Prudent. l. 2. adverſ. Symmach. v. 287.* ad proprium reſtillat vena metallum.

RESTINCTIO, onis, f. *ſtinzione, ἀνάψυξις*, actus reſtinguendi. *Cic. 2. Fin. c. 3. a med.* Illa autem voluptas ipſius reſtinctionis io motu eſt.

RESTINCTUS, a, um, *ſtinto, ἀναψυχθείς*, exſtinctus. *Cic. in Tog. c. 12.* Reſtinctus ignis. *Plin. l. 31. c. 3. poſt med.* Lucerna reſtincta. *Id. l. 36. c. 27.* Carbo reſtinctus. *Virg. 5. Æn. v. 698.* Vapor umnis reſtinctus. ¶ Translate *Cic. 11. Fam. ep. 12.* Non modo non reſtinctum bellum, ſed etiam inflammatum videtur. *Id. in Orat. cap 8.* Reſtincta animorum incendia. *Plin. l. 26. c. 2.* Morbus celeritas reſtinctus. *Plin. alter l. 2. ep. 12.* Favor, & miſericordia arres & vehementes primos impetus habent, paulatim conſilio & retinoa, quaſi reſtincta, conſiduant. *Cic. 2. de Fin. c. 3. a med.* Reſtincta ſitis.

RHIZOTOMUMENA, neutr. plur. *ex ῥιζοτομέω*, vox Græca a *ῥίζα*, radix, & *τέμνω*, ſeco, ſignificat ea, quæ pertinent ad radicinam ex ſectis herbarum radicibus. *Plin. l.* 20. *c.* 23. *circa med.*

RHIZOTOMUS, i, *ῥιζοτόμος*, herba, ſpecies ſtidis ſubrufæ. *Plin. l.* 22. *c.* 7. *a med.*

RHO, nomen litteræ R apud Græcos, *ῥῶ*. *Cic. n. de Divin. cap.* 46. Demoſthenem ſcribit Phalereus cum rho dicere nequiret, exercitatione feciſſe, ut planiſſime diceret.

RHOAS. V. *Rhoas.*

RHODANICUS, a, um. Rhodanici nautæ, Rhodani navigantes. *Inſcript.* apud *Gruter. pag.* 418. *n.* 3. Patrono Rhodaniticorum, & Araticorum. Adde *pag.* 148. *n.* 8. & 425. *n.* 1. non idem ſignificator, & apud *Murator. pag.* 1055. *n.* 2. ubi expreſſa Rhodanicus nauta, habetur.

RHODANITIS, idis, adject. femin. quæ ad Rhodanum pertinet, ſeu ſita eſt. *Sidon. l.* 9. *epiſt.* 13. *in term. ſub fin.* Rhodanitidas per urbes.

RHODANUS, i, m. *Rodano*, fluvius maximus, & rapidiſſimus Galliæ Narbonenſis. Hunc M. Varro, teſte *A. Gellio l.* 10. *c.* 7. tertium Europæ fl. haud ſtro minorem ſcribit. *Plin. l.* 3. *c.* 4. Regio Volcarum Teſtoſagum, ubi Rhoda Rhodiorum (*oppidum*) fuit: radu dictus reulto Galliarum fertiſſimus Rhodanus amnis, ex Alpibus ſi rapiens per Lemanum lacum, ſegnemque defarens Araxim, nec minus ſe ipſo torrentes Iſarare, & Druentiam. Libyca appellantur duo ejus ora modica: ex his alterum Hiſpanienſe, alterum Mercapinum. tertium, idemque ampliſſimum, Maſſalioticum. Hæc *Plin.* quæ Poetica etiam *Sil. l.* 3. *v.* 447. deſcribit. *Tibull. l.* 2. *el.* 5. *v.* 27. Taſtis Arar, Rhodanuſque celer. *Claudian. in Ruſin. v.* 122. Quos Rhodanus exlox, Araris quos tardior arvhit. *Horat. l.* 2. *od. ult. ſub fin.* nec peritus Diſcet Iber, Rhodanique potor. *h. e.* Galli. Sic *Lucan. l.* 5. *v.* 168. Rhodano, Rhenoque ſubactis.

RHODIACUS, a, um, adject. a Rhodo, ex Rhodiacæ ſpongiæ; *Plin. in fin. l.* 31. Rhodiacum glutinum, *Id. l.* 28. *c.* 17. *ad fin.* Rhodiacum periſtylium, *Vitruv. l.* 6. *c.* 11. quod unare altiorem habet porticum.

RHODIENSIS, ſe, *de Rodi*, Rhodius, ut Rhodienſis civitas, *Gell. l.* 7. *c.* 3. Rhodienſes. *h. e.* Rhodii. *Id. ibid.* & *lib.* 13. *cap.* 24. Rhodienſis hoſpes, *Suetan. in Tiber. c.* 62.

RHODINUS, a, um, *de roſa*, roſaceus, *ῥόδινος*: a *ῥόδον*, roſa, ut Rhodinum unguentum, *Plin. l.* 13. *c.* 2. & *Pompon. Dig. lib.* 34. *tit.* 2. *leg.* 22. *unguenta roſata*. Rhodinum oleum, *Plin. l.* 15. *c.* 7. *ad fin.* ¶ Simpliciſſima rhodini unguenti miſtura diu fuit, additis omphacio, flore roſæ, crocino, cinnebari, calamo, melle, juncō, ſalis flore, aut anchuſa, vino. *Plin. loc. cit.*

RHODITIS, is, ſ. *ῥοδῖτις*, gemma ſic dicta a colore roſeo. *Plin. l.* 37. *c.* 11. *ſub fin.*

RHODIUS, a, um, *di Rodi*, *Ῥόδιος*, ad Rhodum pertinens. *Ovid. t.* 2. *Met. v.* 574. Rhodiæ ductor pulcherrima claſſis. ¶ *Rhodii, orum*, Rhodi incolæ. *Cic.* 3. *Offic. c.* 22. *Liv. Flor.* &c. Hi olim fuere bellicoſiſſimi, & mari potentes: ſed pauſatio abundantia rerum & luxu effeminati ſunt: unde ſuo tempore *Juvenal.* irrabelles eos appellat *ſat.* 8. *v.* 113. ¶ Rhodia uva, ex Rhodo in Italiam advecta, meaſis apta magis, quam cellæ vinariæ, laudatur a *Virg.* 2. *Georg. v.* 102. *Plin. l.* 14. *c.* 3. *ad fin. Colum. l.* 3. *c.* 2. & *Macrob. ſub fin. l.* 2. *Saturn.* Vinum ex ea, in ſacris ſæpe adhibitum, ut tenuit *Virg. loc. cit.* laudant *Plin. l.* 14. *c.* 8. *extr.* & *Gell. l.* 13. *c.* 5. ¶ Rhodia ficus nigra eſt, & inter præcoces recenſetur ab eodem *Plin. l.* 15. *c.* 18. & *Colum l.* 5. *c.* 10. ¶ Rhodias gallinas proceritate inſignes, fecunditate nec item, recenſet *Colum. l.* 8. *c.* 2. *poſt init.* & 2 *med.* & *cap.* 12. *a med.* item *Martial. l.* 3. *epigr.* 58. *v.* 27. ¶ Rhodium marmor, aureis venis interſtinctum. *Plin. l.* 37. *c.* 10. ¶ Rhodii cypreſſo ſecunda laus poſt Hammoniacum datur ab eſſ. *l.* 12. *c.* 11. ¶ Rhodiæ cretæ vim tribuit ad vina rectigenda, *t. l.* 24. ¶ Rhodium opus *Martialis l.* 2. *epigr.* 71. eſt coloſſus Solis in Rhodo inſula. ¶ Rhodium dicendi genus reudure erat inter Aſianum tumidum, & Atticum ſanatum, & ex utroque mixtum, ut ait *Quintil. l.* 12. *c.* 10. *Cic. in Brut.* *t.* 13. *a med.* Aſiatici oratores non contemnendi quidem nec celeritate, nec copia, ſed parum preſſi, & nimis redundentes: Rhodii ſaniores, & Atticorum ſimiliores. ¶ Rhodius receſſus, *Tacit.* 4. *Ann. c.* 25. quo quis Rhodum Rotos receſſit, ibique moratur. ¶ Rhodia lex de navalibus commerciis, cognoſcenda eſt a Rhodiis, quorum fuit plurimum navigandi uſus mercaturæ cauſa. *Paul. Dig. lib.* 14. *tit.* 2. *qui ad legem* Rhodiam de jactu *inſcribitur*, *leg.* 1. Lege Rhodia cavetur, at ſi levandæ navis gratia jactus mercium factus ſit, omnium contributione farciatur, quod pro omnibus factum eſt.

RHODODAPHNE, es, ſ. *ῥοδοδάφνη*, frutex florere habens ſtrilem roſæ, ſolium indeciduum ſimile lauri ſolio: a *ῥόδον*, roſa, & *δάφνη*, laurus. *Plin. l.* 16. *c.* 21. & *lib.* 24. *c.* 9. a *med. Pallad. l.* 1. *tit.* 35 & *Virg. in Cul. v.* 401. V. vocem ſequent.

RHODODENDROS, i, m. *ῥοδόδενδρος*, frutex folio ſimilis amygdalæ, ſed majore pinguioreque, ſemine patenti, qui & nerion, & rhodedaphne dicitur: a *ῥόδον*, roſa, & *δένδρον*, arbor, queſi roſa arborescens. *Plin. l.* 24. *c.* 11. Rhododendros ne nomen quidem apud nos invenit Latinum, rhododaphnen vocant, aut nerium. Mirum, folia ejus quadrupedum venenare eſſe, horsine veto contra ſerpentes præſidium, ruta addita a vino puta. Adde *eund. l.* 26. *c.* 20. & *lib.* 21. *c.* 23.

RHODOMELLI, neutr. indeclin. *ῥοδόμελι*, roſel roſa conditum, vel mixtum. *Pallad. l.* 6. *tit.* 16.

RHODOPE, es, ſ. *Ῥοδόπη*, Nympha Oceanitis, Ponti & Maris filia. *Hygin. in præfat.* ¶ Item regius Thracum: item Strymonis filia, quæ Athon ex Neptuno peperit. Ab alterutra ex his nomen trasit mons Thraciæ excelſus, & nivibus obſitus, qui eam provinciam fere bifariam ſecat, & ab Apollonia urbe ad Pontum Euxinum pertinet. *Ovid.* 2. *Metam. v.* 222. Et tandem Rhodope nivibus caritura, Mimaſque. & *lib.* 10. *v.* 77. In altam ſe recipit Rhodopen. *Stat. t. Theb. v.* 181. Qua Rhodopes non ulla nurus, &c. *h. e.* Thraciæ.

RHODOPEIUS, & Rhodopëus, a, um, *Ῥοδοπεῖος*, ad Rhodopen pertinens.

tiones, Thracius, ut Rhodopeius vates, *h. e.* Orpheus, *Ovid.* 10. *Met.* v. 12. Sic Rhodopeius heros, *idem ibid.* v. 50. Rhodopeia ſpicula, *h. e.* Thracia, ab Orpheo in prœlio jactata, *Sil. l.* 12. v. 400. Rhodopem regna, *h. e.* Thracie, *Ovid. in Ibin*, v. 347. Sic Rhodopeia flumina, *Claudian. de IV. conſul. Honor.* v. 505. Apud *eund. de III. conſul. Honor.* habes *verſ.* 223. Rhodopeia ſaxa Orpheis animata modis. ¶ Rhodopeia conjux *Statio* 5. *Theb.* v. 121. eſt Procne uxor Tereï regis Thraciæ. ¶ Pro eltera forme *Lucan. l.* 6. v. 618. Æquoraque & campi, Rhodopeaque ſaxa loquentur.

RHODOPEUS. V. *in* voce præced.

RHODORA, æ, f. nomen herbæ Gallicum. *Plin. l.* 24. *c.* 19. Junta rumbotinum viduum vite naſcitur herba, quem Galli rhodoram vocant. Caulem habet virgæ ſiculneæ modo geniculatum, ſolia urticæ in medio exalbida, eadem procedenta tempore tota rubentia, florem argenteum.

RHODOS, & Rhodus, i, f. *Rodi*, Ῥόδος, inſula pulcherrima Aſiæ minoris, & maris Carpathii, in ora Cariæ, in qua urbs metropolis eodem nomine. Inter Aſiaticas inſulas tertia nominatur. nam Lesbus & Cyprus majores habentur. Ia urbe dicitur nunquam ita cælum nubilum eſſe, ut non aliqua hora ſol cernatur, ut eſt apud *Plin. l.* 2. *c.* 62. quapropter Soli coloſſum dedicarunt altitudine tanta (*ſcil.* 70. cubitorum) ut unum ex ſeptem Orbis miraculis habeatur. Nomen habet a roſa, quæ Græce ῥόδον, quia in ea condenda illius floris imago ineanta tredatur. *Horat. l.* 1. *od.* 7. Laudabant alii clarum Rhodon, aut Mitylenen. *Ovid.* 7. *Met.* v. 365. Phœbeamque Rhodon. & *Lucan. l.* 5. v. 50. pelagique potens Phœbeia donis Eaornata Rhodos. *Stat. l.* 2. *ſilv.* 2. v. 104. Rhodos aſpera. *Juv.* quia facis & montibus abundat.

RHŒAS, adis, *ſtatis*. Tertium genus papaveris ſativi, arucæ ſimile, cubitali altitudine, flore rufo, ſponte naſcans in arvis, maxime cum hordeo, Latini argeticum dicunt, Græci *ſpatho* (*Plin. l.* 19. *c.* 8. *ad fin.* & *lib.* 20. *c.* 19. Latine poſitione in accuſativo *rhœan*: ubi al. leg. *rhœan*) quin floris folia protinus decidua ſunt: a *ſio*, fluo. *Plin. ibid.*

RHŒCUS. V. *Rhœtus*.

RHŒTEIUS, &

RHŒTŒUS, a, um, Ῥοίτειος, ad Rhœteum pertinens, quod eſt promontorium & oppidum Troadis, Ῥοίτειον. Ibi fuit Ajacis ſepulcrum. *Plin. l.* 5. *c.* 30. a *med.* Extra ſinum ſunt Rhœtea litora Rhœteo, & Dardanio, & Arisbe oppidis habitata. ¶ Ponitur pro Iliaco, Trojano, Phrygio. *Virg.* 12. Æn. v. 456. ductor Rhœteius. *h. e.* Æneas. *Lucan. l.* 6. v. 352. Rhœtia litora. *Stat. l. Achill.* v. 44. Rhœteæ trabes. *h. e.* navibus conſtructæ eſt claſſis a Paride Helenem rapturo. *Sil. l.* 9. v. 72. Nomine Rhœteo Solimus. *Id. l.* 12. v. 115. Rhœtea fata. *Senec. in Troadib.* v. 1166. Rhœtea vada. *Ovid. Met.* 12. v. 297. Rhœteum profundum. *h. e.* mare alluens promontorium Rhœteum. Et abſolute *Id. Faſt.* v. 579. Rhœteum apex. ¶ Interdum pro Romano, quia Romani ſuam originem ad Trojanos referunt. *Sil. l.* 9. v. 621. Rhœtia pubes. *Id. l.* 17. v. 197. Pulſat Agenoreas Rhœteia lancea portas. *Id. l.* 2. v. 52. Rhœteius imo imperet æternum. *Id. l.* 7. v. 432. tum miſcrantur Rhœtæa regna in Libyem ſuperis? ¶ *Rhœteus*, i, Ῥοίτευς, diſſylab. nomen eſt propr. homin. Rutuli. *Virg.* 10. Æn. v. 390. & 401.

RHŒTUS, Rhœcus, & Rhetus, m. Ῥοῖτος, Ῥοῖκος, & Ῥῆτος, unus ex Gigantibus, qui cælo bellum intulerat. *Horat. l.* 2. *od.* 19. v. 23. ubi al. leg. *Rhœcus*, & *lib.* 3. *od.* 4. v. 55. ¶ Item unus ex Centauris. *Ovid.* 12. *Metam.* v. 271. & 285. *Claudian. in præfat. de rapt. Honor. & Met.* v. 23. &c.

RHOÏCUS, a, um, adject. V. *Rhus*.

RHOÏTES, m. *ſelvæ*, vinum ex malis Punicis expreſſum: a *ſus*, malum Punicum. *Plin. l.* 14. *c.* 16.

RHOMBOIDES, is, ῥομβοειδὴς, rhombi ſimilis. Dicitur de figura, quæ nec æquilatera, nec rectangula eſt, ſed tantum adverſa latere, & oppoſitos angulos æquales habet. *Frontin.* apud *Goeſ. pag.* 36.

RHOMBUS, i, m. *rombo*, ῥόμβος, Geometris eſt figuræ quadratæ, latera habeus æqualia, ſed angulos obliquos. *Martian. Capell. l.* 6. *pag.* 230. Tertia ſpecies ἑτερομήκους τετραγώνου æquilatera eſt, non tamen directiangula, & dicitur ῥόμβος. Adde *Jul. Frontin. de expoſit. format. pag.* 36. *Carſii*, ubi Latine uſurpat. ¶ Item a ſimilitudine ſic dicitur muliebre inſtrumentum, quod circumagendo laua netur, *flatuo*: & fortaſſe eſt, quod noſtri vocant *turla*, & *turletta*. Multum præterea habet uſum in incantationibus, ut *verſo*, *turbo*, quæ fere idem ſunt. *Ovid. l.* 1. *Amor. el.* 8. v. 7. Scit bene quid gramen, quid torto concita rhombo Licia, quid valeat virus ameatis equæ. *Propert. l.* 2. *el.* 21. v. 35. magico torti ſub carmine rhombi. *Ovid.* 2. *Faſt.* v. 575. Tum cantata ligat cum fuſco licia rhombo. *Æl. leg.* plumbo. *Martial. l.* 9. *epigr.* 30. Theſſalico lunam deducere rhombo. *Id. l.* 12. *epigr.* 57. Cum ſecta Colcho Luna vapulat rhombo. V. *Staminator*. ¶ A figura factum eſt etiam nomen piſci marino e genere planorum, laudatiſſimo in cibis, præcipue circa Ravennam, ut *Plin. l.* 9. *c.* 54. docet. Græce eſt ψήττα, laudaturque a *Juvenal. Martial. Plin. Horat. var. in loc.*

RHOMPHÆA, & Romphæa, æ, f. ῥομφαία, haſtilis genus, cujus ferrum ligon æquale eſt: aliter framea. Apud *Celtium lib.* 20. *c.* 25. legitur *rompia* poſitione Latina, dicitarque genus teli eſſe Thracæ nationis, poſitamque hoc vocabulum in Q. Ennii Annali quartodecimo. Alii volunt eſſe gladium ex utraque parte acutum qualis eſt, quem vulgo *ſpatam* vocant. *Iſid. l.* 18. *Orig. c.* 6. Sed verius eſt eſſe haſtam. ¶ Eſt a *ſtatio*, circumago: Hoc enim facere ſolent romphæa pugnantes, ut qui anceps ſit gladius, ut *Iſidorus* ait. *Aſcon. Pedian. in orgum. Milonianum*. Homeram ejus Birrhia rhomphæa trajecit. *Claudian. epigr.* 57. Sic Geticas ultra feriat rhomphæa catervas. *Liv. lib.* 31. *cap.* 39. *e med.* Thraeas quoque rhomphææ, ingentis & ipſæ longitudinis, inter objectos undique ramos impediebant. *Valer. Flacc. l.* 6. v. 98. Æquaque nec ferro brevior, nec rumpia ligon. Quidam leg. *romphea* extrita priore adſpiratione, & præpoſitiva diphthongi.

RHOMPHÆALIS, e, adject. a rhomphæa. *Prudent.* ſive diphthongo ſcribi corripiendi cauſa *Cathem.* 7. v. 93. Dexteram perarmat romphealis incendia.

RHONCHISONUS, a, um, qui rhonchos ſonat. Translate ponitur pro derifore. *Sidon. carm.* 3. v. 8. Nec nos rhonchiſono rhinocerote notat.

RHONCHISSO, as, n. 8. *ruſſare*, ſterto, ῥέγχω. *Plaut.* Cyathiſſat, dum cœnat, dum dormit, rhonchiſſat. Ita eſt in Culex. & al. Lexicis: ſed nos locum *Plauti* invenire non potuimus.

RHONCHUS, i, m. *id ruſſare*, ῥόγχος, ſonus, quem ſtertentes edunt: a ῥέγχω, ſterto. *Martial. l.* 3. *epigr.* 82. *ſub fin.* Nos accubamus, & ſilentium rhonchis præſtare juſſi, nutibus propinamus. ¶ Transfertur ab *Apulejo* ad eos, qui nimendum ſonum rerum tacite coarctatis, *lib.* 1. *Metam.* Cau oem vicinum deformevit in ranam: & nunc ſenex ille dolium innatans vini ſui, adventores priſtinos in fæces ſubmiſſus officinis rhonchis raucis appellat. ¶ Translate uſitata eſt irriſio. *Martial. l.* 12. *epigr.* 4. Majores naſcuntur rhonchi: juvenſque ſeneſque, Et pueri naſum rhinocerotis habent. & *lib.* 4. *epigr.* 87. Nec rhonchos metues maligniorum. ¶ Sunt qui ſcribunt *ronchus*.

RHONDE, Sicadionque cum dicit Lucilius, que omnia ejuſmodi poſſit, tam infeſtum ſibi corpus & veletudinem referens, quam levia ſed ſaluti navigantium. *Feſtus.* Quæ verba ſatis corrupta ne emendent Critici: Rhondes Icadionque cum dixit Lucilius, nomina piratarum poſuit, tam infeſtum ſibi corpus & valetudinem referens, quam illi eſſent ſaluti navigantium. Verſus Lucilii ſunt apud *Feſt. hic*, & in *Querquerum*. Querquere conſequuntur febres, captiſque dolores, Tamde mihi infeſti, quem Rhondes, Icadionque. ubi *tamde* eſt pro *tum*, ut *quamde* pro *quam*. Alii leg. Infeſti mihi, moquam Rhondes, Icadionque.

RHOPALON, i, n. ῥόπαλον, herba Nymphæa, ſide dicta quod radicem habet clavæ ſimilem. eam ῥόπαλον clavam ſignificat. *Plin. l.* 25. *c.* 7. *Apul. de herb. cap.* 67.

RHOSIACUS, &

RHOSIUS, a, um, ad Rhoſon pertinens, quod eſt oppidum Syriæ ad ſinum Iſſicum, ora procul a Caſio monte, Ῥῶσος, & Ῥωσικός. Ibi optima ſichilia fiebant. *Plin. lib* 5. *c.* 22. Intervallum Rhoſiorum montium. *Cic. lib.* 6. *Attic. ep.* 2. *circa med* Rhoſiaca vaſa. Al. aliter leg.

RHUNCUS, i, m. nomen Gigantis, qui idem eſſe putatur ac *Rhœtus*, vel *Rhœcus*. *Nav.* apud *Feſtum. l.* 6. *pag* 679. *Poſt. b.*

RHUS, rhois, m. & f. ῥῦς, ῥοῦς, ὁ καὶ ἡ, herba, & frutex quidam: de quo *Plin. l.* 24. *c.* 12. *ante med.* Nec rhus Latinum nomen habet, cum in uſum plurimis modis veniat. Nam & herba eſt ſilveſtris, foliis myrti, cauliculis brevibus, quæ tinees pellit: & frutex coriarius appellatur, ſobrutilus, cubitalis, craſſitudine digitali, cujus aridis foliis, ut malicorio, caria perficeretur. *Id. ibid. paulo poſt.* Rhus, qui erythros appellatur, femea eſt hujus frutieis. Vim habet adſtringendi, refrigerandique: aſperginr pro ſale obſoniis: alvos ſolvit, omneſque carnes cum ſilphio ſuaviores facit. *Id. l.* 23. *c.* 6. Etiam rhus Syriæ maſcula fert, ſterili femina, folio ulmi paulo longiore & piloſo, foliorum inter ſe ſemper contrariis pediculis, gracili brevique ramo, Pelles candidæ confiiontur iis. Semen lenti ſimile, cum uva rubeſcit, quod vocatur rhus, medicamentis neceſſarium. Hactenus *Plinius*. *Celſ. l.* 6. *c.* 11. a *med.* Rhus, quem Syriacum vocant. Quidam leg. ter. Ubi autem legimus apud *Scribon. Larg. compoſ.* 111. Rhus Syrieci coquuntur ſextarii duo: Erudin corriguat *rhois Syriaci*. & apud *Colum. l.* 9. *c.* 13. Uva paſſa cum rore Syriaco. *rhoe Syriaco*. & *lib.* 12. *c.* 42. *ſub fin.* Tres heminæ roris Syriaci. *rhois Syriaci*. Adde *Pallad. in Mart. cap.* 25. Alii tamen putant nihil eſſe mutandum, quod eam ſit librariorum error, ſed deprovatio Græcæ vocis olim in Latinam conſuetudinem invecta. ¶ In accuſativo *rhum* facit. *Plin. l.* 24. *c.* 14. Pari menſura ejus, quod rhus Syriacum vocant. *Id. lib.* 29. *c.* 3. *a med.* Uva menſure ejus, quod rhum dicimus. ¶ Hinc eſt adjectivum *rhoeus*. *Plin. l.* 24. *c.* 22. Medici rhoicis (*ſolis*) utuntur ad contuſa, &c.

RHUSELINON, ῥυσέλινον, apium ruſticum, herba ſceleratа. *Apul. de herb. cap.* 8.

RHYNTHON. V. *Rhintos*.

RHYPAROGRAPHUS, cognominatus eſt quidam Pyrrhicus pictor, quod ſunſtrinas, futriosque pineit, & atellos, & obſonia, ac ſimilia. *Plin. lib.* 35. *c.* 10. *ad fin.* a ῥυπαρὸς, ſordidus, & γράφω, pingo.

RHYPODES, adject. neutr. ῥυπῶδες, ſuheudi ῥυπαρὸν, genus emplaſtri, cujus compoſitionem tradit *Celſ. lib.* 5. *c.* 19. *ſcſt.* 23. a ſimilitudine ſordium appellatum. ῥύπος enim ſordes ſignificat. Apud eund. *Celſ.* alicubi Latinis litteris ſcribitur, ut *lib.* 6. *c.* 18. *ſect.* 7. Tetrapharmacum, aut rhypodes roſa diluendum eſt.

RHYTHMICUS, a, um, ῥυθμικὸς, ad rhythmum pertinens. *Rhythmici* dicuntur, qui curioſe numerum in oretione conſectantur, diligentiſſime ſingula verba & pauſicalas expendentes, & ad certam ſoni mutionem ac regulam exigentes: quod muſicorum potius, quam oratorum munus eſt. *Cic. 3. de Orat. cap.* 40. a *med.* Neque tamen hoc tanti laboris eſt, quanti videtur: nec ſunt hæc rhythmicorum ac

muſicorum acerrima norma dirigenda. *Quintil. l. 9. c. 4. circa med.* Quis dubitet, unum ſanſum, & unius ſpiritus eſſe: (*Cic. pro Cluent. 1. c.*) *Animadverti, judices, omnem accuſatoris orationem in duas diviſam eſſe partes?* tamen & duo prima verba, & tria proxima, & deinceps dan rurſus ac tria ſuos quaſi numeros habent ſpiritum ſuſtinentes: ſicut apud rhythmicos æſtimantur hæ particulæ, prout ſunt graves, acres, lentæ, celeres, &c.

RHYTHMUS, i, m. *conſonanza, proporzione, numero, ῥυθμὸς*, modus certa dimenſione, & proportione conſtans, concinnitas, harmonia, congruentia ea partium ſeram apte decurrentium, aut inter ſe compoſitarum ordini & motu naſcente. Hinc *rhythmus venerum* apud *Vitruv. l. 1. c. 1. ad fin.* eſt pulſus earum per certa intervalla diſtinctus, ea quibus modus & numerus quidem efficitur. Similiter *rhythmus* dici poteſt certus motus pedum in iis, qui ad tibiam ſaltant. Sed præcipue locum habet in Muſica, & a *Martiano Capella* ſic definitur *lib. 9. pag. 316.* Eſt diverſorum modorum ordinata connexio, tempori pro ratione modulationis inſerviens, per id quod aut efferenda voce ſurrit, aut premenda, & qui nos a licentia modulationis ad artem diſciplinamque conſtringit. *Gell. lib. 16. c. 18. Κατανεύει* longitudines & altitudines vocis emetitur. Longior menſura vocis *ῥυθμὸς* dicitur, altior *μέλος*. ¶ Item in oratione, in qua, ut *Quintiliani* verbis utar *l. 9. c. 4.* omnis fractura, ac dimenſio, & copula vocam conſtat aut numeris (numeros *ῥυθμοὺς* accipi vulo) aut metro, ideſt dimenſione quadam. Quod etiamſi conflat utrumque pedibus, habet tamen non ſimplicem differentiam. eam rhythmi, id eſt numeri, ſpatio temporum conſtant: metra autem ordine: ideoque alteram (*h. e.* rhythmus) eſſe quantitatis videtur, alterum (*h. l.* metram) qualitatis. Addit mox alia diſcrimina, quod in *rhythmis* non ſervetur ordo, modo ſit eadem quantitas: idem enim rhythmus eſt in anapæſto *ſuperant*, quod in dactylo *enatent*: in *metris* certa ordinis lex eſt, quam ſi violes, metri ratio tollitur: item quod *rhythmus* libera ſunt ſpatia, in *metris* finita: item quod *metrum* in verbis modo, *rhythmus* etiam in corporie motu eſt, &c. *Varro* apud *Diomed. l. 3. pag. 512. Priſcian.* dicit, inter rhythmum & metrum id intereſſe, quod inter materiam & regulam. Differit & Rhythmus etiam ipſe *Diomed. l. 2. pag. 464.* V. quæ *diximus* in *Numerus*. ¶ Ex hac voce depravata orta eſt lex Italici carminis *rima*, quæ ſi ſpectetur in meoſura ipſius verſus certis ſyllabis, & certo temporum intervallo conſtantis idem eſt cum rhythmo Latinorum: ſi in fine abi *ὁμοιοτέλευτον*, hoc eſt ſimiliter deſinentia, ponantur, alia prorſus res eſt, & a Latinis non uſurpata. V. *Leoninus*.

RHYTIUM, ii, n. *ῥύτιον*, poculi genus infra anguſtum, ſupra latum, & curvum in modum cornu: dominat. a *ῥέω*. quod inter pocula oumerat *Athenæus l. 10. 1. 63. & lib. 11. c. 5.* Hinc *Martial. l. 2. epigr. 35.* Cum ſiat crura tibi, ſimulant quæ cornua Lunæ; In rhytio pateres, Phœbe, lavam pedes.

RICA, æ, f. *καλύπτρα*, palliolum, flammeum, ſeu tegumentum capitis, quo Flaminicæ ſacrificaturæ utebantur: unde *ricinium*, & *ricinum*. *Feſtus*. Rica eſt veſtimentum quadratum, fimbriatum, purpureum, quo flaminicæ pro palliolo utebantur, ut Verrius exiſtimat. Titiuque: Rica ex lana ſuccida alba veſtitus. Alii dicunt, pallium eſſe triplex, quod confeciant virgines ingenuæ patrimæ & matrimæ, quod cæruleo colore infectum laverur aqua pura. Alii, quo Flaminica tingat pileum. Hæc *Feſtus*. Etiam *Varr. l. 4. de L. L. cap. 29.* rica velari docet caput feminarum, ſacrificium cum faciunt. Sed quod ducit a *ceno*, quia Romano ritu id fiebat, ab Etymologis improbatur. *Maſſur. Sabin.* apud *Gell. l. 10 c. 15.* Flaminica Dialis venenato operitur, & in rica furculum de arbore felici habet. *b. e.* in Tutulo, quod eſt ornamentum, ex tegumentum capitis. *Idem Gell.* de quodam Euclide, qui mutata veſte itabat ad Socratem, *lib. 6 cap. 10.* Euclides, cum adveſperaſceret tunica longa muliebri indutus, & pallio verſicolore amictus, & caput rica velatus, e domo ſua Megaris ad Socratem commeabat. *Caſ. Germon. in Apol. ver. v. 121. de Abſtem.* una Velato triſtriſque genas abſcondita rica. Al. leg. *virta*. Adde *Plaut. Epid. 2. 2. 48. Terentium*, & *Novium* apud *Nonium c. 14. n. 15. & Lucil.* apud *eund. ibid. n. 16.* qui quidem *Nonius* interpretatur *fudorium*: ſed & ſudarium velando capiti nonnunquam adhibetur.

RICINIATUS, a, um, (Habetur in fragmento Tabulæ Fretrum Arvalium apud *Fabrett. cap. 6. pag. 444.* & apud *Arnob. l. 6. pag. 209.* riciatatas Jupiter, & apud *Gruter. pag. 122. lin. 33.* pueri ricinati.) *ricinio* indutus. V. *Rezinium*.

RICINIUM, }
RICINUM, & } V. *Retinium*.
RICINUS. }

RICINUS, i, m. *κρόταν*, animal æſtivi temporis, omnium ſæditſimum, infinu ſemper ſanguini capita vivens, atque ita intumeſcens: unum animaliam, cui cibi non eſt exitus: dehiſcitque nimia ſatietate, alimento ipſo moriens. Nanquam hoc in jumentis (h. e. mulis, aſinis) gignitur, in habus frequens, in canibus aliquando: in ovibus, & in captis hoc ſolam. Ite, tacito nomine, a *Plin. lib. 21. c. 34.* & *lib. 30. c. 10.* deſcribitur. *Id. lib. 22. c. 18. ad fin.* Chamæleonis nigri ſucco ricinos canam necrus. *Varr. l. 2. R. R. c. 9. ad fin. de canib.* Nucibus Græcis in aqua tritis perungunt aures, quod muſcæ, & ricini, & pulices ſolent eas exulcerare. *Colum. l. 6. c. 2. ante med. de bub.* Sub femina manum ſubjicere, ut ricini, qui plerumque feminibus inhærent, eximantur. Adde *lib. 7. c. ult. Caton. de R. R. c. 96.* & *Serm. Sammon. c. 36. v. 699.* ¶ Tinea appellat *Nemeſian. in Cynog. v. 209.* ¶ Io alio pediculum vides, in te ricinum non vides. proverb. de quo V. in *Pedicellus*. ¶ Eſt etiam nomen fruticis, ad magnitudinem parvæ ficus aſſurgentis, folio pirtani, ſed majora, læviore, & nigriore, remis & eſculei arundinum modo concavis, ſemine avarum aſpero, quod purgatum figuram ricini animalis repræſentat, Græce *κρόταν*, & *σῦκα, ricinos. Plin. l. 15. c. 7.* ¶ Præterea ricinos appellant Græci poma imperfecta mori arboris. *Plin. l. 23. c. 7. a med.* ubi al. leg. *cynosbatos*.

RICTO, as, n. 1. *digrignare ſpeſſo*, frequentativum a *ringor*, rictum ſæpe aperio, dentes oſtendendo, & turbotam vocem emittendo, quod irritata canis facere ſolet. *Sparrian. in Geta, c. 5.* Familiare illi fuit has quæſtiones Grammeticæ proponere, ut dicerent, ſingula animalia quomodo vocem emitterent, velut agni bolant, porcelli grunniunt, orſi ſæviant, leones rugiant, leopardi rictant, &c.

RICTUM, i, n. idem ac rictus, *bocca. Lucret. l. 5. v. 1063.* Mollia ricta fremunt duros nudantia dentes. *Id. l. 6. v. 1193.* inhorrebat rictum, frons tenia manebat. *Cic. 6. Verr. c. 43. de Herculis ſtatua.* Uſque eo, Judices, at rictum ejus, ac mentum paulo ſit attritius. Ita *Non.* legit *cap. 3. n. 185.* alii *victor*.

RICTUS, us, m. *bocca aperta, χάσμα, χάσκω*, hiatus oris, unde verba & vox exit, & tota illa pars circa ipſum hiatum, quæ in homine ridente, & in beſtiis os aperientibus liuſie quibuſdam terminatur, ut maxime ſuat labia: a priore Græca voce allata, vel potius a ſupino verbi *rimpo*. *Quinct. l. 11. c. 11.* (*al. 19.*) Ne immodicus hiatus rictum diſtendat. *Id. declam. 12. c. 11. in fin.* Illoe oculos, illam gratiſſimam faciem, & rictus orie expreſſos, &c. *Senecæ de Cloud. c. 30.* Riſus indecens, ira turpior ſpumante rictus. humentibus naribus. *Horat. l. 1. ſat. 10. v. 7.* riſu diducere rictum. *Juvenal. ſat. 11. v. 230.* ad conſpectum cenæ diducere rictum. *b. e.* inhiare ad ferculs. *Ovid. 3. de ar. am. v. 283.* ſint modici rictus, ſint parvæ atrinque lacunæ. *Id. 11. Met. v. 126. de Mida.* Fuſile per rictus aurum fluitare videres. *Ciceronis* locum V. in voce præced. & adde *Lucan. l. 6. v. 757. Tacit. Pompon. Lucil. & Varron.* apud *Non. c. 6. n. 43.* & *Pactum Gellii equalem* apud *eund. 1. 67. l. 19. & Flor. l. 3. c. 21. extr.* ¶ De ferie *Ovid. 6. Met. v. 378. de rauis.* Ipſaque dilatant patulos convicia rictus. *& lib. 11. v. 59.* io lapidem; rictue ſerpentie apertos Congelat. *& verſ. 367.* rictus lupi fulmineos. *& lib. 14. v. 65. rictus Cerberei. & lib. 4. v. 98.* Cæde lenzus boum ſpumantes oblita rictus. Adde *Martial. l. 1. epigr. 105. & Lucan. l. 9. v. 845.*

RICŬLA, æ, f. dimiout. a *rica*. *Turpil.* apud *Non. cap. 14. n. 16. & cap. 16. n. 8.* Interea odſpexit virginem, injectam in capite riculem indutem oſtrinam.

RIDĔO, des, ſi, ſum, n. 2. *ridere, γελάω*, riſum edo. Cic. 5. *de Fin. c. 30. ad fin.* M. Craſſum ſemel ait in vita riſiſſe Lucilius. *Cæl. ad Cicer. Fam. 8. ep. 14. ad fin.* Curre per deos, & quam primam hanc riſum eeni. *Cic. Verr. 5. 1. 25.* Ridentem convivæ, cachinnoſi ipſe Apronius. *Corneli. corm. 42. v. 9.* Ridentem catuli ore Gallicani. V. *Gallicanus. Horat. l. 1. ſat. 6 v. 24.* ridentem dicere verum Quid vetat? *tol ſi burla, che ſi confeſſo.* proverbium. *Cic. 7. Fam. ep. 25.* Ne ſi riſum habuerimus, rideamus *γέλωτα ὀφλήσαντα*. ¶ Pro jocari; *Cic. Fam. 2. ep. 4.* Jocerue tecum per litteras? civem mehercule non puto eſſe, qui temporibus his ridere poſſit. *Id. Attic. l. 14. epiſt. 14.* De hæreſi Valſorina, & de Pherrtorum more Puteolano riſiſſe me ſatis. ¶ *Ridere aliquid*, aut *aliquem*, de re aliqua ridere, deridere, *riderſi. Cic. ad Q. Fr. l. 2. ep. 13.* Riſinirem atram. *Id. de Haruſp. reſp. c. 4. extr.* Cum riſeriſis impudentiam hominis. *& rep. 5.* Sua concio riſit hominem. *Terent. Adelph. 4. 2. 9.* Rideo hunc: primum aie ſe ſcire: is ſolus oeſcit omnia. *me vido di oſſus.* ¶ Paſſive *Ovid. 4. ex Pont. ep. 12. v. 15.* Hic ego ſi vitiis noſtm corrumpere nomen, Ridear, & merlin pectus habere neget. *Martial. l. 2. epigr. 54.* Inter Ledæos ridetur corvus nlores. *Horat. l. 1. ſat. 7. v. 22.* Perſius exponit cauſam: riderur ab omni Conventu. *Valer. Max. l. & capit. 8. n. 1. extern.* Socrates cum parvulis filiolis ludens ab Alcibiade riſus eſt. ¶ *Petron. in fragm. Tragur. c. 61. Burm.* Satios eſt rideri, quam deridere. *Rideri* eſt hoc loco riſum movere jocis & alute ſcurrilibus: *deridere* contemni. *E' meglio ſar ridere, che dar da ridere.* ¶ *Ridere vitia*, rem ludicram vitia putare, & ſolum riſu digna, non vindicta. *Tacit. de Germ. 1. 19.* Nemo illic vitia ridet, nec corrumpere & corrumpi, ſeculum vocatur. *Ovid. 1. de ar. am. v. 633. & Tibull. l. 3. el. 6. v. 49.* Jupitet ex alto perjuria ridet amantum. ¶ *Ridere alicui*, arridere, riſa blandiri. *Plaut. Trucul. 5. 2. 8.* Si mihi rides, ſpica. Al. aliter leg. *Virg. Ecl. 4. extr.* Cui non riſere parentes, Nec deus hunc menſa, dea nec dignata cubili eſt. *b. e.* infans, cui parentes, ejus riſu blanditiſque provocati, non arriſere neque menſæ admiſſus eſt ab Hercule, neque lecto ab Junone. Unde mos erat, inquit *Servius*, nobilibus puerie editis, lo arria domus Junoni lectum, Herculi menſam ponere. *Quintil. ſub init. c. 3. l. 9.* legit *qui*, & ita interpretatur: Ea illic qui non riſere, hunc non dignatus deus, nec dea dignata. Addinqus, eſſe figuram, qua plurali numero ſingularie ſubjungitur: *qui non riſere . . . . . bunc*. Porro *ridere parentes* hac rotione eſt odridere ad parentes, & at ait *Virg. ibid.* riſu cognoſcere matrem. *Pterius* teſtatur, ſe in omnibus Codicib. vidiſſe *cui*, in aliquibus *quoi*. ¶ *Ridere aliquem*, arridere alicui. *Plaut. Capt. 3. 1. 20.* Quaſi muti ſilent, neque me rident. ¶ Sequente infinito, *Stat. Theb. 10. v. 646.* Sic Lydia conjux Amphitryoniaden exutum horrentia terga Perdere Sidonioi humerie ridebat amictus, Et turbam colus, & tympana rompere dextra. ¶ Translata eſt proſperum eſſe, favere, *arridere. Ovid. 1. Triſt. el. 5. v. 27.* Dum juvat & vultu ridet Fortuna ſereno. ¶ Item nitere, pulcrum, amœnum eſſe. *Horat. l. 4. od. 11. v. 6.* Ridet argento domus. *Lucret. l. 4. v. 1128.* & pulcra in pedibus

Sicyo-

Sicyonia rident. *Claudian. de conſul. Prob. & Olybr. v.* 70. Oraque ridenti lanugine veſtiat ætas. *Virg. in Ciri*, v. 183. Purpureis late ridentia littora conchis. *Catull. carm.* 63. *de nupt. Pel. & Thet. v.* 284. Quem (*floribus*) permulſe domus jucunda riſit odore. *Ovid.* 25. *Met. v.* 204. floramque caloribus almus Ridet ager. *Virg. Ecl.* 4. *v.* 20. Mixtaque ridenti colocaſia fundet acantho. *Lucret. l.* 5. *v.* 1394. tempeſtas ridebat. *l. r.* ſerena erat & tepida. *& verſ.* 1003. ridentibus undis. *l.* 2. tranquillis ac lenibus. *Horat. lib.* 2. *od.* 6. *v.* 13. Ille terrenum mihi præter omnem Angulus ridet. *l.* 2. amœnitate, & fertilitate placet. Sic *Perron. in Sat. cap.* 5. ſive ex migeræ rident Tritonidis arces, ſeu Lacedæmonin tellus habiteta colono, Sirenumque domus. *l.* 2. ſeu placent Athenæ, ſeu Tarentum, ſeu Neapolis. ¶ *Rideor* deponentis forma. *Perron. in fragm. Trogor. c.* 57. *Burm.* Bellum pomum, qui rideatur alios. *& cap.* 62. Quid enim mihi aufert, qui ridetur? *Ne imiteris.* ¶ Olim *vide, is*, dictum fuit, ut *ſtrido, ſervo, ola*, &c. *Diomed. l.* 1. *pag.* 378. V. *Invideo* in fine. Sic *vidit* legunt nonnulli in illo *Lucret. l.* 3. *v.* 21. æther large diffuſa lumine ridit.

RIDIBUNDUS, a, um, *videnter, modicè*, ridens, abunde ridens. *Plaut. rpid.* 3. 3. 32. Ita ridibundam atque hilaram hoc addaxit ſimul. Adde *Gell. l.* 12. *c.* 15.

RIDICA, æ, *f. floccone, palo, portico, χάραξ, ἄγκυρον*, genus pedamenti ſuſtinendis vitibus, ex talea craſſa, non integra, ſed fiſſa, ita ut ex una fiant plures. Itaque differt a palo, qui integer eſt & rotundus, ridica fiſſa & angulosa. V. *Pedamentum. Varr. l.* 1. *R. R. c.* 26. Diligenter obſervant, ut ridica vitis eb ſeptentrione verſus tegatur: & ſi cupreſſos eiens pm ridicis inſeruot, alternos ordines imponunt. *Colum. lib.* 4. *c.* 26. Vineæ ſtabiliendæ melius eſt ridica palo: neque ex quælibet. nam eſt præcipua cunem fiſſa olea, quercus, fabur. *& cap. ult. ſub fin.* Caſtaneæum taleæ propius ſtirpem reciſo quadrifidas pleramque, ue deinde ſecundæ taleæ ejuſdem arboris bifidas ridicas ſubminiſtraut: quod genus fiſſilis admiuiculi manet diutius, quam teres palus. Adde *Plin. l.* 17. *c.* 22. *ante med.* ¶ Primam ſyllabam corripit, ſecundam producit *Jul. Scalig. in Arat.* Robuſtearum faſcies ridicorum.

RIDICULA, æ, f. paxilliut, parve ridica. *Senec. l.* 1. *quæſt. nat. c.* 3. *de fulmen.* Cum ue aqua implevit, & veſtimeata ridicula diducta leviter eſpergit. Al. leg. *vendicula*.

RIDICULARIUS, a, um, *buffone*, κωμῳδικός, qui riſum excitat. *Gell. l.* 4. *c.* 20. Qui jurabat, cavillator quidem, & canalicola, & nimis ridicularius fuit. *Ridicularia*, um, n. plur. facetiæ, res ridiculæ. *Plaut. Aſin.* 2. 2. 64. Mitte ridicularia. *Cæta apud Macrob. l.* 2. *Saturn. c.* 10. Ridicularia fundere.

RIDICULE, adverb. *ridicolaſamente, κωμῳδικῶς*, cum riſu. *Cic. l. de Orat. c.* 57. Non modo acute, ſed etiam ridicule ue facete. *Plaut. Trin.* 4. 2. 60. Noviſtin' hominem? *Sy.* ridicule rogitas, quocum uee cibum capere ſolro. *Phædr. l.* 3. *fab.* 4. *v.* 5. Ridicule magis hoc dictum, quam vere ætimo.

RIDICULOSUS, a, um, *ridicola, ridiculus. Arnob. lib.* 5. *pag.* 175. Ridiculoſa negotia defendere. *Plaut. Stich.* 2. 2. 64. Advexit ſecum potaſitos ridiculoſiſſimos. ¶ *Hieronym. l.* 3. *adverſ. Ruſin. c.* 4. ridiculoſum a ridiculo diſtinguit, *ubi* eit: Non ridiculoſa, ut ſcribis, ſed ridicula mihi forte res accidit. *l. r.* non riſu digna, ſed contemptu.

RIDICULUS, a, um, *ridicolo, ridevole, ridicoliſo, γελοῖος, καταγέλαστος*, riſum movens, riſu dignus, ridendus, ridiculoſus. *Cic. Attic. l.* 1. *ep.* 13. *ante med.* Facie magis, quam facetiis ridiculus. *Terent. Andr.* 2. 2. 34. Ridiculum caput. *Plaut. Aſin. prol. v.* 13. Iueſt lepos luſuſque in hac Comœdia: ridicula res eſt. *Juvenal. ſat.* 3. *v.* 152. Nil habet infelix paupertas durius in ſe, Quam quod ridiculos homines facit. *Catull. carm.* 56. *ad Caron.* O rem ridiculam, Caro, & jocoſam! *Plaut. Capt.* 3. 2. 22. Dico unum ridiculum dictum de dictis melioribus. *Id. Stich.* 2. 2. 58. Quando adbibero, alludiabo: tum ſum ridiculiſſimus. *Id. Men.* 2. 2. 42. Solet jocari ſæpa mecum illo modo: quamois ridiculus eſt, ubi nxus non adeſt. *l. e.* facetus, urbanus. ¶ Cum infinito *Horat. l.* 2. *ſat.* 8. *v.* 24. Ridiculus totas ſimul abſorbere placentas. ¶ *Ridiculum eſt*, ridicula res eſt. *Terent. Heaut.* 2. 3. 122. Ridiculum eſt, te iſtuc me admonere. *Cic. pro Arch. cap.* 4. a *med.* Eſt ridiculum, ad ea quæ habemus, nihil dicere; quærere quæ habere non poſſumus. *Terent. Andr.* 3. 1. 16. & 4. 2. 29. Hui, tam cito? ridiculum. poſtquam ante oſtium me audieit ſtare, oppreperat. ¶ *Ridiculum, i*, tes, aut dictum ridiculum. *Plaut. Stich.* 3. 2. 1. Confido, me meum obtenturum regem ridicolis meis. *Id. Amph.* 3. 2. 35. Joco illa dixeram dudum tibi tidiculi cauſa. *Cic.* 2. *Offic. c.* 37. a *med.* Cum ſtudioſe de abſentibus detrahendi cauſa, aut per ridiculum, aut ſevere, maledice contumelinſeque dicitur. *per videre, in burla*. ¶ *Ridiculus, i*, m. paraſitus, quia potiſſimum ejus artificium eſt, ad captandas cœnas, tum riſum dictis captare, tum ſe ridendum, & contumeliis inceſſendum præbere, *buffone, ſcroccone. Plaut. Capt.* 3. 1. 12. & 17. Ita juventus jam ridiculos, inepeſque ab ſe ſegregat. *Id. Stich.* 4. 2. 54. Vides, ridiculus nihili fieri. ¶ *Ridicula*, & *pro ridicula eſſe. Terent. Heaut.* 5. 1. 79. Qui ſibi me pro ridiculo ac dalectamento putat. *ne tieme pel ſuo buffone*, a *pel ſuo ſpaſſo*. & *Eun.* 5. 7. 3. Mihi ſolæ tidicula fuit, quæ, quid timeret, ſcitbam. *a me ſola dièt ſpaſſa*.

RIDO. V. in *Rideo*.

RIEN. V. *Renes*.

RIGATIO, onis, f. *adacquamento, innaffiamento, ῥάντισις*, actus riganti, irrigatin. *Colum. l.* 11. *c.* 3. a *med.* Sin autem ſicco loco ſeri debuerint, quæ rigationem miniſtrari non expediat, &c. Adde *Pallad. in Februar. tit.* 25. *ante med.* Si in arena ſit, tigationibus adjuvetur.

RIGATOR, oris, m. *inacquatore, ὁ βάπτων*, qui rigat. *Tertull. adverſ. Valentin. c.* 15. *extr.* Q fietum rigatorem!

RIGATUS, a, um, *innaffiato, bagnato*, irrigatus, madefactna. *Lucret. l.* 4. *v.* 326. nulloque humore rigatus Aeris alternos anguſtat pulmo meatus.

RIGENS, entis, *intirizzito, indurito dal freddo, ῥιγῶν*, gelu conſtrictus, frigore induratus, rigidus. *Liv. l.* 21. *c.* 32. *circa med.* Animalia, inanimaque umnie rigentia gelu. *Martial. l.* 14. *epigr.* 127. aquam potare rigentem de nive. *Perron. in Satyr. c.* 122. tellus glacie concreta rigaue, hyemiſque primis. *& cap.* 123. rigens bruma. *Lucan. l.* 4. *v.* 291. ficca rigens adſtrinxit enluora fauces. *Id. l.* 2. *v.* 25. membra tigentia fugiente eita. *fredde. & Tibull. l.* 4. *carm.* 1. *v.* 165. pars terræ rigens. *la gonno fredda. & Salin. cap.* 15. (*al.* 25.) e *med.* Pars mundi ipſis prorſus ignaloris conceptaculis rigentiſſima. *Claudian. lib.* 1. *de laudib. Stilich. v.* 245. nunc tuite rigentem Danubium calcabat eques. *agghiacciava*. & *Martial. lib.* 2. *epigr.* 50. *verſ.* 27. Aeidam rigens Dirreuna placabit ſitim. *freſca*. ¶ Translate eſt inflexibilis, durus, ut ea, quæ gelu induruere, *duro, infleſſibile. Ovid. Heroid. ep.* 5. *v.* 72. Et ſecui madidas nagne rigenta genas. *Quintil. l.* 11. *c.* 3. *ante med.* Caput præ durum ac rigens. *Id. l.* 2. *c.* 13. *ante med. de ſtatua*. Adverſa facies, & demiſſa brachie, & junfti pedes, & e ſummis ad ima rigens opus. *vitre e dura. & Plin. l.* 23. *c.* 1. *poſt med.* rigentes oculi. *immobili. & lib.* 26. *c.* 10. Arbor pinguioribus foliis, & ſimplicibus, atque etiam non rigentibus. *non vitte e dure. & Claudian. de B. Get. v.* 23. muri adamante rigentes. *duri e impenetrabili. & Senec. in Herc. Oet. v.* 578. Coma rigeue Hercitis. *l. e.* hirte, horrida, erecta. *Id. ibid. v.* 1430. rigenti cernitur Trachin jugo. *l. e.* ſaxoſo, aſpero, duro contra cultum agricolarum. *Supra v.* 135. Ad Trachiue vocue, ſaxa rigentia, Et dumeta jugis horrida torridis. *Virg. ſ. Æn. v.* 621. loricam ex ære rigentem. *l. e.* rectum, duram, non facile flexilem. Sic *Æn.* 11. *v.* 72. eadea auroque auſtroque rigentes *Claudian. lib.* 2. *de laudib. Stilich. v.* 339. rigentia pinſert Dona, graves auro trabeas. *& in conſul. Prob. & Olybr. v.* 205. rigentes tunicæ. *Id. l.* 2. *in Eutrop. v.* 366. adamante grevem, nodiſque rigentibus haſtam. *Senec. in Thyeſt. v.* 304. Vir rigens toc malis. *l. e.* cujus animus tot malis induruit. *Id. in Hippol. v.* 413. Animum rigantem triſtis Hipnolyti doma. *l. e.* frigentem & obdurutum cantre Amorem. *Id. in Thyeſt. v.* 634. Si metus corpus rigens temittet urtus. *l.* 2. metu, quaſi gelu, conſtrictum, & induratum.

RIGEO, es, gui, n. 2. *eſſer freddo, intirizzire, indurarſi dal freddo, ῥιγῶ*, frigore carripiot, durus ſtigore ſio: a voce Græca ellata. *Cic. Tuſcul.* 2. *c.* 28. a *med.* Partes terræ inculeas, quod aut frigore rigeant, aut urantur calore. *Tibull. l.* 4. *carm.* 1. *v.* 156. *de aqua*. Sed dorate riget denſam in glacie nque, uivemque. *Manil. l.* 7. *epigr.* 94. riget horridus december. *Plin l.* 5. *ep.* 6. e *med.* Cryptoporticus ſubterraneæ ſimilis, æſtate incluſo frigore riget, *è freſca. & Senec.* 2. *de Ira*, c. 3. Oratori eloquentiſſimo, dum ad dicendum compouitur, extrema tigueruat. ¶ Translata eſt durum eſſe, rigidum, erectum, & inflexibilem, ut ſunt que frigore conſtringuntur. *Virg.* 5. *Æn. v* 494. *de ceſtib.* tantorum ingentia ſeptem Terga boum plumbo infuto ferroque rigebant. *Ovid.* 3. *Met. v.* 100. gelidoque comæ terrore rigebant. *i' arricciavano*: erecta ac durę ſtabant. *Id.* 1 *Amor. el.* 6. *v.* 68. Roboribus durie janua ſulta riget. *l. e.* immota manet, & limiui valida hæret. *Id. Met.* 11. *v.* 221. *de Mida*. ſive illa ſua Cereale dexire Munera contigerat, Cerealia dona rigebant. *l. e.* indurabantur in aurum. *& lib.* 4. *v.* 554. ſenſit riguiſſa lacertos. *l.* a. verſue eſſe in lapidam. Sic *Senec. in Herc. Oet. v.* 390. Rigat ſuperba Tantalis luctu parens. *l. e.* Niobe in ſaxum verſa eſt. *Id. in Agam. v.* 714. eerſi retro Tuequentur oculi: rurſus immites rigent. *l. r.* duri fiunt, nec circumaguntur. *Id. in Med. v.* 853. Vultus citatus ire riget. *l.* a. abduteſcit, & obſtinat contes pietatem aut miſericordiam. Sic *in Herc. Oet. v.* 167. Quis vaſtus Briereus, quis tumidus Gyges hoc vultu rigait? *Ovid. Met. ſ. v.* 284. *de apra*. igne micant oculi, riget arduta cervix. *l. r.* rectitudinem ue robur habet: cui contrarium eſt apud *Ovid.* 3. *Amor. el.* 7. *v.* 66. & 67. & *Heroid. epod. ſ. v.* 17. *languet*, remiſſa eſt. ¶ Rigere etiam dicuntur, quæ ſtautia & erecta horrorem incutiunt. *Ovid. Met.* 13. *v.* 690. ſine frondibus arbus Nuda riget. *Id.* 2. *de ar. am. v.* 216. Et riget amiſſa ſpina relicta roſe. *Id. Met.* 11. *v.* 150. late riget arduus alto Tmolus in aſcenſu. ¶ *Rigere*, torpere, languere, inertem eſſe. *Martial. l.* 5. *epigr.* 32. Sed feritas immota riget. ¶ De veſtibus auro intextis, *Sil. l.* 4. *v.* 155. Auro virgatæ veſtes, monilæque rigebant ex auro. V. vocem præced.

RIGESCO, is, *v. n.* 3. tigere incipin, frigore & duritie corripint. *Virg.* 3. *Georg. v.* 363. veſtefque rigeſcunt Indutæ, cadentque ſecuribue humida vina. *Plin. lib.* 2. *cap.* 63. Rigeſcunt aquæ in grandines. ¶ Item univerſim adſtringor, ac durus fio. *Ovid. Met.* 1. *v.* 364. ſtillataque ſole rigeſcunt De ramis electes novia. *& lib.* 9. *v.* 357. materna rigeſcere ſanſit Ubera. *l. e.* dureſcere in lignum. *& lib.* 14. *v.* 564. rigeſcere puppim Cautibus Aicinoi, ſaxumque increſcere ligno. ¶ Translate *Claudian. lib.* 1 *in Eutrop. verſ.* 183. nunquam corrupta rigeſcene fæcula? *l. e.* virilem ſanctitatem induent?

RIGIDE, *duramente, ſodamente, ἀκαμπῶς*, dure, ſolide. *Vitruv. l.* 2 *c.* 3. *ante med.* Tectorin indutta, rigideque obſolidata. ¶ Item intente, & recta linea, *a dirittura. Senec. l.* 2. *de benef. c.* 17. e *med.* Rigide & excuſſe pilam mittere. ¶ Translate eſt ſevere, aſpere, *ingroſſamente, feveramente, ἀπηνῶς. Ovid. a. Triſt. v.* 251. & *lib.* 3. ue *Pont. ep.* 3. *v.* 55. Ecquid ab hac omnes tigide ſubmovimus

movimus Artis? *Val. Max. lib. 9. c. 7. extr.* Diſſolutam diſciplinam præſractius & rigidius adſtringere conatus.

RIGIDITAS, atis, ſ. *duretzza, fermezza, ruhigkeit, ungelindigkeit*, rigor, durities, ſoliditas, firmitas, quæ non ſectitur. *Pitruv. lib. 2. c. 9. ante med.* Populus, ſalix, ulmus, vitea parum terreni habentes, egregiam habere videntur in uſu rigiditatem.

RIGIDO, are, a. 1. rigidum & durum facio. *Senec. epiſt. 71 a med.* Virtus recta eſt; ſtruram non recipit: rigidari quidem, amplius intendi non poteſt. Alii leg. *rigida eſt*.

RIGIDUS, a, um, *indurito dal freddo, inteziezzito, irrigidito, rigido, ſtizzoſo*, rigens, frigoris rigore conceptus, durus præ frigore, gelidus. *Lucret. l. 1. v. 520.* Hinc ſtammis, illinc rigidis infeſta pruinis. *& lib. 2. v. 355.* rigidum permanat frigus ad oſſa. *Virg. 3. Georg. v. 316.* Tellurem Borea rigidam ſpirante moveri. *Senec. in Med. v. 725.* rigida bruma. *Ovid. 3. Triſt. el. 10. v. 48.* Nec potuit rigidas ſindere remus aquas. *Maſſa. epiſt. 12. v. 6.* Eramus gelido *tanzati*, rigidique poetæ. *tremezzeti*. ¶ Translare eſt rectus, erectus, arrectus, ſtans: item durus, inflexibilis, ſtrmus, ut ſunt ea, quæ frigore adſtringuntur, *vitta, e dura, inflaſſibile, ferma, ſtrabenzes, ſtrmezze*. *Virg. Ecl. 6. v. 28.* tum rigidas motare cacumine quercus. *Ovid. 3. Faſt. v. 529.* rigidæ columnæ. *Id. Heroid. ep. 5. v. 53.* rigida pendentia linteа malo. *Id. 10. Met. verſ. 485.* albaque toto Vertice canities rigidis ſtetit hirta capillis. *& lib. 9. v. 85.* rigidum cornu. *& verſ. 225. & 613.* rigidæ ſilices. *Id. de remed. amor. v. 19.* rigidum ferrum. *Id. 2. Amor. el. 6. v. 4.* Et rigidæ teneras ungue notare genas. *Id. 3. Met. verſ. 118. & Virg. Æn. 12. v. 304.* rigidus enſis. *& Æn. 10. v. 346.* rigida haſta. *Ovid. 2. Triſt. el 4. v. 14. & Suetan. de Tiber. cap. 68.* Incedebat cervix rigida, & obſtipa. *Cic. in Brutu, c. 18.* Canachi ſigna rigidiora, Calamidis dura illa quadam, ſed tamen molliora, quam Canachi. V. *Rigor*. ¶ In re turpi *Petron. in Satyr. cap. 134. Martial. l. 6. epigr. 49. l. 9. epigr. 48. & l. 11. epigr. 17. & Catull. carm. 56. ad Caſon. v. 7.* Hinc *rigidus deus*, Priapus. *Auſt. Priap. carm. 45. & Ovid. 2. Faſt. v. 391.* ¶ Refertur ad animum ſeverum, conſtantem, recti tenacem, *eigeroſo, ſtrmo, rigido. Liv. l. 39. c. 42. ad fin. de Catone*. Vir invicti cupiditatibus animi, & rigidæ innocentiæ. *Lucan.* de altero Catone, *l. 2. v. 389.* Juſtitiæ cultor, rigidi ſervator honeſti. *Horat. lib. 2. ep. 1. v. 17.* Virtutis vaſæ cuſtos, rigiduſque ſatelles. *Ovid. 2. de ar. am. v. 664.* rigidus Cenſor. *Id. de remed. amor. v. 762.* rigidi mores. *Id. 4. Faſt. v. 310.* ſenes. *Plin. l. 4. ep. 9. poſt med.* Sententiam Macri, ut rigidam duramque reprehendunt. ¶ Eſt etiam durus patienſque laboris, aſperam vitam ducens. *Horat. l. 2. ep. 2. v. 25. & Ovid. 14. Met. v. 797.* rigidi Sabini. *Horat. l. 3. od. 24. v. 11.* rigidi Getæ. *Martial. l. 7. epigr. 70.* rigidus foſſor. ¶ Item immitis, crudelis, ferus, *fiero, crudele. Ovid. 5. Triſt. el. 1. v. 45.* pœna modo paris lavata, Barbariem, rigidos effugiamque Getas. *Martial. l. 10. epigr. 65.* rigidus leo. *Ovid. 1. Faſt. v. 124.* rigidæ feræ. *Id. 8. Met. v. 20.* rigidus Mars. ¶ Item durus, rudis, nihil valens percipere, tanquam cauden, ſipes, lapis. *Arnob. l. 5. pag. 164.* O Abdem, eſſe tu ſtatua, & ſtoliditatis rigiditſſima judicaris.

RIGO, as, avi, atum, a. 1. *adacquare, irrigare, innaffiare, bagnare. βρέχω*, irrigo, terram aqua deducta madefacio, humorem induco fertilitatis cauſa: a *ῥίγος*, tingo: unde *ῥίγος*: aliis a *rivus ago*. *Plin. l. 2. c. 103. a med.* Fluvius Aſtaces rigat campos. *Id. l. 6. c. 27.* Euphrates accolæ rigant campos. *Id. l. 17. c. 26. ad fin.* Deſiderant maxime rigari arbores, quæ aſſuevere. *Colum. lib. 5. c. 6. ante med.* Ssminaria conſpargi potius, quam rigari debent. *Ovid. Faſt. 5. v. 210.* hortus liquidæ fonte rigatur aquæ. *Propert. l. 3. el. 1. v. 52.* operoſa rigat Marcius antra liquor. *Tibull. lib. 4. carm. 2. v. 146.* Quaque Ithius Tauſiſque Getæ rigat. *Lucret. l. 6. v. 612.* imbres qui mœria ac terras ſparguntque, rigantque. *Id. l. 4. v. 1023.* Intio rigare veſtem ſtragulam. ¶ *Rigare aquam*, eſt variis ductibus derivare, ut faciunt, qui prata rigant. *In veteri oraculo* apud *Liv. l. 5. c. 16. ad fin.* Romane, aquam Albanam cave lacu contineri, cave in mare manare ſuo ſtuminis ſives. emiſſam per agros rigabis, diſſipatamque tivis exhaurues. Simila eſt illud *Curt. l. 8. c. 9.* Erymanthus crebris flexibus fubiads curvatus, ab accalis rigantibus carpitur. *agros* tamen hic poſſit ſubintelligere. Sic *Plin. l. 11. c. 37. ſect. 69. de corde*. Ex hoc fonte duæ venæ per alias minores omnibus membris vitalem ſanguinem rigant. *b. c.* diffundunt. ¶ Translate *Auſt. ad Heroum. l. 4. c. 6.* Illi cum ſi ipſius fontes eſſe dicant, & omnium rigare debeant ingenia. *Ovid. 3. Amor. el. 9. v. 25.* Adjice Mœniden, a qua, ceu fonte perenni Vatum Pierius ora rigantur aquis. *Propert. l. 3. el. 2. extr.* Calliope ora Philatea noſtra rigavit aqua. *Cic. in carm. de ſua conſul. l. 1. de Divin. c. 12.* quæ parvos Mavortis ſeminc natos Uberibus gravidis vitali rore rigabat. ¶ Illa ſunt Poetarum, rigare ſletibus nm, *Ovid. 12. Met. v. 419.* imber rigans genas, *l. 2. de ar. am. v. 532.* lacrymis ora rigare, *2. ex Pont. ep. ult. v. 9.* oculos uberi ſletu. *Senec. in Med. v. 388.* effuſo genas ſletu, *Id. in Troadib. v. 410.* arma lacrymis. *Lucan. l. 4. v. 180.* Sic *Senec. in Hippol. v. 990.* Rigatque mœſtis lugubrem vultum genis. ¶ Commodum eſt illud *Lucret. l. 4. v. 200. & l. 5. v. 294.* ubi dicitur lux ſolis mare ac terras cælumque rigare. *b. c.* perſundere, complere. *& Facti Auſter* apud *Macrob. l. 6. Saturn. c. 1. a med.* mitemque rigat per pectora ſomnum. (Sic *Virgil. Æn. 2. v. 695.* V. *Irrigo*.) *Prudent. catheмer. 6. v. 27.* Quies pectus ſeriatum placat rigatis ſomno.

RIGOR, oris, m. *rigor do freddo, freddezza, rigidezza, ſtizzoſezza*, vis, & aſperitas frigoris, frigidus horror: a voce Græca allata. *Lucret. l. 6. v. 367.* Prima caloris enim pars, & poſtrema rigoris, Tem-

RUBELLIANA vitis dicta eſt a colore rubello. *Colum. l.* 3. *c.* 2. *ante med.* Sed earum quoque feraciot eſt minor (*vitis Numentana*) cujus & folium parcius ſciditur, & mareriu non ita rubet, ut Aminnie: a quo colore rubellianæ nuncupantur.

RUBELLIO, onis, m. piſcis prægrandi capite, ex genere mullorum: a *rubellus,* quod diminotivure a *ruber.* Ita vero a colore dici, argumento eſt, quod ſimilitet Græcis vocetur ἐρυθρῖνος, ab ἐρυθρὸς, ruber. *Plin. l.* 32. *c.* 10 *ad fin.* Mullus in vino accatus, vel piſcis rubellio, iis, qui inde biberint, tædium vini affert. Adde *Apic. l* 10. *c.* 7.

RUBELLULUS, a, um, diminutiv. a *rubellus.* Eſt *Martian. Capell. in cerm. nupt. lib.* 5.

RUBELLUS, a, um, *roſſetto,* ὑπερυθρος, ſubrubeus, qui modice, & dilute rubet: dimin. a *ruber. Martial. l.* 8. *epigr.* 104. Et Vejentani bibitur fax craſſe rubelli. *Plin. l.* 14. *cap.* 2. Proxima digoitas Nomentanis, rubente materia, quapropter quidam rubellas appellevere vinaas. Adde *Perſ. ſat.* 5. *v.* 147.

RUBENS, entis, *roſſeggiante, roſſa. Virg.* 1. *Georg. v.* 234. Semper ſole rubens, & torrida ſempes ab igni. *Ovid.* 5. *Faſt. v.* 522. Vina rubentia. *Plin. l.* 37. *c.* 6. *a med.* Superficies locuſtarum mariz craſſis rubentior. *Virg. Ecl.* 3. *v.* 63. ſuave rubens hyacinthus. *& Ecl.* 4. *v.* 29. rubens ovis. *Id.* 1. *Georg. v.* 451. Veſpes. *& lib.* 2 *v.* 319. ver. *Horat. l.* 1. *od.* 6. *v.* 2. Jupiter rubente dextera ſacrus jaculatus arces. *b. e.* igne & fulmine armata. *Id. l.* 2. *od.* 11. *v.* 19. neque uno rubens Lucs ritet vultu. *Ovid.* 12. *Met. v.* 277. ferrum igne. *rovente. & lib.* 6. *v.* 222. Tyrio rubentia fuco tetga. *& lib.* 4. *v.* 481. palla rubens cruore. *& lib.* 10. *verſ.* 101. pomoque onerata rubenti urbutus. *Lucan. l.* 8. *v.* 34. umois Emathia clade rubens. *Claudian. in epithal. Pallad. & Celer. verſ.* 116. tom vere rubentes Deſuper invertunt calathos. *b. e.* purpureis floribus plenos. Sic *de laudib. Seren. v.* 7. flores vetis honore rubentes. *Id. l.* 1. *in Ruffin. v.* 202. flagna rubentia Aurea Pactoli. *Cocull. carm.* 20. *de Priapo, v.* 7. rubens arifta ſole ſervido. *brandigiante.* ¶ Translate aſt erubeſcens. *Tibull. l.* 3. *el.* 4. *v.* 31. Ut juveni primum virgo deducta marito Inficitur teneras ore rubente genas. *Martial. lib.* 5. *epigr.* 2. Quem Germanicus ore non rubenti Coram Cecropia legat puella. Adde *Claudian. l.* 2. *de laudib. Stilich. v.* 367.

RUBEO, es, bui, n. 2. *eſſer roſſo, roſſeggiare,* ἐρυθραίνομαι, rubere, ſeu rubeus ſum. *Lucret. l.* 6. *v.* 1164 ulceribus quaſi inuſtis ocre rubere Corpus, ut eſt, per membra facet cum diditur ignis. *Virg.* 2. *Georg. v.* 430. Sanguineiſque inculta rubent aviaria baccis. *&* 12. *Æn. v.* 77. Puniceis inveſta rutis aurora rubebit. *Juvenal. ſat.* 6. *v.* 478. hic frengit ſerulas, rubet ille flagellis. *Senec. in Herc. Fur. v.* 135. Aſperia die dumeta rubene. *b. e.* luce perſuſe. *Cocull. carm.* 4. *v.* 3. *extr.* meæ puellæ Flendo turgiduli rubent ocelli. *Ovid.* 12. *Met. v.* 19. tum denique ſaxa Non exauditi rubuerunt ſanguine vatis. *& lib.* 3. *v.* 483. poma, quæ candida parta, parte rubent. *& lib.* 3. *de ar. am. v.* 170. bis Tyrio murice lana rubet. *Tibull. l.* 2. *el.* 2. *v.* 16. Eoi quæ maris unda rubet. V. *Rubber.* ¶ Translate aſt erubeſcere. *arroſſire. Cic. Attic.* 15. *ep.* 4. *a med.* Rubeo, mihi ereda: ſed jam ſcripſeram: delere nolui. *Id.* 4. *Verr. c.* 76. *a med.* Hærere homo, verſari, rubere. *Ovid. Met.* 7. *v.* 78. Et rubuere genæ, totoque recendoit ore. *Juvenal. ſat.* 1. *v.* 166. rubet auditor, cui frigida mens eſt Criminibus.

RUBER, bra, brum, *roſſo, ἐρυθρὸς,* colotem habens ſanguinis, aut ignis, aut oſtri, aut croci, aut prope accedentem ad horum aliquem, rubens, rufus, ruſſus, rubidus: de quibus diſputat *Gell. l.* 2. *c.* 26. Cenſet *Voſſ.* eſſe a voce Græca allata ἀπὸ τοῦ ἐρεύθειν: alii aliunde ducunt. *Plin. l.* 31. *c.* 7. *a med.* Sal ruber Memphi, rufus eſt circa Oxum. (*Iſidor.* hæc deſcribens *l.* 16. *Orig. c.* 2. *ante med. Sal,* inquit, *Memphiticus rufus eſt.* De eo, qui eſt circa Oxum, tacet.) *Horat. epod.* 17. *v.* 51. panai cruore rubet. *Id. l.* 3. *od.* 13. *v.* 7. rivos rubro ſanguine inficere. *Ovid.* 11. *Met. verſ.* 368. lupus rubra ſuffuſus lumina flamma. *Horat. l.* 2. *ſer.* 5. *v.* 39. rubra Canicula. *acceſa. Propert. l.* 3. *el.* 22. *v.* 16. Quos Aurora ſuis rubra colorat equis. *Martial. l.* 8. *epigr.* 56. *verſ.* 18. Thaſſylis & rubros meſſibus uſta genas. *Id. l.* 10. *epigr.* 54. Crine rubet, nigro ore. *Id l.* 5. *epigr.* 8. Phaſis purpureis ruber lecernit. *Ovid. a. Amor. el.* 6. *v.* 62. Tincta gerens rubro punice roſtra croco. *Horat. l.* 2. *ſat.* 6. *v.* 102. rubro cocco tincta veſtis. *Tibull. lib.* 1. *el.* 2. *v.* 61. & *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 415. At rubet, hortorum deus & tutela Priapus. *Martial. l.* 9. *epigr.* 92. Frontem futilibus ruber coronis. *Plin. l.* 20. *c.* 63. *ad fin.* Colorem illico reutant rubriore pilo. *Celſ. l.* 5. *c.* 28. *fell.* 31. Nitrum quam ruberrimum. *Virg.* 3. *Georg. v.* 359. ſol Oceani rubro lavit æquore currum. *b. e.* qui accedente ad occaſum ſole rubeſcit. Ceterum *Rubrum mare* apud *Cicer. l.* 2. *de nat. Deor. c.* 35. *Propert. l.* 3. *el.* 22. *v.* 6. *Tibull. l.* 2. *eleg.* 4. *v.* 30. *Pompon. Mel. l.* 3. *c.* 8. & *Plin. ver. in loc.* eſt quod Perſicum & Arabicum ſinum complectitur. V. *Erythræum. Claudian. de laudib. Stil. teg. v.* 3. ſolitam confuſpere gemmis, Et rubra tadiere mari. *b. e.* fulgere margaritis. *Sil. l.* 12. *v.* 231. Lacet in eure lapis rubris advectus ab undis. ¶ Quæ *brevet Rubræ* memorat *Martial. l.* 4. *epigr.* 64. *v.* 25. fuit locus Hetruriæ in Vejentano agro, via Flaminia, circa Cremeram: qui & *Saxa rubra* appellatus eſt. *Liv. l.* 2. *c.* 49. & *Cic. Phil. c. c.* 32. ¶ *Rubra leges* apud *Juvenal.* quid ſint, V. in *Rubrica.* ¶ *Rubrus* pro *ruber* eſt *Solino cap.* 40. (*al.* 53.) *de abaunaſcone.* Colores duo ſunt, quos ſingere non valet, rubrus, & candidus.

RUBESCO, ſcis, n. 3. *farſi roſſo,* ἐρυθαίνω, rubere incipio, rubens fio. *Virg.* 8. *Æn. v.* 605. arva nova Neptunia cæde rubeſcunt. *Id. l.* 7. *v.* 25. Jamque rubeſcebat fiellis Aurora fugatis. *Ovid. Faſt. 6. verſ.* 727. Sol abit e Geminis, & Cancri ſigna rubeſcunt. *b. e.* ſole incrediente accendantur. *Claudian. de magnete, v.* 4. rubeſcentes ſerali crine cometæ. *Id. de nupt. Honor. & Mar. v.* 187. Mevortia ſigna rubeſcunt floribus. *Plin. l.* 34. *c. ult. ad fin.* Coquitur (*ceruſſa*) in patinis, rubſcetuique radiculis, donec rubeſcat. *Id. l.* 11. *c.* 37. *fell. 63. extr.* Ceteris ſenecta dentes rubeſcunt, equo tantum candidores ſiunt. *Id. l.* 21. *c.* 4. Roſa rubeſcens. *Id. l.* 14. *c.* 2. *extr.* Vine rubeſcentia.

RUBETA, æ, f. & Rana rubeta, *forta di rana velenoſa, roſpo,* φρῦνος, genus ranæ venenatæ, fere in rubis degentis: unde & nomen. Vim malum habet in venificiis ad dementandos homines, & occidendos. *Plin. l.* 32. *c.* 5. *circa med.* Sunt quæ in vepribus tantum vivunt, ob id rubetarum nomine, quas Græci phrynos vocent: gran-

grandissima cunctarum, geminie veloti cornibus, plenæ veneficiocum. *Id. l. 8. c. 31.* Ranæ rubetæ, quarum & in humore vita. *Juvenal. sat. 6. sub fin.* reo agitur tenui pulmone rubetæ. *Propert. l. 3. el. 4. v 27.* Illum turgentis ranæ portenta rubetæ, Et lecta ex siccis anguibus ossa trahunt. ¶ Mira quæ de bis tradunt magi, referuntur a *Plin. cit. l. 32.*

RUBETUM, i, n. *rovete, βατὼν*, locus, in quo rubi copiosa proveniunt, vel *ipsa* ruborum copia. *Ovid. 1. Met. v. 105.* In duris hæsitia mora rubetis. Adde 4. *Fast. vers. 509.* & *Calpur. Ecleg. 3. vers. 5.*

RUBEUS, a, um, *rosso, rubbio*, idem quod robius, robus, rufus, flavus. *Varr. l. 2. R. R. c. 5. ante med.* Vaccæ coloce potissimum nigro, dein rubeo, tertio helvo, *&c. Colum. l. 6. c. c. extr.* Boves colore rubeo, vel fusco. *Pallad. in Mar. cit. 14. a med* Afinus murini maxime coloris, aut rubei. V. *Ribeus.* ¶ Ad illud *Virg. 1. Georg. v. 266.* Nunc facilis rubea texatur falcina virga: *Servius*: ideft ea virga, quæ apud Rubos Italiæ oppidum (in Apulia, prope Canusium: de quo *Horat. l. 1. sat 5. v. 94.* Inde Rubos fessi pervenimus.) plurimo nascitur: *ut a rubo*, cujus meminit (*Virg. Ecl. 3. v. 89.*) ferat & rubus asper amomum. Hæc *Servius*. Sunt etiam virgæ colotis rubei, *aut* sanguinei, quarum meminit *Plin. l. 16. c. 18. l. 19. c. 10. sub fin & lib. 24. cap. 10.* Has significare potuit *Virgil.* potius quam spinosas virgas e rubo, quæ vocandis siscinis inepte sunt.

RUBIA, æ, f. *grana rossa, robbia, ἐρυθρόδανον, ἐρευθεδανον*, herba radicem habens rubram, tingendis lanis ac cornis idoneam. *Plin. l. 19. c. 3. ad fin.* In pennis rubia, tingendis lanis & coriis necessaria, *&c. Id. l. 24. c. 11. ante med.* Alia est erythrodanum, quam aliqui arcuthodanum vocant, nos rubiem, qua tinguntur Laoæ, pelliceque perficiuntur. Adde *Vitruv. l. 7. c. 14.*

RUBICO, & Rubicon, onis, m. fluv. Æmiliæ, seu Galliæ Togatæ, apud Cæsenam urbem, qui mare subit inter Aprusam flov. vulgo *Lusa*, & Sapim, *il Savio*, & inter portum Cæsenatem, & Ariminum. Olim fuit terminus Italiæ. *Plin. l 3. c. 15.* ¶ Ibi a Senatu Romano C. Julio Cæsari interdictum est, ne ulterius armatus procederet, ut *Suetou. in vita ejus cap 31.* narrat. *Plin. loc. cit.* Hinc Rubico quondam finis Italiæ. *Lucan. l. 1. v. 214.* parvisque impellitur undis Punicus Rubicon, cum fervida candidat æstas. Al leg. *Rubico*: qua de re *Quintil. l. 1. c. 5. (al. c. 9. a med.)* Et ut *Palæmo*, sic *Thelemo*, & *Plato* (nam sic eum Cicero quoque appellat) dicerentur, retinuerunt: quia Latinum, quod *e*, & *o* litteris finiretur, non reperiebant. Ex hoc loco *Quintil.* discimus, Latinam positionem esse, si in *o* definat; Græcam si in *on*. Hinc & *Laro* & *Laron*, *Plato* & *Platon*, *Plato* & *Platon*, *Zeno* & *Zenon*, *Agamemno*, & *Agamemnon*, &c. Prosæ Scriptores tutius primam: utramque, ut libuerit, Poetæ usurpaverint.

RUBICUNDULUS, a, um, *vermiglizzo*, subrubens. *Juvenal. sat. 6. vers. 424.* Tandem illa venit rubicundula, totum œnopborum sitiens.

RUBICUNDUS, a, um, *rubicondo, rossiggiante, ἐρυθρὸς*, rubore plenus, abunde rubens. *Plin. l. 18. c. 35. de Luna.* Si rubicunda, ventos portendere dicitur. *Senec. l. 7. quæst nat. c. 11.* Habitus cometæ rubicundior. *Virg. 1. Georg. v. 297.* Rubicunda Ceres. *h. e.* flava. *Ovid. 6. Fast. v. 319.* rubicunda Priape. *Id. de medic. fac. vers. 13.* & *Martial. l. 6. epigr. 64.* matrona prænecas altum rubicunda cubila. *h. e.* perusta solibus, ut ait *Horat. epod. c. v. 41. de* Saturnia enim farino *est. abbronzata.* Sic *Claudian. l. 2. de laudib. Serenich. v. 257.* Et calido rubicunda die sic Africa fatur. *Plaut. Pfend. 4. 7. 120.* Rufus quidam, subniger, magno capite, ora rubicunda. *Horat. l. 1. ep. 16. v. 8.* Rubicundo corna. *Martial. l. 14. epigr. 114.* testa. *Varr. l. 2. R. R. cap. 9. a med.* fabulo cubicundior.

RUBIDUS, a, um, *rosso oscuro, rossiccio, rossigno, ὑπόξανθος*, subrubet, subrufus. *Gell. l. c. c. 26.* Fulvus, & flavus, & rubidus, & phœniceus, & rutilus, & luteus, & spadix appellationes sunt rufi coloris, aut acuentes eum, quasique incendentes, aut cum colore viridi miscentes, aut nigro insuscantes. *& paulo post.* Rubidus est cujus atriot, & nigiore minio inustus. *Suet. de Vitellio, c. 17.* Erat in so facies rubida plerumque ex vinolentia. *Festus*: Rubidus panis appellatur parum coctus, dum rubro colore, rubefactus. Plautus in Casina (c. 5. c.) In furnum condito, atque ibi torreto ine pro pane rubido. Quidam leg. apud *Fest.* iteruto cuctus: quod ad *Plauti* sententiam aptius convenire videtur. *Ibid. lib. eo. Orat. c.* Panis rubidus, recoctus & rubefactus. Rufus *Festus*: Scortea ampullæ, vetustate rugosæ, & coloris ejusdem, rubidæ dici solent. *Plaut. Stich. c. 3. 78.* Rubiginosum frigilem, ampullam rubidem.

RUBIGO cum derivatis, V. *Robigo.*

RUBOR, oris, m. *rossezza, rossa, ἐρυθρότης*, rubedo, color rubens. *Gell. lo c. c. 26.* Sed cum aliter rubeat ignis, aliter sanguis, aliter ostrum, aliter crocum, has singulas rufi *varietates* Latina oratio singulis propriisque vocabulis noo drmonstrat, omniaque ista significat una ruborie appellatione, cum tamen ea ipsis rebus vocabula moiuetur, & igneum aliquid dicat, & flammeum, & sanguineum, & croceum, & ostrinum, & aureum. *Cic. in Orat. cap. 23. sub fin.* Fucati medicamenta candoris, & ruboris omnia repellantur. *Plin. l. 10. c. 22. a med.* Decat terraonas faus autor, absolutaque aigritia, in superciliis cocci rubor. *Val. Flacc. l. 8. v. 58.* Quis ruboi *ista* poli? quod tam lugubre refulsit sidus? *Id. l. 6. v. 27.* Aureus effulsit campis rubor. *Plin l. 22. cap. 23.* Fuogi, qui rubent callo, minus diluto rubore, quam boleti. *Virg. 3. Georg. v. 306.* quamvis Milesia magno Vellera mutentur Tyrios incocta rubores. *h. e.* colorem purpuræ. *Sever. in Herc. Oet. v. 663.* Sidonio mollis aheno Repetita bibit laca rubores. *Plin. l. 18. c. 17. circa med.* Rubori cum pruginé illiolture equi spumo. *h. e.* suffuso sanguini sub cute. *Plaut Capt. 5. c. 9.* At eg. faciam, ut pudeat. nam in ruborem te totum dabo. *h. e.* loris cædam. ¶ De colore, qui suffuso sanguine in vultu apparet, *rossore*. *Ovid. 3. Amor. el. 3. v. 5.* Candida cantiorem roseo fuisula rubore Anta fuerit: niveo lucet in ore rubor. *Lucan. l. 5. v. 214.* rubor igneus inficit om. *Virg. 10. Æn. v. 66. de Lavinia.* Elegantes perfusa genas: cui plurimus igniem Subecit rubor, & calefacta per ora cucurrit. *Plin. l. 11. c. 38. ad fin.* Alius ad ista rubor, & alius verecundiæ. ¶ Metonymice est pudor, *rossore, vergogna, verecondia, ritrosia*: cujus signum est in vultu rubor. *Cic. a. de Orat. cap. 59. extr.* Præstet orator ingenuitatem & ruborem sonm, verborum turpitudine, & rerum obscenitate vitanda. *Liv. l. 30. c. 15.* Maffinissæ hæc audienti non rubor solum suffusus, sed lacrymæ etiam obortæ. *Auct. ad Herenn. l. 4. c. 10* R bores alicui elicere. *far arrossire. & Martial. l. 1. epigr. 53.* rubotem culpiam imponere. *Tacit. 13. Ann. c. 15.* inferre. *Plin. l. 36. c. 1. sub fin.* Ingens ista reputantum subit etiam antiquitatis rubor. *h. e.* reiico in memoriam, quanius fuerit majorum pudor & parcimonia in sumptibus. *Sueton. de Domit. c. 18.* Vultu mobilio, ruborisque pleno. *Valer. Max. l. 1. c. c. 11. 15.* Magnus calefactibus injectus est rubor, ulteius adversos eam fæviendi. *Id. l. 4. c. 4. n. 5.* & *Ovid 3. Amor. el. 14. v. 21.* Nec fuit iis rubori, aburneo scipiona depolito agrestem fivam aratri repetere. *Tacit. Ann. 14. c. 55. extr.* Rubori mihi est, quod præ pudo caritate, nondum omnes fortuna satecellit. *mi vergogno, che, &c. Id. de Germ. c. 13.* Nec eubor inter comites aspici. *Ovid. 3. de ar. am. v. 167.* Nec rubor est emisse palam. *ma si vergognano di, &c. Id. Heroid. ep. 20. v. 201.* matri licet omnia narres: Nil tua, Cydippe, facta ruboris habent. *Id. 5. Fast. v. 69.* Dicere verba digna rubore. *h. e.* turpia, & erubescenda. *Tacit. l. e Hist. c. 30.* Rubor ac dedecus. *Id. 4. Hist. c. 62.* Rubor & infamia. *Juvenal. sat. 13. v. 241.* quando recepit Ejectum semel attrita de fronte ruborem. *Martial. l. 7. epigr. 12.* Et mihi de nullo fama rubore placet. *h. e.* non placet mihi famam parere ruborem alius inferendo.

RUBRIANUS, a, um, ad Rubrium pertinens, nomen Romani hominis. Senatusconsultum Rubrianum, factum sub Trajano, Rubrio Gallo Cælio Hispone Coss. ut refert *Ulpian. Dig. lib. 40. tit. 5. leg. 26. al fin.* libertatibus subveniebat, quæ ex causa fideicommissi debebantur, ut *ibid.* dicitur. Adde *leg. 28.* & *Modestin. leg. 36.* & *Paul. leg. 33.*

RUBRICA, æ, f. *terra di terra rossa, sinopia, rubrica, ὀχρὶς ἐρυθρὸς, cinnabaris, minium, terra* rubri coloris, qua & pictores utuntur. Cum anim colores parum fiant, partim nascantur, rubrica ex hac est, ut *Plin.* docet *lib. 35. c. 6.* Est autem multiplicis generis, Sinopica, Ægyptia, Balearica, Africana, Lemnia, Cappadox, *ut Id. ibid.* & *Vitruv. l. 7 cap. 7.* tradunt. *Horat. l. c. sat. 7. vers. 98.* Picchia rubrica picta, aut carbone. Cæsar. *de urbanis c.* eo. Priusquam erbuscalas transferas, rubrica, vel alia qualibet re signato. *Persi. sat. 1. v. 65.* fert tendere versum, Non secus ac si oculo rubricam dirigat uno. *h. e.* lineam rubrica tinctam, ut solent materiarii. *Vitr. l. 6. c. 30.* Homines atri coloris tota corpora rubrica illinunt. *Auct. ad Herenn. l. 3. cap. 22. ad fin.* Rubrica delibutus. *imbellicato. & Plaut. Trucul. 2. 2. 30.* Buccas rubricæ, cera omna corpus intimait tibi. *Plin. lib. 34. c. 13. a med.* Diphryges & ex lapida pyrite cremato in caminis, donec excoquatur in rubricam. *h. e.* in rubrum colorem. ¶ Quævis terra coloris ad rubrum accedentis. *Vitruv. l. c. c. 3.* Faciendi fuot lateres ex terra albida, cretosa, sive de rubrica. *Colum. l. 3. c. cc. extr.* Gravis est rubrica, & ad comperbendendum radicibus iniqua: sed alit eadem vitem, cum tenuit: verum est in opere difficilioe, quod neque humeatem fodere possis, quod fit glutinosissima; nec nimium liccam, quia ultra modum prædura. *Plin. l. 18. cap. 14. a med.* & *Colum. l. 2. cap. 10.* Lupinum ex desnore terra rubricam maxime amat. ¶ Metonymice est inscriptio seu titulus earum rerum, quæ in legibus infra scriptis continentur: quæ olim rubrica legum tituli & capita librorum notabantur, distinctionis & ornatus gratia, & ut facilius apparerent. Hinc *Ovid. 1. Trist. el. 1. v. 7.* Nec titulus minio, nec cedro charta notetur. *& Martial. l. 3. epigr. 6.* Et cocco rubeat superbus index *Pers. sat. 5. v 89.* Cur mihi non liceat, juffit quodcunque voluntas, Excepto si quid Maturi rubrica vetavit? *Quintil. l. 12. cap. 3. sub fin.* Alii se ad album, ac rubricæ transtuleruat, & formularii, vel ut Cicero ait, leguleji quidam esse maluerunt. *Paul. Dig. lib. 43. tit. 6. leg. 6. sub fin.* Recuperandæ possessionis causa propooeatur interdicta sub rubrica, Unde vi. Huc pertinet illud *Juvenal. sat 14. v. 192.* accipe ceras, Scribe, puer, vigila, causas age, perlege rubras Majorum leges.

RUBRICĀTUS, a, um, *rubricato*, tinctus rubrica, vel quocumque colore cubeo, ut Rubricatus mutiaus, apud *Auct. Priap. carm. 73.*

RUBRICOSUS, a, um. Rubricosus ager apud *Coton. R. R. cap 34.* & rubricosum fotum apud *Colum. l. 4. c. ult.* & *Plin. l. 18. c. 17. ad fin.* est rubri coloris, aut ad rubrum accedentis, quæ & *rubrica* dicitur.

RUBRUS. V. in *Rubeo.*

RUBUS, i, m. *rogo, rovo, pruno*, frutex spinosus ceula & folio, passim in dumetis vasceos, & saxis, florem candidum, & mora ferens ante maturitatem rubentia: unde fortasse omen: cujus alterum genus cynosbatos dictus, florem habet rosæ similem: tertium genus Idæum vocant Græci a loco: quoiuin in Ide non aliud nascitur *e* tenuius quam cetera, minoribusque spinis, & minor aduncis. Hæc

Plin.

Plin. l. 16. c. 37. qui *cap.* 21. alicui generi ſcribit folia non cadere: *l. 17. c. 13.* eurvari rubos gracilitas, & ſimul proceritata nimia, defigere rurſus in terram capita, iterumque naſci ex ſe, repletures omnia, *ni* reſiſtat cultura: ita peſſimam & exacrandam rem propaginem tamen docuiſſe, ac viviradicem. *Id. l. 24. c. 13. circa med. & cap. 14.* varias & valde utiles earum vires in medicina perſequitur. *Virg. 3. Georg. verſ.* 315. Horrentesque rubos, & amantes ardua dumos. *Id. Ecl. 3. a. 89.* ferat & rubus aſper amomum. *Ovid. de nuce, v.* 113. At rubus & ſentes tantummodo laedere natæ. *Id. de medic. fac. v. 4.* mordaces interiora rubi. *Id. 4. ex Pont. ep. 4. v. 4.* Mixta fere duris utilis herba rubis. *Propert. l. 4. el. 4. v. 26.* hirſuta brachia ſecta rubis. *Tibull. l. 4. carm. 3. v. 10.* hamatis crure notare rubis. ¶ Feminino genere *Prudent. cathemer. 5. verſ. 31.* Moyſes nempe Deum ſpinifera in rubo Vidit conſpicuo lumine flammeum. Adde *io Apothoſ. v. 223.* & *Sulpit. Severr. l. 1. hiſt. ſacr. c. 14.* ¶ De moris rubi, *Properti. l. 3. el. 21. a. 28.* Et dare puniceis plena caniſtra rubis. Hoc ſenſu *rubum*, *i*, n. eſſe videtur, ſi analogiam ſequeris.

RUCTAMEN, inis, n. ructus. *Prudent. 10 Hamartig. v. 467.* Carnis & immodicæ ſpurco ructamine crudos.

RUCTATRIX, icis, f. quæ ructat: & quæ ructum movet. *Martial. l. 12. epigr. 48.* Nec deeſt ructatria menta, nec herba ſalax. *Plin. l. 20. c. 7. a med.* Lactucæ ructus lenes faciunt.

RUCTATUS, a, um, *ἐρυγχθείς*, ructu emiſſus, effuſus, profuſus. *Sil. l. 15. a. 435.* Permiſcetque mero ructatos ore cruores. *Id. l. 2. v. 685.* patuloque redundat Gutture ructatus longe cruor.

RUCTO, as, a. 1. *ructare*, *ἐρεύγω*, ructum emitto. *Plaut. Pſeud. 5. 2. 9.* Pergin' ructare in os mihi? *Juvenal. ſat. 3. v. 107.* Si bene ructavit, ſi rectum minait amicus. *Plin. l. 7. c. 50.* Ut in Antonia Druſi nunquam exſpuiſſe, in Pomponio Conſulari Poſta nunquam ructaſſe. *Cic. 2. Phil. c. 25. ſub fin.* Magiſter equitum, cui ructare turpe eſſet, is vomens, &c. *Plin. l. 20. c. 17.* Tragoriganum efficaciſſimum ſtomacho acida ructanti. *Juvenal. ſat. 6. a. 10.* glandem ructante marito. *Martial. l. 9. epigr. 49.* ructare aprum. ¶ Dicitur etiam *ructor*, *eris*, deponens. *Varr. l. 3. R. R. cap. 2.* Cujus aves hoſpitales etiam nunc ructor, quas mihi appoſuiſti paucis ante diebus. *Lucil.* apud *Perott. in Coronacop.* Ructantur juvenes, & ſputis omnia fœdaot. *Cicero* quoque uſurpavit, tale *Feſto*. ¶ Tranſlate ſe emittere, *manare fluvii*: ſed metaphora eſt humilis & plebeja. *Horat. in ar. Poet. verſ.* 457. dum ſublimes verſus ructatur. *Pollad. in Aug. tit. 8. ad fin.* Si terre vaporeta humidum ſumum ocbuloſumque ructaverit, aquas inaſſa cognoſces. *Sidon. carm. 23. v. 252.* Qui ſupra ſatrepas ſedet tyrennus, Ructatus ſamideum propinquitates. *b. v.* jactans, in ore habens.

RUCTOR. V. in voce præced.

RUCTUO, as, a. 1. ructo. *Anguſt. ferm. 235. de Temp. a med.* Bibeates unicum Verbum, unde impleti ſuctuaut laudes.

RUCTUOSUS, a, um, *ἐρυσιπελώδης*, plenus ructibus. *M. Caelius* apud *Quintil. l. 4. c. 2. ſub fin.* Totis præcordiis ſtertentem, ructuoſos ſpiritus geminare.

RUCTUS, us, m. *τὸ ἐρεύγεσθαι*, cibi & potus in ſtomacho male concocti ventoſa per os exſpiratio, crudi ſtomachi ſonitus, quem edere ſolent, qui plus æquo onerarunt ventriculum: ab *ἐρεύγω*. *Cic. l. 9. Fam. ep. 22. in fin.* Stoici crepitus ajunt æquæ liberos, ac ructus eſſe oportere. *Martial. lib. 1. epigr. 88.* Extremo ructus cum venit a barathro. *Plin. l. 24. c. 15. a med.* Ructu gravis herba. *b. c.* quæ manducata ructus movet fœtidi uois. *Lucil.* apud *Non. c. 2. n. 733.* exhalas acidos ex pectore ructus. *Celſ. ſub fin. cap. 5. l. 4.* Si cessuit intus cibus, aut computruit: quorum utrumlibet ructus oſtendit. *Plin. l. 26. c. 8. a med.* Peucedani ſuccus ructus gignit. *Id. l. 20. c. 18.* Aesthum ructus movet. *Id. l. 27. c. 13.* Smyrnium fudores ciet, & ructus. *Id. l. 22. c. 23.* Silphion inflationes facit, & ructus. *Id. l. 20. c. 12. ad fin.* Ructum diſſolvere. *& cap. 17.* Piperitis utilis ructibus.

RUDEATUS. V. in voce ſequenti.

RUDECTUS, a, um, eſt adjunctum terræ ruderibus plenæ, macræ, ſiccæ. *Cato* R. R. *c. 34.* Ager rubricoſus, & terra pulla, materina, rudecta, arenoſa. *& cap. 35.* Lentim in rudecto, & rubricoſo loco, qui herboſus non fiet, ſerito. (*Plin.* hæc ſic reddit *l. 18. c. 27. ad fin.* Lentem ſeri in frutecioſo, & rubricoſo, qui non ſit herbidus.) *Id. cap. 131.* Ea loca primum arato, quæ ſudecta, arenoſaque ſunt. (*Plin. l. 18. c. 16. c med.* Arare incipiat macre arenoſaque. *Ipſe Cato cap. 50.* Loca primum arato, quæ ſiccitſima erunt.) Al. leg. *rudeata*: quidam *rudeta*, eod. ſenſu. quæ varietas eſt etiam in duobus priorib. locis modo allatis.

RUDENS, entis, m. & f. *funis de nave, funicme, ſorte, navium, navigiorum, καλώδιον*, funis nauticus, præſertim quo antenna, & velum tenditur. *Cinerius* apud *Feſt.* in *Radus* videtur ducere a rudis. *Nonius* vero *c. 1. n. 254.* rudentes, inquit, ex cauſa ſapientiſſimi dictus putant, quod funes, cum ventu verberantur, rudere eximiuntur: atque hunc ſonum proprium funium, non aſinorum putant. *Cic. l. 1. de Divin. c. 56.* Explicatio rudentis. *Plaut. Rud. 4. 3. 1.* Mane, dum hanc tibi, quam trahis, rudentem complico. *Pacuv.* apud *Col. ad Cicer. 8. Fam. ep. 2.* Strepitus, fremitus, clamor tonitruum, & rudentum ſibilus. (De oborta tempeſtate loquitur.) Sic *Hover. epod. 10. a. 5.* Niger rudentes Eurus, inverſo mari, Tractuſque remos differet. *Virg. 1. Æn. verſ. 91.* Inſequitur clamorque virum, ſtridorque rudentum. *Ovid. 1. Triſt. el. 11. a. 19.* contenti ſtridunt Aquilone rudentes. *Id. 3. Met. a. 616.* quo non aliud confcendere ſummas Ocior antennas, prenſoque rudente volebi. *Catull. carm. 63. de nupt. Pel. & Thet. v. 235.* Candidaque intorti ſuſtollant vela rudentes. ¶ Excutere, laxare, immittere, expedire rudentes, eſt vela facientium. *Virg. 3. Æn. v. 267.* excuſſoſque jubet laxare rudentes. *& verſ. 682.* Præcipites metus acer agit quocumque rudentes Excutere, & ventis intendere vela ſecundis. *Id. 12. Æn. a. 219.* velis imitte rudentes. *Lucan. l. 5. v. 426.* Cum pariter ſolvere rates, toroſque rudentes Laxavere ſinus. *Claudian. de B. Gild. a. 480.* arripiunt naves, ipſique (*milites*) rudentes expediunt. ¶ *Rudens* titulus eſt Comœdiæ Plautinæ, in qua piſcator inducitur captum in mari vidulum rudente trahens. ¶ Per ſynecdochen dicitur de navi, aut velis, aut navigatione. *Val. Flacc. l. 1. verſ. 627.* illicitas temerare rudentibus undas. *Cic. Tuſcul. 5. c. 14.* Qui glorianti cuidam mercatori, quod multas naves in omnem unam maritimam dimiſſiſſet; non ſane optabilis iſta, inquit, rudentibus apta fortuna. *b. c.* quaſi alligata rudentibus, & ab incerto maris flatu pendeos. ¶ *Rudentium* pro *rudentum* habet *Vitruv. l. 10. c. 19. c med.* & *Prudent. in præfat. l. 2. adverſ. Symmach.* ¶ Adhibetur etiam extra rem nauticam, ad quemcumque funem ſignificandum. *Vitruv.* enim uſurpat de funibus catapultæ & baliſtæ, *lib. 10. c. 17. extr. & cap. 18.* ¶ *Rudens*, rudimum emittens. V. in *Rudo*.

RUDENTISIBILUS, li, m. ſtridor funium nauticorum. *Pacuv.* apud *Varron. l. 4. de L. L. c. 2. c med.*

RUDERA. V. *Rudus*.

RUDERARIUS, a, um, ad rudera ſpectans, ut Ruderarium cribrum, ideſt cribri genus majus ex membrana minutis foraminibus pertuſa, quo rudus, & arena, & calx cribrantur. *Apul. l. 8. Metam.* Quem ad finem cantherium iſti vaeni ſubjiciemus, & vetulum, & calore deformem, nec quidquam amplius, quem ruderarium cribrum?

RUDERATIO, onis, f. actus ruderandi, h. e. ſternendi rudera pavimenta, *el fai un battuto, un pavimento, une ſpreſte, e ſpezzo, ψῆφοι*. Differt a ſtatuminatione, quia ſtatuminatio fit lapidibus, & cæmentis libralibus, & maculibus, ſine calce & arena; ruderatio vero ſtatumini ſuperinducitur cum calce, & arena, aut rudere novo, aut redivivo, ideſt ea veteris ædificio ſumpto, nam nuper effoſſo, quod conſtat e cæmento, ad differentiam nuclei, qui eſt e teſta contuſa, & tertio loco inducitur. *Vitruv. lib. 7. cap. 2.* Primumque incipiam de ſuderatione, quæ principia tenet expoliationum.

RUDERATUS, a, um. *Plin. l. 21. c. 4. ad fin.* Ruſa ſeri nec pinguibus volt, nec argilloſis locis, nec riguis, conreota raris: proprieque ruderatam agrum amat. *b. c.* in quo rudera, veterumque ædificiorum fragmina plurima ſunt.

RUDERO, as, avi, atum, a. 1. *far un battuto, e ſtratto, ψηφίω*, rudus induco in pavimentis, ſolum rudere ſtarna. *Vitruv. l. 7. c. 1.* Si plana pede erit ruderandum, quæratur ſolum, &c. *& paulo poſt.* Tunc inſuper ſtatuminetur, ne minori ſaxo, quam quod poſſit manum implere: ſtatuminibus inducitis, ruderetur.

RUDETUM, i, n. locus ruderatus, ſeu ſuderibus plenus. V. *Rudectus*.

RUDIÆ. V. *Rudimus*.

RUDIARIUS, a, um, ad rudem, h. e. virgam pertinens. *Rudiarii* ſunt gladiatores rude donati. V. *Rudis* ſubſtantiv. *Sueton. in Tiber. c. 7.* Munus gladiatorium in memoriam patris dedit, rudiariis quoque quibuſdam revocatis auctoramento canentum militum. ¶ *Cincius* apud *Feſt.* in *Rudus*, vocat *rudiarios* qui ſaga nova poliunt: nempe a *rudis* adject.

RUDICULA, æ, f. *ſpatula, meſtula, κύαθος, runda*, ſpatha, ligula, inſtrumentum, quo agitantur ea, quæ coquuntur: a *rudis*, virga. *Cato* R. R. *c. 95.* Amurcæ in vas ahenum indito congius duos: poſtea igni leni coquito: rudicula agitato crebro, uſque adeo dum fiat tam craſſum, quam mel. *Colum. l. 12. c. 46. a med.* Defrutum confundito in ahenum, taleolas inulæ adjicito, ac rudicula lingea peragitato. *Plin. l. 34. c. ult. ad fin.* Coquitur in patinis, miſceturque rudicula, donec rubeſcat.

RUDICULUS apud *Feſt.* in *Perſillum* eſt vas quoddam. ſic enim vocatus a *Paulo ibid.* Al. leg. *rudoſculum*, & intelligunt vas ex cavo informi ſaxo; quia *rudus* ſaxum impolitum eſt.

RUDIMENTUM, ti, n. *primo principio di qualche profeſſione, novizzato, προτροπάδιον*, primum principium artis, aut diſciplinæ cujuslibet: a *rudis*, quia res omnes tirtio rudes ſunt, & qui ad artem quamlibet accedit, rudis eſt. *Petron. in Sat. c. 83.* Vidi Protogenis ſudimenta, cum ipſius naturæ veritate certantia. *Plin. l. 21. c. 5.* Eſt flos non diſſimilis lilio in herba, quam convolvolum vocant, nullo odore, nec crocis intus, candorem tantum refirens, ac veluti naturæ rudimentum lilia facere condiſcentis. *imparatricis.* & *Gell. l. 12. c. 2. circa med. de loſte matric.* Ad ſovenda vitæ nempe lucis rudimenta præſta eſt. *Stat. 2. Achill. v. 478.* Cruda rudimenta, & teneros formaveris annos. *Ovid. Heroid. ep. 5. v. 97.* Turpe rudimentum, petriæ præpoure raptam. *bonore faggio, diſcemſſe principale. & Quintil. l. 2. c. 1. circa med.* Suaſorio, quæ ſunt apud ſhetorem materiæ inter rudimenta diverſi. *Lact. lib. 1. c. 3.* Rudimentum primum puerilis regni. *i primi anni. & Virg. 11. Æn. v. 157.* dura rudimenta belli. *Vellej. l. 2. c. 129.* Imbutus rudimentis militiæ. ¶ *Rudimentum ponere, deponere*, rudem eſſe deſinere, incipere fieri inſtructiorem & politiorem, *ofitir di novizziate, dirozzarſi. Liv. l. 31. c. 11. ad fin.* Virminam rudimentum adoleſcentiæ, bello laceſſentem Romanos, poſuiſſe. *Juſtin. l. 7. c. 5.* Prima puerilitia rudimenta in urbe ſeveritatis antiquæ depoſuit. *Id. l. 9. c. 2. ſub fin.* Sub tailitia patris tirocinii rudimenta deponere. Adde *Suetan. in Ner. c. 22.*

RUDINUS, a, ure, *Pudinus*, ad Rudias Calabriæ oppidum pertinens, quæ Ennii patria fuit, Græce *Pudlia*, & *Pudlia*. Unde *Sil. l. 12. v. 396.*

v. 396. Miſerunt Calabri, Rudiæ genuere vetuſtæ: Nunc Rudiæ ſolo memorabile nomen alumna. Ipſa Enn. de ſe, apud *Cicer. 3. de Orat. c. 42. corr.* Nos ſumu' Romani, qui fuvimus ante Rudini. *Al. leg.* qui fuimus Rutuli, *aut* Rutili: *alii* qui fuimus Rudi: *alii aliter.* Primam lectionem confirmat *Auſon.* cujus eſt illud in *Grammaticomeſſ. v.* 17. Unde Rudinus ait, divum domus altiſonum cal? Prima autem ſyllaba *ru* corripitur, quia Poeta alteram diphthongi ſeu proprii, ſeu improprii vocalem ſæpe coercere conſueverunt, & io *u* alterum *o*.

RUDIS, is, ſubſtant. f. virga impolita, qualis erat, qua gladiatores olim, cum ipſis permitteretur a gladiatorio munere ceſſare, a Prætore donabantur, & publica alebantur pecunia. *Cic. a. Phil. c.* ap. *corr.* Tam bonus gladiatni rudem tare citu accapiBi? ¶ Hujuſmodi rudibus ipſi gladiatores cum ad artem diſcendam exercebantur, pugnabant. *Sueton. in Calig. c.* 32. Myrmillonem a ludo rudibus ſecum batuentem, & ſponte proſtratum conſodit ferrea ſica. *Auctor ep. ad Octaviam prope fin.* Veterum vulneribus, & ziste confectos gladiatores ad rudem compellare. *b. e.* ad reſumendam profeſſionem cogere. *Ovid. a. Amor. el. 9. v.* 22. Turaque depoſito poſcitur enſe rudis. *Id. 3. de tr. am. v.* 515. Sic ubi proluſit, rudibus puer ille relictis, Spicula de pharetra prumpſit acuta ſua. *Liv. l. 26. cap. ult.* Rudibus inter ſe in modum juſtæ pugnæ concurrerunt, præpilatiſque miſſilibus jaculati ſunt. ¶ Translata *ſuſpiciendo* ad priorem rudis uſum, accipitur pro libertate, & optato rei cujuſvis fine: & *eudem dare*, ſeu *donare* eſt a quovis munere dimittere: *rudem meretri*, eſt mereri miſſionem, vel caſſationem a labore, vel officio: *rude donari*, vel *rudem accipere*, quocumque onere liberari, a munere quovis in otium reſtitui, vel ob ziſtem, vel ob imbecillitatem, &c. *Horat. l. 1. ep. c. v.* 2. Spectatum ſatis, & donatum jam rude quæris, Mæcenas, iterum antiquo me includere ludo. *Martial. l. 3. epigr.* 36. Ut nondum credas me meruiſſe rudem. *Juvenal. ſat. 7. v.* 171. Ergo ſibi dabit ipſa rudem. ¶ Sumitur etiam *rudis* pro ligula, ſeu ſpatha, ideſt virga lignea, qua res agitantur, & miſcentur, ut ſit in iis, quæ coquuntur, *meſſole*. *Plin. l.* 34. *c.* 18. Uritur in patinis per laminas minutas cum ſulphure, veriſtum rudibus ferreis, aut ferulaceis. *Cato* R. R. *c. 79.* Coquito, verſatoque crebro duebus rudibus.

RUDIS, de, adject. *non lavorato, incolto, rozzo, groſſolano, envido, adirudos, ἀνέργαστος*, incultus, impolitus, inelaboratus, non levigatus, inornatus, imperfectus: unde *rudis* virga gladiatorum, de qua in voce præced. *Cincius* apud *Feſt.* in *Rodus*. Omnis fere materia non deformata, rudis appellatur, ſicut veſtimentum rude, non perpolitum. *Virg. a. Georg. v.* 211. At rudis enituit *impulſo* vomere campus. *Varr. R. R. c.* 44. Multum *intereſt*, in rudi terra, an in ea ſerta, quæ quotannis obſita ſit. *Colum. lib. 3. c.* 11. Rudem potius aligendum agrum, quam ubi fuerit ſeges. *Virg. 9. Æn. v.* 743. Ille rudem nobis, & cortice crudo Intoequet ſummis adnixus viribus haſtam. *Petron. in Satyr. c.* 124. Rudis atque infecta materies. *Ovid. Met. 1. v.* 7. chaos, rudis indigeſtaque moles. *Plin. l. 11. c.* 52. a *med.* Rudis parintum circumjectus, *b. a.* parietum teſtorio non politorum. *Ovid. 3. de ar. am. v.* 217. Cur mihi non tuo cauſa eſt candoris in ore? Claude fotum thalami, quid rude prodis opus? *b. e.* opus fucandi oris, cum adhuc imperfectum eſt. *Id. Met. 6. v.* 19. rudis lana. *Id. 4. Faſt. v.* 659. veſtis. *Id. Met. 8. v.* 640. textum rude. *& lib. 2. v.* 406. ſigna rudia. *ſtatue abbozzate*. & *Quintil. l. 9. c. 4. ante med.* Saxa rudia, *non lavorati*. & *Plin. l.* 37. *c.* 3. *ante med.* Succinum udvehi ruda, politique adipe ſuis. *Id. l.* 33. *c.* 3. Servius rex primus ſignavit æs: antea rudi uſos Romæ, Timæus tradit. *grezzo*. V. *Geſner. Stmc. in Hippol. v.* 320. dare legem rudibus capillis. *ſcarmigliati*, incomptis. *Ovid. 3. de ar. am. v.* 113. rudis ſimplicitas. *b. e.* inornata. *Martial. l. 2. epigr.* 90. fons vivus, & herba rudis. *b. e.* ſua ſponte naſcens, nulla arte exculta aut diſpoſita, ut ſit in hortis deliciarum cauſa noſtrutis. *Id. l.* 10. *epigr.* 48. Prototomi rudes. *b. e.* vel oulla, vel ſimplici conditura in cibum parati. ¶ Translate *Plaut. Pœn. a. t. 60.* Placet conſilium. *Mil.* imo etiam ubi expolivero, magis hoc tum demum dicas: nunc etiam rude aß. *Cic. 1. de Orat. c. 2.* Quæ pueris, aut adoleſcentulis nobis, ex commentariolis noſtris inchoata ac rudia exciderunt. ¶ Ex his apparet, *rudia* dici quæ talia ſunt, qualia natura edidit, nihilque illis adhuc adjectum eſt. Hujuſmodi ſunt *lana, herba, haſta, campus rudis, ut rude*, &c. Hinc rudes querelæ apud *Martial. l. 11. epigr.* 72. ſunt ſine arte, non fictæ: *ſchiette, ſemplici, non affettate*. Sic dicuntur etiam quæ recentia ſunt, nova, integra. *Plin. l.* 35. *c. 6. poſt med. de purpuriſſo*. Præcipuum eſt primum, ſervente aheno rudibus medicamentis inebriatum. *colore, e tinnum virgine*, ſanie puerperæ, quæ nondum quidquam aliud tinxit. *Petron. in Satyr. c.* 94. *ſub fin.* Rudis novacula, & retuſa. *b. e.* nova, cote nondum aſperata, & quæ nullum adhuc barbam defecuit. *Claudian. de* VI. *conſul. Honor. v.* 541. Lunamque rudem madefecerat Auſter. *b. e.* novam. *Id. in nupt. Honor. & Mar. v.* 80. rudes lacrymæ. *b. e.* quæ ſunduntur a teneris juvenibus tum primum amore implicitis. *Lucan. l.* 3. *v.* 193. & *Apul. Mozam.* 11. Rudem dedicantis carinam. *b. e.* novam, & mare nondum aſpertam. Et translate *Catull. carm. 63. de nupt. Pel. & Thet. v.* 11. rudis Amphitrite. *b. e.* mare nondum navibus tentatum. *Seneca, in Troadib. v.* 217. Rudem cruore regis dextram imbuit. *b. e.* quæ ſanguinem nondum feriendo hauſerat. *Martial. l. 12. epigr.* 67. Secreta quære carmina, & rudes curas. *b. e.* quæ nondum vulgata ſunt, neque expertæ judicium vulgi. *Propert. lib. 3. el.* 13. *v.* 5. rudes animi. *b. e.* nondum amorem experti. ¶ *Rudis* ægna apud *Martial. l. 9. epigr.* 73. eſt tenella, recens a matre. *νέα τέθηλυια*. Sic *rudis filia*, parvula, infans, *lib. 7. epigr.* 94.

¶ Aliquando *rudis*, eſt durus, non mollitus. *Martial. l.* 13. *epigr.* 68. Turget adhuc viridi cum rudis uva mero. *immatura*. ¶ Translata a prima ſignificatione eſt imperitus, ignarus, indoctus, *ἄπειρος, ignorante, inſperto, ἀναίδευτος, ἀναίσθητος*. *Cic. pro Flacc. c.* 7. Imperiti homines, rerum omnium rudes ignariqus. *Plin. l. 8. epiſt.* 14. Rudis & imperitus. *Cic. pro Marcell. c.* 7. 2 *med.* Quis aß unquam tam ignarus rerum, tam rudis in republica, qui, &c? *Id. pro Balb. c.* 20. ⁂ *med.* Non imperitus fœderis, non rudis exemplorum. *Gell. l.* 13. *c.* 16. litterarum. *Sueton. in Tito, c.* 4. muſicæ. *Horat. l. & ep. a. v.* 47. belli civilis. *Ovid. 4. Faſt. v.* 336. juvenca nperum conjugiique rudis. *Id. a. Triſt. v.* 424. & *Sext. 6. Theb. v.* 437. Ennius ingenio maximus, arte rudis. *Vellej. l. 2. c.* 73. Adhuc ſæcula Budiis rudis, ſermone barbarus, itopeto ſtrennæ. *Cic. 4. Verr. c. 6. 2 med.* Provincia rudis, & tiro. *Id. 1. de Orat. c. 50. extr.* Orator nulla in re tiro ue rudis, nec peregrinus atque hoſpes in agendo eſſe debet. *& cap. 58. a med.* In communi vita nec hebetem eſſe, nec rudem. *Propert. l. 2. el. 25. v.* 82. Sive in amore rudis, ſive peritus erit. *Liv. lib. 24. c.* 48. Rudem ad pedeſtria bella Numidarum gentem eſſe. *Ovid. Heroid. epiſt. 12. v.* 48. Et rudis ad pectus, & nova miles erum. *Id. 3. re Pont. ep. 7. v.* 18. Ad mala jampridem non ſumus ulla rudes. *Quietil. l. 1. c. 1. Tacit. 13. Ann. c. 16. Sener. in Thyeſt. v.* 317. rudes anni. *b. e.* infantiæ, & puritiæ. *Valer. Maxim. initio cap. 3. l. 5. & Quintil. l. 12. c. ult. 2 med.* rude ſæculum. *b. e.* ſine litteris. *Plin. lib. 18. c. 2.* Rudis fuit priſcorum vita, & ſine litteris. ¶ moleſtus, incommodus, noxius. *Martial. l. 6. epigr.* 42. fontes Aponi rudes puellis. *feſt.* quia in his viri recreantur: ſi mulier deſcendat, inconditur, inquit Caſſiodor. *l. 2. ep.* 39. *circa med.* ¶ agreſtis, ruſticus. *Quintil. lib. 12. c. 3. ante med.* Sit vox non ſubſurda, rudis, immanis, dura, rigida, &c. *Ovid. 2. de ar. am. v.* 112. eadem præbente modum tibicine Toſco. ¶ *Rude* in ablativo. Fragm. vet. lapid. apud *Murator. pag.* 347. de rude cœpta ſolo. ¶ Comparativi *rudior* exempla nondum legi: non temere impoſuaverim. *Rudiſſimus* tribuitur *Ammiano lib. 26. cap. 6. (al. c.* 15.) Incanabilis, & crudelis, & in rabido corde rudiſſimus. Sed al. leg. *duriſſimus*.

RUDITAS, atis, f. *ignoranza, ἀμαθία*, ignorantia, imperitia. *Apul. in Florid. n.* 20. (*al.* 4.) Litteratoris eruditatem eximere.

RUDITUS, us, m. *cogghio, cagliu, ὄγκαδος*, vox aſini. *Apul. lib. 8. Metam.* Andito eruditu meo. *In Gloſſ. Gr. Lat.* eſt *rudimum, i*, neutr. gen.

RUDIUS, a, um, Rudinus: a Rudiis. *Cic. pro Arch. c.* 10. *de Ennio*. Rudium hominem majores noſtri in civitatem receperunt. *Sulpicio in Satyra, v.* 46. *de eod.* Scipio, qui Rudio etevie formante magiſtro. Al. leg. *Rhodio*, & Panætium philoſophum ax Rhodo inſula intelligunt: quod veri ſimilius eſt.

RUDO, is, rudi, & ivi, a. 3. & 4. *cogghiare, cagliare, ὀγκάομαι*, clamorem aſini edo. Primam ſyllabam fere corripit, aliquando producit. *Ovid. 6. Faſt. v.* 342. Intempeſtivo cum cudit ille ſono. *Id. 1. Faſt. v.* 433. Ecce rudens rauco Sileni vector aſellus. *Id. 3. de ar. am. v.* 290. Ut rudit ad ſcabram turpis aſella molam. *Perſ. ſat. 3. v.* 9. Findor, ut Arcadiæ pecuaria rudere credas. *Apul. l. 7. Metam.* Porrectis auribus, præſtitique naribus, rudivi fortiter. ¶ Exprimit eriam vocem inconditam aliorum animalium. *Virg. 7. Æn. v.* 16. *de leonib.* ſæva ſub nocte rudentum. *Id. 3. Georg. v.* 374. *de cervis*, greviterque rudentes cædunt. *Claudian. de conſul. Mall. Theod. v.* 298. Conveniant urſi, magna quos mole rudantes, &c. ¶ De incondita voce hominis. *Virg. de Caco Æn. 8. v.* 248. Inclinſumque cava ſaxe, atque infueta rudentere. *Lucil.* apud *Varron. l. 6. de L. L. c. 5. ad fin.* Hæc, inquam, rudet a ruſtris, atque ajulitabit, Concurſius ut arenarius, clareque quiritans.

RUDOR, oris, m. ruditus, clamor inconditus, mugitus, ſtridor, murmur. *Apul. de Mundo*. Mycetis vuentur tetri rudoris inquietudo terrena. *Id. in Florid. n.* 17. (*al. l.* 3.) Vox hominis & tuba rudore torvior, & lyra eunentu variatior.

RUDUS, eris, n. duplex eſt, vetus & novum. Vetus noſtri vocant *rovinaccio*, Græci *ἐμπλεκτον*, fragmina minuta laterum, vel lapidum, & dunta calcis ex ædificiis prolapſis. quarum rerum aliquis uſus aß & in novis extruendis. *Tacit. 15. Ann. c.* 43. Ruderi accipiendo Oſtienſis paludes deſiinabat: utique naves, quæ frumentum Tiberi ſubvectaſſent, nnuſque rudere decurterent. *Sueton. in Aug. c.* 30. Alveum Tiberis laxavit, & perpugavit, completum olim ruderibus, & ædificiorum prolapſionibus coarctatum. *Id. in Veſpaſ. c.* 8. *ad fin.* Reſtitutionem Capitolii aggreſſus, ruderibus purgandis manue primus admovit. ¶ Novum rudus eſt vel glarea, vel lateres, aut ſaxa contuſa: quæ calce admixta uſure habent præcipue in pavimentis: unde *ruderatio*, & *rudero*. Hiue illa *rudus inducere, inſicere, ſolidare, diuſure, ſtruere, ſubigere, fricare*, &c. apud *Caton. R. R. c. 18. Vitruv. l. 7. c. c. Plin. l. 36. c. 25. Pallad. l. 1. tit. 9. & in Mese tit. 11.* Hiue *rudus* eſt ipſum pavimentum ex glarea, aut ſaxis contuſis admixta calce ſolidatum. Pavimentum vero dicitur, cum ex lapide quadrato, aut lateribus integris ſtratum eſt. illud dicitur Ital. *un battuto, un terrazzo*: hue *ſelciato, laſtrico*. *Hirt. de B. Alex. c.* 1. Alexandriæ ædificiis tecta ſunt rudere, aut pevimentis. *Auct. de B. Hiſpan. c.* 8. Omnia loca rudere, uen regulis, iegantur. ¶ Alia eſt ruderis ratio in illo *Colum. l.* 10. *v.* 82. Rudere tum pingui, ſolido vel ſtercore aſelli, Armentive ſimo ſeturet jejunia terræ. *In vet. Gloſſ.* rudus dicitur *χῶμα, χοῦς*, quz vocus glebam, aut terram ſignificant. Itaque *Colum. pinguet eudus* videtur intelligere pinguem terram, probe macerataam & fermentatam, qua hodieque ad ſtercorandos hortos utuntur, & noſtri vocant *terrazzo*. ¶ Denique *rudus*, idem eſt ac *rudus*, h. e. æs

infectum, æs rude, aliquando & signatum, v. gr. asses, ot in ea Voce dictum est. *Prudent. in Apoth.* v. 798. sculptor ab æris Rudere decoctam confuescit fingere massam. *Liv. lib.* 26. *c.* 11. *a med.* Æris acervi, cum rudera milites religione inducti jacerent, post profectionem Annibalis magni inventi. *b. e.* cum milites Pœni ære conferrent ad placandam nuream, cujus templum jussu Annibalis spoliaverant. *Jacere rudera*, videtur eo sensu dictum, quo *Id. l.* 3. *cap.* 18. *extr.* In consulis doreum plebes quadrantes, ut funere ampliore efferretur, jactasse ferunt. *& Suetan. in Aug. cap.* 57. Omnes ordines in lacum Curtii quotannis ea vota stipem jaciebant.

RUDUSCULUM. V. *Rudusculum*.

RUFESCO, is, n. 3. *divenire rufus*, ῥυσσίζομαι, rufus fio. *Plin. l.* 10. *cap.* 29. *ante med.* Grues senectute nigrescunt, merula ex nigra rufescit. *Id. l.* 28. *c.* 12. *sub fin.* Butyrum cum melle decoctum, donec rufescat.

RUFIUS. V. *Chama*.

RUFO, as, a. 1. *fare rufus*, ῥυσσίζω, rufum facio. *Plin. l.* 23. *c.* 2. & 5. Tunc addito lentiscino oleo illita, una nocte rufat capillum. *Id. l.* 25. *c.* 22. Rufatur capillus primum prodeuntibus nucleis.

RUFULUS, a, um, *rufigno, rufficio, rufferc*, diminut. a *rufus*. *Plaut. Asin.* 2. 3. 20. Macilentis malis, rufulus, aliquantum ventriosus. *Plin. l.* 25. *c.* 13. Mandragora foliis hirsutis, radicibus binis rufulis, intus albis, &c. ¶ Rufuli, sive Rutuli, unum genus Tribunorum militum, ita dictum a Rutilio Rufo, qui de eorum jure legem tulit. Tribuni enim militum dividebantur in Rufulos, sive Rutulos, & Comitiatos. *Ascon. Pedian. in act.* 1. *in Verr. c.* 10. Tribunorum militarium duo sunt genera, primum eorum, qui Rufuli dicuntur. Hi in exercitu creari solent. Alii sunt Comitiati, qui Romæ Comitiis designantur. *Fest.* Rufuli Tribuni militum appellabantur, quos Consules faciebant, non populus: de quorum jure quod Rutilius Rufus legem tulerit, qua ait cavebatur multis modis (sic velim alvvavertant eorum jus, ac tunc elevabant, qui populi suffragio creabantur) Rufuli a cognomine Rutilii, ac post Rutuli apellati sunt. *Liv. l.* 7. *c.* 5. *sub fin.* Et cum eo anno primum placuisset Tribunos rcilitum ad legiones suffragio fieri (nam & antea, sicut nunc, quos Rufulos vocant, Imperatores ipsi faciebant) T. Manlius, qui postea Torquatus appellatus est, secundum in ea locis tenuit.

RUFUS, a, um, *rosa, rossigno, lionato, bundo*, ῥυσσός, ξανθός. Docet *Gell. l.* 2. *c.* 26. nomen esse generale cujuscumque rubri coloris: & idem significare, quod *russus*, & ruber: cujus species sunt fulvus, flavus, rubidus, rutilus, phœniceus, &c. Itaque usurpatur de omnibus rubri coloris gradibus, & præcipue de eo, qui non plane rubet, sed ad flavum nonnihil declinat: vel qui ita flavus est, ut ad ruborem accedat. *Cels. l.* 2. *c.* 8. Sputum maturc rufo quodam sanguina. *Vitruv. l.* 8. *c.* 3. *a med.* Quoniam in campia Trojanis proxime flumen armenta rufa, & pecora leucophæa nascuntur, idvo id flumen Ilienses Xanthum appellavisse dicuntur. *Martial. lib.* 14. *epigr.* 129. *cujus lemma Rufa Canisie*: Ruma magis fuscis vestitue, Gallia rufis: Et placet hic pueris, militibusque color. *rosso*. & *Plin. l.* 32. *c.* 7. *a med.* Sal ruber Memphi, rufus ast circa Oxum. *rossigno*. & *lib.* 17. *c.* 24. Sorbus arbor infestatur vermiculis rufis & pilosis. *& l.* 32. *c.* 6. Ostrea rufa Hispaniæ, fusca Illyrico, nigra Cercejis. *Id. l.* 28. *c.* 9. Campana filigo rufior, at Pisana candidior. *Id. l.* 16. *c.* 14. In tilia mas & femina differunt: nam materies mari dura rufiorque. ¶ Cum dicitur de hominibus refertur ad colorem capillorum. *Plaut. Pseud.* 4. 7. 120. Rufus quidam, ventriosus, crassis suris, subniger, magno capite, acutis oculis, nec rubicundo, admodum magnis pedibus. Creditur a nonullis *Plautus* his notis se ipsv descripsisse. ¶ Hic color in puellis improbatur, ut videre est apud *Terent. Heaut.* 5. 5. 17. & *Martial. lib.* 2. *epigr.* 33. *l.* 6. *epigr.* 39. & *lib.* 12. *epigr.* 32. ¶ Ab hoc factum est *Rufinus*, & *Rufinorum* cognomen non una in familia apud Romanos, ut P. Cornelius Rufus, Q. Pompejus Rufus, C. Julius Rufinus, &c. *Quintil. l.* 1. *c.* 4. (*al. c.* 7.) *a med.* Scrutabitur origines nominum, ut quæ ex habitu corporis Ciceriones, Rufos, Longosque fecerunt. ¶ Contra fanum orthographiam est, geminatm *f Russus* scribere.

RUGA, æ, f. *grinzo, crespa, ruga, furia*, plicatura, & quasi sulcus in cuta contracta, aspera, & inæqualis, ut in senibus videre est. *Horat. lib.* 4. *od.* 13. *v.* 22. et rugæ turpant, & capitis nives. *Id. epod. fi. v.* 4. rugis vetus frontem senectus exarat. *Ovid. t. ex Pont. ep.* 4. *v.* 2. & *lib.* 3. *Trist. el.* 7. *v.* 34. Jamque meos vultus ruga senilis arat. *Petron. in Satyr. c.* 23. *extr.* Inter rugas malarum tantum erat cretæ, ut putares detectum parietem nimbo laborare. *Ovid. Met.* 3. *v.* 276. sulcare cutem rugis. *Propert. l.* 2. *el.* 14. *v. fi.* Et faceret scissas languida ruga genas. *Tibull. l.* 4 *el.* 2. *v.* 19. terda senectus inducit rugas. ¶ Metonymice est ætas provecta. *Horat. l.* 2. *od.* 14. *v.* 1. fugaces Labuntur anni, nec prasas morem Rugis, & instanti senectæ Afferet. *Cic. de Senect. c.* 28. Non cani, non rugæ repente auctoritatem arripere possunt. ¶ Rugæ frontis tristitiam & mœrorem significant. *Ovid. l.* 1. *de ar. am. v.* 240. Tunc dolor, & curæ, rugaque trifiis abit. *Juvenal. sat.* 13. *v.* 215. densissima ruga cogitor in frontem. *Id. sat.* 14. *v.* 325. Hæc quoque si rugam trahit, extenditque labellum, &c. *Varr. l.* 1. *R. R.* 2. 2. *ad fin.* Hujusce pedes solant dolere & in fronte contrahere rugas. ¶ Item severitatem, & rigidos mores. *Cic. post redit. in Sen. c.* 7. Populum R. non consilio, neque eloquentia, sed rugis supercilioque decrevisse. *Propert. l.* 2. *eleg.* 24. *c.* 23. nunquam vitæ fallet rev ruga severæ. *Ovid.* 2. *Amor. el.* 2. *v.* 33. Cum bene vir trahit vultum, rugasque coegit. *Plin. l.* 9. *ep.* 17. Vis tu remittere aliquid ex rugis? ¶ In vestibus *rugæ* sunt plicaturæ minuentes: contra cavitates inter rugas *sinus* dicuntur. *Plin. l.* 35. *c.* 11. *sub fin.* Cimon articulis membra distinxit, venas protulit, præterque in veste & rugis, & sinus invenit. ¶ A similitudine rugarum senilium usurpatur & in aliis rebus. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *sub init.* Cornua erecta, rugarumque ambitu contorta strepiscroti. *Id. l.* 18. *c.* 31. *post med.* Mali rugis per cochlyas bullantibus. *Id. l.* 15. *c.* 16. Aquilonis afflatus poma deturpaos rugis. *& cap.* 13. Pruna siccata in rugas. *Id. l.* 12. *c.* 7. Candidum piper tostum salibus colore rugisque mutatur. *Id. l.* 9. *c.* 35. *ante med.* Margaritæ flavescunt senectæ, rugisque torpescunt. *Id. l.* 17. *c.* 14. Cortex arboris replicatur in rugas. *Id. l.* 8. *c.* 20. Arctare aliquid in rugas. *Juvenal. sat.* 14. *v.* 2. nitidis rebus maculam & rugam figere. *b. e.* res bonas corrumpere, ut rugæ in vultu pulcritudinem acis corrumpunt. ¶ Fuit cognomen Romanum in gente Carvilia, ut Sp. Carvilius Ruga: quem primum Romæ divortium cum uxore fecisse, post initium sæculi Icati U. C. scribunt *Gell. l.* 4. *c.* 3. & *lib.* 17. *c.* 21. & *Valer. Max. l.* 2. *c.* 1. *fcct.* 4 Item in genta Acilia, ut M. Acilius L. F. Quir. Ruga, *in vet. lap.* apud *Murator. pag.* 233. *n.* 3.

RUGATUS, a, um, *aggrinzato*, in rugas contractus, rugosus. *Plin. lib.* 9. *c.* 33. *de concharum tcstis*. Lævibus, rugatis, dentículatis, striatis.

RUGINOSUS, a, um, rugosus. *Cœl. Aurel. Acut. l.* 1. *cap.* 11. Cutis veluti ruginosa, vel fulcata pannositas.

RUGIO, is, n. 4. *ruggire, ruggbiare*, βρυχάομαι, leonum est, cum vocem emittunt. Factum est a inno, ut *maggire, gemire*, multaque alia. *Spartian. in Geta, cap.* 5. Agni balant, porcelli grummunt, ursi fremunt, leones rugiunt. *Auct. carm. de Philom. v.* 49. Tigrides indomitæ rancant, rugiuntque leones.

RUGITUS, us, m. *ruggito, βρυχηθμός*, vox leonis. *Vopisc. in Probo, c.* 19. Centum leones, qui rugitibus suis tonitrue excitabant. ¶ Translata *Cœl. Aurelian. Chronicor. l.* 3. *c.* 2. & *lib.* 4. *cap.* 7. Interiorum rugitus, quem Græci βαρυηχίας vocant. *Hieronym. ep.* 22. *ad Eustoch. fcel.* 11. Intestinorum rugitus, & inanitas ventris.

RUGO, as, a. 1. *fumbio*, in rugas contraho. *Hieronym. ad Domnion. epist.* 5. Si rugassit frontem, jactasset manum, verba tonasset. ¶ Neutrorum mora, in rugas contrahor, *fumbosmai*. *Plaut. in fragm.* apud *Gell. l.* 18. *c.* 12. Quid est hoc? rugat pallium. amictus non sum commodv. Adde *Cas.* 2. 3. 30. Observat autem *Gell. ibid.* id quoque hebtrum esse in oratione facienda elegantiæ genus, ut pro verbis habentibus pariendi figuram, agentia ponerent: additque præter hoc alia tum ejusdem *Plauti*, tum aliorum exempla.

RUGOSITAS, atis, f. rugarum multitudo, rugæ. *Tertull. de patientia c. paucis.* Si & effigiem ejus comprehendamus, vultus illi tranquillus & placidus, frons pure, nulla mœroris aut iræ rugositate contracta.

RUGOSUS, a, um, *aggrinzato, grinzo, increspato, rugoso, fumbido*, rugis plenus. *Ovid. in fin. el.* 8. *l.* 1. *Amor.* Rugosæ genæ. *Tibull. l.* 3. *el.* 5. *v.* 25. Cum mea rugosa pallebunt ora senecta. *Martial. l.* 3. *epigr.* 93. Rugosinrem core geras fiola frontem. *Id. l.* 13. *epigr.* 20. Pruna pervginæ carie rugosa senectæ. *Id. l.* 4. *epigr.* 89. rugosarum virecn breve Picenarum. V. *Picenus*. *Colum. l.* 12. *c.* 43. *ante med.* Rugosa acina. *Ovid. Heroid. ep.* 5. *v.* 28. populi rugosus cortex. *Pers. sat.* 5. *v.* 55. rugosum piper. *& vers.* 91. rugosa fanna. *feil.* quia in fanna os & nares corrugantur. *Horat. l.* 2. *ep.* 28. *v.* 105. rugosus frigore pagus.

RUIDUS, a, um, *ruvido*, aspre, non lævigatus, impolitus, asper. *Ruidum pilum* opponitur *præferrato* in pilura farris. *Plin. l.* 18. *c.* 20. *a med.* Etruria spicam farris tosti pisente pilo præferretu, &c. Major pars Italiæ ruido utitur pilo. *ruidus* quibusdam dictus videtue a *rumdo*, h. e. cadendo, quia crebro casu pilum frumenta pisat, & decorticet. Qui leg. *ruvidus*, contra vet. lib. faciunt, & MSS.

RUINA, æ, f. *caduta, rovina*, πτῶσις, *πρηνισμός*, casus, lapsus: a *rumdo*. *Lucret. l.* 6. *v.* 155. Ruina grandiois. *Martial. l.* 13. *epigr.* 25. nucum. *Cœl. Aurelian. Chronicor. l.* 2. *c.* 1. *a med.* aquarum. *b. e.* stillicidium. *Propert. l.* 2. *el.* 25. *v.* 4. Capuæi magno grata ruina Jovi. *b. e.* cum ictus fulmine de muro Thebarum cecidit. *Cic.* 2. *de Orat. c.* 86. Scopas ruina conclavis oppressus cum suis interiit. *Horat. l.* 2. *od.* 19. *v.* 24. tectaque Penthei Disjecta non leni ruina. *Id. l.* 1. *od.* 37. *v.* 6. dum Capitolio Regina dementes ruinas, Funus & imperio parabat. *Senec. l.* 1. *de ira, c. ult. a med.* In ruinam prona sunt, quæ fine fundamentis crevere. ¶ *Dare, facere ruinam*, ruere, cadere, *rovinare. Virg.* 2. *Æn. v.* 310. jam Deiphobi dedit ampla ruinam, Vulcano superante, domus. *Horat. l.* 2. *sat. fi. v.* 54. loterea *suspense* graves aulæa ruinas In patioam fecere. ¶ *Ruinam trahere*, idem. *Virg.* 2. *Æn. v.* 465. turrim lapsa repenta ruinam Cum sonitu trahit. *& vers.* 631. arcus traxit jugis avulsa ruinam. Adde *lib. fi. v.* 192. & *lib.* 9. *v.* 712. ¶ *Dare ruinam*, active, flerere, deruere. *Virg. Æn.* 11. *v.* 613. Connixi incurrunt hastis, primique eminam Dant sonitu ingenti. *b. e.* stragere hostium adunt. ¶ Pro sterage, cæde, & clade exercitus ponitur & a *Valer. Flacc. l.* 3. *v.* 206. nox alta cadentue Ingentes donec sonitus, augetque ruinas, & a *Luc. l.* 41. *sub fin. cap. paulo.* Ibi vero clamor jubentium referre signa, ruinæ quoque prope similem trepidationem fecit. *& ab Horat. l.* 4. *od.* 14. *v.* 18. Devota rorti pectore liberæ Quantis fatigaret ruinis. ¶ De morte, *Horat. l.* 2. *od.* 17. *v. fi.* illv dies utramque ducet miasm. *b. e.* mihi quoque una tecum afferet interitum. *Virg.* 4. *Georg. v.* 249. generis lapsi farcire ruinas, *b. e.* apum excidium. *Plin. l.* 17. *c.* 25. *sub fin* Prodigium in nostro ævo Neronis principis ruina factum. ¶ Interdum

ruina eſt ipſa res, quæ ruit. *Plin. l.* 33. *c.* 4. Flumina ad lavandam hanc ruinam jugis montium ducere. *Ovid. Met.* 15. *v.* 424. Nunc humilis veterez tantummodo Troja ruinas oſtendit. *Horat. l. & od.* 3. *v.* 7. Si fractus illabatur orbis, Impavidum ferient ruinæ. ¶ *Ruina cœli*, quidquid e cælo ruit: & præcipue fulmine, ac tonitrus, quibus ipſum ruere cælum videtur: ſimulque fragor talium rerum comes. *Virg. Æn.* 1. *v.* 133. Fluctibus oppreſſos Troas, cæliqua ruina. *Sil. l.* 2. *v.* 252. *de Annibale*. vertice nudo Excipere inſanos imbres, cælique ruinas. *Val. Flacc. l.* 8. *v.* 334. Crebra ruina poli cæleſtia limina laxat. ¶ Interdum *ruina*, eſt impetus & incurſus cujuſpiam rei in aliquid itruentis. *Martial. l.* 7. *epigr.* 18. *de Argo nave*. Quam nec Cyaneæ quondam potuere ruinæ frangere. *Valer. Flacc. l.* 4. *v.* 694. fugit ipſe noviſſimus ictus Taphyi, & e mediis ſequitur freta rapta ruinis. ¶ Tandate eſt quævis calamitas, pernicies, excidium, *diſcadimento*, *perdito*, *diſgrezio*, *malanno*. *Cic. Catil.* 2. *n.* 6. Prætermitto rainte fortunarum tuarum, quas omnes impendere tibi proximis Idibus ſentiet. *Liv. l.* 21. *c.* 20. *a med.* Saguntı ruinæ (falſus utinam vates ſim) noſtris capitibus incident. *Salluſt. in Catil.* 52. *extr.* & *Cic. pro Mur. c.* 25. *extr.* Quoniam quidem circumventus ab inimicis præceps agor, incendium meum ruina reſtinguam. *h. t.* excidio reipublicæ. *Vellej. l.* 2. *c.* 91. *in fin.* Ita ſe mores habent, ut publica quiſque ruina malit occidere, quam ſua pruteri. *Ovid. Met. l.* 1. *v.* 498. Spemque patriæ, regnique trahat, patriæque ruinam. *Id.* 1. *ex Pont. ep.* 4. *v.* 5. Nec, ſi me fubito videas, agnoſcere poſſis: Ætatis facta eſt tanta ruina meæ. *Lucret. l.* 2. *v.* 740. Principiis tamen in rerum fecere ruinas, Et graviter magoi magno cecidere ibi caſu. *h. t.* greviter lapſi ſunt, & a veritate longe aberrarunt.

RUINOSUS, a, um, *rovinoſo*, *radente*, *ὀρυφικὸς*, qui ruinam minatur, *Cic.* 3. *Offic. c.* 63. Ædes male matziatæ, ruinoſæ. *Senec.* 3. *de Ira*, *c.* 35. *extr.* Parietes exeſi, ruinoſi inæquales. ¶ Item qui cecidit, *rovinato*. *Ovid. Heroid. epiſt.* 1. *verſ.* 55. Semiſepulta virum curvis feriuntur aratris Oſſa: ruinoſas occulit herba domos.

RULLA. V. *Rollum*.

RULLUS, cognomen Romanum, ut P. Servilius Rullus contra quem Cicero Agrariæ orationes habuit. Docet *Voſſ. in Etymol.* eſſe a rure, unde *rurus*, & *ὀνομαστικῶς rullus*, agreſtis, ruſticus.

RUMA, æ, & Rumis, is, f. & Rumen, inis, n. *mammella*, *Ὀλὴ*, mumma, apud Veteres. *Varr.* apud *Non. c.* 2. *n.* 756. Hiſce Mautibus lacte fit, non vino, Cuninæ propter cunas, Rumine prupter rumam ideſt priſco vocabulo mammam: a quo ſuburumi ariam nunc dicuntur agni. *Id. l.* 2. R. R. *c. c. a med.* Agni appellantur ſubrumi, id eſt ſub mamma. antiquo enim vocabulo mamma rumis, ut opinor. & *cap. ult.* Mammæ enim rumis, ſive rumæ, ut ante dicebant. *Feſtus* in *Ruminalis*. Mamma autem rumie dicitur: unde & ruſtici appellant hædos ſubrumos, qui adhuc ſub mammis habentur. *Plin. l.* 15. *c.* 28. *ad fin.* Sub ea inventa eſt lupa infantibus præbens rumen: ita vocabant mammam. ¶ Eſt Prætera *rumo*, & *rumen* cavus gutturis locus, & ipſum guttur, *gola*. *Feſtus*: Rumen eſt pars colli, qua eſca devoratur: unde rumare dicebant, quod nunc ruminare. *Id.* in *Subrumari*. Agni rumine trahunt lacte fugentes. *Servius* ad illud *Virg. Ecl.* 6. *v.* 54. pallentes ruminat herbas: Ruminatio dicta eſt a rama, eminente gutturis parte, per quam demiſſus cibus a cartis revocatur animalibus. *Arnob. l.* 7. *pag.* 230. Rumæ, quæ ſunt prima in gurgulionibus capita, qua dejicere cibos, & referra natara eſt ruminatoribus faculis. *Al. leg.* ærumnæ. *Pompon.* apud *Non. c.* 1. *n.* 64. Ego rumorem parvifacio, dum ſit, rumen qui impleam. Adde *Tertull. de reſurr. carn. c.* 4. & *Iſidor. l.* 11. *Orig. c.* 1. *ante med.*

RUMBOTTINUS. V. *Rumpotinus*.

RUMEN. V. in Rume.

RUMENTUM in Auguralibus ſignificare videtur interruptio, abruptive, dum verba Aocilibus movendis præit, ſi inreoim avis canerit, tum æque atque auſpicio, augurio rumentum eſtod. Hæc *Feſtus*. Ut a *movco* eſt *movi*, *movimen*, *movimentum*, *momentum*, ita a *rumpo* fit *rupi*, *rupimentum*, *rumentum*. Illa *dum verba*, &c. deſumpta videatur a *Feſto* ea libris Augaralibus. *Pomin* hæc omnia ita contrazit: Rumentum, abemptio.

RUMEX, icis, m. *rumice*, *λάπαθον*, lapathi ſilveſtris genus, ad Rumas cum aaungia efficaciſſimum, *Plinio* teſte, *lib.* 20. *c.* 21. Adde *lib.* 19. *c.* 22. ¶ Reperitur etiam in genere fem. *Plin. l.* 22. *c.* 8. Ceras ex omnium arborum, fatorumque floribus confingunt, aceptm romice, & chenopode. Sed fabrunelligi poteſt *arbore*, vel *herba*. Adde *Plaut. Pſeud.* 3. 2. 26. ¶ Eſt & rumex teli genus, ſimile ſpari Gallici, ut ait *Feſt. Lucil.* apud *eund.* Tum ſpare, tum rumices portantur, tragula porro. Adde *Gell. l.* 20. *c.* 25.

RUMIA, æ, *vel* Rumina, æ, f. dea, quæ rumis, ideſt mammis, & infantibus lactentibus præſidebat. *Varr. l.* 2. *R. R. c.* 11. Non negarim ideo apud divæ Ruminæ facellum a paſtoribus fatam ficam. Ibi enim ſolet ſacrificeri lacte pru vino, & pru lactentibus. Mammæ enim rumos, ſive ruma, & inde dicuntur ſuburumi agni lactentes. *Id.* apud *Non. c.* 2. *n.* 756. Hiſce Manibus lacte fit, non vino, Cuninæ propter cunas, Ruminæ prupter rumam, ideſt priſco vocabulo mammam, a quo ſuburumi etiam nunc dicuntur agni. Adde *Auguſtin. l.* 4. *de Civ. Dei*, *c.* 11. *lib. 6. c.* 9. *ad fin.* & *lib.* 7. *cap.* 11.

RUMIFERO. V. vocem ſequent.

RUMIFICO, as, a. 1. *divulgare*, *predicare*, divulgo, prædico, rumoribus fero. *Plaut. Amph.* 2. 2. 46. Quamque adeo cives Thebani veru rumificant probam. Ita MSS. omnia, & lib. vet. Unus *Nonius cap.* 2. *n.* 747. *rumificant*.

RUMIGERATIO, onis, *λογοκλοπία*, divulgatio. *Lamprid. in Heliogab. c.* 20. Infami rumigeretione paſcuntur.

RUMIGERO, as, n. t. idem quod rumito, divulgo. *Feſtus* in Rumor.

RUMIGERULUS, a, um, *διαβολικὸς*, qui rumores aucupatur, & gerit, & aliquid divulgat. *Ammian. l.* 14. *c. c.* Per clandeſtinos, verſutoſque rumigerulos. *Hieron. epiſt* 47. *ad mazr. & fil. a med.* Me malignum, ſuſpicioſum, & rumigerulum clamitas. *Id. ſub init. epiſt.* 51. *ad Domnion.* Monachum rumigerulum, fabulam, e vafrum.

RUMIGO, as, a. 1. idem ac rumino. *Apul. lib.* 4. *de Aſino*, Jam ſere tertium qualum rumigabam. *Voſſ.* legit *ruminobam*, eodem ſenſu.

RUMIN, inis, n. idem oc rumen, apud Vet. *Varr. lib.* 2. R. R. *cap.* 11. ut *Scaliger* legit: Mamma enim rumis, ſive rumin. V. *Ruma*.

RUMINA. V. *Rumia*. ¶ *Rumina ficus*, Ruminalis ficus, de qua in voce ſequenti. *Ovid.* 2. *Faſt. v.* 411. quæque vocatur Rumina nunc ficue, Romula ficue erat. Sunt qui leg. *Romulo nunc ficui*, *Rumina ficui erat*. Sed hoc eſt contra hiſtoriam. Nam *Liv. l.* 1. *c.* 4. In proxima alluvie, ubi nunc ficus Ruminalis eſt (Romularem vocarem ferunt) pueros caponunt. Sic *Varro*, *Feſtus*, *Tacit.* &c. *ruminalem* vocant. Ergo hæc fuit uſitata ejus appellatio, *Romalis* vero antiqua.

RUMINALIS, le, qui ruminat, ut Raminales hoſtiæ, eorum animalium, quorum propriam eſt ruminere. *Plin. l.* 8. *c.* 51. Coruncanius ruminales hoſtias, donec bidentes fierent, puras negavit. ¶ *Ruminalis ficus*, & Poetica *Ramina ficus*, fuit ficus illa ſub qua Romulus & Remus ex lupæ aberibus pendentes reperti ſunt, quæ poſt Urbem conditam erat in foru, & in Comitio, & alia nomine *Romulo*, & *Romularis* eſt appellata. Dicta eſt a *rumine*, ideſt mamma, quod ibi lupa infantibus illis lac præbuerit. Vel a *rumine*, qua notat cavum gutturis locum, quod ſub ea ficu pecudes ſolerent ruminare. Vel fortaſſe hæc voa ea *Romularis* corrupre facta eſt. Nam primo *Romularis* appellam eſt, poſtea *Ruminalis*, ut *Livius* ſcribit *l.* 1. *c.* 4. Adde *Ovid.* de quo in voce præced. *Varr. l.* 4. *de L. L. c.* 8. *ſub fin.* Germalam a germane Romulo & Remo, quod ad ficum Ruminalem hi inventi, quo aqua hiberna Tiberis eos detulerat in alveolo expoſitos. *Feſtus*: Ruminalem ficam appellatam aiz Verrius prope Curiam, ſub Veteribus, quod ſub ea arbore lupa ruminam dederit Remo & Romolo, ideſt mammam. *Tacit. in fin. l.* 13. *Ann.* Eodem anno Ruminalem arborem in comitio, quæ ſuper octingentos & quadragiata ante annos Remi Romuliique infantium texaret, mortuis jamalibus, & areſcente trunco deminutam, prodigii loco habitam eſt, donec in novos fetus revireſceret. Adde *Plin. l.* 25. *c.* 28. *ad fin.* & *Sext. Aurel. Vict. de origine gentis R. c.* 20. *extr.* & *Serv. ad Æn.* 8. *v.* 90.

RUMINATIO, onis, f. *ruminazione*, μαρυκτιὰς, actus ruminandi: a *rumino*, quod a *ruma*, qua notat cavum gutturis locum. *Plin. l.* 11. *c.* 37. *fcil.* 79. Quibus neqna dentes utrinque, neqna ruminatio. Adde *Serv. ad Ecl.* 6. *v.* 54. ¶ Translate eſt replicatio, *ripigimento*. *Plin. l.* 15. *c.* 23. *extrem.* Ceteræ (*coſtaneæ*) faum pabula gignuntur, ſeruputoſa corticis intra nucleos quoque rumination e. Ita *Hardain.* ea omnib. MSS. Quidam leg. *ferrumination e*. ¶ Item iteratio, reditus. *Id. l.* 17. *c.* 22. *poſt med.* Si faucias vites recenti medicina mordent quædam biemis ruminatio. ¶ Item conſideratio, ſeu rei cujuſpiam in memoriam revocatio. *Cic. Attic. l.* 2. *ep.* 22. Ubi ſunt, qui ajunt *ζητεῖν σωτῆρα*? Quanto magis vide ea tais litteris, quam ea illiae ſermone, quid ageretur? de ruminatione quotidiana, de cogitatione Publii, de litun *Βαλαντίου*, &c. *b. c.* de commentatione & meditatione Cæſaris, & alinum de republica ſuo arbitrio adminiſtranda. *Corradus*. De occultis conſiliis, quæ Cæſar, Pompejus, Craſſus quotidiana ruminatione contra rempublicam inirent. *Momms.*

RUMINATOR, oris, m. qui rumioat. *Arnob. l.* 7. cujus verba V. in Ruma.

RUMINO, as, avi, atum, n. 1. & Ruminor, aris, atus ſum, depon. *c. rugumare*, *ruminare*, μηρύκω, *ἀναμασσάομαι*, devoratum cibum rurſus a rumine, ſeu gula ad os revoco, & iterum mando, conficio, remando. Propriæ eſt eorum animalium, quæ in ſuperiore oris parta primorem dentes non habent, ut boum, oviam, cervorum, Pomicorum murium, ſcari piſcie, &c. ut eſt apud *Plin. l.* 11. *c.* 37. *fcil.* 61. *lib.* 10. *c.* 63. & *lib.* 9. *c.* 17. & da ſcaro *Ovid. in Halieut. v.* 119. Ut ſcarus, epaſtas ſolas qui ruminat herbae. *Plin. l.* 11. *c.* 47. *de Onocrotalo*. Perfecta rapina, ſruſim inde in os reddita, in veram alvum ſuminantie more refert. *Ovid.* 3. *Amor. el.* 5. *v.* 37. *de tauro*. Dum jacet, & lenre revocatas ruminar herbas. Adde *Virg. Ecl.* 6. *v.* 54. & *Colum. l.* 6. *c.* 6. ¶ Translare eſt in memoriam revocare, recenſere, retractare: & adhibetur fere *ruminor*, ὀπὶ, deponentis forma. *Varr.* apud *Non. c. c. n.* 746. Non modo abſens quicquam de re ſeguina cogitabit, ſed etiam ruminabitur humanitatem. *Lucrus ibid.* Nemo hæc veſtræ ruminabitur maliari. Rurſus *Varr.* apud *eund. c.* 7. *n.* 103. Erras, inquit, Marce: accuſare nos ruminarie antiquitates. *Id. ibid. & cap.* 4. *n.* 399. Ebrius es, Marce. Odyſſeam enim Homeri ruminani incipis, cum *περὶ τρόπων* ſcripturum te ſmio eceperis. *Symmach. l.* 3. *epiſt.* 13. *extr.* Dum carmina tua ruminas, dum epigrammata componis, fallitor doctis cogitationibus ſenſus laboris.

RUMINUS, cognomen Jovis omnia alentis, & ruma, ideſt mamma animalia nutrientis. *Auguſtin. lib.* 7. *de Civit. Dei*, *cap.* 11.

RUMIS. V. *Ruma*.

RUMITANT, ſignificat rumigerant. *Novius*: Simul alius aliud aliunde rumitant inter ſe. *Feſtus*. ¶ *Rumita* pro *rumige*, V. in *Rumige*.

RUMO, as, a. t. *Feſt.* Rumen eſt pene cnllè, quo eſca devoretur, unde rumere dicebatur, quod nunc ruminare.

RUMO, & Rumon, onis, m. olim dictus eſt Tiberim, quaſi ripas ruminans. *Servius* ad illud *Æn.* ſ. v. 63. Striagcotem ripas, & pinguia culta ſecantem. Adde *ad verſ.* 90.

RUMOR, oris, m. *ſentore, voce, fama, romore, φάμη, φημὶς*, ſermo in populo de recenti re diſperſus, in bonum vel in malum, ſine certo auctore: qua re differt a *fama*, ut in ea vocu dictum eſt. *Cæſ. l. 6. B. Gall. c.* 19. Si quis quid de republica a finitimis rumore, aut ſama acceperit, uti ad magiſtratum deferat. *Id. lib. 4. cap.* 5. His rumoribus atque auditionibus permoti, de ſummis ſæpe rebus conſilia ineunt. *Plin. lib. 6. epiſt.* 31. *ante med.* Tertio die inducta cognitio eſt, multis terroribus, & vario rumore jactate. *Cic.* 12. *Fam. epiſt.* 9. Nihil perferrur ad nos præter rumores de oppreſſo Dolabella, ſatis illos quidem conſtantes, ſed adhuc ſine auctore. *Cæſ. lib. 7. B. Gall. rep.* 59 De Æduorum defectione rumores afferebantur. *Cic.* 2. *Fam. epiſt.* 8. Rumor multa perfert. *Cæſ. l. 1. B. Civ. c.* 53. multa fingit. *Cic. pro Dejot. c.* 9. Graves de te rumores ſparſi. *& ibid.* Rumores excipere & referre. *Id. Phil.* 14. *c.* 4. & *Liv. l.* 7. *c.* 38. *ſub fin.* diſſiparu. *Terent. Heaut. prol. v.* 16. & *Nep. in Dione ſub fin.* differre. *Virg.* 12. *Æn. v.* 228. ferre. *Cic. pro Mor. c.* 21. *ad fin.* Rumor ſerpit. *Horat. l.* 2. *ſat.* 6. *v.* 52. manat per compita. *Virg.* 7. *Æn. v.* 644. diditur per agmina. *Claudian. l.* 1. *in Rufin. v.* 347. volitat per oppida. *Cic. Attic. l.* 16. *ep.* 5. Rumoris neſcio quid affecerat, commiſſione Græcorum frequentium non fuiſſe. *Hirt. de B. Alex. c.* 25. Cum rumores exiſterent, magne Cæſari præſidio adduci. *Tacit. l. Hiſt. c.* 45. Is rumor ab exploratoribus diſperſus, an ſorte fuerexerit, parum compertum. *Id. Ann. 6. c.* 23. *ſub fin. & lib.* 15. *c.* 15. *cætr.* Rumor incedebat, fore, ut, &c. *Terent. Hec. prol. v.* 31. Rumor venit, datum iri gladiatores. *Tacit. Ann. 15. c.* 39. Pervaſerat rumor, miſſe eum domeſticam ſcenam. *Id.* 3. *Ann. c.* 9. & *Salluſt. in Catil. c.* 30. Res vulgi rumoribus exagitata. *Tacit. ibid. c. ult.* Teſtamentum ejus multo apud vulgum rumore fuit. *Diode multo do dice*. & *Tacitus. Phorm.* 5. 7. 18. Quo eſt rumor populi, ſi id ſfcerie? *che non diraſſi?* & *Tacit.* 2. *Ann. c.* 77. Relinquendum rumoribus tempus, quo ſeneſcant. *& lib.* 4. *c.* 10. Non omiſer in eorum temporum rumorem exlidum eſſe, ut nondum exnleſcat. *Cæſ. l.* 1. *B. Civ. c.* 60. *ad fin.* Eeſtinctis rumoribus de auctiis legionum. *Id. l.* 4. *B. Gall. c.* 5. Lacetiæ rumoribus ſervire. *dae fede*. & *Tacit.* 11. *Ann. c.* 23. Multos ea ſuper re, variuſque rumor. *& lib.* 5. *c.* 10. acer magis, quam diuturnus. *Id. l.* 1. *Hiſtor. c.* 34. vagus & incertus. *Catull. carm.* 5. *v.* 2. Rumoreſque ſenum ſeverioram Omnes unius æſtimemus aſſis. *le diverie*. ¶ Rumor eſt, *corre voce, vuen detto. Terent. Andr.* 1. 2. 14. Meum gnatam rumor eſt amare. *Cic. Fam.* 2. *ep.* 8. *ſub fin.* Rem te valde bene geſſiſſe, rumor erat. ¶ *Rumore primo*, dixit *Salluſt. in fragm.* apud *Chariſ. l.* 2. *pag.* 192. *Putſch.* ubi *Alpes*, non eſt, inquit, nomen, ſed adverbium: *taſte che ſi ſcriue a dire al primo ſcrarore*. Sic *Tacit.* 2. *Ann. c.* 77. An feſtinamus appellere, ut tu inauditum & indefenſum, planctus Agrippinæ, ac vulgus imperitum primo rumore rapiant? ¶ *Rumore ſecunde*, h. e. favente, ſermone omnium approbante, acclamatione, applauſu. *Virg.* 8. *Æn. v.* 90. Ergo ites inceptum celerant rumore ſecundo. *Horat. l. c. ep.* 10. *v.* 9. Quæ vos ad cælum fertis rumoru ſecundo. *Virgil Poeta* apud *Cicer.* 2. *de Divin. c.* 16. Solvere imperat ſecundo rumore, adverſaque avi. *Tacit.* 3. *Ann. c.* 29. *cætr.* Utque hæc ſecundo rumore, ita adverſæ animis acceptum, quod filio Claudii foces Sejanus deſtinaretur. Adde *Feneſtell.* & *Enn.* apud *Non. c.* 4. *n.* 403. In allato *Virg.* & *veteris Poeta* loco quidam putant, *rumorem* poni pro fluctu aquæ, ut ſit a *fluo* pro *fluvius*. *Servius* vere in *Virg.* cenſet poſſe legi *rumone* i du quo V. *Rume, omis*. ¶ *Rumor*, fame. *Horat. l.* 1. *ſat.* 4. *v.* 225. rumore malo flagmæ. *b. c.* male audire. *Liv. l.* 27. *c.* 20. *o med.* Marcellus adverſo rumore eſſe. *Tacit. Ann.* 15. *c.* 48 clam apud vulgum rumore eſſe. *Plaut. Trin.* 3. 2. 14. rumori ſervire. *Pompon.* apud *Non. c.* 1. *n.* 64. rumorem parvi facere. *Martial. l.* 10. *ep* 51. 3. Procal e libellis nigra ſit mihi fama, Quos rumor alba gemmeus vehit penna. ¶ obtrectatio, repreheaſio calumnia. *Salluſt. in fragm.* apud *Non. c.* 4. *n.* 403. Ad hæc rumoribus adeerta in pravitatem, ſecunda in caſum, fortunam in temeritatem declinando corrumpebant. ¶ Ambiguum hebet turpemque ſunſum apud *Martial. l.* 2. *epiger.* 72. *l.* 3. *epiger.* 73. *&* 82. *&* 87. tanquam ſit *u rumo*: unde & *irrumo*, &c. ¶ Pro murmure, ſtrepitu, *romore. Claud an. in nupt. Honor. & Mar. v.* 159. variis vectim Nereides ibant, Audito rumore, ſeris. *Auſon. in Moſell. Edyll.* 10. *v.* 82 amœna fluenta Subterlabentis tacito rumore Moſellæ. *Apul. l.* 3. *Metam.* Treptdo rumore vicinia conclamantis latrones, fugit territus.

RUMPIA. V. *Rhomphea*.

RUMPO, is, rupi, ruptum, a. 3. *ſpezzare, rompere, ſtracciare, ῥήγνυμι*, frango, abcumpo, diſciado, diſſolvo. *Cic.* 5. *Tuſcul. c.* 30. *ſub fin.* Rumpere vincula carceris. *Lucret. l.* 6. *v.* 430. incita vis ventr rumpit nubem. *Phædr l.* 3. *fab.* 14. *v.* 10. Cito rumpes arcum, ſemper ſi tenſum habueris. *Ovid.* 3. *de ar. am. v.* 707. tenues a pectore veſtes rumpere. *Id. Heroid. ep.* 3. *v.* 25. *& epiſt.* 5. *v.* 142. ungue capillos *Id* 3. *Amor. el.* 11. *v.* 3. catenas. *& eleg.* 20. *v.* 32. Rupetat & durum vomer aduncus humum. *Horat. l. c. ep.* 14. *v.* 9. obſtantia cleuſtra. *& epiſt* 10. *v.* 20. ventus rumpit carinam. *Plin. in proœm. l.* 20. adamantem ſanguis hircinus. *Virg. Georg.* 4. *v.* 235. hiems ſtigore

ſaca. *Id.* 3. *Æn. v.* 630. fugite, atque ab litore funem rumpite. *Id. Æn. 9. v.* 431. viribus enſis adactus Trenſabit coſtas, & candida pectore rupit. *Ovid. 6. Met. v.* 251. ſagitta rumpit præcordia. *Plin. l. 36. c.* 22. *o med.* Toſi aſpergine, & gelu primoque rumpuntur in teſtas. ¶ Rumpi dicitur cælum, cum tonat. V. *Rapitur*. ¶ Rumpere, *far crepare. Plin. l.* 30. *c.* 4. *de buperſt.* Bovem ita inflammat, ut rumpat. *Id. l.* 10. *c.* 22. *circa med.* Marrubium rumpit vomicas. *Martial. l.* 2. *epigr.* 50. *v.* 25. Leporemque forti collidum rumpes equo. *b. c.* adeo fetigabit, ut rumpatur. ¶ *Rumpere*, implendo adeo diſtendere, at rumpere vidratur. *Virg.* 2. *Georg. v.* 49. Illius immenſæ ruperunt horrea meſſes. *Colum. l.* 10. *v.* 307. Preſſaque flammeola rumpatur fiſcina caltha. *Ovid. 4. ex Pont. ep* 4. *v.* 27. Cesnere jam videor rumpi penetralia tuba. ¶ Rumpere ſe, & rampi, *crepare. Plin. l.* 13. *c.* 4. *o med de corpore*. Rumpit ſe pomi opimus, etiam in ſua matre, abietes, calcetis ſimilis. *Virg. Ecl.* 8. *v.* 71. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. *& Ecl.* 7. *v.* 26. invidia rumpantur ut ilia Codro. *Plaut. Capt. prol. v.* 14. Ego me tua cauſa, ne erres, non rupturus ſum. *h. c.* diruprurus (ſimile eſt illud ejuſd. *Merc.* 2. 2. 27. Tua cauſa rupi ſomices: jamdudum (puto ſanguinem.) *Lucil.* apud *Non. c. c. n.* 149. Tu Lucilium credis contenturum, cum me ruperem, ſumma omnia fecerim. *ſeo meggo crepato*. ¶ Huc pertinet illud *Lucret. l.* 3. *v.* 298. *de levnib.* Pectora qui fremitu rumpunt plerumque gementes. *b. c.* adeo graviter fremunt, ut pectus rumpere videantur. Similis hyperbole eſt in his. *Virg.* 2. *Georg. v.* 238. Et cantu querulæ rumpent arbuſta cicadæ. *Juvenal. ſat.* 1. *v.* 13. aſſiduo ruptæ lectore columnæ. *Aſſian.* apud *Non. c.* 4. *n.* 396. Ego miſera ciſu claudeſtino rumperer. ¶ Rumpere ſe & rumpi, *aſcire diverſamente*, magna vi erumpere. *Virg. Æn.* 11. *v.* 548. tantus ſe nubibus imber ruperat. *Id. l. Georg. v.* 445. ubi ſub locem denſe inter nubila ſe ſe Diverſi rumpent radii. *b. c.* quaſi ruptis nubibus exibunt. *Id. l.* 3. *n.* 428. amnes rumpuntur fontibus. ¶ Eſt etiam *rumpere*, debilitare, corrumpere, *guaſtare. Cato* apud *Priſcian. l.* 6. *pag.* 710. *Putſch.* Si quis membrum rupit, aut os fregit, talione proeimus ejuſque ulciſcitur. *Lex Aquilia* apud *Ulpian. Dig. lib. 9. tit.* 2. *leg.* 27. Si quis alteri damnum faxit, quidve offerit, fregerit, rupcrit injuria. *Ulpian. ibid. ante med.* Inquit lex, ruperit: quod verbum fere omnes veteres intellexerunt, corruperit. *& paule poſt.* Rupiſſe eum utique accipiemus, qui vulneraverit, vel aegit, vel lorie, vel pugnis ceciderit, vel telo, vel quo alio feiderit alicui corpus, vel tumorem fecerit. V. ibi reliqua. *Alfen. lib. 29. tit.* 2. *leg.* 30. Qui mulas ad certum poadus oneris, locaret, eum majore onere conductor eas rupiſſet, &c. *Id. lib. 49. tit.* 12. *leg. 9.* Servus præſidi offerendus eſt, qui eum flegrie rumpat. *Val. Flacc. l.* 5. *c.* 345. rumpere lumina fletu. Quod *Ovid.* dicit *l.* 5. *de ar. am. v.* 170. lacrimis cuerumpere ocellos. ¶ Item lacerando interimere, *sbranare. Ovid. in Ibin*, *v.* 505. Quique Lycurgiden latavit & arbore natum, Idmonaque audacem, te quoque rumpat aper. *Frango* quoque hac ratione uſurpatur. ¶ Rumpere teuri colle ſecuri, *Id* 15. *Met. v.* 249. abſciadere, *tagliare*. ¶ Apud *Vegit. de re Veterin.* dicitur rumpi animal, quod ex labore vehementiſſimo defatigatur. *Iib.* 3. *c.* 1. *o med.* Nimium leſitudinem ſequitur ægritudo: & omne animal eſt debilis, ſi rumpitur. Adde *lib. c. c.* 41. 42. & 43. ¶ Rumpere membra libidinibus, *Propert. l.* 2. *el.* 13. *v.* 24. & rumpere latus, *Auſ. Prisp. carm.* 82. *in fi.* & *Mercial. l.* 11. *epigr.* 105. & rumpere ilia, *Catull. carm.* 11. *ad Fur. & Aurel. v.* 20. pertinent ad enervandas vires *τῆ ευνοίᾳ*. Sic *Ovid.* 2. *Amor. el.* 10. *v.* 29. quem Veneris certamina rumpunt. ¶ Item irrumpere, perrumpere, penetrare. *Virg.* 12. *Æn. v.* 683. rapido curſu media agmina rumpit. *apre, ſbareglia*. & *Propert. l.* 3. *el.* 9. *v.* 64. Admiſſo Decius proelia rupit equo. *Virg. Æn.* 2. *v.* 494. Fit via vi: cumpunt aditus, primoſque trucidant. *Val. Flacc. l.* 1. *v.* 463. *de Lyorte*. poſſit qui rumpere terras, Et Styga tranſmiſſo tacitem deprendere viſu. *penetrare coll' occhio*. & *Silius l.* 5. *v.* 616. Diſſiliens tellus, nec parvus rumpit hiatus. *b. c.* aperit. *Id. l.* 11. *v.* 135. Annibal rupit Alpes. *b. c.* per Alpes viam ſibi fecit, cuptis aceto ſaxis. *Juvenal. ſat.* 10. *v.* 153. Diducit ſcopulos, & montem rumpit acetu. (Adde *Lic. l.* 21. *c.* 37.) *Pallad. in Mart. cv. t.* Cum germen ruperit, & aliquod ceperit incrementum. *b. c.* corticem perruperit, & exierit. ¶ *Stat. 9. Theb. v.* 173. Eumenis ex oculis rejecta cærula parma Fugit, & innumeri galeem rupere cemiſæ. *b. c.* galeam, quam habere in capitu viſa ſuerat, exſiſtentes ſubito ceraſæ deſtruxere, quod eſt auo verbo, galea in ceraſias diſſoluta, & verſa eſt. ¶ Trenulare eſt diſſolvere, vinlare, *irritum* reddere. *Sil. l. 6. v.* 510. & *lib. 7. v.* 33. ſi ſtar rumperu viram, In petria moriamur. *Cic. pro Balb. c.* 5. *extr.* Fœdera negligere, violare, rumpere. *Virg.* 4. *Georg. v.* 213. & *Sabin. epiſt.* 2. *v.* 96. rampere fidem. *Lucan. l.* 4. *v.* 175. leges. *Liv. l* 4. *c.* 17. jus gentium. *Horat. l.* 4. *od. ult. v.* 22. adicta. *Senec. in Thyeſt. v.* 179. ſas nmne. *Id. in Herc. Fur. v.* 79. imperium Jovis. *Ovid. ex. Met. v.* 780. ſuperi Ferrea non poſſunt veterum decreta Sororum rumpere. *Virg. 6. Æn. v.* 883. fata aſpera. *Cic. r. de Orat. c.* 57. teſtamentum. *caſſare, annullare. Horat. l.* 2. *od.* 15. *v.* 7. nuptias. *Vellej. l.* 2. *c.* 48. *ſub fin.* Conditiones pacis diſcutere ac rumpere. *& cap.* 110. Fortuna rumpit propoſita hominum. *rompe i diſſegni*. & *Sueton. in Tiber. c.* 24. Rumpere patientiam. *perdere*. ¶ Item abrumpere, interrumpere, *interrompere. Virg.* 8. *Æn. v.* 110. audax quos rumpere Pallas faſum vetat. *Id. Æn.* 7. *v.* 458. Olli ſomnom ingens rumpit pavor. *Senec. in Troadib. v.* 785. Rumpu jam fletus, parens. *b. c.* omitte flere. *Tibull. l. c. el.* 3. *v.* 19. O quoties anſæ canerer cum valle ſub alta, Rumpere magitu carmine docta boves! *Horat. l.* 3. *od.* 27. *v.* 5. & *Ovid.* 3. *Amor. el.* 6. *v.* 88. rumpere iter inceptum. *Horat. epod.* 13. *v.* 15. reditum alicui, *b. c.* intercludere.

eludere. *Virg.* 4. Æn. v. 491. tantos rumpi non ſperei ſmores. & *lib.* 6. v. 814. otia patriæ. *Ovid.* 2. de ar. am. v. 539. Excidit illa meta, rupitque noviſſima verba. ¶ Item ſeparare, avellere. *Val. Flacc.* l. 5. v. 132. amplexus feſſi rupere ſupremos. ¶ *Rumpere ſilentium*, loqui. *Virg.* 12. Æn. v. 64. *Val. Flacc.* l. 3. v. 509. & *Horat. epod.* 5. v. 85. Sic *Ovid.* 2. *Met.* v. 208. Jupiter hoc iterum ſermone ſilentia rupit. ¶ *Rumpere voces*, quaſi invitum erumpere in vocem & verba: vel rumpere, h. e. aperire viam vocis. Notant eruditi dixiſſe etiam *Demoſthenem ſaxis rupiis*, & *in epigram.* eſſe *ſaxa dicentem*, erumpere in lacrymas: eademque ratione *D. Paul.* ad *Epheſ.* 4. 27. *δίδου, καὶ βίαιον. Virg. Æn.* 2. v. 129. Compoſito rumpit vocem, & me deſinat ære. & Æn. 11. v. 377. Dat gemitum, rumpitque hæc imo pectore voces. *Sil. l.* 8. v. 301. invitus vocem hanc e pectore rumpam. *Ovid.* 10. *Met.* v. 147. hoc vocem carmine rupit: Ab Jove Muſa parens, &c. *Virg.* 4. Æn. v. 553. Tuetur illa ſua rumpebat ſpectata querellas. *Claudian. l.* 2. *de vapt. Proſ.* v. 149. & querelas ad nubila rumpit inanes. *Sil. l.* 4. v. 458. gemitumque ad ſidera rupit. ¶ *Rumpere moras*, tollere, auferre, *tollier egli indugio*, quaſi petrumpere ea, quæ morantur, & obſtant. *Virg.* Æn. 9. v. 13. *Val. Flacc. l.* 1. v. 306. *Plin. l.* 5. *ep.* 11. *Lucan. l.* 1. v. 264. *Martial. l.* 2. *epigr.* 64. &c. Rumpere morum, *Ovid.* 15. *Met.* v. 583. ubi al. leg. *mores*. ¶ *Rumpere iter*, rarſam, celeriter profequi, impetu ire, obſtantia quæque perrumpendo. *Val. Flacc. l.* 1. v. 2. Fatidicamque ratem, Scythici quæ Phaſidia oras Auſa ſequi, mediaſque iter juga concita curſus Rumpere. *Sil. l.* 8. v. 568. Diſjecit poſſes, rupitque in prærupta curſum, *Id. l.* 4. v. 196. Si referare viam, atque ad regem rumpere ferro Detur iter. & *l.* 15. v. 782. rumpit Per medios Nero ſævus iter. *Stat. Theb.* 8. v. 468. turbabatque agmina Grajum, Igne viam rumpens. *Virg.* 10. Æn. v. 372. rumpere ferro viam per hoſtes. ¶ *Rumpi*, & *rumpi invidia*, angi, ægerrime ferre, diſcruciari, *creper di rabbia, d' invidia*. *Cic. Q. Fr. l.* 3. *ep.* 9. Ut his malis reſpubl. licentiaque audacium, qua ante rumpebar, nunc ne moveat quidem. *Propert. l.* 2. *el.* 8. v. 27 Hic erit, hic jurata manet. rompaetur inqui. *Ovid. Heroid. ep.* 16. v. 121. rumpor, & invideo, cum, &c. *Mantuan. l.* 9. *epigr.* 98. Rumpatur, quiſquis rumpitur invidia. *Horat. l.* 1. *ep.* 19. v. 15 Rupit larbitam Timageuis æmula lingua. *h. e.* ditupit. V. *Disrumpo*. ¶ Rumperu ſuntem, *ſmo ajtare*, rupta humo elicere. *Ovid.* 5. *Met.* v. 257. ſous, Dura Medufri quem præpetis unguia rupit. ¶ *Rupti*, & *ruptiſe*, pro *ruperat*, *ἀρχαϊκῶς*. *Lex* XII. *Tab.* apud *Feſt.* in *Talionis*. Si membrum rupſit (*al. leg.* rupit) ni cum eo pacit, telio eſto. *Lucil.* apud *Non. c.* 4. *n.* 307. *Ferri* tantum, ſi ruget me, non dem, quantum auri petit, ſi ſe rupit. *h. e.* etiam ſi rugando & clamando ſe ruperat.

RUMPOTINETUM, ti, n. locus arboribus rumpotinis conſitus. *Colum. l.* 5. *c.* 7. Nam ſere ite rumpotinetum conſtitutum animadverti.

RUMPOTINUS, a, um. *Rumpotinum* eſt arbuſtum u rumpis, vel in quo rumpi vitium traducuntur. *h. e.* traduces. *Rumpotina mòreta*, quæ rumpis ſuſtinendis inſerviunt. *Colum. l.* 5. *c.* 7. Eſt & alterum genus arbuſti Gallici, quod vocatur rumpotinum. Id deſiderat arborem humilem, nec frondoſam. *Cui res* maxime videtur idonea opulus, cornus, & carpinus, & ornus, nonnunquam & ſalix, &c. & *mus*. Poteſt etiam ulmue ſic diſponi, ut adhuc tenera decacuminetur, ne altitudinem quindecim pedum excedat. nam ite fere conſtitutum rumpotinetum animadverti, ut ad octo pedes locis ſiccis & elivoſis, ad duodecim locis plauis & uliginoſis tabulata diſponantue. & *mox*. Arboribus rumpotinis ſi frumentum inſertur, in utramque partem vigioti pedum ſpatia interveniunt: at ſi ſegetibus iudulgetur, in alteram partem quadragiuta pedes, in alteram vigiuti relinquuntur. ¶ Speciatim *rumpotinus* vocatur, & alio nomine populus, arbor Italiæ, Padum tranſgreſſis, cujus tebulata in orbem paſula vites replent, poroque perductæ draconе in palmam ejus, iede in ſubrectos ramorum digitos ſtagella diſpergunt. Hæc *Plin. l.* 14. *c.* 1. ubi alii leg. *alio nomine opulus* prooter ea, quæ modo ex *Colum.* allata ſunt. *Hardaun.* tamen defendit *populus* libris omnibus etiam MSS. ¶ Hanc ipſam arborem, ſive *populus* ſit, ſive *opulus* deſignat *Id. Plin. l.* 24. *c.* 19. Rumpotinum arborem demonſtravimus iuter arbuſta. Al. hic & *lib.* 24. leg. *rumbasinus*. Eſt autem apud *Plin.* non adjectivum nomen, ſed ſubſtantivum.

RUMPUS, i, m. quid ſit, docet *Varro* his verbis *l.* 2. R. R. *c.* 8. Pedamentum fere quatuor generum: unum robuſtum, quod e quercu, & vocatur ridica: alterum palus e perrica: tertium quod horum inopiæ ſubſidio miſit arundinetum: quartum eſt pedamentum nativum ejus generis, ubi ex arboribue in arbores traductis vitibus vinea fit: quos traduces quidam *rumpos* appellant.

RUMUSCULUS, li, m. *Ῥωμύλιον*, parvus enmor. *Cic. pro Cluent. c.* 38. Qui imperitorum hominum rumuſculos aucupati tum illum abſolverunt. *Id.* 3. *de Legib. c.* 16. L. Caſſius diffidens a bone, atque omni rumuſculos populares ratione aucupans. *Aucupari rumuſculos* uſt alinrum ds ſe aptoinnem, etiam iuſimorum, confectasi: ſollicitum eſſe, quid de ſe dicaut & opinentur homines, ineuodæ gratiæ cauſa: unducumque famam venari.

RUNA, æ, ſ. genus teli apud *Eumenium*: & videtur idem eſſe quod pilum: unde *runata vecedie* (al. *vecidit*) id eſt pilata. *Feſt.* ſuo loco, & poſt *Redaſcadaaa*. In Gloſſar. *Iſid. runo* exponitur pugno, & *runata* prælnata.

RUNATUS. V. *in voce præced.*

RUNCA, pro runcina, vel potius pro ferramento ad runcandum apto, a quibuſdam firmatus *Feſti* teſtimonio: item *Colum. l.* 2. *c.* 12. his in quibuſdam MSS.

RUNCATIO, onis, ſ. *arrouncement*, *βοτανισμός*, actus runcandi. *Colum. l.* 2. *c.* 9. Frequentem tamen exigunt ſarritionem, & runcationem, ut herbæ liberentur. *Id. ibid. c.* 12. *ad fin.* Subjuegenda eſt ſarritioni runcatio. *Plin. l.* 18. *c.* 21. Runcatin, cum ſeges in articulo eſt, evulſis inutilibus herbis, frugum radicem vindicat, ſegetemque diſcernit a cæſpite. ¶ Ipſæ herbæ inutiles, quæ runcando evelluntur. *Colum. l.* 2. *c.* 12. circa med. Faba manubus ducta feceruitur a cetera runcatione.

RUNCATOR, oris, m. *arrouncatore*, *βοτανιστής*, qui runcat. *Colum. l.* 11. *c.* 3. Quæque præterieto, intelligi nportebit, nullam nperam poſulare runcatoris. Adde *lib.* 12. *c.* 13.

RUNCINA, æ, ſ. *piallia*, *ξυγκλὶς*, *ξυσμὸς*, inſtrumentum, quo ligna aſpera lævigaetur. *Varr. l.* 5. *de L. L. c. pauulr. exer.* Runcinare a ruocina, cujus origo Græca, *ξυγκὸς*. *Plin. l.* 16. *c.* 42. Firmiſſima ad tectum abies. Eadem valvarum repagulis, & ad ioteſtine opera aptiſſima, ſive Græco, ſive Campano, ſive Siculo fabricæ aetie genere ſpectabilis, ramuetorum crimbus pampineo ſemper orbe ſe ſe volvens ad incitatos runcinarum impetus. *Arnob. l.* 6. *prg.* 200. Simulacra *iſta*, quæ vos terrent, runcinarum lævigata de planie. *Tertull. in Apolog. c.* 12. In deos veſtros (*ligneos*) per omnia mrrabim validius incumbunt aſciæ, & runcinæ, & ſcobinæ. ¶ Dea præſes frumenti. *Auguſtin. l.* 4. *de Civit. Dei*, *c.* 8. a *med.* Præſecaeunt ſorentibus frumentis deam Florem, lactſcentibus deam Lactarum, matureſcentibus deam Matutam, cum runcantur, id eſt a terra auferuetur, deam Runcinam.

RUNCINO, as, a. 1. *piallire*, *ξυγκίζω*, *ξυσμίζω*, runcina abrado, polio. Aguſcitur a *Varrone*, ut eſt in voce præced. & *Arnob. l.* 5. *pag.* 177. Ramum præſecane dolat, runcinat, leuigat. Adde *Minuc. Felic. in Octav. c.* 23. *a med.* ¶ Runcinare frumeota, h. e. metere. V. in voce præced.

RUNCO, onis, m. *roncone*, *rouca*, ferramentum ruſticum, incurvum, longo manubrio: a *ῥύγχα*, roſtrum. *Pallad. tit. ult. l.* 1. Vaugae, runcones, quibus vepreta perſequimur. Adde *Iſidor. l.* 20. *Orig. c.* 14.

RUNCO, as, a. 1. *arroncare*, *ἐξαίρειν ἢ ἐκβάλλειν ἀπὸ τοῦ σπαρτοῦ*, *βοτανίζω*, rubos, & ſentes, alinſque fruticee noxios ferramento exſtirpare, & herbas inutiles ex adultis ſegetibue manu amovere (qua de re *P. Victor l.* 36. *t.* 8. *var. lectiou.* ſuſa diſputat.) uom *ſmorire* eſt idem facere, non manu, ſed ferramento, id eſt falculo. *Cato R. R. c.* 2. *Per ſeriias* potuiſſe foſſas tergeri, vepres recidi, pratum purgari, ſpiues runcari. *Varr. l.* 2. R. R. *c.* 3. Inter vernum æquinoctium, & vergiliarum exortum hæc fieri: ſegetes runcari, boves terram proſcindere, falicem cædi, &c. *Colum. l.* 11. *c.* 2. *ante med.* Per hos dies runcandæ ſegetes ſunt, ſæmificiæ inſtituendæ. *Plin. l.* 18. *c.* 21. Siliginem, far, triticum, ſemen, hordeum occato, farriin, runcato quibus dictum erit diebus. *Id. ibid. c.* 18. Poſtea pauci runcant: quod botaniſmon (*βοτανισμὸν*) vocant. ¶ Translate eſt vellere, dupilare. *Perſ. ſat.* 4. v. 35.

RUO, ia, rui, rutum, & ruitum, e. 3. *getter giù*, *atterrare*, *abbattere*, *rovinare*, *roveſciare*, *καθαιρῶ*, ſterno, uverto, dejicio, deruo, diruo ab *ἐρέω*, impetu furot, *per ugnaaza*. *Terent. Adelph.* 3. 2. 21. Ceteros ruerem, agerem, raperem, ſunderem, proſterneretem. Ubi *Donat.* Ruere eſt toto corpore uti ad impellendum: quod faciunt, qui ipſi præcipites alios proſternunt. *Ovid. Met.* 12. v. 134. Cedenique ſequens inſtat, turbatque, emitqua. *Plaut. Trin.* 4. 1. 17. Proceſſit infenſa fmagere malum, rurre aotemus, ſcindere vele. *Val. Flacc. l.* 3. v. 102. ad annem Spumantem nimbis, ſuctuque arbuſta ruentem. *Virg.* Æn. 9. v. 516 Immanem Teucri molem volvuntque ruuntque. *Lucret. l.* 5. v. 1314. Ruuu aliquem ad tetram. *Virg. l.* Æn. v. 39. ſpumas ſalis ære ruebant. & 5. Æn. v. 695. ruit æthere toto Turbidus imber aquam. *Cic. l. Attic. ep.* 15. Seu ruet, ſeu etiget rempublicam. *Multa ſunt hic varia lectiones*. ¶ Item deruendo complanare. *Virg. l. Georg.* v. 105. cumuloſque ruit mala pinguis arenæ. Hinc *Stalig. in rectiſtan. ad Varron.* putat *ruere* eſſe, modio cumulum adæquare: unde *rutrum*, & *rutellum*. Non tamen ſatis probat: & quæ affert *Plauti* verba, invenire non potui. ¶ Item affligere, mergere. *Lucret. l.* 1. v. 272. venti vis Ingenteſque ruit uves, & nubila differt. Adde *verſ.* 289. ¶ Item egerere, cum impeta emittere, & impellere. *Virg. l. Georg.* v. 308. *de igne*. Et totum involvit ſummis nemue, & ruit atrum Ad cælum picea craſſus caligine nibem. ¶ Item eruere, effodere, *trouare*. *Plin. l.* 10. *c.* 71. Alia (*animalia*) dentibus prædantur, alia unguibus, alia roſtri aduncitete carpunt, alia latitudine ruunt, alia acumine excavant. *Lucret. l.* 6. v. 726. mare permotum veotis ruit intus arenam. *Virg. l. Æn.* v. 88. lacubuere mari, totumque a ſedibus imis Una Euruſque Notuſque ruunt. & *lib.* 12. v. 211. Mœrentes altum cinerem, & conſita ruebant Offa ſocis. *h. e.* de claeribus eruebant. *Horat. l.* 2. *ſat.* 5. v. 21. unde Divitias, æriſque ruem, dic augur, acervos. *h. e.* eruam, inveniam, comparem. *Lucil.* apud *Non. c.* 4. *n.* 389. ruis hæc, & colligis omnia furtim. ¶ Hactenus uſum habet ſere Poeticum: ſed & neutrorum more adhibetur, & commune eſt proſæ ſcriptoribus. Significat autem cum impeto & celeriter cadere, concidere, corruere, in præceps ferri, *cadere*, *precipitare*, *rovinare*, *πίπτειν*, *κατακρημνίζεσθαι*. *Cic. pro Leg. Manil. c.* 7. *ad fin.* Ruere illa non poſſunt, ut hæc non eodem labefactata motu concidant. *Ovid.* 4. *Met.* v. 459. Aut petis, aut urges rutturum, Sifyphe, faxum. *Lucan. l.* 7. v. 603. ſtat tectis putris avitis In nullos enitare domus. *Virg.* 2. Æn. v. 290. Hoſtis habet muros: ruit alto e culmine Troja. & *lib.* 4. v. 164. ruunt de montibus amnes. *Val. Flacc. l.* 2. v. 88. prærupti Vulcanum vertice cæli Devolvit: ruit ille polo noctumque diemque Turbinis in morem. & *lib.* 7. v. 287. ſtridumque erebat in veſem. *Senec. in Herc. Oet. v.* 349. ſuere ſuper aliquem. *Id. in Herc. Fur.* v. 1046. ad

Digitized by Google

titram. *Id. in Thyeſt.* v. 728. in proœum. *Salluſt. in fragm.* apud *Donat. ad Terent. Adelph.* 3. 2. 2. in lumine. pro in lumen. ¶ De his qui moriendo cadunt. *Virg.* 10. Æn. v. 756. cædebant pariter, pariterque ruebant Victores, victique. *Valer. Place.* l. 7. v. 641. cuncta jacebant agmina, nec quiſquam primus ruit. ¶ *Ruere cælum* dicitur (ut & *rumpi*) cum vel tonat, vel fulgurat, vel immodici imbres cadunt. *Virg.* 1. *Georg.* v. 324. ruit arduus æther, Et pluvia ingenti ſata læta, boumque labores Diluit. *Id.* 8. Æn. v. 524. improviſo vibratus ab æthere fulgor Cum ſonitu venit, & ruera omnia viſa repente. *Senec. in Hippol.* v. 674. omnis impulſus ruat Æther, & atris nubibus condat diem. *Val. Flacc.* l. 2. v. 664. Jupiter ruens contra Athon, aut Rhodopen. *Tacit.* 1. *Ann.* 2. 3. Adverſus impios hebeſcere fidera, ruere tempeſtates. Adde *Valer. Place.* l. 1. v. 616. & *lib.* 4. v. 663. & *Martial.* l. 3. *epigr.* 100. ¶ *Quid ſi cælum ruat? ni, ſi ſumis ſimilar*; provarb. apud *Terent. Heaut.* 4. 3. 41. in eos, qui omnia timent, & vano metu ab agendo deterrentur. ¶ Ruere in pejus, *andare di male in peggio*. *Virg.* 1. *Georg.* v. 200. ſic omnia ſatis In pejus ruere, & retro ſublapſa referri. Hinc *ruentia* ſunt adverſa, & opponuntur proſperis. *Tacit.* 3. *Hiſtor.* c. 64. Ipſum Vitelliuro na proſperis quidam parem: adeo ruentibus debilitatum. ¶ Eò etiam *ruere* curſu præcipitem ferri, irredentar, ac ſeſtinanter ire, audaci impetu agi, advolare, *correre precipitoſamente, andar con impeto, allentu, avventarſi*. *Cic. Attic.* l. 7. *ep.* 20. At illum rutre nuntiant, & jam jamque adeſſe. *Virg.* 10. Æn. v. 911. Quo moriture rois, majoreque viribus audes? & *lib.* 9. v. 438. At Niſus ruit in medios, ſolumque per omnes Volſcentem petit. *Sil. l.* 6. v. 329. Laxabet ferro compure, ac per iniqua ruebat. *Tacit.* 16. *Ann.* c. 32. Simul in ampleſtus occurrentis filia ruebat, niſi liſtores obſtitiſſent. ¶ De his, qui certatim & magno numero affluunt, *correre, concorrere in folla*, a *frotte*, a *gara*. *Virg.* 8. Æn. v. 648. Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant. *Claudian.* l. 2. *de laudib. Stilich.* v. 373. Hi propugnandi ruerant pro limite regni: Hic ſtabat Romana ſalus. *Virg.* 12. Æn. v. 526. Æneas, Tumuſque ruunt per prœlia. *Tacit.* 5. *Hiſt.* c. 22. Quærunt arma, ruunt per vias. *Liv.* l. 3. c. 3. Legiones adiſſe hoſtium, & infeſto agmine ruere ad urbem. & *lib.* 27. c. 41. *ad fin.* Eques pedeſque certatim portis ruere. *Tacit.* l. 1. *Hiſt.* c. 46. Ad ſeditiones & diſcordias, & ad extremum, bella civilia ruebant. & *cap.* 45. Ruere cuncti in caſtra, anteire proximos, certare cum præcurrentibus. *Plor.* l. 2. c. 18. *a med.* Ut deſtinata morte in prœlium ruerant. *Tacit. Ann.* 1. c. 7. At Romæ ruere in ſervitium conſules, patres, eques: quanto quis illuſtrior, tanto magis falſi ac feſtinantes. *Id.* 1. *Hiſt.* c. 84. in exitium ruere. ¶ irruere pugnandi gratia. *Tacit.* 5. *Hiſt.* c. 78. Legio ſuſtinuit ruentes, mox impulit. *Flor.* l. 4. c. 2. Rex infeſto la Cappadociam agmine ruebat. ¶ effundi, amitti. *Virg.* 6. Æn. v. 44. Unde ruunt totidem voces, reſponſa Sibyllæ. ¶ advenire. *Virg.* 2. Æn. v. 250. Vertitur interea cælum, & ruit Oceano nox. *b. e.* celeriter venit: & ideo *rapit*, quia mare altius terra. *Id.* 10. Æn. v. 256. interea revoluta ruebat, Matura jam luca dies, noctemque fugarat. ¶ Sed, ſol ruit, *Valerio Place.* l. 2. v. 274. eſt occidit, ruit in mare. Sic *Virg.* 2. *Georg.* v. 313. cum ruit imbriferum ver. *b. e.* in finem vergit. ¶ *Ruere ſe*, caloriter ſe demittere. *Apul. in Florid.* n. 2. *ad fin.* (*al. l.* 2.) *de aquila*. Et quærit, quorſus potiſſimum in prædam ſuperne ſe ſa ruat, ſublimitis vice. Sic *Terent. Eun.* 3. 5. 51. foras ſimul omnes proruunt ſe. ¶ Transfertur ad animum, & ponitur pro temere, & ſine conſilio agere, cæco impetu ferri, nimio feſtinandi ſtudio ire præcipitem, mentis quodam furore rapi, tranſverſum agi, labi, errare. *Propert.* l. 3. *el.* 13. *in fin.* Neſcit veſtra ruens ira referre padem. *Cic. Attic. l.* 7. *epiſt.* 7. *ad fin.* Ego bonos viros ſequar, etiamſi ruunt. *Id. pro Marcell. c.* 5. *a med.* Ut nulla noa modo cupiditate, ſed ne ſpe quidem, prudans & ſciens ad interitum ruerere voluntatiom. *Id pro Dom. c.* 55. Non potuit ullo modo non in agando ſuara, ac ſæpe peccare. *Id.* 3. *Offic.* 2. 13. Emptnrem pati ruere, & per errnrem in maximamfraudem incurrere. *Terent. Heaut.* 2. 3. 128. Heus tu, vida ſis, na quid imprudens ruas. Adde *Cicer. pro Srat. c.* 64. & *Attic. l.* 2. *ep.* 14. ¶ Cum inſaita, *Propert. l.* 4. *el.* 1. v. 73. Quo ruis impeudeas vaga dicere facta, Properti? *Claudian. l.* 3. *de rapt. Proſerp.* v. 386. animare ad crimina taxos Torva Megæra reit. *Lucan. l.* 7. v. 751. Scire ruunt, quanta fuerint mercade nocentes. *b. e.* noſſe feſtinant. *Statius* 7. *Theb.* v. 177. novercalas reimus ditare Mycenas. ¶ Paſſive imperſonaliter *Liv. l.* 8. *c.* 24. Ut ferma fugiando in media fata ruitur. ¶ Supinum *ruitum* ex futuro *ruiturus* firmatur: ſed & *ruitum* dici poſſa, oſtendunt vota *caſa*, & *turbulum*, & compoſita *eruitus*, *proruitus*, *dmuitus*, &c.

